II. [c] PAtria poteſtas conſiſtit in caſtigandorum liberorum iure: niſi grauiorem animaduerſionem res exigat. Tũ enim offerre iudici eos pater debet. [d] Præterea filius qui in poteſtate eſt, ſi ab alio detineatur, [e] aut præiudiciis, aut interdictis, aut cognitione iudicis, aut rei vendicatione, ex Iure Romano peti poteſt: [f] ſic tamẽ, vt matri ſe retineat, & apud eã magis quàm apud patrem morari ex iuſtiſſima cauſa debeat, ſubueniendum ſit. [g] Itémque ſic vti patria poteſtate parens debet, ne bene concordantia matrimonia conturbet.

III. [h] Præterea poteſtas conſiſtit in auctoritate præſtanda, [i] ſic vt filiusfa. ſine conſenſu patris, nec reipublicæ quicquam polliceri: [i] nec iudicio cum quoquã experiri: [k] nec teſtamentum, aut codicillos [l] niſi in caſtrenſibus, vel quaſi, in quibus pro patrefa. habetur, facere poſſit. [m] Eidem patrem in ius vocare, [n] aut cum eo iudicio contendere, niſi de caſtrenſi peculio non licet.

IIII. [o] In publicis tamen cauſis filiusfa. loco patrisfa. habetur: veluti ſi magiſtratum gerat, vel tutor detur.

V. [p] Patria poteſtas in iis quoque verſatur, quæ liberi, qui in poteſtate ſunt, acquirunt. Quod hanc diſtinctionem recipit, [q] vt ſi quid ex re patris eis obueniat ([r] quod peculiũ profectitium appellari ſolet) totum parentibus acquiratur. [ſ] Si ex alia cauſa (quod peculium aduentitium nominant) huius rei vſusfructus patri acquiratur: dominium apud filium remaneat.

VI. [t] Ea tamen conditione hæres inſtitui filiusfa. poteſt, vt pater, vel qui eum in poteſtate habet, nullum vſumfructum in ea hæreditate, aut communionem habeat. [u] Similiter ſi pater ſuccedat in hæreditatem fratris, vel ſororis, vnà cum ipſo filio, in ea vſumfructum non habet. [x] Item ſi inſtitutus hæres filius ſine voluntate patris hęreditatem adierit.

VII. [z] Patri bona filij aduentitia niſi propter æs alienum, quod è mobilibus ſolui non poſſit, alienare non permittitur: [a] nec ipſi filiofamiliâs de his teſtari, ſine patris conſenſu, vel illa alienare, aut hypothecæ, aut pignori poteſt ſubiicere.

CAP. III.

Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicetur.

Prima pars capitis tertij.

QVOD IVSSV.

VIII. [b] EX iuſſu patris in eum in ſolidum actio datur. Iuſſum autem accipiendum eſt, ſiue teſtatò quis, ſiue per epiſtolam, ſiue verbis, aut per nuntium, ſiue ſpecialiter in vnum contractum iuſſerit, ſiue generaliter. [c] Sed & ſi mandauerit pater, vel ratum

c l.4. l. Cõgruẽ tiss. l. filia. C. b. t. l. 1. C. de emend. prop. l. Diuus D. ad le. Iul. de parric.
d l. 1. §. 1. D. de rei vend.
e tototit. de lib. exh. D.
f l. 1. Ibid. & l. 2.
g l. 1. §. vlt. d. 1.
h l. 2. §. 1. D. de poll.
i l. vlt. §. 1. C. de bon. quæ liber.
k l. penult. & vlt. C. Qui teſt. fac. poſſ.
l §. 1. Inſtit. per quas perſ. no. ac.
m l. vlt. C. de in ius voc.
n l. lib. nulla. D. de Iud.
o l. filiusfa. D. de his qui ſui vel alien. iuris ſũt. l. ille à quo. §. vlt. & l ſeq. D. ad SC. Tre.
p §. igitur Inſtit. per quas perſ. nob. acq.
q Idẽ quoque l. cum oportet. in prin. C. de bon. quæ liber. & l. placet. D. de acq. vel omitt. hæred. l. quodcunque. D. de verb. oblig.
r Glo. & Bar. in d. l. cum oportet. arg. l. 3. D ad le. Falci. Cl. Cenciummala. Inſtit. per quas perſo. nob. acq.
ſ d. l. cũ oportet. l. 1. & 2. C de bo. mat. l. 1. & 2. 3. & 4. C. de bo. quæ liber.
t in Auth. vt lic. matr. & au.
u in Auth. de hæred. ab inteſt. §. ſi verò cum aſcendentibus.
x l. Cùm nõ ſolùm. §. ſiue ex contrario. C. d. t. de bo. quæ. lib.
z d. l. cum non ſolùm. §. ſin autem æs alienũ. & §. ipſum autem.
a d. l. §. filius autem familias.
b l. 1. D. quod iuſſ. l. 1. D quod cũ eo qui in aliẽ.
c idem l. 3. l. ſi mandator l. ei qui ſeruo §. vlt. C. Quod cum eo qui in alien.

habuerit, vel filij chirographo ſubſcripſerit, videtur iuſſiſſe. [d] Reuocare autem iuſſum pater, antequam credatur, poteſt.

IX. [e] Pater qui iuſſit filio ſuo pecuniam credi, hactenus tenetur quatenus iuſſit: nec pignoris obligatio in his prædiis locum habet, quæ filius non ex voluntate patris obligauit.

Secunda pars capitis tertij.

DE IN REM VERSO.

X. [f] IN ſolidum parẽs tenetur, cuius in rem verſum eſt quod filius accepit. [g] Et ſiue ratum habeat filij contractum pater, ſiue non, de in rem verſo eſt actio: [h] ac regulariter dicimus toties de in rem verſo actionem eſſe, quibus caſibus procurator mandati, vel qui negotium geſſit negotiorum geſtorum haberet actionem: quotiẽſque aliquid ita cõſumpſit filius, vt aut rem meliorem pater haberet, aut non deteriorem.

XI. [i] Si acceptam pecuniam mutuam filius ſoluerit paterno creditori, etiam errans, eúmque putans creditorem qui non erat, in rem patris verſum videtur, quatenus pater indebiti repetitionem habet. [k] Itémque ſi pecuniam in rem patris acceptam, [l] vel frumentum comparatum ad familiam patris alẽdam, ſine filij culpa perdita ſint.

XII. [m] Etiam cùm filiusfa. pecuniam in dotem filiæ ſuæ, vel neptis ex altero filio, vel ſororis eſt mutuatus, ſi pater daturus fuit: [n] ſimiliter ſi pecuniã, quam pater debuiſſet, conſtituerit, ac ſoluerit.

XIII. [o] Si res patri non neceſſarias emerit filius, veluti pecora, vel fundum, hactenus videtur in rem eius verſum, quatenus pecorum, fundive verum pretium faciat: cùm ſi neceſſarias emiſſet, in ſolidum quanti vænijſſent, teneretur.

XIIII. [p] Si filius mutuatus nummos, alij eos crediderit, de in rem verſo pater tenetur, quòd nomen ei acquiſitum ſit. Quod ita procedit ſi non peculiare nomen fecit: ſed quaſi paternæ rationis. Ex qua cauſa hactenus erit pater obligatus, vt ſi non putet ſibi expedire nomen debitoris habere, cedat creditori actionibus, procuratorémque eum faciat.

XV. [q] In rem verſum videtur prout aliquid verſum eſt. Proinde ſi pars verſa eſt, de parte erit actio.

XVI. [r] In res voluptuarias impenſũ, in rem patris verſum non videtur: ſed creditori auferre, ſi ſine incommodo patris poſſit, conceditur. [r] Itémque perdituro filio ſolutum in rem patris verſum non videtur.

Tertia pars capitis tertij.

DE PECVLIO.

XVII. [ſ] PEculium ex eo conſiſtit quod ex ſua parcimonia quis parauit, vel officio meruit à quolibet ſibi donari: idq; velut patrimonium filium ſuum habere quis voluit.

d d. l. 1.
e l. 3. D. Quod iuſſ.
f l. 1. D de in rem verſ.
g l. ſi ratũ. ibid.
h l. 3. § 1. ibid.
i d l 1. §. 1.
k l. Seruus. ibi.
l d. l. 3. §. item Labeo. & §. vl.
m l & ideo. § vlt. & duab. ll. ſeqq. ibid.
n l. ſi filiusf. ibi.
o l. ſi res. l. ſi fundum. ibid.
p d. l. 3. §. item Labeo. ibid.
q l. ſi pro parte. ibid.
r d. l. 1. §. 1.
r l. ſi pro patre. §. verſum d. t.
ſ l. Peculiũ & ex eo. D de pecul.

XVIII. [t] Qui peculij adminiſtrationem cõcedit, videtur permittere genealiter, quod & ſpecialiter conceſſurus eſſet.

XIX. [u] Si quis cum filiofamiliâs contraxerit, duos habet debitores: filium in ſolidum, & patrem de peculio duntaxat: [x] veluti depoſiti nomine, [y] fideiuſſionis filij cauſâ: ob compromiſſum filij, tametſi ex maleficio, vel quaſi filius compromiſerit: [a] iudicatę rei cauſâ: [b] delati à filio iureiurandi: [c] furti à filiofa. commiſſi, quatenus pater factus eſt locupletior: [d] eodemque modo contractus eius nomine, qui cum impubere filio factus ſit.

XX. [e] Tenet actio de peculio, etiamſi nihil ſit in peculio cùm agitur: ſi modò ſit rei iudicatæ tempore. [f] Pręterea is qui ſemel de peculio egit, rurſus aucto peculio de reſiduo agere poteſt. [g] Et peculium, deducto eo quod patri debetur, aut iis qui in eius ſint poteſtate, computandum eſt.

XXI. [h] Quádiu filius in poteſtate eſt, de peculio actio perpetua eſt. Poſt mortem autem eius, vel poſtquam emancipatus fuerit, in anno quo primum de ea re experiundi poteſtas erit, iudicium datur. Annus autem vtilis computabitur.

Quarta pars capitis tertij.

Communia, De eo quod iuſſu, De in rem verſo, & De peculio.

XXII. [i] SI filiusfam. patri emit, ſiquidem volũtate eius emit, poteſt Quod iuſſu agi. Si verò non ex voluntate, ſiquidem pater ratum habuerit, vel alioqui rem neceſſariam, vel vtilem patri emerit, de in rem verſo actio erit. Si nihil eorum eſt, de peculio erit actio.

XXIII. [k] Cùm filiusfam. tutor aut curator datur, pater tutelæ vel negotiorum geſtorum iudicio, de peculio, & de in rem verſo conueniendus eſt, [l] non in ſolidum, niſi pro filio tutore interceſſerit, & quaſi in ſe periculum receperit: [m] aut ſi cũ tutor à iudice datus ſit filius, tutelam agnouit, hoc eſt ſi geſſit, vel gerenti filio conſenſit, vel tutelam aliquo modo attigit: tum enim filij nomine conuenitur. Atque ſupra ſcripta quidem omnia de peculio pagano intelligenda ſunt: quod in profectitium, aduentitiúmque ſupra diuiſimus.

CAP. IIII.

De caſtrenſi peculio, vel quaſi.

XXIIII. [n] CAſtrenſe peculium eſt quod à parentibus, vel cognatis, vel aliis in militia degenti donatum eſt, [o] vel quod in caſtra, concedẽte patre, filiusfam. detulit: vel quod ipſe filiusfa. acquiſiuit, quod, niſi militaret, acquiſiturus nõ fuiſſet. Nam quod erat etiam ſine militia acquiſiturus, id peculium eius caſtrenſe non eſt.

XXV. [p] Miles filiusfam. à commilitone, vel ab eo quem per militiam cognouit, hæres inſtitutus, hæreditatem caſtrenſis peculij fecit: [q] etiamſi commilito cognatus eius fuerit, ſi quidem poſt commilitium, nõ etiam antè eum hæredem inſtituit.

A

XXVI. [r] Non eſt caſtrenſis peculij hæreditas relicta à propinquo qui in alia prouincia ſemper deguit: [ſ] nec donatum à patre filio militi reuerſo: [t] nec item donatum, legatúmue à cognato: vel alio, non è caſtris noto, licèt expreſſerit vt in caſtrenſi peculio haberet.

B

XXVII. [u] Quaſi caſtrenſe peculium eſt, quod ex artium liberalium profeſſione filiusfa. acquiſierit, vel ex publici magiſtratus emolumentis: [x] ex ſacerdotiorum prouentu, [z] ex cauſarum patrociniis, & vrbana illa inermiq; militia. [a] Quo etiam numero vel maximè haberi debet quod filiusfam. inſeruiẽs aulę principali, vel ex parcimonio propria quæſierit, [b] vel ex Principis liberalitate acceperit.

C

XXVIII. [c] Natura conditióque caſtrenſis peculij, vel quaſi caſtrenſis eſt, vt filius in eo patrisfamiliâs vice fungatur, [d] déque eo actionẽ etiam inuito patre habeat, [e] ac de eodem cum patre poſſit contrahere. [f] Item vt id fratribus non conferatur; [g] ac de eo teſtari filiusfamiliâs poſſit.

CAP. V.

D

Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.

XXIX. [h] PAtriæ poteſtatis ius ſoluitur morte parentis in cuius poteſtate erant liberi: niſi ſit in cuius poteſtatem recidant: veluti pater auo mortuo: [i] non item parentis furore. [k] Item patria poteſtas ſoluitur pœna parentis, vel liberorum, qua ciuitas amittitur. [k] Pręterea emãcipatione apud competentem iudicem facta, [l] & ſi diu pater filij res vt patrisfa. agi per tutores teſtamento matris nominatos paſſus ſit: [m] eſtque in poteſtate patris quem velit liberorum emancipare, vel filium, vel nepotem, pronepotémve, & alios retinere.

E

XXX. [n] Non poteſt filius qui in poteſtate parentis eſt vllo modo compellere eum ne ſit in poteſtate: [o] niſi fortè malè filiũ pater contra pietatem afficiat: [p] vel filiabus peccandi neceſſitatem imponat: [q] vel ſi legatum hac contemplatione vt filium emancipet, pater agnouit.

F

CAP. VI.

Quæ iura habet parens in emancipatorum liberorum bonis.

XXXI. [r] PArens emancipãdo liberos ſuos pro pretio quodammodo emancipationis, ex rebus quæ parenti non acquirũtur, dimidiam non dominij rerum, ſed vſusfructus retinet.

G

XXXII. [ſ] Si liberos, viua matre, quæ poſtea deceſſerit, parens emancipauerit: ſi quidem omnes, in virilem partem vſusfructus vocatur: ſi partem liberorum, vſufructum portionis cuiuſque emancipati ſuſcipiet.

t l. qui peculij. & l. ſed etſi ibi.
u l. ſi quis cum filiofa. ibid.
x l. Depoſiti. ibid.
y l. 3. § ſed ſi filius. ibid.
a d. l. 3. § Idẽ ſcribit.
b d. l. depoſiti.
c d. l. 3. § ex furtiua.
d d. l. 3. § 2.
e l. Quæſitum in pr. ibid.
f d. l. § ai qui ſemel.
g l. Peculium. ibid.
h l. 1. D. quando de pec. actio eſt ann.
i l. ſi res. D. de in rem verſ.
k l. 1. C. quod cum eo qui in alien. poteſt.
l l. Lucius Titius. l. D. de adm. tuto.
m l. ſi filiusfa. D. de tut. lo. Faber. inſt. qui teſta. tuto. da. poſ. Inſtit.
n l. Caſtrenſe. D. de caſtr. pec.
o l. miles præcipua. ibid.
p l. miles filiusfa. ibid.
q l. hæreditate ibid.
r l. Dotem ibi.
ſ l. Pater militi. ibi.
t l. ſi forte. ibid.
u l. vlt. § de ar. lim. C. de inoffi. teſta.
x l. Sacroſancta. l. cum lege. C. de epiſc. & cler.
z l. Aduocati. C. de aduo. di. iud. l. c.
a l. 1. C. de caſt. om. palat. pec. lib. 12.
b Idem l. cum multa C. de bo. quæ libe.
c l. 3. D. ad SC. Ma. l. vl. C. eo t.
d l. miles. 1. & 2. D. de caſtr. pec.
e l. Pater militi. ibid.
f l. 1. § nec caſtrenſe. D. de coll. bon. l. Sacroſancta. C. de Epiſc. & cler.
g l. vlt. C. de inoffi. teſta. l. cum lege. C. de Ep. & cl.
h Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol.
i l. Patre furioſo. D. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt.
k § cũ autem. Inſt. d. t. quib. modis. ius pa. & § pœna. ibi.
k § præterea ibid. l. Emancipare. D. de ado. & emanc. § admonendi. Inſt. d. t. quib. modis.
l l. 1. C. de patr. pot.
m d. § admonendi.
n l. Non poteſt. l. Nec auus. D. de adopt. & emanc. § vlt. Inſt. d. t. quib. mod.
o l. vlt. D. ſi quis à par. fuer. manu.
p l. ſi lenones. C. de Epiſc. aud.
q l. ſi cum. D. de cond. & dem.
r § his quoque. Inſt. per quas perſ. nob. acq. l. Cũ non ſolũ. § cum autem. C. de bon. quæ liber.
ſ l. ſi viua matre. C. de bon. mater.

CAP. VII.

Quæ iura emancipato filio competant.

t Claud. Cantiũcula in Inſt. t. per quas perſ. nob. acq. & Io. Faber. l. donationes. §. pater. D. de dona. arg. l. 1. C de precl. cum quis mor.

u l vlt. D. de iis qui ſui vel al. iur ſunt.

XXXIII.[t] PAter filium emancipans, peculium profectitium quoque eidem reliquiſſe, ſi non ademerit, intelligitur.
XXXIIII. [u] Filij emancipati in patriam poteſtatem inuiti oon rediguntur: [x] niſi contumaces qui parentes vel acerbitate conuitij, vel cuiuſquam iniuriæ dolore pulſauerint. B

CAP. VIII.

Quibus modis patriæ poteſtatis ius non ſoluitur.

x §. filiusfa. D. quib. mod. ius patr. pot. nõ ſol.

XXXV. [y] Filiusfam. ſi militauerit, vel ſi Senator factus fuerit remanet in pnteſtate patris.

DE TVTELA & Cura.

C

TIT. II.

Tutela & cura tractatus ſexdecim capitibus conſtat. Primum eſt: Quid ſit tutela, & quotuplex. Secundum, De teſtamẽtaria tutela: cuius tres ſunt partes. Prima, Qui dare poſſint tutores teſtamento. Secunda, Qui & quomodo dari teſtamento tutores poſſunt, & de interpretatione verborum teſtatoris. D *Tertia, Si in ſuſpenſo ſit teſtamentaria tutela, qui interim tutores curatoréſve dentur, & quo modo. Tertium caput, De legitimis tutoribus. Quartum, de legitima parentum tutela, & fiduciaria. Quintum, De tutela matris & auiæ. Sextum, De tutelâ iudiciali, quam datiuam vocant. Septimum, de Curatoribus: cuius prima pars, Quid ſit cura. Secunda, De curatoribus puberum. Tertia, De curatoribus furioſorum: cuius appẽdix, De furore interquieſcente. Quarta, De curatore prodigi. Quinta, De curatore bonorum ventris nomine,* E *& aliis curatoribus bonorum. Octauum caput, Qui petant tutores vel curatores. Nonum, Qui non debeant dari tutores vel curatores. Decimum de excuſationibus tutorum vel curatorum: cuius prima pars, Quæ excuſationes recipiãtur cùm datur tutor aut curator. Secunda, Quæ excuſationes proſint ad ſuſceptã tutelam curámve deponendã, & quatenus. Tertia, Quæ excuſationes non admittantur. Quarta, De pœnis quorundam qui ſe excuſant. Undecimum caput, De iureiurando &* F *ſatiſdatione tutorum vel curatorum. Duodecimum, Si plures ſint tutores curatoréſve, quis geret. Tredecimum, De adminiſtratione, & periculo tutorum, & curatorum, cuius prima pars, De inuentario & diſtractione mobilium. Secunda, Ubi pupillus vel adultus educari debeat. Tertia, De authoritate tutoris. Quarta, De officio tutoris & curatoris. Quinta, De prædiis eorum qui in tutela ſeu cura ſunt ſine decreto non alienandis. Decimum quartum caput, De ſuſpectis tutoribus.* G *Decimum quintum, De rationibus tutelæ & curæ: cuius prima pars, quando tutela curáque finiatur, & quid veniat in rationem tutelæ vel curæ. Secunda, De eo qui pro tutore negotia geſſit. Tertia, Pro qua parte, & quo ordine quiſque tutorum vel*

A *curatorum conueniatur. Decimum ſextum, De contraria actione tutelæ, & negotiorum geſtorum curæ cauſa.*

a Ioan. Faber. tit. de 1. tutel. Inſti.

I.[a] PErſonarum quæ ſui iuris ſunt, aliæ tutorum auctoritate, aliæ curatorum directione reguntur: quædam à neutris pendent: ſed ſuo arbitrio relinquuntur.

B

CAP. I.

Quid ſit tutela & quotuplex.

b Inſt. de tutel. in pr. l. 1. D eo. t. §. vlt. Inſt. de Attil. tuto.

c l. plures. D. de admin. & peric. tuto. §. ad certũ. Inſt. qui teſta. tuto. dar. poſſ.

d l. propter litem §. vlt D de excuſ. tuto. §. datus autem. Inſt. eod. l. 2. C. eo t.

e hanc vulgò datiuam voc.

II.[b] TVtela eſt vis ac poteſtas in capite libero ad tuẽdum eum qui per ætatem defendere nequit iure ciuili data, ac permiſſa. Tutores autem ſunt qui eam vim ac poteſtatem habent: éxque ea re nomen accipiũt. [c] Tutor autem non rebus duntaxat, ſed & perſonæ moribúſque pupilli præponitur: [d] & ad vniuerſum patrimoniũ datus creditur. Tutelarum verò alia teſtamentaria, alia legitima, alia [e] iudicialis. C

CAP. II.

De teſtamentaria tutela.

Prima pars capitis ſecundi.

Qui dare poſſint tutores teſtamento.

f §. permiſſum. Inſt. de tut. l. 1. D. de teſt. tut.

g §. cum auté. Inſt. de tut. l. 1. §. 1. l. ſi hæredes. §. qui filiũ. D. de teſt. tut.

h l. 3. ibid.

i l. 2. C. de confir. tuto.

D III. [f] PErmiſſum eſt parentibus liberis impuberibus quos in poteſtate habent, teſtamento tutores dare. Et hoc in filios, filiáſque pocedit omnimodò. Nepotibus verò, neptibúſq;, [g] etiam poſthumis ita demum parentes poſſunt teſtamento tutores dare, ſi poſt mortem eorum in patris ſui poteſtatem non ſunt recaſuri. [h] Teſtamento verò datos etiam accipimus, qui codicillis teſtamẽto confirmatis dati ſunt. [i] Sed neque per epiſtolam, neque ex imperfecto teſtamento rectè tutores dantur. E

k l. vlt. C. de confir. tuto.

l l. mulier. D eo. t.

m l. 1. C. eo. t.

n d. l. mulier.

o Ludo. Romanus. Conſ. 288. l. Peto. §. mater. D de lega. 2. Io Barberius t. de tut. & mat.

p l ſi patronus. D de confir. tut.

q l. tutores. ibid.

r l. Auia. ex cauſa. C. de liber. præter. Glo. in l. 1. in verb. rumpatur D de teſt tut. Io. Barberius. t. de tut.

ſ l. 1. D de confirm tut vel curat. l ſi filio. l quæ à patre. ab. l de creationibus. C de Epiſc. aud.

IIII. [k] Liberis naturalibus parentes in iis rebus quas eis reliquerint, ſcilicet intra præfinitum legibus modum, tutorem dare teſtamento poſſunt: ſed is à iudice confirmabitur, & ita res geret pupillares.
V. [l] Si mater dedit, decreto iudicis confirmabitur, [m] inquiſitione habita: [n] ſed non ſatiſdabit pupillo rem ſaluam fore. [o] Sed ſi legitimam tantùm hæreditatis partem mater filio, F filiæque reliquerit, non videtur ab ea rectè tutor teſtamento datus: nec à iudice ſine diligentiſſima inquiſitione confirmabitur.
VI. [p] Si extraneus impuberi, quem hæredem inſtituit, tutorem dederit, & extra eam nihil in bonis pupillus habeat, non malè diceretur iudicium eius ſequendum eſſe. [q] Quòd ſi alij dederint, iudex cautionem ab his exiget: nec decretum interponet, quàm per inquiſitionem idoneis pronunciatis. G
VII. [r] Si propter præteritos liberos teſtamentum rumpatur, teſtamento aut codicillis datus tutor, cùm hæredis tantùm inſtitutio infirmetur, cæteráque firma maneant, tutor erit.
VIII. [ſ] Teſtamento datus à parente tutor,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

à Iudice ſine inquiſitione & ſatiſdatione confirmatur: [t] niſi fortè cùm longè ante factum eſſet teſtamentum, medio tempore aliquid ſuperuenerit cur ſine inquiſitione confirmari non debeat.

I X. [u] Si pater dixerit, Precor te curam habere rerum: aut in codicillis, [x] aut per epiſtolam, vel in imperfecto teſtamento, vel filio non exiſtenti in poteſtate, aut filiæ dederit, tũc quod deficit, repleri à iudice conſtitutum eſt, & confirmari tutores.

t l. in confirmãdo. & duab. ll. ſeqq. D. de confir. tuto. vel curat. l. Pater. §. 1. D. de teſt. tut.
u l. 1. D. d. t. de confir. tut. vel cur.
x l. 2. C. eo. t.

Secunda pars capitis ſecundi.

Qui, & quo modo dari teſtamento tutores poſſunt: & de interpretatione verborum teſtatoris.

X. [z] DAri tutor poteſt teſtamento non ſolùm paterfam. ſed etiã filiusfam. [a] ac qui eiuſdem ciuitatis non eſt.

X I. [b] Furioſus, vel minor viginti quinque annis tutor teſtamento datus, tutor tunc erit, cùm compos mentis, aut maior viginti quinque annis fuerit factus.

X I I. [c] Si quis filiis ſuis tutorem dederit, tã filiis quàm filiabus dediſſe videtur: [d] etiã poſthumis. Si filio, & plures filios habeat, magis eſt vt omnibus dediſſe videatur. [e] Si liberis dixerit, etiam nepotibus dediſſe videbitur. [f] Si filiis, nepotes non continebuntur. [g] Si poſteris, tam filij poſthumi quàm cæteri ex his nati comprehendentur.

X I I I. [h] Si quis poſthumis dederit tutores, hique viuo eo naſcantur, magis eſt vt vtilis datio fiat.

X I I I I. [i] Cùm codicillis alios ideo ſe tutores dare ſignificaſſet, quoniam teſtamento datos, quoſdam defunctos, aut excuſationem habere comperiſſet, an nihilominus qui eorum viuerent, nec excuſati eſſent, tutores permanerent. Reſponſum eſt nihil proponi cur non permanerent.

X V. [k] In tutelis teſtamentariis id ſequimur quod nouiſſimum eſt. Et ſi ſæpius tutor datus ſit, nouiſſimam ſcripturam intuemur.

X V I. [l] Tutoribus ita datis, Luciũ Titium tutorem do: ſi is non vixit, Caium Plantium tutorem do. Lucius Titius vixerat, & tutelam geſſerat; deinde mortuus erat. Ad Plantium tutela non pertinet: quia illa verba ad mortis tempus referuntur.

X V I I. [m] Si quis cùm ignoraret ſe Titium filium habere, filiis tutores dederit, non videbitur Titio dediſſe.

X V I I I. [n] Duo ſunt Titij pater & filius. Datus eſt tutor Titius. Is datus eſt de quo ſenſit teſtator. Si id non appareat non ius deficit, ſed probatio.

X I X. [o] Si quis filij negotia cuiquam commendarit, tutorem eum dediſſe non videtur. [p] Attamen is à iudice confirmabitur. [q] Si poteſtati alicuius filium permiſerit, rectè dediſſe videbitur.

X X. [r] Tutor non erit, qui ſe in teſtamento tutorem ſcripſit. Cùm autem patris voluntas hoc ipſum manu ſua declarantis, ambigua non

z Inſt. qui teſt. tuto dar. poſſ.
a l. quarto. D. de teſt. tut.
b §. furioſus Inſtit. d. t. qui teſta. tuto. dar. poſſ. l. ſi hæreditas. § ſi furioſus. D. de teſta. tut.
c, l. ſi quis ita. ibid. tuſta in terpretatione. D de verb ſig.
d §. vlt. Inſt. qui teſta. tut. d. a. poſſ. l. ſi quis filiabus. & l ſeq. D. de teſt. tut.
e Idem. l. liberorum. D. de verb. ſign.
f Alciatus in d. l. liber. & Paradox. lib. 3. cap. 14.
g l. quod ſi nepotes. D. d. t. de teſta. tut.
h l. ſi quis ita. D. de teſta tut.
i l. vlt. ibid.
k d l vlt.
l l penult. ibid.
m l. ſi quis ita. §. 1. ibid.
n l. duo ſunt Titij. ibid.
o l qui aliena § quanquam. D de neg. geſt. Ludou. Romanus. Sing. 164. Chaſſan. in Cõſ. Burg. tit. de pl. donr. ſ. comm.
p l. 1. D. de confir. tut. vel cur.
q c. ex parte. 2. & ibi Bald. in ſi. de appell. Iaſ. in l. 1 D. de iuriſdi. om. iud.
r l. ex ſententia. D. de teſt. tut.

A eſſet, eum, quamuis alij tutores eſſent, tutorem dandum reſponſum eſt; nec admittendam excuſationem quam iure publico habebat: quoniam promiſiſſe videbatur, nec vt ſuſpectum remoueri.

X X I. [s] Certæ rei vel cauſæ tutor inutiliter datur. [t] Attamen ſi tutor detur rei Occitanæ, vel Normanæ, vtilis datio eſt.

s §. ad certam. Inſt. eo. t. l. certarũ. & duab ll. ſeqq. D. eo. t.
t l. ſi tamẽ. ibi.

B

Tertia pars capitis ſecundi.

Si in ſuſpenſo ſit teſtamentaria tutela, qui interim tutores curatoréſve dentur: & quo modo.

X X I I. [u] Ad certum tempus, vel ex certo tempore, [x] vel ſub cõditione [x] vel ante hæredis inſtitutionem poſſe dari teſtamento tutorem non dubitatur. [z] Medio autem tempore alius tutor dabitur, quamuis legitimum tutorem C pupillus habeat. [a] Et ſciendum eſt quamdiu teſtamentaria ſperatur tutela, legitimam ceſſare. Et ſi ſemel ad teſtamentarium deuoluta ſit tutela, deinde excuſatus ſit tutor teſtamentarius, adhuc dicimus in locum excuſati alium dandum: non ad legitimum tutorem redire tutelam. Idem dicimus etſi fuerit remotus.

X X I I I. [b] Si quis minor viginti quinque annis tutor teſtamento datus ſit, donec qui- D dem impubes fuerit, non moleſtabitur: interim tamen alter in locum eius creabitur curator.

X X I I I I. [c] Si quis teſtamento rei Occitanæ, vel Normanæ datus ſit, cùm id moribus ſit recepum, & vtilis datio ſit, [d] tutor aliarum rerum datur. [e] Item ob augmentum tutores vel curatores dantur, vt puta ad bona materna quæ poſtea acceſſerunt, vel ad aliud quod E augmentum huiuſmodi, [f] hique adminiſtrare alia bona non ſolent.

CAP. III.

De legitimis tutoribus.

X X V. [g] QVibus teſtamento tutor datus non eſt, his cognati ſunt tutores, qui vocantur legitimi. Similiter cùm is qui datus eſt tutor, viuo teſtatore, deceſſerit. F [h] Planè ſi duo pluréſve fuerint tutores teſtamentarij, in locum eius qui deceſſit, vel in ciuitate eſſe deſiit poteſt dari alius, [i] ſi tam amplæ ſint pupilli facultates, vt id eius vtilitas exigere videatur. Cæterùm ſi nullus ſuperſit, vel in ciuitate ſit, legitima tutela ſuccedit.

X X V I. [k] Si plures ſunt cognati, proximus [l] maſculus tutelam nanciſcitur: & ſi eodem gradu plures ſint maſculi, & perfectæ ætatis, ad omnes æquè pertinet. [m] Sed conuenire eos communiter apud iudicem oportet, vt vnus G pluréſve omnium periculo adminiſtrationi rerum committantur.

X X V I I. [n] Si impubes ſit, aut minor viginti quinque annis, aut ab hoſtibus detineatur, is ad quem tutela pertinet, in eius locum curator à iudice interim datur: non inferioris gradus cognato tutela defertur.

u d. §. ad certũ. & § præterea. Inſt. quib. mod. tut. fin. Aliud obſeruatur in tutore qui à iudice datur. l. actibus legitimis. D. de reg. Iur.
x Idem §. & ſi vſque. Inſtit. quib. mod. tut. fin. l ſi quis ſub conditione. D. de teſtam. tut.
z Idem §. ante hæredis. Inſtit. de lega.
a d. l ſi quis ſub conditione.
b l. non ſolùm. §. ſi libertus. D. de excuſ. tut.
c l. ſi tamẽ. D. de teſta. tut.
d l. propter litẽ. §. vlt. D. de excuſ. tut.
e l. quoties. §. vlt. D. de adm. & peri. tuto.
f l. vlt. C. in quib. cauſ. tuto. vel curat. hab. tutor vel curat. dari poteſt.
g Inſt. de legit. agn. tut. in pr. & §. 7. l. inteſtato. D. de leg. tut.
h d. l. ſi quis ſub conditione.
i Ioan. Barberius. h. s. l. pen. C. in quib. cauſ. tutor. hab. tut. vel cur. dari pot.
k l. ſi plures. l. ſi reliquero D. de leg. tuto. §. vlt. Inſt. de cap. dimi.
l l. Agnato. D. d. t. de leg. tut.
m Auth ſicut. C. eo. t.
n l. non ſolum. §. ſi liberto. D. de excuſ. tut.

Google

XXVIII. [o] Legitimus tutor ſtatim atque delatam ſibi tutelam cognoſcit, adire iudicem debet, eique notum hoc facere. Iudex verò exigere ab eo ſatiſdationem, [p] iuſiurandúmque, defenſurum eum pupillum, ac rectè tutelam adminiſtraturum. [q] Et ſi proximus tutelam ſibi delatam non adminiſtrat, cùm ſe non excuſat, periculo ſuo ceſſat.

o Ioan. Berberius, h. t. l. legitimos. D. de leg. tut.
p l. vlt. §. omni C. de adm. tuto.
q Io. Faber. in l. ſi ſororis. C. qui dar. tut. vel cur poſſ. & qui non.

CAP. IIII.

De legitima parentum tutela ac fiduciaria.

XXIX. [r] SI parens aliquem è liberis impuberibus quos habet in poteſtate, emancipet, vicem legitimi tutoris ſuſtinet. [ſ] Quo defuncto, liberi eius virilis ſexus, fiduciarij tutores filiorum ſuorũ, vel fratris, vel ſororis, & cæterorum efficiuntur.

r l. 3. §. vlt. D. de leg. tut. Inſt. de leg. par. tut.
ſ Inſt. de fiduc. tut.

CAP. V.

De tutela matris & auiæ.

XXX. [t] MAtrem, auiámque, [u] item & pronauiam, [x] etiã creditrices, vel debitrices, ſi tutelã, [z] aut curã ſuſcipere volũt, cæteris omnibus perſonis, [a] niſi cũ pater viuit, [b] aut teſtamentarij ſunt à patre, aut auo, liberis quos in poteſtate habuêre tutores dati, præferre oportet: [c] ac auo quidẽ ipſi paterno, maternóve, ſi in poteſtate aui paterni liberi non ſint: [d] dummodo Senatuſconſulti Velleiani auxilio, [e] cæterisq; priuilegiis mulieribus conceſſis renuncient. [f] Quod tamen noſtris moribus eis remittitur.

XXXI. [g] Matri naturali hoc quoque ius defertur: ac ea patri non legitimo in filij tutela præfertur.

XXXII. [h] Si abſens ſit pater, aut ciuitatem amiſerit, in eius locum ſubſtitui mater poteſt.

XXXIII. [i] Quæ ſecundò nupſit, à tutela [k] etiam teſtamẽtaria remouetur. [l] Multò magis quæ impudicè viuere comperitur. [m] Mater quoq; deſpõſa tantùm à tutela remouetur.

XXXIV. [n] Si mater ſecundis nuptiis copulata tutrix eſſe deſiit, ne mortuo quidem viro in tutelam reſtitui poteſt.

t l. matres. Auth. matri & auiæ. Auth. Sacramentum. Auth. ad hæc. C. quando mul. tut. off. fung. poſ.
u Bart. in d. Auth. matri & auiæ.
x d. Auth. ad hæc. in Auth. vt ſine proh. mat.
z Bart. in l. ſi quis ſub conditione. Glo. in d. Auth. matri & auiæ. Boerius in Conſ. Biturig. §. 6. Io. Berberius. h. t.
a d. l. in ſi. C. quãdo mul. tut. off. fung. poſſ. Bart. in d. l. ſi quis ſub conditione. nu. 8.
b Bart. ſupraſc. loco. & in d. Auth. matri & auiæ. Ludou. Romanus. Cõſ. 188.
c Bart. in d. l. ſi quis ſub conditione. Boerius in d. Conſ. Biturig. §. 6. arg. Auth. defuncto. C. ad SC. Tertyl. cõtra. Glo. in d. Auth. matri & auiæ.

CAP. VI.

De tutela iudiciali, quam datiuam vocant.

XXXV. [o] SI cui nullus omninò tutor ſit nec teſtamento datus, nec legitimus, eius ciuitatis magiſtratus dare ex inquiſitione tutorem debent, vnde pupilli per conditionem patris originem ducunt: vel vbi ſunt eorum facultates: [p] vel vbi domicilium habent. Quòd ſi omnes dederint, prioris datio erit efficacior. [q] Si non appareat, iudicis originis. Si in diuerſis prouinciis facultates pupilli habeant, vtrobique dari tutor poteſt: ac tum rei ſuæ prouinciæ tutor, [r] curatórve erit.

d Bart in d. l. ſi quis ſub cond. vbi vitiari tutelam hac re omiſſa cenſet. e Auth. vt ſine proh. matr. debit. & cred. tut. ger. mini. f Boerius. Deciſ. Burdeg. 124. nu. 12. g Glo. in d. Auth matri & auiæ & ibid. Bald. Bart. in d. l. ſi quis ſub condition. num 7. & 8. Boerius in Conſ Biturig. §. 6. h Boerius d. §. 6. i in Auth. vt ſine prohib. mat. deb & cre. Guido Papæ deciſ. Gratianopolitana. 539. Boerius in d. §. 6 k Guido Pap. d. deciſ. Chaſſ. in conſuet. Burg. tit. de tut. l Bart. in d. l. ſi ſub conditione n. 27. Glo. quam ſequitur Cyn. Io. Faber, Bar. Angel. & Salyc in Auth. Sacramentum. in verb nuptias. C. quando mul. tut offic fung. poſſ Boerius in d. §. 6. m Bart. pred. loco. n. 16. & 29. Io Faber in d. Auth. Sacramentum contra cenſet. n Cynus & Io. Faber. in d. Auth. Sacramẽtum. Sanſo in Conſ Turonenſes, h. t. n. 6. Specul. tamen ſi non ſint alij dati vel legitimi non ſint reſtitui matrem in tutelam poſſe putat.
o Inſt. de Atilia. tutoris prin. & §. pen. Glo. in l. vn. C. vbi petant tuto. vel curat. Io. Berberius. h. t.

XXXVI. [ſ] Iudices eum demum qui eiuſdem municipij ſit, dare tutorem poſſunt.

XXXVII. [t] Vt ritè ex inquiſitione tutores dentur conuocare iudex conſanguineos, affines, amicos, vicinóſque pupillorum debet: ac quem maior pars elegerit confirmare: ac poſtremò adminiſtrationem tutelæ decreto permittere.

p Cynus in d. l. vn. putat iudicem eius regionis vbi pupilli domicilium eſt, eſſe idoneũ, cuius ſententiã ſequitur Sanſo in Conſ. Turon. h. t. n. 3. Ludouicus Romanus Conſ. 150. iudicem eius territorij vbi pupilli ſunt facultates. Io. Faber in d. l. vn. iudicem domicilij.
q l. pupillo. D. de tut. & curat. datis ab his. Ludo. Roman. d. Conſ.
r l. interſperatos. §. cum oriũdus. D. de exc. tut.
ſ l. tam dandi. D. de tut. & curat. dat. ab his. l. neque à præſide C. qui dã. tuto. vel cur. poſſ. Ioan. Sanſo. in Conſ. Turon. h. t. n. t.
t Glo ſing. in l. 1. C. de tut. vel curat. ill. perſo in verb. vbi decretum.

CAP. VII.

De curatoribus.

Prima pars capitis ſeptimi.

Quid ſit cura.

XXXVIII. [u] CVra eſt vis ac poteſtas in capite libero, ac maximè pubere homine ad tuendum eius negotia, ac quandoque perſonam, qui propter ætatem, aut perſonæ infirmitatem, abſentiámve, aut quam eiuſmodi cauſam ſe defendere nequit.

Secunda pars capitis ſeptimi.

De curatoribus puberum.

XXXIX. [x] IVre ciuili Romano maſculi quidem puberes, & fœminæ viripotentes vſque ad viceſimum quintum annum completum curatores accipiũt, [z] ſed nõ inuiti [a b c d e f] præterquàm in litẽ: [g] iidémque tam maſculi, quàm fœminæ ſine curatoribus teſtamentum facere poſſunt.

XL. [h] Tametſi in litem curatores accipere minores viginti quinque annis debeant, tamen ſi id non fecerint, & cauſam obtinuerint, ſententia pro iis lata iuris ratione ſubſiſtet. Minoribus etenim ætas in damnis ſubuenire, non in rebus proſperè geſtis obeſſe conſueuit.

XLI. [h] Certæ rei vel cauſæ curator dari poteſt, non tutor.

XLII. [i] Iure ciuili Normano qui nõdum vigeſimum ætatis annum compleuêre, minores annis exiſtimantur: eiſdémque tutores ex inquiſitione, conuocatis conſanguineis eorum vſque ad duodecim, vel ſi hi defuerint, amicis, viciniſque, à iudice dantur: [k] qui & corporis Minoris & bonorum eius curam gerãt.

u Io. Berberius h. t.
x tit. de curatorib. Inſt.
z d. t. l. ſi impuberi. inſ.
a b c d e f idẽ. l. Acta. D de re iud. l. 1. & 2. C. qui legit. perſ. l. vlt. C de auct. præſt. l. aũ & minor. C. ſi aduerſ. rẽ iudic.
g l non eo minus. C. de procur.
h § certa autẽ. Inſt. qui teſt. tu. da. poſſ.
i lege municipali Normanæ. verſ 221. huiuſmodi ſtatutum approbat Paulus Caſtrẽſis in l. 2. D. de mino. XXV. an. & Florẽtia de cuno octauo anno ætatis maiores annis exiſtimari memorat Baldus in Auth. ſi captiui. C. de Epiſ & cler. Porrò autẽ frequentatur apud Normanos teſtamentaria tutela: nec à lege tutores, ſed ex inquiſitione vulgò dantur Tamen teſtamento datum à Normano tutorem putem à iudice confirmandum. k Iure ciuili Romano contrà eſt, quo curator ſolùm rei familiaris ac bonorũ, non etiam corporis ſuſtinet adminiſtrationẽ l. in copulandu. C. de nupt. l l 2. §. furioſus. D de iur codic. l vbi non voce. D. de reg. iur. l. 1. §. adipiſcimur. D. de acq. vel amit. poſſ. §. præterea. Inſt. quib. non eſt perm. fa. teſtam. l. in negotus. D. de reg. iur.

Tertia pars capitis ſeptimi.

De curatoribus furioſorum.

XLIII. [l] FVrioſus per omnia, & in omnib9, abſentis, & quieſcẽtis loco habe-

tur: nec vllum negotium gerere poteſt: quia nô intelligit quod agit,[m] nec ſi quid à furioſo ſtipulatus fueris, ei ſtipulationi poteſt fideiuſſor accedere.

XLIIII. [o] Tametſi furioſus negotium aliquod, quaſi prudentiſſimus aliquis geſſerit, id tamen ratum non eſt.

XLV. [p] Qui in publico aliena loquitur, vel facit, furioſus videtur.

XLVI. [q] Teſtibus qui furorem alicuius à ſe cognitum diuerſis in rebus ſingulatim teſtificentor, ad furorem eius generaliter arguendum,[q] non etiam certum furoris genus, vti poſſumus.

Appendix.

De furore interquieſcente.

XLVII. [r] TEſtamentum tempore interquieſcentis furoris factum, réſque aliæ geſtæ, non ſunt inutilia.

XLVIII. [ſ] Si dubitetur an furoris, an ſanæ mentis tempore factum ſit teſtamentum, ſi quidem tempus proximum furori fuerit, videndum [t] an quæ teſtamento ſcripta ſunt, ſano an furioſo conueniant, vt vel ſanus, vel furioſus teſtamentum feciſſe cenſeatur.[u] Quòd ſi ea partim ſanitatem, partim furorem ſapiant, à furioſo factum teſtamentum exiſtimabitur. Si verò valdè remotum à furore fuerit tempus teſtamenti, à ſano factum teſtamentum videbitur. [x] Nec ſatis idoneè ſanæ mentis quem fuiſſe probatum videtur, ſi ſanum oiente teſtantem, vel alio modo contrahentem tùm fuiſſe tabullarius aſcripſerit.

XLIX. [y] [z] Tametſi teſtibus numero infinitis fuiſſe aliquem quandoque furioſum probetur, tamen ſi duobus idoneis ſanum fuiſſe, cùm gereretur negotium, confirmetur, hæc probatio ſuperiori præferetur.

L. [a] Furioſus in furore perſtare exiſtimatur, niſi dilucidis interuallis ſapere probetur: [b] quod cùm eſt, actus qualitas, ſanitatem, furorémve arguit.

LI. [b] Verè ſurdis, iiſdémque mutis, & fatuis curatores quoque dantur.

LII. [c] Furioſo in patris poteſtate conſtituto non datur curator: ſed pater peculium caſtrenſe, aliáque eius bona adminiſtrat.[d] Et iure ciuili Normano cùm in viri poteſtate ſit vxor, ei mente captæ curator dandus non eſt. [e] Cæteris cognati curatores dantur.[f] Et ſi furioſo puberi, quanquam maiori viginti quinque annis, curatorem pater dederit, eum iudex dare debet ſecutus patris voluntatem: [g] & eundem aſſuetum eſt confirmari ab eo qui præeſt ex inquiſitione:[h] vt & teſtamento matris datum tutorem, curatorémve.

LIII. [i] Conſilio & opera curator tueri debet non ſolùm patrimonium, ſed & corpus, & ſaluté furioſi:[k] ac propterea huiuſmodi curator à tutore differre non videtur, [l] iiſdémque rebus quibus tutor adſtringitur: [m] niſi quod cùm locuples eſt, ei ſatiſdatio remittitur.

LIIII. [n] Furioſus carcere, & cuſtodia à cognatis vicioiſque eſt continendus: ne ſibi aliiſve noceat, & ſi quid commiſerit, culpæ eorum aſcribetur.

LV. [o] Si quod maleficium furioſus admiſerit in alienatione, nec ſubſit ſimulatio dementiæ, de modo pœnæ poteſt iudex diſſimulare, cùm ſatis furore ipſo puniatur. Si eo intervallo, quo ſanus fuerit, puniri debet.

Quarta pars capitis ſeptimi.

De curatore prodigi.

LVI. [p] PRodigo interdicitur bonorũ ſuorum adminiſtratio. Iſque prodigus dicitur, qui neque tempus, neque finem expenſarum habet: ſed bona ſua dilapidando & diſſipando profundit. Nec eſt nouum, quoſdam, etſi mentis ſuæ videbuntur ex ſermonibus compotes eſſe, tamen ſic tractare bona ad ſe pertinentia, vt niſi ſubueniatur eis, deducantur in egeſtatem: [q] huiuſmodi ergo perſonis curatores dantur exemplo furioſi: & tandiu erunt ambo in curatione, quandiu furioſus ſanitatem, vel ille ſanos mores receperit.[ſ] Et mulieri quoque quæ luxurioſè viuit, bonis interdici poteſt.

LVII. [t] Niſi à iudice bonis prodigo interdictum ſit, contractus cum eo facti non infirmantur: [u] niſi cùm is qui cum eo contrahit, eum malè vſurum iis rebus de quibus cum eo agebat, ſciret. [x] Alioqui eius cui bonis interdicitur nulla voluntas eſt. [z] Nec iureiurando adhibito eius, cui bonis interdictum eſt, contractus confirmantur.[a] Neque is teſtamentum facere poteſt.[b] Delicta verò ei impunè non ſunt.

LVIII. [c] Filius prodigus exhæredari poteſt.

Quinta pars.

De curatore bonorum ventris nomine, & aliis curatoribus bonorum.

LIX.[d] BOnorum ventris nomine curatorem dari oportet.[e] Bonis quoq;

---

m l. ſi à reo. §. ſi à furioſo. D. de fideiuſ. n Decius in d. l. in negotiis. C. ſicut tenor. & ibi Panorm. de regul. & tranſ. ad relig. Boerius Deciſ. 33. nu. 49. cap. cum dilectus. & ibi Ioann. Andreas & Bartholus de ſucceſſ. ab inteſt. o l. ob quæ vitia. D. de Aedi. edict. Franc. Aretin. l. 1. §. vlt. D. de verb. oblig. quem legem d. Aret. cenſet ſingularem, ad hoc pertinet l. 1. an & n. §. 1. D. de inoff. teſtam. Guliel. Benedictus in c. Raynutius in verb. adiecta impuberi, num. 264. 267. & 174. p Innocentius quem ſequuntur ibi DD in cap. qualiter & quando 1. & in cap. cum non oporteat & ibi Ioan. Imola de accuſ. Bald. in l. 2. C. qui num. tut. ſe excuſ. q Felinus in c. licet ex quadam. de teſtib. Alex. Conſ. 147. lib. 7. Boerius d. Deciſ 33 num. 44. Albertus Roſatei in l. turpia. D. de lega. 2. Iaſ. Conſ. 1. num 7. Vol. 1. r l. furioſum. C. qui teſta. fa poſſ. §. furioſi. Inſtitut. quib. non eſt perm. fa. teſtam. ſ Baldus in d. l. furioſum & Paul. Caſtrenſ in l. qui teſtamento §. nec furioſus. 1. queſt. D. de teſtam. Boërius. Deciſ. 33. num 84. t l. penult. D de condit. Inſtit. u Angelus in d. l. furioſum. quem ſequuntur Fulgoſ. & alij DD. x Boerius d. Deciſ. 33. num. 73.

z Phil. Corſ. Conſ. 85. vol 2. Boerius d. Deciſ. num. 97. a Boerius d. Deciſ. num. 86. & ſeqq. Oldradus & Baldus in l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ b Bart. tract. de teſtib §. appoſita prudentia. Iaſon in d. l. furioſum argum l. aut facta. §. euentus. D. de pœn. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.
b l. vel ſurdo. D. de procul. cred. c l. vlt. in princ. C. de curat. fur.
d Iure verò ciuili Romano virum vxori mente captæ curatorem dari non oportet l. verum. D. de curator fur. l. 2. C. qui dari tuto vel qui curat. dari poſſ. & qui non poſſ. e l. nec incruen. l. vlt. §. & inuentario. C. de curat. fur. f l. ſi furioſo. D. eo. tit.

g l. ſi filio. D. de confir. tuto. vel curat. h l. 2. ibidem. l. 1. C. eo. t. i l. Conſilio. D. de cur. fur. & alio. k Io. Berbero in h. t. l l. vlt. §. & inuentario. C. de cur. fur. m l. de creationibus. C. de Epiſc. aud. n l. congruit. & l. diuus. D. de offic. Proc. o d. l. Diuus.

p l. 1. D. de cur. fur. & alio. q r d. l. 2.

ſ l. & mulieri. D. d. t. t DD. in l. ii cui bonis. D. de verb. oblig. Iulius Paulus lib. 3. ſenten. tit. 5. §. veritatis. de dolo & contu. Bart. Paulus Caſtrenſ. Alex. & Iaſ. in d. l. ii cui bon. Boërius in Conſ. Biturg. §. 8. & in Deciſ. Burdeg. 33. num. 36. & 37. Glo. in d. L. 1. D. de curat. fur. & alii qui bellè dicit curatorem dari furioſo à lege: prodigo verò ab homine at Ioan. Faber & Chriſtoph. Porcus in §. furioſi. Inſtitut. de curato. & Glo. in d. l. ii cui bonis manifeſtè prodigo interdictum bonis conſent: & hanc ſententiam æquiorem cenſet Ioan. Sanſo in Conſuet. Turon. h. t. num. 3.

u x l. furioſi D. de reg. iur. z Iaſ. in d. l. ii cui bonis. de verb obl. Boërius in d. Conſ. Biturg. d. § 8 Contra Deciſionem Capellæ Toloſanæ. 418. Abbatem Siculum & Imolam in cap. cum contingat de iureī. & Ioan. Sanſonem in Conſ. Turon. h. tit. a §. item prodigus Inſtitut. quib. non eſt permiſ fa. teſtam.
b Cynus in l ſi quis in tantam. C. unde vi. c l. ſi furioſo puber. D. de cur. furio. & alij Boerius Deciſ. 33. num. 82. d d. l. 1. D. de cur. fu. & alus. e l. idem, priuilegium. D. de priu cred

datur

datur curator & abſentis,& ab hoſtibus capti,& dum deliberant ſcripti hæredes de adeunda hæreditate: f ac quæ per eum aguntur,fiunt,geruntur,rata habentur,eique actiones & in eum vtiles competunt.

LX. g Curator inuitus bonis non datur, ſi voluntarius reperitur: h nec cliens patroni bonis vllo modo. i Et ſi plures conſtituantur curatores, in ſolidum agere poſſunt,& conuenti,non proportionibus. Quod ſi per regiones fuerint conſtituti curatores,regiones conſeruare debent.

Qui petant tutores ſeu curatores.

LXI. k SCiant qui ad ſucceſſionem vocantur pupilli mortui, l quo in numero eſt mater, ſi defuncto eius patre: m vel in locum remoti aut excuſati n confeſtim petere tutorem neglexerint, vel initio, vel remotis ſuſpectis: o ac maximè ſi id intra annum non fecerint,omnem eis ſiue ab inteſtato, p ſiue iure ſubſtitutionis ſucceſſionem eius, ſi impubes moritur, denegandam eſſe. q Pœna tamen ſupraſcripta propter iuſtum impedimẽtum,cuiuſmodi eſt peſtis graſſans, remittitur.

LXII. r Cæteri cognati, & qui affinitate iuncti ſunt ſuis propinquis & affinibus, petere poſſunt vt tutores conſtituantur: ſ ſi hi ceſſent,magiſtratus tamen eſt officium tutores dare: t tametſi,cùm teſtamento datus tutor pupillo, aut furioſo curator non eſt,agnati, cognatique curatores legitimi ſint.

CAP. IX.

Qui non debeant dari tutores vel curatores.

LXIII. u TVtelam adminiſtrare virile officium eſt, & vltra ſexum fœminæ infirmitatis tale officium eſt. x Dari etiam tutores non poſſunt orti ex alia ciuitate, & qui in ea domicilium non habent vbi dantur: nec ij qui iuriſdictioni eius qui dat, non ſunt ſubiecti, z niſi deſint idonei in ciuitate. a Nec minoris,eiúſve cui curator dandus eſt,debitor aut creditor rectè conſtituitur curator, b niſi à ſciente teſtatore datus. c Poteſt tamen dari tutor aut curator qui rem communem habet cum eo cui tutor curatórve datur.

LXIIII. d Ij creandi non ſunt qui ſe ingerunt vt creentur: Ac in eos quidem extra ordinem animaduertitur,qui probãtur nummis datis tutelam occupaſſe, vel pretio accepto operam dediſſe vt non idoneus tutor daretur, vel conſultò in edendo patrimonio quantitatem minuiſſe.

CAP. X.

De excuſationibus tutorum vel curatorum.

Prima pars.

Quæ excuſationes recipiantur cùm datur tutor aut curator.

LXV. f EXcuſationem à totela præſtat in primis ætas: ſi qui ſeptuaginta annos exceſſerunt eo tempore quo creantur, aut quo conditio inſcripta teſtamento completa eſt, g liberorum item multitudo dat excuſationem, ſi quis quinque liberos legitimos habeat: h eóſque viuos cùm tutor creatur: i niſi qui in acie ceciderint qui in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. k Qui autem in ventre eſt,non prodeſt, vt nec in reliquis ciuilibus muneribus: tametſi in multis iuris partibus iam nato comparetur. l Sed proſunt etiam nepotes:ita tamen vt quotcunque fuerint ex vno filio pro vno numerentur, m nec ſpectatur in poteſtate ſint necne.

LXVI. n Item tria onera tutelæ non affectatæ,vel curæ dant excuſationem: ita tamen vt ſi pluribus fratribus tutor quis datus ſit,vna tutela cenſeatur, ſi non diuiſum patrimonium ſit: ſi diuiſum, contrà ſit. o Ac tria onera in domo vna eſſe ſufficit:nempe ſi pater eiúſve filius qui in poteſtate ſit, tria onera ſuſtineant. p Et ſiquis inter tres tutelas emancipati filij, filiæve tutelam adminiſtret, hoc ei in numerum procedit. q Sed ſi ætas priorum pupillorum prope pubertatem ſit, idve tempus quo tutela curáve finiatur, vt ſemeſtre tempus tantùm ſit reliquum,non dabitor excuſatio. r Rectè tamen magiſtratus faciet ſi etiam vnam tutelam ſufficere crediderit, ſi tam diffuſa & negotioſa ſit vt pro pluribus cedat.

LXVII. ſ Ratiocinatio ciuitatis neque in numerum quidem vnius tutelæ procedit: t nec fideiuſſores tutelæ, aut qui ob honorem tutores conſcripti ſunt,hoc computant.

LXVIII. u Excuſationes plures ſingulæ per ſe inſufficientes non coniunguntur: vt ſi quis neque ſeptuaginta annorum ſit, neque tres tutelas,neque liberos,ſed tutelas duas,liberos duos habeat,annos ſexaginta natus ſit.

LXIX. x Paupertas etiam dat excuſationem,ſi quis imparem ſe oneri iniuncto poſſit probare. z Item aduerſa valetudo propter quam ne ſuis quidem negotiis intereſſe quis poſſit. a Mediocritas etiam & ruſticitas interdum excuſationem præbent. Eius autem qui ſe negat literas ſcire excuſatio accipi non debet,ſi modò expers non ſit negotiorũ.

LXX. b Exactores tributorum tanto tempore,quanto rationem tributariam tractauerint,non ſolùm à muneribus, ſed etiam à tutela vacationem habent. c Sed qui vectigalia à ciuitatibus vel fiſco conduxerunt,minimè in tutela excuſantur.

LXXI. d Magiſtratus municipales tutela & cura vacant.

f l. 2. D. de cur. dat. dand.
g h d. l. 1. D. de cur. fur.
i l. 2. §. 1. D. de cura bo. dand.
k l. ſciant. C. de leg. her. l. 1. l. de mus. l. vlt. in prin. & §. vlt. & penul. D. qui pet. tuto. vel cur. l. Matres. & l. cum à matribus. C. eo. t. l. 1. §. ſi mater. r ſique ad § tractan. D. ad SC. Tertyll. l. conni. C. eo. t. Azo d. t. qui pet. tut. vel cur.
l l. 2. D. eo. t.
m §. vlt. Inſt. ad SC. Tertyl. l. vlt. D. d. t. qui pet. tut.
n l. 2. §. ſi mater. D. d. t. ad SC. Tertyl. dicit confeſtim. d. l. ſciant. & d. l. vlt. intra annum.
o Bart. in d. l. ſciant. Boerius in conſuet. Biturig. §. 9. & eſt ſpecies in d. l. vlt.
p Ludouic. Romanus. Conſ. 207. non putat primam ſubſtitutiõ per fideicommiſſum.
q Hippolytus Marſilius in l. 1. §. præterea. D. de quæſt. Salyc. in l. cum à matribus. C. qui pet. tuto. vel curat. Boërius. Deciſ. 124. nu. 21.
r l. 2. D. d. t. qui pet. tuto. vel curat.
ſ Glo. in l. 1. §. magiſtratibus. D. de mag. conuen. Io. Berberius h. t. vbi tuetur quod traditur in d. §. magiſtratibus, nonniſi moniti magiſtratus dare tutores debere corrigi cenſent. per §. ſed hoc nu. Inſt. de Attil. tuto. t l. vlt. §. ſin autem teſtamentum. C. de cur. fur. & alio. u l. 1. C. quando mul. tut. off. fung. poſſ. l. vlt. D. de tut. x l. neque à Præſide. C. qui dari tuto. vel cur. n. poſſ. & qui non poſſ. z l. 1. § ſi quando. D. de magiſtr. conuen. a Auth. Minoris debitor. C. d. t. qui dari tuto. quæ corrigitur l. propter litem D. de excuſ. tuto. & conſimiles. b Bart. in l. propter legatum. §. amittere. D. de his quib. vt ind. Guido Papa q. 144. c l. quod res. C. de excuſ. tuto. Ioan. Faber in d. auth. Minoris debitor. d l. ſcire oportet. D. de tuto. & cur. dat. ab his. e l. eos D. de tut. l. ſcire oport. §. vl.

f l. 2. D. de excuſ. tuto. vel curat.
g d. l. 2. §. 1. Inſti. eo. tit. in princ. l. 1. C. qui num. lib. ſe ex cuſ.
h d. §. 1. d. l. 1. & §. Incolumes. D. de vaca. & excuſ. mun.
i l. Bello. D. t. de exc. tut. vel cur. § filij autẽ. Inſt. eo. t.
k d §. 1.
l d §. 1. & l. poſter. C. d. t. qui num. lib. ſe exc.
m d. § & §. incolumes.
n l. tria onera. D. d. t. de excu. tut. vel cur.
o l. tria onera. 2. ibid.
p l. ſi quis inter. ibid.
q l. nō tantum ibid.
r l. ſi in quis tres. ibid.
ſ l. Spadonem §. ratiocinatio. ibid.
t d. l. §. ſi ciuitatis.
u d. §. ſi ciuitatis. l. vn. C. qui mun. tut. ſe excuſ.
x l. Paupertas. D. de excuſ. tuto. vel cura.
z §. item propter aduerſam. Inſt. eo. t.
a l. Athleta. §. vlt. D. eo. t.
b l. exactores. ibid.
c d. l. Spadonẽ. §. ſi ciuitatis magiſtratus. l. Colonos. C. eo. t.
d l. tria onera. 2. D. d. t. de exco.

LXXII. [e] Adminiſtrantes res Principum ex indulgentia eorũ, à tutela, itémque cura tempore adminiſtrationis delata excuſantur. Idem cuſtoditur in iis qui præfecturam annonæ vel vigilum gerunt.

LXXIII. [f] Item excuſantur à tutela Philoſophi, Oratores, Grammatici,[g] Legum Doctores qui publicè iuuenibus proſunt. [h] Medici quoque qui in ſua patria curant.

LXXIIII. [i] Sed & hoc genus excuſationis eſt, ſi quis dicat ſe ibi domicilium non habere vbi tutor datus eſt. [k] Alterius etiam prouinciæ adminiſtratio remittenda eſt his qui in alia domicilium habent: & earum rerum tutor dabitur: [l] licèt alioqui ad vniuerſum patrimonium tutor detur.

e l. adminiſtrantes. l. Geometra. & l. Iuriſperitos. ibid.
f d. l. tria onera. §. hoc amplius.
g l. 1. ti. de profeſſo. qui in vrbe Conſtantinop. lib. 12. C.
h d. §. hoc amplius.
i l. vlt. D. d. t. de excuſ.
k l. Illud. ibid.
l l. licet. C. eo t.

Secunda pars.

Quæ excuſationes proſint ad ſuſceptam tutelam curámve deponendam, & quatenus.

LXXV.[m] POſt ſuſceptam tutelam cæcus factus, aut mutus, aut ſurdus, aut valetudinarius deponere tutelam poteſt.[n] At ſi non ita ægrotet vt oporteat tutelæ omninò vacare, in eius locum curator datur. Poſtea verò quàm cõualuerit, tutelam ſuſcipiet. Cui ſimilis eſt qui in furorem inciderit.

m l. poſt ſuſceptam. D. d. t. de excuſ.
n l. non ſolùm. §. ſi quis. ibid.

LXXVI. [o] Gerentibus honorem,[p] cui adminiſtratio rerum incumbit, vacatio tutelarum tribuitur: ſed ſuſceptas tutelas non deponunt.[q] Sanè iuriſperitos qui tutelam gerere cœperint, in conſilium Principis aſſumptos, excuſandos conſtitutum eſt: quoniam circa latus Principis agerent, ac honor delatus finem certi temporis ac loci non haberet.

o d. l. non ſolùm. §. planè. ibid.
p l. Spadonem. ibid.
q l. Iuriſperitos. ibid.

LXXVII. [r] Qui militiæ aut reipublicæ cauſa abſuerunt, anni habent vacationem. Cæterùm quas tutelas antea gerebant, & ob id reliquerunt, quòd reipublicæ cauſa abibãt, eas reuerſi ſtatim ſuſcipient. [ſ] Eorum verò qui reipublicę cauſa abſunt, comites qui ſunt, intra ſtatutum numerum de tutela quæ abſentibus vel profecturis delata eſt, excuſantur. Nam ſuſceptam antea non deponunt.

r d. l. non ſolũ. l. vlt. C. ſi tutor vel curat. reip. cauſa abſuer.
ſ d. l. adminiſtrantes. §. 1.

Tertia pars.

Quæ excuſationes non admittantur.

LXXVIII.[t] QVi accipit aut habet immunitatẽ ciuiliũ aut publicorũ munerũ, is à tutela vacationẽ nõ habet.[u] Nec domini nauiũ videntur habere inter priuilegiatos vt tutelis vacent.[x] Contra verò naturales ſtimulos facit qui ſe à filij emancipati tutela excuſat.[z] Itémque qui patri pupillorum promiſit ſe futurum tutorem, excuſare ſe hac tutela non poteſt: quamuis aliâs ſe excuſare iure poſſit. [a] Similiter qui ſe excuſare poſſunt, ſi ſe immiſcuerint, vacationis iure non vtentur.

t l. libertum. §. qui accipit. l. militum. §. ii qui adilu. nẽ. D. d. t. de excuſ.
u d. l. non ſolùm. §. domini nauium.
x l. amic. ſtmes inſ. ib. dem.
z d. l. libertum. §. ſpado.
a d. l. non tantùm. §. vacare. Io. Faber in §. iidem reſcripſerunt. Inſt. eo. tit.

Quarta pars.

De pœnis quorundam qui ſe excuſant.

LXXIX.[b] QVi onus tutelæ teſtamentariæ,[c] non etiam eius quam iudex daret, recuſauit, à legato omninò repellitur: [d] nec quæritur an legatum ideo ei adſcriptum appareat, quòd eidem filiorum tutelam iniunxit: an alioquin datur[us] etiam ſine tutela. Sed hoc quod amittit, fiſco nõ vindicatur: [f] ſed pupillo aſſignatur. [g] Sed ſi quis cùm adminiſtrare tutelam vellet, ſit prohibitus, à petitione eius quod ei relictum eſt non repellitur. [h] Tamen ſi ambitione potius, aut falſis allegationibus quis ſit excuſatus, ceſſationis periculum adibit.

b l. poſt legatũ. §. amiſitere. D. de his quib. vt ind.
c l. ex his appa ret. D. d. t. de excuſ. tuto.

LXXX. [i] Qui excuſare ſe volunt, non appellant: ſed ſtatim ex quo cognouerunt ſe eſſe tutores vel curatores datos, ſe excuſare debent cuiuſcunque generis ſint. [k] Quòd ſi excuſatio repulſa eſt, tunc demum appellare poſſunt. Interim verò [l] pupillo curator dabitur: aut ſi tutoris auctoritas in re quapiam fuerit neceſſaria, veluti ad adeundam hæreditatem, tutor[l] ipſa rerum neceſſitate exigente conſtituetur.

d §. ex his. ſu hæred. & Fal cid. in Authent. & eo iure nouo interuentus corrigitur, ſcilicet l. Nõ ennius Apollinarii. & l. ſeq. l. amiſſ. mo. l. tutor qui re muner. ande. D. d. t. de excu. tuto. Ludouicus Romanus Cõſ. 201. & 235. Bart. & Bald. in l. ſi legatarius. C. de lega.
e d. §. amittere.
f d. l. ſi legatarius.
g l. ab adminiſtratione. C. de lega.
h §. vlt. Inſt. d. t. de excu. tuto. l. ſi tutor vel curator falſis allegat. l. qui teſtamento. D. d. t. de excuſ. tuto. Ludou. Romanus Conſ. 235. Bart. in l. ſi ille poſſidet. ad fi. D. de acq. poſſ.
i §. qui autem Inſt. d. t. de excuſ. tut. vel cur. l. 1. §. 1. D. quãdo appell. ſit l. quinquaginta. D. & C. d. t. de excuſ. tu. l. ſiue. §. 1. & §. qui autem. D. ibid. iure verò ciuili Romano quinquaginta dies dabantur ad excuſationem proponendam. dd. ll. quod moribus noſtris non puto conuenire.
k l. cum in vna. §. vlt. D. de appell.
l l. 1. §. 1. D. quando appell. ſit.

CAP. XI.

De iureiurando & ſatiſdatione tutorum vel curatorum.

LXXXI.[m] TVtores, curatoréſque[n] cuiuſcunque generis iuſiurandum interponere debent, rectè atque ex fide tutelam, curámve geſturos,[o] eóque nomine ſatiſdare,[p] præter teſtamento datos tutores: quia fides eorum & diligentia ab ipſo teſtatore approbata eſt. Item ex inquiſitione tutores vel curatores datij, & à patre[r] vel matre curatores, cùm per inquiſitionem confirmentur.

m §. vlt. in Auth. vt ij qui obligat. ſe habe. perh. res mino.
n l. legitimus.

LXXXII. [ſ] Si ij qui ſatiſdare tenentur non ſatiſdent,[t] pignoribus captis,[u] & diſtractis,[x] vel carcere, mulctáve cogendi ſunt: nec decernenda iis à iudice bonorum adminiſtratio. Quòd ſi propter inopiam nequeant, ſine infamia: ſi fraude detrectẽt, cum infamia plerunque ſunt remouendi: & in eorum locum alij ſubſtituendi.

LXXXIII. [z] Fideiuſſor contutoris aut concuratoris eſſe quis non prohibetur.

LXXXIV. [a] Moribus Galliæ ſatiſdatio hæc nonnullis in prouinciis remittitur: vt in Normania, vbi ex inquiſitione tutores dantur. [b] In aliis quibuſdam, tametſi ex inquiſitione dentur tutores, exigitur.

CAP. XII.

Si plures ſint tutores curatoréſve, quis geret.

LXXXV.[c] CViquè è pluribus tutorib. curatoribúſve adminiſtra-

C. de legit. tut. Io. Rerberius tit. de tut. & cur. Chaſſ. in Conſ. Burg. [o] l. non quaſi. §. vlt. & l. ſi ad ſpecies. D. Rem pupil. vel adol. ſal. for. [p] tit. de ſatiſd. tuto. & curat. Inſt. in princ. d. l. non quaſi. §. 1. & vlt. l. 3. C. de tuto. vel curat. qui non ſatiſd. [q] d. t. de ſatiſd. tut. & cur. Inſt. in princ. & d. l. 3. [r] t. de curat. Inſt. in princ. l. ſi filio. D. de confir. tuto. vel cur. l. vlt. ibid. [ſ] l. 2. D. eo. t. l. 1. C. eo. t. [t] l. 1. & 2. C. de tuto. & curat. qui ſatis non deder. [u] §. vlt. Inſt. d. t. de ſatiſd. tuto. vel cura. [x] arg. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. D. de liber. agnoſ. [y] arg. l. cum eo. D. ad leg. Iul. peculat. Io. Faber in §. vlt. Inſt. d. t. de ſatiſd. tuto. vel curat. [z] l. Romanus. D. de tut. & cur. dat. ab his. [a] Guido Papa q. 350. [b] Chaſſanæus in conſ. Burg. t. de tut. [c] l. ſi plures. l. tutor qui repertorium. D. de admi. & per. tuto. l. 1. 7. nunc tractemus. D. de tutel. & ratio. diſtr. Panor. in c. ad probandum. n. 22. de ſent. & re iud. & cap. cum ſicut. nu. 4. de eo qui mitt. in poſſeſ. ſeru. cauſ.

tio in ſolidum competit. d Niſi parens teſtamento deſignatir qui gerat. e Poteſt tamen vnus è pluribus offerre ſatiſdationẽ vt ſolus gerat, sociúſve cum ſatiſdatione id faciat, ſi malit: f itá tamen vt ob huiuſmodi oblationem, idoneus ſuſpecto, qui magis repelli debeat, non poſtponatur, tametſi ne ſatiſdationem quidem bene probatus & idoneus offerat. g Quòd ſi nemo ſatis offerat, nec ſuſpectus ſit vllus, electus à contutoribus gerere debet.

LXXXVI. h Tutores, quos honorarios appellamus, dati ſunt quaſi obſeruatores actus eius qui gerit, & cuſtodes; imputabiturque eis ſi id non fecerint: & cur, ſi malè eum conuerſari videbant, ſuſpectum nõ fecerint. i & tametſi cogi non poſſunt vt gerant, gerere tamen tutelam, ſi lubet, poſſunt.

LXXXVII. k Tutorem curatorémque habenti, neque adiungi niſi cauſa cognita, neque in locum eius alium ſubſtitui, niſi ante priore remoto, ambigui iuris non eſt. l In cauſæ autem cognitione vertitur, ſi latè diffuſum ſit patrimonium: m vel ſi auctæ ſint pupilli, vel eius qui in curatione eſt, facultates: n vel ſi in aduerſam valetudinem tutor, curatórve inciderit, ac ſenio grauetur. Ac hic qui ſic datur, magis adminiſtrator rerum quàm curator eſſe intelligitur. Eſt & adiutor tutelæ, quem ſolet iudex permittere tutoribus conſtituere, qui non poſſunt ſufficere adminiſtrationi tutelæ, ita vt ſuo periculo eum conſtituant.

LXXXVIII. o Si quis tutor captus ſit ab hoſtibus, vel ad eos legatus miſſus, aut etiam receptus ab iis, aut transfugerit, tutor manet, ſed interim alius tutor dabitur. p Similiter qui tutores vel curatores dati reipublicæ cauſa abfuturi ſunt, ad tempus ſe excuſare debent à tutela, ne etiam medij temporis periculo obſtringantur. q Item in ægroti furentiſque locũ curator datur donec conualuerint.

LXXXIX. r Litis cauſa datur curator, ſi ea cũ proximioribus coniunctis tutoris aut curatoris intercedat. s Sed ſi plures ſint tutores, vel curatores, alij exercere litem poſſunt: t cùm adminiſtratio ſingulis competat in ſolidum, ſi non diuiſa eſt adminiſtratio.

CAP. XIII.

De adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum.

Prima pars.

De inuentario & diſtractione mobilium.

XC. u EX quo quis, qualitercunque ſuit, ſe tutorem datum, etiamſi teſtatò nõ conueniatur, ſi ceſſet, ſuo periculo ceſſat. x Et tutori curatorive non rectè dato, qui ſe immiſcuit, imputatur, ſi negotia deſerat antequam alius conſtitutus ſit.

XCI. z Tutores a vel curatores b etiam honorarij c mox quàm inſtituti fuerint, d & antequam negotiis ſeſe immiſceant, inuentarium rerum omnium e (niſi ſiquid ſit quod nec modicam quidem dilationem expectare poſſit) & inſtrumentorum ſolemniter facere curabunt, adhibitis publicis perſonis: f Iudice puta, g actuarióve, h ſi eorum præſentiam huius cuiuſpiam, quæ de his ſit ratio, exigat: aut id poſtulent quorum intereſt; i alioqui tabulario notatióve: k & qui id non facient vinculis publicis coercendi ſunt, niſi id perſonarum dignitas impediat. Preter hæc contra eos in litem iuratur, non tamen aduerſus eorũm hæredes. l Ac tametſi teſtator inuentarium fieri à tutore noluerit, Iudex tamen iuſta ex cauſa eius voluntatem non ſequetur.

XCII. m Diſtrahi verò confeſtim res tempore perituræ debent, non expectato cõtutore differente, vel ſe excuſare volente. n Et Regum noſtrorum Conſtitutionibus mobilia omnia minorũ publicè vendi ſub haſta debet, & redacta inde pecunia in emptionem prædiorum vel redituum collocari.

Pars ſecunda.

Vbi pupillus vel adultus educari debeat, & quo modo.

XCIII. o EDucatio pupillorum nulli magis quàm matri eorum, ſi non vitricum induxerit, committenda eſt, vel alioqui cognatis, aliiſve, in quos nulla ob ſpem ſucceſſionis, p vel pudicitiam, aut aliam ob cauſam ſuſpicio cadat. q Et alimentorum modus decerni à Iudice debet: r ñique grauiter puniendi ſunt qui negant pupillo alimenta. Ac mercedes præceptoribus pro facultate patrimonij ac dignitate natalium conſtitui oportet.

Pars tertia.

De authoritate tutorum.

XCIIII. s AVthoritas tutoris neceſſaria popillis non eſt, ſi dari ſibi ſtipulentur: ſi ipſi promittant, eſt neceſſaria. Námque placuit meliorem ſuam conditionem licere eis facere etiam ſine tutoris authoritate: deteriorem verò non aliter quàm cum tutoris authoritate. t Vnde in his cauſis ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis, ſi tutoris authoritas non interueniat, ipſi quidẽ qui cũ his contrahunt, obligantur. At inuicem pupilli non obligãtur: u niſi naturaliter in quantum facti ſunt locupletiores.

XCV. x Credendo, pupillus ſine tutoris authoritate obligare ſibi non poteſt: quia ſine tutoris authoritate nihil alienare poteſt. Similiter ex omnibus cauſis ſoluendo, ſine tu-

d l. 3. D. de adm. & per. tu. e §. ſed ſi ex teſtamento. Inſt. de ſatiſd. tuto. vel cur. l. teſtamento. D. de teſt. tut. f d. l. teſtamento. & l. ſi nemo. ibid. g §. ſed ſi ex teſtamento. Inſt. de ſatiſd. tuto. vel cura. h l. ſi plures. D. de adm. & per. tut. i l. quod ſi forte. & Glo. ibi. & Bart. D. de ſolut. k l. curatoré. C. qui dantur. vel curat. poſſ. & qui non poſſ. l. liceat. & quibus in cauſis tuto. vel cura. hab. l. idemque. D. de teſt. tut. l l. propter. C. de in quib. cauſ. tuto. vel curat. hab. m l. ob augmentum ibid. n l. ſolet. D. de tut. o l. ſi quis tuto. ibid. p l. 1. C. ſi tutor vel curat. reip. cauſ. abſ. q l. poſt ſuſceptam. l. non ſolum. § ſi quis. D. de excuſat. tu. vel cur. r l. l. Inſt. de auth. tu. C. de excuſ. tu. vel curat. Alientur. in l. 1. D. de verb. ſign. s l. ſi plures. D. de teſt. tut. l. pupillus. § hi. ipſi. D. de auth. & conſ. tuto. vel cura. t l. 1. C. de in lit. dando tuto. vel curat. t l. 1. C. ſi ex plur. tuto. vel curat. vnus agere. vel conuen. poſſ. u l. 1. D. de adm. & per. tut. l. tutor. C. eo t. x l. & tutores. § 1. D. eod. non. l. cum ſeruitur ſi quis vltro alienum negotium geſſerit: cum ſatiſdandi bundéque ſit vel in vna ſpecie per annos lateorum conſuli. d. § 1.

z l. tutores. C. d. t. de adm. & per tuto. a Io. Berberius. h. t. arg. l. vlt. D. de bon. auth. iud. poſſ. c Glo. & Bar. in l. tutor qui repertorium. D. d. t. de adm. & per tut. d l. vlt. § vlt. C. arbitr. tut. e d. l. tutor qui reperto. f l. Orphanotrophos. C. de Epiſ. & cler. l. vlt. C. de curat. fur. g Boerius in conſue. Biturg. § 7. Ioan. Berberius. h. t. arg. l. 2. C. de ured. fiſc. lib. 11. Chaſſan. in Conſ. Burgũd. h. t. 6. 4. Conſtitutione regia Commentũ Bleſenſi menſe Maij, anno 1579. ver. 164. h l. 3. § tutores. D. de ſuſp. tut. & l. vlt. § vlt. C. arbitr. tut. i d. l. tutor qui reperto. k l. vlt. C. de in litem iur. l Io. Faber in d. l. vlt. C. arbitr. tut. Boerius in Conſ. Biturig. § 7. m d. l. tutor qui reperto. o l. prior. & poſter. C. vbi pupil. educ. deb. l. 1. § 1. D. eod. tit. p l. penult. eo. tabu. q l. ius alimentorum ibid. r l. tutor. D. de ſuſp. tuto. l. ſi abſenti. D. d. t. vbi pupillus educari debeat. ſ l. de auth. tuto. Inſt. obligatio. D. eo. t. l. pupillus. D. de acq. rer. dom. § pupillus. Inſt. de inutil. ſtipul. ſi que. C. de contrah. ſtipul. § at ex contrario. & § nunc admonẽda. Inſt. quib. alien. licet vel non. l. contra iuris. D. de pact. l. quod ſi forte. § vlt. D. de ſolut. t Idem vel Iulianus. § ſi quis à pupillo. D. de action. empt. u l. pupillus. in prin. & § 1. D. de auth. & conſ. tuto. vel cura. d. § ex contrario. l. in pupillo. D. de ſolut. l. ſi minores. D. de adm. tut. l. vlt. C. de vſur. pro empto. iuncta l. ſi id quod com. Glo. penult. D. de reſcind. vend. d. l. 1. § an in pupillum. D. depoſ. x d. l. obligari.

Digitized by Google

toris authoritate nihil agit: quia nullum dominium transferre poteſt. Si tamen creditor bona fide pecuniam pupilli conſumpſerit, liberatur.

XCVI. [z] Non poteſt pupillus ſine tutoris authoritate adire hæreditatem: nec ex ſenatuſconſulto Trebelliano recipere, quamuis lucroſa ſit, nec vllum damnum habeat.

XCVII. [a] Tutor in rẽ ſuam author fieri nõ poteſt: ſed alio tutore authore poteſt cũ pupillo bona fide cõtrahere, non per interpoſitam perſonã quid ab eo emere, quod fraude carere nõ videtur niſi palàm id fiat. [c] Itẽ tutor cui nõ eſt decreta adminiſtratio emere rẽ pupilli quaſi extraneus poteſt. [d] Poteſt etiam tutori, ipſo authore, geri negotiũ per conſequentias: vt ecce [e] poteſt tutor proprij debitoris hæreditatem adeunti pupillo authoritatem accommodare, quamuis per hoc debitor eius efficiatur.

XCVIII. [f] Tutor ſtatim in ipſo negotio præſens debet author fieri: poſt tempus verò, aut per epiſtolam, interpoſita eius authoritas nihil agit. [g] Ac eius tutoris cui adminiſtratio decreta non eſt, authoritas rata non eſt.

Pars quarta.

De officio tutoris & curatoris.

CXIX. [h] TVtoris & curatoris præcipuum officiũ eſt ne indefenſum pupillũ relinquat: [i] veluti ſolutionem aut iudicium non detrectet: [k] prouocet ab iniquo iudicio: [l] præſtet aduerſus ſe quod aduerſus alios præſtare debuit. [m] Iſque ad vtilitatem pupilli & nouare rem, & in iudicium deducere poteſt.

C. [n] Donationes verò à tutore curatoréve factæ iis qui in tutela aut curatione ſunt, non nocent. [o] Decidere tamen cum paupere debitore poſſunt vt partem ſoluens liberetur. [p] Matri & ſorori inopibus alimenta præbere. [q] Solemnia etiam munera parentibus cognatiſque magnatis mittere, quæ ſine turpitudine non poſſunt non præſtari.

Pars quinta.

De prædiis eorum qui in tutela vel curatione ſunt, ſine decreto non alienandis.

CI. [r] PRohibentur tutores & curatores prædia ruſtica, vel ſuburbana eorum qui in tutela vel cura ſunt diſtrahere. [ſ] niſi, vt id fieret, parentes teſtamento vel codicillis cauerint. Quòd ſi fortè æs alienum tantum erit, [t] vt ex rebus cæteris non poſſit exſolui, tunc magiſtratus [u] eius loci vbi ſitum eſt prædium, ſiue vrbanum, ſiue ruſticum, adeatur, qui pro ſua religione æſtimet, quæ poſſint alienari, obligarive debeãt: [x] manente actione pupillo ſi poſtea potuerit probari

z d.l.obligari. l ſi ad pupillũ. D.d.t.de auth. & conſ. tut.
a l quod dicimus § ſi patre. & l. ſ. ibid. b l. pupillus. in princ. c l.tutores ibi. d d l. quod dicimus. e d.l.1. f d l. 1. § tutor. g l. eſt ſ pla. ibidem.
h l. 1. D. de adm. & per. tut. i l. generaliter. ibid. k l. ſi bonam. C. eo. t. l l. quoties. § ſi tempora. D. eo. t. m l. tutor. § l. cũ plures. § cũ tutor. l. Lucius Titius. § vlt. ibid. n d l. § & l. præſes. C. de tr. l. pactum. C. de pact. l. nõ ſolum. C. de pr... & alia... o l. nõ omni C. de adm. tut. d.l. ... p & d.l. ... præſes C. ... q ... l. ... r l. tutor ſecundum § vlt. D. de adm & per. tut. ſ l. cum plures. § vlt. ibi. & l. atus in l. pa... ... t d.l. tutor. §. ... u l. ... Feb... ... x ...

ſcies de reſcr. x l. 1. D. de reb eor. qui ſub tut. vel cur l. Ob æs alienum. ... & aliis reb min. ſ Idem l. vlt. ibid. t Idem l. magis puto. ... D t. d. de reb. eor. u l. ſi prædium. C. d. t. de præd. & aliis reb. ... Conſ. 250. x Idem l. & ſi præſes C. d. t.

obreptum eſſe Prætori, [z] eáque tam in rem quàm in perſonam. [a] Ac tutor quidem qui ſine decreto vendidit, euictioni obligatur emptori. [b] Parens quoque ſi tutor ſit alicui è liberis, & obligare velit, adire Iudicẽ debet.

CII. [c] Si æs alienum non interueniat, tutores tamẽ allegent expedire hæc prædia vendi, & alia comparari, vel certè iſtis carere, Iudex non permittet.

CAP. XIIII.

De ſuſpectis tutoribus & curatoribus.

CIII. [d] SVſpectus poſtulatur tutor aut curator ob dolum in tutela aut cura admiſſum. [e] Item cauſa cognita ob ruſticitatem, aut inertiam. [f] Similiter ob alimẽta non præſtita. [g] Præterea ob inimicitias cum pupillo eiúſve parentibus: [h] & qui moribus talis eſt vt ſuſpectus ſit, non ob paupertatem, ſi diligens & fidelis ſit & generaliter ſi quæ iuſta cauſa Iudicem mouerit, cur non debeat in tutela verſari, remouere eum debet. [i] Ac ſuſpectus quidem tutor remouetur, etiam qui ſatiſdedit, aut offert ſatiſdationem: [k] liteque de ſuſpecto tutore pendente, interdicitur ei adminiſtratio.

CIIII. [l] Indignus eſt legato à patre pupilli teſtamento dato tutor filio datus, qui vt ſuſpectus remouendus eſt à tutela. [m] Suſpecti verò ex dolo, nõ autem qui ob negligentiam, & quibus adiungũtur adiutores, infames ſunt. [o] Ac tutoribus vel curatoribus aliquo vinculo neceſſitatis vel affinitatis pupillo coniunctis, qui remouendi à tutela curáve videantur, curatores potiùs adiungendi ſunt, quàm iidem cum nota fidei & exiſtimationis remouendi.

CV. [p] Suſpectus remotus periculum futuri temporis non timet.

CVI. [q] Sciendum eſt quaſi publicam eſſe hanc accuſationem, hoc eſt omnibus patere. Mulieribus quoque cõpetit, veluti matri, auiæ, nutrici, ſorori, & iis qui erunt in pupillos propenſa voluntate. [r] Item competit contutori, [ſ] & honorario tutori: ſed & tutori remoto.

CAP. XV.

[t] De rationibus tutelæ & curæ.

Prima pars.

Quando tutela curáque finiantur: & quid veniat in rationem tutelæ aut curæ.

CVII. [t] NIſi finita tutela ſit, tutelæ agi non poteſt. Ea iure ciuili Romano finitur pubertate, [u] quæ in maſculis poſt quartumdecimum annum, in fœminis poſt duodecimum annum ſimiliter completum: [x] poſt quod tempus curatores vſque ad vigeſimum quintum annum ætatis accipiũt. [z] Sed Iure ciuili Normano, vt & ſuprà relatum eſt, tutela vigeſimo demum anno finitur: & qui eam ætatem exceſſerunt, maiores exiſtimantur. [a] Sed & morte tutoris vel pupilli

z d. l. magis puto. § ac tamen. a Rotom. decaſ. 80. l. prædiorum. C. de ... d. t. de præd. & aliis reb. min. b l. 3. ibid. c d. l. magis puto. § ne tamen. l. ſi fundus D. d. t. de reb. eor.
d l. tutor. § videamus. l. 1. § 1. l. 3. § ... & § ſi quis. D. de ſuſp. tut. e l. tutor. § vlt. l. hæc enim cauſa. l. impuberibus. ibid. f l. vlt. D. de pupil. educ. g d. l. 3. § ſin. h l. ſuſpectum. D. d. t. de ſuſp. tut. l. in poſſulandis. C. eo. t. l. ſcire oportet. § cum reliquos D. de excuſ. tut. vel curat. dat. ab his. l. ſuſpectus. D. d. t. de juſſ. tuto. l. quia iuſtiſdatio. C. eo. tit. k § ſi quis autem. Inſt. eo. t. d. l. cũ qui. C. eo. t. l. quod ſi fortè. § 1. eo. ſi. D. de ſolut. l l. quod autem. D. de excuſ. tut. m l. vlt. C. eo. t. l. 1. D. de in quo ... n l. tutor § vlt. D. d. t. de ſuſp. tuto. o l. ſi tuto. D. d. t. de ſuſp. tuto. p l. decreto. in princ. ibid. q § conſequens. Inſt. eo. t. l. 1. § conſequens. D. eo. t. r l. 3. in princ. ibid. ſ l. 3. § 2. D. de adm. & per. tuto.
t l. nõ ſi finita l. ſi tutor. D. de tut. & rat. diſtr. l. non quod ſi. § hanc ſtipulationem. D. rẽ pupill. ſalu. for. u Inſt. quib. mod. tut. fin. x z Inſt. de cur. in princ.
a d. l. nõ ſi finita

& capitis

& capitis deminutione tutoris vel curatoris, per quam libertas vel ciuitas amittitur, omnis tutela, curáque finit. [b] Prætetea qui ad certum tempus vel vſque ad certam conditionem teſtamento dantur tutores, finito eo, deponunt tutelam. [c] Deſinunt etiam tutores eſſe, qui vel remouentur à tutela ob id quòd ſuſpecti viſi ſunt: vel qui ex iuſta cauſa ſeſe excuſant, & onus adminiſtratæ tutelæ deponunt.

CVIII. [d] Finitur cura quæ adoleſcentibus Iure Romano datur, cùm vigeſimum quintum annum ætatis compleuerint. [e] Tandiu autem, [f] vt & ſuprà commemoratum eſt, furioſus & prodigus ſunt in curatione, quandiu furioſus ſanitatem, & prodigus ſanos mores receperit. Quod ſi euenerit, ipſo iure deſinunt eſſe in poteſtate curatorum. [g] Sed ſi eorum ſanitas omnibus planè manifeſta non ſit, [h] haud ſine cognitione Iudicis eis ſuarum rerum adminiſtratio permittitur. [i] Qui verò ad certam rem curator datus eſt, ea peracta, curator eſſe deſinit.

CIX. [k] Cùm curatoribus, [l] etiam furioſi manente quoque adminiſtratione, agi poteſt negotiorum geſtorum actione: [m] ſed non de vniuerſis quæ ab his adminiſtrata ſunt.

CX. [n] Veniunt in rationem tutelæ ac curæ dolus, [o] & culpa non ſolùm lata, ſed & leuis: [p] ſi quid ij qui in tutela vel cura ſunt, amiſerint, vel cùm poſſent, nõ acquiſierint. [q] Quod reliquorum nomine debetur, [r] deſcripta in inuentario, vel quæ deſcribi debuerunt. [s] Debitum non exactum, [t] niſi eiuſmodi ſit, in quo exigendo plus damni fuerit, quàm vtilitatis. [u] Aut ſi debitor ſtatim à creatione tutoris aut curatoris, lapſus ſit facultatibus: [x] aut ſi eſſe nomen idoneum, poſtquàm finita iam tutela eſſet, deſierit. [z] Item venit in hanc rationem damnum rei quæ culpa in commiſſum ceciderit; veluti ſi prædium emphyteuticum eò quòd vectigal ei impoſitum ad tempus ſolutum non fuerit, ſit amiſſum: [a] damnum item ex calumnioſis actionibus. [b] Expenſæ ob contumaciam tutoris vel curatoris, hęreditas ademptа ob id quod tutor falſum teſtamentum dixit, nec obtinuit [d]. Pecuniæ non depoſitæ in emptionem prædiorum [e] cùm eſſet ſufficiẽs damnum. [f] Vſuræ pecuniæ in vſus tutoris vel curatoris conuerſæ.

CXI. [g] Si tutor vel curator, pecuniâ eius cuius negotia adminiſtrat, mutua data, ipſe ſtipulatus fuerit, vel prædia in nomen ſuum emerit, actio ei cuius pecunia fuerit, datur ad rem vendicandam: vel ex cauſa mutui condictio. [h] Et res pupillaribus pecuniis emptæ iure pignoris obligãtur: [i] in iiſque priuilegium competit: [k] vt & ſimiliter in bonis ſecundi mariti matris, quæ liberis tutores non petiit. [l] Cæterarum rerum cauſa, tutelæ aut negotiorum geſtorum cauſa, actio [m] ac hypothecaria, non dominium competit.

CXII. [n] Non præſtantur à tutore, vel curatore caſus aduerſus quos caueri non potuit. [o] Ac ſufficit quidem tutori bene & diligenter geſſiſſe, etſi euentum aduerſum habuerit quod geſtum eſt. [p] Nec ea etiam, quæ propinquorum & amicorum eius qui in tutela vel cura fuerit, conſilio geſta erunt, præſtari debent.

CXIII. [q] Tutores vel curatores publica etiam cuſtodia poſſunt contineri vt adminiſtrationis ſuæ rationem reddere compellantur.

CXIIII. [r] Expenſos autem tutor aut curator facere iis qui in eius tutela aut curatione fuere poteſt ſumptus ex iuſtis cauſis factos. [t] Non item operas, [u] niſi aliter adminiſtrari res per tutorem propter eorum inopiam non potuere, [x] ſed ſumptus itineris cauſa quòpiam facti præſtandi ſunt.

CXV. [z] Mater tutrix rationibus reddendis etiam eſt obnoxia. [a] Pater itidem filij emancipati tutor. [b] Is etiam tutor quem alogiſtum eſſe teſtator voluit, [c] ac ſuo arbitrio tutelam adminiſtrare: [d] idque tantùm conſequitur ex teſtatoris præcepto ne ſcrupuloſa fiat inquiſitio: hoc eſt, vt negligentiæ ratio non habeatur, ſed tantùm fraudum.

Secunda pars capitis decimi quinti.

De eo qui pro tutore negotia geßit.

CXVI. [e] Pro tutelæ actio in eum datur, [f] etiam ante pubertatem qui munere tutoris fungitur, ſiue putat ſe tutorem, ſiue ſcit ſe non eſſe. [g] Ac in eum datur hæc actio, in id ſolum quod geſſit, aut quod alius geſturus fuit, ſi hic non geſſiſſet. [h] Et ſi quid falsò tutore authore geſtum erit, in eum qui in ea re doloſè verſatus erit, quanti intererit, iudicium dabitur.

Tertia Pars.

Pro qua parte, & quo ordine quiſque tutorum vel curatorum conueniatur.

CXVII. [i] In ſolidum tenentur tutores vel curatores, niſi à Iudice vel teſta-

tore diuiſa ſit adminiſtratio, quantumuis ipſi inter ſe eam diuiſerint: ac ea etiam diuiſa à teſtatore vel iudice, ſi contutores vel concuratores ſuſpectos non remouerint.

CXVIII. [k] Sed cùm in ſolidum plures tenentur, primo loco qui geſſerunt conueniri debent.[l] Geſſiſſe autem etiam ij videntur qui mandarunt alij: [m] & qui vel modicum quid attigerũt.[n] In eo verò quod nemo geſſit commune eſt periculum omnium: [o] niſi in cœptis ab vno quæ ſeparari non poterant.

CXIX. [p] Actio autem ſubſidiaria datur in magiſtratus qui cautionem non exegerunt: vel non idoneam,[q] niſi ab initio tutor fuerit idoneus,[r] aut idoneus tutor fuit cùm tutelæ agi potuit. [s] Sed nec ad magiſtratus peruenitur, ſi contutor aut concurator [t] etiam honoratius facere ſuſpectũ [u] contutorem aut concuratorem debuit,[x] etiam cùm diuiſa fuit tutela. [y] Ac minores tantùm magiſtratus tenentur hac actione.

CXX. [a] Si omnes geſſerunt, & omnes ſoluendo ſunt, diuiditur inter eos actio: vel inter eos qui ſoluendo ſunt,[b] etiam cùm quid dolo communi factũ eſt. [c] Simili modo cùm plures gerere neglexerunt. [d] Sed hoc beneficium ita demum competit [e] ſi omnes tempore finiti officij ſoluendo ſint. Quòd ſi minùs idonei ſunt effecti, vitium alienæ ceſſationis ad diſpendium contutorum vel concuratorum nõ pertinet.[f] Et tametſi in ſolidum plures tutores fuerint condemnati, tamen petere poſſunt vt iudicatum diuidatur.

CXXI. [g] Si quis ex contutoris aut concuratoris facto, vel ex communi geſtu quid præſtitit, ei mandandæ ſunt actiones ab eo cui condemnatus eſt. Et tametſi id factum non ſit, vtilis actio tutori vel curatori aduerſus contutorem vel concuratorem datur.

CXXII. [h] Poſt officium depoſitum omnes actiones quas tutor vel curator ex neceſſitate officij ſubiit, in quondam pupillum vel adultum transferuntur. [i] Nec in tutorem ob ea iudicati actio datur. [k] Tamen inchoatam litem proſequi tutor debet donec curator adulto detur. [l] Quin inchoata per defunctum tutorem, per hæredem eius, ſi legitimæ ætatis, & maſculus ſit, explicari debent: in quibus de dolo tantùm tenebitur. [m] Et tutor pupillum ſuum puberem factum admonere iure Romano iubetur, vt ſibi curatores petat: alioqui iudicio tutelæ tenebitur.

CXXIII. [n] Propter æs alienũ pupilli, eorúmve qui in curatione ſunt, res tutoris qui nihil ex eorum bonis tenet, pignori capi non oportet.

CAP. XVI.

De contraria actione tutelæ, & negotiorum geſtorum curæ cauſa.

CXXIIII. [o] Contraria actio tutelæ vel negotiorum geſtorũ curæ cauſa in eos competit, quorum tutela curáq; geſta eſt, vt indemnes eos præſtent qui res ipſorum geſſerunt: & conſequenter quod eis debetur, vel eius ſecuritatem. [p] Ac ex iiſdem cauſis actio protutori curatorique accommodatur.

q d.l.1 §. ſi magiſtratus D. d. t. de magiſtr. conu. r l. Æmilius D. eod. t. de adm. & per. tut. s t u d.l.1 §. vſque adeò D. de magiſtr. conuen. x l.2. C. de diuid. tut. Alciatus in l.1. C. de tranſ. n. 13. z §. vlt. Inſt. de ſatisd. tuto. vel cura. a d.l.1 §. 1. D. de tut. & ratio. diſtr. b Ioan. Faber in l. ſi diuiſa. C. de diuid. tut. & pro qua parte quiſque conuen. Boerius Deciſ. 19. c l. ſi plures. D. d. t. de adm. & per. tuto. d l.1. C. d. t. de diuid. tut. e in fideiuſſoribus litis conteſtatæ tempus attenditur. l. inter eos § penult. & §. 1. D. de fideiuſſ. f Boerius Deciſ. 59. Bart. in l. Paulus quem ibi ſequuntur. Bald. Angel. Caſtrenſ. Alex. & Iaſ. D. de re iudic.

debitor ſui deb. omni poſſ. vel deb. o l.1. C. de contr. & vtil. tut. act. l. vlt. D. de eo qui pro tuto. negot. geſſ. p d.d.l.1. §. 1.

n l.1. C. quando e. vel prima.

IVRIS CIVILIS ROMANO-GALLICI CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER TERTIVS.

De diuiſione rerum, & qualitate.

TIT. I.

Titulus de diuiſione rerum, & qualitate quinque capitibus continetur. Primum, Rerum ſumma diuiſio. Secundum, De rebus communibus omnium. Tertium, de rebus publicis: cuius prima pars, De littoribus. Secunda de fluminibus: Tertia de ripis. Quarta de muris & portis vrbium. Quinta De viis publicis. Sexta de locis publicis in genere. Quartum caput eſt De rebus vniuerſitatis. Quintum de rebus nullius.

CAP. I.

Rerum ſumma diuiſio.

QVAEDAM [a] naturali iure communia ſunt omnium: [b] quædam publica: quædam vniuerſitatis: quædam nullius: pleráque ſingulorum: quæ ex variis cauſis cuique acquiruntur.

a l.2. D. de rer. diuiſ. b Inſtitutio eod. t. Inſtit. d. l.

CAP. II.

De rebus communibus omnium.

II. [c] NAturali iure omnium communia ſunt, vt iſta, aër, aqua profluens [d] ſeu perennis, quia vti quilibet ſine alterius damno poſſit; [e] & mare, & per hoc littora maris.

c d.l.2. & ſeq. l. inueniatur. §. conductor. D. de inuen. d Franciſ. Connanus lib. 3. Comm. Iuris ciuil. cap. 2. e Idem in littora. D. ne quid in loco publico.

In mari

III. [f] In mari piſcantem prohibere nemini licet: ac iniuriarum tenetur qui prohibet aliquem etiam ante ædes ſuas, aut prætorium ſuum id facere. [g] Pilæ tamen in mari iactę, eius ſunt qui iecerit: ſed id concedendum non eſt, ſi deterior littoris mariſve vſus quoquo modo futurus ſit. [h] Et ſicut id quod in mari ædificatum eſt fit priuatum: ita quod à mari occupatum eſt fit publicum.

f d. §. conducto rs.
g l. 3. D. d. s.
h l. Ariſto. D. h. t.

CAP. III.

De rebus publicis.

Prima pars.

De littoribus.

IIII. [i] Littus maris eſt quatenus hybernus fluctus maximus excurrit. Littorum verò vſus publicus eſt & iuris gentium, ſicut ipſius maris. [l] Nemóque ad littus maris accedere prohibetur piſcandi cauſa, dum tamen villis, monumentis & ædificiis abſtineat: quia non ſunt iuris gentium ſicut & mare. [m] In his cuilibet liberum eſt caſam ponere in quam ſe recipiat: ſicut retia ſiccare, & ex mari deducere. [n] Caſa verò facta, domini conſtituuntur qui ibi ædificarunt quandiu ædificium manet. Alioqui ędificio dilapſo quaſi iure poſtliminij reuertitur locus in priſtinam cauſam: & ſi alius in eodem loco ædificauerit eius fiet. [o] Proprietas autem littorum poteſt intelligi nullius eſſe, ſed eiuſdem iuris eſſe, cuius & mare, & quæ ſubiacet mari terra vel arena.

V. [p] Quamuis quod in littore publico vel in mari extruxerimus noſtrum fiat: tamen ſine decreto Principis permitti non debet id fieri.

i §. flumina. Inſti. h. t. l. littus. 1. & 2. D. de verb. ſign. quod ad mare mediterraneum pertinere cenſet Claud. Cantiuncula in d. §. flumina.
k l. littorū. D. h. t. l. littora. D. de contr. empt.
l l. nemo. D. h. t. §. 1 Inſt. eo. t.
m d. § littorū & l. Riparum vſ. D. h. t.
n l. in tantum. ibid.
o d. §. littorū.
p l. quamuis. D. de acq. rer. dom. l. 2. §. ſi quis quod. & l. in littore. D. ne quid in loco publ.

Secunda pars.

De fluminibus.

VI. [q] Flumina omnia [r] quęcūque perennia ſunt, & portus, publica ſunt: ideóque ius piſcandi omnibus commune eſt in portu fluminibúſque.

q §. flumina. Inſt. h. t.
r l. 1. §. 2. & 3. & l. flumina D. de flum. & ne quid in flu. publ.

Tertia pars.

De ripis.

VII. [ſ] Riparum quoque vſus publicus eſt iure gentium: ſicut & ipſius fluminis. Itaque naues ad eas applicare: funes arboribus ibi natis religare: onus aliquod in his reponere cuilibet liberum eſt, ſicut & per ipſum flumen nauigare: ſed proprietas eorum, illorum eſt quorum prædiis adhærent. Qua de cauſa arbores quoque in iiſdem natæ eorundem ſunt. [t] Ripa autem ita rectè definitur, id quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens. Cæterùm ſi quando vel imbribus, vel mari, vel qua alia ratione ad tempus excreuerit, ripas non mutat.

ſ §. riparum. Inſt. h. t. l. Riparum. D. eo. t. l. ergo. §. Celſus filius. D. de acq. rer. dom.
t l. 1. §. riparū. l. vlt. D. de flu. & ne quid in flu. publ.

VIII. [u] Ne quid in flumine publico ripáve eius facias, vel immittas, quo ſtatio, itérve nauigij deterius fiat, interdictum eſt. [x] Si aqua deriuetur, vt exiguior facta minùs ſit nauigabilis, vel ſi dilatetur vt diffuſa breué aquam faciat, interdicto locus eſt. [z] Hoc verò interdictum ad flumina publica pertinet, non ad priuata. Nihil enim priuatum flumen differt à cæteris locis priuatis.

u d. l. 1. in prin.
x d. l. 1. §. de riuar.
z d. l. 1. §. 1.

IX. [a] Lacus eſt qui perpetuam habet aquam. Stagnum eſt quod temporalem continet aquam ibidem ſtagnantem, quæ quidem aqua plerunque hyeme colligitur. Foſſa eſt receptaculum aquæ manufactum. Poſſunt autem hæc publica eſſe & non publica.

a l. vn. § lacus. D. vt in flum. publ. na. lic.

Quarta pars.

De muris & portis vrbium.

X. [b] Neque muri, neq; portæ vrbium habitari ſine permiſſu Principis poſſunt. [c] Item in muris portíſque aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur. [d] Nec muris municipalibus quicquam coniungere licet, nec ſupponere ſine Principis permiſſu. [e] Impunè etiam cuiquam eſſe non debet ſi muros violauerit: veluti ſi quis tranſcenderit ſcalis admotis, vel qualibet alia ratione [e] cùm id abominandum ſit.

b l. vlt. D. ne quid in loco publ. fiat.
c l. 2. ibid.
d l. ſacra. §. vl. D. h. t. l. 2. D. de t. ne quid in loco publ.
e l. vlt. D. h. t.

Quinta pars.

De viis publicis.

XI. [f] In via publica vel itinere publico facere, immitteréve quid, quo ea via itérve deterius fiat, vetatur. [g] Sed viarū quędā publicæ, quędā priuatæ, quędā vicinales. Publicas vias dicimus cuius etiam ſolum publicum eſt relictum, ac directum certis finibus latitudinis ab eo qui ius publicandi habuit, vt eâ publicè iretur, & commearetur, quas nos regias vulgò appellamus. Priuatæ ſunt, quas agrarias quidam dicunt. Vicinales viæ ſunt quæ in viis ſunt, vel quæ in vicos ducunt: quæ publicæ ſunt, ſi ex priuatorum collatione hoc iter conſtituatur: aliter, atque ſi ex collatione eorundem reficiatur. Priuatæ ſunt vel eæ quę ſunt in agris quibus impoſita eſt ſeruitus: vel eæ quæ ad agros ducunt in quos exitur de via regia.

f d. l. 2. §. at prato
g d. l. 2. § publicas. & §. viam.

XII. [h] Si quis noceat viæ publicæ, tenetur interdicto: veluti ſi cloacā immittat in eam, vel aquam ex ſuo fundo foſſa facta. [i] Si ſic ædificet in ſuo vt aqua collecta in viam reſtagnet. [k] Si odore ſoli locus peſtilentioſus fiat. [l] Si deteriorem viam quis faciat paſcēdo pecore. [m] Si ſpecus & pontem per viam publicam faciat. [n] Si per publicum locum riuum aquæductus ita faciat vt priuato noceat. [o] Ac is quoque tenetur hoc interdicto qui in via publica aliquid factum habet, licèt alius fecerit. [p] Eſtque reſtituendum in publico loco factum ab eo qui fecerit, vel mādauit. Quòd ſi quis habet factum non à ſe mandatóve ſuo, patientiam ſolam debet reſtitutionis cauſa accommodare. [q] Ac cuilibet è populo hoc interdictum competit, [r] quanti actoris intereſt tolli quod factum eſt.

h d. l. 2. §. ſi quis cloacam
i d. l. 2. § idem Labeo.
k d. l. 2. § idem ait.
l d. l. 2. §. hoc interdictum.
m d. l. 2. § tractatum.
n l. ſi per publicum. D. d. t. ne quid in loco publ.
o d. l. 2. § hoc interdicto.
p d. l. 2. §. vlt.
q l. 1. D. de loc. & itin. publ.
r d. §. vlt.

XIII. [ſ] Si in agrum vicini viam publicam quis reiecerit, in tantum in eum viæ reiectæ

ſ l. vlt. D. de via publ. & itin. publ. reficie.

actio dabitur, quanti eius intereſt, cuius fundo iniuria irrogata eſt.

Sexta pars.

De locis publicis in genere.

t l.vi. de locatione.

XIIII.[t] MAgiſtratus curam gerere debent locorum publicorum: vt publica itinera complanentur. Ne flumina damnum dent ædibus. Vt ponticuli ſint vbi opus fuerit. Ne priuatorum parietes ruinam minentur in vrbibus. Ne quis publica itinera perfodiat, aut aggeribus congeſtis obruat. Ne quis in publico itinere ædificet. Vt ante ſuas ædes quiſque vias publicas reparet. Vt aquagia repurgentur. Ne quid ante officinas propoſitum ſit, præterquàm ſi fullo veſtimenta ab excoctione ad auram recreet. Vt faber ita rotas exponat & collocet ne impedimento ſint ducendo vehiculo. Ne qui rixentur in itineribus. Ne morticinia, aut pelles, ſtercoráve iactentur.

XV. [u] In loco publico quicquam fieri aut immitti vnde cuiquam damnum inferatur, non licet. [x] Et quotieſcunque Princeps aliquid fieri in loco publico permittit, ita accipi debet, vt ſine cuiuſquã iniuria fiat. [a] Quòd ſi quis nemine prohibente in publico ædificauerit, non eſt cogendus tollere, ne ruinis vrbs deformetur: ſed ſolarium ei ædificio debet imponi: niſi ædificium vſui publico obſter, vel niſi citra magiſtratus edictum fuerit ædificatum. Locare tamen quędam loca publica vectigalium cauſâ permittitur.

u d.l.2. D. d.l. ne quid in loco pub.
x d.l.2. § me ritis.
a d.l.2. §. ſi quis nemine & l.vlt. ibid.

CAP. IIII.

De rebus vniuerſitatis.

XVI.[b] QVædam ſunt communia vt ſingulis: quædam vt vniuerſis: vt ſingulis, veluti fundus communis indiuiſus. [c] Vniuerſitatis ſunt nõ ſingulorum, veluti quæ in ciuitatibus ſunt, vt theatra, ſtadia,[d] vectigalia quædam publica, & his ſimilia.

XVII. [e] Neque ſocietatem, neque collegium, neque huiuſmodi corpus paſſim omnibus habere conceditur. Sed paucis admodum in cauſis conceſſa ſunt huiuſmodi corpora, vt ecce vectigalium publicorum ſociis permiſſum eſt corpus habere, vel aurifodinarum, vel argentifodinarum, vel ſalinarum. [f] Quibus autem ius eſt collegij vel ſocietatis, his permiſſum eſt habere arcam communem, actorem ſeu ſyndicum eum cui lex permittit, aut cui ordo dedit, cùm duæ partes adeſſent, vel amplius quàm duæ. [g] Qua in re patris ſuffragium prodeſt filio, & filij patri. [h] Poteſtque ordo alicui permittere vt actorem eligat. [i] Ac litium etiam futurarum nomine poteſt conſtitui. [k] Qui ſi agat, compelletur etiam defendere. [l] Poteſt verò ex iiſdem cauſis mutari actor, ex quibus procurator.

XVIII. [m] Si quid vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur: nec quod debet vniuerſitas, ſinguli debent. Tamen ſi non ſit vnde ex vniuerſitate ſoluatur, moribus noſtris receptum eſt vt tempus vniuerſitati à iudice conſtituatur, intra quod debita exſoluat: quod ſi non fecerit, certum numerum creditori è ſingulis eligere iudex permittit, à quo debitum exigat: qui ſibi partes conferri à contribulibus poſtea curent.

b Franciſ Connanus lib. 3. Comm. iur. ciuil. cap. 8. l. ſi municipes. D. quod cuiuſque vniuerſ. nom.
c § vniuerſitatis. Inſt. h. t. l. in tantum. §. 1. D. de acq. rer. dom.
d Claud. Cantiuncula in d. §. vniuerſitatis.
e l. 1. D. quod cuiuſ. vniuerſ. nom.
f d. l. 1. §. vlt.
g l. illud notandum, & ſeq. ib.
h l. item eorũ. §. 1. ibid.
i d. l. §. ſed ſi ita.
k d. l. §. actor vniuerſitatis
l d. l. §. ex iiſdem.
m l ſicut municipum § 1 ib.

XIX. [n] Refertur ad vniuerſos quod publicè fit per maiorem partem. [o] Et in decurionibus vel aliis vniuerſitatibus nihil refert vtrum omnes iidem maneant, an pars maneat. Sed ſi vniuerſitas ad vnum recidit, magis admittitur poſſe eum conuenire & conueniri: cùm ius omnium in vnum reciderit, & ſtet nomen vniuerſitatis.

XX. [p] Ab vniuerſitate commiſſum delictum exiſtimatur, quod conuocato conſilio, publicéve ab omnibus, aut maiore parte factum ſit. [q] Grauiora verò ciuitatis delicta aratro in eam inducto: [r] cætera mulcta dicta puniuntur. [ſ] Cauſam autem ſyndico conſtituto dicere ciuitas ſolet. Qui autem ſcelus admiſerunt, ipſi vt ſinguli puniuntur.

n l. aliud § refertur. D. de reg. iur.
o l. ſicut municipum §. 1.
p Cynus in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. nu. 4. d. § refertur. Glo. in l ſicut. D. d. l. quod cui. vniu. no verb. non debetur.
q Cynus præd. loco. l. ſi vſuſfructus D. quib. [illegible] v [illegible]
r Cyn. d. loco.
ſ Arreſto in Burdegalenſes lato. de quo in libro primo noſtro rerum geſtarum Henrici II. Regis Galliæ.

De rebus nullius.

XXI.[t] NVllius ſunt res ſacræ & religioſæ. [u] Sacræ res ſunt quæ Deo conſecratæ ſunt: Veluti ædes ſacræ, & quæ ad miniſterium Dei dicata ſunt: quæ alienari & obligari prohibentur, excepta cauſa redemptionis captiuorum. [x] Ac locus in quo ædes ſacræ ędificatę ſunt, etiam diruto ędificio ſacer manet. [z] Quòd ſi quis auctoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum.

t §. nullius. Inſtit. h. t.
u § ſacræ ibid. l. ſacra. D. eo. t.
x 2 d. §. ſacra.
z § ſingulorũ. Inſt. de rer. diuiſ. & acq. ipſar. dom.

DE ACQVIRENDO rerum dominio.

TITVLVS II.

Titulus de acquirendo rerum dominio duo tantum capita continet. Primum eſt, Quibus modis acquiritur rerum dominium. Secundum, Per quas perſonas acquiritur rerum dominium.

CAP. I.

Quibus modis acquiritur rerum dominium.

I. [a] SIngulorum hominum multis modis res fiunt. Quarundam enim rerum dominium nanciſcimur iure naturali, quod appellatur ius gentium: quarundam verò iure ciuili.

II. [b] Naturali autem iure dominium rerum acquiritur occupatione earum quæ nullius erant. Omnia enim animalia quæ terra, mari, cœlóque capiuntur, id eſt, feræ beſtiæ, volucres, piſces capientium fiunt. [c] Ac fera ita vulnerata, vt capi poſſit, ſtatim noſtra eſſe intelligitur: [d] quemadmodum & ſi in laqueum meũ inciderit, quem in meo fundo alienóve domini permiſſu, aut in publico poſuerim. [d] Prohiberi autem à domino quis poteſt, ſi is præuiderit ne in ſuum fundum venandi aucupandive cauſa ingrediatur: [e] neque fiunt occupantis ea quæ in eo fundo capiuntur, cuius fructus ex venatione, aucupio, aut piſ-

b l. 1. D. h. t. §. feræ igitur. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 3. D. h. t.
c l. vn. de molendinis in vſibus feudorũ. Bartolus in l. naturalem. D. h. t. vbi id moribus receptũ docet ex ſententia Trebatij cõtra Caij opinionem relatam in d. l. naturalem, & Iuſtinianum in §. illud quæſitum. Inſt d. t. de rer. diuiſ.
d d. l. 3. & d. § feræ. l. domum. D. de ſeru. ruſt. præd. l. iniuriarum § pen D. de iniur.
e Claudius Cantiuncula in d. §. feræ. arg. l. venationem. D. de vſu. l. ſtũ ſi fundi. §. aucupiorum. l. vſufructuariũ venatus. § ſi in vinariis D. de vſufr.

catione

cation conſiſtat,[f] aut ſi lex,aut conſuetudo generalis vetet.

III. [g] Feræ verò beſtiæ & volucres captæ, noſtræ fiunt donec noſtra cuſtodia coërcentur,aut non difficilis ſit earum perſecutio: vt & noſtræ ſunt manſuefactæ,& quæ mitti ac reuerti ſolent:[h] vt pauones, columbæ, apes, cerui manſuefacti domini manent,quamdiu reuertendi animum habent.[i] Gallinarum autem & anſerum non eſt fera natura : nec occupantis fiunt.

IIII. [k] Si paſturi meo lupi porcum,aliúdve qoid eripuerint,meum manebit quamdiu recipi poterit quod ereptum eſt. Et ideò ſi quis alius lupo extorſerit, uoo illius,ſed meũ erit.

V. [l] Apium,quę in arbore noſtra conſederint, domiοium non acquirimus niſi alueo concluſerimus. Faui quoque fiunt occupantis,tametſi Dominus prohibere poſſit ne quis fundum ſuum ingrediatur.[m] Ac examẽ quod ex alueo noſtro euolarit, eò vſque noſtrum eſſe intelligitur, donec in conſpectu noſtro eſt, nec difficilis eſt eius perſecutio: alioqui occupantis fit.

VI. [n] Acquiritur quoque rerum dominium inuentione earum quæ nullius erant: vt lapillorum,& gemmarum in littore inuentarum: vt & rerum pro derelicto habitatum: [o] quo in numero non ſunt eæ res quæ in tempeſtate leuandæ nauis cauſa eiiciuntur, quæ [p] lege municipali Normanorum à fundi patronalis dominis iis aſſeruantur qui eas intra annum aſſeruerint.

VII. [q] Iure ciuili Romano theſauri dominium ei acquiritur qui in ſuo loco inuenerit. [r] In loco alieno fortuitò inuenti dimidium inuentori, dimidium ſoli domino: [s] à ſcrutante inuentus eidem domino totus cedit: etiamſi id Principis permiſſu fecerit. [t] Quòd ſi fundum toum in quo ſciebam theſaurum reconditum,cùm tu ignorares,emerim, æquum eſſe viſum eſt vtriuſque noſtrum fieri theſaurum.[u] In Principis verò loco, [x] ſacro, religioſo,fiſcali,publico,vel ciuitatis inuenti theſauri dimidiũ Principi,ciuitati, vel Eccleſiæ: reliquum inuentori quæritur.[z] Iure autem ciuili Normano in Regis ſolo inuentus theſaurus eidem acquiritur. Alibi fundi patrono cuicunque,ſiue Eccleſiaſtico,ſiue alij.Niſi quòd in templo repertus,ſi quidem in eius ſacello auguſtiore,iis,ad quos eius refectio pertinet : in cæteris partibus cœmeterióve fabricæ ædis.

VIII. Theſaurus verò eſt vetus quædam depoſitio pecuniæ, reive mobilis ab ignotis dominis vetuſtiore tempore facta, cuius noo extat memoria. [b] Sed ſi quis aliquid vel lucri cauſa,vel metus, vel cuſtodiæ condiderit ſub terra,non eſt theſaurus:[c] cuius etiam furtũ fit.

f l. ſi de pariete neud. §. nemo retia in vſib. ſudo. Cantuan cula præd. loco. l quẽadmodum §. qui ſciẽs. D pro empto. Io. Faber in d. § fera.
g l. 3 & duab. ll. ſeqq & d. § fera.
h §. Pauonum Inſtit. d t. de rer diui. & l. Pomponius.D. fam. erciſc.
i §. gallinarum Inſt. d. t de rer. diui. d. l. naturalem. §. apum.
k l. Pomponius D. h. t.
l d. l. naturalẽ. §. apium quoque. §. apium quoq Inſt. d. t. de rer. diui & acq. l. ſi apes. D. de furt.
m d d. §§. apũ quoque. l. 3. §. Nerua & §. anes. D de acq. vel am. poſſ.
n §. item lapilli. Inſtit. d. t. de rer. diuiſ. l. 3. D eo. t. §. hoc amplius & ſeq. Inſt. d. t.
o §. vlt ibid. l. qua ratione. §. qui alienũ. D. de fu. Sed quod eo. §. dicitur (plerũque res iactari dereliquendi animo) exponas pro interdum e Franciſci Connani ſententia lib 3. Com. iur. ciu c. 3. l. qui leuand D. ad leg Rho. de iact. l. 3. in princ. D. de inc. ruin. & naufr. §. vlt. Inſt. d. t de rer. diuiſ. & acq.
p ver. 584. & 588.
q §. theſauros. Inſt. d. t. de rer. diuiſ. l. vn. C. de theſau. li. x. l. ſi quis in aliena. D. d h. t.
r d. §. theſauros. & d. l. vn.
ſ d. l. vn. & ti. quæ ſint regalia in vſibus Feudorum t Franc. Cõnanus d. c. 4. li. 3. Comment. u d § theſauros. & d l. vn. x d. l. 3. D de iure fiſci quale corrigitur à diuis fratribus, qui dicitur quod d. § theſauros Hadrianus Imperator totum inuentori in cuiuſuis loco repertum concedebat, ſecundũ Franciſci Connani ſententiam d. l. 3. Com d. cap 4. Idem d. t quæ ſint regalia. z Lege noua municipali Normanæ ver. 211. & 212. a l. nunquã nud. D h. t. d. l. vn. C. de theſaur. lib. 10. b Idem l. a tutore. D. de rei vend. c Idem l. falſus. §. qui alienum. d. t. ibid.

IX. [d] Quæ ab hoſtibus capiontur iure gentium ſtatim capientium fiunt:[e] prędæque loco cedunt. Sed agri qui ex hoſtibus capiũtur, publicantur. Expulſis verò hoſtibos ex agris, quos ceperant, conſtitit dominia eorum agrorum ad priores dominos redire : nec aut publicari, aut prædæ loco cedere.[f] Mobilia verò poſtliminium ferè non habent. [g] Sed nauibus longis atque onerariis propter belli vſum poſtliminium eſt, non piſcatoriis: aut ſi quas actuarias voluptatis cauſa parauerint. Equus autem aut equa fræni patiens recipiuntur poſtliminio. Nam ſine colpa equitis pruripere ſe potuerunt. Non idem in armis iuris eſt : quippe quæ non ſine flagitio amittuntur.

X. [h] Quod per alluuionem agro ooſtro flumen adiecit, iure gentium nobis acquiritur. Per alluuionem autem id videtur adiici quod ita paulatim adiicitur, vt intelligere nõ poſſimus quantum quoque momento temporis adiiciatur. [i] Lacus verò & ſtagna, licèt interdum creſcant, interdum exareſcãt, ſuos tamen terminos retinent : ideóque in his ius alluuionis non agnoſcitur.

XI. [k] Quòd ſi toto alueo naturali relicto flumen aliá fluere cœperit, prior quidem alueus eorum eſt qui propè ripam prædia poſſident pro modo ſcilicet latitudinis cuiuſque prędij, quæ latitudo prope ripam ſit. Nouus autem alueus eius incipit iuris eſſe, cuius & ipſum flumen eſt, id eſt publici iuris gẽtium, [e] & cùm is locus aluei publicus eſſe cœperit, etiamſi ab eo aqua receſſerit, in priſtinum ſtatum reſtitui non poteſt. [f] Quòd ſi poſt aliquod tempus ad priorem alueum reuerſum fuerit flumen, rurſus nouus alueus incipit eius iuris eſſe,cuius & ipſum flumen eſt,id eſt publici iuris gentium.

XII. [g] Inſula quæ in mari naſcitur, occupantis fit. Nullius enim eſſe creditor. At ſi in flumine nata ſit, iis dominium acquiritur qui prope ripam prædia poſſident pro modo latitudinis cuiuſque prędij. Quòd ſi alteri parti proximior ſit, eorum eſt tãtum qui ab ea parte prope ripam prædia poſſident.[h] Sed ſi ager alicuius, in formam inſulæ prorumpente ab altera parte flumine, ſit redactus, eius manet.

XIII. [i] Inundatiu verò ſpeciem fũdi non mutat: tametſi interim [k] & poſſeſſio,[l] & vſuſfructus,[m] & quodammodo proprietas amitti videatur: [n] & ob id cùm receſſerit aqua, palam eſt eiuſdem eſſe, cuius & fuerat.

XIIII. [o] Quamuis fluminis naturalem curſum opere manu facto aliò non liceat auertere: tamen ripam ſuam aduerſus rapidi amnis impetum munire prohibitum non eſt.

V. [p] Acquiritur quoque rerum dominium ſpecificatione quadam : cùm ſcilicet quis ex aliena materia ſpeciem aliquam [q] bona fide fecerit ſi pluris ſit operis pretium, quàm materiæ:[r] vt ſi in chartis, membraniſve tuis quid

d l. naturalem in ſi D. h. t. l. ſi captiuus D de capt. & poſtl. reuer.
e Idem d l ſi captiuus.
f Gl. in l. 2. D d t de capt.
g d. l. 2. & l. ſeq.
h §. præterea. Inſt. de rer. diuiſ. & acq. l. Adeo. §. 1. D. h. t. l. 1. § vlt. C. de alluu.
i l. lacus. D. h. t.
k d. l. adeo §. inſula. Inſtit. de rer. diuiſ. & acq. l. ergo §. flumina. D. h. t.
h l per ſeruum in fi D. h t i l. qui mihi donatum. D. de donat. quæ l. & præcedens videntur ſibi inuicem aduerſari. k l. Certi condictio. §. ſi nummos D de reb. cred. ſi cert pet. l. 2. C. per quas perſo. nob. acq. l l penu. C. Si quis alteri vel ſibi ſub alt. nom vel alien pec. emerit. m l. vlt ibid. n l. non vt ex pluribus. D. de reg. iur. o l. 3. §. ex pluribus. D. de acquir. vel amit. poſſ. l. & an eadẽ. §. actiones. D. de exc. rei iud. p § ſi cui ſua dom, ibi, ſed ſi rem Inſt. de leg. a l. quæſtio & ibi Alciatus D. de verb ſig. b Theophilus t. de interd. Inſt. c Vt à commodato, aliiſque quibuſdã rebus diſtinguatur. d l. 3. in princ. D de acq. vel amit poſſ. l poſſideri. D de vſuc. l. ſeruus. D. de acq. rer. do e Æmylius Ferretus in d. l. 3. §. ex cõtrario, arg. t. de vſu & habitat vbi habemus (inquit) egimus de acquiſitione naturali, quia, vt inde colligitur, ſit per naturalẽ poſſeſſionem. Inſtitutre autem ſe ſermonẽ de modis acquirẽdi, & vſibus vſucapionibus nẽpe, donationibus, teſtamẽtis, legatis, hæreditatibus. Idẽ Ferretus in l. 1. D. de acq. vel amit. poſſ. hac eadẽ de re. f l. ſtipulatio iſta. §. hæc ſtipulatio. D de ver. oblig. l. eum qui D. de dona. inter vir & vxo. l. nemo. C de acq. & ret. poſſ. de qua etiam in l. 2. D. pro ha

III. [g] Vbi ciuilis poſſeſſio eſt, naturalem ſubeſſe oportet: cui à lege datur authoritas, [h] nec aliud eſt ciuilis poſſeſſio, quàm poſſeſſio naturalis authoritate iuris ciuilis ſubnixa, coniuncta cauſa pro emptore, pro donato, vel cæterarum.

Secunda diuiſio.

IIII. [i] GEnera poſſeſſionis tot ſunt, quot & cauſæ acquirendi eius quod noſtrum eſt: veluti pro emptore, pro donato, pro legato, pro dote, pro hærede, pro ſuo: ſicut in iis quæ terra, mari, cœlóque capimus: vel quæ, vt in rerum natura eſſent, fecimus. Et in ſumma magis vnum genus eſt poſſidendi: ſpecies autem diuerſæ.

Tertia diuiſio.

V. [k] VEl etiam poteſt diuidi poſſeſſionis genus in duas ſpecies: vt aut poſſideatur bona fide, aut non bona fide.

CAP. III.

Qui poſſidere dicantur.

VI. [l] POſſidere videtur quiſque non ſolùm ſi ipſe poſſideat, ſed & ſi eius nomine aliquis in poſſeſſione ſit: veluti colonus, inquilinus, procurator, hoſpes, amicus, [m] qui qui pignori accepit, is penes quem quid eſt depoſitum, aut cui quid quis commodauit.

VII. [n] Vſufructuarius ciuiliter ac naturaliter pro re ſubiecta videtur poſſidere.

CAP. IV. *Qui non poſſideant.*

VIII. [o] NOn poſſident qui alicuius nomine ſunt in poſſeſſione: veluti colonus, inquilinus, & aliæ perſonæ [p] ſupra commemoratæ. [q] Aliud enim eſt poſſidere: longè aliud in poſſeſſione eſſe. Denique rei ſeruádæ cauſa, legatorum, damni infecti non

A poſſident, ſed ſunt in poſſeſſione.

IX. [r] Liberi qui in poteſtate noſtra ſunt, rem peculiarem tenere poſſunt: habere & poſſidere non poſſunt: quia poſſeſſio non tantùm corporis, ſed etiam iuris eſt.

X. [ſ] Qui iure familiaritatis amici fundum ingreditur, non videtur poſſidere: quia nõ eo animo ingreſſus eſt vt poſſideat: licet corpore in fundo ſit.

B

CAP. V. *Quæ res poſſideri non poſſunt.*

XI. [t] LOcum religioſum aut ſacrum nõ poſſumus poſſidere, etſi contemnamus religionem, & pro priuato eum habeamus, ſicuti hominem liberum.

CAP. VI. *Quibus modis poſſideri poſſit.*

XII. [u] EX pluribus cauſis poſſidere eandem rem poſſumus: veluti pro emptore & ſuo: Pro emptore & hærede. Dominium verò non poteſt niſi ex vna cauſa contingere. [x] Duo item ita poſſunt poſſidere,

C vt vnus iuſtam, alter iniuſtam poſſeſſionem habeat, & vterque etiam iuſtam, modò ex non eadem cauſa, ſed non plenè.

XIII. [y] Locus certus ex fundo, & poſſideri, & per longam poſſeſſionem vſucapi poteſt, & certa pars pro indiuiſo, quæ introducitur vel ex emptione, vel ex donatione, vel qualibet alia ex cauſa.

CAP. VII.

Quibus modis poſſideri non poſſit.

D

XIIII. [z] PLures eandem rem [a] in ſolidum, [b] & ex eadem cauſa poſſidere non poſſunt. Cõtra naturam quippe eſt, vt cùm aliquid ego teneam, tu quoque id tenere videaris. Nec verò magis eadem poſſeſſio apud duos eſſe poteſt, quàm vt tu ſtare videaris in eodem loco in quo ego ſto: vel in quo ego ſedeo, tu ſedere videaris.

XV. [c] Incerta pars nec tradi, nec vſucapi poteſt, veluti ſi ita tibi tradam, Quicquid mei

E iuris in eo fundo eſt. Nam qui ignorat, nec tradere, nec accipere id quod incertum eſt, poteſt. [d] Et ſi plures ſint in fundo qui ignorẽt quotam quiſque partem poſſideat, neminem eorum mera ſubtilitate poſſidere placet.

CAP. VIII.

De natura, ratione, & conditione poſſeſſionis.

XVI. [e] POſſeſſio facti eſt. [f] Et in ſumma poſſeſſionis non multum intereſt iuſtè quis an iniuſtè poſſideat. [g] Itaque ſi vir

F cedat vxori poſſeſſionem cauſa donationis, plerique putant poſſidere eam, quia res facti infirmari iure ciuili nõ poteſt. Et quid attinet dicere nõ poſſidere mulierem, cùm maritus vbi noluerit, protinus amittat poſſeſſionem?

ped. l. 1. §. denetur. D. de vi & vi arm. Aemylius Ferretus in d. l. 1. & modi ciuiles poſſeſſionis acquirendæ traduntur in d. l. 3. § genera. D. de acq. vel am. poſ. Nempe pro donato, legato, hærede, & cæteris. Vulgus DD. naturalẽ poſſeſſionẽ eſſe cenſet quæ corpore, ciuilem quæ animo conſiſtat, arg. l. nemo. Cod. de acq & ret poſſ. Bart. in l. ſi id quod. D. d. t. de acq. vel am. gl. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas. Ibid. Sed hac ratione furioſus poſſideret contra d. l. 1. § furioſus & §. cæterũ. Nec ſeruus acquireret naturalem poſſeſſionem quæ ſine animo non ſit, ciuilis autem poſſeſſionis ſit tamen incapax. Præterea ſine animo nõ eſt naturalis poſſeſſio, vt conſtat ex iis quæ iure gentium nobis acquiruntur, de quib ſupra tit proximo verſ. 2. g Aemyl. Ferretus in d. l. 1. § ſi vir vxori. D. de acquir. vel amit. poſſ. h Ferretus in d l. 3. D. de vſuc. nu. 45. i d l. 3. § genera. D. de acq. vel am. poſſ. k d. §. genera. l § poſſidere. Inſt. t. de interd. l. 1. C de vſuc l. quod meo. §. 1. l. Si id quod. §. 1. D. de acq. vel am. poſſ. m l. & habet §. cum qui. D de preca. d. l. 3. § ex contrario, ibi Nam [illegible] D d. t. de acq. vel am. poſſ. n Aemylius Ferretus in d. l. 1. § ſed per eum, verſic per eum. D. de acq. vel amit poſ. a. 7. l. poſſeſſio, ibi d. C ciuiliter ſcilicet quando authoritas iuris ciuilis facit, vt quædam acquirat quæ iure gentium non acquiruntur, vt in venatione quæ in fructu non eſt. l. videamus an in omnibus D. de vſuc ſimile erat cum ciuili Romano in ſeruo operis, l. in hominis vſufructu. D. de oper. ſeru. quod verò Paulus in d. l. 1. § acquirimus, ait, nec ad rem pertinere quod vſufructuarius non poſſideat, id intelligi de plena poſſeſſione debet, de qua hactenus egerat, nempe apta ad implendam vſucapionem: & addit ſimilitudinem, quia plenius non poſſidemus, vt ſcilicet vſucapere poſſimus, quod item in l. 2. in fi. D. de oper. no. nunt. dicitur fructuarium nuntiare nouum opus nomine debere, ſicuti procuratorem, non inde efficitur vt non idem poſſit nomine ſuo d. l. 1. § nuntiationem. d. t. de op. no. vbi ſi quilibet extraneus nuntiare nouum opus poteſt cur non & fructuarius, Neque tamen quæ agit & acquirit, tanquam procurator acquirit, aut agit Quod in § fructuarius Inſt. per quas perſo. nob. acq. & l. Acquiritur, in fi. D. de acq. rer. dom. dicitur, vſufructuarium non poſſidere de plena poſſeſſione intelligendum, nempe vt vſucapere poſſit, & quod in l. 1. § quod ait prætor. D. quor. legat. dicitur non poſſidere vſufructuarium, intelligitur ante conſtitutum vſumfructũ ab hærede. Quod ſimiliter idem dicitur in l. cert. §. is qui rogauit. D. de preca. intelligitur enim non poſſidere ob hoc quod in prædio eſt, ſed poſſidet quia voluntate domini inductus eſt in prædium, & patientiam præſtatam. l. 3. §. dare. D. de vſufr. Quod item in l. Celſus. §. Iulianus, id opinam de fructuario, cui non eſt conſtitutus vſusfructus, intelligi debet. Quod in l. Sciendum §. qui poſſeſſor. D. Qui ſatiſd. cogan dicitur vſufructuarium habere, non poſſidere, in eo titulo poſſeſſor eſt, non qui habet poſſeſſionem naturalem, ſed qui dominium directum vel vtile. Quod in l. 3. § qui vſusfructus. D. de vi & vi arm fructuarium eſſe in quaſi poſſeſſione, poſſeſſio accipitur pro inſiſtentia quadam. l. Cum hæredes. D. de acq. vel amit hær. & ſenſus eſt qualitercunque quis teneat, ſiue præſens, ſiue abſens dari interdictũ, & ex eo quod interdictum datur, conſtat fructuarium poſſidere. l. 1. § interdictum autem hoc D. d. t. de vi & vi ar. Quod in l. Raptores. § ſin autem. C. de Epiſc & cler dicitur, vſusfructus diaconiſſæ eſt, & poſſeſſio Eccleſiæ: aliquando fructuarius non eſt verus fructuarius, ſed habet commodum fructuum, vt ibi Baldus in 6. notab. o ll. ſupra relata ad verſ 6. p d. verſ. 6. q l. ſi quis ante l. 3. § vlt. D d. t. de acq. vel am. poſ.

r l. poſſeſſio quoque. Ibid. ſ l. Quæſitũ. ib. t l. Qui vniuerſas. § 1. Ibid u d. l. 3. § ex pluribus. D d. t. de acq. vel am. poſ. x l. Si duo. D. vti poſſid. Aemylius Ferretus in l. naturaliter. § nihil commune. D. d. t. de acq. vel am. poſ. y l. locus. l. poſſideri. §. incertam. ibid. z d. l. 3. §. ex cõtrario. l. Si vt certo. § ſi duobus. D. Cõmod. l. duo in ſolidũ. D. de prec. a Id eſt plenè, ita explicat Aemyl. Ferretus in d § nihil commune. n. 3C. & l ſi duo. co. t. b Id ita intelligit Ferretus in d. §. ex contrario. Vt puta, duo precario poſſidere nõ poſſunt. l. duo. D. de prec. & c. licet cauſam de prob. Cauſa autem in quæſito dominio vna eſt poſſidẽdi pro ſuo: in quærẽdo nouem cauſæ numerantur in d. l. 3. §. genera & titulis de vſuc. pro donato, pro emptore & cæteris Quando verò nõ agitur de quæſito, vel quærendo dominio, non numerãtur cauſæ: ſed eſt vna generalis. At diuerſitatẽ facit qualitas materiæ ſubiectæ, exẽplum in fructuario & vſuario. Vterque generaliter poſſidet pro poſſeſſore: ſed alter quia vſumfructũ: alter, quia vnũ habet, quæ qualitates ſpecie differũt ergò diuerſis cauſis poſſid. l. vl. D. vti poſſid. vbi vſuarij & fructuarij poſſeſſio pro poſſeſſore eſt. differũt tamẽ cauſa. Et vſuſf. quãuis poſſit plurib. cõtingere, per concurſum tamẽ faciũt partes. Ex eadẽ tamen cauſa poſſidere duos poſſe, traditur. l. ſiue autẽ. § ſi duob. D. de publ. & l ſi ea res. in fi. D de act. emp. quod omniniò contrariũ eſt d. § contrario, c l. locus. l. poſſideri. d l. ſi ſer. § vlt. D de vſuc. e d. l. 1. § ſi vir vxori. D. d. t de acq. vel amit. poſſ l. Bona fides § in contrariũ. D. de acq. rer. dom. l. denique. D. ex quib. cau. maior. l. 1. §. Scæuola. D. ſi quis teſt. lib eſſe iuſſ. ſuer. f d. l 3. § ex contrario D. de acq. vel amit. poſſ. g d § ſi vir vxori l quod vxor. D. d. t. l. 1. § vlt. D. pro don. Hoc ſecundũ vero ciuilis Rom. rationẽ intelligendũ, cũ bonorũ ſocietas inter virũ & vxorẽ non erat, vel noſtro iure, vbi à ſocietate coniugali pacto, vel alio modo receſſerit: quod autẽ d. l. quod vxor, dicitur vxorẽ non poſſidere ciuiliter rẽ donatã, ſic intelligendũ: Cùm hæ donationes iure ciuili improbantur, infirmabuntur ea quæ iuris ciuilis ſunt, veluti non vſucapiet, quod iure ciuili definitũ ſit, fructus tamen ſuos faciet, cùm naturaliter poſſideat: hique naturaliter quæruntur. Aem. Ferretus in d § ſi vir vxori.

G

XVII. [h] Nihil

XVII. [h] Nihil commune habet proprietas cum poſſeſsione.

XVIII. [i] Qui vniuerſas ædes poſsidet, ſingulas res quæ in ædificio ſunt, non videtur poſſidere. Idẽ debet dici & de naue & de armario.

CAP. IX. *De acquirenda poſſeſsione.*

Prima pars.

Quibus modis acquiratur poſſeſsio.

XIX. [k] ACquiritur poſſeſsio corpore & animo: neque per ſe animo, aut per ſe corpore. Nec neceſſe eſt acquirendæ poſſeſsionis fundi cuiuſpiã cauſa, glebas eius omnes circũambulare: ſed eius partem aliquam introire ſufficit.

XX. [l] Oculis etiã & affectu apprehẽdi poſſeſsionem argumẽto ſunt eæ res quæ propter magnitudinẽ ponderis moueri nõ poſſunt, vt columnæ. Et ſi vicinũ mihi fundũ mercatum vẽditor ex mea turre demonſtret, vacuámq; poſſeſsionẽ ſe tradere dicat, non minus poſſidere cœpi, quàm ſi pedẽ finibus intuliſsem.

XXI. [m] Clauibus quoque traditis acquiritur poſſeſsio. Vina enim tradita videtur cùm claues cellæ vinariæ emptori traditæ fuerint. [n] Idq; cõfeſtim ſi ad cellã vinariã id actũ ſit: ſi alibi, tũ cùm ad eam ventũ erit. [o] Idemque de mercibus quæ in horreo ſunt, ſtatuendum.

XXII. [p] Signo poſito rebus emptis earum acquiritur poſſeſsio. Videntur enim res traditæ quas emptor ſignauerit, vt trabes, porci. [q] Vina tamen magis, ne ſubmittantur, ſignari ſolent, quàm vt tradita videantur.

XXIII. [r] Similiter cuſtode apposito rei emptæ ab emptore, acquiritur ei poſſeſsio. Nam ſi aceruum lignorũ emero, & eum venditor tollere me iuſſerit, ſimul atque cuſtodiã poſuiſſem, traditus mihi videtur. Idẽ iuris eſt in vino vendito, cùm vniuerſæ amphoræ vini ſimul eſſent. Nec intereſt vtrũ mihi, an cuilibet cui iuſſerim cuſtodia tradatur.

XXIV. [ſ] Item depoſitione rei à venditore in domo emptoris acquiritur poſſeſsio. [t] Et ea adepta, vel apprehenſa volũtate venditoris, tametſi literis emptionis nõ ſit aſcriptũ eſſe traditam, neque in poſſeſsionẽ ſis inductus: [u] aliter, atq; ſi res ex ſtipulatione debita non tradatur: cuius ſi poſſeſsionẽ ſine voluntate promiſſoris ſtipulator adipiſcatur, prædo eſt. [x] Si tamen venditionis inſtrumẽto contineatur, rem, quæ in conſpectu non erat, traditam, adipiſci eam per ſe licet.

XXV. [z] Inſtrumẽtis rei venditæ vel donatæ traditis à poſsidẽte, poſſeſsio eius acquiritur, [a] maximè ſi res præſens ſuit.

XXVI. [b] Similiter ſi domum, vel fundum venditum, aut donatum [c] ſciens conducat venditor, vel donator: trãsfert in emptorem, vel eum, cui donauit, poſſeſsionem.

XXVII. [d] Conſtituto etiam transfertur poſſeſsio: ſcilicet ſi quod meo nomine poſſideo, alieno nomine poſsidere me cõſtituam, deſino poſsidere, & alium poſſeſſorem miniſterio meo facio.

XXVIII. [e] Itẽ vſufructu retẽto trãsfertur poſſeſsio. Nã qui rẽ donando aut vendẽdo, vſumfructũ eius retinet, eãdẽ tradere cẽſetur.

XXIX. [f] Simili modo ſi patiente venditore rem commodatam aut depoſitam apud eũ manere qui eam emat: [g] vel ſi dominus eum qui poſſeſsionem quaſi prædo ingreſſus ſit, poſsidere conſentiat, ij rem retinendo poſſeſsionem eius adipiſcuntur.

XXX. [h] Iuſſu quoque iudicis acquiritur poſſeſsio, ſi ingredienti vim fieri prohibeat, [i] eáque apprehendatur.

XXXI. [k] Partis poſſeſsione totius acquiritur poſſeſsio: veluti balnearũ, horti, totarũ ędiũ.

XXXII. [l] In rebus incorporalibus, cuiuſmodi ſunt ſeruitutes, patientia domini, [m] & vſus eius, iuris quaſi ſui, pro traditione poſſeſsionis accipienda ſunt.

XXXIII. [m] Si is cui à Rege iuriſdictio permiſſa ſit, ea in ſpecie aliqua ſit vſus, cæteris in rebus acquiſiſſe poſſeſsionẽ videbitur.

XXXIV. [n] Moribus vniuerſæ Galliæ defuncti poſſeſsio in hæredẽ trãſmittitur: eámq; is continuat etiã ſine hæreditatis aditione, aliòve ſuo facto, [o] nec ſe pro hærede gerat, exigitur. [p] Quod ius non ad legitimos tãtùm hæredes pertinet, ſed ad teſtamẽtarios quoque: [q] nec ad proximiores modò, ſed & ad vlteriores, [r] idque vel cùm proximi abſtinent. [ſ] A hęredibus inſtitutis mortuis ad ſubſtitutos id ius deuoluitur. Idémque in fideicommiſſariis hæreditatibus quod in aliis ius eſt. [t] Fiſcus quoque cùm ei hæreditas obuenit, eodem iure vtitur. [u] Ac iis quidem perſonis quas enumerauimus, pro hæreditariis portionibus id iuris competit. [x] Nec hæredi nocet, ſi rem à defuncto poſſeſſam alius occupauerit.

Secunda pars capitis noni.

Quibus modis non acquiratur poſſeſsio.

XXXV. [z] PEr inueſtiturã quæ fit ſcipione, annulo, aut mitra, nõ acquiritur poſſeſsio: ſed facultas ſuo iure poſſeſsionem adipiſcendi.

Tertia Pars capitis noni.

Qui acquirere poſſeſsionem poſſint.

XXXVI. [a] INfans poſsidere rectè poteſt, ſi tutore authore cœpit. Nam

h l. naturaliter. § nihil commune D. d. l. de acq. vel am. poſſeſſ. l. Permiſceri. ib. quib. verbis ſignificatur proprietatẽ & poſſeſsionẽ differre. i l. qui vniuerſas. D. d. t. l. eũ qui ædes. D. de vſuc. l. 1. §. cum Stichum. D. pro empt. k d. l. 3. §. 1. & § Neratius. D. de acq. vel am. poſſ. l d. l. 3. §. ſi iuſſerim. m d. §. ſi iuſſerim & l. Clauibus. D. de contr. empt. n Petrus Rebuffus in Cõſt. Regias, tit. de materi. poſſeſſ. quamuis Alexander & Vincentius in d. l. 3 § Neratius & idẽ Vincentius in d. l. 1. q. 4. n. 33. & in d. § ſi iuſſerim, indiſtinctè clauium traditione transferri poſſeſsionẽ dicant. o § itẽ ſi quis. Inſt. de rer. diu. & acq. p l. quod ſi neq; §. vlt. D. de peric. & comm. rei vend. Ludouic. Rom. ſing. 281. & Conſ. 452. q l. 1. §. ſi dolium. D. de per. & cõ. rei vẽd. r l quandam. D. de acq. vel am. poſ. ſ l. quod meo. §. ſi venditorẽ ibi. t l. 2. C. eo. t. u l. Ex ſtipulatione. D. d. t. x Bar. in d. l. 2. in fi. Petrus Ferrarius in libello poſitio in actore, in verb. itẽ quod præſcripſimus. z l. 1 cum ſi la Glo. & ibid. Bald. C. de don. Andreas Iſernia in c. 1. t. quid ſit inueſtitura in 2. lib. feudo.

e l. quiſquis. C. de dona. f §. interdum. Inſt de rer. diu. l quadã mulier. D. de rei vend. l quæ ratione §. interdum. D. de acq rer. dom l. certi codicilli, in fi. D. de reb. cre. ſi cert. pet. l. 1. & 2. D. pro ſoc. g Aemyl Ferretus in d. l. 3. in princ. nu. 16. D. d. t. de acq. vel amit. poſſ. arg. Gloſa percelebris in l. tale pactum, in fi. D. de pact. contra Glo. & Arena ſententiam d. l. 3 h l. permiſceri. §. 1. d. tit. ſi poſſideat. D. d. t. de acq. vel am. poſ. i l. non eſt mirũ, in fi. D. de pign. actio. Spec. ti. de primo & 2. decreto. Rebuffus tract. de materia poſſeſſor. in Conſt. Regias. l. quamuis. unc ia Glo. D de bon. auth. iud. poſſid. k arg. l prædiis. §. balneas, vſque ad fi. D de lega. 3. l. noſtra. l. Cæius. ibid. l l. ſi partem. §. 1. D. quemad. ſeru. amitt. l. arboribus. §. de illo. D. de vſufr. annotatur in c. cum Eccleſia de cauſa poſſ. l. 1. §. 1. D. de itin. actúque priu. l. vlt. D. d. t. quẽad. ſer. am. l. penult. D. de ſeruis l. 3. § da D de vſufr. l. 1 in fi. D. de ſeruit. ruſt. præd.

fut. in 2. fib. feudo. a Id non requirit Alexan. in d. l. 3 D. d. t. de acquir. vel am. poſſ. quod autem de inſtrumento hic dicitur, intelligitur de iis quib. continetur iuſta traditio in re: nõ inſtrumẽtis venditionis vel donationis recens factæ: Baldus in l. ab emptione, in magna lectu. circa med. D. de pact. Cumeus in l. licet C. eo. t. inſtrumẽtis verò venditionis, vel donationis contineri, non in venditoris vel donantis, ſed emptoris vel donatarij. b l. quadã mulier. D. de rei vend. arg. l. non ſolũ in fi. D. de vſufr. l. ſua rei. & l. ſi in emptione. §. rei ſuæ D. de contr. empt. c Glo. & DD. in d. l. quadã mulier. Socinus Conſ. 91 in 1. vol. d l. quod meo. D. d. t. de acq. vel am. poſſ.

l. 2. C. de ſer. & aqua. l. dato. §. ſi iter. D. de act. emp. m Bar. in d. l. arborib § de illo. Socinus Conſ. 158. Purpuratus. in l. Imperiũ n. 48. ib. ſecũdo limitatur. D. de iuriſ. om. Iud. n Petrus Rebuffus tract. de mater. poſſ. in Conſt. regias. art. 3 n. 2. & ſeq. quod e l. in fin. D. de lib. & poſth. ſumptũ, vbi hoc in filiis ſuis hæredib. obſeruari traditur. Iure verò ciuili Rom. in aliis hæredib. non ſuis contrà eſt. l. cũ hæredes in prin. l. qui vniuerſas § quod per colonũ. D. de acq. vel am. hered. Glo & DD. in l. cũ miles. D. ex quib. cauſ. maio. DD in c. 2. de conſuet. Bald. in l. vlt. C. Com. de manum. Io. Faber in § ſumma de interd. Andreas Tiraquellus tractatu Le mort ſaiſit le vif. o Rebuffus d. tract. art. 9 n. 15. p Chaſſaneus in conſu. Burgun. 1 de ſucceſſ. n. 4. Benedictus, in c. Raynutius, n. 78. & 83. de teſt. q l. hæredis, & l. ſecundũ. D. de verb. ſign. Rebuffus d. art. 9. n. 22. contra Tiraquelli ſent. in 2. part. d. tract. decla. 5. r Arreſto Pariſ. Curiæ. ſ Chaſſ. Conſ. 62. vbi Arreſtum Curiæ Toleſanæ laudat Bald. in c. in præſentia, de probat. Berb. in Viatorio Iuris 4. parte vbi de Cõſt. regiis Rebuffus n. 33. quamuis Boerius contrariũ cenſeat Deciſ. Burdeg. 1 Maſſuerius 1. de ſucceſſ. n. 21. l. ſi vacantia. C. de bonis vac. lib. 10. u arg. l. ex facto. 2. D. de hered. inſt. Rebuff. d. art. n. 26. x arg. l. id quod noſtrũ. D. de reg. iur. Alex. Cõſ 82 n. 5. in 2. volu. Iaſon Conſ. 85 in fi. & Conſ. 146. in 4. vol. Gul. Benedictus in d. c. Raynutius. n. 72. & 77 de teſta. Chaſſ. in conſuet. Burg. c. de ſucc. Tiraquellus d. tract. Le mort ſaiſit le vif. in 3 declar. 5. parte. z Alex. in d. l. 3. D. d. t. de a. q. vel am. poſſ. a l. quamuis. § infans. D. d. t.

iudicium infantis ſuppletur authoritate tutoris. Vtilitatis enim cauſâ hoc receptum eſt. Nam alioqui nullus ſenſus infantis eſt accipiendi poſſeſsionem.[b] Sed pupillus etiam ſine tutoris authoritate poſſeſsionem nanciſci poteſt, ſi eius ætatis eſt vt intellectum habeat.

XXXVII. [c] Furioſus ſine curatoris authoritate non poteſt incipere poſsidere, quia affectionem tenendi non habet, licèt rem maximè ſuo corpore contingat, ſicuti ſi quis aliquid dormienti in manu ponat.

XXXVIII. [d] Donatarum tamen rerũ infanti, furioſóq; vacuam poſſeſsionem traditã corpore quæri vtilitatis eorũ cauſâ receptũ eſt.

Quarta pars capitis noni.

Qui acquirere poſſeſsionem non poſsint.

XXXIX. [e] POſſeſsio ignoranti [f] niſi in peculiari cauſa, ac in eo quidem peculio quod initiò patris voluntate filius habuerit, non quæritur.

XL. [g] Si lex quicquam alienari peregrino vetet, poſſeſsio non transfertur.

Quinta pars capitis noni.

Per quas perſonas poſſeſsio acquiratur.

XLI.[h] ACquirimus poſſeſsionẽ per filiũ qui in noſtra poteſtate eſt: ac quidẽ earũ rerũ quas peculiariter tenent etiam ignorantes: quia noſtra volũtate intelliguntur poſsidere, quia eis peculiũ habere permiſerimus. Igitur ex cauſa peculiari & infans & furioſus acquirunt poſseſsionem, & vſucapiũt.

XLII. [k] Per eum, quem iuſto ductus errore filium meum & in mea poteſtate eſſe exiſtimo, neque poſſeſsionem, neque dominium, neq; quicquã aliud ex re mea mihi quęritur.

XLIII. [l] Acquirere monaſterio monachus poſſeſsionem, ſicut filius qui in poteſtate eſt, patri acquirit, poteſt.

XLIV. [m] Item per procuratorem, tutorem, curatorémve poſſeſsio nobis acquiritur.[n] Et procurator, ſi quidem mandante domino rem emerit, protinus illi acquirit poſſeſsionem. [o] Et per liberam perſonam ignoranti quoque acquiri poſſeſsionem, & poſtquam ſcientia interuenerit vſucapionis, conditionẽ inchoari tam ratione vtilitatis quàm iuriſprudentia receptum eſt.

XLV. [p] Errantes & ignorantes per noſmet ipſos acquirere non poſſumus: per alios, vt procuratores noſtros, poſsumus, ſi non errent, aut his errantibus ſi non erremus ipſi.

XLVI. [q] Cũm hæ perſonæ per quas acquirere poſseſsionem poſsumus, eam acquirere dolo vel deſidia ceſſant, damnum patimur ex earum machinatione & deſidia: ſupereſtque vt actionibus experiamur.

Sexta pars capitis noni.

A quibus perſonis non acquiratur poſſeſsio.

XLVII. [r] PVpillus alienare nullam rem poteſt niſi tutore authore, & ne quidem poſseſsionem quæ eſt naturalis. Similiter nec eæ perſonæ quibus rerum ſuarum permiſsa eſt alienatio.

Septima pars capitis noni.

Quibus modis probetur acquiſita poſſeſsio.

XLVIII. [s] NOn modò teſtibus probatur acquiſita poſseſsio: [t] ſed & eam quæſitam literæ venditionis fidem facient, quæ eam traditam continebunt, maximè ſi in conſpectu fuit, aut facile venire in conſpectum potuerit.

XLIX. [t] Si quis in rei cuiuſquam poſseſsione reperiatur, ignoretúrque ex qua cauſa poſsideat, ex præcedentis contractus cauſa poſsidere exiſtimabitur.

L. [u] Cogi poſseſsorem ab eo qui expetit titulum ſuæ poſseſsionis, edere, inciuile eſt: pręter eum qui dicere cogitur, vtrum pro poſseſsore, an pro hærede poſsideat.[x] Item ſi quis ius aliquod poſsidere ſe cõtendat, quod alioqui in perſonam eius non cadat: cuiuſmodi ſunt publica vectigalia.

CAP. X. *De amittenda poſſeſsione.*

Prima pars.

Quibus modis amittatur poſſeſsio.

LI.[z] SOlo animo amittitur poſseſsio, etiã cũm in fundo quis fuerit, ſi conſtituat nolle poſsidere,[a] niſi is pupillus ſit, qui tametſi velit animo, poſseſsionem amittere non poteſt, [b] vt nec furioſus.

LII. [c] Amittitur poſseſsio ſi in fundũ vi occupatũ quis nolit reuerti, quòd vim maiorẽ vereatur: [d] non ſi clã alius occupauerit poſſeſsionẽ. Ac exercitu ingreſſo fundũ eius, tantùm partis quam obtinet amittitur poſſeſsio.

LIII. [e] Amittitur poſſeſsio, ſi rem quam quis poſſidet [f] ſciens ab alio veluti eo cui vendiderit, conducat.

LIV. [g] Quod à mari vel flumine occupatum eſt, [h] non inundatione quæ ſtatim recedat, poſſidere deſiuimus.

LV. [i] Amittimus poſſeſsionem rerum mobiliũ, ſi eas ita perdamus, vt ignoremus vbi ſint, nec earũ naturalem poſſeſsionẽ nanciſci poſſimus.[k] Similiter amittimus poſſeſsionem rerum nobis ſurreptarum, vel vi ereptarum: niſi filiusfamilias qui ſit in poteſtate, eas ſurripuerit: quarum poſſeſsionem tamdiu retinemus, quamdiu apud eum fuerint.

LVI. [l] Item amittimus poſseſsionem rei mobilis depoſitæ vel commodatæ, ſi ij apud quos depoſuerimus, vel cõmodauerimus, velint ſibi poſſidere, nec reddere cõſtituãt, etiãſi

b d. §. infans. l. 3. C. eo t. & l. 1. D. d. t. de ac. vel am poſ. dicitur pupillũ maximè tutore authore ſibi acquirere poſſeſsionem & hoc, quia poſſeſsio, vt ſupra relatũ eſt n. 16. magis facti quã iuris eſt.
c d. l. 1. §. adipiſcimur. d. quod meo. §. ſi furioſo. D. d. t. de acq. vel am.
d l. donat. rerũ C. de acq. vel ret. poſſ. l. ſi quis in emancipatũ. C. de donat. in aliis contractibus contra eſt niſi adſit tutoris authoritas. l. 1. §. adipiſcimur. D. d. t. de acq. vel amit. poſſ.
e Aemyl. Ferretus ex Franciſci Aretini ſententia in d. l. 1. §. Item acquirimus. arg. l. Peregrĩ. §. quæſitum. ibid. vbi IC. ſcientiam domino neceſſariam diſerte dicit contra Glo. ibi. & DD. qui ſcientiam neceſſariã ad vſucapiẽdũ, nõ ad poſſeſsionem tradunt.
f l. quod ſeruus. D. d. t. & d. §. item acquirimus: quæ enim accedunt, peculium implent, & eodẽ modo poſsidetur quo ea quæ antea in peculio fuére, & ſemper manet idẽ peculium ſiue augeatur, ſiue minuatur. l. quã Tuberone. & l. nõ ſtatim. D. de pec.
g Aem. Ferretus in d. l. 1. § ſi vir vx.
h l. rẽ quæ nobis. & d. §. item acquirimus: quẽ §. malè DD. de poſſeſſ naturali, quã vocant, intelligunt: cũ ſine ciuili poſſeſſ. vſucapio non procedat. vt ipſi fatẽtur. & Bart. in d. l. 3. § ex contrario. ibi. & Dinus in c. ſine poſſ. de reg. iur. in d. autem §. itẽ acquirimus. ſeruus vſucapere dicatur, vt neceſſe ſit per ſeruos ciuiliter poſsidere. Agitur autẽ hic de vtraque poſſ. Aemyl. Ferret. in d. §. item acquirimus. n. 2. & ſeq.
i Ita hoc accipiendũ eſt, furioſum ante furorẽ conſtituiſſe peculium & perſeuerare eandem voluntatẽ quæ à furore ſuperueniente non impediatur & pro infante patrem peculium conſtituiſſe, & ſimiliter perſeuerare eã voluntatem, quæ vna eſt cum ea quæ filij eſt. Aemyl. Ferretus in d. §.
k l. per eum. D. d. t. de acq. vel am poſſ.
l Aemyl. Fer. in d. l. 1 § hæc quæ de ſeruo. D. d. t. arg. clẽ. religioſus. de procur. Bar. in l. ita demũ. infi. in 2. lect. C. de proc. per Aach. canſam quæ ſit cũ monacho. vbi Salyc. C. de Ep. & cler. § ſi quis contra aliquẽ, in Noua Cõſt. de ſanct. Epiſ. Gl. Butrius & Albas in c. non dicatis. 12. qu. 1. in verb poſſidere. Glo. in c. cum dilecta in verb reſtitutio. de reſt.
m d. l. 1. § per proc. D. d. t. de acq. vel am. poſ.
n l. communis ſeruus. § vlt. ibi. iure cu. Romanorũ reprobatur vt procurator actionẽ cederet. l. poſſeſſio § vlt. ibi. Hodie in Francia hæc actionis ceſſio negligitur. Petrus Rebuffus tract. de materiis poſſeſſo. & noſtri mores confirmitur. l. 2. C. per quas perſ. nob. acq.
o l. 1. C. de acq. & ret. poſſ l. Permiſcent. § vlt. D. eo t.
p l. ſi me in vacuam ibid. l. ſi per errorem D. de iuriſd om. iud.

q l. vlt. C. d. t. de acq. vel retin. poſſ.
r l. Pupillus. D. eo t.
ſ Cynus poſt Iacobum Aretiũ in l. 2. C. d. t. de acquir. vel retin. poſſ. arg. d. l. & l. 1. §. ſi inſ ſerum. & l. Prædia. C. eo t.
t Glo. ſing. in l. quadam. D. de rei vend. Corſetus ſing. incip. poſſeſsio. Lãfrãcus in repetitione c. quoniam frequenter. in verb. teſtium. col. 14 de prob. Iaſon in l. Certi condictio. §. vlt. col. 2. D de reb. cred. ſi cert. peta.
u l. Cogi. C. de pet. hæred. c. cum litera. de probat 2. quæſt 5. in princ.
x c. ſuper quibuſdã. de verb. ſign. l. Eum qui cũ. l. ſeq. D. eo t. de verb. ſig.
z l. ſi quis vi. §. differentia l. 1. §. ſi vir. in fi l. quis vniuerſas. § itẽ quod mobile. l. peregrẽ. §. vlt. D. d. t. de acq. vel am. poſſ. l. 3. §. in amitt. ib. quib. ll. aduerſantur l. quẽadmodũ. ib. l. fere. D. de reg. iur.
a l. poſſeſsionẽ. D d. t. de acq. vel am.
b l. ſi is qui cũ. & l. ſeq. ibid.
c l. clã poſſidere & alias, l. & ſi nolit. d. l. 3. §. in amittenda. ibi.
d l. quod meo. in ib. & d. l. clã poſſidere. §. qui ad nundinas
e l. qui bona fide. ibid.
f l. ſi aliquã. ib.
g d. l. clã poſſidere. d. l. 3. §. Labeo. ibid.
h l. 2. C. de alluu. l. ſi ager cuius. D. qui. mo. vſusfr. am. l. quĩ vniuerſas. § itẽ quod à mari. D. d. t. de ac. vel am poſſ. l. adeo. §. inſula. D de acq rer. do. §. quod ſi naturalis alueus. & § alia ſanè. Inſt de rer diuiſ. & acq.
i l ſi id quod D d. t de acq. vel am. d l. 3. §. Neruæ filius. ibi.
k l. Rem quæ nobis. ibi. d. l. 3. § quod ſi ſeruus. l. naturaliter D. de vſuc. l. ſi de eo. l. non ſolum. §. vlt. D. d. t. de acq. vel amit.
l l. ſi rem mobilem & l. ſi quis rem. ibid.

ignore-

A ignoremus: [m] modò rem loco mouerint, non tantùm ſi inficiandi animum habeant: quia furtum ſine contrectatione fieri non poteſt, nec furtum animo admittitur.

Secunda pars capitis decimi.

Quibus modis non amittatur poſſeſsio, vel, Quibus modis retineatur poſſeſsio.

B LVII.[n] POſſeſſio ſemel acquiſita retinetur, etiamſi ei non inſiſtas. [o] Et licèt poſſeſſionem animo non acquiramus, tamen animo retinere poſſumus. Quo fit vt ſi agrum certo anni tempore nõ colueris, non dimittendi animo, ſed alia re ductus poſſidere non deſinas. [p] Item ſaltus hybernos animo retinemus, quamuis certis temporibus eos relinquamus. [q] Similiter qui ad nundinas profectus neminem reliquit, retinet poſſeſſionem.

C LVIII. [r] Non amittimus fundi poſſeſſionem quam quis clam occupauerit. [ſ] Clam autem poſſidere eum dicimus qui furtiuè ingreſſus eſt in poſſeſsionẽ, eo ignorante quem ſibi controuerſiam facturum ſuſpicabatur, & ne faceret, timebat: itémque qui cùm clam initio non poſsideret, poſtea ſe celauit.

LIX. [t] Non videtur poſſeſsioni renunciaſſe qui rem vendicauit.

D LX. [u] Retinere poſſeſsionẽ [x] rei immobilis poſſumus per quoſlibet qui noſtro nomine ſint in poſſeſsione, [z] tametſi exierint de fundo, non animo deſerendæ poſſeſsionis, ſed ad quam reuerti ſtatuant: [a] vt per colonos, inquilinos, ſeruos noſtros, etiamſi alius locẽt, aut moriantur, vel furere incipiant, [b] vel etiam deſidia vel dolo eam relinquant, vt locus aperiatur alij eandem poſſeſsionem detinendi.

LXI. [c] Rei commodatæ, [d] depoſitæ, [e] pignori datæ creditori, [f] locatæ, & poſſeſsionem & dominium retinemus.

LXII. [g] Quamuis pupillus ſine tutoris authoritate non obligetur, poſſeſsionem tamen per eum retinemus.

LXIII. [h] Mutare ſibi cauſam poſſeſsionis nemo poteſt. Quod ſic accipiendum eſt, vt poſſeſsio non ſolùm ciuilis, ſed etiam naturalis intelligatur. Et propterea nec colonus, nec is apud quem res eſt depoſita, aut cui commodata eſt, lucri faciendi cauſa poſſunt pro hærede vſucapere. [i] Nec amittitur poſſeſsio ſi conductor rem vendiderit, ac ab emptore conduxerit, cùm vtriq; mercedes præſtaret. [k] Nec item ſi quis rem ſibi commodatam alij commodauerit, exiſtimanti eius eſſe, nec ſi colonus meus fundum alij locauerit, aut is apud quem depoſui, apud alium rurſus depoſuerit.

LXIV. [l] Non videtur autem mutare cauſam poſſeſsionis ſi quis ſciens fundum emerat ab eo cuius non erat, poſtea à domino emerit: quippe qui pro poſſeſſore primò poſſederit, poſtea pro emptore poſsidere incipiat. Similiter nec colonus mortuo domino emens ab eo quem putabat hæredem, vel bonorum poſſeſſorem: ſed incipit pro emptore poſsidere. Quemadmodum & is apud quem res depoſita, vel cui commodata erat, ſi eam emat à domino, vel ab eo qui commodauerat: quia nec poſsidebat quidem. [m] Eodem modo nec is qui vi deiecit, ſi emat ab eo quẽ dominum exiſtimabat. [n] Conſimiliter qui ſuo nomine poſsidet, ſi incipiat nomine alieno poſsidere, nõ mutat cauſam poſſeſsionis, ſed aliũ poſſeſsorem ſuo nomine facit. Sed is demũ mutat cauſam poſſeſsionis, qui incumbẽs poſſeſsioni hoc ſolum ſtatuit vt ex alia cauſa poſsideat: non qui dimiſſa poſſeſsione prima velit ex alia cauſa nanciſci poſſeſsionem.

m d. l. 3. §. ſi rem.

n Acmj. Ferretus in d. l. 1. in princ. D. d. t. o l. qui vniuerſas. §. per colonum. ibid. l. licet. C. eo. t. l. 1. §. quod vulgò. D. de vi & vi arm.

p l. 3. §. ſaltus hybernos D. d. t. de acq. vel amit.

q d. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ibid.

r d. §.

ſ d. l. clam poſſidere.

t l naturaliter. §. nihil commune. ibid.

u §. poſſidere. Inſt. de interd.

x l. ſi rem mobilem. D. d. t. de acqu. vel am.

z l ſi colonus. d. t.

a l. ſi id quod §. 1. d. l. 3. §. quod ſi ſeruus. l. ſi de eo. §. 1. ibid. l. nunquã. §. ſi ſeruus. D. de vſuc. l. qui vniuerſas. §. vlt. D. d. t.

b l. vlt. C. eo. t. l. qui fundum. D. pro empt. ſicl'a l. fin. D. de vſuc. Ac d. quidẽ l. vltima corrigitur dicta, l. 3. §. quia ſeruus. D. d. t. de acq. vel am. qua Paulus tradit ſi ſeruus aut colonus alij poſſeſſionem tradant, eam amitti. Similiter l. Peregrè. §. quibus. ibid. vbi idem Paulus cùm colonus receſſerit, & alius ingreſſus ſit poſſeſſionem, amitti eam refert. Quibus conuenit d. l. ſi de eo. §. quod ſi fortè. Cynus in d. l. vlt. Dicta quoque lege vltima corrigi videtur exceptio adiecta in d. l. ſi de eo. §. 1 niſi poſſeſſionem adipiſci dominus neglexerit.

c l. Rei. D. Commod. §. poſſidere. Inſt. de interd.

d d. §.

e l. Qui pignori. D. d. t. de acq. vel am poſ. l. Seru. D. de vſuc. l. & habet. §. cum quis. D. de prec. d. l. 3. §. ex contrario. D. d. t. de acq. vel am poſ. f ll. adnotatis ad verſ. 6. ſupra h. t.

g l. Quamuis. D. d. t.

h l. 3. §. illud quoque. D. pro hæred. l. non ſolùm. §. quod vulgo. D. de vſuc. l. 3 §. illud quoque. ibi. ſed & ſi quis

i d l. Quamuis. §. 1.

k d. l. Qui vniuerſas. §. vlt.

l d. §. quod vulgo. & d. §. illud quoque.

m l. certè. D. de preca.

n l. Quod meo. D d. t. de acq. vel am. poſſ.

præcedente iuſto titulo vſucapio procedere non poteſt, nec quæri dominium.[n] Inſtrumétorum tamé amiſsionem vſucapioni non obeſſe palàm eſt.

TIT. I.

Titulus pro emptore.

Eius prima pars.

Qui pro emptore poſsideant

V.[i] CONſtat eos qui rem aliquam alienam emêre, pro emptore eam poſſidere.[k] Sed & poſſeſſor qui litis æſtimationem obtulit, pro emptore incipit poſsidere.[l] Litis enim æſtimatio ſimilis eſt emptioni.

VI. [m] Si mandauero tibi vt fundum emas, ex ea cauſa traditum tibi, diutina poſſeſsione capis: quamuis poſsis videri non pro tuo poſſidere, cùm nihil interſit, quòd mandati iudicio tenearis.

VII. [n] Si ſic res empta ſit, vt niſi pecunia intra diem certum ſoluta eſſet, inempta fieret, vſucapio procedere poteſt, etiam non perſoluta pecunia: quoniam hæc conuentio magis eſt quàm conditio.[o] Similiter ſi in diem addictio facta ſit, id eſt, niſi quis meliorem conditionem attulerit, perfectam eſſe emptionem, & fructus emptoris effici, & vſucapionem procedere dicendum eſt: quia non ſub conditione contrahitur huiuſmodi obligatio, ſed reſoluitur. Sed & illa emptio pura eſt, vbi conuenit, vt ſi diſplicuerit inempta res ſit.

VIII. [p] Si fundus emptus ſit, & ampliores fines per ſtatutum tempus poſſeſsi ſint, totum longo tempore capietur: quia vniuerſitas eius poſsidetur non ſingulæ partes.

Secunda pars Tituli pro emptore.

Qui pro emptore non poſsideant.

IX. [q] SI quis emptum exiſtimet quod non emerit, pro emptore non vſucapiet.[r] Et ſi cum putem ex cauſa venditi teneri, ideo tradam, niſi emptio procedat, pro emptore vſucap in locum non habet.[s] Similiter ſi cùm certam rem emiſſem, alia res per ignorantiam mihi pro ea tradatur, vſu eam non capiam: quia id quod emptum non ſit, pro emptore vſucapi non poteſt.

X. [t] Si ſub conditione emptio facta ſit, pendente conditione emptor nõ vſucapit: idémque eſt & ſi putet conditionem exſtitiſſe quę non exſtitit. Similis eſt enim ei qui putat ſe emiſſe. Contrà ſi exſtitiſſe ignoret, poteſt dici ſubſtantiam potius quàm opinionem intuendam, & ideò vſucapere eum poſſe.

TITVLVS II.

Titulus pro hærede.

Eius prima pars.

Qui pro hærede poſsideant.

XI. [u] SI quis iuſtam habuerit cauſam exiſtimandi ſe hæredem, fundum pro hærede poſſidebit,[x] modò iuſto titulo defunctus poſſederit,[z] & ipſe teſtamenti factio-

h l. longi temporis. C. de præſ. long. tẽpo. i toto tit. pro emptor. D. l. non ſolùm. §. quod vulgo. D. de vſuc. l. 3. §. Illud quoque D. de acq. vel am. t. poſſ. l. Certo. D. de preca. k l. Poſſeſſor. D. pro empt. l l. 3. ibi. m l. pignoris. §. vlt. ib. d. n l. 2. §. Sabinus. ibid. o d. l. 2. §. ſi in diem. & l. 1. D. de lege cõm. p d. l. 2. §. cùm Stichum. l. cùm fundum. §. 2. ibid. Ludo. Romanus ſing. 577. q l. non magis. D. pro lega. l. Celſus. D. de vſurp. & vſuc. r l. 2. D. pro emp. aliud in cæteris, citra l. ib. vbi traditionis tempore adeſſe bonam fidem ſufficit propterea quod ſi putari rem alienam rectè poſſumus. quam adipiſci poſtea iuſta ex cauſa licet: emere rectè non poſſumus, ſi bona fides non adſit contractus: quod vt fiat interueniſſe vẽditionem oportet. Iaco. Cuiacius in l. Celſus. D. de vſurp. & vſuc. & d. l. 2. in prin. l. ſi quis exiſtimans. D. h. t. ſ d. §. cùm Stichum. t d. l. 2. §. ſi ſub conditione. u l. non ſolùm. § quod vulgo. D de vſurp. & vſuc. l. pro hærede. D de pet. hæred. x l. vlt. C. pro hæred. l. vn. C. de vſuc. transf. l. Diutina C. de præſc. long. tem. x. vel xx. anno. z l. 4. D. pro hærede. l. nemo. D. pro lega.

A nem habeat, id eſt, ſi incapax non fuerit.

Secunda pars.

Qui pro hærede non poſsideant.

XII. [a] DIutina poſſeſsio tãtùm iure ſucceſsionis ſine iuſto titulo obtenta prodeſſe ad præſcriptionem hac ſola ratione non poteſt.

B XIII. [b] Pro hærede ex viui bonis nihil vſucapi poteſt, etiamſi poſſeſſor mortui rem fuiſſe exiſtimaret.[c] Nec opinione falſa mortis poſſeſsio rerum abſentis poteſt procedere.

XIIII. [d] Pro hærede nihil vſucapi ſuis hęredibus exiſtentibus magis obtinuit.[d] Et ſi cùm ſolus hæres eſſem, exiſtimarem autem te quoque pro parte cohæredem eſſe, res hæreditarias pro parte tibi tradidi, propiùs eſt
C vt vſu eas capere non poſsis: quia nec pro hærede vſucapi poteſt quod ab hærede poſſeſſum eſt: nec vllam aliam hæres habet cauſam poſsidendi.[f] Ita tamen hoc verum eſt ſi non ex tranſactione id factum fuerit. Idem dicemus, ſi tu quoque exiſtimes te hæredem eſſe. Nam hic quoque poſſeſsio veri hæredis obſtabit tibi.

XV. [g] Si hæres ſim, & putem rem aliquam ex hæreditate eſſe quæ non ſit, vſucapere non
D poſſum, niſi is cuius ſum hæres bonam quoq; fidem habuerit. Et ſi mala fide defunctus poſſedit, hæredis bona fides initium vitioſæ poſſeſsionis non abſumet.

TITVLVS III.

Titulus pro donato.

XVI. [i] PRo donato is vſucapit cui donationis cauſa res tradita eſt: nec ſufficit opinari, ſed & donatum eſſe o-
E portet.

XVII. [k] Donationis cauſa facta venditione, non pro emptore, ſed pro donato res tradita vſucapietur.

TITVLVS IV.

Titulus pro legato.

XVIII. [l] PRo legato poſsidet, & vſucapit cui legatum eſt, non qui
F putat legatum, cùm non ſit.[m] Ac quidem pro legato vſucapi poteſt res aliena,[n] etiam ſi non iure legata ſit, aut teſtatoris quidem ſit, ſed adempta codicillis ignoretur. In horum enim perſona ſubeſt iuſta cauſa, quæ ſufficit ad vſucapionem. Idem poteſt dici etſi in nomine erit dubitatio: veluti ſi Titio legatum ſit, cùm ſint duo Titij, & alter eorum de ſe cogitatum exiſtimauerit.[o] Sed ita rei legatæ vſucapio competit, ſi non traditam poſſeſsionem ingrediatur[p] ſine vitio legatarius.

G XIX. [q] Ea res quæ legati nomine tradita eſt, quamuis dominus eius viuat, legatorum tamen nomine vſucapietur, ſi is cui tradita eſt, mortui eſſe exiſtimauerit.

a d. l. Diutina & ſupra d. §. b l. 1. D. pro hæred. in lega. tocontra eſt l. ea res. & ſeq. D. pro lega. c l. 3. C. eo. t. d l. 2. Glo. & DD. in l. vlt. C. de vſuc. pro hæ. e l. cum ſolus. D. de vſurp. & vſuc. Tradi enim rẽ non quaſi debitam ex meo contractu, vel quaſi contractu, ſed quaſi tuam: vt nullam aliam cauſam habeas poſsidẽdi quam pro hærede quod non potes cum verus hæres poſsideat, nec potes nanciſci poſſeſsionẽ quaſi à defuncto, cum eã ab eo non acceperis; ſed ab hærede falſa exiſtimatione dato. Iacob Cuiacius in d. l. f Tum enim vſucapies pro tranſacto: & habebis à me titulum & poſsidendi cauſam. l. ex cauſa. C. pro empto. Iacob. Cuia. ibid. g l. plerique. D. pro hær. l. vlt. C. de vſuc. pro hær. i l. 1. D. pro do. k l. vlt. ibid. l. ſuper longi. C. de præſc. long. tempo. x vel xx. anno. l l. 1. 2. & 3. D. pro lega. m l. pro legato ibid. arg. §. ſi quis agẽs. Inſt. de actio. n l. vlt. D d. t. pro lega. o l. ſi non traditam. ibid. p id eſt, ſciente & cõſentiẽte hærede, vel vndecunque authoritat. Ia. Cuia. in d. l. q l. ea res. & ſeq. ibid. huius rei videtur hæc eſſe ratio, quòd legata viuo teſtatore præſtari poſſunt. l. Lucius. D de legatis 2. l. Seia D. de auro. & ar. lega. l. filia. C. de legatis. in tit. pro hærede: contrà eſt ſupra. h. t. ver. 13.

TITVLVS V.

Titulus pro dote.

XX. [r] PRo dote vſucapio eſt cùm res aliena in dotẽ datur. [ſ] Sed ſi à ſpõſo ſpõſæ detur, ante nuptias pro dote nõ vſucapiet, ſed pro ſuo: [t] n: ſi æſtimata res data ſit, quã ante nuptias nec pro emptore nec pro ſuo vſucapiet. [u] Et vſucapio pro dote ita demum procedit ſi ſit matrimonium. Et ſi putauit maritus eſſe ſibi matrimonium, cùm non eſſet, vſucapere non poterit, quia nulla dos eſt.

TIT. VI.

Titulus pro tranſactione.

XXI. [x] EX cauſa tranſactionis habentes iuſtam cauſam poſſeſsionis vſucapere poſſunt.

TIT. VII.

Titulus pro derelicto.

XXII. [z] ID quod pro derelicto habitum eſt, & haberi putamus, vſucapere poſſumus, etiamſi ignoremus à quo relictum ſit: [a] non ſi falsò exiſtimauerimus rem pro derelicto habitam, [b] aut leuandæ nauis cauſa merces in mare iactæ ſint: quia non videntur derelictæ.

TIT. VIII.

Titulus pro ſoluto.

XXIII. [c] PRo ſoluto vſucapit qui rẽ debiti cauſa recipit. Et nõ tantùm quod debetur, ſed & quodlibet pro debito ſolutum hoc titulo vſucapi poteſt. [d] Itẽ ſi cùm vellem petere fundum ex ſtipulatu, quis mihi poſſeſſionem ceſſerit.

TIT. IX.

Titulus pro ſuo.

XXIIII. [e] EST ſpecies poſſeſsionis quæ vocatur pro ſuo: quo modo poſſidemus omnia quæ mari, terra, cœlóque capimus, aut quæ alluuione fluminum noſtra fiunt. Item quæ ex rebus alieno nomine poſſeſſis nata poſſidemus, veluti fœtus pecorum hæreditariorum, vel emptorum: ſimiliter fructus rei emptæ, vel quæ in hæreditate inuenta eſt, pro noſtro poſſidemus. [f] Sed qui ex cauſis ſuprà relatis poſsident, cùm domini ſint, non vſucapiunt. [g] Titulus quoque pro ſuo omnes dominij acquirendi cauſas comprehendit, vt quoties dico rem meam eſſe, nec addo cauſam, vt ſoleo omnes dicere. [h] Concurrunt etiam cum titulo ſpeciali: Vt puta, ex cauſa emptionis, & pro emptore, & pro ſuo poſſideo. Item re donata, vel legata, vel pro donato, vel pro legato, vel etiam pro ſuo poſsideo: cùm ſcilicet vel dominium acquiro, vel acquiri puto, & ex ea cauſa poſsideo, ex qua acquiritur.

XXV. [i] Titulo autem ſolo pro ſuo poſsident atque vſucapiunt qui ex falſa cauſa poſsident, ſi error ſit probabilis, [k] qui tituli vicem obtineat: [l] non verò iniuſtus: Vt puta, ſi quis aliquid poſsideat quod filium ſuum, aut eum, cuius in locum hæreditario iure ſucceſſerit, emiſſe exiſtimet, vſucapere poterit: [*] quia in alieni facti ignorantia tolerabilis error eſt.

XXVI. [m] Traditio item ex cauſa, quam veram eſſe exiſtimo, ſufficit ad efficiendum, vt id quod mihi traditum eſt, pro meo poſsideam. Vt puta, Equum quem ex ſtipulatione te mihi debere falsò exiſtimabas, tradidiſti mihi: ſi ſciam nihil deberi, vſu eum non capiam: quòd ſi neſcio, verius eſt vt vſucapiam. [n] Ac generaliter ſi traditio interueniat ex falſa cauſa, error falſæ cauſæ vſucapionem parit, quia probabilis eſt: ſi traditio non interueniat, error falſæ cauſæ vſucapionem non parit, quia hic error probabilis non eſt: [o] niſi alieni facti ignorantia eo modo quo ſuprà relatum eſt, tolerabilem errorem reddat. Itaq; ſi quis rem non accepit quaſi debitam ex teſtamento, ſed alia quauis ratione adeptus eſt. cùm ſibi legatum opinaretur, vſucapio non procedet. [p] Sed ſi tradatur quaſi debita ex teſtamento, quamuis legata non ſit, [q] aut ſit quidem legata, ſed adempta codicillis ignoretur, vel ſi in nomine dubitatio fuerit: veluti cùm Titio legatum ſit, & ſint duo Titij, altérque de ſe cogitatum exiſtimauerit: tamen eius rei, ſi non pro legato, ſaltem pro ſuo, aut pro ſoluto vſucapio procedet. Tametſi etiam dici poſsit pro legato quoque eſſe vſucapionem: cùm hæc opinio probabilis ſit, quippe cùm res ab eo qui ſe debere putauerit, bona fide accipienti ſit tradita.

XXVII. [r] Alioqui errare eos conſtat qui exiſtimant, cuius quiſque rei adeptus ſit poſſeſsionem, vſucapere eum poſſe, & nihil referre, emerit necne: an ei donatum ſit nécne: ſi modò emptum vel donatum ſibi exiſtimauerit: quia neque pro legato, neque pro donato, neque pro dote vſucapio valet, ſi nulla donatio, nulla dos, nullúmque legatum ſit: idem & in litis æſtimatione placet, vt niſi verè quis litis æſtimationem ſubierit, vſucapere non poſsit.

XXVIII. [ſ] Si defunctus emit: hæres autem putat eum ex donationis cauſa poſſediſſe, vſucapturum eum conſtat.

XXIX. [t] Si à pupillo emero ſine tutoris authoritate, quem puberem eſſe putem, vſucapio ſequetur. Similiter & ſi à furioſo, quem ſanæ mentis exiſtimem.

XXX. [u] Nunquam in vſucapionibus iuris error poſſeſſoribus prodeſt: & ideo ſi per errorem in initio venditionis tutor pupillo author factus non ſit, nec poſt longum tempus venditionis peractum vſucapi poterit: quia iuris error eſt.

XXXI. [x] Idem & pro ſuo, & clam poſsideri non poteſt.

RELIQVI QVIDAM TITVLI.

XXXII. PRæter ſupra relatos titulos nonnulli quoque alij numerantur: veluti [z] titulus pro ceſſo: [a] pro noxæ dedito, [b] pro iudicato & adiudicato, [c] pro fideicommiſſo.

r l. 1. D. pro dote. l. 1. C. eo. t.
ſ d. l. 1. D.
t l. 2. D. d. t.
u d. l. 1. D.
x l. ex cauſa. C. de vſuc. pro empt.
z l. id quod. D. pro derel.
a l. nemo. ibid.
b l. ſi quis merces. ibid. l. interdum. §. 1. D. de acq. vel amitt. poſſ.
c l. pro ſoluto. D. de vſurp. & vſuc.
d l. non ſolùm. §. ſi mihi Titius. D. ibid.
e l. 2. D. pro ſuo
f Iacobus Cuiacius, Comm. in d. l.
g Io. Oldendorpius tractat. l. 1. D. pro ſuo. l. poſsideri autem §. generapoſſeſsionum. D. de acq. vel am. poſſ.
h d. l. 1.
i l. 3. l. 4. §. vlt. & l. vlt. D. pro ſuo Iacobus Cuiacius in l. 2. D. d. t. l. quod vulgo. D. pro empto.
k l. Celſus. D. de vſuc. Ludouicus Romanus Conſ. 166. Franciſ. Connanus lib. 3. Comment. ciuil. cap. 13.
l De errore nominis iuſto loquuntur, & intelligi debent. §. error. Inſt. h. t. l. 2. §. etiam qui bona. D. pro empt. l. 1. D. pro dona. l. Nemo. D. pro derel. l. 1. & 2. D. pro leg. l. vl. C. de vſuc. pro don. l. 4. C. de vſuc. pro her. l. 4. C. de præſc. long. tẽp. l. improba. C. de re. vend. l. ex iniuſto. C. ad leg. Corn. de falſ. l. 2. §. cùm Stichum. D. pro empt. l. nec petentem. C. de præſc. long. tẽp.
* d. l. vl. D. pro ſuo.

m l. hominem. D. pro ſuo. l. 3. D. pro ſolu. d. l. 2. D. pro empt.
n Iacobus Cuiacius ad d. l. Celſus. D. de vſurp. & vſuc.
o ſuprà verſ. 25.
p l. 3. & 4. D. pro ſuo.
q l. 4. & vlt. D. pro lega.
r d. l. Celſus.
ſ l. nunquam. in vſucapionibus. D. de vſurpat. & vſuc.
t l. 2. § ſi à pupillo. D. de acq. vel am. poſſ.
u D. l. nunquã.
x l. ſi ancillam. D. pro ſuo.
z l. non ſolùm. §. ſi mihi Titius. D. de vſurp. & vſuc.
a l. 3. §. genera. D. de acquir. vel am. poſſ.
b l. 3. D. de publ. in rẽ act. l. ſi per errorem D. de vſurp. & vſuc.
c l. Põponius. §. permis. D. de acq. vel am. poſſ.

Secunda pars capitis, *Quæ res requirantur ad vſucapionem.*

De bona fide poſsidentis.

XXXIII. [d] NOn ſufficit titulum interueniſſe vt vſucapio procedat, ſed & bonam fidem poſsidentis adeſſe neceſſe eſt: eſtque ſeparata cauſa poſſeſſionis & vſucapionis. Nam verè dicitur quis emiſſe, etiamſi mala fide, quemadmodum qui ſciens alienam rem emit, pro emptore emit, licèt non vſucapiat.

XXXIV. [e] Bonæ fidei emptor eſſe videtur qui aut ignorauit eam rem alienam eſſe, aut eum qui vendidit, ius putauit vendendi habere, puta procuratorem aut tutorem eſſe, [f] aut à furioſo emens [g] eum furere ignorauit. [h] Nam bona fides tantundem poſsidenti præſtat, quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt.

XXXV. [i] Qui authore iudice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.

XXXVI. [k] Si quis fundum emerit, cuius particulam ſciebat alienam ſiue pro diuiſo, ſiue pro indiuiſo, modò ſciat, quæ, quotáve ſit, reliquas partes quas putet emptoris eſſe vſucapere poteſt. [l] Et ſi ex decē ouibus quas emerim, aliquas putem eſſe alienas, & quæ ſint alienæ ſciam, reliquas vſucapiam. Quòd ſi ignorem quæ ſint alienæ, nullam vſucapere poſſum. [m] Nam incerta pars nec poſsideri, nec vſucapi poteſt.

XXXVII. [n] Et ſi emptor ſciat, vel putet alienum eſſe vſumfructum, bona fide per diutinam poſseſsionem vſucapere poterit. Idem & ſi emero rem quam ſciam pignori obligatam.

XXXVIII. [o] Eum qui rem duorum fratrum cohæredum ab vno eorum alterius cauſam agente emeret, mandato fratris vænire exiſtimans, vſucapere poſſe placuit.

XXXIX. [p] Si procurator fundum quem maiore pretio vendere poterat, minoris eſſe pretij dixerit, quò dominum ignorantem deciperet, id emptori ad vſucapionem non oberit: niſi emptor cū [q] procuratore colluſerit.

XL. [q] Si quis cùm ſciret venditorem pecuniam ſtatim conſumpturum, ab eo quid emiſſet, bonæ fidei emptorem eſſe vetitus eſt. Quomodo enim mala fide emiſſe videtur, qui à domino emit? [r] Tamen qui à luxurioſo & protinus ſcorto daturo pecuniam, rem emerit, non vſucapiet.

XLI. [ſ] In emptione duobus temporibus bona fides poſsidentis exigitur: emptionis & traditionis. [t] In ſtipulationibus ea traditionis tantùm tempore exigitur. Cuius differentiæ hæc cauſa eſt, quòd ſalua fide ſcientes rem alienam emere non poſſumus, ſtipulari autem poſſumus.

A XLII. [u] Bona fides in vſucapione longi temporis decem vel viginti annorum, donec ea omninò completa ſit, continua eſſe debet: ac mala fide poſsidens, vſucapere non poteſt.

XLIII. [x] Is qui poſsidet, bona fide poſsidere exiſtimatur, ſi non contrà probetur.

XLIV. [z] Sed cùm titulus non probatur, [a] aut eiuſmodi ignorantia, quam tituli vim obtinere dictum eſt, bona fide poſsidere non B creditur: [b] cùm is qui ſcit non eſſe ſuum, ſcire debeat eſſe alienum.

XLV. [c] Mala fide videtur poſsidere qui intelligit ſe rem alienam poſsidere. [d] Itaque ſi eam rem quam pro emptore vſucapiebas, ſcienti mihi alienam eſſe, vendideris, non capiam vſu. [e] Et ſi ab eo emas quem Prætor vetuit alienare, idque tu ſcias, vſucapere non potes. [f] Item ſi fraude & dolo, licèt inter maiores viginti quinque annis facta venditio C eſt, hanc confirmare non potuit conſequens tempus, cùm longi temporis præſcriptio in malæ fidei contractibus locum non habeat. [g] Et qui ſine tutoris authoritate à pupillo emit, vel falſo tutore authore, quem ſcit tutorem non eſſe, non videtur bona fide emere.

XLVI. [h] Error alieni facti, non etiam proprij excuſat bonæ fidei poſſeſſorem, [i] vt & ex ſuperioribus liquet. [k] Et in vſucapionibus quoque iuris errorem nunquam prodeſſe cō- D memoratum eſt. [l] Diuerſitatis huius eſt ratio, quòd ius finitum eſſe, & poſſit, & debeat: facti interpretatio etiam prudentiſſimos fallat.

XLVII. [m] Vbi lex inhibet vſucapionem bona fides poſsidenti nihil prodeſt. [n] Quin malæ fidei poſſeſſorem eſſe nullus ambigit qui contra legum interdicta mercatur. [o] Etiam ſi quis id quod poſsidet non putet ſibi per leges licere vſucapere, dicendum eſt etiamſi erret, non procedere tamen eius vſu- E capionem, vel quia non bona fide videatur poſsidere: vel quia in iure erranti non procedat vſucapio.

XLVIII. [p] De iure ſuo probabiliter du-

d l. 2. §. ſeparata. D pro empt. e l. Bona fides. D de reg. iur. f l. pignori. §. 1. D. de vſurp. & vſuc. l. 2. §. ſi à furioſo. D. pro empt. ver. 29. ſupra h. t. g l. eū qui. D. de public. in rem actio. h l. Bona fides. D. de reg. iur. i l. qui authore. d. t. de re. iur. l. iuſtè poſſidet D. de acq. vel am. poſſeſſ. l. & generaliter D. de noxa. actio. l. at ſi quis. §. ſed & ſi. D. de relig. & ſumpt. fun. k l. ſi quis fundum. l. emptor. D. pro empto. l Qui pro herede. ibid. m l. locus. l. 3. §. incertam. D. de acq. vel amit. poſſ. n d. l. ſi quis fundum. o l. vlt. D d. t. pro empt. p d. l. Qui fundum. §. procurator. q l. ſi quis cùm ſciret. D. pro empt. r Nam turpis eſt cauſa venditionis, & emptor eſt malæ fidei qui à luxurioſo, cui tacitè videtur bonis interdictum, emerit. Iacob. Cuiacius in d. l. ſi quis cū fund. Auguſtinus lib 4. Emenda. cap. 11. ſ l. ſi exiſtimās D. de vſurp & vſuc. Iacobus Cuiacius ad l. ſi aliena. d. t. l. ſed & ſi res §. vl. D. de Publ. in rem actio. & quod in d. l. ſi aliena, dicitur, dubitatū fuiſſe, vtrum in vſucapionibus bona fides emptoris exigatur initio emptionis, an traditionis, & obtinuiſſe vt traditionis initium ſpectaretur, interpretatur non tantùm ſpectari tempus venditionis, ſed etiam traditionis. Quod in alijs contractibus contra eſt, vbi bona fides traditionis tantùm tempore ſpectatur, non etiam contractus tempore. t l. ſi is qui pro emptore. §. vlt. l. cuſto. §. & ſi poſſeſſionis, D. h. t.

u l. ſi fraude. C. de præſcr. long. temp. Iure Canonico in omni præſcriptionis genere exigitur bona fides. c. vlt. de præſc. reg. poſſeſſor. de reg. iuris in 6. Abbas, & cæteri DD in d. c. vlt Bald. & Angel. in l. ſuper longi. C. de præſcript. long. tempo. Bart. in l. naturaliter. n. 2. D. de acq. vel amit. poſſ. arg. l. ſed & ſi lege. §. de eo. D. de pet. hered. Iure verò ciuili Romano bona fides neceſſaria quidem eſt ad inchoandā vſucapionem. l. vn. in pr. C. de vſucap. transfor. cū ſimil. Inſt. t. de vſucap. in prin. l. Sequitur. §. de illo. D. eo. t. l. Qui fundum. §. qui bona fide D. pro empto. Sed mala fides ſuperueniens vſucapionem non interpellat. d. l. vn. C. de vſucap. transfor. cum ſimilib. Item iure ciuili Romano res à defuncto bona fide empta vſucapitur, quamuis heres ſciat eam eſſe alienam. l. Cùm heres. D. de diuerſ. & temp. præſc. & d. l. vn. C. de vſuc. transf. Io. Oldidorp. tract. de vſuc. & præſ. Et ius Canonicum ciuili prævalere receptum vulgò putant cùm de peccato agitur. c. vlt. de iudic. & ibi. DD Nec verum eſt quod Bartolus in d. l. naturaliter & Felynus in d. c. vlt tradunt implere vſucapionem, etiamſi poſſeſſor medio tempore conſcientiam habuerit rei alienæ, ſi bona fides initiò & in fine adfuerit, vt rectè Hoſtienſ. & Abbas in d. c. vlt. ſentiūt. Item quod Bartolus in d. l. naturaliter refert malam fidem non interrumpere vſucapionem, niſi aduerſus eum quem poſſeſſor dominum intellexerit, verum non videtur: quia dictus textus non F diſtinguit, vt rectè Abbas in c. illud. de præſc. arg. l. eum qui nocentem. §. ſi iniuria. D. de iniur. Sed iure ciuili Romano Gallicóque præſcr. pro longiſſimi temporis 30. vel 40. annorū, nec bonam fidem, nec titulum exigi, infra verſ. 158. x l. Quamuis. §. qui dolo. D. de proba. l. ſuper ſeruis, in prin. C. Qui militare poſſ. vel non. lib. 12. l. penult. C. de euict. Glo. in cap. 3. in verb. ſinceri & alia Glo. in c. ſi diligenti. in verb. bona fides. de præſc. & ibid. Innocentius Glo. magna in §. aliæ. Inſt. de actio. Bart. in l. Celſus. num. 17. D. de vſurp & vſuc. Idem in l. vlt. C. vnde vi. ignorantia enim præſumitur vbi non probatur ſcientia. l. Verius. D. de prob. z Bart. in l. vlt. C. vnde vi. a ſupra verſ. 25. b d. l. vlt. c §. quod autem. Inſtit. de vſuc. c. vlt. de præſc. l. ſi is qui pro emptore. §. vlt. l. ſi exiſtimans. D. h. t. Cynus in l. venditionis. C. de vſuc. pro empt. d l. 2. §. ſi eam rem. D. pro empt. e l. ſi ab eo. D. de vſurp & vſuc. l. Qui fundum. §. qui ſciens. D d. t. pro empt. f l. ſi fraude. G C. de præſ. long. tempo. g l. Qui à quolibet. D de contr. empt. h Ioan. Oldendorp. hoc tract. l. quod vulgo. D. pro empt. l. vlt. D. pro ſuo. i verſ. 25. 26. 28. 29. ſuprà h. t. k ver. 30. ſup. h. t. l. vbi lex. D. de vſurp. & vſuc. l l. in omni. D. de iur. & fact. igno. m l. Vbi lex. D. de vſurp & vſuc. n l. Quemadmodum. C. de agr. & cenſ. lib. 11. l. ſi in emptione. § omnium. D. de contr. empt. o l. ſi ſur. D. d. t. de vſurp. & vſuc. p Bart. in l. naturaliter. verſic. & ex hoc dico. d. t. arg. l. 2. § 1. D. Qui ordo. l. vlt. & de condit. indeb. l. manifeſtiſsimi. § fin autem neſcius & ibi idem. Bart. C. de furt. Alex. Conſ. 228. num. 7. lib 6. Franciſ

bitans, q & qui fieri certior facilè potuit, inchoare vſucapionem nequit: r ſed cùm bona fide vſucapio cœpta eſt, ſuperueniens dubitatio vſucapionem non interpellat.

XLIX. [s] Domini, non procuratoris qui eius mandato emit, bona fides ſpectatur. Sed tam filij quàm patris mala fides, ſi alteruter rem eſſe alienam ſciat, obeſt vſucapioni.

L. [t] Mala fides eius qui cum titulo poſſidet, probatur, [u] ſi denunciatum fuerit ei à domino ne emeret. [x] cùm is de ſuo iure inſtrumentis vel alio modo doceret. [z] Item ſi ſciſſe ſe rem eſſe alienam confeſſus ſit. [a] Aut ſi viciniæ ſama eius rei eum cõmonefecerit, [b] vel ſi quis præter legum, aut conſuetudinis & morum præſcripta, & formâ contraxerit, [c] præter hæc alijs indicijs, prout rei qualitas ſuggeſſerit.

LI. [d] Si quis alij quàm domino rem alienam nuntianti non crediderit, non protinus malæ fidei eſſe exiſtimatur.

Tertia pars capitis ſecundi, quod eſt, *Quæ res ad vſucapionem requirantur.*

De continua poſſeſſione vſucapientis.

Eius partis particula prior.

Quando continua poſſeſſio dicatur, & ex quo tempore numeretur.

LII. [e] SIne poſſeſſione continua nec interrupta, vſucapio tam mobilium quàm immobilium rerum non procedit.

LIII. [f] Poſſeſſionis tempus numeratur non ex die contractus, ſed poſſeſſionis. [g] Et in omnibus contractibus, in quibus ſub aliqua conditione, vel ſub die certa, vel incerta ſtipulationes, promiſſiones, vel pacta adhibentur, poſt conditionis exitum, vel diei certæ, incertæve lapſum, vſucapionum & præſcriptionum tempus incipit. [h] Itaque ſi ſub conditione emptio facta ſit, pendente conditione emptor non vſucapiet. Idémque eſt etſi putet conditionem extitiſſe quæ non extitit. Similis enim eſt ei qui putat ſe emiſſe.

LIV. [i] Si ſic res empta ſit, vt niſi pecunia intra diem certum ſoluta eſſet, inempta fieret, vſucapio incipiet: quia hæc non conditio eſt, ſed conuentio, quæ non per ſoluta pecunia magis reſoluetur, quàm implebitur. [k] Similiter ſi in diem addictio facta ſit, id eſt, niſi quis meliorem conditionem attulerit, perfectam eſſe emptionem, & fructus emptoris effici, vt vſucapionem procedere non dubitatur.

Balbus tract. præſcriptionum in 2. parte tertiæ partis principij. qu. 2. Philippus Decius in l. Quandiu. C. Quę admi. ad bonor. poſſ. poſſ.
q l. ſi duo. D. de acq. hered. in verb. ſcit aut ſcire potuit. & ibi Glo. & Bald. arg. l. qui contra. & ibi quoque Bal. C. de inceſt. nupt. in c. 2. ancla. Glo. de tempo. ordinan. 6.
r Bart. in d. l. naturaliter, & l. alienam, D. pro empto. & in l. ſed & ſi lege, verſu finem. D. de petit. hered. Philippus Decius in d. l. Quandiu. vbi dubitationem medium quoddam inter bonam & malam fidem tenere tradunt. Bald & Angel. in l. ſuper longi. C. de praſc. long. tēp. Glo. in l. 3. §. generaliter. D. de acq. poſſ. Imola in d. l. naturaliter. Hoſtienſ. in ſumma ti. de præſcriptionib. rerum immobilium § quæ exigantur. verſ. Quid ſi quis dubitat. Alex. in d. §. generaliter. vbi hanc communem eſſe DD. ſententiam teſtatur.
ſ Franciſ. Connanus. lib. 3. Com.
t Bart. in l. Celſus. nu. 18. D. de vſurp. & vſuc. Panorm. in c. vlt. de præſcr. in fi.
u l. ſi fundum C. de res vend.
x Felinus in c. nihil. de præſcr.

A LV. [l] In iis autem promiſſionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus quæ dationem per ſingulos annos, vel menſes, vel certum aliud tempus continent, tempus in vſucapionibus iure Gallico non ab obligationis tempore, ſed ex quo ceſſatum fuerit, numerari debet: non ab initio cuiuſque anni, vel menſis, aut alius temporis; nec plures ſingulorum annorum, menſiúmve vſucapiones præſcri-
B ptionéſve requiruntur: ſed vna omnium annorum, vel menſium, totiúſque temporis.

LVI. [m] Rerum mobilium, ex quibus domus ædificata fuerit, vſucapio non procedit quamdiu ex res iunctæ domui fuerint, cùm ſolæ & ſeparatæ poſſeſſæ non ſint: ſed ex eo demum tempore incipit quo demolita domus fuerit. Nec recipi poteſt vt eadem res, & vt ſoli, & tanquam mobilis poſſeſſa ſit.

LVII. [n] Qui pignori rem dat, vſucapit
C quamdiu res apud creditorem eſt. [o] Et ſi creditor nuda conuentione hypothecam contraxerit, vſucapere debitor perſeuerabit. [p] Tempus etiam quo res apud ſequeſtrũ fuerit, victori prodeſt, ſi ei cuſtodiæ cauſa ſit tradita.

LVIII. [q] Acceſſiones poſſeſſionum tribuuntur iis qui in locum aliorum ſucceſſerunt ſiue ex contractu, ſiue ex voluntate. Veluti [r] hæres, [ſ] etiam vlterior [t] cui donatum,
D [u] legatum, [x] in dotem datũ eſt, [z] emptor, venditor quoque cui redhibitio fit, & ſimiles perſonæ, acceſſione temporis ex perſona authorum vtuntur. [a] Item ſi iuſſu iudicis res mihi reſtituta ſit, acceſſionem mihi eſſe dudum placuit.

LIX. [b] Si medius aliquis ex authoribus nõ poſſederit, præcedentium authorum poſſeſſio non prodeſt, quia coniuncta non eſt.

l Boerius Deciſ. 336. in hac vſu hoc iure in Gallia ſeruari teſtatur Maſſuer. in Praxi, tit. de præſcr. verſ. item per la ſpace 30. annorum. Nec aliud iure Romano putat conſtitui Bulgarus, cui Rogerius adſtipulatur arg. l. eos. C. de vſur. & Baldus in l. Cum notiſſimi. §. vlt. C. de præſcr. 30. vel 40. anno. & Dinus in l. de pupillo. §. ſi in pluribus. D. de oper. no. nunc. arg. annotatorum, in l. ſi ſine aperto. C. de fide Inſtr. & c. olim. & ibi Petrus Ancharan. ver. Octauo nota de cenſib. Sed iure Romano videtur conſtitutum, vt præſcriptionum, vſucapionúmve tempus ab initio cuiuſque anni vel menſis, quo ceſſatũ ſit, ita incipiat, vt tot præſcriptiones, vſucapionéſve requirantur, quot anni, menſéſve numerabuntur, quibus ceſſatum ſit. d. l. Cum notiſſimi. §. vlt. & l. ſi quis emptionis. § vlt. D. de præſcr. 30. vel 40. ann. Et hæc fuit Martini Fani ſententia, quam ſecuti ſunt Ioan. Aretinus, Raynerius, Petrus Bellapertica, Cynus, & recentiores in d. §. vlt. & Guydo Papa qu. 406. vbi ita Iudices in Delphinatu ſtatuere refert & ita quoque ſentit Alber. in d. §. vlt. ac Anton. Butrigarius in c. peruenit. charta penult. de cenſibus. Gulielmus quoque Benedictus in c. Raynutius. nu. 548. de teſta. Hoſtienſ. in ſumma t. de præſc. § quæ exigantur. verſ. Quid ergo dices in annu. Spec. in. tit. §. 1. ver. quid ergo & Bartolus in l. ſicut in annos. D. quib. mod. vſusfr. amitt. vbi quoque Alex. Alia fuit Ioannis antiquiſſimi Gloſographi ſententia, in legatis ſcilicet annuis tot tēporis præſcriptiones requiri, quot anni fuerint: quæ eſt communis DD. opinio. in contractibus autem vnius temporis præſcriptionem deſiderari, quod vna ſit ſtipulatio. l. ſi Stichum. §. 1. D. de verb. obl. & in hanc ſententiam inclinat Gulielmus Cunus poſt Azonem, in l. licet. nu. 18. C. de acq. vel amit. poſſ. & Azonis in d. §. vlt. Specul. t. de loca. §. nunc aliqua nu. 41. Oldradus, Odofredus, Bartolus & Ang. in d. §. vlt. & idem Bart. in d. l. de pupillo. §. ſi pluribus. D. de nou. oper. nunt. Andreas Barbatias Conſ. 9. Vol. 3. in 1. dubio Ioan. Andreas & Panorm. in c. audatis. arg. c. de quarta. de præſc. Raphael Cumanus Conſ. 149. Alex. in d. §. ſi pluribus. arg. l. ſi vſusfructus alternis annis. D. quib. mod. vſusfr. am. argumento ſumpto à contrario.

m l. cum qui ædes. D. de vſurp. & vſuc. l. in rem actio. D. de rei vendic. n l. non ſolum §. qui pignori. l. Seruus. D. de vſurp. & vſuc. l. 1. §. per ſeruum. l. qui pignoris. D. de acq. vel amit. poſſ. o d. §. qui pignori. p l. interdũ. D. d. 1. de acq. vel am. poſ. vbi diſtinctione vtitur melius quàm l. licet. D. depoſ. vbi indiſtinctè ſequeſtrum poſſidere dicitur. hic que agi ea depoſitione, vt victoris interim poſſeſſionis tempus procedat. q l. de acceſſionibus. D. de diuer. & temp. præſ. l. in vſucapione. & l. vlt. ibid. l. Pomponius. §. acceſſiones. D. de acq. poſſ. r §. quæſitum. & §. diutina. Inſt. de vſuc. dũ de acceſſionibus. ſ l. 2. §. ſi eam rem. D. pro empt.
t l. ſuper longi. C. de præſ. long. temp. u d. l. Pompo. §. ſed & ſi legatario. l. id tempus D. h. t. x l. in dotem. Inſt. de vſuc. z l. 2. §. empt. D. pro empt. d. l. Pompon. § pratica l. in vſucapione. D. de diuerſ. & temp. præſ. l. 1. §. hoc tantummodo. C. de vſucap. transf. l. ſuper longi. ibi adiecto. D. de præſc. long. tempo. d. l. id tempus. & d. l. in vſucapione. a d. l. Pompo. § ſi iuſſu. b d. l. in vſucapione. & d. l. Pompo. §. quæſitum l. poſſeſſio. D. de acq. vel am. poſſ.

Accurſius & errorem in d. l. 3. D. de vſurp. & vſuc. nu. 68 & ſeq. vbi ſimplici denunciatione neminem fieri malæ fidei poſſeſſorem tradunt, contra Gloſam communiter approbatam in d. l. ſi fundum & Abbatem in c. ſi diligenti. de præſc.
z l. Labeo. D. de ſuppel. lega. a c. quanto. de præſcript. b Bald. in l. qui à quolibet. D. de contr. empt. Glo. notab. in l. 1. C. de fid. inſtr. & Ioan. de Platea fiſc. lib. 10. in verb. mala fide. Bart. in l. 2. C. de præd. Curial. eo. lib. 10. c l. penult. C. de euict. d l. ſi dictum. §. ſi cùm poſſet. D. de euict. l. arg. l. ut prætor § ſi quis particeps. D. quæ in fraud. cred. e l. ſine poſſeſſione. l. nunquam. D. de vſurp. & vſuc. l. 2. C. de præſc. long. tempo. f l. 2. §. ſub conditione D. pro emptore. l. neceſſariò. D. de per. & com. rei vend. g l. Cum notiſſimi. §. Illud autẽ C. de præſc. 30. vel 40. anno. h d. §. ſub conditione, & d. l. neceſſariò. i d. l. 2. § Sabinus. k d. l. 2. §. ſi in diem.

c ſicut nec ei qui non poſsidet, authoris poſſeſsio accedere non poteſt.

L X. d Cùm quis adminiculo ex perſona authoris vtitur, quod quidem ad longi temporis vſucapionem attinet, vti debet cum ſua cauſa, ſuiſque vitiis. Denique addimus in acceſsione de vi & clam & precario venditoris. e Et vitia poſſeſsionum à maioribus contracta perdurant. & ſucceſsoré authoris ſui culpa comitatur. Nec vitioſæ poſſeſsioni vlla poteſt accedere: ſed nec vitioſa ei quæ vitioſa non eſt. Itaque qui à malæ fidei poſſeſſore emit, vel alio modo accepit, vſucapere non poteſt.

L X I. g Interdum, ſi non fuerit inchoata vſucapio à defuncto, procedit hæredi eius: veluti ſi vitium quod obſtabat, non ex perſona, ſed ex re purgatum fuerit: vt puta ſi res fiſci eſſe deſierit, aut furtiua, aut vi poſſeſſa. h Vt ſi hæres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depoſitam, exiſtimans hæreditariam eſſe, bona fide accipienti vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, quin is qui accepit vſucapere poſsit, dubium non eſt.

L X I I. i Continua poſſeſsio actibus poſſeſſoris ſingulorum annorum veluti ſatione, aratione, cultura, fructuum collectione, k mercedis, penſioniſve perceptione probatur, l non etiam aliis rebus quæ alij etiam non domini faciunt: veluti quòd quis per fundum commearit: niſi cùm de ſeruitute viæ agitur. m In qua iure ſuo id aliquem feciſſe probari oportet: n nec vt continua poſſeſsio probetur, omni momento rem tenuiſſe probare neceſſe eſt.

L X I I I. o Si poſſeſsionis initium probetur, cõtinua poſſeſsio creditur, p maximè cùm quis poſsidere reperitur, q niſi cõtrarium probetur.

L X I V. r In vſucapionibus non à momento ad momentum, ſed totum poſtremũ diem computamus. Ideóque qui hora ſexta diei Calendarum Ianuarij poſsidere cœpit, hora ſexta noctis pridie Calẽdas Ianuarias implet vſucapionem. ſ More enim Romano dies à media nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur. t In omnibus autem temporalibus actionibus, niſi nouiſsimus totus dies compleatur, non finit obligationem: u cùm lex tempus circumſcribat intra quod inſtitui debeant, vt ſi totus & ſolidus dies numeretur, nõ tempus à momento ad momentum, quicquid ſupereſt diei poſt id cœptum, prodeſſe ei debeat, cui actio competit.

Particula poſterior, *de continua poſſeſsione.*

De interruptione poſſeſsionis, vſucapionis, ſeu præſcriptionis.

L X V. INterrumpitur poſſeſsio, vſucapióve, ſiue præſcriptio aut naturaliter, aut ciuiliter.

Eius prima pars.

De interruptione naturali.

Huius pars prior.

Quibus modis interrumpitur naturaliter poſſeſsio, vſucapio, aut præſcriptio.

LXVI. z z NAturaliter interrũpitur poſſeſsio, vſucapio, ſiue præſcriptio, cùm is qui vſucapiebat, amittit poſſeſsionem: de quo ſuprà abundè dictum eſt: Veluti cùm quis de poſſeſsione vi deiicitur, vel alicui res immobilis eripitur: quo caſu non aduerſus eum tantùm qui eripuit interrumpitur poſſeſsio, ſed aduerſus omnes. Nec eo caſu quicquam intereſt is qui vſurpauerit dominus ſit, nécne. a b Item ſi is qui fundum alienum bona ſide poſsidebat, eundem domino locet, vel vendat, quia rei ſuæ nulla emptio, neque conductio eſt. Sequitur ergo, vt nec locator, nec venditor poſſeſsionem retineat, nec duret longi temporis præſcriptio. c Idem eſt ſi domino rem ipſius pignori det, ignoranti ſuam eſſe, d vel etiã ſcienti, niſi pignus nuda conuentione contrahatur: e quia nuda iſta conuentio pignoris, nullum ius poſſeſsionis ei tribuit quicum interuenerit.

L X V I I. f Item naturaliter interrumpitur poſſeſsio, vſucapióve, ſi creditor rei pignori datæ poſſeſsionem alij tradat, vel is apud quẽ eſt depoſita, vel cui commodata eſt, idem faciat. g Similiter ſi conductor rem locatam, cum per prædictas perſonas poſſederimus: h quæ tamen, ſi rem alij obligauerint, commodauerint, locauerint, vel apud eos depoſuerint, non interpellatur vſucapio.

L X V I I I. i Si res extincta ſit: vt ſi fundus quem poſsidebamus à mari ſit occupatus, aut in aliam ſpeciem res conuerſa, vt veſtimentum ex lana factum, interrumpitur vſucapio.

L X I X. k Interrumpitur vſucapio ſeruitutis, ſi is qui fundo ſuo ſeruitutem aſſerebat, eius fundi poſſeſsionem amiſerit: l vel ſi quis vti ſeruitute prohibeatur. m Idem in cæteris rebus incorporalibus obſeruatur. n Libertas verò ſeruitutis interpellatur cùm quis vtitur ſeruitute. o Ac ſi is cui iuriſdictio competit,

c Idem in d. l. Pompo. §. vſucapiones. & l. vlt. D. de diuerſ. & tempo. præſc.
d d. l. Pomp. § cum quis.
e l. Vitia C. de acq. vel am. poſſ. Quæ l. corrigitur ius antiquum, de quo in l. Anniculus. D. de diuer. & tempo. præſc. vbi traditur, vitium authoris mihi nõ nocere, & vſucapere me poſſe quod author meus nõ potuit. Et l. Qui fundum § procurator ibid. Idem & cũ ſciens quis alienum eſſe fundum, vendiderit ignoranti, nõ interpellatur vſucapio. Planè etiam iure antiquo mala fides defuncti nocebat heredi. l. cum heres. D. d. t. de diuerſ. & temp. præſc. §. ſi defuncto. ibi quod ſi ille. Inſt. de vſuc. l. 4. §. heres. D. eo. t. l. 3. C. Com. de vſuc. Sed noua Conſtit. Iuſtiniani 119. §. cæterùm, ita ait, Cùm res à malæ fidei poſſeſſore alienatur, ſi verus dominus ius ſuũ, atque & alienationem ſuæ rei factã ignoret, xxx. annis aduerſus eum vſucapi poteſt: ſi prædicta ſciat, inter præſentes x. annis inter abſentes xx. annis res vſucapi poteſt. Auth. mala fides C. de præſc. long. temp. f § quod autẽ. Inſtit. h. t. g l. Vbi lex. §. vlt. D. eo. t. h §. ſi tamen. Inſt. d. t. i Bartolus in l. Celſus. D. de vſurp. & vſuc. ver quando dicatur, arg. l. Titia. D. de ſolut. & l. litibus. C. de agr. & cenſ. in prin. ex illis verbis, longinqua & inueterata reditũum ſuſceptione. k arg. l. Quærimus. §. ſi conductor. l. Qui vniuerſas §. quod per colonum. D. de acq. vel am. poſſ. & ibi Bart. & Alex. Felinus in c. cum Bertholdus. l Glo. in l. 3. in verb. ſeruatur. Idem Bald. & Ang. in l. arboribus §. de illo. D. de vſufr. m Bald. in l. Iudicia. C. de rei vend. n l. ſi quis ita legauerit. D. de condit. & demonſtr. o l. ſiue poſſidetis. Ibi Glo. C. de prob. Cynus in l. Super longi. C. de præſ. long. tempo. Bart. in l. Celſus D. h. t. & in l. non ſolum § ſed vt probari. D. de noui oper. nunt. & in l. Pomponius. §. vlt. D. de acq. poſſ. Bald. in l. Iudicia. C. de rei vend. Abbas in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol. Aretinus Conſ. 68. & 120. p Bart. & alij DD. in l. Celſus. D. h. t. Nec quod ſuprà dictum eſt ad decem annos reſtringendum, poſt quos non poſsidere aliquem cenſeri DD. aiunt. arg. l. 1. §. per ſeruum qui in fuga eſt. l. 3. §. ſi ſeruus. l. Peregre & ibid. annotatorum D. de acq. poſſ. q l. Continuus. §. cum ita. D. de verb. oblig. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. Celſus. r l. in vſucapionibus, & ſeq. D. h. t. vbi Iacobus Cuiacius momentum horam ſignificare tradit. Idque probari l. 3. § minorem. D. de minorib. quem §. ita emendat, minorem xxv. annis natu videndum an etiam die natali ſui adhuc dicimus ante horam qua natus eſt, vt ſi captus ſit, non reſtituatur. d. autem l. in vſucap. hunc eſſe ſenſum, In vſucapionibus tempora non ab hora in horam computamus, non dimidium diem momento. l. in vſucapione. D. de diuerſ. & tempo. præſc. l. Qua ætate. D. de teſta. l. placuit. D. de manu.

ſ l. More. D. de feriis.
t l. in omnibus temporalibus D. de oblig. & actio.
u Franciſ. Connanus. lib. 3. Com. iur. ciuil. cap. 2.

z z Idẽ Connanus d. lib. 3 ca. 15 l. naturaliter D. de acq. poſſ. l. cũ notiſsimi § imo & illud. C. de præſc. 30. vel 40 ann.
a b l. eaque. D h. t. l. 2. §. vlt. D pro empt. l. Qui bona fide. in prin. D. de acq. vel amit. poſſ.
c l. non ſolum. § ſi rem D de vſurp. & vſu.
d Cuiacius in d. § quẽ §. ait de ignorante loqui, quod id plerunque fiat, vt §. 1. Inſt. de inut. ſtip. quem viuere credebat.
e Fran. Connanus d. cap. 15.
f d. l. non ſolũ §. pignori. l. 3. §. quod ſi ſeruus. D. de acq. poſſ.
g Iacobus Cuiacius in d. §. pignori.
h l. vlt C. de acq. poſſ.
i l. qui vniuerſas. §. 1. D. de acquir. vel am. poſſ. l. verũ mixtura D. h. t.
k Bart. in d. l. naturaliter. D. h. t. n. 27. l. ſi ædes mea. §. 1. D. de ſeru. vrb. præd.
l l. ſequitur §. ſi viam. D. h. t.
m c. audiiis de præſc. vbi hemo. c. cum Ecclesia Sutrina. de cauſ. poſſ. & propr.
n l. qui fundũ D. Quemad. ſerui. amit. Bart. in d. l. naturaliter.
o Imo. in c. c. audiiis. Glo. in c. 1. de præſ. lib. 6.

Digitized by Google

intra conſtitutum tempus ea vtitur, vſucapionem aduerſarij interpellat.

Pars poſterior, *De interruptione naturali.*

Quibus modis non interrumpitur naturaliter poſſeſsio, vſucapio, ſeu præſcriptio.

LXX.[p] NOn interrumpitur naturaliter poſſeſsio, vſucapióve eius qui pro hærede vſucapit, ſi quis legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſsionem mittitur. [q] Nec eius qui pignoris cauſa fundum tradit creditori, aut rem dat precario: cum pignori dans aut precario poſsidere intelligatur.

LXXI. [r] Nec interrumpitur patri poſſeſſio peculij, aut eius rei quam filius patris nomine teneat, filij furore: nec ſimiliter domini poſſeſsio, furore coloni vel inquilini.

Secunda pars tractatus, *de interruptione poſſeſsionis, ſeu vſucapionis, aut præſcriptionis.*

De ciuili interruptione.

Eius pars prima.

Quibus modis ciuiliter interrumpatur vſucapio.

LXXII.[ſ] CIuilis interruptio vſucapionis ſeu præſcriptionis eſt, quæ per authoritatem iuris impedit vſucapionem: veluti per vocationem in ius: per litis conteſtationem: vel ſi aliquo facto interpelletur alio modo quàm amittenda rei poſſeſsione vſucapio: Vt ſi debitor præſcripturus iam actioni tradat pignus, vel aliam cautionem, vel ſoluat vſuras creditori.

LXXIII. [t] Hodie omnes vſucapiones & præſcriptiones [u] tam triennij, & quadriennij, quàm x vel xx annorum, & xxx vel xl, non ſolùm litis conteſtatione, ſed ſola in ius vocatione interrumpuntur. [x] Ac id quidem efficit etiam in ius vocatio per libellum generaliter conceptum: veluti ſi quis cùm ex pluribus cauſis ei deberetur, in vnam cauſam libellũ petitionis ediderit: vel ſi is cui perſonalis & hypothecaria actiones cõpetebãt, alterã tantummodo ſit perſecutus, vel generaliter ſibi aliquem eſſe obnoxium propoſuerit.

A LXXIV. [z] Interrumpitur ciuiliter quoq; vſucapio, vel in ius nõ vocato poſſeſſore, ſed libello apud iudicem, vel ſacerdotem, aut tabularium propoſito, vel, ſi tabularijs ciuitas careat, cum trium teſtium ſubſcriptione, ſi ita magna potentia fuerit aduerſarij, vt eum iudicio perſequi ſit metuendum.

LXXV. [a] Interrumpitur etiam ciuiliter vſucapio, præſcriptióve: ſi vnus è pluribus B reis, ſtipulandi, vel is qui vnicus eſſet, vnum è pluribus reis promittendi, in ius vocauerit: vel ſi vnus è reis promittendi, debitum agnouerit, vel ſolutione, vel alio modo.

LXXVI. [b] Interrumpitur præterea ciuiliter vſucapio, præſcriptióve, conuento in ſcriptis apud compromiſſarium iudicem facto. [c] At quæ, alio modo coram arbitris non compromiſſarijs acta ſunt, vſucapionem non interpellant, niſi malã fidem ingenerauerint.

C

Secunda pars, *de ciuili interruptione.*

Quibus modis vſucapio ciuiliter non interrumpatur.

LXXVII. [d] NOn interrumpitur ciuiliter vſucapio, precibus oblatis Principi, vel per annotationem impetrato reſponſo: niſi allegato in iudicijs reſcripto, aut conuentione iudiciali. [e] Nec item interrumpitur vſucapio colono in ius vocato; D niſi quum ediderit domini nomen certum, ei tempus datum ſit, quo dominum in ius vocaret, iſque vocatus neglexerit. [f] Præterea ſi litis conteſtatio, vel in ius vocatio inutilis fuerit: quod varijs modis poteſt contingere: [g] veluti ſi incompetens iudex fuerit, [h] vel ex forma, [i] vel non dominus in rem egerit, non interrumpitur vſucapio. [k] Nec item interrumpitur vſucapio, ſi lite non conteſtata teſtes E valetudinarij, vel abfuturi interrogati ſint.

Pars tertia, *De interruptione ciuili vſucapionis, ſeu præſcriptionis.*

Quatenus ſit efficax ciuilis interruptio.

LXXVIII.[l] CIuilis interpellatio ſoli interpellãti prodeſt, aduerſus alios interim præcedente vſucapione.

F LXXIX. [m] Si aduerſus debitorem, perſonali, hypothecariáve actione creditor egerit, fideiuſſori nihil nocebit.

LXXX. [n] Si is qui alienam rem donauerit, reuocare conſtituerit donationem, etiamſi indicium ediderit, rémque cœperit vendicare, curret vſucapio, [o] ſcilicet aduerſus dominum.

p l. 2. D Pro hæred. l. Miſſo. D pro empt. q l. Qui pignoris. D. de acq. vel am poſſ. r l. Nunquam. § ſi ſeruus D. eod. ſ Ioan. Oldendorpius hoc tractatu, cap. de interruptione vſucapionis. l. Cum notiſſimi. § Imo & illud. C de præſc. 30. vel 40. anno. glo vlt. in c. Illud autem. de præſc. Propriè autem hæc interruptio non eſt, ſed ſola natura lis cum poſſidere non deſinat in ius vocatus. l. Si poſt. D. de rei vend. l. 2. D Pro dona l. Iulianus. § tantum. D. Ad exhib. Sed ita tamen poſſidet in ius vocatus, vt ſi condemnetur, inefficax ſit vſucapio. d. l. ſi poſt & l. ſicuti. § ſed ſi quæratur D. ſi ſeruus vend. Iacob Cu. in l. 2. §. vlt. D pro empt. Et tamẽ interruptio vocatur hæc cum lis ab Imperatoribus l. 2 C. de præſc. long. temp. l. vlt C. de ann. except. pr. deſign. ciuiliter interrumpens tantum non etiam omnibus, quem admodũ naturalis, vt infra explicabitur.

z l. Vt perfectius C. de ann. præſcr. Ioan. Pontan. 16. Quæſt. 3. Iure ciuili Romano idem quoque non eſt, ſi poſſeſſor infans ſit, vel furioſus, cui tutor curatórve non ſit, d. l. Vt perfectius. at noſtris moribus, eos qui huiuſmodi perſonas iudicio perſequi volunt, curare oportet, vt ijs tutores, aut curatores dentur.

a l. vlt. C. de duobus reis ſtipul.

b l. penult. C de rec arb. C. Oldradus, Conſ. 176. Butrigarius in c. Quanta in aliis 15. col. de iureiu. & in c. ſuper quæſtionum in prim. in 5. col. de offic. deleg. Io. Andreas in add. ad Spec. t. de lite conteſtata. § effectus.

d l. 3. C. de præſc. 30. vel 40. ann.

e l. 2. C. vbi in rem actio. c. quoniam frequenter. Vt lite non conteſtata. Glo. ibi. c. decernitis prim. de reſcr.

f Glo. in Authentic. offeratur. in verb. pro ſolutio. C. de lit. conteſt. Felinus in c. Illud de præſc. Baldus in l. ſicut, medio prope commentario, verſ. Nota quòd præſcriptionem. C. de præſc. 30. vel 40. ann. Bart. in l. Accuſatorum, in ſi. D. ad legem Iul. de adulter. l. ſi pater C. Ne de ſtatu defunct. Alexand. in rubr. C. de in ius vocan. g l. Ea quidem. & ibid. Baldus. in 3. not. C. ſi mancip. ita fuer. alienat. l. vlt D. de iuriſd. om. Iud. l. ſi quis ex aliena. & ibi. DD. & Petrus Surdus D. de Iud. h l. Quoties. D. qui ſatiſd cog. Iaſ. in §. pœnales, col pen. Inſt. de act. Aymo Crauetus, Conſ. 182. n. 21 Hippol Marſil. Conſ. 20. n. 4. Conſ. 64. n 53. Rol. à Val. Conſ. 122. i l. in rem. D. de rei vẽd k Innocent. in c. Quoniã frequenter. t. Vt lite non cont. l Ioan. Oldẽdorp. d. tract. de vſuc. ca. de interrupt. l. naturaliter. D. de vſuc. arg. l nemo. D de reg. iur. nõ annot. ad v. 72. ſuprà. h. t. in Gl in l cũ quis § qui pro reo D de ſolut. & ib. Bar. Cynus in l. vlt. C. de duob. reis ſtipul. l. ſi cui C de non num. pec. Guido Papa. q 416. n. 10 n l. 2. D pro dona. o ex interpretat. Glo. & Nic. l. Vigelius, tit. de long. temp. præſc.

t Franciſ. Connanus d. lib. 3. Com. cap. 8. l. 1. & arg. l 2. C. de vſuc. tranſf. l ſicut. § quod ergo. & l. cum notiſſimi. C. de præſc. 30. vel 40. ann. u Male vero Bartolus in d. l. naturaliter D. de acq. vel am. poſſ. & Alex in addit ad eum Abbas & Felinus in c. illud de præſcr & alij quos ibi laudant, litis conteſtatione non impediri vſucapionem rerum mobilium quæ triennio perficitur, tradunt. Et abſurdum eſſet litis conteſtationem, quæ à iure ciuili tam potenter operatur in poſſeſsionem longi temporis x. vel xx annorum, qua res immobiles vſucapiuntur, ſolidam in mobilium poſſeſsione non poſſe autem aliquid contra poſſeſsionẽ rei mobilis valere & ideo d. l. vt DD fatentur. x Aemylius Ferretus in l. 3. D. h. t. Malè etiam Bartolus in d. l. 2. §. vlt. D. pro empt. quem Oldendorpius ſequitur. d. tract. de vſucap. cap. de interruptione vſucapionis, vſucapionem longi temporis litis conteſtatione tantummodo, non ſola citatione interrumpi dicit. z Franciſcus Connanus lib. 3. Com. iuris ciuilis, cap 15. vbi item male Bart. annotat non ſufficere libellum quo quis vocatur in ius de omni actione quam is volet actor intendere. debere enim ſaltem hoc liquere, an actio ſit perſonalis, vel in rem: aut de quantitate vel ſpecie. Connanus d. cap contra Bartolum.

Digitized by Google

Pars tertia tractatus, *De interruptione poſſeſsionis, vſucapionis, ſeu præſcriptionis.*

Interruptione vſucapionis naturaliter aut ciuiliter facta, quatenus, vel quomodo inchoari noua vſucapio poſsit.

LXXXI. p NAturaliter interrupta poſſeſſione, ſi iterum inchoem poſſeſſionem, non vitioſè (q ſunt enim variæ cauſæ poſſidendi) poſſidere vtiliter ad vſucapionem incipiam. r Sed ſi interrumpatur vſucapio à litis conteſtatione, niſi inſtantia perierit, non poſſum incipere poſsidere ad vſucapiendum s longo tempore, ſi dominus ignoret ius ſuum, alienationémve factam, ſed longiſsimum tempus exigitur.

CAP. III.

Quæ res vſucapionem recipiant vel non.

Eius capitis pars prior.

Quæ res vſucapionem recipiant.

LXXXII. t VSucapionem recipiũt, maximè res corporales.

LXXXIII. u Ius ſuperficiei vtique per tempus acquiritur.

Pars poſterior capitis ſuperioris.

Quæ res vſucapionem non recipiant.

LXXXIV. x PRæſcriptio longæ poſſeſſionis ad obtinenda loca iure gentium publica, concedi non ſolet. Quo ita procedit, Si quis ædificio funditus diruto, quod in littore depoſuerat, aut dereliquerat, ædificio alterius poſtea eodem loco extructo, occupanti datam exceptionem opponat: z vel ſi quis, quòd in fluminis publici diuerticulo ſolus pluribus annis piſcatus ſit, alterum eodem iure vti prohibeat.

LXXXV. a Vſucapionem ſimiliter non recipiunt res ſacræ, ſanctæ, b publicæ, & ciuitatum. c Et præſcriptio temporis iuri publico non debet obſiſtere, ſed nec reſcripta quidem. Atque ideò diruenda ſunt omnia quæ per diuerſas vrbes in foro, vel in publico quocunque loco contra ornatum, & commodum, & decoram faciem ciuitatis extructa noſcuntur.

LXXXVI. d Aduerſus functionem ſeu ciuilem canonem, vel aliam quamcunque publicam functionem, præſcriptio opponi non poteſt.

LXXXVII. e Iure ciuili Gallico res fiſcales quæcunque, aut patrimoniales Principis regiæve, nullo temporis ſpatio ne centum quidem annorũ vſucapi poſſunt. f Iure Normano quadraginta etiam annis vſucapiuntur, præter iura patronatus ſacerdotiorum.

LXXXVIII. g Redditus dominicus ceu patronalis pro iuris ſui ſymbolo quodam ac teſſera debitus (quẽ cenſum dicimus) vſucapi nunnullis legibus municipalibus Galliæ non poteſt. h Vt tamen minor modus aut quantitas præſtetur, effici vſucapione poteſt. i Etiam annuarum penſionũ præſtationi tẽporis præſcriptio opponi poteſt. k Iure Normano cuicunq; iuri quadraginta annis præſcribi poteſt.

LXXXIX. l Prædij gentilitij dominus, prædium clientelare, cui ea gratia manum iniecerit, quòd cliens nõ appareret, vllo temporis ſpatio vſucapere non poteſt: nec contrà cliens fidei atque clientelæ debito aduerſus patronum vllo tempore præſcribit.

XC. m Cùm tempore etiam longiſſimo, laudimia, operæ, fides, cæteráque obſequia quæ vario tempore variiſque ex cauſis patronis debentur exſoluta non fuerint, minimè id impedit, quominus quæ ſunt generis eiuſdẽ, quæ poſtea obuenẽt exigãtur: niſi ex eo tẽpore quo negata ſint, ſtatutũ tempus effluxerit.

XCI. n Quod meum eſt, iam vſucapere me intelligi non poteſt.

XCII. o Res furtiua, p aut vi poſſeſſa non vſucapitur longo tempore, id eſt decem vel viginti annis: niſi vitio purgatur: id eſt niſi ea in poteſtatem domini redierit: ſed ei longiſſimo temporis ſpatio, id eſt triginta vel quadraginta annis præſcribi poteſt. q Quod autem dictum eſt furtiuarum & vi poſſeſſarum rerum vſucapionem prohibitam eſſe, non eò pertinet, vt ne ipſe fur, quive per vim poſſidet, vſucapere poſſit. (nam his alia ratione vſucapio non competit, quia ſcilicet mala fide poſſident) ſed ne vllus alius, quamuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia cauſa acceperit, vſucapiendi ius habeat.

p Abbas in c. illud de præſc. arg. l. qui bona fide. D. pro empt.
q ſupra h. t. ca. quæ res ad vſucapionem requirantur, tota 1. parte d. titulo.
r l. 1. C. de præſ. long. temp. Paulus lib. 5 ſenten. t. 2 in fi. l. vlt. in fi. C. de præſ. 30. vel 40 an. in verb. poſt quam vtraque pars ceſſauerit.
s Auth. mala fides. C. d. t. de præſc. long. tẽp.
t l. vſucapionẽ. D. h. t.
u Io. Oldẽdor. tract. de vſuc. cap. in quibus cauſ. ceſſat vſucapio, n. 3. l. cum ſponſus. §. in vectigalibus. D. de Publ. in rem act. & quod in l. nunquam. D. h. t. traditur, nunquam longo tẽpore ſuperficiem ſine ſolo capi poſſe, intelligendum aduerſus dominũ ipſum cuius ſolum eſt.
x l. præſcriptio. D. h. t.
z falſò hac in contrariam ſententiam relatũ à Pandectarũ conditoribus in l. ſi quiſquam. D. de diuer. & temp. præſc. tradit Franc. Connanus lib. 3. comm. iur. ciui. cap. 16.
a l. vſucapionẽ. D. h. t. §. ſed alia. Inſt. eo. t. l. 2. C. ne rei dom. vel templ.
b Idem in l. viã publicam. D. de via publ. l. diligentes C. de aqua duct. lib. 11. l. vſus aquæ. C. de fund. rei princ. & ſaltib. diuo. domus, eodem lib. 11. c l. præſcriptio. C. de oper. publ. d l. comperit. C. de præſc. 30. vel 40. anno. l. vſucapionem D. h. t. § res fiſci. Inſt. eo. t. l. via publica. D. de via publ. tit. quæ ſunt regalia in vſibus feudor. e Edicto Franciſci I. Regis Galliæ. dies vlti. Iunij anni 1539. Carol. IX. Regis. Renatus Chopinus lib. 3. de domanio ti. 9. vbi refert iudicium Pariſienſis Curiæ 5. Cal. Iulij anni 1544. & 3. nonas Maias eiuſdem anni. & 3. Cal. Sept. an. 1531 de Matcuriana Baronia & lib. 2. t. 3. vbi aliud iudicium eiuſdem Senatus de Druidum com. tatu cõmemorat 4. non. May an. 1551. f Edicto perpetuo ſeu pragmatica Sanctione Ludouici Regis dies 19 Martij anno 1514 de priuilegiis Normanorum quam cartam Normanicam appellat & noua lege municipali Normaniæ verſu 507. quam rem tamen Gulielmus Vãquelinus fiſci patronus in Curia Rotomagenſis Senatus in conuentibus Normanni populi quibus hæ leges conſcribebãtur anno 1583 controuerſam fecit contendens eas res non minore ſpatio temporis quam centũ annorum: ac niſi cum iuſto titulo poſſe vſucapi aduerſus principem Iure vero ciuili Romano ſupremum illud ius Principis quod eius maieſtatis ac poteſtatis ſymbolum defertur quem cenſum vocant, vſucapi non poteſt. l. comperit. C. de præſc. 30. vel 40. anno. Res verò fiſci ſi ſint vectigales in eius dominium ac poſſeſſionẽ quadraginta annis vſucapiuntur l. 2. C. Com. de vſuc. Franc. Connanus lib. 3. Comm. iuris ciuilis cap. 16 l. Omnes. C. d. t. de præſc. 30. vel 40. ann. Et leges quæ non poſſe res fiſci vſucapi tradunt, ex veteris iuris ſententia intelligendæ, vt Iuſtinianeas Connanus ait. Ita verò fiſco quæſitis rebus, vt earum gratia habeat actionem, triginta annis præſcribitur. l. in omnibus. D. de diuer. & tempo. præſc. Bona autem eius qui requirendus annotatus eſt eadem iure Romano anno vſucapiuntur. l. 1. §. vlt. D. de iur. fiſc. Bona vacantia quadriennio. d. l. 1. l. intra quatuor D. d. t. de diuer. & temp. præſc. Quæ in commiſſum ceciderunt quinquennio. l. 2. D. de publica. & commiſſ. Cum titulo & bona fide res mobiles triennio cæteræ res nõdum fiſco quæſita decennio inter præſentes & vicennio inter abſentes. l. Quamuis D. h. t. g lege municipali Biturigum ta. de feudis. § 4. h Felinus in c. ad audientiam col. 7. ver. in quantum. de præſc. c. conſtitutam. & ibi Io. Andreas de relig. dom. c. omnis anima. & ibi DD. de cenſ. Bald. in l. Item ſi verberatum. §. ſi quis rem. in 2 not. D de rei vend. Id. in præl. Feudor. i d. lege municipali Biturigum. d. t. §. 6. k Ver. 507. Cui rei conuenit ſententia Abbatis in d. c. ad audientiam. & Cyni in d. l. comperit. C. de præſc. 30. vel 40. ann. arg. quod ipſa prædia vſucapi poſſunt: & quod ſignum efficacius eſſe non debet re ipſa. not. in c. cum venerabilem. & c. olim de cenſib. Ioannes Sanſo. in Conſ. Turonenſ. tit. Cõme on doit bailler rente par aſſiette ver. 10. l d. l. municipali Normaniæ ver. 126. m Cynus. Bart. Bald. & Salyc. in l. ſicut C. de præſc. 30. vel 40. an. Idem Baldus. in c. ex parte. Ada de teſt. & in c. ſancimus. de feudo ſine culpa non amit. Bar. & Io. Plateanus. in l. in filiis. C. de decur. lib. 10. idem in l. cum ſeruus §. illud. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Bald. in l. hæc etiam iura. D. de ſeru. vrba. præd. idem Plateanus in l. Agros. C. de fund. limitro. lib. 10. Io. Faber. in §. penul. Inſt. de iure perſ. licet idem Platea. in ll. ſi cohortalis. C. de cob. decat. Ang. & Bar. arg. d. l. & l. 2. C. de præſc. long. tẽp. exiſtimare cliẽtẽ 30. anni ſpatio & z. inter præſentes ſeſe in libertatem vendicare. n l. in bello. §. ſi quis ſeruũ. D. de capt. & poſtl. reu. § ex his quoque. Inſt. per quas perſ. nob. acq. o l. 4. §. quod autẽ. D. de vſurp. & vſuc. l. vlt. D. pro ſol. l. 1. & l. Sciens. C. de vſuc. pro emp. §. aliquando. Inſt. de vſuc. l. vbi lex. §. vlt. D. d. t. de vſurp. & vſuc. p l. ſi partẽ. C. de vſuc. pro empt. §. furtiuæ. Inſt. de vſuc. l. vlt. D. vi bo. rapt. q l. ſi quis emptionis. §. 1. C. de præſ. 30. vel 40 ann. l. 1. §. adhæc. C. de ann. exc. r §. quod autem Inſt. d. t. de vſucap.

XCIII. Furtiuarum rerum numero etiam habentur [t] res à filiisfamilias ſurreptæ parentibus, [t] res amotæ ab vxore. Nam veritate furtum fit ab ea, etſi lenius coercetur mulier. [u x] Similiter res pupilli ab eius tutore ſurreptæ. Nam tutor tunc domini loco habetur cùm tutelam adminiſtrat: non cùm pupillum exſpoliat.

XCIV. [z] Item ſi ex lana furtiua veſtimentum feceris, verius eſt, vt ſubſtantiam ſpectemus: & ideo veſtis furtiua erit.

XCV. [a] Quiſquis ſciens, rem alienam mobilem inuito domino vendit, donat, vel ex alia cauſa tradit, furtum eius committit.

XCVI. [b] Res autem furtiua vel vi poſſeſſa in poteſtatem domini rediiſſe dicitur, cùm eius poſſeſsioné nactus eſt tanquam rei ſuæ, non ſi quis ignorans eam ſibi ſurreptam emat: [c] & ſi is qui rem furtiuam vendiderit, poſtea domino hæres exſtiterit, venditio confirmatur.

XCVII. [d] Si pupillo res ſurrepta ſit, ſufficere dicendum eſt, ſi tutor eius ſciat rediiſſe eam in domum pupilli: ſed & ſi furioſo, ſufficere curatorem ſcire. [e] Similiter ſi rem mihi ſurreptam procurator meus apprehenderit, in poteſtatem meam rediiſſe videbitur.

XCVIII. [f] Si bona fide rem meam emeris, eámque ego ſurripuero, vel etiam tuus vſusfructus ſit, & eam contrectauero, tenebor tibi furti actioné, etiamſi dominus rei ſim. Sed his caſibus vſucapio quaſi furtiuæ rei nõ impedietur: quoniam etſi alius ſurripiat, & in meam poteſtatem reuerſa res fuerit, vſucapietur. [g] Et ſi rem quam tibi pignoraui, ſurripuero, eámq; vendidero, vſucapi poſſe conſtat: quia in poteſtatem domini videtur perueniſſe, quamuis mecum furti agi poſſit.

XCIX. [h] Fructus qui veniunt ex re furtiua, quia alij ſunt omninò à re ipſa, fiunt bonæ fidei poſſeſſoris: & ſtatim quidem, vt vſucapione opus non ſit. [i] Lana itaque detonſa apud bonæ fidei poſſeſſorem, quoniam in fructu eſt, ſtatim eius fit: non ſi apud furem detonſa eſt. [k] Similiter ex furtiuis equis nati fœtus, ſtatim ad bonæ fidei emptorem pertinét: & meritò, quia in fructu numerantur. [l] Pari modo ouium fœtus in fructu ſunt, & ad bonæ fidei emptorem pertinent, etiamſi prægnantes ſurreptæ venerint: lac quoque ſtatim fit bonæ fidei poſſeſſoris.

C. [m] Si quis propria authoritate vacuam alienæ rei poſſeſſionem occupauerit, quaſi furtina res [n] longo tempore vſucapi non poterit, [o] quoquo modo res illa vacans facta ſit, ſiue dominus [p] ab alio non occupante expulſus fundo ſit: ſiue dominus, ſi reuertatur, repelli ſe poſſe ſuſpicetur: [q] ſiue ſine hærede deceſſerit: [r] aut hærede relicto nondum adita ſit hereditas, aut dominus ſit abſens, vel diſſolutus neglector rei ſuæ. Nam ſcire debent omnes quod ſuum non eſt, ad alios modis omnibus pertinere. [s] Hoc ita, ſi dominus rem ſuam eſſe ignorauerit. Nam ſi ius ſuum & rei ſuæ factam alienationem ſciat, noua conſtitutione decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes ea res ab eo qui bona fide acceperit, vſucapietur. Alioqui non minore quàm triginta annorum ſpacio dominus ſubmouebitur.

CI. [t] Pignori rem acceptam vſu non capimus: quia pro alieno prorſus poſſidemus. [u] Sed non mutat vſucapio ſuperueniens pro emptore, vel pro hærede, quominus pignoris perſecutio ſalua ſit. Vt enim vſusfructus vſucapi non poteſt: ita perſecutio pignoris, quæ nulla ſocietate dominio coniungitur, ſed ſola conuentione conſtituitur, vſucapione non perimitur.

CII. [x] Prædium dotale non recipit vſucapionem ante ſolutum matrimonium: nec valet venditio prædij dotalis à viro facta ſcienti, vel ignoranti rem dotis eſſe. Sed ea confirmatur, ſi defuncta muliere in matrimonio, dos lucro mariti cedere debeat: vt confirmatur quoque venditio rei furtiuæ, ſi venditor domino eius rei hæres extiterit. [z] Cœptam autem rem vſucapi, ſi mulier det in dotem, non interpellatur ea ſola re vſucapio.

CIII. [a] Res pupillaris ſine tutoris authoritate vendita, [b] vel ab eo etiam qui pro tutore negotia gerebat, vſucapionem longi temporis non recipit. Sed ſi locupletior ea pecunia factus rem vendicet, doli mali ſubmouetur exceptione: [c] idem in rebus adulti ius eſt. [d] Sed ſi emero ab adulto quem maiorem putem, dicemus vſucapionem ſequi: vt hic plus ſit in exiſtimatione, quàm in re. [e] Vt & ſi à furioſo, quem putem ſanæ mentis, emero, quamuis nulla ſit emptio, nec de euictione naſcatur actio, nec Publiciana competat.

CIV. [f] Res prodigi, quem alienare iudex vetuit, vſucapionem non recipit, ſi hoc emptor ſciat.

CV. [g] Res alienari vetitæ à teſtatore, vſucapionem non recipiunt, ſi is cauſam expreſſerit cur id fieri vellet, & perſona inueniatur cuius intuitu hoc ſit factum. [h] Idem obſeruatur in contractu de re non alienanda.

CVI. [i] Quod contra legem repetundarum magiſtratui donatum eſt, non poterit vſucapi. Eadem lex venditiones omnes, locationes eius rei cauſa pluris minoriſve factas irritas facit, impeditque vſucapionem, priùs quàm in poteſtatem eius à quo profecta res eſt, heredisve eius veniat.

CVII. [k] Redhibitionis iuri redditus hypothecarij pecunia conſtituti nullo tempore præſcribi poteſt.

CVIII. [l] Vniuerſi gregis vſucapio non eſt, ſed ſingulorum animalium: ſicuti poſſeſſio, ita & vſucapio: nec ſi quid emptum immixtum fuerit gregi, augendi eius gratia, idcircò poſſeſſionis cauſa mutabitur: vt ſi reliquus grex dominij mei ſit, hæc quoque ouis, ſed ſingulæ ſuam cauſam habe-

buit: vt

[t] d.l.4.§.ſi rẽ pignori. D.h.t. [t] l.rerum amotarum, vltima ſic incipiente. D.rer.amo. [u x] l.qui fũdũ. § ſi tutor. D. pro empt. [z] l.cum ver. D. h.t. [a] l.2. C.de vſuc.pro empt. l.1.§.1. & vlt. D. de furt. l.vlt. C. vnde vi. [b] d.l.4.§. tũc in poteſtatem. D.h.t. l.Qui fundum § furtiua res. D.pro empt. [c] d.l.cum vir. [d] l.4.§.ſi pupillo. [e] l.ſi rem. D. d.t. [f] l.cum res.§.vlt. D de furt. [g] d.l.4.§.ſi rẽ pignori. l.ſi rẽ quam. D pro empt.l.vlt.D. pro ſol. [h] Franciſ.Cõnanus lib. 3. Com iur.ciuil. cap.16. [i] l.ſequitur.§.lana.D h t. [k] l.qui vas §.ſi ancillam.D. de furt. [l] l.Bonæ fidei ad fi. D. de acq.rer dom. [m] l.vlt.C.vnde vi. quæ l. corrigitur ius vetus, quo in quo ſine vi nactus erat poſſeſſionẽ vel negligentia domini vacantem, vel cum hæres defuncto non eſſet, vel longo tempore dominus abeſſet, vſucapere quidẽ non poterat: cũ mala fide poſſideret. Sed cũ alij bona fide accipienti tradidiſſet, is poterat vſucapere. l.fundi, & ſeq. D. de vſuc.§. quod autẽ. Inſt. eo.t. Ioãnes Oldẽdorpius tract. de vſucap. & præſc.c.in quib. cauſis ceſſat vſucapio, ver.5. [n] l.ſicut.& l.omnes.C.de præſc.30.vel 40.an. [o] d.l.ſequitur.§.ſi tu me vi. [p] l.ſi id quod.§ vlt.D.de acq.vel am poſſ. [q] l.cum hæredes.ibid. [r] d.l.ſi id quod.§.1.& d.§.vlt.l.furtum. §.1. D.h.t.l.ſi finita. §.non autem.D.de dam.inf.

[s] Auth. malæ fidei. C. d.t.de præſc. 30. vel 40. ann.noua Conſt. Iuſtin. vt ſponſalitia largitas. [t] l.pignori.D. h.t. [u] l.iuſte §.non mutat.D.ibid. [x] l.cũ vir. D. h.t.l. ſi fundũ. D.de fundo dota. l. in rebus. §. vlt. D.de iur.dot. [z] d.l.ſi fundũ. [a] l.Eum qui. C.de vſuc. pro empt. [b] l 4.§.ſi quis non ibi.N.3 & ſi. D. de dolo mal.exc. [c] l.non eſt ignotum.C.quib.nõ obijc. long. tẽp. præſc.l.vlt. C. in quib. cauſ. reſtit.in integ. non eſt neceſſ. Hoſtienſ.t. de vſuc.nu 5.arg l. alienationis. D.de verb.ſig. ſĩlĩter l.lex quæ tutores. C. de adm.tuto.ſcilicet quod quæ alienari prohibentur, non poſſunt vſucapi. [d] l.2.§ ſi à pupillo. D. pro empt. vbi eſt hyſterologia in text.in his verbis, vt hic ſit plus in re quàm in exiſtimatione. [e] d l.2.§.ſi à furioſo.l.pignoris. §.1. D.pro empt. [f] l ſi ab eo. D. h.t. [g] l.2. vbi Cynus. De vſuc. pro empt ſĩl l. l. filiusfamiliæ. §.d iu. 2. D de legat. [h] Bart.in l.vbi lex. D.h.t. [i] l.penult. D. ad leg.Iul.repe. l. bonæ fides,in princ D.de ac. rer. dom. noua Conſt. vt iudic. ſine quoquam ſuffrag. §. tametſi enim. [k] l. municipali Normaniæ, v. 530. Car.Mol. tract.de vſur. [l] l.rerum mixtura. D h.t.

(A) bunt: ita vt ſi quæ furtiuæ erunt, ſint quidem ex grege, non tamen vſucapiantur.

CIX. Pars adiecta fundo cum eo, non vſucapitur, ſed ſeparatim: Vt puta, [m] Si fundum Cornelianum pro emptore longa poſſeſsione vſucapiam, & partem ex vicini fundo ei adiiciam, eam partem pro emptore reliquo tempore nõ capiam: ſed integro ſtatuto tempore. Partes enim quæ empto fundo adiiciuntur, propriam ac ſeparatam conditionem habent: & ideò poſſeſſionem quoque earum, (B) ſeparatim nanciſci oportet, & longam poſſeſsionem integro ſtatuto tempore impleri.

CX. [n] [o] Lapides, tigna, & cætera ædium materia cum ædificio non vſucapiuntur: cùm ſint mobilia, ac dirutis ædibus vendicari poſſunt, earúmque tetum exinde vſucapio incipit: ſed vt alio loco dictum eſt, quamdiu ædificio cohærent, tolli non poſſunt.

CXI. [p] Qui fundum longa poſſeſsione cepit, non etiam theſaurum cepiſſe placet, ſi (C) neſciat in fundo eſſe. Is enim qui neſcit, non poſsidet theſaurum, quamuis fundum poſsideat. Sed & ſi ſciat, non capiet longa poſſeſſione, quia ſcit alienum eſſe.

CAP. IIII.

Quæ perſonæ vſucapere poſsint, vel non.

Prior pars.

Quæ poſsint.

CXII. [q] Vſucapere quidẽ poteſt ſcilicet paterfamiliâs, & filiuſfamiliâs, & maximè miles acquiſitum in (D) caſtris vſucapiet. [r] Pupillus quoque ſi tutore authore cœperit poſsidere, vſucapit: ſed & ſi non tutore authore poſsideat, & animũ poſſidendi habeat, dicemus poſſe eum vſucapere. [ſ] Eum etiam qui poſteaquam vſucapere cœperit, in furorem inciderit, vtilitate ſuadẽte receptum eſt (ne langor animi damnum (E) etiam in bonis afferat) ex omni cauſa implere vſucapionem.

CXIII. [t] Non vſucapimus rem nobis per procuratorem acquiſitam, niſi ex eo tempore quo ſcierimus: licet acquirat nobis etiam ignorantibus poſſeſsionem.

Pars poſterior.

Quæ perſonæ vſucapere non poſsint.

(F) CXIIII. [u] Emphyteutam, [x] conductorem, [z] procuratorémve præſcriptione vlla dominium ſibi non quærere plus quàm manifeſtum eſt. [a] Similiter nec eum qui precario poſsidet, [b] nec fructuarium: [c] nec eum cui res commodata eſt, aut apud quem eſt depoſita.

CAP. V.

De temporibus vſucapionum, ſeu præſcriptionum.

Prima pars.

De ſemeſtri præſcriptione.

(G) CXV. [d] Conſtitutione Regiâ aromatopolæ, piſtores, ſartores, ſabti

m l. Qui fundum. § 1. D. pro empt.
n o l. eũ qui a-des. & l. nunquam ſuperſiones. D. h. t. Franciſ. Connanus lib. 3. Com. iur. ciuil. cap. 15
p l. 3 §. inde Neratius. D. de acq. vel amit. poſſ.
q l. 4. § 1. D. h. t.
r l. Sequitur. §. pupillus. ibid.
ſ l. miſto errore. § eum qui. & d. l. Sequitur. §. furioſus. ibi
t l. 1. C. de acq. & retin. poſſ. l. ſi emptam D. pro ſolut.
u l. cum notiſſimi. §. vlt. C. de præſc. 30. vel 40. anno.
x d. §. vlt. & l. 2. C. de l. 1. C. com. de vſuc. l. 1. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſc.
z d. l. 1. C. de acq. poſſ.
a l. cum heres. D. de diuer. & temp. præſc. l. 2. C. de præſc. 30. vel 40. ann.
b l. acquiritur. §. vlt. D. de acq. rer. dom. l. neque fructuariam. C. de vſufr. & hab. §. vſufructuarius Inſtit. per quas perſo. nob. acq.
c l. res commodata. & l. ſeq. D. com. l. 2. §. quod vulgo. D. pro hæred. d. §. quod vulgo.
d Conſt. Ludouici XII. Regis Galliæ, menſis Iunij 1510. ver. 67. cui cõuenit lex municipalis Normanæ ver. 533. quod attinet ad viliores mercatores, opificéſque, cuiuſmodi piſtores, ſartores, veſtium concinnatores, ſellarij, lanij, cupedinarij, ac conſimiles.

(A) ferrarij, veſtium confectores, caupones, ſutores, ſellarij, opifices, ac ij generaliter qui merces minutatim venditant, operáſve in diem locant, ſemeſtri ſpatio ex venditionis vel operarum die decurſo, actionibus ſuis cadunt: niſi chirographum ea de re confectum, vel publicæ tabulæ, rationúmve excuſsio, aut iuridica interpellatio debitoris facta à creditore acceſſerit.

(B)

Secunda pars.

De annali præſcriptione.

CXVI. [e] Si quis annum & diem rem aliquam ſine lite poſſederit, eius poſſeſsionẽ retinet quoad proprietatis quæſtio terminetur: [f] nec interdicta poſſeſsionis cauſa poſt id tempus competũt, præterquam aduerſus ſacerdotij ſine titulo poſſeſſorem.

(C) CXVII. [g] Poſt annale ſpatium damni à pecudibus alienis illati, negantur actiones.

CXVIII. [h] Iniuriarum actioni annuo tempore præſcribitur.

CXIX. [i] Famulatus domeſtici merces poſt annum quo quis famulitio exceſsit, peti ab eo non poteſt: nec intra annũ quidem, niſi triennij proximè præteriti mercedes: niſi publica ea de re ſcriptura, aut ſyngrapha facta fuerit, vel in iure petitio.

(D) CXX. [k] Lege municipali Normana panni venditores, mercium quarumcunque, aromatum, aurifices, qui tecta ædium tegulis operiunt, latomi, fabri lignarij, chirurgi, agricolæ, aliique qui operas locantes pretij mercium, operarúmve petitione anno excluduntur: niſi chirographum, contractus, iis de rebus, rationéſve confectæ, aut in ius vocatio interceſſerit.

CXXI. [l] Quibus actionibus inchoandis (E) annalis meta præfinita eſt, ſi in iis perſequendis anni & diei mora admiſſa eſt, perit inſtantia.

Tertia pars.

De triennij præſcriptione.

CXXII. [m] Iure ciuili Romano, ſi quis alienã rẽ mobilem, ſeu ſe mouentẽ bona fide per continuum triennium detinuerit, (F) eam firmo iure poſſidere poteſt, quaſi per vſucapionem acquiſitam: eique continuatur anterioris iuſti poſſeſſoris poſſeſſio.

CXXIII. [n] Iure ciuili Gallico ei qui ſacerdotium [o] [p] cuius incapax nõ ſit, triennium pacificè poſſederit, de eo moueri ampliùs nulla lis poteſt.

e Conſtitutione Ludouici Regis Galliæ de priuilegiis Normanorũ, quod ius & in reliqua Gallia obſeruatur. Ioannes Faber in §. retinendæ. Inſt. de interd. Ioannes Imbertus Inſtitutionum Forenſiũ lib. 1. cap. 33. Conſtitutione Franciſci Regis Galliæ 27 Auguſti, anno 1539. verſ. 61. Siquidem modo Iure ciuili Romano, interdicta quæ poſſeſsionis plerunque gratia comparata ſunt, anno ſunt. l. ex quibus. D. de interd. dies autem anno adijcitur, vt vitetur ambiguitas illa quæſtio. an dies termino numeretur in termino: de qua Guido Papa. qu. 270.
f d. Conſtit. Franciſ. I. Regis.
g lege municipali Normanæ, verſ. 531.
h l. ſi non conuitij. C. de iniur. §. vlt. Inſt. eo t.
i Cõſt. Ludouici XII. Regis, mẽſ. Iunij 1510. verſ. 67.
k verſ. 534.
l Ioannes Imbertus. Inſtit. Forenſ. lib. 1. cap. 33.
m l. vn. C. de vſuc. transf. §. 1. Inſt. h. t. Iure verò ciuili Gallico mobilia non niſi triginta annorum præſcriptione acquiruntur. Ioannes Imbertus lib. 1. Inſtitut. Forenſ. cap. 35. in fi. Boerius in conſuet. Biturig. tit. de præſcript. §. 7. lege municipali Normana verſ. 532. In quibuſdam tamen prouinciis res mobiles ad inſtar rerum ſoli 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes vſucapiũtur: vt lege municipali Pictonũ, v. 236. & ſeq.
n tit. de pacificis poſſeſſoribus in Pragmatica ſanctione, & eo tit. in concordatis inter Franciſcum I. Regem Galliæ, & Leonem X. Pontificem Max.
o p Tametſi generaliter loquantur dictæ ſanctiones, ſic ſunt intelligendæ arg. l. Emancipari, iuncta Glo. D. de adopt. l. Omnes. & ibi Glo. C. ſine cenſu. l. 1. C. de fid. Inſtrum. l. vt gradatim. D. de muner. & honor. Hipolyt. in l. Vnius. § cognitorum. D. de quæſt. Glo. in reg. Cancell. Chaſſaneus in conſuet. Burgundiæ. t. de ſucceſſio. § 2. glo. habile. Quippe cùm capacitas non acquiratur vſucapione. c. cum cauſam, & ibi Petrus Ancharanus, de elect. c. ex parte. de teſtam. vbi Bald. Petrus Rebuffus in d. l. de pacif. poſſ. in d. Concord.

CXXIV. Nec poſt triennium quo quis magiſtratum, munúſve publicum in Gallia ſiue controuerſia obtinuerit, moueri ei quęſtio eius nomine poteſt.

CXXV. [q] Poſt triennium, Actuarij procuratoréſque ſalaria exigere non poſſunt.

CXXVI. [r] Si controuerſiæ diſceptatio triennium intermiſſa ſit, inſtantia perimitur: [s] nec renouari reſcripto Principis poteſt, [t] ac Iure Gallico ne ex actis cauſæ quidem interruptionem vſucapionis, is aduerſus quem vſucapitur, poſt id tempus aſſerere ſibi poteſt.

Quarta pars.

De quinquennij præſcriptione.

CXXVII. [u] IVre ciuili Gallico poſt quinquennium annuæ præſtationes reliquiæve, redditus hypothecatij pecunia conſtituti, præteriti temporis nomine peti non poſſunt.

Quinta pars.

De præſcriptione decem annorum: ex Conſtitutione Ludouici XII. Regis.

CXXVIII. [x] IN integrum reſtitutio ob contractus, diſtractúſve vllos, aut acta inter aliquos quæcunque negotia ex doli, fraudíſve cauſa, metus, vis, deceptionis vltra iuſti pretij dimidium, poſt decennium non datur ex eo die numerandum, quo contractus initi, diſtractúſve ac geſtæ res inter aliquos fuerint, ac metus, vis, aut aliud impedimentum, quo vel legibus, vel neceſſitate quis agere prohibebatur, ceſſauerint.

Sexta pars.

De præſcriptione, vſucapionéve rerum à minoribus quæſitarum poſt trigeſimum quintum annum ætatis.

CXXIX. [z] IVre Gallico poſt triginta & quinque annos perfectè impleros quis prętextu minoris ætatis non poteſt aduerſus contractum à ſe initum reſtitutionem petere, aut perſequi vt contractus is reſcindatur, vel irritus fiat ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue is contractus nullius momenti dicatur propter alienationem prædiorum & aliarum rerum mobilium minoris, ſiue iudicis decreto factum, ſiue ob læſionem, deceptionem, vel circunuentionem: niſi in ſimili cauſa maiores viginti quinque annis reſtitui poſſent, aut iuuari aliquo iuris remedio. Iure verò ciuili Normano quo ſuæ tutelæ fiũt ac maiores exiſtimantur qui viceſimum ætatis annum exceſſere, ætas triginta annorum idem efficit quod in cætera Gallia triginta quinque.

Septima pars.

De præſcriptione longi temporis decem vel viginti annorum.

CXXX. [abc] IMmobilia aliena pręſentibus quidem iis, quorum intereſt decẽnij ſpacio, abſentibus verò vicennio [d] bona fide [e] continuò poſſeſſa vſucapiuntur.

CXXXI. [f] Idem obſeruatur & ſi res non ſoli ſint, ſed incorporales quæ in iure conſiſtunt: [g] veluti vſusfructus & cæteræ ſeruitutes. [h] Similiter & iuriſdictio, & ius vectigalis percipiendi.

CXXXII. [i] Præſentia verò vtriuſque & eius qui vſucapit, & eius cuius res ſit exigitur: præſentéſque intelliguntur qui in eadem prouincia domicilium habent. [k] Prouincias autem magis eſt vt intelligamus, quæ eoſdem habent iuridicos. [l] Quòd ſi eiuſdem prouinciæ ſint vtrique quos diximus, non inquiritur vbi locorum res, de quorum vſucapione agitur, ſitæ ſint. Quid enim vetat, cùm eiuſdem prouincię ſint, quorũ de re quęſtio eſt, litem in ea exerceri: cùm diuino motu quodam ac ſubtiliſſimo ingenio maiores noſtri actiones, earúmque iura inſtituerint, vt incorporales conſtitutæ vbique ius ſuum, effectúmq; corporalem valeant exercere?

CXXXIII. [m] Cùm quis quodam tempore præſens ſit, quodam abſit, adiiciuntur ei ſupra decennium tot anni quot annis ex decẽnio abſens fuerit.

CXXXIV. [n] Reipublicæ rationes ſubſcriptę & expunctę, aduerſus eum quidem qui adminiſtrauerit vltra viginti: aduerſus verò hæredem vltra decem annos retractari non poſſunt: [o] & ſi gratioſè expunctæ ſint, poſt decem annos non retractantur. [p] Calculi verò error vſque ad trigeſimum annum poteſt retractari.

CXXXV. [q] Si fraude ac dolo inductus, etiam maior annis quiſpiam vendiderit, longi temporis præſcriptio locum non habet, quæ bonam fidem in contractu deſiderat.

CXXXVI. [r] Si res à malæ fidei poſſeſſore alienata ſit, ſi quidem dominus ius ſuum ignorauerit, alienationémque rei, triginta anni ad vſucapionem exigentur. Sed ſi dominus iuris ſui, alienationiſque non inſcius litem conteſtatus non ſit, decem annorum poſſeſſio inter præſentes: viginti verò inter abſentes vſucapionem complebit.

CXXXVII. [s] Aduerſus minores præ-

q Conſtitutione Ludouici 12. Regis, menſis Iunij, an. 1510. ver. 48.

r l. Properandum in prin. C. de iud. Imbert. lib. 1. Inſt. Forenſ. cap. 35. Sed iure ciuili Romano id quidem obſeruatur in cauſis ciuilibus. Sed in cauſis criminalibus intermiſſione biẽnij inſtantia perit l. vlt. C. vt intra cert. temp. criminal. act. term.

ſ Conſtit. Franciſci I. Regis, diei 27. Aug. 1539. ver. 120.

t Conſtitutione Caroli IX. Regis, anni 1563. verſ. 25.

u d. Conſt. d. Ludo. XII. Reg. v. 71.

x d. Conſt. ver. 46.

z Conſtitutione Franciſci I. Regis Galliæ, menſis Auguſti, anni 1539. ver. 134. ex verſione Ioannis Imberti. Inſt. Forenſ. lib. 1. c. 34. Iure verò ciuili Romano vtilis annus dabatur huic reſtitutioni poſt ætatem ſex & viginti annorum, pro quo Iuſtinianus quadriennium continuũ ſtatuit l. vlt. C. de tempo. in integr. reſtit.

a b c l. præſcriptione. C. Quib. non obijc. long. tempo. præſcr.

d d. l. ſi fraude. C. de præſc. lõg. temp.

e l. longi temporis præſcriptio ibid.

f l. vlt. ibid.

g l. corruptionem C. de vſufr. l. ſicut C. de ſeru. & aqua. Bart. in l. in ſito errore. §. non mutat D. de vſufr. & l. 3. §. ex contrario. D. de acq. poſſ. arg. l. ſi ergo. §. 1. D. de publ. in rem. act. ſcilicet cùm vſusfructus cauſa Publicianaa ſtra detur, vſucapione acquiri vſumfructum manifeſtum eſt. male verò Gl. & Cynus in l. vlt. C. d. t. de præſc. long. tem po. 10. vel 20. ann. interpretantur vſumfructum vſucapi poſſe, id eſt libertatem vſusfructus quia vſusfructum longo tempore acquiritur, vel etiam amittitur d. l. Corruptionem, & d. l. ſicut.

h Bart. in d. §. non mutat. & l. ſi ergo. §. 1. D. de Publ. in rem actio.

i l. vlt. C. d. t. de præſ. lõg. tẽp.

k Glo. & DD. in d. l. vlt. Budæus in annot. ad l. ſi in aliquam. D. de off. Proc. & leg.

l d. l. vlt. in Auth. Quod ſi quis. C. d. t. de præſ. lõg. tẽp. l. præſcriptione. C. quib. non obijcit longi tempo. præſc. Noua Conſt. Iuſtin. vt ſponſal. Larg. ſpec. ſit contra. n l. in omnibus. D. de diuer. & tempo. præſc. o l. calculi. D. de adm. rer. ad ciuit. pertin. Franc. Connanus lib. 3. Com. iur. ciu. cap. 18. p Idem Connanus ibidem per l. omnes. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. q l. ſi fraude. C. de præſ. long. temp. r Conſt. noua Iuſtin. 119. §. cæterum. Auth. malæ fidei. C. de præſcr. long. temp. Quæ Auth. ea ll. corriguntur, quibus traditur fraudem authoris nihil obeſſe ſucceſſori, qui ex titulo peculiari rem accepiſſet, nec vellet vti acceſſione authoris: vtpote l. An vitium in prin. D. de diuer. & temp. præſc. l. Apud Celſum. §. de authoris. D. de dol. & met. exc. in titulo autem vniuerſali perfidia defuncti nocebat, & nunc quoque nocet hæredi ſecundùm Ioannis Oldẽdorpij ſententiam, tract. de vſucap. & præſ. cap. de ſignificatione vſucapionis & præſcriptionis. ſ l. 3. C. quib. non obijcit. long. temp. præſc. DD. tamen exiſtimãt vſucapionem quidem aduerſus minorem non incipere: ſed cœptam contra maiorem conſummari, contra minorẽ, vel pupillum quidem: quod confirmant l. etiam eo. D. de mino. & l. Bona fides. D. de acquir. rer. dom. & l. ſi fundum. D. de fun. dota. vt & refert Ioannes Papo tertio not. tr. lib. 9. reſtitutionis tamen eſſe locum aduerſus eam præſcriptionem. Sed Iuſtinianus l. vlt. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. nõ eſt neceſſaria, generaliter definitiõ omnibus cauſis, in quibus vetera iura currere quidem temporales præſcriptiones aduerſus minores conceſſerunt. Per in integrum autem reſtitutionem eis ſubueniebãt, eas ipſo iure non currere: melius etenim eſſe, intacta communia iura ſeruari, quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere, videlicet exceptionibus triginta vel quadraginta annorum in ſuo ſtatu remanentibus.

ſcriptio longi temporis locum non habet. ᵗSed nec contra abſentes vel reipublicæ cauſa, vel fortuito caſu.ᵘ Quo fit, vt tempus quo in bello quis fuerit, cùm expeditio eſſet, non etiam id quod citra expeditionis neceſſitatem in aliis locis, vel etiam domi ſuæ fuerit, vel in comitatu Principis occupatus, ita vt diſcedere non potuerit, vt medendi cauſa aliáve conſimili aduerſus præſcriptionem longi temporis proſit.

CXXXVIII. ˣSi pro indiuiſu communis res ſit inter ſocios vel cohæredes, longi temporis præſcriptio locum non habebit.

CXXXIX. ᶻHæreditatis petitio etiam poſt longum tempus locum habet aduerſus eos qui pro hærede vel pro poſſeſſore poſſideant. Sed ſi pro empto, vel donato, vel alio titulo res quæ ex hæreditate ſint, vel fuerint, poſſideantur, quominus eæ vendicari poſſint, obſtabit exceptio.

CXL. ᵃDebitor pignori datam rem vel hæres eius vſucapere contra creditorem longo tempore non poteſt, alios nihil prohibet: ſed ſi vſuceperint, perſonalis actio creditori ſalua manet.

CXLI. ᵇQuas actiones aliâs decennalis, aliâs vicennalis, aliâs tricennalis præſcriptio excludit, eæ ſi loco religioſo competant, quadraginta annis excluduntur.

Octaua pars.

De præſcriptione viginti annorum criminum cauſa.

CXLII. ᶜ QVerela falſi, non niſi viginti annorum exceptione excluditur: ſicut cætera quoque ferè crimina.ᵈ Peculatus tamen crimen ante quinquennium admiſſum obiici non poteſt.ᵉ Similiter nec adulterium.

Nona pars.

De præſcriptione triginta annorum.

CXLIII. ᶠ IN pleraque Gallia tam ea quę moribus quàm quę iure ciuili Romano regi dicitur, non decem vel viginti annis, ſed triginta demum res immobiles vſucapiuntur.

CXLIV. ᵍPoſt triginta annos actiones de vniuerſitate, perſonaléſque non competunt. Et ſi quæ res, vel ius aliquod poſtuletur, vel actio moueatur, vel perſecutio fiat, nihilominus erit agenti triginta annorum præſcriptio metuenda. Quod ius aduerſus eum locum habet, qui pignus vel hypothecam nō à ſuo debitore, ſed ab alio per longum tempus poſſidente velit vendicare. ʰ Nemo itaque audeat ⁱneque actionis familiæ erciſcundæ, ᵏneque communi diuidundo, neque finium regundorum, neque pro ſocio, neque furti, neque vi bonorum raptorum, neque cuiuſquam perſonalis actionis tempus longius triginta annis interpretari, ſed ex quo ab initio competit, & ſemel nata eſt, poſt id tempus extingui.

t l. ſi poſſeſſio. C. d. t. Quib. non obij. long. temp. præſc.
u d. l. 2. & vlt. ibid.

x l. 3. C. in quib. cauſ. ceſſ. log. temp. præſ. legē municipali Normanæ ver. 529. quæ vult quadraginta quod. in annorum præſcriptione eſſe locum inter cohæredes ſtatuit ante diuiſam hæreditatem.
z l. hæreditatis. C. d. t. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſ.
a l. 1. & 2. C. ſi adu. cred. præſc. oppo. l. 1. § cum prædium. D. de pign.
b Auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl.
c l. querela. D. ad leg. Cor. de falſ.
d l. Peculatus crimen. D. ad leg. Iul. pecul.
e l. mariti. §. quinquennium. l. quinquennium. D. ad leg. Iul. de adult.
f Ioannes Imbertus libro Inſt. Forenſ c. 35. in fi. Boerius in Conſ. Biturg. tit. de præſcript. §. 7.
g l. 3. C. de præſc. 30. vel 40. anno.
h l. 1. C. de an. except.
i non naſcitur hæc actio, niſi ex quo quis pro mouetur ad diuiſionem. l. 1. C. fa. erciſ. nec poteſt vſucapionis exceptio opponi aduerſus eū qui cū alio poſſidet l. male agitur. de præſc. 30. vel 40. an. ex Mart. ſententia, & Bar. in d. l. 1. quam Gloſa non probat ... poſt id tempus ... opinionis Martini lex munic. Normaniæ, vers. 529. k ea actio ut & pro ſocio naſcitur, vbi quis vult à ſocietate diſcedere. l. tandem. C. pro ſoc.

A CXLV. ˡIuri adeundæ hæreditatis triginta annis præſcribitur, ex quo ſcilicet ius adeundi quis habuit.ᵐ Idem & in iure ſeſe immiſcendi quod ſuis hæredibus competit.

CXLVI. ⁿIuri agendi ad ſupplementum legitimæ liberorum in hæreditate parentum portionis minore ſpatio quam triginta annorum præſcribi non poteſt.

CXLVII. ᵒSi fundus ea lege venierit, vt ſi venditor pretium quandoque obtuliſſet,
B fundus reſtitueretur, eo iure triginta annis venditor excludetur.

CXLVIII. ᵖHoc tempus mulieribus, abſentibus, militibúſque currit: pupillis nequaquā niſi cùm ad eos annos peruenerint, qui ad ſollicitudinem pertinent curatoris.

Decima pars.

De quadraginta annorum præſcriptione.

C CXLIX. ᑫ QVæ actiones non excluduntur triginta annorū ſpatio, quadraginta annis pereunt: nec vllum ius vel priuatum, vel publicum ſilentio iugi quadraginta annorum extinctum peti poteſt; ʳexceptis tamen functionibus publicis, ciuili canone, & publica collatione.

CL. ˢHypothecariæ actioni, ſi ab extraneo res ᵗetiam mala fide poſſideatur, triginta annisᵘ aduerſus creditorem præſcribitur: ſi à debitore, non minore quam quadraginta an-
D norum ſpatio. ˣA quo tempore minor ætas ſubducitur. ᶻSed qui debitori hæres non extitit, prædiúmque bona fide poſſedit, poſt decem vel viginti annorum ſpatium neque perſonali actione, quia debitori non ſucceſſit, conueniri poteſt, neque prędia per interuallum longi temporis ei auferenda ſunt.

CLI. ᵃCreditor anterior, ſi res à poſteriore poſſideatur aduerſus eum, ad quadrageſimum vſque annum mouere actiones pote-
E rit, ſi quidem communis debitor viuat: quia tùm confidere quadamtenus videtur quaſi debitor per poſteriorem creditorem poſſideat. Sed ex quo debitor in fata conceſſerit, triginta annis actio extinguitur. ᵇIdem tempus obſeruatur cùm poſterior creditor offerre debitum volet priori creditori qui rem pignoratam poſſideat, vt triginta annorum vel quadraginta ſpatium pro ratione vitæ vel mortis debitoris exigatur.

F CLII. ᶜIus luendi pignoris triginta vel quadraginta annorum præſcriptione non

l Imb. Romanus Conſ. 71. l. ſicut. in verb. non quia adire non eſt. C. d. t. de præſ. 30. vel 40. an. Alex. Imola in l. 1. C. quando nō pet. part. Socinus Conſ. 64. Pau. Caſtr. Conſ. 379
m Boerius Deciſ. Burdeg. 58. n. 8. contra Felini ſententiā in c. de quarta de præſc.
n Idē Boer. in Deciſ. Burdeg. 210. Guido Papa, Deciſ. Gratianop. 82. Bald. Ang. Salyc. Paulus & Iaſon. in l. ſi quis filiū. C. de inoff. teſta. Contra Bartoli ſententiam in d. l. & Conſ. 14. & Guidonis Papæ ſibi diſſidentis Cōſ. 170 & Socini Cōſ. 250. vbi quinquennio præſcribi docent ſicuti inofficioſi teſta. querela.
o Ioannes Faber. in l. cū notiſſimi. C. de præſc. 30. vel 40. ann. Iaſ. in l. petens. C. de pact. & in l. ſi mater. C. de Inſtit. & ſubſt. Felinus in c. cū accepiſſent. col. 20. de conſtit. Bald. Cōſ. 203. col. 1. Boerius. in Conſ. Bitur. §. 1. contra Alciati ſententiā in rubr. de præſ. Raphaelis Fulgoſii Conſ. 124. Andreæ Siculi Conſ. 51. in 1. part. col. 10. Fabiani à

monte ſancti Sabini tract. de empt. & vend. in 7. qu. princ. ver. tertiò quæro. Angeli, in l. cum ita ſtipulatus ſum mihi à Procula. D. de verb. oblig. Bart. Veronenſis, Cautel. 68. p l. 3. C. d. t. de præſc. 30. vel 40. ann. q l. Omnes. C. d. t. de præſc. 30. vel 40 ann. & ad auret. de præſc. r l. competit. C. d. t. de præſ 30. vel 40. an. ſ l. cū notiſſimi. ibi. t Glo. in d. l. in verb. ſpatio. u l. 1. & 2. C. ſi adver. cred. præſc. oppo x d. l. cum notiſſ. §. 1. z d. l. 2. a d. l. cū notiſſ. § ſed cum illud. b d. l. § eodē in e. c Iacobus Cuiacius in l. Pignoris. D. de vſurp. & vſuc. ex ſententia Rogerij contra Bulgarum, arg. quod filiofa. non nocet præſcriptio, quod non egerit cum à patre illud obtinere facile nō poſſet. l. 1. §. vlt. C. de ann. excep. & tamen expeditior plerumque ſit agēdi quàm ſoluendi facultas arg. itē quod creditoris poſſeſſio debitori ad præſcriptionem prodeſt. d. l. cū notiſſimi. § ſed cum illud. Vnde ſit abſurdū dicere præſcriptionē ei etiam nocere quo minus cum creditore actione pigneratitia experiatur. Nō obſtat hic § eodē in d. l. cū notiſſi. quo non dicit ius liberandi pignoris præſcriptione tolli ſed hypothecariam actionē, quam poſterior cōtra priorem creditorē habet, longiſſimi temporis præſcriptione tolli. Nec item obſtat l. nec creditores. & l. vlt. C. de pign. act. quæ de nata iam actione pigneratitia loquuntur, quam longo tēpore tolli negant, eandem vero longiſſimo tempore tolli Ioānes & Græcus interpres cōfirmāt.

collitur, niſi ex quo pignetatitia actio nata ſit quæ non naſcitur antequam debitot pignus repignotauerit.

CLIII. Eas actiones quas decennalis, aliâs vicennalis, aliâs tricennalis præſctiptio excludit, ſi loco teligioſo competant, quadraginta annis excludi, ſi quis bona fide cum titulo poſsideat,[d] ſuprà relatum eſt.

CLIV. [e]Decimatum poſſeſſutes proſanos homines, munetibúſque ſactarum rerũ ſunctionibúſque non addictos, ne tempotis quidem longitudo etiam cuius memoria nõ extet, niſi ante Lateranenſe Concilium, tuetur.

CLV. [g]Lege municipali Normaniæ prouinciæ, poſſeſsio quadraginta annorum per continuum tempus abſque contentione ac lite, cuicunque petſonæ pro titulo eſt: ac quoſuis poiſeſſores tuetur: niſi quod ad patronatus ſacerdotiorum ius regium, aliarúmve perſon arum attinet.

CLVI. [h] Eadem lege facultati redimendi quocunque tempore prædij lege, venditionis petmiſſę eodem annorum ſpatio præſctibitur.

CLVII. [i]Ea quoque lege facultati tedditus pecunia æſtimati in dotem a parentibus dati filiæ, vel ab eius fratre, ea cunditione vt tedimi poſſet quadraginta annis, præſcribi poteſt à filia, eiuſque liberis: ſed ſi alienatus alius perſonis ſit redditus, rediini perpetuò poterit.

CLVIII. [k] Illa portò lege redditui ſoli fundíve cauſa, vel in ſupplementum hæreditariæ portionis ſub redimendi conditione conſtituti, quadraginta annis præſcribitur.

CLIX. [l]Hac eadem lege inter cohæredes ſiue primigeni ſint, ſiue his minotes, quadraginta annorum præſcriptio diuiſionem hæreditatis non impedit: ſed ab eius diuiſione initium capit.

Appendix.

Communia de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum.

CLX. [m] PRæſctiptio triginta vel quadtaginta annotum quoſuis poſſeſſores tuetur: tametſi titulo careant, malaque fide poſſediſſe dicantur.

CAP. VI.

Quando, & aduerſus quos interquieſcat vſucapio.

CLXI. [a] FIliiſfamiliâs in omnibus iis caſibus, in quibus habent tes minimè patribus ſuis acquiſitas, nulla temporalis exceptio opponi poteſt, niſi ex quo actionem mouere potuerint, id eſt, poſtquàm manu patetna, vel eius, in cuius poteſtate etant conſtituti, fuetint liberati. Quis enim incuſare eos poterit, ſi hoc non fecerint, quod etſi non maluerint minimè adimplete, lege obuiante valebant? [o] Nec vlla etiam tẽporis ptęſcriptio aduerſus mulieres opponi poteſt: niſi ex quo tẽpore potuetũt ſuas actiones mouere, id eſt poſt ſolutũ matrimoniũ, vel cùm mariti vergete ad inopiam cœperint.[p] Et generaliter, cùm qui agere [q] iure ciuili prohibentur, ceſſat ptæſcriptio. [r]Sed ſi alia ex re impedimentum exſtiterit, contrà eſt.

CLXII. [ſ] Pupillari ætati, quamuis ſub tutoris defenſione conſiſtat præſcriptio, nõ opponitur.[t]Adoltis præſcriptio triginta vel quadraginta annorum nocet,[u] non longi temporis, id eſt decem vel viginti annorum.

CLXIII.[x] Ex præſcriptione decem vel viginti annorum, deducitur tempus quo quis reſtituitur: vt tempus militiæ, tempus iuſtæ abſentię, aut neceſſariæ. [z] Ex præſcriptione triginta annorum tantùm ætas pupillaris.

CLXIIII. [a] Quo tempore iacet hæreditas, præſcriptiones ceſſant.

CLXV. [b] Si quinquennij dilatio debitori ad ſoluendum conceſſa ſit, temporis præſcriptio interim quoque ceſſat.

CAP. VII.

De reſtitutionibus in integrum aduerſus vſucapionem, ſeu præſcriptionem.

CLXVI.[c] ADuerſus præſcriptionem ſi quid impedimẽti cuiquam inciderit, quo ſuis actionibus experiri ſit prohibitus, reſtitutio datur: [d] etiamſi culpa eius impedimentum attulerit.[e] dummodo ſe ab eo liberare minimè potuerit. [f]Itaque ſi quis ſic tempeſtate in aliquo loco vel regione detineatur, vt neque experiri, neque mandare poſsit, in ea cauſa eſt vt experiundi poteſtatem non habeat. Nam qui ægrotus mandare actiones poteſt, experiundi videtur habere poteſtatem.

CLXVII. [g] Reſtituitur aduerſus præſcriptionem [h] intra quinquennium qui abfuerit metu, aot ſine doſo malo, qui in vinculis fuerit: aut in poteſtate hoſtium [i] cùm non tráſfugiſſet, & cui per magiſtratum ſine dolo malo ipſius actio exempta fuerit.[k] Nec intereſt publica cuſtodia quis coerceatur, an à lattonibus vel potentiotibus vi oppreſſus vinculis coerceatur. [l] Et ei etiam qui in cuſtodia non fuit, ſed ſub fideiuſſorum ſatiſdatione & propter hoc recedere non poteſt. [m] Eum tamen qui in vinculis eſt, ſi modò non ſit in ſeruitute, poſſe vſu acquirere conſtat. Igitur & is qui in vinculis eſt, ſi defendatur, ceſſat teſtitutio.

CLXVIII. [n] Abſentes ex cauſa iuſta metus, vt mortis, vel cruciatus corpotis reſti-

d verſ.140.
e c dudum. de dec. mo. c. 2, eo. tit. in 6
g verſ.521. dicta legis muni.
h verſ.523.
i verſ.524.
k verſ.525.
l verſ.529.
m Franciſcus Connanus lib. 3 Com. iur. ciu. cap.13. per l.1. l.Omnes. C. de præſc. 30. vel 40. anno. l.1. C. de an. præſc. quæ poſt id tẽpus omnes poſſeſſores inquietari vetat. Panor. in c. vlt. de præſc. poſt Hoſtienſ. in ſum. ti. de præſcr. rerũ corporaliũ. & Guido Papæ qu. 199. arg. l. Pomponi. § vlt. D. de vſurp. & vſuc. Bart. in l. ſi qui tur. §. viam. ibid. & in l. ſi vna. D. quemadm. ſeru. amitt. Innoc. in c. cura in Glo. penult. de iure patro. Henricus Bohicus in c. ſi diligenti. in 4. diſtinct. de præſc. Deciſ. Capel. Toloſanæ 76. Contra ſententiã Gloſſæ penult. in d. c. vlt. de præſc. & item Glo. in reg. poſſeſſor. de reg. iur. Et tametſi Canonicæ contrà ſententiam, ius ciuile in Gallia ſeruatur. Boerius. Deciſ. Burdeg. 42. nu. 15 & Deciſ. 82. nu 43. & §. 1. tit. de præſc. in Cõſuet. Biturig. tamen bonã fidẽ in præſcriptione rerum immobilium per triginta annos exigi, tam iure ciuili quam Canonico exiſtimat Ioannes Papa in notario lib. 9 tit. de excep.
n l.1. §. vlt. C. de ann. præſc. l. quacunque in fi. C de bon. quæ liber.
o l. in rebus. §. omnes. C. de iur. dot.

p Felinus in c. ex transmiſſa. de præſcript.
q l. in rebus. D. de iur. delib.
r l. & Attilicinus. D. de ſeruit.
ſ l.3. C. de præſc. 30. vel 40. an.
t d. l.3. & l. vlt. C. in quib. cauſ. reſtit. in integ. non eſt neceſſ.
u ſupra hoc t. ver.136.
x l. Præſcriptione. C. Quib. non obyc. longi tempo præſ.
z l.3. C. de præſc. 30. vel 40. anno.
a DD. in l. licet. C. de iur. delib. Ioan. Oldenderp tract. de vſucap. in quib. cauſ. ceſſat vſucapio. Raphael Cumanus in l. 1. § vlt. D. de acq. poſſ. Iaſon in l. ſi is qui pro emptore. nu. 29 D. de vſuc. Bart. in l. naturaliter. co. t. e. l. de præſc. & ibi. Panorm. idem Panorm. in c. de quatuor. nu. 8. d. t.
b l. vlt. C. Qui bo. ced. poſſ.
c l.1. §. dies autem. D. Quando appel. ſit. l. contra maiores. C. de inoff. teſtam. Glo. in c. audito. in verb. imponentes. de præſc. l. 1. in fi. l. at prætor. §. 1. & 2. D. ex quib. cauſ. maio. l. Senatuſconſultum. D. de off. præſ. l. Quibus diebus. D. de cond. & dem. d. c. audito. & c. cum à nobis. de præſc. Bald. in Auth. niſi, in princ. ver. ſed quid dicas. C. de bon. mat. Idem Bald. in l. vlt. §. donec. C. de iur. delib. Panorm in Conſ. 72. in princ. Alex. Conſ. 58. in fi. lib. 1 & Conſ. 72. lib. 6. d c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præb. Ludo. Romanus. Conſ. 9. e d. l. Quibus diebus. vbi Bald. l. Sed & ſi per Prætorem. §. 1. vbi etiam Bald. D. de cond. & demon. Paul. Caſtrenſ. Conſ. 212. l. qui poteſt facere. D. de reg. iur. & ibi Decius. c. vlt. de elect. vbi Panorm. in prima oppo. Idem Decius in l. Quamdiu C. Qui admit. ad bo. poſſ. poſſ. f l. 1. D de diuerſ. & tempo. præſc. g l. 1. D ex quib. cauſ. maior. d. l. 1. D. de diuerſ. & temp. præſ. h l. vlt. C. de tempo. in int. reſt. i. l. Itẽ ſuccurritur. D. ex quib. cauſ. maio. k d. l. 1. D. d. t. Ex quib. cauſ. maio. & l. ſuccurritur. D. d. t. l l. nec non & ſi quis. ibid. m l. at. Prætor. ibid. n l. 2. ibid.

tituuntur aduerſus præſcriptionem. [o] Ex cauſa quoque belli, [p] & peſtis reſtitutio datur. [q] Itẽ ex cauſa abſentiæ reipublicæ cauſa, modò quis ſine dolo malo abſuerit: vt ſi alterius grandis commodi captandi cauſa id egiſſet, vt reipublicæ cauſa abeſſet, [r] vel ſi data opera id affectaſſet, vel maturius profectus eſſet, vel litis gratia cœpiſſet reipublicæ cauſa abeſſe.

CLXIX. [ſ] Milites, qui diſcedere à ſignis ſine periculo non poſſunt, reipublicæ cauſa abeſſe intelliguntur: eáque tantummodò tempora quæ in expeditione percurrunt eis opitulantur, non ea per quæ citra expeditionis neceſſitatem degunt in aliis locis, vel ſuis ædibus. [t] Tamen qui in vrbibus militant pro reipublicæ cauſa abſentibus habentur.

CLXX. [u] Non verò abſunt reipublicæ cauſa, qui dant operas in publico quod vectigalium cauſa locatum eſt: [x] ſed reipublicæ cauſa abeſſe eos ſolos intelligimus, qui non ſui commodi cauſa, ſed coacti abſunt.

CLXXI. [z] Tandiu reipublicæ cauſa abeſſe quis videtur, quandiu officio alicui præeſt. Quod ſi finitum fuerit officium, iam deſinet abeſſe reipublicæ cauſa. Sed ad reuertendum illi tempora computabimus ſtatim atque deſiit reipublicæ cauſa abeſſe, quibus reuerti potuit. Quòd ſi infirmitate impeditus continuare iter non potuit, habebitur ratio humanitatis: ſicuti haberi ſolet, & hyemis, & nauigationis, & cæterorum quæ caſu contingunt.

CLXXII. [a] Non tamen aduerſus præſcriptionem reſtituitur, qui reipublicæ cauſa abfuturus procuratorem reliquit, per quem defendi potuit.

CLXXIII. [b] Is qui reipublicæ cauſa abeſt in aliqua re læſus, non reſtituitur, in qua ſi reipublicæ cauſa non abfuiſſet damnum erat paſſurus.

CLXXIIII. [c] Ex cauſa abſentiæ alterius quàm reipublicæ reſtitutio datur: veluti cùm quis teſtimonij cauſa fuerit euocatus, vel quis fuerit peregrinatus cognitionis cauſa vel appellationis, vel qua alia neceſſitate, non ex voluntate, vel etiam ex cauſa probabili, vt ſtudiorum cauſa eius procuratore defuncto.

CLXXV. [d] Si magiſtratus ius non dixerit, reſtitutio ei dabitur, [e] qui eam ob cauſam actione experiri ſe non potuiſſe teſtatus erit: [f] aut ſe experiri iudicio voluiſſe, nec potuiſſe probabit. [g] Sed & ſi magiſtratus ius dixerit, tamen ſi peſtis valdè graſſantis metu in ius quis non venerit, reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem datur.

CLXXVI. [h] Aduerſus præſcriptionem, [i] niſi quadraginta annorum fuerit, iuſtæ ignorantiæ cauſa reſtitui quis intra quadriennium poteſt.

CLXXVII. [k] Ex eo quod quis experiri cum aliquo non potuerit, quòd non defenderetur, eodem modo ſuccurritur quo ei qui agere non potuit. Defendi autem videtur cuius defenſor ſe ingerit, & ſi quis requiſitus ab actore non ſit defenſioni defuturus. [l] Nec reſtitutio quoque ex hac cauſa locum habet, niſi abſentis amici interrogati fuerint an defendant niſi nemo ſit qui interrogari poſſit: quæ teſtatione complecti oportet. [m] Hæcque reſtitutio datur furioſis, infantibus, ciuitatibus.

CLXXVIII. [n] Quoties per abſentiam quis non toto tempore aliquem excluſit (vt puta rem tuam poſſedi vno minus die ſtatuto in vſucapionibus tempore, deinde reipublicæ cauſa abeſſe cœpi) reſtitutio vnius diei aduerſus me facienda eſt.

CLXXIX. [o] Si quis ea cauſa debitum non petierit, quòd aduerſarium ſciebat compenſatione vſurum, reſtituitur.

CLXXX. [p] Negligentibus non ſubuenitur, ſed neceſſitate rerum impeditis, totúmque iſtud arbitrio iudicis temperabitur: id eſt, vt ita demum reſtituat, ſi non negligentia, ſed temporis anguſtia non potuerunt litem conteſtari.

CLXXXI. [q] Sciendum eſt quod in caſibus reſtitutionis auxilium maioribus damus, in quibus rei duntaxat perſequendę gratia queruntur: non cum & lucri faciendi cauſa ex alterius pœna vel damno auxilium ſibi impertiri deſiderant. [r] Itaque ſi fundus, quem maior vſucapiebat inundatione, amiſſus eſt, reſtitutio ei non datur: [ſ] ſed ſi fundum eius vſucapiebam, contra eſt.

CAP. VIII.

Quando & quatenus præſcriptione vtamur.

CLXXXII. [t] Si quis vna in re iuriſdictione ſit vſus, id ei etiam ad alias res proderit, [u] ſi nemo fuit qui vniuerſa iuriſdictione vteretur. Tum enim quatenus poſſeſſum eſt, eatenus vſucapietur.

CLXXXIII. [x] Si quis cùm præſcriptio

o l. Ab hoſtibus. C. quib. nõ obiic. long. tẽp. præſ. Conſtit. Federici de pace Conſtantiæ, §. conſtitutiones. p Bartol. in l. naturaliter. D. h. t. q l. Item hi qui. D. ex quib. cau. maio. l. 1. D. de diuerſ. & tem po præſ. l. 2. C. de reſtit. mil. r l. Sed & qui. D. d. t. ex quib. cauſ maio. ſ l. Milites omnes. Ibid. t l. Milites qui. Ibid. u d. l. x l. Reip. l. non verè Ibid. z l. ſi cui. §. 1. Ibid. a l. Is qui reip. 1. Ibid. b l. Is qui reip. 2. Ibid. c l. Sed & ſi per Prætorem. §. vlt. Ibid. d Innoc. in c. ex transmiſſa. de præſc. Panorm. ibid. nu 5. & 6. l. ſed & ſi per Prætorem, vſque ad §. quoties. D. d. t. ex quib. cauſ maio. e l. vt perfectius. C. de ann. exc. not. in c. paſtoralis. in fi. de offic. ord. f Bart. in l. 1. §. quod dicimus. D. ſi quis cautio. & in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori. D. de oper. nou. nunc. Boerius deciſ. 40. nu. 4. g Bart. in l. de ætate. D. ad SC. Trebell. arg. c. ad ſupplicationem de renunc. glo. in c. ſi verò, de iureiur. & in can. communiter. 23. diſtinct. Panorm. in c. ſi ex transmiſſa. de præſc. num. 7. Contra deciſ Rotæ. tit. de dolo & contu num. 12. in nouis, & Imola in l. penult. §. ad crimen D. de publ. iud. & glo. in clem. quamuis verſic. alias. de appellat. h l. Annus. D. de calum. vbi dicitur eum qui neſcit exper. poteſtatem non hab. arg. l. genera. D. de iis qui not. infa. in verb. ne ignorantia puniatur. Bart. in l. 1. § ſi quis propter D. de itin. actuq. priu. arg. d. § arg. l. Pantonius. D. de acquir. hered. Et hæc reſtitutio datur ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur. Panor. in c. 1. in nu. 11 & c. vigilanti. num. 3. de præſc. & in c. ſi terra de priuil.

i l. Omnes. C de præſc. 30. vel 40. ann. cum e. plenuſſimam propter ſecuritatem. Alex. in l. 3 § Labeo. circa ſi verſ. vidi. in D de acq poſ arg. glo. magna in l. at prætor §. permittitur. D. de mino. Fr. eiſ Curtius Cõſ 32. l. vlt. vbi Iac. Ruffus & Ioãnes Platea nus. C. de fundis patrim. fa l. licet in verb ignorantes, iun. cta gl. C. de no del. Albas & Felinus in c. cum nobis. de præſc. Andreas Barbat. conſ. 41. Franciſ. Aretinus conſ. 101. Phil. Decius conſ 19. & hic cauetur lex munic. Normãnia verſ. 541. Contra communem DD. opinionẽ relatam à Boerio, deciſ Burdegal. 39 Ludou. Romani conſ. 123 & 149. Paul. Caſtrenſ. conſ 290. & in l. ſi ſe constituatur. D. quemad. ſeru. am. Marianum conſ. 131. Angel. in d. l. Annus D. de cal. & in l. vlt. C. qui teſta. fac. poſſ. & l. vlt C. de præſ. leg tẽp. & ſolam centũ annorũ præſcriptionem excipiunt Alex in l. cum aliquis. Cod de iure delib. & conſ. 207. column 2. & conſ. 74. lib. 4. Phil. Decius conſ. 221 dicit contra ſent. et d. Alex in d. §. Labeo.

k l. Item ait Prætor. D d. t. ex quib. cauſ. maio. l l. ergo ſciendum. Ibid. m d. l. n l. Sed & ſi per Prætorem. §. quoties. ibid. o Petrus Ancharanus conſ 5. Felinus in c. ex transmiſſa de præſc. p l. non enim. D. ex quib. cauſ. maio. q l. Sciendum. l. & ſiue quid. d. d. l. cum quidam D. de acq. hæred. r Petrus Coſtalius in l. at Prætor. § iudic D. de mino. glo. in l 3. §. Labeo & ibi DD. de acq. poſſ. ſ l. 1. §. ſi quis D. de iti. actuq. priu. l. & Aiſlicantis. D. de ſeru ruſt. præd. t Bart. in d. §. ſi quis l. Poſſideri. in prin. D de acq. poſſ. u Panor. in c. cum olim. de præſc. nu. 6. Innoc. in c. cum dilectus de capel. monach. x Panor. in c. ad aures in vlt. not. h. t. per illum text. vbi quia quadragenalis præſcriptio omnem actionem excludat l. ſicut. C. de præſc. 30. vel 40. ann. in verb. vlterius viuendi non habeat poteſtatem. & in fi. in ver. nulli mouendi vlterius facultatẽ. & l. 1. §. 1. in verb neque vlterius cumſ. quã perſonalis actionis vitã longiorẽ eſſe triginta annis. C. de annali præſc. Lucas de Penna in l. vlt. col. pen. poſt mediũ. de cẽſib. lib. 10. l. vlt. verſ. nemo audeat. C. de quadr. præſc. glo. in l. vlt. §. 1. & ibi Bart. D. vbi docet tutũ exceptione perpetua ſi ſoluat repetere poſſe arg. l. ſi pupillus. D. de adm. tuto. vbi quis tempore liberatus eſt & quis ſoluit, ſeparantur. Contra ſententiã Guidonis Papæ quæſt. 221. arg. glo. in l. ſi conſtat de cõp. gl. in l ſicut. §. facultatem, quam ibi Bald & Salyc. approbant. C. de præſc. 30. vel 40. ann. l. Obligationũ. §. placet & ibi gl. 1. & in verb non poſſe D. de oblig. & actio. c. 1. & ibi glo. in verb. finita & c. 2. de præſc. l. 1. & ibi Bart. D. ad Trebell. Bald. in l. querela ante fin. verſ. in eadem glo Cod ad leg. Corn. de falſ. Boerij deciſ. Burdeg. 344. vbi ita iudicatum ab illo Senatu tradit.

ne temporis tueri ſe poſſet, ea vſus non ſit, iudex ſupplere debet. A

CLXXXIV. [a] Etiam arbiter taoieţſi æquitate duci debeat, exceptionem præſcriptionis debet admittere.

CLXXXV. [a] Si is qui præſcriptionis exceptione vti poterat, ſoluerit, ſi ſciens, non repetit:[b] ſi ignorans, contrà eſt.

a Alciatus in rubr. de præſcr. Ludo. Rom. Cōſ. 149. Aretinus in c. dilecti. de Iud. contra ſententiam Baldi & Angeli. in l. 1. C. de præſcr. 30. vel 40 anno. eiuſdem Angeli & Imola. in l. ſequitur. §. ſi viam. D. h. t. Lanfranci, in tract. de arb. in 25. quæſt. Cornei Conſ. 145 in 2. vol. & Conſ. 251. in 3. Vol.

a l. Qui exceptionem. D. de condict. ind. Bartol & Paul. in l. vlt. §. vlt. D Rem ratam hab. Panorm & Felinus in c. ad aures. de præſc. Bart. in l. cum quis 8 col. ver. quartum exemplum. C. de iur. & fact. igno. & in l. ſicut & in l. omnes. C. de præſc. 30. vel 40 anno. & in l. vlt. col 5. C. de præſc. long tempo. Angel. in repet l. 1. C. de ind. Imola in c. vlt. de praeſcr. arg. l. ſi quis poſtquam. D. de fideiuſſ. vbi obligationi præſcriptæ non poteſt accedere fideiuſſor. vbi & l. fideiuſſor obligari. §. ſi fideiuſſor. ibid. vbi naturali obligationi accedit fideiuſſor arg. etiam l. ſi pupillus. D. de adm. tuto. vbi tempore liberatus & qui ſoluit comparantur, vt ſupra quoque annotatum eſt. verſ prox.

b l. Quod quis. D. de condit. ind. arg l. fideiuſſ. 1. §. vlt. D manda. vbi finito tempore fideiuſſor ſoluit fidem impleuit.

CAP. IX.

De effectu vſucapionis.

CLXXXVI.[c] SI poſt completam vſucapionem, poſſeſsionem rei amiſerit poſſeſſor, vendicare eam poterit, niſi prior dominus, cuius res eſt vſucapta, quique in integrum reſtitutionem petere potuit, poſſeſsionem rei ſit nactus, aut malæ fidei poſſeſſor triginta vel quadraginta annorom exceptione tutus rem amiſerit, quæ tamen ab eo vi non ſit ablata. B

c l. ſi quis. l. ſi quis emptionis C. de præſc. 30. vel 40. anno. l. 3. D. h. t. l. Traditionibus. C. de pact.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER QVINTVS.

De vſufructu.

TIT. I.

Titulus de vſufructu vndecim capitibus conſtat. Primum eſt, Quid ſit vſusfructus. Secundum, Quibus in rebus conſtitui vſusfructus poſſit, vel non. Tertium, Quibus in rebus cōſtitui quaſi vſusfructus poſſit. Seu. De vſufructu earum rerum quæ vſu conſumuntur. Quartum, Quibus modis vſusfructus conſtituatur: Cuius primus modus, Teſtamento. Secundus, pactionibus & ſtipulationibus. Tertius, adiudicationibus in iudicio familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo. Quintum caput, De ſatiſdatione à fructuario interponenda antequam fruatur: Cuius prima pars, Cuiuſmodi cautionem interponere fructuarius debeat. Secunda pars, Cui cauendum. Tertia. Quando & quibus remittatur cautio fructuaria, & quatenus. Quarta, Quando & quibus non remittatur. Caput ſextum, Qui fructus ſunt fructuarij. Caput ſeptimum, Quæ liceant fructuario vel non: Cuius prima pars, Quæ liceant. Secunda, Quæ non liceant. Caput octauum, Quæ liceant domino proprietatis, vel non. Cuius prima pars, Quæ liceant. Secunda, Quæ non liceant. Caput nonum. Quæ præſtare fructuarius debeat poſtquam rei eſt tradita. Caput decimum, De actione confeſſoria, ac negatoria vſusfructus cauſa. Caput vndecimum, Quibus modis vſusfructus finiatur, vel non: Cuius prima pars, Quibus modis finiatur. Secunda, Quibus modis non finiatur.

CAP. I.

Quid ſit vſusfructus.

I. [a] VSVSFRVCTVS eſt ius alienis rebus vtendi fruendi ſalua rerum ſubſtantia.

II. [b] Vſusfructus à proprietate ſeparationem recipit. Idque pluribus modis accidit: vt ecce ſi quis vſumfructum alicui legauerit. Nam hæres nudam habet proprietatem: legatarius verò vſumfructum, & contrà, ſi fundum legauerit deducto vſufructu, legatarius nudam habet proprietatem: hæres verò vſumfructum. Item alicui vſumfructum, alij deducto eo fundum legare poteſt.

III. [c] Vſusfructus non dominij pars, ſed C ſeruitutis eſt, vt via & iter. Ideo rectè dicimus eum fundum totum noſtrum eſſe, etiam cùm vſusfructus alienus eſt.

a l. 1. D. de vſufructu, & quemadmodū quis vtatur fruatur. Inſt. de vſufr.

b Inſti. d. t. in princ.

c l. Rectè dicimus. D. de verb. & rer. ſign. l. Manus. § penult. D. de lega. li. 2. quod autem dicitur. in l. vſusfructus 1. D. h. t. vſumfructum in multis caſibus partem dominij eſſe, ita exponi debet, vſumfructum in multis caſibus participem eſſe dominij, & iiſdē iuribus cenſeri: quia ex die & in diē, & pro diuiſo conſtitui poteſt quod in reliquis iuribus prædiorum, quas ſeruitutes appellamus, non fit. Item fructuario cauetur de damno infecto, & eius cauſa mittitur in poſſeſſionem ædium non cauentis. Franciſ. Connanus lib. 4. Comm. ciuil. cap. 6.

CAP. II.

Quibus in rebus conſtitui vſusfructus poſſit, vel non.

IV. [d] COnſtituitur vſusfructus nō tantùm in fundo, & ædibus, rebúſq; ſoli: verùm & in iumentis,[e] rebúſque omnibus, quæ in cuiuſque patrimonio eſſe conſtiterit, & cæteris rebus, exceptis his quæ ipſo vſu conſumuntur. D

V. [f] Licèt prædia talia ſint, vt magis in ea impendamus quàm de illis acquiramus, tamē vſusfructus eorum relinqui poteſt.

VI. [g] Numiſmatum aureorum, vel argenteorum veterum quibus pro gemmis vti ſolent, vſusfructus conſtitui poteſt. [h] Item ſtatuæ & imaginis: quia & ipſæ habent vtilitatē, E

d §. 1. Inſt. h. t. l. 3. in prin. & l. vſusfructus legato. D. eo t.

e l. 1. D. h. t.

f l. Statua. ibi.

g l. numiſmatum. ibid.

h d l. Statuæ.

ſi quo loco oportuno ponantur.

i l.vtifru.§.ſi partis D.ſi vſuſfru.peta.vel ad ali.pert.neget.
k l.vſuſfructus.2.D.h.t. l l.ambiguitatē. l.vſuſ.ucru.C.eo t.
m l.1.D.de vſu & vſuſ.lega.

VII. [i] Poteſt vſuſfructus etiam in parte fundi, [k] & pro parte vel diuiſa, vel indiuiſa, [l] & ex die & in diem, & ſub conditione conſtitui.

VIII. [m] Nec vſus, nec vſuſfructus itineris, actus, viæ, aquæductus legari poteſt: quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt: nec erit vtile ex ſenatuſconſulto, quo cauetur vt omnium quæ in bonis ſunt vſuſfructus legari poſſit, quia id neque ex bonis, neque extra bona ſit: B ſed incerti actio erit cum hærede, vt legatarin, quandiu vixerit eundi, agendi, ducendi facultatem præſtet: aut ea ſeruitus conſtituatur ſub hac cautione, vt ſi deceſſerit legatarius, vel capite minutus ex magna cauſa fuerit, reſtituatur.

CAP. III.

C

Quibus in rebus conſtitui quaſi vſuſfructus poſſit.

Seu,

De vſufructu earum rerum quæ vſu conſumuntur.

n l.1.& 2.& l.ſi tibi vinum.D.de vſuſr. ear. rer.quæ vſu cōſum.§.1. Inſtit. eo.t.

IX.[n] Res quæ ipſo vſu conſumuntur, neque naturali ratione, neque ciuili recipiunt vſumfructum: quo in numero ſunt vinum, oleum, frumentum, veſtimenta, quibus proxima eſt pecunia numerata. Nam ipſo vſu aſſidua permutatione quodammodo D extinguitur. Sed vtilitatis cauſa ſenatus cenſuit, earum rerum quaſi vſumfructum conſtitui: ita vt ſi earum rerum vſuſfructus legatus ſit, ita dentur legatario, vt eius fiant, ſed ſatiſdet hæredi quo ad pecuniam attinet de tanta reſtituenda, ſi morietur, aut capite minuatur: cæterarum rerum æſtimatio fiat, eodémque modo de tanta pecunia reſtituenda caueatur, quanti hæ fuerint æſtimatæ.

o l.ſi lanæ.ibi.
p l.3.& ſeq. ibid.

X. [o] Lanæ quoque, odorum, vel aromatum ſi cui ſit vſuſfructus legatus, eodēm modo E cautiones interponendę erunt. [p] Nominum quoque vſuſfructus vel ipſi debitori poteſt legari. Ergo cautio & ab hoc exigenda erit.

q l.hoc ſenatuſ conſultum. ibi.

XI. [q] Hoc Senatuſconſultum non ſolùm ad eum pertinet, qui pecuniæ vſumfructum, vel cæterarum rerum quas habuit, legauit: verumetiam ſi fuerint alienæ.

r l.quoniam.§.1.ibid.

XII. [r] Si vſus tantùm pecuniæ legatus ſit, in hac ſpecie vſus appellatione etiam fructū contineri magis accipiendum eſt.

CAP. IV.

Quibus modis vſuſfructus conſtituatur.

Primus modus,

Teſtamento.

ſt l.vſuſfructus. 3. D.h.t.

XIII.[ſ][t] Vſuſfructus pluribus modis cōſtituitur: vt ecce ſi legatus fuerit. Omnium autem prædiorum iure legati poteſt conſtitui vſuſfructus, vt hæres iubeatur dare alicui vſumfructum. Dare autem intelligitur, ſi induxerit in fundum legatarium, eúmve patiatur vtifrui.

u l.ſi alij. D.de vſu. & vſuſr. lega.

XIIII. [u] Si alij fundum, alij vſumfructum eiuſdem fundi teſtator legauerit, ſi eo propoſito fecit, vt alius vſumfructum, alius nudam A haberet proprietatem, errore labitur. Nam detracto vſufructu, proprietatem eum legare oportet eo modo, Titio fundum, detracto vſufructu, do: vel Seio eiuſdem fundi vſumfructum hæres dato, quod niſi fecerit vſuſfructus inter eos communicabitur: quia interdum plus valet ſcriptura quàm quod actum eſt. [x] Quod ſi tibi fundus legatus ſit, mihi eiuſdem fundi vſuſfructus, habebis totius fundi proprietatem: ſed partim cum vſufructu, B partim ſine vſufructu. Idem obſeruatur ſi tibi decem millia legata fuerint, mihi eorundem decem millium vſuſfructus.

x l.ſi tibi decem millia. D.de vſuſ. ear rer. quæ vſu conſum.

z l.ſi quis Attio.D.de vſuſr. accreſ.
a l.ſi quis ita. D.h.t.l.cum ita.D de vſu.& vſuſr. lega.
b c l.Defuncta. 2.reſp.D.h.t.
d l.fundi Trebatiani. l. Patrimonij mei. D. de vſu. & vſuſr.lega.
e Bart.in d.l. fundi.& l. inter ſtipulantem, § ſacram. D. de verb.oblig.
f l.vxori.D de vſu & vſuſ leg.
g Ex his verbis quicquid cōtrà aſſeritur, male cōſuluiſſe deprehenditur Bartolus conſ.50.1.vol. cum bonorum ſuorum mobilium, immobiliumque legato nomina debitorum non cōprehendi tradit & ſimiliter quod dicit idem Bartolus d. cōſ. & vol. diuortio §.ſi vir. D. ſol.matr.fructus ex autographis ſcribæ teſtatoris huiuſmodi legato non contineri, vt rectè annotat Paulus Caſtr.ad d § ſi vir. & idem Bartolus ad l. quæro. §.nihil. D. de eden.fatetur, vbi ex actus emolumentum ſæpius percipi poteſt, id in fructu eſſe.
h l. cum vſuſfructus. D. de vſu.& vſuſ.leg.
i l ſi dominus. D.h.t.
k l.ſi Titio.ibi.
l l.Titio.ibid.
m l.ibid.

XV. [z] Si quis Attio & hęredibus ſuis vſumfructum legauerit, dimidiam Attius, dimidiā eius hæredes habebunt. Quod ſi ita ſit ſcriptum, Attio & Mæuio cum hæredibus meis, vnam habebunt hæredes, alteram Attius, tertiam Mæuius.

C XVI. [a] Si quis ita legauerit, Fructus annuos fundi Corneliani Caio Mæuio do, lego, perinde accipi debet hic ſermo, ac ſi vſuſfructus fundi legatus eſſet, quia hæc mens teſtatoris fuiſſe videatur. [c] Sed ſi pars ſexta ex reditu fructuum illius fundi oleris, & porrinæ, non vſuſfructus legatus, ſed pars ſexta redituum legata videtur: eáque quotannis dari debet, niſi aliud voluiſſe teſtatorem ſpecialiter ab hęrede probetur. [d] Similiter his verbis Fundi D Trebatiani redditus vxori meæ quoad viuet dari volo: legatus vſuſfructus non videtur, & à proprietario præſtari redditus debent, [e] non ipſa legataria per ſeſe percipere: ſicuti vſufructuarius poteſt.

XVII. [f] Legatum vſuſfructus bonorum omnium, mobilia omnia immobiliáque comprehendit: veluti, [g] Vxori meæ vſumfructum lego bonorum meorum quæ legare iure poſſum vſque dum filia mea annos impleat octodecim. Quęſitum eſt an prædiorum tam ruſti- E corum quàm vrbanorum, & ſuppellectilis, itémque calendarij, nominúmque vſuſfructus ad vxorem pertineat. Reſponſum ſecundùm ea quę proponerentur, omnium pertinere.

XVIII. [h] Cùm vſuſfructus alternis annis legatur, non vnum, ſed plura legata ſunt.

XIX. [i] Si dominus nudæ proprietatis vſumfructum legauerit, valet legatum. Et ſi fortè in vita teſtatoris, vel ante aditam hæ- F reditatem, vel etiam poſt aditam proprietati fructus acceſſerit, ad legatarium pertinet.

XX. [k] Si Titio fructus, Mæuio proprietas legata ſit, & viuo teſtatore decedat Titius, nihil apud ſcriptum hæredem remanet.

XXI. [l] Titio cùm morietur, vſuſfructus inutiliter legari intelligitur in id tempus collatus, quo à perſona diſcedere incipit.

G

Secundus modus conſtituendi vſuſfructus,

Pactionibus & ſtipulationibus.

XXII.[m] Et ſine teſtamento ſi quis volet vſumfructum conſtituere, pa-

A ctionibus & ſtipulationibus efficere poteſt.

XXIII. [n] Si quis vnas ædes, quas ſolas habet, vel fundũ tradit, excipere poteſt id quod perſonæ, non prædij eſt: veluti vſum, & vſumfructum. Sed & ſi excipiat, vt paſcere ſibi vel inhabitare liceat, valet exceptio: cum ex multis ſaltibus paſtione fructus percipiatur.

Tertius modus conſtituendi vſusfructus.

Adiudicationibus in iudicio familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo.

B XXIV. [o] CONſtituitur adhęc vſusfructus & in iudicio familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo, ſi iudex alij proprietatem adiudicauerit, alij vſumfructum.

CAP. V.

De ſatiſdatione à fructuario interponenda antequam fruatur.

Prima pars.

Cuiuſmodi cautionem interponere fructuarius debeat.

C XXV. [p] SI cuius rei vſusfructus legatus ſit, ſiue alio modo contractu voluntario, vel adiudicationibus conſtitutus, non priùs dãda eſt actio vſufructuario, quàm ſatiſdet ſe viri boni arbitratu vſurum fruiturum, & cùm vſusfructus ad eum pertinere deſinet, reſtiturum quod inde extabit: [q] eorum verò quæ vſu conſumuntur, æſtimationem finito vſufructu ſoluturum. [r] Cauere autem debet boni viri arbitratu perceptum iri vſumfructum: hoc eſt non deteriorem ſe cauſam vſusfructus facturum, cæteráque facturum quæ in re ſua faceret.

D XXVI. [t] Habet autem ſtipulatio iſta duas cauſas: vnam, ſi aliter quis vtatur quàm vir bonus arbitrabitur: aliam, de vſufructu reſtituendo. Quarum prior ſtatim committetur, quàm aliter fuerit vſus & ſæpius committetur: ſequens committetur finito vſufructu.

E XXVII. [u] Hac ſtipulatione dolum malum abeſſe, abfuturúmq; eſſe continetur. Et cùm in rem ſit doli mali mentio cõcepta, omnium dolum comprehendere videtur, etiam ſucceſſorum.

F XXVIII. [x] Cauere fructuarium debere intelligimus datis fideiuſſoribus.

Secunda pars capitis quinti.

Cui cauendum.

G XXIX. [z] SI tibi vſusfructus, & mihi proprietas legata ſit, mihi cauendum eſt. Sed ſi mihi ſub conditione proprietas legata ſit, hæredi & mihi cauendum eſt. Item ſi mihi legata ſit, & cùm ad me pertinere deſierit alij, & hic vtriſque cauendum, vt ſuprà placuit. [a] Si duobus coniunctim vſusfructus legatus ſit, inuicem ſibi cauere debebunt, & hæredi in caſum illum, ſi ad ſocium non pertineat vſusfructus hęredi reddi. [b] Si plures domini ſint proprietatis, vnuſquiſque pro parte ſua ſtipulabitur.

n l. ſi quis vnas. ibid.

o l. vſusfructus pluribus. ibid. l. & puto D. fa. erc. ſ. l. ſi quis putans. §. officio. D. Comm. diuid.

p l. 1. D. vſuſfr. quemad. cau. l. ſi vſusfructus legatus. C. h. t. c. cum conſtet. de iure patr.

q l. vſusfructu conſtituto. C. de vſufr. & habi.

r l. 1. & 2. & l. ſi tibi vini. D. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum. d. l. 1. D. vſufruct. quẽad. cau.

ſ d. l. 1. §. cauere.

t d. l. 1. §. habet autem.

u l. hac ſtipulatione ibid.

x l. vſufructu conſtituto, & ibi. Glo. & DD. C. h. t. Glo. in §. conſtituitur. Inſt. eo. t. Guido Papa q. 249. alioqui cautio nud. eſſet ſruſtratoria, cùm obligaretur prius obligatus. l. ſi creditores. D. de prim. cred. l. vnic. ſi. C. de prec. Imper. offer. & ibi Bart. Glo. in l. 2. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſ. l. Tribus. ibid.

z l. ſi mihi. D. vſufru. quẽad. cau. l. vſufructu conſtituto. C. de vſu & habit.

a l. ſi tibi vſusfructus. D. d. t. vſufructu quemad. cau.

b l. ſi plures. ib.

A XXX. [c] Proprietatis dominus poteſt prohibere vſufructuarium vti frui antequam cauerit, [d] & rem vendicare ſi non ſit ſatiſdatum, vel condicere ſatiſdationem, [e] omiſſum etiam conſtante vſufructu.

Tertia pars capitis quinti.

Quando, & quibus remittatur cautio fructuaria, & quatenus.

B XXXI. [f] SI propter inopiam cauere fideiuſſoribus fructuarius non poſſit, viro locupleti res committetur, cuius è manibus fructus vſufructuarius ferat: maximè ſi ſuſpectæ vitæ eſſe videatur.

XXXII. [g] Si ex die proprietas alicui legata ſit, vſusfructus purè, dicẽdum eſt remittendam hanc cautionem fructuario: quia certum ſit ad eum proprietatem peruenturam.

XXXIII. [h] Patri in bonis filij quorum vſumfructum habet, cautio remittitur.

C XXXIV. [i] Fiſcus etiam non ſolet ſatiſdare.

Quarta pars capitis quinti.

Quando & quibus non remittatur cautio fructuaria.

XXXV. [k] SI vſusfructus relictus eſt, tametſi cautionem exigi teſtator prohibuerit, ea tamen Iure exigetur.

D XXXVI. [l] Ne vxori quidem, cui vir bonorum ſuorum vſumfructum relinquit, cautio remittitur.

CAP. VI.

Qui fructus ſint fructuarij.

XXXVII. [m] ANtequã fructuarius domino cauerit, cùm petita eſſet cautio, fructuarius fructus ſuos non facit: niſi eos ſciente patientéque domino proprietatis percipiat.

c arg. l. ſi cuius. D. h. t.

d l. ſi vſusfructus nomine. D. d. t. vſufructu. quemad. cau.

e l. hoc Senatuſconſultum. §. 1. D. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſ.

f Chaſſaneus in Conſuetud. Burgundiæ tit. Des droicts & apartenãces à gens maries. in verb. Et ſera tenue, arg. l. poſtquam. §. Imperator. D. Vt in poſſeſſ. lega. Glo. in l. 4. quæ incipit, vſufructu conſtituto. C. de vſufr. & habit. vbi. DD. iuratoriam cautionẽ negant ſufficere. Tamen viro bono inopi eam ſufficere cenſent Bartolus in d. l. 4. & Bald. in Auth. Cui relictũ. C. de indict. vid. toll. Guido Papa, quæſt. 250. & Cantiuncula. Inſtit. h. t. arg. l. 1. §. ſi verò. C. de aſſert. toll. Ioannes quoque Imbertus in Enchiridio iuris Galliæ, ſequeſtro rem committi ſi ſuſpectæ vitæ ſit fructuarius, ait Idque à ſupremis Galliæ Curiis ita obſeruari. Ioannes verò Faber in d. t. de vſufr. Inſtit. In immobilibus ſufficere iuratæ promiſſi ab inope tradit arg. l. Cum non facile. D ſi ex plus quàm per leg. falcid. & l. hac edictali §. his illud. C. de ſec. nupt. Sed in rebus mobilibus, vbi maius ſit proprietarij periculum, ſequeſtro rem committendam cenſet. arg. l. pen. C. de agric. & cenſ. g l. ſi vſusfructus mihi. §. planè. D. vſufruct. quemad. cau. h l. Cum non ſolum. §. ſin autem, in fi. C. de bon. quæ liber. i l. 1. § ſi ad fiſcum D. vt in poſſeſſ. lega. k l. 1. C de vſufr. & habit. l Scire. C. vt in poſſeſſ. lega. cuius Conſtitutionis hanc cauſam afferunt, quòd in contractibus inter viuos remiſſio huius cautionis inuitaret ad delinquendũ, quod fieri non debet. l. conuenire D. de pact. dotal. l. ſi vnus. §. illud D. de pact. Glo. in d. l. Scire. in vlt. ima voluntate quòd nemo facere poſſit, quin leges locum habeant in ſuo teſtamento. l. Nemo. D. de lega. 1. Item teſtator vt hæredi non ſuum remittere videretur. Chriſtophorus Porcus in §. 1. Inſt. h. t. hæredem tamen cuius in fauorem inducta eſt, remittere hanc cautionem poſſe putat. Glo. & Bar. ad d. l. 1. C. de vſufr. & habit. arg. l. ſi quis in conſcribendo C. de Epiſc. & cler. arg. l. Quod de bonis. in p. & l. poteſt. D. ad leg. Falcid. præterquam in iis rebus quæ ipſo vſu conſumuntur, in quibus ſine ea ſtare vſumfructum poſſe negãt. In eadem opinione ſunt Rofredus, Iacob. Butrigarius Baldus & Salycetus ad d. l. 1. C de vſufr. & habit. Idem not. in addit. ad Bart. ad l. vxori D. de vſu & vſufr. lega. l. 1. D. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum. arg. d. l. Scire. Iaſon verò in d. l. nemo poteſt. ver. vlt. in 2. lect. D. de leg. 1. putat ſi contractu inter viuos conſtituatur vſusfructus, remitti quoque cautionem non poſſe. Sed ſi hæres poſſit, eadem ratione quoque, qui inter viuos vſumfructum conſtituat, remittere cautionem poſſe videtur contra Gloſſam in l. ſi cuius. D. h. t. & Cantiunculam Inſt. eo. t. l Ioannes Imbertus Enchir. Iuris Galliæ. m Glo. 1. & Bart. in l. ſi cuius. D. h. t. l. vxori 1. D. de vſu & vſufr. leg. l. hac edictali. §. his illud C. de ſec. nupt. idem Bart. ad l. de pupillo §. ſi plurium. D. de oper. nou. nunc. l. vſufructu conſtituto. & ibidem Bart. C. de vſufr. & hab. Idem Bart. ad l. ſi homo cuius. D. de vſuc. Panor. ad c. cum conſtet. de iur. patro. arg. l. Scire §. Sed ſi. D. de petit. hæred. Ioan. Faber in h. t. Inſt. in prime. Et generaliter vſufructuarium bona fide fructus percipientem ſuos facere. DD. tradunt mala fide percipientem non facere: malaque fidei poſſeſſorem eſſe, non præſtitam cautionem quæ eſſet petita.

XXXVIII. [n] Soli

A XXXVIII. [n] Soli vt puta ædilium vſufructu legato, quicunque redditus eſt ad vſufructuarium pertinet: quæcu nque obuentiones ſunt ex ædificiis, ex areis, & cæteris, quęcunque ædium ſunt. [o] Et ſi fun di vſusfructus ſit legatus, quicquid in fundo naſcitur, quicquid inde percipi poteſt, ipſius fructuarij eſt: ſie tamen vt viri boni arbitratu fruatur.

B XXXIX. [p] In fructu id eſſe intelligitur quod ad vſum hominis inductum eſt. Neque enim maturitas naturalis hîc ſpectanda eſt, ſed id tempus quo magis colono dominóve fructum tollere expedit. Itaque cùm olea immatura plus habeat redditus quàm ſi matura legatur, non poteſt videri, ſi immatura lecta eſt, in fructu non eſſe.

XL. [q] Si fructus cuiuſquam fundi, aut eorum tertia, quarráve, aut alia pars Titio relinquatur, mercedis quæ à colono præſtari debet portionem pro rata legatarius ferret.

C XLI. [r] Si lapidicinas fundus habeat, & lapides cædere vſufructuarius velit, vel cretifodinas habeat, vel arenas, omnibus his vtetur quaſi bonus paterfamiliâs.

XLII. [ſ] Si in fundum clientelarem, nõ offerente fidem cliente, manus iniiciatur, vel ab ipſo quidem domino proprietatis patrono, vſufructuarij tamen fructus ea ex re obuenientes erunt, non domini proprietatis.

D XLIII. [t] Quæ iure commiſſi patronali fundo conſolidantur, ſiue ipſo iure, ſiue iudicis ſententia domino cedunt quo ad proprietatem: fructuario, quoad vſumfructum.

XLIV. [u] Mulctæ & mobilia, [x] item immobilia quę delicti cuiuſpiam cauſa, [z] ſed non commiſſi iure fiſco addicuntur, ad fructuarium pertinent.

E XLV. [a] Laudimia ad eum pertinent qui fundi patronalis vſumfructum habet.

A XLVI. [b] Seminarij etiam fructus ad fructuarium pertinet, ita vt & vendere ei, & ſeminare liceat. Debet tamen conſerendi agri cauſa ſeminarium paratum ſemper renouare, quaſi inſtrumentum agri, vt finito vſufructu domino reſtituatur. Inſtrumenti autem fructum habere debet, vt vendendi tamen facultatem non habeat.

XLVII. [c] Si fundi vſusfructus fuerit legatus, & ſit ager vnde in fundum cuius vſusfructus legatus eſt, ſolebat paterfamiliâs vel palo vti, vel ſalice, vel arundine, fructuarius hactenus vti poteſt ne ex eo vendat, niſi fortè ſalicti eius, vel ſyluæ palaris, vel arundineti vſusfructus ſit legatus. Tunc enim & vendere poteſt. [d] Syluam enim cæduam & arundinetum poteſt fructuarius cædere, ſicut paterfamiliâs cædebat, & vendere, licèt paterfamiliâs non ſolebat vendere, ſed ipſe vti. Ad modum enim referendum eſt, non ad quãtitatem.

C XLVIII. [e] Ex ſylua cædua pedamenta & ramos ex arbore vſufructuarius ſumet: ex non cædua in vineam ſumet: dum ne fundum deteriorem faciat. Sed & ſi arbores ſint, non poteſt cædere eas.

XLIX. [f] Arboribus euulſis, vel vi ventorum deiectis vſque ad vſum ſuum, & villæ poteſt vſusfructuarius ferre, nec materia is pro ligno vtetur ſi habet vnde ligno vtatur.

D L. [g] Aucupiorum quoque & venationum redditus ad fructuarium pertinet, & piſcationum. Et [h] vſufructuarium venari in ſaltibus vel montibus poſſeſſionis probè dicitur: nec aprum vel ceruum quem ceperit, proprium domini capit: ſed fructus aut iure ciuili, aut gentium ſuos facit.

LI. [i] Feris quæ incloſæ ſunt viuariis, ita fructuarius vtitur, vt finito vſufructu parem numerum reddat domino proprietatis.

E LII. [k] Si apes in fundo ſint, earum quoque vſusfructus ad fructuarium pertinet.

LIII. [l] Proprietatis dominus non debebit impedire fructuarium vtentem ne deteriorem eius conditionem faciat. Et ſi fundi vſusfructus ſit legatus, doliis, ſi defoſſa ſunt, vti non prohibebitur. Idem & ſeriis, & cuppis, & cadis & amphoris obtiuet, &

F generaliter niſi ſit contraria voluntas, etiam inſtrumentum fundi vel domus continetur.

LIV. [m] Si metalla poſt vſumfructum legatum ſint inuenta, cùm totius agri relinquatur vſusfructus, fructuario cedunt.

LV. [n] Iure ciuili Romano ſi theſaurus in fundo cuius quis vſumfructum habeat reperiatur, inuentori pars media debetur: reliqua fundi domino non fructuario cedit. Iure ciuili Normano, [o] quo fundi patronalis domi-

G nus theſaurus inuentus quæritur, ſecundùm eam rationem ad proprietarium videtur pertinere.

LVI. [p] Alluuionis vſusfructus ad fructuarium pertinet. Sed ſi inſula iuxta fundum nata ſit, eius vſusfructus ad fructuarium non

n l. vſufructu legato, D. h. t.

o l. item ſi fundi l. arbores l. vſufructu legato. ibid.

p l. in fructu, D. de vſu. & vſufr. lega. l. ſi abſente, D. h. t.

q l. fundi Trebatiani. & ibi Bart. num. 4. l. vlt. & ibidem Bart. D. de vſu. & vſufr. lega. arg. l. fructus vbi idem quoque Bart. nu. 7. D. ſolu. matr. glo. in l. ſi quis argentum. §. 1. C. de dona.

r l. item ſi fundi D. h. t.

ſ Carolus Molinaeus in conſuet. Pariſ. t. 1. glo. 1 nu. 25. & ſeq. arg. l. item ſi fundi in prin. l. Arbores. D. h. t. vbi non tantum fructus ex re naſcentes, ſed omnes obuentiones & quæcunque ex re percipi poſſunt, ad fructuariũ pertinere traditur. Oldrad. conſ. 24. Ioannes Andreas in addit. ad Specul. l. de locato. §. nunc aliqua. nu. 93. in verb. qui tabernas. Alberic. ad l. vſufructu legato & ad rub. C. de vſufr. Paulus Caſtr. ad l. 2. C. d. t. Alex. ad l. diuortio. § ſi fundum. D ſol. matr. & vlt. addit. ad Bald. in l. vlt. C. de iur. emphyt. Guido Papa queſt. 477. Iaſon ad l 3 queſt. 5. C d. t. de iure emphyt. Boerius in conſuet. Biturg. t. de conſuetudine feudi §. 9. Guliel Benedictus ad cap. Raynutius, in verb. cætera bona. num. 33. t arg. d. l. item ſi fundi. D h. t. vbi incrementum alluuionis cedat proprietario quoad proprietatem, & fructuario quoad vſumfructum Oldra. Io. Andreas, Alber. Paul. Guido Papa, Iaſon & Boerius prad. locis. arg. § vlt. Inſtit. h. tit. vbi conſolidatione res eadem redditur: & quod fructus ſit quid diſtinctum à re ipſa. l. vſufructu legato. Co. h. tit. l. item ſi fundi in princip. & toto tit. D. de vſufr. & quemadm. l. ſi aliena in princip. D. de vſur. Et quod fructus nihil e rei ſubſtantia detrahat l. 1. D. h. tit. argum. l. inter ſocerum. §. cum mater, ibi nec ſeparabitur portio dotis quæ eſt data addatamenti cauſa. D. de pact. dotal. l. etiam. C. de iure dot. & annotatorum ab Andrea Tiraquello in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus num. 281. in fin. & Franciſco Curtio ſeniore conſ. 26. u *contra Guidonis Papa opinionem præd. loco iſta diſtinguentis. x l. vn. quæ ſunt regal. in vſib. feudo Bart. ad l. vlt. D. ſol. matr. DD. in l. diuortio. §. ſi vir in fundo, D. eo. t. Bald. ad l. 1. C de fruct. & lit. exp. idem & Paul. in l. 2. C. de epiſc. aud. z Bart. & Paul in d. l. vlt. & prope omnes. DD. in d. § ſi vir in fundo. Iacob. Sanctegeorgius de inueſtitura feudorum verb. de caſt. rub. men. ibi quæro etiam mulier & hæc eſt receptior ſententia. Contra ſententiam Baldi in d. l. vlt. & Alberici poſt Iacobum Rauennatem. D. h. t. qui aiunt immobilia quoad vſumfructum acquiri fructuario, ſed domino quoad proprietatem. Carolus Molinæus præd. loco. l. hanc exceptionem prætermittit diſſerte Franciſ Connanus lib. 4. comm. iur. ciuil c 1. a Guido Papa. queſt. 477. arg. l. vſufructu legato in 1. reſp. ibi & omnes obuẽtiones. & ibid. Alber. Roſates. D. h. t. Iaſon in l. 3. C de iur. emphy. col. 1 & 12. Oldradus conſ. 240. Boerius in conſuet. Biturg. t. de conſuet. feudi & cenſiu. §. 9. in glo. hæc conſuetudo. Ioannes Sanſo in conſ. Turonenſ. Des achapts & vẽtes. §. 5 Chaſſaneus in conſ. Burg. t. Des droicts & apparten à gens mariés. ibi ſed quæro.

b l. item ſi fundi. D. h. t.

c d. l. item ſi fundi.

d d. l. itẽ ſi fundi, & l. Arbores. D. vſufru. quem. cau.

e l. ex ſylua cædua & ſeq. D. h. t.

f l. Arboribus. ibid.

g d. l. item ſi fundi.

h l. vſufructuarium. ibid.

i d. l. vſufructuarium.

k d. l. item ſi fundi.

l l. Sed & ſi quid. § proprietatis. ibid.

m d. l. item ſi fundi.

n Carol. Molinæus in conſ. Pariſ. t. 1. §. 1 gl. 1. in verb. le ſeigneur Feodal. n. 43 per l. ſi is qui. § ſi eum in ſeruus. D de acq. rer. dom. & quod theſaurus non ſit fructus fũdi nec naturalis nec ciuilis l. diuortio. §. ſi fundum. D ſol. matr. cõtra Gulielmus Benedicti ſententiã in c. Raynutius in verb. cætera bona nu. 30. qui fructuario cedere theſaurum quãdiu ſtat vſusfructus: eo finito ad proprietatem reuerti dicit.

o l. nunc Normana verſ. 218.

p l. itẽ ſi fundi.

pertinet. Nam vbi latitat incrementum & vſusfructus augetur: vbi autem apparet ſeparatum, fructuario non accedit.

LVII. q Fructus quidam ſunt naturales: quidam ciuiles: naturales, r ſi non magnam hominis induſtriam expoſcant, ſimpliciter naturales appellantur, ſiue è re mobili, ſiue immobili proueniant: vt pecudum partus & fruges: ſed ſi magna impenſa induſtriáque egeant, induſtriales appellantur: cuiuſmodi ſunt ſegetes demeſſæ, vindemia, & cætera generis eiuſdem. ſ Ciuiles ſunt qui ciuiliter producuntur à iure vel obligatione, lege vel contractu quæ obuentiones propriè dicuntur: t quia non ab ipſo corpore, ſed ex alia cauſa proueniunt: cuiuſmodi ſunt domuum penſiones, commiſſa iure patronalis fundi. u Naturales autem fructus quandiu pendent, propriè non fructus, ſed pars rei videntur. x Hi mox quàm à fundo ſunt ſeparati, fructus nomine cenſentur, ac vſufructuarij fiunt. Ciuiles, quando dies ceſſerit, fructuarij efficiuntur: z qui quotidie cadunt, tempúſque ſucceſſiorum habent: eóque pro ratione temporis quo vſusfructus fuit, inter fructuarium dominúmque diuiduntur.

LVIII. a Si pendentes fructus iam maturos reliquerit teſtator, fructuarius eos feret, ſi die legati cedente pendentes deprehenderit. Nam extantes fructus ad fructuarium pertinent. b Sed non aliter fructuum dominus efficitur, quàm ſi ipſe eos perceperit, & ideò licet maturis fructibus nondum tamen perceptis deceſſerit, ad hæredes eius non pertinent, ſed domino proprietatis acquiruntur. c Sed ſi fur decerpſerit, vel deſeruerit fructus maturos pendentes, fructuario furti actio competit: quoniam eius intererſuit fructus nõ eſſe ablatos. d Iure verò ciuili Normano, ſegetes, licet extantes poſt Diui Ioannis Baptiſtæ diem feſtum, pro mobili re habentur.

LIX. e Fructus à ſolo ſeparati nondum finito vſufructu, fructuarij ſunt ſolo tempore collectionis inſpecto, non ſementis factæ vel penſionis ſoluendæ.

LX. f Si fructuarius meſſem fecerit, & deceſſerit, ſtipula, quæ demeſſa iacet, hæredis eius eſt: ſpica quæ terra teneatur, domini fundi eſt, fructúſque percipiuntur ſpica, aut fœno cæſo: aut adempta, aut excuſſa olea.

LXI. g Fructus immaturos legere, h niſi qui legi immaturi ſolent, vt oliua, ſyluáque cædua, fructuario non licet.

LXII. i Si in ſingulos annos relictum ſit legatum, hoc amplius eſt in eo legato quàm in vſufructu, quòd in ingreſſu cuiuſlibet anni ſi deceſſerit legatarius, eius anni legatum hæredi ſuo relinquit: quod in vſufructu non ita eſt: cùm vſufructuarius etiamſi maturis fructibus nondum tamen perceptis deceſſerit, hæredi ſuo in eos fructus actionem non relinquit.

LXIII. k Fœtus pecorum ad fructuarium

q Carolus Molinæus in conſuet. Pariſ. gl. 1 §. 1. nu. 33. l. ſi nauis in prin. ubi non natura proueniunt, ſed iure percipiuntur. D. de rei vend.
r gl. Bart. & alij in l. ex diuerſo. D. eo. t. Canoniſtæ in c. granum de reſti. ſpol. Bald. in l. 1. C. de vſuf. leg. Aretinus conſ. 159.
ſ Idẽ Molinæus ſuꝑ loc. et ann. appell. Bart. ad l. vlt. in fin. D. de iur. fiſ. vocat induſtriales. Bal. in l. ſi traditio in fi. C. de act. empt. vocat induſtrioſiſſimos.
t l. vſura D. de verb. ſign.
u l. Falcidia placuit. D. ad leg. Falcid. l. fructum pendentes. D. de rei vend. l. vlt. D. quæ in fraud. cred. l. 1. §. ex hoc reſcri. D. de vit. inſp.
x l. defuncta fructuaria. D. h. t.
z Car. Mol. ſupraſc. loco n. 30.
a l. ſi pendentes. D. h. t.
b §. in veris Inſt. de rer. diuiſ.
c l. ſi fur decerpſerit D. h. t.
d l. immiet. Normana ver. 488.
e l. defuncta fructuaria. l. arbores. D. h. t.
f l. ſi fructuarius meſſem fecerit. ibid.
g Bald. in l. ſi pater. C. h. t. l. ſi ex ſylua. ib. Cynus. in l. 1. eo. t. alioqui nõ vteretur fructuarius boni viri arbitratu Mauger in conſ. Andegauenſ. verſ. 103 num 9.
h l. ſi abſente. §. vlt. D. h. t. l. pen. D. de vſuf. lega.
i l. in ſingulos. D. de ann. leg.
k l. vetus & duab. ll. ſeq. D. h. t.

pertinent. Sed gregis vel armenti vſufructu relicto, debet fructuarius ex natis gregem ſupplere in locum defunctorum, vel inutilium, l etiamſi eo tempore quo fœtus æditi ſunt, nihil fuit quod ſummitti deberet. m Sed ſi ſingulorum capitum, non gregis, vel armenti, vel equitij, id eſt, vniuerſitatis vſusfructus legatus eſt, nihil debet ſupplere legatarius.

LXIV. n Caro vel corium mortui pecoris in fructu non eſt; quia extinguitur mortuo eo vſusfructus.

CAP. VII.

Quæ liceant fructuario vel non.

Prima pars.

Quæ liceant.

LXV. o Non poteſt vſufructuarius prohiberi quo minus reficiat: quia nec arare prohiberi poteſt, aut colere: & non ſolùm neceſſarias refectiones faciet, ſed & voluptatis cauſa tectoria & pauimenta, & ſimilia.

LXVI. p Materiam ſuccidere, quantum ad villæ refectionem ſatis ſit, vſufructuarius poteſt: quemadmodum calcem coquere, vel arenam fodere, aliúdve quid ædificio neceſſarium, poteſt.

LXVII. q Vſufructuarius, vel ipſe frui ea re, vel locare: r vel vendere, tum etiam ſ pignori dare poteſt. Nam & qui locat vtitur, & qui vendit. Sed & ſi alij precario concedat, vel donet, vti eum non dubitatur, atque ideò retinere vſumfructum. t Iſtud tamen obſeruandum, ne vel abutatur vſufructu, vel contumelioſè, iniurioſéve vtatur.

LXVIII. u Fructuarius, niſi in conſtituendo vſufructu nominatim id ſit exceptum, conductorem expellere poteſt: x niſi conductioni ſpecialis hypotheca rei ipſius acceſſe-

l l. quid ergo. § ſi forte. ibid.
m d. l. quid ergo.
n l. Caro D. quib. mod. vſusfr. vel vſus amit. d. l. quid ergo. verſ. vnde Caſſius.
o l. hactenus. D. h. t.
p l. arboribus. ibid.
q d. l. arboribus. l. ſi vſusfructus. D. de iur. dot. l. neceſſario. §. vlt. D. de per. & com. rei vend.
r idem l. cùm vſusfructus. D. haic commoditatem antecedere tantum vſufructuarius poteſt non ius ipſum vſusfructus quod perſonale eſt. Pan. n. 1. ad c. præterea. 2. de iure patro. Bart. ad l. quiſquis. C. de pœn. bono. ſub. lib. 10. tit. 14.
ſ l. vlt. & ibi gloſſ. D. de vſur. l. fructus. D. de reg. iur. Gloſſ. in l. vſusfructu legato. D. h. t.
t l. ſi pendentes. ibid.
u l. arbores. § penſiones. D. h. t. in l. emptorem. C. de loca. deciſ. capel. Toloſane 420.

x Auferius in d. deciſ. arg. quòd cum hic conductor habeat actionem in rem multo magis exceptionem l. 1. § quod autem D. de ſuperf. Bart. in d. l. emptorem. vbi ſe aduocato ita fuiſſe iudicatum tradit Bald. Salyc. & Ioan. Faber in d. l. emptorem, & idem Bald. in l. 1. verſ. pone maritus. D. de fruct. & lit. expenſ. l. ſi filiusfamilias. & ibi Alex. D. ſolu. matr. Arreſto Pariſ. Senatus anni 1543. relato à Ioanne Papone lib. 10. tit. 3. Arreſto 4. idẽ Papo. 1. Notario 1. de locato. arg. quòd alienatio facta ſit cum ſua cauſa. Ioannes Imbertus Enchiridio iuris Gallici in verb. locatio. l. ſi creditor. §. vlt. D. de diſtract. pignor. vbi ſi conuenerit ne liceat hypothecam vendere, eius venditio nulla eſt, vt pactioni ſtetur argum. l. 1. Cod. de neceſſ. hered. Inſtit. vbi ſeruus generaliter obligatus non prohibetur manumitti, vel heres inſtitui. Secus autem ſi ſpeciali hypothecæ ſit ſubditus, & huic opinioni applaudit in l. ſi ita quis. §. ea lege. D. de verb. obligat. Contra Bartoli & Ioannis Fabri ſententiam in d. l. emptorem, & Pauli Caſtrenſis in l. vlt. Cod. de reb. alien. non alien. qui tradunt generalem etiam hypothecam efficere, vt ſingularis ſucceſſor ſtare colono teneatur, eámque dominij tranſlationem impedire. DD. in l. ea lege. Cod. de condiction. ob cauſ. & in l. ſi ita quis. §. ea lege. D. de verbor. obligation. & in l. filiusfamil. §. Diui. D. de legat. 1. & Guidonis Papæ eadem eſt ſententia in quæſtion. 480. Contra item Caroli Molinæi opinionem in conſ. Pariſ. §. 30. num. 95. qui ſiue generalis hypotheca ſiue ſpecialis acceſſerit, retinendæ rei ius conductori relinquit, quoad id quod intereſt exſolutum ſit, argum. quod finita actione perſonali finiatur, & hypothecaria. l. iterum liberatur in princip. D. quib. mod. ius hypothec. ſolu. l. intelligere cum gloſſ. C. de locat. Perſonalis autem obligatio non obſtringat omnimodo ad factum, ſed eius loco ad quod intereſt præſtari poſſit l. ſi quis ab alio in fin. D. de re iudic. Bartol. & Salyc. in l. qui fundum. D. locat. idem Bartol. & Imola in l. vectigalia ad fin. D. de public. & Ioann. Puteanus hanc opinionem eſſe refert Guido Papa d. quæſt.

rit, [z] aut bonorum omnium mobilium immobiliúmque vſusfructus ſit relictus. [a] Is vero cui generaliter bona hypothecæ in conductionem obligata ſunt, retinere rem poteſt quoad id quod intereſt exſoluatur.

LXIX. [b] Inſtituere lapidicinas, cretifodinas, arenæ fodinas, item auri, argenti, ſulphuris, æris, ferri fodinas fructuarius poteſt, ſi nihil agriculturæ nocebit. [c] Ac quidem vineta, arbuſta, vel olíueta deiicere poterit, ſi in iis fodinis plus ſit redditus: modò hæc cœlum non corrumpant, nec magnum deſideratura ſint apparatum, quem ſuſtinere proprietatis dominus non poſſit.

LXX. [d] Si ædium vſus legatus ſit, lumina immittere fructuarius poteſt: ſed & colores & picturas, & marmora poterit, & ſigilla, & ſi quid ad domus ornatum pertinet.

LXXI. [d] Fructuarius ſeruitute fundo fructuario debita vti poteſt. [e] Et ſi vſusfructus legetur, adminicula fructuarius habebit, ſine quibus vti frui non poteſt: & neceſſe erit vt ſequatur eum aditus: vſque adeò vt ſi quis vſumfructum loci leget, ita ne hæres cogatur viam præſtare, inutiliter hoc adiectum eſſe videatur. [f] Et ſi vſufructu legato iter ademptum ſit, inutilis ſit ademptio: quia iter ſemper ſequitur vſumfructum, ſi aditus non ſit niſi per hæreditarium fundum. Alias verò vtilitates aut ſeruitutes hæres non præſtat: veluti luminum aut aquarum, niſi eas, ſine quibus omninò vti non poteſt; non eas etiam, quibus cum aliquo incommodo.

LXXII. [g] Ei cui legatur fundi vſusfructus, via per alium fundum teſtatoris etiam alteri legatum, præſtari debet.

LXXIII. [h] Vſufructuarius procuratorio nomine nouum opus poteſt nuntiare: vel vindicare vſumfructum ab eo qui nouum opus faciat.

LXXIV. [i] Et inter fructuarios interdictum [vti poſſidetis] reddendum. Similiter ſi alter vſum, alter ſibi fructum tueatur.

LXXV. [k] Vſufructuario, cùm naturaliter poſſideat, iura omnia, ſeruitutes, obuentiones, commoditatéſque debentur: earúmq; rerum cauſa contra quoſlibet, vel ipſum quidem dominũ, interdictum, [vti poſſidetis,] datur, ſi quid ei interturbetur.

LXXVI. [l] Fructuario fundi patronalis procuratorio nomine domini iura omnia patronatus exercere: in fidem clientes recipere: in clientelares fundos manum iniicere, cùm res exigit, facultas datur.

LXXVII. [m] In iis prouinciis Galliæ, in quibus ius redhibitionis fundi clientelaris venditi patrono competens vendere vel donare aut cedere permittitur patrono, ius redhibitionis fructuario magis quàm domino proprietatis competit. [n] In aliis verò pro-

k l. naturaliter, in princ. l. poſſeſſio in princ. D. de acq poſſ. d. l. vlt. D. vti poſſid. l. 2. in fi. D ſi ſeruit. vendic. Caro. Molinæus in Conſ Pariſ. §. 1. Glo. 1. n. 30. l Idem Molinæus d. Glo. n. 10. arg. d. l. 1. §. vlt. D de nou. oper. nunt & l. 1. in fi. cum l. ſeq. D. vſuſ. quemad. caue vbi notatur quippe cùm fructuario omnis rei adminiſtratio, cuſtodiáque cõpetat. m Franc. Connanus lib. 4. Com. iur ciu. c. 1. arg. l. vſufructu legato. D h. t. n Carolus Molinæus in d. Conſ. Pariſ. t. 1 §. 1. n. 13. & ſeq. arg. quòd fructuarius meliorem domini conditionem facere poſſit. l. æquiſſimum. §. fructuario

z Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. exp. ver. Penè maritus arg. quid bona non intelligãtur niſi deducto ære alieno in quo numera. d. a eſt obligatio loca tionis. l. vlt §. & ſi præfatam. C. de iure delib. fac. annot. à Bart. in l. vlt. D. de vſuf leg. a Io. Imola & Ludo. in l. Qui abſenti. §. 1. D. de acq poſſ. & idem Imola in l. filius. §. diuus. D. de leg præſt. Bart. Io Porcus & Alex. in l. ſi filio §. vlt. D Sol. matr. & in l. Qui fundũ. D loca. idẽ Bart. in l. 1. D. de ſuper. & in d. §. vlt vbi quoque Alex. Bald. in d l. 1. C. de fruct & liti. exp. Io. Imola in d l filius. §. diuis D. de lega. Guido Papa d. qu. 480. Io. Ferrarius in forma libelli in quo agitur ad fidei præſtationẽ & rei relaxationẽ, in verb. ſoluere.
b l. ſi vſusfructus. §. fructuarius. D. h. t. Marmor tamẽ excisum niſi lapis talis ſit vt renaſcatur, in fructu non eſſe putat Papinianus ad l Diuortio. §. ſi vir in fundo. D Sol. matri.
c d. § fructuarius.
d l. 1. D. ſi vſuf. pet.
e d. l. §. 2.
f d. l. § Item ſi vſusfructu.
g l. dãnas eſto. §. 1. D de vſu & vſufr lega.
h l. 1. §. vlt. D. de no. oper. nũt.
i l. vlt. D. vti poſſid.

A uinciis vbi patrono alienare ius redhibitionis non licet, fructuarius prædij patronalis redhibere quidem fundum cliẽtelarem venditum poteſt, eóque frui donec vſusfructus finitus ſit: Quod cùm acciderit, prædiũ clientelare patrono domino proprietatis reddere debebit, [o] ſi quidem reſtituere pretium velit. [p] Sed fructuario prædij patronalis prædia clientelaria ante vſumfructum vendita redimendi facultas non datur.

B LXXVIII. [q] Fundi eius fructuarius, cui in ſacerdotiis ius patronatus competit, deſignare Epiſcopo eum qui in demortui ſacerdotis locum ſufficiatur, magis quàm proprietarius poteſt.

LXXIX. [r] Fructuario fundi clientelaris, ſi proprietatis dominus offerre domino fundi patronalis ſeſe in eius fidem dedere detrectet, id ipſum facere licet, ac patrono obſtare ne in ſuum detrimentum in cliẽtelare prędium manus iniiciat. [s] Hæc tamen res ad domini, non fructuarij onus pertinet.

C LXXX. [t] Nauis vſufructu legato, nauigatum mittere vſufructuarius poterit, licèt naufragij periculum immineat. Nauis enim ad hoc paratur, vt nauigetur.

Secunda pars.

Quæ non liceant fructuario.

D LXXXI. [u] Fructuarius meliorem cauſam proprietatis facere poteſt: deteriorem facere non debet. [x] Nec rectè is fruitur qui agros non proſcindit: vites non ſubſerit: aquarum ductus corrumpi ſinit: [z] arbores frugiferas exſcindit: villam diruit, aut quicquam facit in perniciem proprietatis. [a] Et in omnibus rebus mobilibus modum tenere vſufructuarius debet, ne ſua feritate vel ſæuitia ea corrumpat.

E LXXXII. [b] Vſufructuarius neque ampliare, neque inutile detrahere poteſt, quamuis meliùs repoſiturus ſit. [c] [d] Et ſi fortè voluptarium fuerit prædium, viridaria, vel geſtationes, vel deambulationes arboribus infructuoſis opacas & amœnas habens, non debebit deiicere, vt fortè hortos olitorios faciat, vel aliud quid quod ad reditum ſpectat.

LXXXIII. [d] Sed ne ædificium quidem ponere in fundo vſufructuarius poteſt, niſi quod ad fructum percipiendum ſit neceſſa-

F rium. [e] Ædificium quoque inchoatum, fructuarium non poſſe conſummare placet, etiamſi eo loco aliter vti non poſſit. Sed ne eius quidem vſumfructum eſſe, niſi in conſtituendo vel legando vſufructu hoc ſpecialiter adiectum ſit, vt vtrumque ei liceat.

LXXXIV. [f] Si ædium vſusfructus legatus ſit, vſufructuario non permittitur diætas transformare, vel coniungere, vel eas ſepa-

G rare: vel aditus poſticáſque vertere: refugia aperire: atrium mutare: viridaria ad aliũ modum conuertere. Excolere enim quod inuenit poteſt, qualitate ædium non mutata. [g] Nouum quoque tectorium parietibus rudibus imponere non poteſt: quia tametſi melius excolendo ædificium facturus eſſet, non ta-

& §. præterd D. h. t. arg. l. quacunque ratione. D. de præcur. § arg. l. Iulianus § ſi qui colluſione. D. de act. empt l. 2 quæreretur. D de adm tut.
p Carol. Molin. d. 1 §. 13. n. 19
q Idem Molinæus d. t. 1. Gl. 1. n. 3. annotatur in c ex literis. de iure patro. in c cũ olim de maior. & obed.
r Io Faber in § fuerat Inſtit. de actio. Frãc Mingo in Cõſ. Andegau. v. 126 Contra tamen cẽſet Molinæus.
s Idem Mingo in d Conſuet. Andeg. §. 125. & §. 112 arg. l penul. & ibi. Glo. D. de lega 3. vbi mobilia legata onerata omnia & introitus militia ab herede ſunt danda. l. 1. D. ſi vſuſr petа. Carol. Molin. in d Conſ. Pariſ §. 1. Gl. 1. nu 8. & 53. Albericus Roſates ad l vſufructu legato. D. h. t. & in Rub. C. eod. Guido Papa qu. 477.
t l. arboribus. D. h. t.
u l. ſi cuius rei vſusfructus legatus. §. fructuarius. D. h. tit.
x d. l. §. denique.
z d. § fructuarius.
a l. Sed & ſi quid inædificauerit. §. & generaliter. D h t.
b l hactenus, in fi. & l. ſeq ibi.
c d. d. §. fructuarius.
e l. vſufructuarius nouum. ibi.
f l. ſi cuius rei vſusfructus. § ſi ædium.
g l. vſufructuarius nouum tectorium ibib.

men id iure ſuo facere poteſt: aliúdq; eſt tueri quod accepit: aliud nouum facere.

LXXXV. [h] Item is cui ædiū vſusfructus legatus eſt, altiùs tollere non poteſt, quia tectum magis turbatur, quod etiam in proprietatis domino locum habet. Item nec obſtruere vſufructuarius poteſt, [i] neque nouum riuum parietibus imponere.

h d.l. ſi cui rei vſusfructus §. inde Nerua. & l. vſufructu legato. ibid.
i l. vſufructuarius nouum riuum ibid.

LXXXVI. [k] Nec is quoque, cui domus vſusfructus legatus eſt, meritoria illic facere debet, nec per cænacula diuidere domum: non balneum in ea facere, & ſi in ea ſit vſibus domeſticis ſolitum vacare, illud locare non poteſt: nec domum ad ſtationem iumentorum locare.

B

k d.l. ſi cuius rei vſusfructus § vlt. & l ſeq.
l l Sed & ſi quid. ibid.

LXXXVII. [l] Quod ſi quid inædificauerit fructuarius, poſtea neque tollere hoc, neq; refigere poteſt. Planè refixa poteſt vendicare.

LXXXVIII. [m] Si in quinquennium aliúdve tempus vſusfructus à fructuario locetur, eo ante id tempus mortuo, finitur locatio.

C

m l. ſi ſocrus. C. de vſufr. l. neceſſario. §. vlt. & Bald. D. de peric. & com. rei vē. Glo. l. ſi domitiana C de vſufr.

CAP. VIII.

Quæ liceant domino proprietatis: vel non.

Prima pars.

Quæ liceant.

LXXXIX. [n] Legato vſufructu, dominus proprietatis obligare creditori proprietatem, manente ſcilicet integro vſufructu, non prohibetur.

D

n l. 2. l. intereſt. C. de vſufr & habit.

XC. [o] Hæres, in fundo cuius vſusfructus legatus eſt, villam poſuit. Eam inuito fructuario demoliri non poteſt: nihilo magis quàm ſi arborem poſuiſſet, eam ex fundo euellere non poteſt. Sed ſi antequam vſufructuarius prohibuerit, demolitus erit: impunè factum.

o l. hæres. D. de vſu & vſufr. lega.

E

XCI. [p] Si is qui binas ædes habebat, alterarum vſumfructum legauerit, poteſt hæres altiùs tollendo obſtruere luminibus, quoniam habitari poteſt etiam obſcuratis ædibus. Quod vſque adeò temperandum eſt, vt non in totum ædes obſcurentur: ſed modicum lumen, quod habitantibus ſufficit, habeant.

p l. ſi is qui binas. ibid.

F

Secunda pars.

Quæ non liceant.

XCII. [q] Nec ſeruitutem imponere fundo poteſt proprietarius, nec amittere ſeruitutem. Acquirere planè ſeruitutem etiam inuito fructuario poteſt. [r] Proprietatis tamen dominus, etiam non conſentiēte fructuario, eiuſmodi ſeruitutem imponere poteſt, per quam deterior fructuarij conditio non fiat: veluti ſi talem ſeruitutem vicino cōceſſerit, ius ſibi non eſſe altiùs tollere.

G

q l. Sed & ſi quid inædificauerit §. ſed nec ſeruitutem. D. h. t.
r d. l. §. vlt & l ſeq. ſecundum interpretationē Franciſci Connanuli. 4. Comment. iuris ciuilis c. 2. qui locum alioqui obſcurus videtur.

XCIII. [ſ] Nec ædificium licet domino altiùs tollere vſufructuario inuito, [t] nec areæ vſufructu legato poteſt in area ędificium poni.

ſ l. vſufructu legato. D. h. t.
t l. 1. D. ſi vſufr. pet.

XCIV. [t] Domino proprietatis deiicere

A

arbores non licet, nec ædificium demoliri, nec aliquo modo vſumfructum facere deteriorem, aut ſeruitutem imponendo, aut ea vicinorum prædia liberādo. [u] Et ſi arbores vento deiectas dominus non tollat, per quod incōmodior ſit vſusfructus, vel iter, ſuis actionibus vſufructuario cum eo experiundū erit.

u l. Proculus. §. 1. D h. t.

CAP. IX.

Quæ præſtare fructuarius debeat poſtquam ei res eſt tradita.

XCV. [x] Fructuarius cogi poteſt rectè colere, ſubſerere arbores: [z] in locum demortuarum aliâs ſubſtituere: [a] non tamen in earum, quæ vi tempeſtatis abſq; culpa fructuarij euulſæ fuerint: [b] reficere quoq; ædes, hactenus tamen vt ſarta tecta habeat. [c] Modica enim refectio ad fructuarium pertinet. Quod ſi quid vltra quàm impendi deberet, erogatum probare poterit, repoſcere non prohibetur. Si qua autem vetuſtate corruiſſent, neutiquam cogitur reficere: ſed ſi hęres refecerit, pati debet fructuariū vti, [d] impenſa autem modica an magna ſit iudicis arbitrio relinquitur [e] ex rei natura & qualitate æſtimandum.

x l. hactenus. ibid.
z l. Agri. ibi.
a l. arbores. ibi.
b l. vſusfructus pluribus, in fi. & l. ſeq. ibid. l. eum ad quem. C. de vſufr. & habit. l. damni infecti ſtipulatio §. ei cum l. inter fructuarium. D. de dam. inf.
c d. l. eum ad quem. Bartolus vero ad eam l. expenſas refectionis omnes ad fructuarium cēſet pertinere. ſed magnas actione in factū non negotiorū geſtorum, cùm neceſſitate feciſſe dicat, repetere permittit. Sed idē Bart. ad l. Cotem. §. qui maximos. D. de publica. & vectig. com. n. 14. exiſtimat antequam impenſæ fiant, pecuniam in eas neceſſariam petere fructuariū poſſe: ſed operis ſolicitudinē totā ad fructuarium pertinere.
d Glo. in d. l. hactenus. arg. l. 1. §. vlt. D. de iure delib.
e arg. §. præterea. Inſtit. de actio.

XCVI. [f] Fructuarius qui non reficit, à domino vti frui prohibetur. [g] Quod ſi hæres abſente fructuario quaſi negotium eius gerens reficiat, negotiorum geſtorum actionem habet, tametſi ſibi in futurum hæres proſpexerit. [h] Sed ſi paratus eſt fructuarius vſumfructū derelinquere, non eſt cogendus domum reficere, in quibus caſibus & fructuario hoc onus incumbit. Sed & poſt acceptum contra eum iudicium, parato fructuario derelinquere vſumfructum, dicendum eſt abſolui eum debere à iudicio. [i] Sed cùm fructuarius debeat, quod ſuo ſuorúmque facto deterius factum ſit, reficere, non eſt abſoluendus, licèt vſumfructum paratus ſit derelinquere. Debet enim omne quod diligens paterfamiliâs in ſua domo facit, & ipſe facere.

f l. quamuis. §. vlt. & l. ſi proprietarius. in prin. D. de dam. inf.
g l. ſi abſente. D. h. t.
h l. Cum vſufructuarius. ibi. & d. l. ſi abſente.
i l Sed cum fructuarius. ibid.

XCVII. [k] Si teſtator iuſſerit vt hæres reficeret inſulam, cuius vſumfructum legauit, poteſt fructuarius agere vt hæres reficiat. Quod ſi hæres hoc non feciſſet, & ob id fructuarius frui non potuiſſet, hæres etiam fructuarij eo nomine habebit actionem, quāti fructuarij interfuiſſet non ceſſaſſe hæredem, licèt vſusfructus morte eius interiiſſet.

k l. ſi extraneo. & l. ſeq. ibid.

XCVIII. [l] Cùm ædes à fructuario reficiūtur, quæ ex his ea cauſa detrahuntur, fructuarij efficiuntur.

l Glo in d l. hactenus. arg. l. quod ergo. ibid.

XIX. [m] Non magis hæres reficere debet quod vetuſtate iam dęteriùs factum reliquit teſtator, quàm ſi proprietatem alicui teſtator legaſſet.

m d. l. ſed cum fructuarius.

C. [n] Si qua ſeruitus impoſita eſt fundo, neceſſe habebit fructuarius ſuſtinere.

n l. ſi pendētes. §. vlt. ibid.

CI. [o] Vſufructuarius onera agnoſcit vſufructu legato: vt puta ſtipendiū vel tributum, vel ſolariū, vel alimēta ab eo relicta, [p] vel etiā ſi quæ indictiones tēporariæ fūdo indictæ

o d l. hactenus & l. Generalis. §. vl. D. de vſu & vſufr. leg. l. vſusfructu. D. h. t.
p l. quæro. ibid.

ſunt, vel

fũt, vel poſtea iudicantur: [q] itẽ ſi quid cloacarij nomine debeatur vel aquæductus per agrum tranſeuntis cauſa, vel ad collationem viæ debitum, vel ob tranſitum exercitus, vel quod ex fructibus viliore pretio municipio ob neceſſitates publicas debet addici: [r] niſi eiuſmodi tantáque eſſent ea onera vt vſumfructum exhaurirent.

q d. l. ſi pendentes. §. 1.

r Glo. ad l. qui concubinam. §. qui hortos. D. de lega. 3. Dynus & Bart. ad illa verba, §. idem teſtator. ibid. vbi illam Glo. dicit ſingularem. Io. de Imola Romanus ſing. 156. vbi ſe aduocatum ita Florentiæ in arduâ cauſa iudicatũ refert.

CII. [ſ] Si cuiquam partis prædij vſusfructus cõpetat, fructuarius expenſas fructuum colligendorum caoſa factas proportione vſusfructus agnoſcere cogitur.

ſ l. Generaliter. §. Lucius & ibi. Bart. & l. fundi Trebatiani. D. de vſu & vſufr. lega.

CIII. [t] Multum refert, vtrum bonorum quis, an rerum vſumfructum legauerit. Nam ſi bonorum vſusfructus legabitur, etiam æs alienum ex bonis deducetur, & quod in actionibus erit, computabitur. At ſi certarum rerum vſusfructus legatus erit, non idem obſeruabitur. [u] Sed nec ab eo cui bonorum omnium vel certæ partis vſusfructus legatus eſt, præſtari legata debent.

t l. vlt. ibid.

u Guido Papa q. 541. Bart. in d. l. vlt.

CIV. [x] Fructuarius omnem rei curam ſuſcipere, coſtodiámque præſtare tenetur: & in cautione ab eo præſtita interdum inerit proprietatis æſtimatio, ſi fortè, cùm potuerit vſucapionem interpellare, neglexerit.

x l. 1. & 2. D. vſufructus quemad. cau. l. Sed & ſi quid. §. ſed nec ſeruitutem. D. h. t. Nota. in l. de die §. quidã. D. qui ſatiſd. cog. Salyc. ad l. 3. C. de proc. Alex. ad l. 1. §. vlt. D. de oper. no. nũt. Paul. ad l. eum quem. C. de vſufr. Carol. Molinæus in Conſ. Pariſ. t. 1. §. 1. Glo. 1. arg. l. 1. D. ſi vſufr. peta. vbi ſeruitutum cauſa actio datur fructuario procuratorio nomine.

CAP. X.

De actione confeſſoria ac negatoria vſusfructus cauſa.

CV. [z] SI agat qois ius ſibi eſſe fundo fortè vel ædibus vtendi fruendi, vel per fundum vicini eundi, agendi in rem actio eſt. Contrà quoque de vſufructu & de ſeruitutibus proditæ ſunt actiones, vt ſi quis intendat ius non eſſe aduerſario vtendi, fruendi, eundi agendi, iſtæ quoque actiones ſunt, ſed negatiuæ. Quod genus actionis in controuerſiis rerum corporalium proditum non eſt. Nam in his is agit qui non poſſidet: Ei verò qui non poſſidet non eſt actio prodita per quem neget rem actoris eſſe.

z §. æquè Inſt. de actio.

CVI. [a] Non ſolùm in rem actio aduerſus dominum vſufructuario competit, ſed aduerſus quemuis poſſeſſorem. Nam etſi fundo fructuario ſeruitus debeatur, fructuarius non ſeruitutem, ſed vſumfructum vendicare debet aduerſus alterius vicini fundi dominum. [b] Et ſi dominus ædificando, vel alio quocunque modo vſumfructum deteriorem facit, actione confeſſoria aduerſus eum vtetur, non vt cum vicino agitur, opus nouum nuntiabit.

a l. vti frui. D. ſi vſufr. peta. vel ad alt. per. neg.

b l. 2. D. de nou. oper. nũt.

CVII. [c] Vti frui ius ſibi eſſe, is ſolus poteſt intendere qui habet vſumfructum: dominus autem fundi non poteſt: quia qui habet proprietatem vtendi, fruendi, ius ſeparatum non habet. Nec enim poteſt ei ſuus fundus ſeruite. De ſuo enim nõ de alieno quemque agere oportet. Quanquam enim actio negatoria domino competit aduerſus fructuarium, magis tamen de ſuo iure agere videtur quàm de alieno, cùm inuito ſe negat ius eſſe vtendi fruendi fructuario, vel ius ſibi eſſe probibendi. Quod ſi fortè qui agit, dominus proprietatis non ſit, quamuis fructuarius ius vtendi fruendi non habet, vincet tamen iure quo poſſeſſores potiores ſunt, licèt nullum ius habeant.

c l. vti frui. D. d. t. ſi vſufr. pet.

CVIII. [d] An vſusfructus nomine actio municipibus dati debeat, quæſitum eſt. Periculum enim eſſe videbatur ne perpetuus fieret: quia neque motte, neque facilè capitis diminutione periturus eſt. Qua ratione proprietas inutilis eſſet futura ſemper abſcedente vſufroctu. Sedtamen placuit dandam eſſe actionem. Vnde ſequens dubitatio eſt quouſque tuendi eſſent in eo vſufructu municipes. Et placuit centum annis tuendos eſſe municipes: quia is finis vitæ longæui hominis eſt.

d l. an vſusfructus. D. h. t. l. ſi vſusfructus municipibus. D. de vſu & vſufr. lega.

C I X. [e] Titio vſusfructus fundi, aut ſi nauis ex Aſia venerit, decem legata ſunt. Non petet vſumfructum antequam conditio decem exiſtat, vel deficiat: ne poteſtas hæredi vtrum velit dandi auferatur.

e l. Titio. ibid.

C X. [f] Fundi communis vſusfructus, quem ſociorum alter legauerit, cauſa confeſſoria agitur pro indiuiſo ex parte dimidia, tametſi iudicio communi diuidundo inter hæredem & ſocium ſit diuiſus.

f l. ſi qui fundum ibid.

C X I. [g] Actio confeſſoria competit aduerſus poſſeſſorem fundi de quo inter duos queſtio eſt.

g l. cuiuſcũque. §. 1. D. h. t.

C X I I. [h] Sed ſi ipſi fructuario quæſtio moueatur, interim vſusfructus ei differtur: ſed caueri debet de reſtituendo eo quod ex his fructibus percepturus ſit. vel ſi ſatis non detur, ipſi frui permittitur.

h d. §. 1.

C X I I I. [i] Si vſusfructus mihi in biẽnium à morte teſtatoris legatus ſit, & per hæredem ſteterit quominus eum mibi daret, præterito biennio nihilominus tenebitur, quemadmodum teneretur ſi res legata in rerum natura eſſe deſiiſſet, cùm quis deberet, moratúſque eſſet in ea danda, vt peti quidem iam vſusfructus qui legatus ſit, non poſſit, quia alius futurus ſit, quàm qui legatus fuerit: ſed æſtimatio eius bima duntaxat facienda ſit.

i l. ſi vſusfructus mihi. & l. cuiuſcunque. ibid.

C XIIII. [k] In his actionibus quæ de vſufructu aguntur, etiam fructus venire plus quàm manifeſtum eſt. [l] Et fructuario qui vicit, omnis cauſa reſtituenda eſt. [m] Similiter ſicut fructuario confeſſoria in rem agenti fructus præſtandi ſont: ita & proprietatis domino, ſi negatoria actione vtatur. Et ſi poſſident, officium iudicis erit, nempe vt ſecurus cõſequatur fructuarius fruendi licentiam, & proprietatis dominus non inquietetur.

k l. vti frui. §. in his actionib. D. ſi vſufr. peta. l. ſi pater. C. de vſufr. & habit.

l l. fructuario. D. d. t. ſi vſufr. peta.

m d. l. §. 1.

C X V. [n] Cuiuſcunque ſundi fructuarius prohibitus aut deiectus de reſtitutione rerum ſimul occupatarum aget.

n l. cuiuſcũque. D. h. t.

C X V I. [o] Qui de vſufructo iudicium accepit, ſi deſierit poſſidere ſine dolo malo, abſoluetur. Quòd ſi liti ſe obtulit, & quaſi poſſeſſor actionem de vſufructu accepit, damnabitur.

o l. vlt. D. ſi vſufr.

CAP. XI.

Quibus modis vſusfructus finiatur, vel non.

Prima pars.

Quibus modis finiatur.

CXVII.[p] NE in vniuerſum inutiles eſſent proprietates ſemper abſcedente vſufructu, placuit certis modis extingui vſumfructum, & ad proprietatem reuerti.[q] Ac morte quidem fructuarij amitti vſumfructum nō recipit dubitationem: cùm ius fruendi morte extinguatur, ſicuti ſi quid aliud quod perſonæ cohæret.[r] In ſingulos autem annos relictum legatum ſimile eſt vſufructui, ac morte finitur.[ſ] Idem dicendum ſi patrimonij ſui redditum omnibus annis vxori aut alij reliquerit.

CXVIII. [t] Vſusfructus ciuitati legatus finitur quaſi morte, ſi aratrum in eam inducatur cùm ciuitas eſſe deſinat. [u] Item [x] vt & ſuprà relatum eſt, centeſimo anno, [z] qui finis vitæ longiſſimus eſt.[a] Idem erit ſi eccleſiæ vſusfructus ſit legatus.

CXIX. [b] Finitur item vſusfructus duabus capitis diminutionibus, maxima & media,[c] ſi quis nempe libertatem & ciuitatem amittat, non verò minima. Quare enim ſi filiusfamiliàs fuerit is qui vſumfructum habet fortè ex caſtrenſi peculio, vbi nec patri vſusfructus acquiritur, poſſeſſum per emancipationem eum amittat?[d] Non ſolùm autem vſumfructum amitti capitis diminutione conſtat: ſed & actionem de vſufructu. Sed ita demum amittitur capitis diminutione vſusfructus, ſi iam conſtitutus eſt. Cæterùm ſi ante diem cedentem quis capite minutus ſit, conſtat non amitti.

CXX. [e] Cùm capitis diminutio eum demum fructum perimat, qui iam conſtitutus eſt, ſi in ſingulos annos, vel menſes, vel dies legatus ſit, is demum amittitur qui iam præceſſit. Et ita ſi fortè in annos ſingulos legatus eſt, illius duntaxat anni vſusfructus amittitur: & ſi in menſes, eius menſis: & ſi in dies, eius diei, [f] vt commemoratio temporum repetitionis poteſtatem habeat. Eadem ratione ſi duobus ſeparatim alternis annis vſusfructus legatus ſit, & non mors, ſed capitis diminutio alterius interceſſerit, illius anni tantùm (ſi modò ius fruendi habuit) vſusfructus amiſſus erit.[g] Et ſi ex die legatus ſit vſusfructus, quem ſis rogatus mihi reſtituere, ſi intra diem legato inſertum capite minutus fuero, non perimitur vſusfructus.

CXXI. [h] Conſolidatione finitur vſusfructus: puta ſi domino proprietatis cedatur à fructuario, vel ſi fructuarius proprietatem rei acquiſierit.

CXXII. [i] Amittitur vſusfructus, ſi eo fructuarius decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes non vtitur.[k] Non vti autem vſufructuarium intelligimus, ſi nec ipſe vtatur, nec eius nomine alius. vel qui conduxit: vel cui donatus eſt, vel qui negotium eius

p l.3.D.h.t.§. ne tamen Inſt. eo t.
q l.1.§ vlt.D. quib.mo.vſufr. vel vſus am.l. 3 l.ambiguitatem.C.de vſuf. & habit.
r l. in ſingulos annos. D. de ann.lega.
ſ l.patrimonij. D.de vſu & vſufr.lega.
t l.ſi vſusfructus ciuitati. D.d.t. quibus modis vſusfr. vel vſus amit.
u l.ſi vſusfructus municipibus. D. de vſu & vſufr. lega. l. an vſusfructus.D.h.t.
x ver 108 h.t.
z Idem l.vlt. C de ſacro.eccleſ.
a Glo.& Bar. ad d.l. ſi vſusfructus
b §.vlt.Inſtit. h.t.
c l.corruptionē. C.de vſufr.actio & habit.
d l 1 D.d.t. quibus mod.vſusfr. vel vſ. am.
e d.l.§.vſq; adeo.
f l 2.ibid.
g d.l.1.§.2.
h § item finitur Inſt h.t.l.ſi vſusfructus.D. de iur.dot.
i l.corruptionē. C.de vſufr. & habit.
k l.non vtitur, & ann. ll. ſeqq. l. arboribus.D.h.t.

A geſſit. Planè illud intereſt, quòd ſi vendidero vſumfructum, etiamſi emptor non vtatur, videor vſumfructum retinere. Quia qui pretio fruitur, non minus habere intelligitur, quàm qui principaliter vtitur fruitur. Quod ſi donauero, nō aliâs retineo niſi ille vtatur.[l] Retinetur etiam vſusfructus per maritum vxoris nomine vtentem, & per vxorem mariti nomine.

B CXXIII. [m] Is qui vſumfructum habet, ſi tantùm vtatur, quia exiſtimat ſe vſum tātùm habere, ſi quidem ſciens ſe vſumfructum habere, tantùm vti velit, nihilominus & frui videtur: ſi verò ignoret, amittit vſumfructum. Non enim eo quòd habet vtitur, ſed quod exiſtimat ſe habere.

CXXIV. [n] Amittitur etiam vſusfructus rei interitu. Nam vſusfructus eſt ius in corpore, quo ſublato & ipſum tolli neceſſe eſt. C [o] Itaque ſi ædes incendio conſumptæ fuerint, vel etiam terræ motu, vel vitio ſuo corruerint, extinguitur vſusfructus, & ne areæ quidem vſusfructus debetur. [p] Tamen quamdiu quælibet portio ædium remanet, totius ſoli vſumfructum retinet.

CXXV. [q] Bonorum vniuerſorum vſufructu legato, etiā diruto ædificio areę, vſusfructus debetur: quia in ſubſtantia bonorum etiam area eſt.

D CXXVI. [r] Equorum vſufructu legato, ſi vnus ex equis deceſſerit, equorum vſusfructus ſupererit in reſiduis. Quadrigę verò vſufructu legato, ſi vnus ex equis deceſſerit, nō remanebit, quoniam quadriga eſſe deſiit. Niſi alius ante diem legati cedētem ſubſtitutus ſit.

CXXVII. [ſ] Cum gregis vſusfructus legatus eſt, & eò vſque numerus peruenit gregis, vt grex non intelligatur, perit vſusfructus.

CXXVIII. [t] Rei mutatione interire vſumfructum placet. Itaque vſufructu ædium legato, ſi corruerint, vel exuſtæ ſint: nec areæ, nec cæmentorum vſusfructus debetur.[u] Nec ſi demolitis ædibus teſtator alias nouas reſtituerit,[x] tametſi ex iiſdem cæmentis, tignisve earum vſusfructus competit. Planè ſi per partes reficiat, licèt omnis domus noua facta ſit, aliud nobis erit dicendum.

F CXXIX. [z] Si areæ vſusfructus ſit legatus, & in ea ædificium ſit poſitum, res mutatur, & ita vſumfructum extingui conſtat. Planè ſi proprietarius hoc fecit, ex teſtamento, vel de dolo tenebitur. Sed & interdictum quod vi aut clam vſufructuario competit.

CXXX. [a] Qui vſumfructum areæ legauerat, inſulam ibi ædificauit. Ea viuo eo decidit, vel exuſta eſt, vſumfructum deberi certum eſt. G Contrà autem non idem iuris eſt, ſi inſulę vſufructu legato, area deinde inſula facta ſit.

CXXXI. Si cui balnei vſusfructus legatus ſit, & teſtator habitationē ex hoc fecerit: vel ſi tabernæ, & diætam fecerit, dicendum eſt vſumfructum extinctum.

l l.ſi mulieri. D. quib. mod. vſusfr. vel vſ.
m l.is qui vſumfructū. ibi.
n l.1.D.h.t.
o §.vlt.Inſt. eo.t.
p l.ſi cui inſulæ. D.h.t.
q l quoties. §. vlt.ibid.
r l.quod tamē §. vlt. & l. ſeq. D. quib. mod.vſusf.vel vſus am.
ſ l.vlt.ibid.
t l.repeti §.1. ibid.
u l.quod tamē. §.1.ibid.
x d.l.§.nauis.
z d.l.repeti.§ vlt.& l.ſeq.
a l.qui vſumfructū. D.h.t.
b l.ſi cui balnei. D. d. t. quib. mod. vſufr. vel vſus amitt.

A CXXXII. [c] Agri vel loci vſufructu legato, ſi fuerit inundatus vt ſtagnum iam ſit aut palus, proculdubio extinguitur: [d] cùm ipſa etiam proprietas eo caſu amittatur. Ac ne piſcando quidem retinere poterimus vſumfructum: ſed quemadmodum ſi eodē impetu diſceſſerit aqua quo venit, reſtituitur proprietas, ita & vſumfructū reſtituendū dicēdū eſt. [e] Sed id ita verum eſt, ſi flumen inundatione agrum occupauit. Nam ſi alueo mutato inde
B manare cœperit, amittitur vſusfructus, cùm is locus aluei publicus eſſe cœperit, nec in priſtinum ſtatum reſtitui poſſit.

CXXXIII. [f] Si ſtagni vſusfructus legetur, & exaruerit ſic, vt ager ſit factus, mutata re vſusfructus extinguitur. Similiter ſyluæ vſufructu legato, ſi ſylua cæſa illic ſationes fuerint factæ, ſine dubio vſusfructus extinguitur.

C CXXXIV. [g] Eodem modo ſi maſſæ vſusfructus legetur, & ex ea vaſa ſint facta, interit vſusfructus.[h] Et ſi ſcyphorum vſusfructus legatus ſit, deinde maſſa facta, & iterum ſcyphi vſusfructus non debetur. Licet enim priſtina qualitas ſcyphorum reſtituta ſit, non tamen eſſe illos conſtat quorum vſusfructus legatus ſit. [i] Ornamentum quoque diſſolutum aut transfiguratum extinguit vſumfructum.

D CXXXV. [k] Si vſufructu abutatur fructuarius, vti frui per ſe prohibetur,[l] ac res ſequeſtris committi debet, quorum è manibus fructuarius fructus capiat.

CXXXVI. [m] Excepta capitis diminutione vel morte, reliquæ cauſæ vel pro parte interitum vſusfructus recipiunt.

Secunda pars capitis vndecimi.

Quibus modis vſusfructus non amittatur.

E CXXXVII.[n] SI vſusfructus per filiumfamiliâs acquiſitus ſit, capitis diminutione eius magna vel media, vel morte, vel emancipatione, patri, cui per eum acquiſitus eſt, non interrumpitur, ſed manet intactus. Neque ſi pater magnam capitis diminutionem vel mediam paſſus fuerit, vel morte ab hac luce fuerit exemptus, vſusfructus perit, ſed apud filium remanet, etiamſi
F hæres à patre non relinquatur: cùm plerumque veriſimile ſit, teſtatorem contemplatione magis filij quàm patris ei reliquiſſe.

CXXXVIII. [o] Si ſe monachatui fructuarius ſolemniter deuouerit, vſusfructus non amittitur:[p] ſed monaſterio quoad fructuarius viuet, debetur.

CXXXIX. [q] In ſingulos annos relictum legatum, tametſi, quemadmodum vſusfructus

A morte finiatur: tamē capitis diminutione non finitur, cùm vſusfructus finiatur.

CXL. [r] Sicut in annos ſingulos vſusfructus legari poteſt, ita & capitis diminutione amiſſus legari poterit vt adiiciatur. Quoties quis capite minutus erit, do, lego, vel ſic: Quoties amiſſus erit: & tunc ſi capitis diminutione amittatur, repetitus videbitur.[ſ] Et ſi cui quandiu viuat vſusfructus legatus ſit, repetitus vi-
B detur, quoties amiſſus eſt. Quare & ſi vſque ad diem vel ad tempus ſit legatus, vt puta vſque ad decennium, idem erit dicendum. Repeti etiam poteſt legatus vſusfructus qualicunque ratione, dummodò non morte, niſi forte hæredibus eius eum legauerit.

CXLI. [t] Quod iure ciuili Romanorum traditur, ſi quis vſumfructum alij quàm domino cedat, vſumfructum amitti, & ad proprietatem reuerti, Gallicis moribus minimè con-
C uenit: ac ipſa rei commoditas ceſſa intelligetur quoad fructuarius vixerit, vel alio modo amiſſus ſit vſusfructus.

CXLII. [u] Si emptam à fructuario proprietatē iure gentilitio redimat cognatus, tametſi conſolidatio facta videatur, tamen vſusfructus reſtitui eſt æquius.

CXLIII. [x] Vtendo parte vſusfructus, is qui ſe totum habere nō ignorat, totum vſumfructum retinet.

D CXLIV. [z] Si vſusfructus alternis annis legetur, conſtat non poſſe non vtendo eum amitti, quia plura ſunt legata.

CXLV. [a] Cum vſumfructum horti haberem, flumen hortum occupauit, deinde ab eo receſſit. Ius quoque vſusfructus reſtitutum videtur: quoniā id ſolùm perpetuò eiuſdem iuris manſit. Sed ita id verum eſt, ſi flumē inundatione hortum occupauit. Nam ſi alueo mutato inde manare cœperit, amittitur vſuſ-
E fructus, cùm is locus aluei publicus eſſe cœperit, nec in priſtinum ſtatum reſtitui poſſit.

CXLVI. [b] Non extinguitur vſusfructus fundi diruta villa, ſiue illa ſit acceſſio fundi, ſiue non ſit.[c] Et ſi arui vſusfructus legetur, & ibi vites ſint poſitæ, vel contrà, non extinguitur: [d] & ſi ſumma terra ſublata ex ſundo meo & alia re geſta ſit, id circo meum ſolum eſſe non deſinit, non magis quàm ſtercorato agro.

F CXLVII. [e] Nauis vſusfructus, ſi quidem per partes refecta ſit, non interit. Si autem diſſoluta ſit, licet iiſdem tabulis nulla præterea adiecta reſtaurata ſit, vſusfructus extinguitur.

CXLVIII. [f] Si ager ab hoſtibus occupatus liberatus fuerit, iure poſtliminij reſtituetur vſusfructus.

CXLIX. [g] Neque vſusfructus, neque iter dominij mutatione amittitur.

G CL. [h] Si ſub certo tempore, in quod vel filius, vel alius quiſquam peruenerit, alij vſusfructus legatus ſit, ſtat vſuſfructus in annos ſingulos in quos teſtator ſtatuit, ſiue is, de cuius ætate teſtator dixit, ad eam peruenerit, ſiue non. Sin autem talis inſerta fuerit conditio, donec in furore filius vel

c l. quod tamē. §. agri. ibid.
d l. ſi ager. ibi.
e l. cum vſufructum. ibid.
f d. l. quod tamē. §. ſed & ſi.
g d. l. §. ſi maſſæ.
h l. qui vſumfructū. D. h. t.
i d. §. ſi maſſa.
k l. hoc amplius. §. vlt. l. quinimo. l. ſi fructuarius. D. de dam. infe. Glo & Io. Faber in §. finitur. Inſt. h. t. aduerſus abutentē agi tradūt vel lege Aquilia, vel ex ſtipulatu. l. ſi cuius l. de præterito. & l. æquiſſimū. §. 1. cū ſeq. D. h. t. l. duon. §. vlt. C. de vſuf. & habi. § ſed ſi gregis. Inſt. de rer. diuiſ.
l Chaſſaneus in Conſuet. Burg. t. Des droicts & appartenances à gēs mariés. § 6. in fi. Priuari vero vſufructu cenſent Paulus Caſtrenſis & Iaſon in auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccl. arg. Leg. nouiſ. C. de mancip. & colo. patrimo. lib. 11. arg. l. item ſi fundo. in prin. D. h. t. arg. itē annotatorū à Iaſone in l. diuortio. § ſi fundū. D. ſol. matr. & l. at ſi quis. §. diuus. D. de relig. & ſumpt. fun. Sed nō videtur locus pœnæ, niſi expreſſum cautum ſit. §. cum igitur. de non elig. ſecūd. nub. in Auth. Bald. in Authē. ex teſtamēto C. de ſec. nup.
m l. excepta. D. d. t. quibus mod. vſufr. vel vſus am.

n l. vlt. C. de vſufr. & habit.
o Glo. & Angel. in Auth. Idem eſt in tit. C. de bon. quæ liber. Glo. & Bart in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl. Bald. in c. qui clericus, in fi. tit. ſi de feudo defunct. contro. fuerit in vſib. feudo. Sed intelligunt quando retinere ſuum monacho non negatur. Quod in Gallia non obtinet.
p Panor. ad c. cùm conſtet de iure patro. & in c. in præſentia. de prob. & Innoc. ibid. Spec. de ſtatu monach. nu. 4. & 47. Guido Papa q. 477. & 595. vbi ita Curiæ Gratianopolitanæ placuiſſe refert. Glo. dubitabunde in c. ſi qua mulier 19. q. vlt. & hanc rationem affert, quid vſusfructus vicem gerat alimentorū, quorum ſit capax monaſterium. arg. l. ſi in metallum. C. de his quæ pro non ſcript. haben.
q l. in ſingulos. D. de ann. lega.

r l. 1. D. quib. mod. vſufr. vel vſus amitt. l. ſi ceterum. D. de vſu & vſufr. lega. d. l. in ſingulos.
ſ d. l. 3. in prin.
t l. ſi vſusfructus. D. de iur. dot. § item finitur. Inſt. h. t. cōmoditas autem vſusfructus nō vt ipſum etiā Romanis legibus extraneo cedi poteſt. Bar. ad l. qui ſiquis. n. 14. C. de petit. bon. ſubl. lib. 10. l. arboribus. D. h. t. l. ſi neceſſario. § vlt. D. de peric. & com. rei vend. l. cum vſusfructus. C. de vſufr. & hab. d. l. ſi vſusfructus. Pan. ad cap. præterea 2. de iure patro.
u Bald. ad l. ſi maritus. C. de inoff. teſta.
x l. is qui vſumfructum. D. quib. mod. vſuf. vel vſus amitt.
z l. ſi vſusfructus alternis. D. h. t.
a l. cum vſumfructum D. d. t. quib. mod. vſufr. vel vſ. am.
b l. fundi, & duab. ll. ſeqq. ibid.
c l. ſi ager. ibid.
d l. cum vſumfructum.
e l. quod tamē. §. ſi nauis. ibid.
f l. cum vſusfructus. ibid.
g l. cum vſusfructus. ibid.
h l. ambiguitatē. C. de vſufr. & habit.

alius remanſerit, vel in aliis ſimilibus caſibus quorum euentus in incerto ſit, ſi quidem reſipuerit filius vel alius de quo hoc dictum eſt, vel conditio exſtiterit, vſusfructus finitur. Quod ſi in furore deceſſerit, non finitur niſi legatarij morte.

De vſu & habitatione.

TIT. II.

Hic titulus quinque capitibus continetur. Cuius primum eſt, Quid ſit vſus & quo modo conſtituatur atque finiatur. Secundum, Qui fructus ſint eius qui vſum habet, quídque ei liceat. Tertium, Quæ non liceant vſuario, & qui fructus eius non ſint. Quartum, Quid præſtare vſuarius teneatur, & quid dominus proprietatis. Quintum, De habitatione.

CAP. I.

Quid ſit vſus & quo modo conſtituatur atque finiatur.

I. [a] NVnc videndum de vſu & habitatione. Conſtituitur enim & nudus vſus, id eſt ſine fructu, [b] [c] qui & ipſe eiſdé modis conſtitui ſolet, quibus & vſusfructus, eiſdémque modis finiri.

II. [d] Vſusfroctus an fructus legetur nihil intereſt. Nam fructui & vſus ineſt: vſui fructus deeſt.

III. [e] Vſus pars legari non poteſt. Nam [f] frui quidem pro parte poſſumus: vti pro parte non poſſumus. [g] Sed licet partem vſus non recipiat, modum tamen admittit. vt ſcilicet vtendi neceſſitas ad certum modum coarctetur.

CAP. II.

Qui fructus ſint eius qui vſum habet, quídque ei liceat.

IV. [h] CVi vſus relictus eſt, vti poteſt: frui [*] verò non poteſt. Minùs autẽ iuris eſt in vſu quàm in vſufructu. Nam is qui fũdi nudum habet vſum, nihil vlterius habere intelligitur, quàm vt oleribus, pomis, floribus, fœno, ſtramentis, & lignis ad vſum quotidianum vtatur: [i] in eóque fundo hactenus morari licet, vt neque domino fundi culturæ cauſa eò venienti moleſtus ſit, [k] neq; his per quos opera ruſtica fiunt, impedimento. Et cella vinaria & olearia is ſolus vtetur: dominus verò inuito eo non vtetur.

V. [l] Plenum autem vſum habere debet, ſi & villæ & prætorij ei relictus ſit. Venire planè poſſe proprietarium ad fructus percipiendos magis dicendum eſt: & per ipſa tempora fructuum colligendorum habitare etiam illic poſſe admittendum eſt. Et præter habitationem quam habet is, cui villæ & prætorij vſus datus eſt, & lignis ad vſum quotidianũ, & horto, & pomis, & oleribus, & floribus & aqua vtetur, non vſque ad compendium, ſed ad vſum nõ abuſum. Hoc amplius ex his quæ in fundo naſcuntur, veluti oleo, frumento,

A frugibus, foliis quod ad victum ſuiſque ſufficiat ſumet. Et cùm conuiuis & hoſpitibus vti poterit. Aliquando enim largius cum vſuario agendum eſt pro dignitate eius cui relictus eſt vſus. Sed vtetur his duntaxat in villa. Pomis autem, & oleribus, & floribus, & lignis vtetur, vt & in oppidum ei deferre liceat.

VI. [m] Filiofamiliâs ædium vſu legato, vtile erit legatum: & non minus abſente quàm præ-

B ſente filio pater in his ædibus habitabit. [n] Alioqui qui ædium vſum habet, hactenus ius habere intelligitur, vt ipſe tantum inhabitet: nec hoc ius ad alium transferre poteſt. Receptum tamen eſt vt hoſpitem ei recipere liceat, & cum vxore, liberiſque ſuis, ſeruuliſq; habitare liceat. [*] Et conuenienter ſi ad mulierem vſus ædium pertineat, cum marito ei habitare liceat. [o] Et is quoque qui ipſe inhabitat inquilinum poteſt recipere. Cæterùm ſi-

C ne eo ne inquilinus quidem hoſpéſve habitare poſſunt. Tamen non bellè inquilinus dicitur qui cum eo habitat. Secundum hæc & ſi penſionem habitationis percipiat dum ipſe quoque inhabitat, non erit ei inuidendum. Quid enim ſi tam ſpatioſæ domus vſus ſit relictus homini mediocri vt portiuncula contentus ſit: Sed & cum his quos loco ſeruorum in operis habet, habitabit licet ſerui ſint alieni. [p] Ac licet tam anguſtus eſt legatarius, cui

D domus vſus legatus eſt, vt non poſſit occupare totius domus vſum, tamen eis quæ vacabunt proprietarius non vtetur: quia licebit vſuario & aliis temporibus tota domo vti: cùm interdum domini quoque ædium prout temporis conditio exigit quibuſdam vtantur. quibuſdam non vtantur.

VII. [q] Si viduæ vſus domus relictus ſit, poteſt ea cum viro & poſtea nubens habitare. Hoc amplius & cum ſocero habitare quoque

E poteſt: imò & ſocer cum nuru habitabit. Hoc vtique cum viro iuncta ſit. [r] Sed & ſi vſus ædium mulieri legatus ſit, ſi à viro diuertiſſet, remouenda ei conditio, & cum viro habitabit. [ſ] Et cum parentibus habitare poterit. Et eò vſque erit procedendum, vt eoſdem quos maſculi reciperent, & mulieres poſſint. Sed, non aliter mulier hoſpitem recipere poteſt quàm ſi is ſit qui honeſtè cum ea habitaturus ſit.

F VIII. [t] Si pecorum, vel ouium vſus legatus ſit, neque agnis, neque lana vtetur vſuarius, [*] quia ea in fructu ſunt. Planè ad ſtercorandum agrum ſuum pecoribus vti poteſt. [u] Hoc amplius etiam modico lacte vtetur. Neque enim tam ſtrictè interpretandæ ſunt voluntates defunctorum.

IX. [x] Sed & ſi boum armenti vſus relinquatur, omnem vſum habebit vſuarius & ad arandum & ad cætera ad quæ boues apti ſunt.

G X. [z] Is cui ſyluæ vſus legatus eſt, cædere ex ea neceſſarij vſus cauſa poſſe placuit: alioqui nihil ex legato eſſet conſecuturus.

XI. [a] Idem continet vſus pecuniæ & vſusfructus.

XII. [b] Si alij vſus, alij fructus eiuſdem rei legetur, id percipiet fructuarius quod vſuario ſupere-

a l. 1. D. de vſu & hab. Inſt. eo. t. in prin.
b c. l. 1. §. 3. D. de vſufr. & Inſtit. eo. t. in princ.
d l. per ſeruum. § 1. D. h. t.
e l. vſus pars. D. t.
f l. vſusfructus & ab initio. D. de vſufr. l. placet. & l. excepta. D. quib. mod. vſufr. amit. l. 1. §. ſi vſusfructus. D. ad leg. Falcid.
g Claudius Cantiuncula. in tit. de vſu & habit. Inſt. in princ. arg. l. 4. §. 1. D. de ſeru.
h Inſtit. h. t. in princ. l. ſi habitatio. § ſi vſus. D. eo t.
i l. denique ibi.
k d. §. ſi vſus.
l l. plenum. ibi.

m l. filiusfa. ædium. ibid.
n §. 1. Inſt. h. t.
o l. 2. & duab. ll. ſeqq. D. eo t.
p l. domus Hadrianus, ibid.
q d. l. 2. in fi. & l. ſeq.
r l. ſed neque ibid.
ſ l. non aliter ibid.
t §. item is ad quem Inſt. h. t. d. l. plenum. §. ſed & ſi pecoris. D. eo t.
u d. §. ſed ſi pecoris.
x d. l. §. ſed & ſi boum.
z l. domus Hadrianus. D. de vſufr. & quem. ad. quæ vendendi poteſtatẽ etiã tribuit legatario ſi ſlongo ei interuallo deſtabat, vt interpretatur Cuiacius. Sed Faber innuit, hæc noſtris moribus non conuenire. In ſi. Inſt. h. t.
a l. hoc ſenatuſconſultum. D. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.
b l. ſi aly. D. de vſufr. & quẽadm. quæ lex pugnat cũ l. per ſeruum. §. Idem ait. D. h. t. cum §. verba hæc ſunt, Idem ait, & ſi tibi vſus mihi vſusfructus legetur, concurrere nos in vſu: me ſolum fructũ habiturũ quæ ll. ita conciliat Fran. Connanus lib. 4. Comm. cap. 4. vt d. l. ſi aly, intelligat cùm vſum diuerſa perſona legauerunt: veluti, cùm Titius vſum, Mæuius Titij hæres fructum. d. autem. §. idem ait, cũ idem legauit vſum & fructũ. Glo. in d. l. ſi aly, idem obſeruari tradit, cum idem teſtator legauit vtrumq.

rio ſupererit: nec minus ipſe fruendi cauſa & vſumfructum habebit.

CAP. III.

Quæ non liceant vſuario: & qui fructus eius non ſint.

XIII.[c] QVi vſum habet, ius quod habet alij aut locare, aut vendere, aut gratis concedere non poteſt: cùm is qui vſumfructum habet poſſit hæc omnia facere. [d] Itaque is ad quem iumenti vſus pertinet, ipſe tantùm miniſterio eius vti poteſt: ad alium verò nullo modo ius ſuum transferre ei conceſſum eſt.

XIIII. [e] Is cui vſus fundi legatus eſt, quominus dominus agri colendi cauſa ibi verſetur prohibere non poteſt: alioqui & frui dominum prohiberet.

XV. [f] Qui vſum habet fructus collectos, nondum abſũptos aut diſſipatos ad hæredes non transfert: ſicuti fructuarius facit. Mortuus enim vti poſſe vſuarius deſiit.

CAP. IIII.

Quid præſtare vſuarius teneatur, & quid dominus proprietatis.

XVI. [g] SI domus vſus legatus ſit ſine fructu communis refectio eſt in ſartis tectis tam hæredis quàm vſuarij. Sed ſi fructum hęres accipiat, ipſe reficere debet. Si verò talis res ſit cuius vſus legatus eſt vt hæres fructum percipere non poſſit, legatarius reficere cogendus eſt.

XVII. [h] Vſuariæ rei ſpeciem is cuius proprietas eſt, nullo modo commutare poteſt. Facit autem deterio rem, & in meliorem ſtatum commutando.

CAP. V.

De habitatione.

XVIII. [i] SI habitatio legata, ſine aliquo modo conſtituta ſit, neque vſus neque vſusfructus dicitur, ſed proprium aliquod ius, [k] quod morte quidem legatarij intercidit: capitis diminutione tamen intermeníte perſeuerat: videlicet quia tale legatum in facto potius quàm in iure conſiſtit.[l] Et iure ciuili Romano habitationem habẽtibus, permiſſum eſt non ſolùm in ea degere, ſed etiam alijs locare. Multò magis ſi vſusfructus habitationis ſit legatus.

XIX. [m] Si relictus ſit alicui domus vſusfructus habitãdi cauſa, ſola habitatio, non & vſusfructus legatus videtur.

XX. [n] Sempronio ea quæ viuus præſtabam dari volo. Is etiam habitabat in teſtatoris domo quæ vni ex hæredibus prælegata erat. Quæſitum eſt an habitatio quoque debeatur. Reſponſum nihil proponi cur non debeatur.

XXI. [o] Habitationis legatum in ſingulos annos ab initio anni dari debet.

XXII. [p] Habitatione legata ab eo qui plures ędes habebat hęredis optio eſt quam concedat. [q] Si non habebat, ædes tamen habitationem commodam legatario pręſtare hęres debebit: [r] quoniam habitationem legando, commoditatẽ habitandi legaſſe intelligitur.

c *Inſt. h. t. in princ. l. ſed neque D eo t.*
d *Inſtit. eo. t. §. Item is ad quem*
e *l. fundi. D. eo. tit.*
f *Franc. Connanus lib. 4. Com. iuris ciu. cap. 5. arg. l. plenum. D. h. t. verſ. Sabinus & Caſſius.*
g *l. ſi domus. D. h. t.*
h *l. vlt. ibid.*
i *§. ſed ſi cui. Inſt. h. t.*
k *l. legatũ D. de cap minu.*
l *§. ſed ſi cui. Inſt. h. t. & l. vlt. C de vſufr & habit Sed Franc. Connanus lib. 4. Com. iuris ciu. cap 5. exiſtimat habitatione alicui legata, in Gallia non conceſſuros iudices legatario, vt locare eam poſſit*
m *l. ſi habitatio. §. 1. D h. t.*
n *l. Sempronio. D. de vſu & vſufr. lega.*
o *l. habitationis. ibid.*
p *Claudius Cantiuncula in §. ſi cui habitatio. Inſt h. t. arg. l. ſi domus. in prin. D de lega. 1.*
q *Iaſon in d. l ſi domus, cum aliquis legatũ ædium ab eo factũ, qui nullas habebat, ſit inutile.*
r *l. cum antiquitas. C. de vſufr. & hab.*

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI, LIBER SEXTVS.

De ſeruitutibus prædiorum.

TIT. I.

Titulus de ſeruitutibus prædiorum in tredecim capita diuiditur. Primum eſt, Quid ſit ſeruitus prædialis, & de eius natura & qualitate. Secundum, De conſtitutione ſeruitutum. Cuius prima pars, Quibus modis ſeruitutes conſtituantur. Secunda, Quibus modis non conſtituantur. Tertia, Qui poſſint conſtituere ſeruitutem. Quarta, Qui non poſſint, Quinta, Qui teneantur conſtituere aut pati ſeruitutem. Sexta, Qui non teneantur. Caput tertium, Quæ liceant habenti ſeruitutem, vel non liceant. Caput quartum, De conceſſione perſonali. Caput quintum. De ſeruitutibus vrbanorum prædiorum, Cuius prima pars, Cuiuſmodi ſint, & de earum conſtitutione. Secunda, De generibus ſeruitutum vrbanorum prædiorum. Cuius prima pars, De earum conſtitutione. Secunda de generibus ſeruitutum vrbanarum. Quarum primum genus, ſeruitus luminum. Secundum, ſeruitus ne luminibus officiatur, vel ne altius tollatur. Tertium, Seruitus ne proſpectui officiatur. Quartum, Seruitus fluminis vel ſtillicidij, Cuius prima pars, cuiuſmodi ſint eæ ſeruitutes. Secunda, Quæ liceant domino ædificij, cui ſeruitus ſtillicidij debetur. Tertia, Quæ non liceant domino ædificij cui ſeruitus ſtillicidij debetur. Quarta, Quæ non liceant domino prædij debentis ſeruitutem ſtillicidij. Quintum, genus ſeruitutis vrbani prædij, ſeruitus tigni immittendi. Sextum, Seruitus proiectum habendi. Septimum, Seruitus oneris ferendi. Octauum, Seruitus itineris in vrbano prædio. Nonum, Seruitus aquæ hauſtus in vrbano prædio. Decimum, Seruitus cloacæ. Caput ſextum, De ædibus, area, & pariete communibus. Cuius prima pars, Parietis communis indicia, Secunda, Quæ liceant habenti ædes, vel parietem communem. Tertia, Quæ non liceant. Caput ſeptimum, De

ædibus vel area liberis. Cuius prima pars, Quæ ædes aut area libera dicantur. Secunda, Quæ liceant habenti ædes liberas, vel aream. Tertia, Quæ non liceant. Caput octauum, De ſeruitutibus prædiorum ruſticorum. Cuius prima pars, De natura & qualitate eorum. Secunda, Genera ſeruitutum ruſtici prædij. Primũ genus, Seruitus itineris. Secundum, Seruitus actus. Tertium, Seruitus viæ. Communia de itinere, actu, & via. Quartum genus ſeruitutis prædij ruſtici, Seruitus aquæductus. Cuius prima pars, Quid ſit aquæductus. Secunda, Quibus modis conſtituatur ſeruitus aquæductus. Tertia, Quæ liceant habenti ſeruitutem aquæductus. Quarta, Quæ non liceant. Quinta, De interdicto de aqua quotidiana & æſtiua. Quintum genus ſeruitutis prædij ruſtici, Seruitus aquæ hauſtus. Sextum, Seruitus pecoris ad aquam appulſus. Communia de itinere, actu, via, aquæductu, aquæ hauſtu, pecoris ad aquam appulſu. Septimum genus ſeruitutis prædij ruſtici. Seruitus paſcendi pecoris. Octauum, Seruitus lignationis. Nonum, Seruitus molendi tritici. Decimũ, Seruitus tigurij habendi in alieno ſolo. Vndecimum, Seruitus vt è lapidicina in fundũ proximum terram, rudus, & ſaxa proijcere liceat. Varia genera ſeruitutum prædij ruſtici, Seruitus calcis coquendæ, Lapidis eximendi, Arenæ fodiendæ, Pedamenta in vineas ſuas ex ſylua cædua ſumendi. Quaſi ſeruitus ne in vicino fundo piſcatio tynnaria exerceatur. Caput nonum, De fundo libero. Cuius prima pars, Quando & à quibus fundus liber dari, præſtarive debeat. Secunda, Quæ liceant habenti fundum liberum. Caput decimum, De aqua pluuia arcenda. Cuius prima pars, Quando, quibuſque ex cauſis competat aquæ pluuiæ arcendæ actio. Secunda, Quando, quibuſque ex cauſis nõ competat. Tertia, Quibus competat. Quarta, Quod iudiciũ fieri debeat in aquæ pluuiæ arcendæ actione. Caput vndecimum, De actione confeſſoria, & negatoria ſeruitutum cauſa. Cuius prima pars, cuiuſmodi ſint eæ actiones & quibus dentur. Secunda de actione confeſſoria, Cuius tractatus prima pars, Cuiuſmodi ſit ea actio, & cui detur. Secũda, Aduerſus quos ea actio cõpetat. Tertia, Quid veniat in confeſſoriã actionẽ. Tertia pars capitis vndecimi, De actione negatoria. Cuius tractatus prima pars, Cuiuſmodi ſit actio negatoria ſeruitutum cauſa, & quibus & qua ex cauſa detur. Secunda pars eiuſdem tractatus, Aduerſus quem ea actio competat. Tertia, Quid veniat in actionem negatoriam. Quarta pars capitis vndecimi, Communia de actione confeſſoria & negatoria. Caput duodecimum, Cuius prima pars, Quibus modis ſeruitutes amittantur. Secunda, Quibus modis non amittantur. Caput decimum tertium, De vſucapione ſeu præſcriptione ſeruitutum. Cuius prima pars, De tempore ſtatuto vſucapionis ſeu præſcriptionis. Secunda, An & quatenus titulus in vſucapione ſeu præſcriptione ſeruitutum requiratur. Quinta pars, Cuiuſmodi poſſeſſio in præſcriptione ſeruitutum exigatur.

CAP. I.

Quid ſit ſeruitus prædialis, & de eius natura & qualitate.

SEruitutes [a] aut perſonarum ſunt, vt vſus & vſusfructus: aut rerum, vt ſeruitutes ruſticorum prædiorũ & vrbanorum.

II. [b] Seruitus prædialis, eſt ius agendi quicquam habendive in prædio alieno, ad ſui prædij vel poſſeſſoris ipſius vtilitatem, quod iure communi agere, habere non licet.

III. [d] Ideo hæ ſeruitutes prædiorum appellantur, quoniam ſine prædiis conſtitui non poſſint. [e] Nemo enim poteſt ſeruitutem acquirere, vel vrbani, vel ruſtici prædij, niſi qui habet prædium, [f] itaque ſeruitutes non perſonæ, ſed prædio debentur.

IV. [g] Quoties nec hominum, nec prædiorum [h] ſeruitutes ſunt, quia nihil vicinorum intereſt, non valent: veluti ne per fundum tuum eas: aut ne ibi conſiſtas. Et ideò ſi mihi concedas ius tibi non eſſe fundo tuo vti frui, nihil agitur aliter atque ſi mihi concedas ius tibi non eſſe in fundo tuo aquam quærere minuendæ aquæ meæ gratia.

V. [i] Ei fundo quem quis vendit, ſeruitutem

A imponi, etſi non vtilis ſit, poſſe traditum eſt: veluti ſi aquam alicui ducere non expediret, nihilominus conſtitui ea ſeruitus poſſit. Quædam enim habere poſſumus, quamuis ea nobis vtilia non ſunt. [k] Quod eò ſcilicet pertinet, vt vtilitatem non ex vero, ſed ex animo paciſcentium æſtimemus, ſatiſque ſit ita eos velle, ac eam ſeruitutem vtilitati, aut voluptati ſibi fore exiſtimare.

B VI. [l] Seruitutum non ea natura eſt, vt aliquid faciat quis: veluti viridaria tollat, aut amœniorem proſpectum: aut in hoc vt in ſuo pingat: ſed vt patiatur, aut non faciat aliquid: [m] quippe cùm non à perſonis, ſed à prædiis ſeruitutes debeantur.

VII. [n] Omnes ſeruitutes perpetuas cauſas habere debent, id eſt naturales, certáſque & conſtantes. Ideo foramẽ in imo pariete, quod eſſet proluendi pauimenti cauſa, id neque flumen eſſe, neque tempore adquiri placuit,

C ſi in eum locum nihil ex cœlo veniat. Neque enim perpetuam cauſam habet quod manu fit: at quod ex cœlo cadit, etſi non aſſiduè fit, ex naturali tamen cauſa fit: & ideo perpetuò fieri exiſtimatur. Stillicidij quoque immittendi naturalis & perpetua cauſa eſſe debet. [o] Ex lacu etiam vel ex ciſterna concedi aquæductus non poteſt: cùm illa exareſcant, [p] & aqua duci, niſi ſit perennis, non poſſit.

D Quòd ſi lacus viuam aquam habeat, ſitque perpetuus, quin aqua ex eo duci poſſit, non dubitatur.

VIII. [q] Quamuis perpetuas cauſas ſeruitutes omnes habeant, non tamen omnes habent vſum continuum: ſed vel facto naturæ, vel voluntate vtentis intermiſſum: [r] in ſerui-

a l. 1. D. de ſeruit.

b Franc. Connanus libr. 4. comm. iuris ciuil. cap. 7. vbi Bartoli definitionem improbat, ius eſſe prædio alterum, quod eius vtilitatem reſpicit, vicini denominat: quoniam id ius ſeruitutis fundi ratione non habetur ſed emolumentis eius fundi cui ſeruitus debetur.

d l. 1. D. Com. præd. tam vrbs. quàm ruſtic.

e idem l. ego. §. 1. D. de ſeruit. ruſt. præd. l. Mela § vlt. D de alim. & cib. leg.

f l. vnus ex ſocii. D. de ſeruit. ruſt. præd. *g l. Quoties nec hominum. D. de ſeru.*

h Id eſt vtilitates & commoditates. Seruire enim eſt commodare & vtilitatẽ afferre. Vt apud Ciceron. pro Plancio, Vt iam mihi ſeruirem & conſulerem meo. Franciſ. Connanus libro ſupra ci. Non eſt autem recipienda DD vulgaris opinio, qui nullam ſeruitutem poſſe conſiſtere exiſtimant, niſi quæ prædij vtilitatem reſpiciat, quam confirmant d. l. quoties nec hominum & l. ego. D. de ſeruit. ruſt. præd. Nam pecoris paſcendi ſeruitus ad prædij vtilitatem poteſt non pertinere: & tamen poteſt conſtitui d. l. pecoris. D. de ſeruit. ruſt. præd. l. hoc iure. D. de aqua quot. & æſt. & idem de hauſtus ſeruitute dici poteſt. l. Mela. D de alim. & cib leg. & de omnibus ſeruitutibus quæ animi & leuationis cauſa conſtitutæ ſunt d. l. hoc iure. Petrus Coſtalius in d. l. quoties. *i l. ei fundo. D. de ſeru. d. l. hoc iure.*

k Franci. Connanus d. cap.

l l. quoties in fi. D. de ſeru.

m Franciſ. Connanus loco ſuprà cit.

n l. Foramen. D. de ſer. vrba. præd.

o l. lacus. D. de acq. rer. dom l. 2. §. ſtagnum D. ne quid in flum. publ. l. 1. §. 1. D. de fonte.

p l. 1. §. loquitur. D de aqua quot. & æſt.

q Petr. Coſtalius in d. l. Foramen. Iac. Cuiacius li. 11. obſer. cap. 3.

r l. ſeruitutes. 4. D. de ſeruitut.

tute itineris, actus, & ſimilium cernere licet. Nemo enim tam continenter ire poteſt, quin aliquo modo eius itio interpelletur, vel quia non poſſit, vel quia nolit.

IX. [s] Vt pomum decerpere liceat: vt ſpatiari: vt cœnare in alieno poſſimus, ſeruitus imponi non poteſt. [t] Eiuſmodi tamen conuentio, tametſi iure ſeruitutis non valet, iure tamen perſonalis obligationis tenet.

X. [u] Nulli res ſua ſeruit. [x] Et loci corpus nõ eſt dominij ipſius cui ſeruitus debetur: ſed ius eundi habet.

XI. [z] Seruitus eſt indiuidua: vſusfructus diuiduus, & ideo ſeruituti præſtandæ hæredes ſinguli in ſolidum obligantur: vſusfructui, pro partibus hæreditariis. [a] Etſi legetur ſeruitus alternis annis, vnum eſt legatum: ſi vſusfructus, plura. [b] Et prædium cui cohæret ſeruitus diuidi poteſt: vſus ſeruitutis non item. Ac cùm vtor ſeruitute, pro ſolido ea vtor: & ſi plures vtantur ea, ſinguli eam vſurpant pro ſolido. Nec ſtipulationes earum rerum diuiduntur quæ diuiſionem non recipiunt: veluti viæ, itineris, actus, & cæterarum ſeruitutum.

XII. [c] Stipulatio ſeruitutis in dando conſiſtit. Et dare, eſt cedere ſeruitutem.

XIII. [d] Qui ſeruitutem ſtipulatur, incertam ſtipulatur.

CAP. II.

De conſtitutione ſeruitutum.

Prima pars.

Quibus modis ſeruitutes conſtituantur.

XIV. [e] Via, actus, ductus aquæ, ac cæteræ ſeruitutes eiſdem ferè modis conſtituuntur: [f] ſcilicet pactionibus & ſtipulationibus. [g] Poteſt etiam in teſtamento hæredem ſuum quis damnare, ne altiùs ædes ſuas tollat, ne luminibus ædium vicinarum officiat: vel vt patiatur eum tignum in parietem immittere, ſtillicidiáve aduerſus eum habere: vel vt patiatur vicinum per fundum ſuum, vel hæredis ire agere, aquámve ex eo ducere.

XV. [h] Si via, aut aliquod ius fundi emeretur, cauendum eſt, per te non fieri quominus eo iure vti poſſim: quia nulla huiuſmodi iuris vacua traditio eſt. Sed vſus eius iuris pro poſſeſſione accipiendus eſt: ideóque interdicta veluti poſſeſſoria conſtituta ſunt.

XVI. [i] Si in venditione quis dixerit, ſeruũ fore prædium quod vendit, neceſſe non habet liberum tradere. Quare vel ſuo prædio facere poteſt, vel vicino concedere ſeruitutẽ, ſcilicet ante traditionẽ. Planè ſi Titio ſeruũ fore dixit, ſi quidem Titio ſeruitutem conceſſerit, abſolutum eſt: ſi alij conceſſerit, ex empto eſt actio.

XVII. [k] Quicquid venditor ſeruitutis nomine ſibi recipere vult, nominatim recipi oportet. Nam illa generalis receptio, *Quibus eſt ſeruitus, vt ita ſit*, ad extraneos pertinet: ipſi nihil proſpicit venditori ad iura eius conſeruanda. Nullam enim habuit: quia nemo ipſe ſibi ſeruitutem debet. Quinimò & ſi debita fuiſſet ſeruitus, deinde dominium rei ſeruientis peruenißet ad me, conſequenter dicetur extingui ſeruitutem.

XVIII. [l] Si cùm duas haberẽ inſulas, duobus eodem momento tradidero, videndũ eſt an ſeruitus alterutris impoſita valeat: quia alienis quidem ædibus nec imponi, nec acquiri ſeruitus poteſt. Sed ante traditionem peractam ſuis magis acquirit, vel imponit qui tradit: ideóque valebit ſeruitus. [m] Duorum verò prædiorum dominus ſi alterum ea lege tibi dederit, vt id prædium quod datur ſeruiat ei quod ipſe retinet, vel contrà iure impoſita ſeruitus intelligitur.

XIX. [*] Qui ita prædiũ vendit [Seruitutes, vt ſunt, vt ita ſint] illud ſignificat deberi prædio vendito ſeruitutem, non ipſum debere.

XX. [n] Viam ad fundum ſtipulari poſſum quamuis interim fundus non ſit meus.

XXI. [o] Conſuetudo longi temporis & vetuſtas vicem iure conſtitutæ ſeruitutis obtinent. [p] Ductúſque aquæ, cuius origo memoriam exceſſerit, iure conſtituti loco habetur. [q] Et in ſeruitutibus hoc ſequimur, vt vbi ſeruitus non inuenitur impoſita, qui diu vſus eſt ſeruitute, neque vi, neque clam, neque precario, habuiſſe longa conſuetudine velut iure impoſitam ſeruitutem videatur. [r] Nec dubitari debet, quin ſeruitutes exemplo rerum immobilium decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes vſucapiantur.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus modis ſeruitutes non conſtituantur.

XXII. [s] Pro parte dominij ſeruitutem acquiri non poſſe vulgò traditur. Et ideo ſi quis fundũ habens viã ſtipuletur, & partẽ fundi ſui poſtea alienet, corrũpit ſtipulationẽ in eum caſum deducendo à quo ſtipulatio incipere nõ poſſit. Pro parte quoq; neque legari, neque adimi via poteſt: & ſi id factum ſit, neque legatum, neque ademptio valet. [t] Et ſi quis partem ædium tradat, vel partẽ fundi, non poteſt ſeruitutem imponere: quia per partes ſeruitus imponi nõ poteſt, ſed nec acquiri. Planè ſi diuiſit fundũ regionibus, & ſic partem tradidit, poteſt pro diuiſo alterutri ſeruitutẽ imponere: [u] quia non eſt pars fundi, ſed fundus. Quod & in ædibus poteſt dici, ſi dominus pariete medio ædificato vnã domũ in duas diuiſerit, vt plerique faciunt. Nam & hic pro duabus domibus accipi debet, [x] eadémque ratione ad certam partẽ fundi ſeruitus tam remitti, quàm conſtitui poteſt.

XXIII. [z] Si vnus ex ſociis ſtipuletur iter ad communẽ fundum, inutilis eſt ſtipulatio: quia nec ei dari poteſt. Sed ſi omnes ſtipulentur, ſinguli ex ſociis ſibi dari oportere petere poſſunt: quia ita dari eis poteſt à te.

XXIV. [a] Per fundum qui plurium eſt, ius mihi eſſe eundi agendi poteſt ſeparatim cedi. Ergo ſubtili ratione non aliter

---

s l. 3. ſi pomũ. l. ibid. cuius rei hæc eſt ratio, quòd ea res minimè omnium ad prædij vtilitatem pertinet. Franc. Conanus lib. 5. ſu prafi c. 10. addit Ligonalbus in l. imperium D. de iuriſd. om. iud. aliam rationẽ, quod prædiorum ſeruitutes cauſam perpetuã habeant, & vt ni, eis debentur perpetuo vti poſſit, licet non vtatur vt verſ. 7. & 8. ſuprà explicatũ eſt, at non ſemper pomũ pẽdere poteſt, vt liceat decerpere.

t l. vẽditor. D. com. præd. l. Lucius. D. de ſeruit. ruſt. præd.

u l. in re communi. D. de ſeruit. vrba. præd.

x l. loci corpus. D. ſi ſeru. vend.

z Iac. Cuiacius Paratitl. t. de ſeru. lega. D. l. viæ. D. de ſeru.

a l. cùm vſusfructus D. de vſu. & vſufr. lega.

b l. ſtipulationes non diuiduntur 72. D. de verb. oblig. & ibi. Cuiacius.

c Idẽ Cuiacius in l. 2. D. d. 1. de verb. oblig. l. ſi vnus. & l. vlt. D. de ſeru. ruſt. præd. l. vlt. D. com. præd. Et male Accurſius in § 1 d. l. ſtipulationẽ ſeruitutis in faciẽdo ſcribit conſiſtere.

d Idẽ Cuiacius in l. ſtipulationũ quædã. 74. D de verb. oblig. l. vbi autẽ nõ apparet 75. § quid quod ibi, res enim nõ propriè videtur eſſe, niſi ſit ſubſtãtia: accidentia propriè non ſunt.

e l. via. D. de ſeruit.

f l. 4 C de ſeruit. & aqua.

g l. poteſt. D. com. præd.

h l. quoties. D. de ſeruit. i l. ſi in venditione. D. com. præd. & glo. & Bart in l. in tradendo. ibid. Petrus Coſtalius in d. l. ſi in venditione. k l. Quicquid. ibid.

l l. ſi cùm duas haberem inſulas ibid. melius & diſtinctius quàm l. ſi quis duas ædes. in prin. ibid. vbi duas ædẽ ſimul tradẽdo, nõ poſſe quẽ eſſe, vt alteras alteri ſeruitutẽ quod neque alienis ædibus ſeruitutẽ acquirere, neq. imponere poſſit. & rectè Pet. Coſtalius d. l ſi quis duas, monet homines noſtros rei magis quàm verborũ ſed. cùm hæc non admodum curaturos

m l 3. d. l. ſi quis duas l. & quoduas D de ſer. ruſt. præd.

* l ſi arborẽ. §. 1. D. de ſeruit. præd vrba.

n l. exiſtimo D. de verb. obl. l. vl. D. ſi ſeru. vẽd. l. Labeo D de ſeru ruſt. præd.

o Iac. Cuiacius ad l. 4. D de vſurp & vſuc.

p l. hoc iure. §. ductus aquæ. D. de aqua quot. & æſti.

q l. 1 § vlt. l. 2. in prin. D. de aqua pluu. arc. l. ſi quis diuturno. D. ſi ſeru vend.

r l. 3. C. de ſeru. & aqua. Iacob. Cuiac. in d. l. 4.

s l. pro parte D. de ſeruit l. fundus. l. vnus ex ſociis. D. de ſeru. ruſt. præd. cum ſtipulatione promittitur ſeruitus actio paratur, ex ſtipulatu dominium fundi, vt ea conſtituatur. Et ſi antequã id fiat, vẽdat partẽ prædij, ius ſuũ non transfert in emptorẽ cui quærere non potuit, Fran. Conanus lib. 4. com. iur. ciuil. cap 9.

t l. ſi quis duas. §. ſi quis partẽ. D com præd.

u Nõ enim natura, ſed deſtinatione fundi diſtinguuntur, & conſtituũtur, l. quod in rerum § ſi quis poſt. D. de lega. 1. l nã ſatis D. quẽad. ſeru. amit. l. rectè dicimus 25. D. de verb ſign. x l. ad certam D. de ſeru. z l. ſi vnus. D. de ſeru. ruſt. præd. a l per fundũ ibid. l. vlt. D. com. prædio. Sed non puto noſtris moribus conuenire quod ea l. traditur pluribus dominis pariter cedentib. ſeruitutem ita demum eã acquiri, ſi & reliqui cedant antequam qui primi ceſſerunt, moriantur.

meũ fiet quàm ſi omnes cedant, & nouiſſima demum ceſſione ſuperiores omnes confirmabũtur. Benigniùs tamen dicetur, & antequam nouiſſimus ceſſerit, eos qui antea ceſſêre, vetare vti ceſſo iure non poſſe. Idem iuris eſt & ſi vni ex pluribus dominis cedatur. Ac generaliter non poteſt vni, vel vnus cedere.

XXV. [b] Et ſi placet extingui ſtipulationem, ſi in eum caſum inciderit à quo incipere non poteſt, non tamen hoc in omnibus verum eſt. Ecce ſtipulari viam, iter, actum ad fundum communem ſocius non poteſt: & tamen ſi is qui ſtipulatus fuerat, duos hæredes reliquerit, non extinguitur ſtipulatio, & pro parte dominorum ſeruitus acquiri non poteſt: acquiſita tamen confirmatur, [c] & propter partem domini hoc euenit, ſi pars prædij ſeruientis, vel cui ſeruitus debetur, alterius domini eſſe cœperit.

XXVI. [d] Seruitutes ipſo quidem iure neque ex tempore, neque ad tempus, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem, verbi gratia quandiu volã, conſtitui poſſunt. Sed tamen ſi hæc adiiciantur per pacti vel doli exceptionem, occuretur cõtra placitum, ſeruitutem vendicanti.

XXVII. [e] Modum tamen adiici ſeruitutibus poſſe conſtat: veluti quo genere vehiculi agatur: veluti vt ego duntaxat, vel vt ad certum pondus vehatur, vel vt res illæ transducantur, aut carbo portetur. [f] Vſus etiam ſeruitutum temporibus ſecerni poteſt: fortè vt quis poſt horam tertiam vſque ad horam decimam eo iure vtatur, vel vt alternis diebus vtatur. [g] Interualla enim dierum aut horarum non ad temporis cauſam, ſed ad modum pertinent iure conſtitutæ ſeruitutis.

Tertia pars capitis ſecundi.

Qui poßint conſtituere ſeruitutem.

XXVIII. [h] SEruitutes ſuis prædiis domini imponunt: [i] leges prędiorum dicuntur ab his qui agros conſtituunt.

XXIX. [k] Emphyteuticarius etiam ſine domini directi voluntate conſtituere ſeruitutem poteſt: [l] ſed reſoluta quoque modò emphiteuſi cum ea ſeruitus extinguitur.

A XXX. [m] Similiter clientelaris prædij dominus ſine patroni voluntate ſeruitutẽ conſtituere in clientelari fundo poteſt: [n] & ſi cliẽtelare prędium caduci iure, patronali fundo obueniat, ſeruitus reſoluitur.

XXXI. [o] Pluribus aut ſimul, aut ſeparatim concedi ſeruitus poteſt, dum ſit eiuſmodi vt alter alterius iuri quæſito non noceat. Itaque [p] qui per certum locum iter, aut actum alicui conceſſit, eum pluribus per eundem locum, B vel iter, vel actum cedere poſſe verum eſt: quemadmodum ſi quis vicino ſuas ædes ſeruas feciſſet, nihilominus aliis, quot vellet, multis eas ædes ſeruas facere poteſt. Nam plures eadem via ire agere poſſe teſtes ſunt viæ publicæ. [q] Sed in concedendo iure aquæ ducendæ, non tantùm eorum in quorum loco aqua oritur: verùm eorum etiam ad quos eius aquæ vſus pertinet: id eſt quibus ſeruitus aquæ debetur, ſi eorum vſus minuatur, volun- C tas exquirenda eſt. [r] Sed ſi aquæductus, vel hauſtus aquæ ſufficiens eſt, poteſt & pluribus per eundem locum concedi, vt & iiſdem diebus & horis vtantur.

XXXII. [ſ] Si via, iter, actus, aquæductus legetur ſimpliciter per fundum, facultas eſt hæredi per quam partem fundi velit conſtituere ſeruitutem: ſi modò nulla captio legatario in ſeruitute ſit: [t] & dum id fiat, viáq; determinata ſit, per omnes fundi glebas ſeruitus diffuſa eſt, [u] quæ modò ędificiis, arboribus, vi- D neis vacuæ fuerint. [x] Quod & obſeruatur ſi & alio modo ſeruitus ceſſa ſit.

Quarta pars capitis ſecundi.

Qui non poßint conſtituere ſeruitutem.

XXXIII. [z] ALieno ſolo nec imponi nec acquiri ſeruitus poteſt. [a] Et ſi proprium ſolum vendo, ſeruitutem talem iniungere non poſſum, vt mihi & E vicino ſeruiat: cùm ſeruitutem recipere niſi ſibi nemo poſſit. Adiectio itaque vicini pro ſuperuacuo habenda eſt: ita vt tota ſeruitus ad eum qui receperit pertineat. Solum autem commune vẽdendo, vt mihi & ſocio ſeruiat efficere non poſſum: quia per vnum ſocium communi ſolo ſeruitus acquiri non poteſt: [b] & ea conuentio prorſus inutilis eſt venditori: quippe qui ſeruitute vti non poſſit, F quin ſocij, cui & ſibi ſeruitutem recepit, libertatem imminuat.

XXXIV. [c] Vnus ex dominis communis ſoli ſeruitutem imponere non poteſt. [d] Sed ſi id fecerit, vti ceſſo iure prohibere non poteſt. [e] Et ſi quis per fundum quem cum alio communem habet, quaſi ſolus dominus eius eſſet, ius eundi, agendi mihi vendiderit, & ceſ-

b l. pluribus. §. vlt. D. de verb. oblig.
c nempe cùm dominio tranſlato, non modo res, ſed iura cauſaque omnia tranſeant ad nouum dominum, neceſſe eſt eũ qui factus eſt partis rei dominus, partem quoque in ſeruitute habere. Franc. Connanus li. 4. Com. iur. ciuil. cap. 9.
d l. 3. D. de ſeruit. Cuius ratio hæc eſt, quòd ſeruitutes prædiales non perſonis debentur, ſed prædiis, quibus natura ſua hærent, & perpetuò connexa ſunt, ideo non poteſt pacto mutari quod in ea naturale eſt & ingenitum. Id autem eſt vt ſtatim debeantur, & perpetuò. Quare ſi ex tempore, vel ad tempus, vel ſub conditione, vel ad certam conditionem imponantur: tamen ipſo iure, id eſt iure naturáque ſua, & ſtatim debentur, & perpetuò: ſed exceptione pacti occurritur ei qui cõtra quàm eſt conuentum, eas ſibi conatur vendicare. Fran. Connanus lib. 4. Com. iur. ciuil. cap. 8.
e l. 3. §. 1. D. de ſeruit.

m in d. §. quid ergo & locis ad ſuperiorem verſum annotatis. Bald. & Ang. in l. lex vectigali fundo, D. de pign. & l. 1. §. quod ſi prætor. & §. e contrario. & §. vlt. & ibi Bald. Aluarotus & Card. Alex. d. tit. de inueſtitur. de re alie. fact. Capola de ſeru. vrba. præd. Io. Faber in l. 3. C. de ſeru. Paul. Caſtren. in l. 3. D. de ſeru.
n Petrus Bellapertic. in d. l. 3 D. de ſeru. Guido papa q. 535. Maſuer. t. de loca. & iure emphyt. Guliel. Benedict. in c. Raynutius de teſt. n. 160. Bar. & Ang. in l. ſi rei. D. Quib. mod. pign. vel hyp. ſol. & in l. in diem D. de aqu. plu. arc. Philip. Decius Conſ. 239.
o Fran. Connanus lib. 4. Cõ. iur. ciu. c. 9.
p l. qui per certum. D. Com. præd. De aquæductu idem traditur ad l. Lucio Titio. D. de aqua quot. & æſt. & l. 2. D. de ſeru. præd. ruſt. tã de aquæductu quàm aquæ hauſtu.
q l. in concedẽdo. D de aqua plu. arc. l. aquã C. de ſeruit. & aqua. c. ſuggeſtum, de iure patro.
r d. l. 2. §. vlt. D. de ſeru. præd. ruſt.
ſ l. ſi via. ibid.
t l. certo. in prin. §. 1. & vlt. & l. ſi mihi concesſeris. ibi l. vlt. D. de aqua quot. & æſt.

f l. via. ibid. g d. § 1. id eſt quamuis ſeruitutes, neque tempore, neque conditione conſtituantur, aut firmantur, modus tamen ipſis addi poteſt, non res tantùm & vſus, verum etiam temporis, vt certis interuallis, aut certis annis temporibus his vti liceat. Quæ res non facit quin in iis & puræ ſint, & ſimplices, & perpetuæ. ſed earum vſus his modis definitur, quos non licet egredi: veluti ſi conceſſerim tibi vt eundo alternis diebus aut menſibus, quo menſe non licet tibi vti, non deſinit tamen eſſe ſeruitus & ſequenti menſe cùm incipit tibi id iuris competere inchoari dici non poteſt ſeruitus, ſed vna tantùm ſeruitus eſt quæ tum incipit cùm eſt impoſita, nec poſtea vnquam deſinit in vtrâque, & tibi competit etiam in menſibus quibus non licet agere ſed eo tempore vſus eius tibi eſt interdictus. Non ergo pendet à tempore, nec ab eo cauſam habet, nec originem ſuam ſed modum, quo præſcriptum eſt, quando & quo modo liceat aut non liceat agere. Franc. Connanus d. cap 8. d. l. 4. Com.
h Iacob. Cuiacius. in l. 4. D. de vſurp. & vſuc. l. de pupillo §. & belle Sextus. D. de oper. no. nunt. i l. quod Principio. D. de aqua quot. & æſt. k l. 1. § penul. & vlt. D de ſuperf. Guliel. Cugnus in l. & in prouincialis. C. de ſeru. arg. §. quid ergo tit de Inu de re alien facta in vſibus feudorum. Paul. Caſtr. in l. ſi tibi homo. §. vlt. D de lega 1. Floria. in l. ſi cui. §. 2. D. quemad ſeru amitt. Capola tit. qui poſſ. conſt. ſeruitutem cap. 14. Iaſon in l. vlt. C. de iur. emphyt. Io Faber. Ang. Aret. & Iaſ in §. item Seruiana Inſt. de act. & ita receptũ moribus in Gallia Faber ait. Boerius Deciſ. 180 q. 3 olo. 451. Petr. Ferrarius t. de act. in rem pro re emphyt.
l d. §. quod ergo. arg. l. Peto. §. prædium D. de lega. 2. d. q. Capel. Tolo.

G aqua quot. & æſt. u l. Sed quæ loca D. de ſeru. præd. ruſt. x d. §. 1. & vlt. d. l. Certo. & d. l. ſi mihi. & d. l. vlt. D. de aqua quot. & æſt. z l. ſi cum duas. D. Com. præd. a l. proprium. ibid. b Aliòqui rem communem vnus ex dominis vendere & obligare poteſt, etiam ſi indiuiſa ſit. & venditio & pignus in parte conſtituentum valebat. l. nemo ex ſociis. D pro ſoc. l. ſi conſenſit. §. vlt. D. quib. mod. pign. ſolu. l. ſi fratres. C. Com. vtriuſque iudic. Et hoc ideo quod pignus, venditio, donatio partem ſocij non attingant. d. l. nemo ex ſociis. Petr. Coſtalius in l. 2. D de ſeruit. c d. l. 2. d l. per fundum. D. de ſeru præd. ruſt. e l. ſi quis per fundum. D. de ſeru. t.

ſerit, tene-

ſerit, tenebitur mihi euictionis nomine ceteris non cedentibus.

XXXV. [f] Proprietatis dominus non conſentiente fructuario ſeruitutem imponere non poteſt: niſi qua deterior fructuarij conditio non fiat: veluti ſi talem ſeruitutem vicino conceſſerit, ius ſibi non eſſe altiùs tollere.

f l. Sed ſi quid. §. vlt. & l. ſeq. D. de vſuf. quo tamen §. vlt. traditur dominum ne conſentiente quidem fructuario ſeruitutem poſſe conſtituere, niſi hic exceptam. Quod videtur carere ratione: quam tamen commniſci ſatagit Iac. Cuiacius in §. Item ſi alienus. Inſtit. de rer. diuiſ. in verb niſi conſentiente fructuario.

Pars quinta capitis ſecundi.

Qui teneantur conſtituere, aut pati ſeruitutem.

XXXVI. [g] EI qui fundum emit, vel diuiſit, per fundum vendentis, vel partem ſocij, acceſſus & tranſitus dari debet, ſi aliunde iter eſſe non poteſt.

XXXVII. [h] Si fundus cui ſeruitus debetur, certis regionibus inter plures dominos diuiſus eſt, quamuis omnibus partibos ſeruitus debeatur: tamen opus eſt, vt ij qui non proximas partes ſeruienti fundo habebunt, tranſitum per reliquas partes fundi diuiſi, iure babeant: aut ſi proximi patiantur, tranſeant.

XXXVIII. [i] Si quis prædium habens, viam, aut iter ad illud nullum babeat: cùm alioqui inutile ei prædium ſit futurum, in vicini prædio à iudice iter, viáve colendi cauſa, fructuúmque percipiendorum conſtituetur: ſic tamen vt damni, vtilitatiſque æſtimationem is dependat, cui iter, viáve dabitur.

XXXIX. [k] Cum via publica, vel fluminis impetu, vel ruina amiſſa eſt, vicinus proximus viam præſtare debet.

XL. [l] Quoties fructus ex arboribus meis in agrũ tuum decidit, toties eius legendi cauſa ad agrum tuum veniendi facultas mihi danda eſt.

XLI. [m] Si ſeruitus vendito prædio debebatur, id ius in emptorem tranſit, etiamſi nihil dictum ſit. [n] Et qui fundum vendiderit, ignorás ei ſeruitutem legatam eſſe, repudiandi legatum ius non habet: cùm ad eum ſeruitus non pertineat.

g Petrus Coſtalius ad l. Gaurus Marcello. §. binas D. de ſeru. vrb. præd. argum. l. via. §. vlt. D. de ſeruit. præd. ruſt. vbi diuiſo fundo communi y quibus remotæ à via partes ceſſerunt, per aliorum partes ad viam quam tertius debet, tranſitum habere debere dicitur: cuius legis verba referuntur 2. verſ. proximo argum. etiam l. 3. §. qui habet. D. de ſeruit. præd. ruſt. vbi qui hauſtũ habet, viam quoque ad hauſtum habere intelligitur. argu. Item quòd qui iter habet, omnia conſetur habere, ſine quibus iter exerceri nõ poteſt l. Si iter. D. de ſeruit. & gradus & cliuos poteſt facere ad vſum via. l. Seruitutes. §. 1. D. de ſeruit. præd. vrba. Contra communem DD. ſententiam in d. l. via conſtitutã §. vlt. arg. illius lo. vbi inter alios Baldus & l. in vendendo. D. de contra empt. vbi vendito prædio viam non præſtandam dicitur, niſi dictum ſit glo. in l. in tradendis. §. interpoſitum, in fi. D. com præd. & item glo. in d. §. vlt. l. qui libertatis. §. vlt. D. de euict. Bart. Angel. & DD. in l. quod conclaue. D. de dam. inf.

h d. l. via §. vlt. i Libro Gallico inſcripto Le goidon des praticiens. t. t. des ſeruitudes. nu. 2. Albert. in l. ſi quis ſepulchrum. D. de relig. & ſumpt. fun. vbi id æquitati conſentaneum dicit. Licet contra iuris rationem Guido Suſa, ibid. Andreas Iſernia in c. 1. §. ſimiliter de capit a. qui curiam vendidit. & in cap. 1. §. ſi quis de manſo. tit. de contro inueſt. in vſibus feudo. Lucas Penna in l. 2. Cod. de bon. vacan. libr. 10. & rubr. de agric. & cenſ. & l. 1. cod. tit. & Auth. Agricultores. C. quæ res pignor. obligari poſſunt. Gloſſ. in l. ſi locus. §. cum via D. quemadm ſeru. amitt. Maſuerius tit. de ſeruit. Paulus Caſtrenſis in l. 1. §. Iulianus D. de itiner actuque priua. argument. d. l. 1. §. illud Labeo. argum. item l. vltim. §. vltim. Cod. de ſeruit. & aqua. vbi Albertus & Salycetus Capola tit. de ſeruit. vrbanor prædior. cap. 125. 127. & 128. Gloſſ. in l. 4. §. Cato in verb. ſponſoris & ibi DD. de verbor. obligat. Boerius Deciſion. Burdeg. 322.

k l. ſi locus, in fin. D. quemadmod. ſeruit amitt. l Petrus Coſtalius ad l Diuus Pius. D. de ſeru. ruſt. præd. l. 1. D de gland leg. m l. in vendendo. l. ſi aqueductus. D. de contrah. empt l. via. conſtitutũ. §. quæcunque D. de ſeruit. præd. ruſt. n l. ſi partem, in fi. D. quemad. ſeru. amit.

A XLII. [o] Fundi venditor, viam, iter, actum, aquæductum ita demùm præſtare debet emptori, ſi dictum id ſit. [p] At ſi quis fundum, ædéſve legauerit, aditum quo ante vſus eſt, legaſſe quoque intelligitur, cùm ſine acceſſu nullus ædium vſus futurus ſit.

XLIII. [q] Si medij loci vſusfructus legetur, iter quoque ſequi verum eſt, per ea ſcilicet loca fundi, per quæ, qui vſumfructum conceſſit, conſtitueret, quatenus eſt ad fundum B neceſſarium. Náque ſciendum eſt, iter quod fruendi gratia fructuario præſtatur, non eſſe ſeruitutem. Neque enim poteſt ſoli fructuario deberi: ſed ſi fundo debeatur, & ipſe fructuarius ea vtetur.

XLIV. [r] Si ei, cuius prædium mihi ſeruiebat, hæres extiti, & eam tibi hæreditatem vendidi, reſtitui in priſtinum ſtatum ſeruitus debet: quia id agitur, vt quaſi tu hæres videaris C extitiſſe.

o d. l. in vendendo. l. qui libertatis. §. vlt. D. de euict.
p l. binas ædes D. de ſeru. præd. vrba.
q l. 1. §. 1. D. de ſeru. vind. l. teſtatrix, vbi DD. d. l. Bart & alij in d. l. binas ædes & in l. 1. D. de ſer. lega. argu. l. in teſtamentis plenius voluntate teſtantium interpretantur. D. de reg. iur & c. cum dilecti. in fi. de dona.
r l. ſi ei. D. com. præd.

Pars ſexta capitis ſecundi.

Qui non teneantur conſtituere ſeruitutem.

XLV. [ſ] IN vendendo fundo, quædam, etiamſi non dicantur, præſtanda ſunt: veluti ne fundus euincatur, aut vſusfructus eius: quædam ita demùm ſi dicta ſunt, veluti viam, iter, actum, aquęductum præſtitum D irĩ. Idem & in ſeruitutibus vrbanorum prædiorum: exceptis his caſibus, de quibus [t] ſuprà commemorauimus.

ſ d. l. in vendendo.
t d. l. partes. d. capitu ſecundi.

CAP. III.

Quæ liceant habenti ſeruitutem, vel non liceant.

XLVI. [u] REfectionis gratia accedendi ad ea loca quæ non ſeruiunt, E facultas tributa eſt his quibus ſeruitus debetur, quà tamen accedere eis eſt neceſſe: niſi in ceſſione ſeruitutis nominatim præfinitum ſit, qua accederetur. [x] Quo fit, vt ſi per fundum tuum aqua ad meam moletrinam effluit, ſi res refectione indigeat, tandiu per fundum tuum iter habeam, quandiu res refecta ſit, vt aqua ad meam moletrinam deriuetur, tametſi ſeruitutem non ha-F beam.

XLVII. [z] Seruitutes prædiorum vrbanorum, vel ruſticorum à domino, vel eo cui debentur, vendi poſſunt: [a] locari tamen non poſſunt, cùm locatio ad tempus fiat: [b] ſeruitus autem ad tempus conſtitui non poſſit.

XLVIII. [c] Seruitus ruſtici prædij, veluti, iter, actus, via, aquæductus pignori poni poteſt: [d] eáque conuentio valet, vt quandiu pe-G cunia ſoluta non ſit, eis ſeruitutibus creditor vtatur: ſcilicet ſi vicinum fundum habeat, & ſi intra diem certum pecunia ſoluta non ſit, vendere eas vicino liceat, [e] fructus enim cuiuſlibet rei, ſiue corporalis, ſiue incorporalis eſt, vel pignori dari licere. [f] Seruitus verò vrbani prædij, veluti tigni, aut ſtillicidij immit-

u l. refectionis. D. com. præd.
x Ange. in d. l.
z Iac. Cuiacius lib. 15. obſer. c. 6.
a l. cum manu. §. 1. D. de contr. empt. l. 3. §. ſi iter. l. tenetur. §. ſi tibi. D. de act. empt.
b l. 4. D. de ſer. l. locare. D. loc.
c Iac. Cuiacius d. cap 6.
d l. Sed an via. D. de pign.
e l. videamus 1. § penul. & l. vlt. D. de vſufr. Nec obuci poteſt quod ſupra dictum eſt, locari non poſſe ſeruitutes: quòd ad tempus non conſtituãtur & hæc lex pignori ſemper inſit, vt diſtrahi poſſit in perpetuum, ſaltem debitore trina denunciatione conuento.
f l. ſin quis bana. in fi. D. d. 3. de pign.

tendi, vel protegendi, vel proiiciendi, neque à domino, neque ab eo cui ſeruitus debetur pignorari poteſt vtiliter. [g] Cuius differentiæ hæc eſt ratio, quòd inutile pignus ſit, quod alij vendi non poteſt. Creditori autem habenti ædes vicinas, cui pignori conceſſum ſit, ius tigni, vel ſtillicidij immittendi, non eſt vicinus alius, cui ea ſeruitus vſui eſſe poſſit, vt eam emat. At verò ius prædij ruſtici, alij vicino diſtrahi poteſt: cum poſſit vno itinere pluribus patere aditus in ſuos fundos: maximè cùm in fundorum finibus ſint gradus liberi pedum aliquot.

XLIX. [h] Precariò verò concedi ſeruitus, ſiue prædij ruſtici, ſiue vrbani poteſt: quòd poſſeſſio ſola, aut quaſi poſſeſſio precariò datur, & vtilitas precariæ poſſeſſionis non vt ius pignoris in diſtractione conſiſtit, ſed in vſu tantùm, ad libitum domini qui precariò itineris, aut immiſſi, vel protecti vſum conceſſit.

L. [i] Si quis contra ſeruitutem debitam in fraudem vicini ædificauerit nouum opus, ſuis ſumptibus tollere debet, ac damnum ſarcire.

g l. 4. D. de pign. act. l. muter. C. de diſtr. pign.

h Iac. Cuiacius l. c. 6. l. 3. l. & habet §. precariò. D de preca. l. ſi quis ſepulchrũ. D. de relig.

i Idẽ Cuiacius lib. 17. obſeru. c. 35. l. ſi in ædibus. C. de ſeru.

CAP. IV.

De conceſſione perſonali.

LI. [k] Differt ſeruitus à perſonali conceſſione, vel in hoc quòd vicini prædij vtilitatem ſeruitus; perſonæ commoditatem illa conceſſio maiorè reſpicit. Itaque ſi concedas mihi figulinas, vt vaſa fiant, quę mihi ſint vſui quotidiano, nec ſeruitus eſt, nec vſusfructus: ſi vt prædio meo figulinæ ſeruiát, ſeruitus eſt prædialis. Similiter ſi ius calcis coquendæ, lapidis eximendi, fodiendæ arenæ, mihi conceſſeris, ędificandi in fundo meo cauſa, ſeruitus eſt prædialis, ſi & aliarum rerum cauſa, conceſſio eſt perſonalis. Itidem ſi cùm fundum vicinum non haberem, concedas mihi ius paſcendi pecoris mei & adaquándi, non eſt prædialis ſeruitus: quin nec perſonalis. id eſt vſusfructus: quia meo pecori tantùm, non etiam alieno conceſſum eſt. Ideò nec locare id ius poſſum: nec omnem fructum paſcui habeo, quod eſt contra vſusfructus naturam.

LII. [l] Si pater, filiæ ius per domum hæreditariam ad eam, quam ipſi legauerat, tranſeundi præſtari voluit, hinc ad exteros non tranſit, cùm hoc ex affectu filiæ ſit datum. [m] Et generaliter perſonalis conceſſio perſonam non egreditur, [n] & cùm teſtator perſonam demonſtrauit, cui ſeruitutem præſtari voluit, emptori, vel hæredi eius non eadem præſtatur ſeruitus.

LIII. [c] Aquæ fluentis in fontem conſtructum in Iſmo à patre meo trado, & dono, digitum in domum tuam quæ in Iſmo eſt, aut vbicunque vis. Quæſitum an ex hac ſcriptura vſus aquæ etiam ad hæredes C. Seij pertineat. Reſponſum, vſum aquæ perſonalem ad hæredem Seij quaſi vſuarij tranſmitti non oportere.

k Franc. Connanus libr. 4. com. iur. ciuil. l. pecoris paſcend. & l. ſeq. l. Lucius Titius. D de ſeru. præd ruſt. l. pater filiæ. D. de ſeru. lega.

l d. l. pater filiæ.

m d. l. Lucius Titius.

n l. pecoris paſcendi.

o d. l. non tranſmittitur autẽ, poſtea quàm Seio, quàm quod vbicunque vellet Seius, legatum eſt. vt Seio potiùs quàm prædio reliquiſſe videatur Franc. Conna. d. cap.

LIV. [p] Cùm dubitatur, an conceſſionem realem, an perſonalẽ interpretari debeamus, ferè ita res temperari ſolet, [q] vt ſi facta ſit per verba facti, perſonalis iudicetur: vt cùm concedo tibi facultatem eundi, vel vt poſſis agere, haurire aquam, & lapidem cædere, vel ſimilia: [r] ſin autem verba conceſſionis ius ſonent, realis erit: vt concedo tibi aquæ ducendæ ius, aut ſeruitutem, niſi ex indeterminata conceſſione contraria coniectura eſſet capienda: [s] aut ex verbis: veluti ſi dictum eſſet, [Gratificor tibi] quibus verbis conceſſio perſonalis iudicatur, [t] vel ex qualitate perſonæ: veluti cùm pater legat filiæ aditum per hæredis domum.

LV. [u] Si tibi aream ceſſero ædificandi cauſa, hoc pacto interpoſito, vt me, liberóſve meos, alioſve in illud ædificium certo anni tempore recipias: ſi ædificium corruerit, aliud quod prioris loco cedat, inſtaurare teneberis.

p Petrus Coſtalius in d. l. Lucius Titius.

q l. apud Iulianum §. ſi quis alicui D. de lega. 1.

r l. cùm fundo. & l. pecoris & ſeq. D. de ſeru. præd. ruſt.

ſ d. l. Lucius.

t d. l. pater filiæ. D. de ſeru. lega. vbi ſuſe Bart. Alcia. libr. 2. diſpunct. cap. 7. Capol. 2. de ſeruitute reali.

u Iacob. Aretinus, arg. l. eum debere. D. de ſer. vrba. præd. & l. ſi finita. D. de damno inf. contra Angeli ſententiam in d. l. eum debere, arg. annotatorum in l. bonis. §. hoc ſermone. D. de verb. ſign. & l. Seruitutes quæ in ſuperficie. §. ſi ſublatum. D. de ſeru. præd. vrba. & l. maritus, & annot. ad eã D. loca.

CAP. V.

De ſeruitutibus vrbanorum prædiorum.

Prima pars.

Cuiuſmodi ſint, & de earum conſtitutione.

LVI. [x] Ædificia vrbana quidem prædia appellamus. Cæterùm & ſi in villa ædificia ſint, æquè ſeruitutes vrbanorum prædiorum conſtitui poſſunt. [z] Et vrbana prædia omnia ædificia accipimus, non ſolùm ea quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi fortè ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis & vicis, vel ſi [a] prætoria voluptati tantùm deſeruiẽtia: quia vrbanum prædium non locus facit, ſed [b] materia. Proinde hortos quoque, ſi qui ſunt in ædificiis conſtituti, dicendum eſt, in vrbanorum appellatione contineri. Planè ſi plurium horti, in redditu ſunt, vinearij fortè, vel etiam holitorij, magis hæc non ſunt vrbana.

LVII. [*] Futuro quoque ædificio, quod nondum eſt, vel imponi, vel acquiri ſeruitus poteſt.

LVIII. [c] Si quis vicino ſuas ædes ſeruas fecit, nihilominus aliis (quod vellet) ſeruas facere poteſt.

LIX. [d] Si quis ædes, quæ ſuis ædibus ſeruirent, cùm emiſſet, traditas ſibi accepit, confuſa ſublatáque ſeruitus eſt: & ſi rurſus vendere vult, nominatim imponenda ſeruitus eſt: alioqui liberæ væneunt.

LX. [e] Iure ciuili Normano qui binas domos habet, ſi vnam, aut eius partem alienet, quæ luminum, aut ſtillicidij, aut aliud

x l. 1. D com. præd.

z l. vrbana D. de verb ſig.

a Domus in vrbe prætoriũ ſolius Principis dicebatur, ad cuius exẽplum ædificiũ in villa Prætoriũ appellatur, quòd domus villæ in ea ſpeciem Principis referat. Prætor verò olim dicebatur, omnis magiſtratus, quòd præiret. Franc. Connanus lib. 4. com. iur. ciuil. cap. 10.

b Materiã in d. l. vrbana appellat. C. nõ lapides, cæmenta, lateres, & ſimilia, ſed res vſum. Eſt enim materia nomen generale ad ea omnia quæ aliquam alicuius rei faciendæ, ducendæve facultatẽ præbent: vt materiam ſermonis præbere, id eſt, occaſionem. Cicero in Verrem 6. orat. Fac fuiſſe in iſto C. Lælij, M. Catonis materiam, atque indolem, id eſt, fuiſſe potuiſſe quod Cato & Lælius pro ſua indole potuiſſent. Eadem ratione prædium vrbanum, aut ruſticum non ex loco ſed ex materia, quam præſtant nobis, iudicantur, & in quo habitandi materia eſt, & commoditas, vrbanum. in quo fructuum & redditus, ruſticum appellabitur.

* l. ſi ſeruitus in fin. D. de ſeru. præd. vrba.

c l. qui per certum. ibid. d l. ſi quis ædes. ibid. e lege municipali Normana, verſ. 620

ſeruitutis genus in eam quam retinet, habeat, nominatim ſeruitutem, eiúſque locum, latitudinem, longitudinem, menſuram, eiúſque modum ei domui quam retinet, excipere debet, aut eidem imponere: alioqui liberas ædes vēdidiſſe cenſebitur: [f] ſeruitutes verò in iis ædibus quas retinuerit, vt fuerint, ita erunt. A

f Eadem l. inuenit. ver. 620.

LXI. [g] Eodem iure inter hæredes vel ſocios, diuiſione facta, lumina, ſtillicidiáque vt fuerunt, ita manent: niſi contrà nominatim conuenerit. B

g Ead. l. inuenit. verſ. 610.

Secunda pars capitis quinti.

De generibus ſeruitutum vrbanarum.

Primum ſeruitutis vrbanæ genus.

LXII. [h] Luminum ſeruitute conſtituta id acquiſitum videtur, vt vicinus lumina vicini excipiat. C

h l. 3. D. de ſer.

L X I I I. [i] Qui ædificium habet, ſeruitutem vicino imponere poteſt, vt non ſolùm de his, ei, luminibus quæ in præſentia ſunt, ſed etiam de iis quæ poſtea fuerint, caueat.

i l. 3. D. de ſeru. præd. vrba.

LXIIII. [k] Si ſeruitus fuerit, [Lumina quæ nunc ſunt, vt ita ſint] de futuris luminibus nihil caueri videtur. D

k l. ſi ſeruitus. ibid.

Secundum genus ſeruitutis prædij vrbani.

Seruitus, ne luminibus officiatur, ſeu, Ne altiùs tollatur.

LXV. [l] Quæ dicitur ſeruitus, [Ne altiùs quis tollat ædes ſuas: ne luminibus vicini officiat] vna eſt ſeruitus, non duæ: adeò vt qui alteram obtinuit, veluti ne vicinus ædes altiùs tollat, & hoc adeptus videatur ne luminibus officiat: & contrà, Qui ne luminibus officiat, etiam illud, Ne altiùs tollat. E

l Iacobus Cuiacius lib. 17. Obſeru. cap. 35. l. luminum. l. hæc autem. D. de ſeru. præd. vrba. & §. vlt. Inſt. eod.

LXVI. [m] Cùm ſeruitus imponitur ne luminibus officiatur, hoc maximè adeptum videbitur, ne ius ſit vicino inuitis nobis altiùs ædificare, atque ita minuere lumina meorum ædificiorum. [n] Inuitum autem in ſeruitutibus accipere debemus, non ſolùm qui cootradicit, ſed & qui non conſentit.

m d. l. 3 D. de ſeruit.

n l. Inuitū. ibi.

LXVII. [o] Si ita ſit cautum, [Ne luminibus officiatur] quia ambigua eſt ſcriptura, vtrúmne his luminibus officiatur quæ nunc ſunt, an etiam iis quæ poſtea quoque fuerint. Et humaoius eſt, verbo generali omne lumen ſignificari, ſiue quod in præſenti, ſiue quod poſt tempus conuentionis contigerit. F

o l. ſi ſeruitus. ibid.

LXVIII. [p] Si ædes meæ à tuis ædibus tantum diſtent vt proſpici non poſſint, aut medius mons conſpectum earum auferat, ſeruitus imponi non poteſt. Nemo enim propriis ædificiis ſeruitutem imponere poteſt, niſi & is qui cedit, & is cui ceditur in conſpectu, habeat ea ædificia, ita vt officere alterum alteri poſſit. G

p l. ſi ædes. & l. ſeq. D. de ſer. præd. vrba.

LXIX. [q] Hæc ſeruitus & ei qui vlteriores ædes habet, deberi poterit. Et ideo ſi inter meas & Titij ædes tuæ intercedant, poſſum Titij ædibus ſeruitutem imponere, ne liceat ei altiùs tollere, licèt tuis non imponatur: quia donec tu non extollis, eſt vtilis ſeruitus. Et ſi fortè qui medius eſt (quia ſeruitutem non debebat) altiùs extulerit ædificia ſua, vt iam ego non videar luminibus tuis obſtructurus; ſi ædificauero, fruſtrà intendes ius mihi non eſſe ita ædificatum habere inuito te. Sed ſi intra ſtatutum tempus ruſus ædificium ſuum depoſuiſſet vicinus, renaſcetur tibi vendicatio. A B

q l. loci corpus. §. ſi aſt & duab. ll. ſeqq. D. ſi ſeruit. vend. l. in tradendis. §. 1. D. de ſeru. præd. vrb.

L XX. [r] Ædificia quæ ſeruitutem patiuntur ne quid altiùs tollatur, viridaria ſupra eam altitudinem habere poſſunt: at ſi de proſpectu eſt, eáque obſtitura ſunt, non poſſunt.

r l. Ædificia. ibid.

LXXI. [ſ] Si arborem ponat vt lumini officiat, dicendum erit contra impoſitam ſeruitutem eum facere. Nam & arbor efficit quo minus cœlum videri poſſit. Si tamen id quod ponitur, lumen quidem non impediat, ſolem autem auferat; ſi quidem eo loci quo gratum erat eum non eſſe, poteſt dici nihil contra ſeruitutem fieri. Si verò in heliocamino vel ſolario, dicendum erit (quia vmbram facit in loco cui ſol fuit neceſſarius) contra ſeruitutem impoſitam fieri. Per contrarium, ſi deponat ædificium, vel arboris ramos, quo facto locus opacus quondam cœpit ſolis eſſe plenus, non facit contra ſeruitutem: hanc enim debuit ne luminibus officiat: ſed plus æquo luminis facit. C D

ſ l. ſi arborem. ibid.

LXXII. [t] Interdum dici poteſt, eum quoque qui tollit ædificium, vel deprimit, luminibus officere: ſi fortè κατ' ἀνάκλυσιν, vel preſſura quadam ædes deuoluantur.

t ibid.

LXXIII. [u] Cum eo, qui tollendo obſcurat vicini ædes, quibus non ſeruiat, nulla eſt actio. [x] Et qui binas ædes habebat, ſi alteras legauit, non dubium eſt quin hæres poſſit altiùs tollendo obſcurare lumina legatarum ædium. Idem dicendum, ſi alteri ædes, alteri aliarum ædium vſumfructum legauerit: ſed ita officere luminibus, & obſcurare legatas ędes conceditur, [z] vt non penitus lumen recludatur: ſed tantum relinquatur, quantum ſufficit habitantibus in vſus diurni moderationem. E F

u l. Cum eo, ib.

x l. Binas ædes D. de ſeru. præd. vrb.

z Non iure ſeruitutis ſed quod teſtator nō videatur voluiſſe ædes legatario inutiles dare. Franc. Connanus lib. 4. c. 10.

LXXIV. [a] Si teſtamento damnatus hæres ne officeret vicini luminibus, ſeruitutē mque præſtarct, depoſuit ædificium, concedenda erit legatario actio vtilis, qua prohibeatur, hæres, ſi poſtea extollere ſupra priorem modum ædificium conabitur.

a l. ſi teſtamento. D. d. t.

Tertium genus ſeruitutis vrbani prædij. G

Seruitus, ne proſpectui officiatur.

LXXV. [b] Inter ſeruitutes, [Ne luminibus officiatur] & [Ne proſpectus

b l. inter ſeruitutes ibid.

offendatur] aliud & aliud obſeruatur: quòd in proſpectu plus quis habet, ne quid ei ſcilicet officiatur ad gratiorem proſpectum: in luminibus autem ne lumina cuiuſquam obſcuriora fiant. [e] Lumen autem id eſt, vt cœlum videatur. Et intereſt inter lumen & proſpectum. Nam proſpectus etiam ex inferioribus locis eſt, lumen ex inferiori loco eſſe non poteſt. [d] Et ædificia quæ ſeruitutem proſpectus debent, viridaria in ſummo ædificij, quę proſpectum impediant, habere non poſſunt: [e] vt & ſuprà relatum eſt.

e l. Lumen. ibi.
d l. Ædificia. ibid.
e verſ. 69. h. t.

Quartum genus ſeruitutis vrbani prædij.

Seruitus fluminis vel ſtillicidij.

Prima pars.

Cuiuſmodi ſint eæ ſeruitutes.

LXXVI. [f] INter ſtillicidium & flumen hoc intereſt, quòd ſtillicidiũ ſtillatim cadat, flumen continuò fluat. [g] Et ſeruitus fluminis, eſt ius, aquam perennem, aut naturalem, vt eſt pluuialis, aliquo foramine, aut canali, aut alio modo in ædes vicini eiiciendi.

LXXVII. [h] Stillicidij ſeruitus duplex eſt, aut ſtillicidij immittendi, vt liceat id, vnde & per quod pluuia ſtillat, immittere in tectum, aut locum alterius, licèt in eum non cadat: Aut, quæ ſtillicidij ſeruitus ſimpliciter dicitur, cùm mihi ius eſt vt à tectis meis pluuia in tuas ædes decidat.

LXXVIII. [i] Hæc lex traditionis [Stillicidia vti nunc ſunt, vt ita ſint] hoc ſignificat, impoſitam vicinis domus venditæ neceſſitatem ſtillicidiorum excipiendorum: non illud, vt etiam emptor ſtillicidia ſuſcipiat ædificiorum vicinorum. Hoc igitur pollicetur venditor, ſibi quidem ſtillicidiorum ſeruitutem deberi, ſe autem nulli debere. Quæ de ſtillicidio ſcripta ſunt, etiam in cæteris ſeruitutibus accipienda ſunt, ſi in contrarium nihil actum eſt.

LXXIX. [k] Si domus tua ædificiis meis vtranque ſeruitutem debeat, & ne altiùs tollatur: & vt ſtillicidium ædificiorum meorum reciperet: & tibi conceſſero ius eſſe, inuito me, altiùs tollere ædificia tua, quod ad ſtillicidium meum attinet, ſic ſtatui debebit, Vt ſi altiùs ſublatis ædificiis tuis ſtillicidia mea cadere in ea non poſſint, ea ratione altiùs tibi ædificare non liceat: ſi non impediant ſtillicidia mea, liceat tibi ea altiùs tollere.

f Franc. Connanus lib. 4. Com. iur. ciu. c. 10.
g Idē Connan. d. lib. ca. 9. arg. l. Foramen. D. d. 1. de ſeru. præd. vrba.
h Idem Connanus d. cap. 10. arg. l. vlt. D. Quod vi aut clam. & l. ſeruitutes. D. de ſeru. præd. vrb.
i l. ſi arborem. §. 1. D. d. t. Id eſt, ſeruitute ita conſtituta intelligendum venditorem domus prædium à ſeruitute liberum vendere, & eidem prædio ſeruitutem deberi à vicino, ex interpretatione Placentini.
k l. ſi domus. ibid.

Secunda pars.

Quæ liceant domino ædificij cui ſeruitus ſtillicidij debetur.

LXXX. [l] STillicidium quoquo modo acquiſitum ſit, altiùs tolli poteſt: leuior enim fit eo pacto ſeruitus, cùm quod A ex alto cadet, lenius & interdum direptum, nec perueniat ad locum ſeruientem, inferiùs demitti non poteſt, quia fit grauior ſeruitus: id eſt, pro ſtillicidio flumen. Eadem cauſa retrò duci poteſt ſtillicidium, quia in noſtro magis incipiet cadere: produci non poteſt, ne alio loco cadat ſtillicidium, quàm in quo poſita ſeruitus eſt: leniùs facere poterimus, acriùs non. Et omninò ſciendum eſt, melio-B rem vicini conditionem fieri poſſe, deteriorem non poſſe, niſi aliquid nominatim ſeruitute imponenda immutatum fuerit.

l l. ſeruitutes. §. ſtillicidium. ibid.

LXXXI. [m] Si ſublatum ſit ædificium, ex quo ſtillicidium cadit, & in eadem ſpecie & qualitate reponatur, vtilitas exigit vt idem intelligatur. Nam alioquin ſi quis ſtrictiùs interpretetur, aliud eſt quod ſequenti loco ponitur: & ideo ſublato ædifi-C cio vſusfructus interit, quamuis area pars ſit ædificij.

Tertia pars.

Quæ non liceant domino ædificij, cui ſeruitus ſtillicidij debetur.

LXXXII. [n] SI antea ex tegula caſitauerit ſtillicidium, poſtea ex [o] tabulato, vel ex alia materia caſitare non poteſt: * nec ei qui ius ſtillicidij habet, per plũ-D beos canales aut ligneos aquam pluuiam demittere conceditur.

Quarta pars.

Quæ non liceant domino prædij debentis ſeruitutem ſtillicidij.

LXXXIII. [p] SI ſeruitus ſtillicidij impoſita ſit, non licet domino E ſeruientis areæ ibi ædificare, vbi caſitare cœpit ſtillicidium. [q] Vſque tamen ad eum locum perducere ædificium poteſt, vnde ſtillicidium cadit. Sed ſi in ædificio cadit ſtillicidium, ſupra ædificare ei conceditur, dum tamen ſtillicidium rectè recipiatur.

Quintum genus ſeruitutis vrbani prædij.

F *Seruitus tigni immittendi.*

LXXXIV. [r] IMmittere in alterius parietem tigna, niſi is ſeruitutem debeat, nemo poteſt. [ſ] Tigni autem appellatione, omne genus materiæ, ex qua ædificia conſtant, ſignificatur.

LXXXV. [t] Competit mihi actio aduerſus eum, qui ceſſit mihi talem ſeruitutem, vt tigna ſuſcipiat, [u] non etiam parietem reficiat, vt in oneris ferendi ſeruitute. Non enim G ſuſtinere promiſit, ſed ſuſcipere: & ius immittendi habeo, non etiam cogendi vicini vt ferat & portet. Et [x] qui ſeruitutem tigni immittendi habet, ſi caducus ſit paries, ſuo periculo immittit: nec reficere parietem dominus aſtringitur, ſed ſolùm pati vt reficiatur.

m d. l. §. ſi ſublatum.
n d. l. § ſi antea.
o Tabulatum eſt plana ædificius ſuperficies, quadratis lapidibus vel etiam tabulis conſtrata, & parietibus vndecunque ſuffulta Rob. Steph. Theſau. ling. Lati.
** Franc. Connanus d. lib. 4. Com. cap. 10.*
p d. l. ſeruitutes. § ſi ſeruitus. l. ſi ei loco. D. d. t. de ſeru. præd. vrb.
q d. l. ſeruitutes. §. vlt.
r l. quemadmodum. & ibi. Glo. & DD. D. ad leg. Aquil. l. ſi autem. § ſi ad ſanā. & ibi. Bart. D. quod vi aut clam. l. ſi inter me, in princ. D. de ſeruit. vrba. præd arg. l. quiſdam C de metal. & metal. lib. 11.
ſ l. Tigni. D. de verb. ſign. l. adeo. §. cum in ſuo D. de acq. rer. dom. §. cũ in ſuo ſolo. Inſt. de rer. diuiſ. l. Tigni. D. ad exhib. l. vlt. D d. 1. de verb. ſig.
t l. ſicuti. §. 1. D. ſi ſeru. vēd.
u Franc. Connanus lib. 4. Com. iur. ciu. c. 7. l. Eum debere. D. de ſeru. præd. vrba.
x Idem Connanus d. cap. 7. arg. l. quoties. in fi. D. de ſeru. l. 1. D. Com. præd. l. 1. ad fi. D. de aqua plu. arc.

LXXXVI. [a] Si cùm meus proprius paries eſſet, paſſus ſim te immittere tigna quæ antea habueras, ſi noua velis immittere, prohiberi à me potes: imò etiam agere tecum potero, vt ea quæ noua immiſeris, tollas.

LXXXVII. [a] Qui habet ſeruitutem tigni immittendi, vel oneris ferendi, poteſt in infinitum ſupra ſuum ædificium imponenere, dummodò grauiore ſeruitute non oneret inferiora ædificia, quàm pati debeant.

Sextum genus ſeruitutis vrbani prædij.

Seruitus protectum habendi.

LXXXVIII.[b] INter proiectum & immiſſum hoc intereſt, quòd proiectum eſt id quod ita prouehitur, vt nuſqoam conquieſcat: qualia ſunt mœniania & ſubgrundia: immiſſum autem, quod ita fit, vt in aliquo loco requieſcat, veluti tigna, trabéſque quæ immittantur.

LXXXIX. [c] Si protectum meum, quod ſupra domum tuam, & nullo iure habebam, reſcidiſſes, poſſe me tecum damni iniuriâ agere ſcriptum eſt. Debuiſſe enim mecum, ius mihi non eſſe protectum habere, agere: nec æquum eſſe damnum me pati reſciſſis à me meis tignis. Aliud eſt dicendum ex reſcripto Imperatoris Seueri, qui ei, per cuius domum traiectus erat aquæductus citra ſeruitutem, reſcripſit ſuo iure poſſe eum intercidere: & meritò. Intereſt enim quod hic in ſuo protexit: ille in alieno fecit.

Septimum genus ſeruitutis vrbani prædij.

Seruitus oneris ferendi.

XC.[d] ETiam de ſeruitute, quæ oneris ferendi cauſâ impoſita erit, actio nobis competit, vt & onera ferat, [e] & ædificia reficiat ad eum modum qui in ſeruitute impoſita comprehenſus eſt.[f] Fortè lapide quadrato, vel lapide ſtructili, vel quouis alio opere quod in ſeruitute dictum eſt.[g] Et partem quidem meliorē, quàm in ſeruitute impoſitum eſt, facere licet: deteriorem ſi faciat, aut per vindicationem ſeruitutis, aut per operis noui nuntiationem, prohibetur.

XCI. [h] Sicut refectio parietis ad vicinum pertinet, ita fultura ædificiorum vicini, cui ſeruitus debetur quandiu paries reficitur, ad inferiorem vicinum non debet pertinere.

XCII. [i] Si ædes vænierint, quæ aliarum ædium onus ferrent, tignáve immiſſa haberent, emptorem hæ ſeruitutes ſequentur.

XCIII. [k] Harum actionum euentus hic eſt, vt victori officio iudicis aut res præſtetur, aut cautio: res ipſa, hoc eſt, vt iubeat Iudex aduerſarium emendare vitium parietis, & idoneum præſtare: cautio autem, vt eum iubeat de reficiendo pariete cauere, neque ſe, neque ſucceſſores ſuos prohibituros altiùs tollere, ſublatúmque habere; & ſi cauerit, abſoluatur: ſi verò neque rem præſtet, neq; cautionem; tanti condemnet, quanti actor in litem iurauerit.

XCIV. [l] Hanc tamen ſeruitutem non homo debet, ſed res: rémque domino relinquere permittitur, [m] parietem ſcilicet oneri ferendo obnoxium, quò reficiendi neceſſitate liberetur.

XCV. [n] Hæc etiam actio in rem magis eſt quàm in perſonam: & non alij competit quàm domino ædium aduerſus dominū: ſicuti cæterarum quoque ſeruitutum intentio.

Octauum genus ſeruitutis vrbani prædij.

Seruitus itineris in vrbano prædio.

XCVI. [o] SI ædes legatæ ſint, teſtator etiam viam, qua ipſe eò adire ſolebat, legaſſe intelligitur. [p] Et vſufructu domus conſtituto, legatòve, aditus quoque debetur. [q] Contrà ſi fundo quem legauerat, caſas iunctas teſtator habuit, fundum ſeruitutem caſis debere non dubitatur: at ſi fundus vendicetur, aut ex fideicommiſſi caſa à legatario petatur, ſeruitutem caſis excipere hæres poteſt.

XCVII. [r] Cùm ſeruitus itineris per ędes debetur, iis ſublatis nihilominus ſeruitus itineris per aream debetur.

XCVIII. [ſ] Iter nihil prohibet ſic conſtitui, vt quis interdiu duntaxat eat, quod circa prædia vrbana etiam neceſſarium eſt. [t] Et eiuſmodi ſeruitute conſtituta, vt per domum meam, aream, ſcaláſve meas ire tibi liceat, id actum videtur, vt interdiu duntaxat, & hyeme veſperi, quo tempore per vrbem iri ſolet, non nocte intempeſta ire liceat.

XCIX. [u] Si domo mea altior area tua eſſet, túque mihi per aream tuam in domum meam ire agere conceſſiſſes, nec ex plano aditus ad domum meam per aream tuam eſſet, vel gradus, vel cliuos propiùs ianuam meam iure facere poſſum: dum ne quid vltra, quàm quod neceſſarium eſſet itineris cauſâ, demoliat.

Nonum genus ſeruitutis vrbani prædij.

Seruitus aquæ hauſtus in vrbano prædio.

C. [x] IVre Normano, ſi in diuiſione hæreditatis puteus communis manſerit, & area in qua eſt puteus ſeruitutem itineris aquæ hauſtus cauſâ debeat, areæ domino eam mœnibus circundare permittetur: ita tamen vt oſtium in eis collocetur, cuius aperiendi, cum libebit, vicinus cui ſeruitus debebitur, facultatem habeat: quo iure aliis

z l. ſi cū meus. D. ſi ſeru. vēd. Barth. Capola tract. de ſeruit. vrb. præd. ar. eo quod dicitur ſuſſicere, ſi cui vel in paucis amicis labore conſulatur. l. tutoris. C. de neg. geſt.

a l. cum ædificium & l. ſeq. D. de ſer. præd. vrba.

b l. malum. §. 1. D. de verb. & rer. ſign.

c l. quēadmodū. §. 1. D. ad leg. Aquil. vbi DD. l. ſi vtū. §. quādam. vbi Bart. D. quod vi aut clam. & idem Bart. d. l. 1. §. interdū. D. vti poſſid. quod intelligendū de protecto quod ex meo in domum tuā porrigitur & extenditur veluti partium, non de immiſſo Bart. Capola præd loco.

d d. l. & ſi forti. §. etiam. D. ſi ſeru. vend. l. nō debere. D. de ſeru. præd. vrb.

e Hoc non obtinet in cæteris ſeruitutibus, in quibus refectio ad eū pertinet qui ſibi ſeruitutem aſſerit, non ad eū cuius res ſeruit. d. §. etiā. Cùm non ea natura ſit ſeruitutum, vt aliquid faciat quis, ſed vt patiatur, aut non faciat aliquid. l. quoties. in fi. D. de ſeru. l. 1. ad fi. D. de aqua plu. arc. quippe cùm nō à perſonis, ſed a prædiis debeantur ſeruitutes. l. 1. Com. præd. in ſeruitute verò oneris ferendi aliter quàm in aliis ſeruitutibus obſeruatur: quia verba obligationis ita concepta ſunt vt reficere debeat

l d. l. & ſi ſorti. §. etiam.

m Franc. Connanus lib. 4. Com. iuris ciu c. 7. Quod euenit e natura ſeruitutū, in quib. qui debet pati, non etiam facere cogitur. l. Quoties. in fi. D. de ſeru. Reficiendi autem onus ſi habere velit, ex neceſſitate adſtringitur, tum ex ſeruitutis conſtituta verbis, tum quod ipſi quoque ubi tantùm et eius ſeruis paries ſit vtilis.

n d. l. & ſi forti. §. hac etiā.

o l. Teſtatrix vbi DD. D. ſi ſeru. vēd. l. 1. §. 1. ibid. Bart. & aly in l. Binas ædes. D. de ſer. præd. vrb. Iac Bart. in l. 1. D. de ſeru. leg. arg. quod in teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretamur. l. in teſtamentis. D. de reg. iur. & c. cum dilecti, in fi. de donat.

p l. 1. §. 1. D. ſi vſuſfr. pet. arg. l. ſed & ſi quid §. proprietatis. D. de vſuſfr.

q d. l. teſtatrix.

r Franc. Cōnanus lib. 4 com. iur. ciu. c. 10. vbi ſeruitutē itineris etiā per ædes conſtitutā, ſeruitutē ruſticā cenſet: cùm iter debere niſi fundo & à ſolo & à fundo, & ſolo non poſſit quatenus iter eſt. l. ſ l. iter. D. com. præd.

t d. l. iter, arg. quòd verba ciuilis modo ſunt intelligēda. l. ſi cui. D. de ſeru. non amare interpretāda. l. ſi quid venditor. in princ. D. de ædil. edict. l. ſi id quod. §. ſi quas D. de dona. inter vir. & vxo. not. in Glo. antep. in c. relatum. in 2. de teſta.

u vnus res ſeruit. d. l. Eum debere. f d. l. & ſi forti. §. modus. g d. l. §. vlt. h l. ſicut. D. ſi ſeru. vend. i Capola de ſeruit. vrba præd. c. 38. arg. l. quod conclaue. D. de dam. inf. & l. 1. D. de ſeru. lega. Aliud obſeruatur in ſeruitutibus quæ cauſam continuā non habent, vt Bart. & Capola præd. locis. k l. harū. D. ſi ſer. vēd.

u l. ſeruitutes quæ in ſuperficie §. ſi domo. D. de ſeru. præd. ruſt. x l. vnic. Normans. vrt. 622.

vllis præterquàm ſoli eius domino, cui ſeruitus debebitur, vti non licebit.

Decimum genus ſeruitutis vrbani prædij.

Seruitus cloacæ.

C I. [z] IVs cloacæ immittendæ ſeruitus eſt.

z l. 1. in cloaca. D. de ſeru.

CAP. V I.

De ædibus, area, & pariete communibus.

Prima pars.

Parietis communis indicia.

C I I. [a] IVre Normano, armaria feneſtræve, ac ſuggrundia in muro ſeu pariete conſtructa, [b] ſi è lapide quadrato compoſita ſint, totúmque murum penetrent: ſimiliter tigna immiſſa, murum, parietémve tota eius eſſe demonſtrant, qui ex ea parte ædes ſolúmve habet: niſi vtrinque eæ res appareát, quod parietem eſſe communem indicat.

a d. l. munic. Norma. verſ. 611. b d. l. munic. ver. 619.

Secunda pars capitis ſexti.

Quæ liceant habenti ædes, vel parietem communem.

C I I I. [c] SI ædes communes ſunt, aut paries communis, & eum reficere, vel demoliri, vel in eum immittere quid opus ſit, communi diuidundo iudicio erit agendum, aut interdicto, vti poſſidetis.

C I V. [d] Parietem communem incruſtare licet, ſicut licet mihi pretioſiſſimas picturas habere in pariete communi. [e] Similiter parietem communem integere, ſi ea res ſocio non obſit, nihil vetat.

C V. [f] Scalas ad parietem communem habere poſſum, quia remoueri eæ poſſunt: [g] & iuxta communem parietem cameram ex figulino opere factam, ſi ita retineatur, vt etiã ſublato pariete maneat, ſi modò non impediat refectionem communis parietis, iure haberi licet.

C V I. [h] Prohibere vicinus non poteſt, quominus balneum habeam ſecundùm parietem communem, quamuis humorem capiat paries: non magis quàm ſi velit in triclinio ſuo, vel in cubiculo aquam effundere. Sed ſi talis ſit vſus tepidarij, vt aſſiduum humorem habeat, & ideo noceat vicino, poteſt prohibere.

C V I I. [i] Iure Normano tigna immittere in murum communem permittitur, etiamſi camino deſeruiant, dum ne vltra muri externam partem protendantur, & eædem præterea ab ea parte incruſtentur. Vaporarium verò camini extendere vltra mediam muri communis partem, ac quatuor præterea polices, non conceditur. Et cùm ad eum modum tigna camini cauſâ immiſſa, constructúmve vaporarium fuerint, alia tigna ad eadem loca immittere, vaporariúmve ad ea habere, vicino non licebit.

c l. ſi ædes. D. Com. diuid. d. l. munic. Normana. ver. 618. d l. Quidam Hiberus. §. 1. D. de ſer. præd. vrba. e Barthol. Capola tract. de ſer. præd. vrb. cap. 40. arg. l. fiſtulas. D. d. t. & d. l. quidã Hiberus. §. pariete. f d. l. fiſtulas. §. vlt. g d. l. §. 1. h d. l. in princ. i l. municipali Normana. ver. 612. Id autem iure Romano non licere exiſtimat Angelus. in l. inter quos. D. Comm. diuid. arg. l. Sabinus. & l. ſi ædes. ibid.

Tertia pars capitis ſexti.

Quæ non liceant habenti parietem communem.

C V I I I. [k] IVre ciuili Romano parietẽ communem, ſi operi ferundo ſufficiat, eáque res ſocio nihil obſit, alteri ſociorum tollere altiùs permittitur: [l] ea tamen lege & conditione, vt [m] totus paries communis fiat, [n] alio modo non licet: [o] & qui parietem communem altiùs ſuſtulerit, ſumptus à ſocio non repetit: [p] niſi cùm alter ſuperædificare quoque volet. [q] Sed iure Normano totum murum altiùs tollere ſocius non poteſt: ſed mediam tantum eius partem, eáque parte vti, dummodò onus ſuſtinere paries poſſit.

C I X. [r] Si furnum ſecundùm parietem communem habeas, damni iniuriâ non teneris: ſicut nec cum eo agi poteſt qui focum haberet. Sed æquius eſt in factum actionem dandam, ſi paries exuſtus ſit. Si autem nondum damnum mihi dederis, ſed ita ignem habeas, vt metuam ne mihi damnum des, damni infecti cautio ſufficit. [ſ] Sed iure Normano qui fornacem furnúmve iuxta parietem communem ædificat, ita ea conſtruere debet, vt ſemipedis interuallo à pariete diſtent: eáque è lapide tegulíſque componere.

C X. [t] Eodem iure Normano, iuxta parietem communem, latrinam aut ciſternam habere nemo poteſt, niſi murum nouum lapideum calce, ſabulóque coagmentatum, tréſque pedes latum ex omni parte ad foſſam adiungat.

C X I. [u] Fiſtulam iunctam parieti communi, quæ aut ex caſtello, aut ex cœlo aquam capiat, habere non licet.

C X I I. [x] Eos qui ius immittendi luminis non habuerunt, aperto pariete communi, nullo iure feneſtras immiſiſſe reſponſum eſt: [z] etiam quæ vitro affixo obductæ ſint.

C X I I I. [a] Si paries communis opere abs te facto in ædes meas ſe inclinauerit, potero tecum agere ius tibi non eſſe parietem illum ita habere.

k Bart. Angel. & Floria. in d. l. quidam Hiberus arg. contra. l. ſecundum vnam interpretationem Gloſſæ. D. d. t. de ſeru præd. vrb. & l. Cum ædificium. ibid. l d. l. quidam Hiberus. § pariete. l. fiſtulam in prin. & §. 1. 2. & vlt. ibid. ex interpretatione Gloſſæ 2. in prin. & in l. Sabinus. & in l. pariete. D. de ſeru. præd. vrb. & Glo. in l. ſi vt proponis. C. de ædif. priua. & ita moribus receptum confirmat Capola, d. tra. de ſeru. præd. vrba. ca. 40. m Glo. Ang. Bart. & alij DD. in d. l. quidam Hiberus. & idem Ang. in l. inter quos. D. de dam. inf. n Idem Capola d. cap. 4. in propria ædificatum in ſolo alterius ſolo cedit. d. l. ſi ſuperaturi l. 2. & l. ſi in area. C. de rei vind. & d. l. ſi vt. C. de ædif. priu. o Nam qui ſcienter in ſolo alieno ædificat, ſumptus non repetit. nam in l. Adeo. §. ex diuerſo. D. de acq. rer. dom. idem autem iuris de parte quoad partem, quod totius quoad totum. l. Quæ de tota. D. de rei vend. p Ita conſuetudine receptum Capola refert præd. loco. q lege munic. Normania, verſ. 613. r l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi furnum. D. Ad leg. Aqu. ſ d. lege municip. Normana, verſ. 615. t d. lege munic. Normaniæ, verſ. 613 & 614. u d. l. fiſtulam. D. de ſeru. præd. vrba. d. l. Quidam Hiberus. ibid. d. lege munic. Normana d. verſ. 615. x l. Eos. D. d. t. de ſeru præd. vrba. d. lege municipali Normanæ. d. verſ. 613. & 617. z d. verſ. a l. ſi cum meus. §. vlt. D. ſi ſeru. vind. b l. Quo luminibus. & ibi notatur. D. de ſeru. præd. vrba. l. Altius. & l. Ædibus. C. de ſeru. & aqua.

CAP. VII.

De ædibus, vel area liberis.

Prima pars.

Quæ ædes aut area libera dicantur.

C X I I I I. [b] REs ſua cuilibet libera eſt, niſi ſeruitus conſtituta probetur.

Secunda pars.

Quæ liceant habenti ædes liberas, vel aream.

A CXV.[c] IVre Normano ſoli dominus [d] tam in ſuperficie ædificare, quàm infra eam, [e] veluti puteum, ſellámve concauam effodere liberè poteſt: niſi ſeruitus nõ ſit impedimento.[f] Iure Romano exceptio hæc
B additur [niſi ex æmulatione id faciat] [g] quod tamen non facilè creditur.

CXVI. [h] Cum eo qui tollendo obſcurat vicini ædes, nulla competit actio, [i] ne cum hærede quidem teſtatoris, qui binarũ ædium dominus alteras legauit, modò non penitus omne lumen recludatur, [k] vt & ſuprà relatum eſt.

CXVII. [l] Iure ciuili Romano, in ſuo pariete feneſtram facere, [m] ſi ſeruitutem paries
C non debeat, cuiuis licet: [n] tametſi ex feneſtra in vicini domum proſpectus ſit, [o] ac nullæ olim feneſtræ in eo pariete fuerint, [p] niſi ex æmulatione id fiat. [q] Iure Normano ſi quis parietem non communem ſolo alieno proximum habeat, immittere lumina in eum poteſt, clauſtris ferreis ac vitro permanente, obducta. Sed [r] vtroque iure ea res vicinum in ſuo ædificare iuxta eum parietem, in quo feneſtræ, qualeſcunque fuerint, nul-
D lo modo impediet, ſi liberum ſolum poſſideat.

CXVIII. [ſ] Non poteſt ſic agi, licere fumum non grauem, puta ex foco in ſuo facere, aut non licere: ſicut agi non poteſt ius eſſe in ſuo ignem facere, aut ſedere, aut lauare.

Tertia pars capitis ſeptimi.

Quæ non liceant habenti ædes vel aream, liberas.

E CXIX.[t] SI paries mihi propinquus communis non ſit, Iure Normano eius ruinoſi refectio ad dominum pertinet.

CXX. [u] Si quando inter binas ædes paries eſſet, qui ita ventrem faceret, vt in vicini domum ſemipedem aut ampliùs procumberet, agi oportet ius non eſſe illum parietem ita proiectum eſſe inuito ſe.

c l. municipali Normano, verſ. 609.
d Idem l. Altiùs. & l. ſi in ædibus. C. de ſeru. & aqua. l. Cum eo. D. de ſeru. præd. vrba.
e Idem l. fluminum. §. vlt. D. de dam. infect. l. 1. §. denique. D. de aqua plu. arc. Paul. Caſtr. in l. ſi tibi. C. de ſeru.
f Iaſon in l. ex hoc iure. D. de Iuſt. & iur. Io. Imola in l. ſi in meo fundo. D. de ſeruit. præd. vrba. Petr. Cyn. Bald. & DD. in d. l. Altiùs arg. l. opus. D. de oper. publ. Paul. Caſtr. in l. Cũ eo. D. d. t. de ſeru. præd. vrba. arg. l. in fundo. D. de rei vend. l. veluti. D. de Iuſt. & iure. Glo. in l. 1. §. denique. D. de aqua plu. arc. Vbi ad probandum quod ex æmulatione fieri non licere, 10. ll. adducuntur: quam Gloſam ideo DD. pati fluxum legum dicunt, vt homines fluxum ſanguinis patiuntur. Capola tractatu de ſeruit. præd. vrba. cap. 39.
g arg. l. meritò. D. pro ſoc. Glo. in l. fluminum. D. de dam. inf. Et exiſtimari quem ex æmulatione facere, inquit Paul. Caſtr. ſi modica vtilitas ad eum perueniat: magnum verò damnum ad vicinum, iſque ſit inimicus, arg. l. Spadonem §. vlt. ibi patrimonio. D. de excuſ. tuto. iuncta l. 1. §. quæſitum, verſ. præterea ibi. quia facile mentiuntur. D. de quæſt. & de dolo dari actionem in altius ædificantem ex æmulatione nonnulli cenſent, arg. l. fluminum, §. vlt. D. de dam. inf. Sed vel ex æmulatione altius ædificantem prohiberi non poſſe Alber. annotat in d. l. Altiùs, in fi. & Ang. in d. l. Cum eo. & Flyanus in l. Sabinus. D. Com. diuid. At puteo vicini venas præcidentem idem Angelus prohibendum putat, cùm id directò faciat. h d. l. Cum eo. D. de ſeru. præd. vrba. i l. Binas ædes. D. ſi ſeru. vend. k verſ. 73. h. t.
l Bald. & DD. in d. l. Altiùs. in princ. C. de ſeru. & aqua. arg. l. fluminum. §. vlt. & duarum ll. ſeqq. D. de dam. inf. & l. in re mandata. D. mand.
m arg. l. Venditor. C. Com. præd. n arg. Glo. in l. qui luminibus. D. de ſeru. præd. vrb. o Petr. Cyn. Paul. Caſtr. in d. l. Altiùs arg. d. l. opus. D. de oper. publ. & annot. ad verſ. 214. ad lit. d. & e. p l. munic. Norm. verſ. 617.
q d. l. qui luminibus & ibi Ang. not. & in l. 1. C. de ſeru. & d. verſ. 617.
r l. ſicuti. §. apud Pompo. D. ſi ſeru. vend. Cuius rei hæc ratio eſt, quòd in ſuo hæc facere domino licet: nec ſeruitus eſt ſi vicino non commodet. l. Quoties. D. de ſeru.
ſ Id eſt moleſtum, Fr. Connanus lib. 4. Com. c. 7. t l. munic. Norma. verſ. 618.
u l. ſi quando. & l. ſi cum meus. §. vlt. D. ſi ſeru. vend.

A CXXI. [x] Si domus collapſa ſit, eáque res deformitatem vrbi afferat, cogi reficere dominus, cui facultates ſuppetant, poteſt: & ſi propter inopiam nequeat, ſumptu publico refici domus debet, atque pretium reipublicæ cum vſuris reſtitui è locatione.

CXXII. [z] Iure ciuili Romano, ſi quis ſepem vel maceriem iuxta alterius regionem effoderit, terminum excedere non debet: ſi
B autem murum, pedem derelinquere: ſi domum, duos pedes. Si autem ſepulchrum aut foueam effoderit, quantum profundum, tantundem derelinquere: ſin autem puteum, paſſum: oliuam autem aut ficum, nouem pedes ab extranea regione plantare: alias autem arbores, duos pedes.

CXXIII. [a] Si vicini arbor, tametſi legitimo ſpatio intermiſſo, ita radices in ædes
C meas porrexerit, vt iis officiat, agere tecũ potero, non eſſe tibi ius ſicuti tignum aut protectum immiſſum habere.[b] Et quæ arbor ex ædibus illius in ædes meas impendet, adimere eum iudex coget, atque à radicibus exſcindere. Arboris autem appellatione etiam vites continentur.

CXXIV. [c] Qui luminibus vicinorum officere, aliúdve quid facere contra commodum eorum volet, ſciat ſe formam ac ſtatum antiquorum ædificiorum cuſtodire de-
D bere.

CXXV. [d] Si quis à Principe ſimpliciter impetrarit, vt in publico loco ædificet, non eſt concedendum ſic ædificare, vt cum incommodo alicuius id fiat: [e] ideóque ei altiùs tollere ædificia, ſi id vicino noceat, non licet.

CXXVI. [f] Si fiſtulæ per quas aquam docas ædibus meis applicatæ damnũ mihi dẽt, in factum actio mihi competit: & damni infecti ſtipulari à te potero.

E CXXVII. * Latrinam vel ſterquilinium in ſuo habere, vnde humor vicino parieti noceat, non licet: [g] & ſi latrina ſterquiliniúmve, quòd bene concamerata non ſint, humorem in vicini puteum vel ciſternam immittant, agi poteſt non ita latrinam ſterquiliniúmve habere licere.

CXXVIII. [h] Ex ſuperiore in inferiora non aquam, non quid aliud immitti licet: nec ex taberna [i] caſiaria fumus in ſuperiora
F ædificia, iure immitti poteſt, niſi ei rei ſeruitus talis debeatur. In ſuo enim alicui hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat: fumi autem ſicut aquæ immiſſionem eſſe.

x Angel. & DD. in l. An curatorem. D. de dam. inf. x l. vlt. D. fi. reg. Quam l. ad vrbana quæ quæ prædia pertinere Azo cenſet in ſumma & Capola de ſeru. vrba præd. cap. 40. arg. l. 1. iuncta Glo. C. de interdd. quidam Hiberus. & vbi Glo. D. d. t. de ſeru. præd. vrba. & l. quo bona. §. ſi quis iuxta. & ibi Gl. D. de dam. inf. in l. de pupillo. §. ſextus. D. de oper. nou. nunt. arg. l. Manus. C. de ædif. priu. licet quidam in d. l. ſint peculiaria ſeruitutum ruſticarum, ad quas quidem refertur generaliter titulus finium regundorum. l. 4. § hoc iudicium D. d. t. fin. reg.
a l. ſi plures. §. ſi arbor. D. arbo. furt. cæſ. arg. l. ſicuti. §. Ariſto. D. ſi ſeru. vend. Glo. vlt. in l. vlt. C. de interd. & ibid. DD. & id per iudicem faciendum cenſent Petr. Cynus Bart. & alij in l. 1. D. de arb. cæd.
b d. l. 1. iure ciuili Romano ſi per vicinum ſtaret quominus adimeret, dabatur mihi interdictũ: quo vim mihi fieri, quominus adimerem, mihique arborem haberem, vetabatur. At in Gallia per iudicem non pro prio arbitrio huiuſmodi res expediuntur. c l. qui luminibus. D. de ſeru. præd. vrba. d. l. 1. § ſi quis à Principe. & §. meritò D. Ne quid in loco publ. e Gl. 2. in fi. in l. 1. D. de dam. inf. arg. l. Nec auus. C. de emanc. liber. cum ibi annot. c. quamuis in fi. de reſcr. in 6. Bald. in l. manifeſtè circa fi. C. de ſeru. Capola de ſeru. vrba præd. cap. 39. f l. ſi fiſtula. D. de ſeru. præd. vrb.
G * arg. l. 2. idem ait ſi odore. & ibi Glo. D. ne quid in loco publ. & l. pen. cum glo. D. Quod vi aut clam. Glo. in l. ſi quando. §. vlt. D. ſi ſeru. vend. g arg. l. ſicuti. §. Ariſt. ibid. d. l. ſi quando. §. vlt. Io. Petrus Ferrarius libro vlt. in Gl. in verb. & in futurum percipiendis. verſ. An autem ſocius. Tamẽ Glo. in d. l. ſi quando. §. vlt. ex Azonis ſententia contra ſentire videtur, arg. d. l. ſicuti. §. item ait. & l. fiſtulam in prin. D. de ſeru. vrba. præd. ſed intelligenda eſt, ſi rarò humorem immittat non ſi aſſiduè, arg. d. l. fiſtulam. h d. l. Sicuti. §. Ariſto. & §. ſed & interdictum. i In qua fumigari ſolent caſei. Colu. lib. 7. c. 8. Franc. Duarenus li. 1. Diſputationũ. c. 24.

CAP. VIII.

De ſeruitutibus prædiorum ruſticorum.

Prima pars.

De natura & qualitate earum.

k l. Ergo & ſeq. D. de ſeru. præd. ruſt.

CXXIX. [k] NEc hauſtus, nec apulſus pecoris, nec cretæ eximendæ, calciſque coquendæ ius poteſt in alieno ſolo eſſe, niſi fundum vicinum habeat. Et vt maximè calcis coquendæ & cretæ exünendæ ſeruitus conſtitui poſſit, non vltra poteſt, quàm quatenus ad ipſum fundum opus eſt: veluti ſi figulinas haberet in quibus ea vaſa fierẽt, quibus fructus eius fundi exportarentur, ſicut in quibuſdam fit, vt amphoris vinum euehatur, aut dolia fierent, vel tegulæ ad villam ædificandam. Sed ſi vt vaſa vænirẽt, figulinæ exerceantur, vſusfructus erit.

l l. Qui ſella. ib.

CXXX. [l] In ruſticis prædiis impedit ſeruitutem medium prædium quod non ſeruit.

m l. Certo. ibi.

CXXXI. [m] Certo generi agrorum acquiri ſeruitus poteſt, veluti vineis: quod ea ad ſolum magis quàm ad ſuperficiem pertineat. Ideo ſublatis vineis ſeruitus manebit. Sed ſi in contrahenda ſeruitute aliud actum erit, doli mali exceptio erit neceſſaria.

n l. ſi mihi. §. 1. ibid.

CXXXII. [n] Seruitus naturaliter non manufacto opere lædere poteſt fundum ſeruientem: quemadmodum ſi imbribus creſcat aqua in riuo, aut ex agris in eum confluat, aut aquę fons ſecundùm riuum, vel in eo ipſo inuentus poſtea fuerit.

Secunda pars capitis octaui.

Genera ſeruitutum prædij ruſtici.

Primum genus.

Seruitus itineris.

o Varro.

CXXXIII. [o] QVà agebant, actus: ſic quà vehebãt: r, viæ dictæ, quà ibant, ab itu iter, appellarunt: quà id anguſtè, ſemita vt ſemiter dictum.

p l. 1. D. de ſer. præd. ruſt.
q Idem l. Qui ſella. ibid.
r l. inter iter. ibid.
ſ d. l. Qui ſella.
t Glo. & Pau. Caſtr. in d. l. Azo tit. de ſeru. præd. ruſt.

CXXXIIII. [p] Iter eſt ius eundi, ambulandi hominis, [q] non etiam iumẽtum agendi, vel vehiculum. [r] & iter eſt quo quis eques vel pedes commeare poteſt. [ſ] Ac qui ſella vehitur, ire, non agere dicitur, [t] quinimò qui iter habet, nedum ſella vehi: ſed lectica, currúve vel rheda poteſt.

u l. 1. §. 1. D. ſi ſeru. vend.

CXXXV. [u] Sciẽdum eſt iter quod fruendi gratia fructuario præſtatur, non eſſe ſeruitutem.

CXXXVI. [x] Si iter legatum ſit, qua niſi opere facto iri non poſſit, licere fodiendo, ſubſtruendo iter facere non dubitatur.

Secundum genus ſeruitutis ruſticæ.

Seruitus actus.

z l. inter actũ. D. de ſer. præd. ruſt.

CXXXVII. [z] INter actum & iter nõnulla eſt differentia: iter eſt enim quo quis pedes vel eques commeare poteſt. Actus verò, vbi & armenta traiicere, & vehiculum ducere liceat. [a] Eſt enim actus ius agendi vel iumentum, [b] vel vehiculum. Ita qui iter habet, actum non habet: qui actum habet, iter habet, etiam ſine iumento.

a l. 1. ibid.
b idem l. inter iter. ibid. l. 1. D. de adim. lega.
c d. l. qui ſella.

CXXXVIII. [c] Ei qui actum habet, trahendi lapidem ius non eſt. Sed nec haſtam quidem rectam ei deferre licet: quia neque eundi, neque agendi gratia id faceret, & poſſent fructus eo modo lædi.

Tertium genus ſeruitutis ruſticæ.

Seruitus viæ.

d l. 1. D. de ſer.
e d. l. qui ſella.

CXXXIX. [d] VIa eſt ius eundi, & agendi, & ambulandi. Nam & iter & actum in ſe via continet. [e] Qui verò viam habent, trahendi quoque & rectam haſtam ius deferendi habent, ſi modò fructus non lædant.

f l. via. D. de ſeru. præd. ruſt.
g l. via. ibid.
h l. ſi tam anguſti. D. de ſeru. Quod vnò addit IC. Sed ſi iumentũ per eã duci poterit, non etiã vehiculum, actus videbitur acquiſitus, vt perplexum & contrarium ſit l. inter actũ. D. de ſer. præd. ruſt. omiſimus: & in hac re certi quicquam conſtituere difficile quoq; videtur Fr. Connano lib. 4. Com. cap. 11.

CXL. [f] Viæ latitudo ex lege duodecim tabularum, in porrectum octo pedes habere debet: In anfractum, id eſt vbi flexum eſt, ſedecim. [g] Via tamen conſtitui vel latior octo pedibus, vel anguſtior poteſt: vt tamen eam latitudinem habeat qua vehiculum ire poterit: alioqui iter erit, non via. [h] Et ſi tam anguſti loci demonſtratione facta via conceſſa fuerit, vt neque vehiculum, neque iumẽtum ea ire poſſit, iter magis quàm via, aut actus acquiſitus videbitur.

i l. ſi cui. D. de ſeru. Cuius rei hac ratio eſt, quòd ſeruitutũ ea natura eſt vt tota & à toto fundo, & eius qualibet parte debeãtur. Fr. Connanus loco ſupraſcripto.
k l. 2. §. penult. D. de relig. & ſumpt. fun. Gl. & Bart. in l. ſi cui. D. de ſeru. Bar. Cepola de ſeru. præd. ruſt. cap. de ſeruitute itineris.

CXLI. [i] Si cui ſimplici vſu via per fundum concedatur, vel relinquatur, in infinito videlicet [k] per quamlibet eius partem ire agere licebit: ciuili tamen modo. Nam quædam in ſermone tacitè excipiũtur. Non enim per villam ipſam aut medias vineas ire agere ſinendus eſt, cùm id æquè commodè per alteram partem facere poſſit, & minore ſeruientis fundi detrimento. Verùm conſtitit vt quâ primum viam direxiſſet, ea demum via ire agere deberet: nec ampliùs mutandę eius poteſtatem haberet: argumento riui quem primò qualibet ducere licuit: poſtea quam ductus eſt, transferre non licuit. [k] Sed & ſi non minus commodè per alium locum ſeruitute vti quis poteſt, non videbitur qui eam debet, ſeruitutis impediendæ cauſa feciſſe, ſi eam ſuæ ipſius vtilitatis cauſa aliò transtulerit.

Communia, de itinere, actu, & via.

l l. Certo. §. latitudo. D. de ſer. præd. ruſt.
m d. l. §. vlt.

CXLII. [l] LAtitudo actus, itineriſque, ea eſt quę demonſtrata eſt. Quod ſi nihil dictum eſt, hoc ab arbitro ſtatuendum eſt. In via aliud iuris eſt. Nam ſi dicta latitudo non eſt, legitima debetur. [m] Et ſi locus non adiecta latitudine nominatus eſt, per eum quâ libebit iri poterit. Sin autem prætermiſſus eſt, æquè latitudine non adiecta, per totum fundum vna poterit eligi via duntaxat eius latitudinis quæ lege comprehenſa eſt: pro quo ipſo, ſi dubitabitur, arbitri officium inuocandum eſt.

A CXLIII. [n]Qui per certum locum iter, aut actum alicui ceſſit, eum pluribus per eúdem locum cedere poſſe verum eſt. [o] Sed ſi aquæductum alij ceſſero, alij iter per eundem locum vendere, vel aliâs cedere oon potero.

n l.ſi per certum. D. com. præd. l. Lucio Titio.
o l.per quem locum. D. de ſeru.præd. ruſt.

CXLIV. [p] Via conſtitui poteſt, flumine interueniente, ſi id vado tranſiri poſſit: aut pontem habeat, non ſi pontonibus traiciatur: [q] & via conſtitui poteſt prædio meo vlteriori, ſi medium quoque ſit meum.

p l.vlt.ibid.
q l.ſi priùs §. via. D. de aqua plu arc.

B CXLV. [r] Is cui iter actus debetur, pontem quâ poſſit ire agere, non iure exſtruet.

r l.ſi præter. D.d.t. de aqua plu arc.

CXLVI. [ſ] De refectione viæ, & interdicto [vti poſſumus] quod de itinere, actúque reficiendo competit. Non competit tamen, ſi ſilice quis ſternere velit, niſi nominatim id conuenit.

ſ l.loci corpus. § ſi quis. D ſi ſeru.vend.

CXLVII. [t] Quo itinere, actúque priuato, quo de agitur, vel via, hoc anno nec vi, nec clam, nec precario ab illo vſus es, quo C minus ita vtaris, vis fieri vetatur.[u] Et hûc qoidem, ſiue ius habuit, ſiue non habuit, tuetur prætor, quoad de poſſeſſione, vel iure pleniùs quæſitum fuerit, ſi hoc anno,[x] quaſi ſuo iure vſus eſt, vel modico tempore, id eſt, non minùs triginta diebus.

t l.1.D.de itin. actúq priu.
u Hoc ſingulari iure introductū eſt, propter commoditatē vtarū, quod ius ad aquæductum minime porrigatur l.1.§. quod autem.D.de aqua quot. & æſtiq. in l.1.in prin. in verb. ruſtic. D.de itin.actúque prin. neque ad ſeruitutes vrbanas d.l.1.§.1. Math.Veſembecius libr. 4.h.t.
x l.vlt.ibid.& d.l.1.§. dulamus rectè. l.qui iure familiaritatis.D.de acq.ver.dom.

D

Quartum genus ſeruitutis prædij ruſtici.

Seruitus aquæductus.

Prima pars.

Quid ſit aquæductus.

CXLVIII.[z] AQuæductus eſt ius aquæ duceodæ per fundum alienum.

z l.1.D.de ſeruit.præd.ruſt.

Secunda pars.

E *Quibus modis conſtituatur ſeruitus aquæductus.*

CXLIX.[a] DVctus aquæ, cuius origo memoriam exceſſit, iure conſtituti loco habetur. [b] Etſi manifeſtè doceri poſſit, ius aquæ ex vetere more, atque obſeruatione per certa loca profluentis vtilitatem certis fundis irrigandi cauſa exhibere, iodex ne quid contra veterem formam F atque ſolemnem morem innouetur, prouidebit.

a l.hoc iure.§. ductus aquæ. D. de aqua quot.& æſt.
b l.ſi manifeſtè. C. de ſeru. & aqua.

CL. [c] In concedendo iure aquæ ducendæ, non tantùm eorum, quorum in loco aqua oritor, verùm etiam eorum ad quos eius aquæ vſus pertinet, voluntas exquirenda eſt: id eſt, eorum quibus ſeruitus aquę debebitur. Cùm enim miooatur ius eorum, conſequens fuit exquiri an conſentiant.

c l.in concedendo.l.ſi autem l. in diem. D. de aqua plu arc.

G CLI. [d] Si partem fundi mei certam tibi vendidero, aquæductus ius, etiamſi alterius partis cauſa plerunque ducatur, te quoqoe ſequetur: neque ibi, aut bonitatis agri, aut vſus eius aquæ ratio habenda eſt, ita vt eam ſolam partem fundi, quæ pretioſiſſima eſt,

d l.ſi partē.D. de ſer præ.ruſt. Seruitutes enim hædere, vt debentur.

A aut quæ maximè vſum eius aquæ deſideret, ius eius ducendæ ſeqoatur: ſed pro modo agri detenti, aut alienati fiat eios aquæ diuiſio.

CLII. [e] Si pluribus ſimol, vel ſeparatim aquæ docendę ius ceſſum ſit, ac inter eos non conueniat quo modo vtantur, vtile communi diuidundo iudicium redditur.

e l.Lucio Titio. D. de aqua q & æſt.l.2. l de ſeruit.præ ruſt.

CLIII. [f] Talis ſeruitus conſtitui poteſt, vt aquam quærere, & inuentam ducere liceat. B Nam ſi licet nondum ędificato ſeruitutem conſtituere, quare non æquè liceat, nondum inuenta aqua, conſtituere ſeruitutem? Etſi, vt quærere liceat, cedere poſſumus, etiam vt inuenta ducatur, cedi poteſt. [g] Similiter & ſi aqua nondum appareat, eius iter conſtitui tamen poteſt.

f l.Labeo.ibi
g l.vlt. D ſeru. vend.

CLIV. [h] Seruitus aquæ duceodę, vel hauriendę, niſi ex capite, vel ex fonte conſtitui non poterat: hodie tamen ex quocunque loco conſtitui poteſt, caput autem aquæ illud C eſt, vnde aqua naſcitur: ſi ex fonte naſcatur, ipſe fons: ſi ex flumine vel lacu, ipſa incilia, vel principia foſſarum, quibus aquę, vel ex flumine, vel ex lacu in primum riuum compelli ſoleot. Planè ſi aqua ſudoribus manando in aliquem primum locum effluere, atque ibi apparere incipit, eius hoc caput dicemus, vnde primòm emergit.

h l.Seruitus aquæ. D. d.t. de ſeru.præd. ruſt. Cuius hæc ratio erat, quod omnes ſeruitutes prædiorum perpetuas cauſas habere debent. Ideo neque ex lacu, neque ex ſtagno concedi aquæductus poterat. l. Foramen.D. de ſeru præd.vrba.

D CLV. [i] Publico loco interueniente, vel via publica, hauſtus ſeruitus imponi poteſt: aquęductus nó poteſt. A Principe tamen peti ſolet, vt per viam publicam aquá ducere ſine incommodo liceat.

i l.ſeruitutes.§.1.D. de ſeru

CLVI. [k] Per quem locom viam alij ceſſero, per eundem & alij aquæductum cedere non potero.

k l.per quem locū.D. de ſeru præd.ruſt.

Tertia pars, *De ſeruitute aquæductus.*

E *Quæ liceant habenti ſeruitutem aquæductus.*

CLVII.[l] SI mihi conceſſeris iter aquę per fundum tuum, non deſtinata parte per quam aquam ducerem, totus fundus tuus ſeruiet. Sed quæ eius fundi loca, tūc cùm ea fiet conceſſio, ædificiis, arboribus, vineis vacua fuerint, ea ſola eo nomine [m] ſeruient.[n] Sed quà primùm directa via fuerit, ea demum via, is cui ſeruitus debetur, agere poterit.

l l.ſi mihi & l.ſeq.ibid.
m effectu ſcilicet. Ipſo tamen iure nulla pars fundi libera eſt, Franc.Connanus lib.4. Com. cap.11.
n l.ſi cui. D de ſeru.

F CLVIII. [o] Cùm iter aquę, vel quotidianę, vel æſtiuę, vel quæ longiora interualla habeat, per alienom fundum erit, licet fiſtulam ſuam, vel fictilem, vel cuiuſlibet generis in riuo ponere, quę aquam latiùs exprimat, & quod velit in rioo facere: dú ne domino prædij aquagium faciat deterius. [p] Sed & deprimere, & alleuare riuum, per quem iure aqua doci poteſt, habet poteſtatem, niſi id, ne faceret, cautum ſit.

o l. Quintus Mutius ibid.
p l.refectionis, D. Com.præd

G CLIX. [q] Si per tuum fundum ius mihi eſt aquam riuo ducere, tacitè hęc iura ſequuntur, vt reficere mihi riuum liceat, vt adire quàm maximè poſſim ad reficiendum eum ego, fabrique mei. Item vt ſpacium relinquat mihi

q d.l.

dominus fundi, quà dextra & ſiniſtra ad riuum eam: & quò terram, limum, lapidem, arenam, calcem iacere poſſim.

r l.1.§. illud tamen. D. de aqua quot. & æſt. l. Ex meo. D. de ſeruit. præd. ruſt.

CLX. [r]Ex quo ſemel aqua in fundum, cui ſeruitus debetur, ingreſſa eſt, ea vti is ad confinem alium agrum poteſt, ſi ei non noceat, ex cuius fundo aqoa ducitur: ſed non ſeruitutis iure.

Quarta pars, *de ſeruitute aquæductus.*

Quæ non liceant habenti ſeruitutem aquæductus.

ſ l. ſi eu. D de ſeru. præd. ruſt.

CLXI.[ſ] Riuum primò quâlibet docere licet: poſteaquam ductus eſt, transferre non licet.

t l. ſi prius. §. 1. D. de aqua plu. arc.

CLXII. [t]Placuit non aliâs per lapidem aquam duci poſſe, niſi hoc in ſeruitute conſtituenda comprehenſum ſit. Non enim conſuetudinis eſt, vt qui aquam habet, per lapidem ſtratum ducat. Illa autem quæ ferè in conſuetudine eſſe ſolent, vt per fiſtulas aqua ducatur, etiamſi nihil ſit comprehenſum in ſeruitute conſtituenda, fieri poſſunt: ita tamen vt nullum damnum domino fundi ex his detur.

u l. fiſtulas D. ſi ſeru. vend.

CLXIII. [u]Fiſtulas, quibus aquam duco, in via publica habeo: & hæ ruptæ inundant parietem tuum. Potes rectè mecum agere ius mihi non eſſe flumina ex meo in tuum parietem fluere.

x l. Ex meo. D. de ſeru. præd. ruſt.
z d. l. 1. §. Illud tamen. D. de aqua quot. & æſt.

CLXIV. [x]Ex meo aquæductu vicino cõmodare non poſſum: [z]ſed ex quo fundum meum aqua ingreſſa eſt, ſi id domino fundi, vnde aqua oritur, non noceat, quôlibet inducere potero, at non ſeruitutis iure.

Quinta pars, *de ſeruitute aquæductus.*

De interdicto de aqua quotidiana & æſtiua.

z l. 1. in princ. D. de aqua quot & æſt.
a d. l. §. deinde.
b d. l. in prin.
c d. §. deinde.

CLXV.[z] AIt Prætor, Vti hoc anno aquam, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precariò ab illo duxiſti, quominus ita ducas, vim fieri veto. [a]deinde ait Prætor, Vti priore æſtate aquam, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precariò ab illo duxiſti: quominus ita ducas, vim fieri veto. inter hæredes, emptores, bonorum poſſeſſores interdicam. [b]Prius interdictum ad aquam quotidianam pertinet: [c]poſterius de aqua æſtiua proponitur.

d d. l. §. duo autem.
e d. l. §. quod autem.

CLXVI. [d]Duo ſunt genera aquarum: eſt quotidiana: eſt & æſtiua. Quotidiana aqua nõ illa eſt quæ quotidie ducitur: ſed ea qua quis quotidie poſſet vti, ſi volet: quanquam quotidianam interdum ducere hyeme non expediat, quæ ab æſtiua, vſu, nõ iure differt. [e]Æſtiua eſt, qua æſtate ſola vti expedit, & quæ non niſi æſtate ſui natura ducitur, & duci non ſolet.

f d. §. quod autem.
g d. l. §. quamquam.

CLXVII. [f]Loquitur Prætor in his interdictis de ea aqua ſola quæ perennis eſt. Nulla enim alia duci áqua poteſt, niſi quæ perennis
A eſt. [g]Sed ad eas ſolùm perennes aqoas pertinet interdictum, quæ duci poſſunt. Nam ſunt
quædam aquæ, quæ etſi perennes ſint, duci
tamen non poſſunt: vt puta puteales, & quæ
ita ſunt ſubmerſæ, vt defluere extra meatus
ſuos, & vſui eſſe non poſſint. Sed huiuſmodi
aquis quæ duci non poſſunt hauſtus ſeruitus
imponi poteſt. [h]Et hæc interdicta de aqua,
item de fonte ad eam aquam pertinere vi-
B dentur, quæ à capite ducuntur, non aliunde,
[i]& etiamſi quis in vrbana prædia aquam du-
cere velit, hæc interdicta locum habent.

h d. l. 1. §. hæc interdicta.
i d. l. §. illud quæritur.
k d. l. 1. §. & qualitercũque.

CLXVIII. [k]Sed & ſi iure aqua non debetur alicui, ſi tamen iure ducere ſe putabit, cùm non in iure, ſed in facto errauerit, dicendum eſt, eóque iure vtimur, vt interdicto hoc vti poſſit. Sufficit enim ſi iure ſe ducere putauit, nec vi, nec clam, nec precariò duxit.

l d. l. 1. §. quod autem.

CLXIX. [l]Quod ſcriptum eſt in interdi-
C cto, [vti hoc anno aquam duxiſti] hoc eſt, nõ
quotidie, ſed hoc anno, vel vna die, vel vna
nocte.

Quintum genus ſeruitutis prædij ruſtici.

Seruitus aquæ hauſtus.

m l. 1. D. com. præd.
n l. ſeruitus aquæ. D. de ſer. præd. ruſt.

CLXX.[m] SEruitus imponi poteſt tollendæ vel hauriendæ aquę per ro-
D tam ex flumine, [n]& nouo iure, etiam non ex
capite, vel ex fonte, ac ex iis etiam aquis quæ
perennes nõ ſint, ſubmerſæque ita ſint vt duci non poſſint: cuiuſmodi ſunt puteales, & ex quocunque loco.

o l. ſi mihi. §. 1 d. tit.
p l. Mela §. ult. D de alim & cib. leg.

CLXXI. [o]Hauriendi ius, non hominis, ſed prædij eſt: [p]& ei qui vicinus non eſt, inutiliter relinquitur.

q l. ſi prius. §. 1 tit. D. de aqua plu. arc.

CLXXII. [q]Via publica intercedente, hauſtus ſeruitutem conſtitui poſſe placuit, &
E eſt verum. Sed non ſolùm ſi via publica interueniat, ſed etiam ſi flumen publicum eodem ſcilicet caſu, quo interuenieote flumine publico viæ, itineris, actus ſeruitus imponi poteſt: id eſt, ſi non ſit impedimento trãſeunti magnitudo fluminis.

r l. 3. D. de ſer. præd. ruſt.

CLXXIII. [r]Qui habet hauſtum, iter quoque habere videtur ad hauriendum. Et ſiue ei ius hauriendi & adeundi ceſſum ſit, vtrunque habebit: ſiue tantùm hauriendi, inerit & adi-
F tus: ſiue tantùm adeundi ad fontem, inerit &
hauſtus. Hæc de hauſtu ex fonte priuato. Ad flumen autem publicum iter debet cedi, hauſtum non oportet: & ſi quis tantùm hauſtum ceſſerit, nihil agit.

ſ l. 2. ibid.

CLXXIIII. [ſ]Aquæductus vel hauſtus aquę, per eundem locum vt ducatur etiam pluribus concedi poteſt. Poteſt etiam vt diuerſis diebus, vel horis ducatur.

G
Sextum genus ſeruitutis prædij ruſtici.

Seruitus pecoris ad aquam appulſus.

t l. 1. §. itẽ quæritur. D de aqua quot. & æſt.

CLXXV.[t] CVm amplior numerus pecoris ad aquam appellitur, quàm debet appelli, poſſe vniuerſum pecus

impunè

impunè prohiberi quidam exiſtimauerunt: quia iunctum pecus ei pecori, cui appulſus debebatur, totum corrumpat pecoris ad aquam appulſum. Sed veriùs eſt non in omnibus pecoribus eſſe eum prohibendum, quia pecora ſeparari poſſunt.

Communia de itinere, actu, via, aquaductu, aquahauſtu, & pecoris ad aquam appulſu.

CLXXVI. [u] SI fundus medius alterius inter me & te intercedit, hauſtus ſeruitutem fundo tuo imponere potero, ſi mihi medius dominus iter ad tranſeundum ceſſerit: quemadmodum ſi ex flumine publico perenni hauſtu velim vti, cui flumini ager tuus proximus ſit, iter mihi ad flumen cedi poteſt.

u l. ſi prius. §. vlt. D. de aqua plu. arc.

CLXXVII. [x] Sacri & religioſi loci interuentus, etiam itineris & aquę hauſtus ſeruitutem impedit: cùm per ea loca ſeruitus nulli deberi poſſit.

x l. ſeruitutes 4. D. de ſeru. l. ſi prius. §. vlt. D. de aqu plu. arc.

CLXXVIII. [z] Qui ſeruitutem itineris, actus, aquæ hauſtus, aut ſimilem debet, nihil aliud præſtare tenetur ei cui eã debet, quàm pati eum ire, agere, aquam haurire: viam parare, aut ſternere, foſſámve purgare non tenetur.

z Franc. Connanus libr. 4. com. iur. ciuil. c. 7. l. quoties in ſi. D. de ſeru. l. 1. ad ſi. D. de aqua plu. arc.

Septimum genus ſeruitutis prædij ruſtici.

Seruitus paſcendi pecoris.

CLXXIX. [a] SIc poſſunt ſeruitutes imponi, vt boues per quos fundus colitur, in vicino agro paſcantur.

CLXXX. [b] Pecoris paſcendi ſeruitus, item ad aquam appellendi (ſi prædij fructus maximè in pecore conſiſtat) prædij magis quàm perſonæ videtur. Si tamen teſtator [c] perſonam demonſtrauit, cui ſeruitutem præſtari voluit; emptori vel hæredi eius non eadem præſtabitur: [d] & ſi nonnulli è pluribus, habentibus ſingulis ſuis prædiis hanc ſeruitutem, ſua prædia vendant, aut legent, ſeruitus emptoribus, atque legatariis debebitur.

CLXXXI. [e] Si is qui ſeruitutem paſcendi debebat, paſcua in agri formam commutare velit, antequam opus perfectum ſit, prohiberi poteſt, & quæ poſt opus nouum nunciatum egerit, reſtituere in priſtinam formam debet. [f] [g] Sed ſi qui prohibere poterat, cùm opus fieri nõ ignoraret, hoc prætermiſit, damnum tantummodò ei ſarciri debet: non etiam cogere poteſt vt priſtinæ formæ res reddatur.

a l. 3. D. de ſer. præd. ruſt.
b l. pecoris. ibi.
c Id eſt, ſi teſtator demonſtrauit id ſe perſonæ non prædio tribuiſſe, Franc. Connanus libr. 4. com. iur. ciuil. cap. 10.
d l. Titiatius. § 1. D. ſi ſeru. vend.
e Barthol. Cæpola tra. de ſer. præd. ruſt. de ſeruitute iuris paſcẽdi. l. de pupillo. § Sextus. D. de oper. no. nũt. argu. l. vlt. fruc. §. vlt. D. ſi vſuſf. pet. & l. quoties. 2. D. de ſeru. l. & harũ & l. ego. D. ſi ſer. vẽd. Bart. in l. 1. §. 2. D. d. t. de oper. no. nũt.
g ar. l. Sabinus verſ. ſin autem. D. cõ. diu. & l. in bona fide. §. quæ mixta. D. de damn. inf. Bart. l. quæ de in certus ſin. D. ſol. matr.

Octauum genus ſeruitutis prædij ruſtici.

Seruitus lignationis.

CLXXXII. QVi hanc ſeruitutem debent, vt ex ſylua ſua neceſſaria ædificiis reficiendis, vel foco familiarum aliquarum ſumere ligna liceat, ſyluæ totius cędendæ, vendendæve ius non habent: ſed partem, quæ ſatis ſit eis, quibus ſeruitus competit, derelinquere debent: vt plerunque tertiam.

CLXXXIII. [h] Si cuipiam in nemore vicino lignationis ſeruitus conſtituta ſit, eo mortuo, qui è familia ſupererunt, omnes vnà quãtum ille veriſimiliter capere potuit, percipere poterunt.

h Dynus & Alber. in l. cum fundus arg. illius l. D. de cõ. dat. & demon.

Nonum genus ſeruitutis prædij ruſtici.

Seruitus molendi tritici.

CLXXXIV. [i] IDem obſeruatur, ſi cui, familiæque eius, certi prædij domúſve cauſa gratuitò molendi tritici in piſtrino, molettináve quapiam datum ius fuerit.

i Pileus, quæſt. 48. quæ incipit quidam paterfamiliàs. Bart. Breui. quæſt. 51. arg. annotatorũ à Cyno in l. non modus, in fin. C. de ſer. & à Ioanne Imola in cl. Interas. in 18. col. de reſcr.

Decimum genus ſeruitutis prædij ruſtici.

Seruitus tugurij habendi in alieno ſolo.

CLXXXV. [k] TAlis ſeruitus conſtitui poteſt, vt tugurium mihi habere liceat in tuo: ſcilicet ſi habeam paſcui ſeruitutem, aut pecoris appellendi, vt, ſi hyems ingruerit, habeam quò me recipiam.

k l. veluti. ibid.

Vndecimum genus ſeruitutis prædij ruſtici.

Seruitus vt è lapidicina in fundum proximum, terram, rudus, & ſaxa procere liceat.

CLXXXVI. [l] VIcino, cuius lapidicinæ fundo tuo immineant, poſſe te cedere, conſtat ius eſſe ei terram, rudus, ſaxa in fundum tuum iacere, poſitáque habere: & vt lapides prouoluantur, ibíque poſiti habeantur, indéque exportentur.

l l. 3. D. de ſeru. præd. ruſt.

Varia genera ſeruitutum prædij ruſtici;

Calcis coquendæ: Lapidis eximendi: Arenæ fodiendæ: Pedamenta in vineas ſuas ex ſylua cædua ſumendi.

CLXXXVII. [m] CAlcis coquendæ, lapidis eximendi, & arenæ fodiendæ ſeruitus conſtitui poteſt, vt lapides eximantur, & calx coquatur ædificandi eius gratiâ quod in fundo eſt. [n] Item ſyluæ cæduæ, vt pedamenta in vineas non deſint: cùm hæc prędiorum meliorem cauſam faciant.

m l. veluti. ibi.
n Idem in l. 3. & l. certo. ibid.

Quaſi ſeruitus ne in vicino fundo piſcatio tynnaria exerceatur.

CLXXXVIII. [o] VEnditor fundi Hieroniani, fundo Bottriano quem retinebat, legem dederat, ne contra eum piſcatio tynnaria exerceretur, quamuis mari (quod naturâ omnibus patet) ſeruitus imponi priuata lege non poteſt: quia tamen bona fides contractus legem ſeruari venditionis expoſcit, perſonæ poſſidentium, aut in ius eorum [p] quocunque modo ſuccedentiũ, id eſt non hæredes modò, ſed & emptores, & quicunque poſſeſſores per ſtipulationis vel venditionis legem obligantur.

CAPVT IX.

De fundo libero.

Prima pars.

Quando, & à quibus fundus liber dari, præſtariue debeat.

CLXXXIX. [q] QVi optimum maximúmque fundum tradidit, liberum præſtare debet: non etiam deberi aliâs ei ſeruitutem, niſi ſpecialiter ab eo expreſſum ſit.

CXC. [r] Si fundus, qui legatus eſt, ſeruitutem debeat impoſitam, qualis eſt, dari debet. [s] Quòd ſi ita legatus ſit, vti optimus maximúſque, eſt liber.

CXCI. [t] Venditor, ſi non ſeruitus excepta ſit, liberum fundum debet præſtare: [u] ſi quidem emptor ſeruitutem deberi ignorauit.

CXCII. [x] Venditor, ſi cùm ſciret deberi ſeruitutem, celauit, non euadet ex empto actionem, ſi modò eam rem emptor ignorauit. Omnia enim quæ contra bonam fidem fiunt, veniunt in empti actionem. Sed ſcire venditorem, & celare ſic accipimus, non ſolùm ſi non admonuit, ſed & ſi negauit ſeruitutem iſtam deberi, cùm eſſet ab eo quæſitum. Sed & ſi proponas eum ita dixiſſe [Nulla quidem ſeruitus debetur:] verùm vt emergat inopinata ſeruitus, non teneor ex empto; tenetur, ſi ſeruitus debebatur, & ſciuit. Sed & ſi id egit ne cognoſceret emptor aliquam ſeruitutem deberi, tenetur. Et generaliter diximus, ſi improbato more verſatus eſt in celanda ſeruitute, debere eum teneri, non ſi ſecuritati ſuæ proſpectum voluit. Hæc ita vera ſunt, ſi emptor ignorauit ſeruitutem: quia non videtur eſſe celatus, qui ſcit: nec certiorari debuit, qui non ignorauit.

CXCIII. [z] Venditor, ſi cùm ſciret deberi ſeruitutẽ, celauit emptorem, in id quod intereſt ei, tenebitur: [1] Si neſcius deberi de ſeruitute tacuerit, quanto minoris emiſſet emptor, ſi ſciuiſſet, hanc ſeruitutem impoſitam debebit præſtare. [2] Attamen ſi optimum maximúmque fundum vendidit, quamuis deberi ſeruitutem ignoraret, in id quod intereſt omninò tenetur.

Secunda pars capitis noni.

Quæ liceant habenti fundum liberum.

CXCIV. [3] PEr agrum quidem alienum qui ſeruitutem non debet ire vel agere [4] domino inuito minimè licet. [5] Inuito autem domino ire agere videtur, ſi aut prohibeat, aut ſi ei quis eundo, agendóve damnum adferat, [6] aut ſi muro, foſſave agrum clauſerit: [7] Alioqui per agrum alicuius tranſire nihil prohibet.

CXCV. [8] Iudex vſu aquæ, quæ ex fonte iuris tui profluat, contra ſtatutam conſuetudinis formam carere te non permittet: cùm ſit durum, & crudelitati proximum, ex tuis prædiis aquæ agmen ortum, ſitientibus agris tuis, ad aliorum vſum vicinorum iniuriâ propagari.

CXCVI. [a] Si in meo fundo aqua erumpat, quæ ex fundo tuo venas habeat, ſi eas venas incideris, & ob id deſierit ad me aqua peruenire, tu non videris vim feciſſe, ſi nulla ſeruitus mihi eo nomine debita fuerit: nec interdicto [Quod vi aut clam] teneris: & cum eo, qui in ſuo fodiens vicini fontem auerterit, nihil poteſt agi: nec de dolo eſt actio. Et ſanè non debet habere, ſi non animo nocendi vicino, ſed ſuum agrum meliorem faciendi, id fecit.

CXCVII. [b] Si conſtat in tuo agro lapidicinas eſſe, inuito te, nec priuato, nec publico nomine quiſquam lapides inde cædere poteſt, cui id faciendi ius non eſt: niſi talis conſuetudo in illis lapidicinis conſiſtat, vt ſi quis voluerit ex his cædere, non aliter hoc faciat, niſi priùs ſolitum pro hoc ſalarium domino præſtet. Ita tamen lapides cædere debet, vt neque vſus neceſſarij lapidis intercludatur, neque commoditas rei iure domino adimatur.

CAP. X.

De aqua pluuia arcenda.

Prima pars

Quando, quibúſque ex cauſis competat aquæ pluuiæ arcendæ actio.

CXCVIII. [c] SI cui aqua pluuia damnum dabit, aquæ pluuiæ actione auertetur aqua. Aquam pluuiam dicimus, quæ de cœlo cadit, atque imbre excreſcit, ſiue per ſe hæc aqua cœleſtis noceat, ſiue cum aliis miſta ſit.

CXCIX. [d] Hæc actio locum habet quoties manufacto opere agro aqua nocitura eſt: id eſt, cùm quis manufecerit quò aliter flueret, quàm naturâ ſoleret: ſi fortè immittendo eam aut maiorem fecerit, aut citatiorem, aut vehementiorem: aut ſi comprimendo redundare fecerit. Quòd ſi naturâ aqua noceret, ea actione non continetur.

CC. [e] Si quis ſalicta plantet, & ob hoc aqua reſtagnet, aquæ pluuiæ arcendæ agi poteſt, ſi ea aqua vicino noceat.

CCI. [f] Non illud quæritur, vnde aqua oriatur. Nam ſi ex publico loco oriens, vel ex loco aliquo ſacro per fundum vicini deſcendat, iſque opere facto in meum

fundum

o l. venditor. D. Com. præd.
p Franc. Connanus lib. 4. Com. iur. ciu. cap. 10.
q l. pen. in fi. D. de euict. l. qui vti optima. D. de verb. sign.
r l. Seruo legato. §. ſi fundus. l. ſi domus. §. vlt. l. ſerui electione. § vlt. D. de lega. 1. l. Mænium §. fundo. D. de lega. 2. l. Ad res donatas. D. de ædil. edict. c. paſtoralis. de donat.
ſ Idem l. pen. D. de empt. & vend. in l. cùm vẽderes. D. de contr. emp.
t Glo. in d. l. cũ venderes, arg. l. in vendition. D. de act. emp. Glo. in l. ſi ex prædiis. C. de euict. Bald. in rub. C. de contrah. empt. Bald. & Angel. in l. mater. circa fi. C. de rei vend. Idem Bald. in l. ſi teſtamentum. C. ad leg. falcid.
u Bart. Capolla tract. de ſeruitut. ruſtic. præd. cap. de ſeruitute itineris. l. 1. §. 1. D. de act. empt.
x l. 1. §. 1. D. de act. empt.
z l. quo ad ſeruitutes. & ibi. Glo. D. de act. emp. arg. d. l. 1. d. §. Glo. in l. pen. D. de euict. Glo. in l. cùm venderes D. de act. emp.
1 l. quoties de ſeruitute. D. de æd. ed. l. quoties. D. de act. empt. arg. l. Iulianus ibid.
2 arg. d. l. Iulianus. §. quod tamen. Glo. in d. l. quoties. de ſeruitute.
3 l. per agrum. C. de ſeru.
4 Cynus. ex d. l. ex opinione Petri & arg. l. d. vnic. D. de ſeru. præd. ruſt. & §. plane. Inſtit. de rer. diuiſ. glo. in d. l. per agrum. l. 3. §. plane. D. de acq. rer. dom. & arg. quòd ſi quis te meo vti non permittat, agi iniuriarum poteſt. l. iniuriarum. §. ſi quis me. D. de iniur.
5 ... ll. ſuprascriptis.
6 arg. l. quouis. §. vetare. D. de furt.
7 can. omnes. 1. Diſt. vbi quod dicitur, tranſire per agrum alienum fas eſt, ius non eſt. Intelligendum fas eſt, nempe. ſi non prohibeat dominus.
8 l. Præſes. C. de ſeru.
a l. ſi in meo. D. de aqua plu. arc.
b l. venditor. §. 1. D. Comm. præd.
c l. 1. D. de aqua plu. arc.
d d. l. 1 §. 1.
e d. l. 1. § ſed & apud.
f d. l. 1. §. illud ſciendum 2.

fundum eam auertat, aquæ pluuiæ arcendę tenetur.

g l.7.§.apud Namuſam. D. d.t.

CCII. g Si aqua fluens iter ſuum ſtercore obſtruxerit, & ex reſtagnatione ſuperiori agro noceat, poſſe cum inferiore agi, vt ſinat purgari.

h d.l.2.§.1.

CCIII. h Proponebatur foſſa vetus eſſe agrorum ſiccandorum cauſâ: nec memoriam extare, quando facta eſt. Hanc inferior vicinus non purgabat: ſic fiebat, vt ex reſtagnatione eius aqua fundo noſtro noceret, aquæ pluuiæ arcendę cum inferiori agi poteſt, vt vel ipſe purget, vel vt te patiatur in priſtinum ſtatum eam reducere. i Cùm autem quęritur, an memoria extet, ex facto opere, non diem & annum ad liquidum exquirendum: ſed ſufficit, ſi quis ſciat factum eſſe: hoc eſt, ſi factum eſſe non ambigitur: nec vtique neceſſe eſt ſupereſſe qui meminerint: verùm eſſe, qui audierint eos qui memoria tenuerint.

i d.l.2. §.5. Idē Labeo ait, cùm quęritur.

k l. vicinus. D. d.t.

CCIV. k Vicinus loci ſuperioris pratum ita arabat, vt per ſulcos, itémque porcas aqua ad inferiorem veniret. Quæſitum eſt, an per arbitrium aquę pluuiæ arcendę cogi poſſit, in alteram partem arare, ne ſulci in eius agrum ſpectarent. Reſponſum, non poſſe eum facere quominus agrum vicinus, quemadmodum vellet, araret. Sed ſi quis ſulcos tranſuerſos aquarios faceret, per quos in eius agrum aqua deflueret, hoſce vt operiret, per arbitrium aquę arcendę cogi poſſe. Sed & ſi foſſas feciſſet, ex quibus aqua pluuia nocere poſſet, arbitrum (ſi appareat futurum vt aqua pluuia noceret) cogere oportere foſſas eum explere, & niſi faceret, condemnare: tametſi, antequam iudicaret, aqua per foſſas nunquam fluxiſſet.

l l.3.ibid.

CCV. l Relatum eſt, eum in cuius fundo aqua oritur, fullonicas circa fontem inſtituiſſe, & ex his aquam in vicini fundum immittere cœpiſſe. Si aquam corriuet, vel ſpurcum quid immittat, probiberi poſſe.

Secunda pars capitis decimi.

Quando, quibúſque ex cauſis non competat aquæ pluuiæ arcendæ actio.

m d.l.2.§. item Labeo.

CCVI. m AGgerem, qui in fundo vicini erat, vis aquæ deiecit: per quod effectum eſt vt aqua pluuia mihi noceat. Si manu factus ſit agger, etiamſi memoria non extat, agi poteſt, vt reponatur, n vel reponi ſinatur. Nam hac actione nemo cogi poteſt vt vicino proſit: ſed ne noceat, aut interpellet id facientem, quod iure facere poteſt. Si naturalis agger fuit, non poſſum vicinum cogere vt eum reponat, vel reponi ſinat: tamen vtilis actio, vel interdictum mihi competent aduerſus vicinum, ſi velim aggerem reſtituere in agro eius: quod factum quidem mihi prodeſſe poteſt, ipſi autem nihil nociturum eſt. Hoc æquitas ſuggerit, etiamſi iure deficiamur.

n glo. ibid.

o d.l.2.§. idem Labeo ait ſi in agro.

CCVII. o Si in agro tuo aquarum concurſus locum excauauit, aquæ pluuiæ arcendę agi non poteſt à vicinis. Planè ſi foſſa iure facta ſit, cuius memoria non extat, agi tecum poteſt aquæ pluuiæ arcendæ, vt reficias.

p d.l.3. vicinus.

CCVIII. p Si vicinus qui hortum ſolebat certo tempore anni irrigare, pratum illic fecerit, cœperítque aſſidua irrigatione vicino nocere: neque damni infecti, neque pluuiæ arcendæ actione tenetur, niſi locum complanauerit: eóque facto citior aqua ad vicinum peruenire cœperit.

q d.l. in ſumma.

CCIX. q In ſumma, ita demùm aquę pluuiæ arcendę actio locum habet, ſi aqua pluuia, vel quę pluuiâ creſcit, noceat, non naturaliter, ſed opere facto, niſi agri colendi cauſâ id factum ſit. Imbre autem creſcere eam aquam dicimus, quę colorem mutat, vel increſcit.

r d.l.§. opere.

CCX. r De eo opere, quod agri colendi ac frumenti quęrendi cauſâ aratro factum ſit, non competit hæc actio. Sed & foſſæ agrorum ſiccandorum cauſâ factæ, fundi colendi cauſâ, non deriuandę aquę cauſâ fieri poſſunt. Sic enim quis debet meliorem agrum ſuum facere, ne vicini deteriorem faciat. Sed & ſi quis arare & ſerere poſſit, ſine ſulcis aquariis tenetur, ſi quid ex his fecerit, licèt agri colendi cauſâ videatur feciſſe. Quod ſi aliter ſerere non poſſit, niſi ſulcos aquarios fecerit, non tenetur.

ſ d.l.2.§. Alphenus.

CCXI. ſ Si quæ opera aquæ mittendæ cauſâ, publica authoritate facta ſint, aut ab iis, qui primi agros conſtituerunt; in aquæ pluuię arcendę actionem non veniunt. In eadem cauſa ſunt ea, quorum memoriam vetuſtas excedit. t Et reſponſum eſt, eos qui iuri dicundo pręſunt, tueri aquæ ductus, quibus authoritatem vetuſtas daret: tametſi ius non probaretur.

t l. vlt. ibid.

u l. Labeo ſeq. ibid.

CCXII. u Si patiente vicino opus faciam ex quo ei aqua pluuia noceat, non teneor actione aquæ pluuiæ arcendę. Sed hoc ita, ſi non per errorem, aut imperitiam deceptus fuerit. Nulla enim voluntas errantis eſt.

x d.l.2.§. ... Labeo ait, ſi vicinus.

CCXIII. x Si vicinus flumen, vel torrentem auerterit, ne aqua ad eum perueniat, & hoc modo ſit effectum, vt vicino noceatur, agi cum eo aquæ pluuię arcendę non poteſt, Aquam enim arcere, hoc eſt, curare ne influat: hoc ita, ſi non hoc animo fecerit, vt tibi noceat, ſed ne ſibi noceat.

z d.l.3.§. & ſi vicinus.

CCXIV. z Si vicinus opus tollat, & ſublato eo aqua naturaliter ad inferiorē agrum perueniens noceat, aquę pluuię arcendæ agi non poteſt. Semper enim hęc eſt ſeruitus inferiorum prędiorum, vt naturâ profluentem aquam excipiant. Planè ſi propter id opus ſublatum vehementior aqua profluat, vel deriuetur, aquę pluuię arcendę actione agi poteſt.

a l. Anteius. D.d.t.

CCXV. a Cùm agitur aquę pluuię arcendę, de eo facto quod nocet, quęritur: ideóque ſi vitio loci pars aliqua ſoli ſubſederit, quamuis per eam cauſam aqua pluuia inferiori noceat, nulla tamē competit actio. Idem fortaſſe dicitur, ſi in agro manufactum aliquid ſubſederit.

d.l.2.§.apud amnisam.

CCXVI. [b] Natura agri ipſa à ſe mutari poteſt: & ideo cùm per ſe natura agri fuerit mutata, æquo animo vnuſquiſque ferre debet, ſiue melior, ſiue deterior eius conditio facta ſit. Idcirco & ſi terræ motu, aut tempeſtatis magnitudine ſoli cauſa mutata ſit, nemo cogi poteſt, vt ſinat in priſtinam loci conditionem redigi.

d l.1.§. idẽ sunt ſi aqua.

CCXVII. [c] Si aqua naturaliter decurrat, aquę pluuię arcendæ actio ceſſat.

d.l.1.§.vlt.

CCXVIII. [d] Sciendũ eſt de conditionibus agrorum quaſdam leges eſſe dictas: vt quibus in agris magna ſint flumina liceat mihi in agro, ſcilicet tuo, aggeres, vel foſſas habere. Si tamen lex non ſit agro dicta, agri naturam eſſe ſeruandam, & ſemper inferiorem ſuperiori ſeruire: atque hoc incommodum naturaliter pati inferiorem agrum à ſuperiore, compenſaréque debere cum alio commodo. Sicut enim omnis pinguedo terrę ad eum decurrit, ita etiam aquæ incommodum ad eum deflere. Si tamen agri lex nõ inueniatur, vetuſtatem vicem legis tenere. Non ergo cogemus vicinum aggeres munire, ſed nos in eius agro muniemus, eritque iſta quaſi ſeruitus. In quam rem vtilem actionem habemus, vel interdictum: [e] in ſumma, tria ſunt, per quę inferior locus ſuperiori ſeruit, lex, natura, loci vetuſtas, quæ ſemper pro lege habetur, minuendarum ſcilicet litium cauſâ. [f g] Et nunquam competit hæc actio, cùm ipſius loci natura nocet. Nam ibi veriùs quis dixerit, non aquam, ſed loci naturam nocere.

e l.in ſumma. ibid.

f g l.1.§.hanc autem.

CCXIX. Aquam pluuiam in ſuo retinere, vel ſuperfluentem ex vicini fundo in ſuum deriuare, dum opus in alieno non fiat, omnibus ius eſt: (prodeſſe enim ſibi vnuſquiſque, dum aliis non noceat, non prohibetur) nec quiſquam hoc nomine tenetur.

h d.l.1.§.ſiant autem.

CCXX. [h] Sicut opus factum, vt aqua pluuia mihi noceat, in hanc actionem venit: ita per contrarium, aquæ pluuiæ arcendæ agi nõ poteſt, ſi vicinus opus fecit ne aqua, quæ alioqui decurrens agro meo proderat, huic proſit. Hæc enim actio locum habet, ſi aqua pluuia noceat, non, ſi proſit.

i d.l.2.§.vlt.

CCXXI. [i] Si fundus tuus vicino ſeruiat, & propterea aquam recipiat, ceſſat aquę pluuię arcendę actio, ſi tamen non vltra modum noceat. Cui conſequens eſt, ſi quis vicino ceſſerit, ius ei eſſe aquam immittere, aquæ pluuiæ arcendæ eum agere non poſſe.

Tertia pars capitis decimi.

Quibus competat aquæ pluuiæ arcendæ actio.

k l.ſi tertius. §. ſi quis priùs quàm. ibid.

CCXXII. [k] SI quis priùs quàm aquę pluuię arcendę agat, dominium ad aliquẽ transtulerit fundi, deſinit habere aquę pluuię arcendæ actionem: eáque ad eum tranſibit, cuius ager eſſe cœperit. Cùm enim damnum datum futurum contineat, ad eum qui dominus erit, incipiet actio pertinere, quamuis, cùm alterius dominium eſſet, opus à vicino factum ſit.

l l.penult. ibid.

CCXXIII. [l] Is, cuius fundo via debetur, aquæ pluuiæ arcendæ agere poteſt fundi ſui nomine: quoniam deteriore via facta fundo noceretur.

Quarta pars capitis decimi.

Aduerſus quos competat aquæ pluuiæ arcendæ actio, vel non.

m d l.ſi tertius. § aqua.

CCXXIV. [m] AQuæ pluuiæ arcendę actionem, ſciendum eſt, non in rem, ſed perſonalem eſſe.

n d.l.1.§.ſciendum.

CCXXV. [n] Sciendum eſt hanc actionem ſuperiori aduerſus inferiorem competere, ne aquã, quæ natura fluit, opere facto inhibeat per ſuum agrum decurrere: & inferiori aduerſus ſuperiorem, ne aliter aquam mittat, quàm fluere ſolet naturâ.

o l.quanquam. §.vlt. & l.ſeq. ibid.

CCXXVI. [o] Aquæ pluuiæ arcendæ actio non niſi cum domino eſt. Idcirco ſi colonus ignorante domino opus fecerit, dominus fundi nihil ampliùs quàm patientiam præſtare debet. Colonus autẽ interdicto [Quod vi aut clam] impenſam quoque reſtituendi operis, & dãnum (ſi quod ex eo datum fuerit) pręſtare cogitur. Si procurator ſimile opus fecerit, idem ius obſeruatur quod in colono.

p d.l.ſi tertius.

CCXXVII. [p] Si tertius vicinus opus fecerit, vnde decurrens aqua per fundum primi vicini mei mihi noceat, poteſt vel cũ primo, vel cum tertio, primo omiſſo, agere.

q d.l.§.1.

CCXXVIII. [q] Si ex plurium fundo decurrẽs aqua noceat, vel ſi plurium fundo noceatur, placuit, eóque iure vtimur, vt ſiue plurium fundus ſit, ſinguli in partem experiantur, & condemnatio in partem fiat: ſiue cum pluribus agatur, ſinguli in partem cõueniantur, & in partem fiat condemnatio.

r l.is cum quo. ibid.

CCXXIX. [r] Is cum quo aquę pluuiæ arcendæ agitur, quòd opus fecerit, licèt cedere loco paratus ſit, cogitur accipere iudicium, quoniam ex ſuo nomine conuenitur, vt opus tollat. Aliud eſt in bonæ fidei emptore: hic enim tantùm patientiam præſtat. Igitur & ſi fundo cedat, audiendus eſt. Plus enim præſtat.

Quinta pars capitis decimi.

Quod iudicium fieri debeat in aquæ pluuiæ arcendæ actione.

ſ d.l.ſi tertius. §.vlt.

CCXXX. [ſ] SCiendum eſt, ſi quid ipſe feci quo tibi aqua pluuia noceat, mea impẽſa tollere me cogendũ. Si quis alius, qui ad me non pertinet, ſufficere vt patiar te tollere.

t l.ſupra iter. §.vlt. ibid.

CCXXXI [t] Si de opere agatur quod manufactum ſit, omninò reſtituendum id eſt ab eo cum quo agitur. Si verò vi fluminis agger diſiectus ſit, aut glarea iniecta, aut foſſa limo repleta, tunc patientia duntaxat præſtanda.

uxz l. Atteius. §.1. ibid.

CCXXXII. [uxz] In hoc iudiciũ, ſicut in dãni infecti futurum dãnum venit: cùm in reliquis ferè omnibus iudiciis futurum præſtetur. De

eo quod ante eſt datum, [Quod vi aut clam] agendum eſt. De eo quod poſt ſententiam iudicis futurum eſt, damni infecti caueri oportet: vel ita opus reſtituendum eſt, vt nullum periculum damni ſuperſit.

abcd d.l. ſi ſertus. §. vlt.

CCXXXIII.[a b c d] Aeſtimationem autem iudex faciet ex rei veritate: hoc eſt, eius damni quod apparuerit datum.

CAP. XI.

De actione confeſſoria & negatoria ſeruitutum cauſa.

Prima pars.

Cuiuſmodi ſint ea actiones, & quibus dentur.

e l. 2. D. ſi ſeru. vend.

CCXXXIIII.[e] DE ſeruitutibus in rem actiones competunt nobis, ad exemplum earum quę ad vſumfructum pertinent, tam confeſſoria, quàm negatoria: cōfeſſoria ei qui ſeruitutes ſibi competere contendit: negatoria, domino qui negat.

f l. 1. ibid.

CCXXXV. [f] Actiones de ſeruitutibus ſiue ruſticis, ſiue vrbanis eorum ſunt, quorum prædia ſunt.

g l. 1 § vlt. D. de ſuperf. l. 1. § vlt. D ſi ager vectig. vel emphyt. peta. l. 3 § pen. D de oper. no. nunt.

CCXXXVI. [g] Seruitutes quoque Prætorio iure ab eo qui ſuperficiem habet, habentique, cōſtituuntur: & ipſæ ad exemplum earum quæ ipſo iure conſtitutæ ſunt, vtilibus actionibus petuntur. Sed & interdictum de his vtile competit.

Secunda pars capitis vndecimi.

De actione confeſſoria.

Prima pars tractatus de actione confeſſoria.

Cuiuſmodi ſit ea actio, & cui detur.

h l. 2. D ſi ſer. vend.

CCXXXVII.[h] HÆc in rem actio cōfeſſoria nō alij quàm domino fundi competit. Seruitutem enim nemo vēdicare poteſt, quàm qui dominium in fundo vicino habet, cui ſeruitutem dicit deberi.

i l. loci corpus. § ſi fundus. D. ſi ſeru. vend. k l. ſi de communi. D. d. l. ſi ſeru. vend. l. 4. § ſi fundus. ibid. [illegible]

CCXXXVIII. [i] Viæ, itineris, actus, aquæductus pars, in obligationem deduci non poteſt: quia vſus eorum indiuiſus eſt. Et ideo ſi ſtipulator deceſſerit, pluribus hæredibus relictis, à ſingulis hæredibus ſolida petitio eſt.[k] Et ſi fundus cui iter debetur, plurium ſit, in ſolidum competit actio: ſed in æſtimationem id quod intereſt, veniet: ſcilicet quod eius interſit qui experietur. Itaque de iure quidem ipſo ſinguli experientur: & victoria vnius aliis proderit. Æſtimatio autem ad id quod eius intereſt, reuocabitur: quamuis per vnum ſeruitus acquiri non poteſt.

[illegible] Petr. Ancharan. Aretin. & [illegible] m d. l. ſi de communi.

CCXXXIX. [k] Si de communi ſeruitute quis bene qui [illegible] deberi intendit, ſed aliquo modo litem perdidit culpâ ſua, non eſt æquum hoc cæteris damno eſſe. [l] Quòd ſi citra culpam ſuam litem amiſerit, amiſſio litis cęteris nocet, vt & victoria prodeſt.[m] Sed ſi per colluſionem ceſſit lite aduerſario, cæteris de dolo actio datur.

n l. Et qui. D. de ſeruit.

CCXL. [n] Ei qui pignori fundum accepit, non eſt iniquum vtilem petitionem ſeruitutis dari, ſicut ipſius fundi vtilis petitio datur. Idémque ſeruari conuenit & in eo ad quem vectigalis fundus pertinet.

o l. 1. §. vlt D ſi ſeru vēd. p l. vti fru D. ſi vſuſ. pet. q l. 1. § Ite Iulianus. D. de remiſſ. atque ita Longouallius in l. Imperium D de iuriſd. om. iud. conciliat d. ll. quæ dant aut negant fructuario ſeruitutum cauſa actionē. r d. l. 2.

CCXLI. [o] Fructuarius interdicto de itinere vti poteſt, ſi hoc anno vſus eſt. Alibi enim de iure, id eſt in confeſſoria actione: alibi de facto, vt in hoc interdicto quæritur. [p] Sed tametſi directa actio ſeruitutum cauſâ fructuario non detur, [q] vtilem tamen competere veriùs quis dixerit.

Secunda pars tractatus de confeſſoria actione.

Aduerſus quos ea actio competat.

ſ l. & ſi forte. §. etiam. D. d. l. ſi ſeru. vend. t l. vlt. D. de ſeru.

CCXLII.[r] HÆc in rem actio eſt: [ſ] Et ſeruitutem non homo debet, ſed res: réinque domino relinquere permittitur.

CCXLIII. [t] In dominū, non in fructuarium hæc actio competit.

u l. Qui alien. § vlt. D. de neg. geſt.

CCXLIV. [u] Vno defendente cauſā communis aquæ, ſententia prædio datur. Sed qui ſumptus neceſſarios ac probabiles in communi lite fecerit, negotiorum geſtorum actionem habet.

Tertia pars tractatus de confeſſoria actione.

Quid veniat in confeſſoriam actionem.

x l. ſicuti. § ſed ſi quæratur D. ſi ſeru. vend.

CCXLV.[x] SI is obtinuerit, qui ſeruitutem ſibi defendit, non debet ei ſeruitus cedi: ſiue rectè pronunciatum eſt, quia habet: ſiue perperam, quia per ſententiam nnn debet ſeruitus conſtitui, ſed quę eſt, declarari.

z l. ſi quid. C. de ſeru. & aqua.

CCXLVI. [z] Si quid vicinus contra ſeruitutem ædibus tuis debitam iniurioſè extruxerit, competens iudex reuocare ad priſtinam formam, damni etiam ratione habita, pro ſua grauitate curabit [a] Nam in confeſſoriam actionem, quæ de ſeruitute mouetur, fructus etiam veniunt. Fructuum autem nomine computandum, ſi quid intererſit, agentis ſeruitutem non probiberi.

a l. loci corpus. § in confeſſoriam. D ſi ſeru. vend.

Tertia pars capitis vndecimi.

De actione negatoria.

Prima pars tractatus de actione negatoria.

Cuiuſmodi ſit actio negatoria ſeruitutum cauſâ, & quibus, & qua ex cauſa detur.

CCXLVII.[b] SI in itinere, quod per fūdū tibi debeo, ædifices, rectè intendam ius tibi oon eſſe ædificare, vel ædificatum habere, quemadmodum ſi in area mea quid ædifices.

b c l. ſicuti. §. Ariſto.

CCXLVIII. [b c] Poteſt ita agi, ius vicino oon eſſe in ſuo lapidem cædete, vt in meum fundum fragmenta cadant.

d l. quemadmodum. § 1. D. ad leg. Aquil.

CCXLIX. [d] Si protectum meū, quod ſupra domū tuam, & nullo iute habebam, reci-

diſſes, poſſe me tecum damni iniuriâ agere traditum eſt. Debuiſſe enim mecum, ius mihi non eſſe protectum habere, agere. Nec æquum eſſe damnũ me pati, reſciſſis à te meis tignis. Aliud eſt dicendum in eo, per cuius domum traiectus eſt aquæductus citra ſeruitutem: ſuo enim iure poteſt intercidere. Et meritò: intereſt enim, quòd hic in ſuo protexit: ille in alieno fecit. A

Secunda pars tractatus de actione negatoria.

Aduerſus quem ea actio competat.

CCL. [e] Competit etiam de ſeruitute actio domino ædificij, neganti ſeruitutem ſe vicino debere: cuius ædes non in totum liberæ ſunt, ſed ei cum quo agitur, ſeruitutem non debent. Verbi gratiâ: Habeo ædes quibus ſunt vicinæ & Seianæ & Sempronianæ. Sempronianis ſeruitutem debeo. Si aduerſus dominum Seianarum volo experiri altiùs tollere me prohibentem, in rem actione experiar: licèt enim ſeruiant ædes meæ, ei tamen cum quo agitur non ſeruiunt. Hoc igitur intendo, habère me ius altiùs tollendi, inuito eo cum quo ago. Quantum enim ad eum pertinet, liberas ædes habeo.

CCLI. [f] Altiùs ædes ſuas extollendo, ſi quis vt luminibus domus minoris annis XXV. vel impuberis, cuius curator vel tutor erat, officiatur, efficit: quamuis hoc quoque nomine, actione ipſe hæredéſque teneantur (quia quod alium facientem prohibere ex officio neceſſe habuit, id ipſe cõmittere nõ debuit) tamen & aduerſus poſſidentẽ eaſdem ędes danda eſt impuberi vel minori actio, vt id quod non iure factum eſt, tollatur.

Tertia pars tractatus de actione negatoria.

Quid veniat in actionem negatoriam.

CCLII. [g] In pariete tuo, ſi feneſtram vicinus vi vel clam feciſſe conuincatur, ſumptibus ſuis opus tollere, & integrum parietem reſtituere compellitur.

CCLIII. [h] Egi ius illi non eſſe tigna in parietem meum immiſſa habere, an & de futuris non immittendis cauendum eſt? [i] Reſponſum, Iudicis officio continetur vt de futuro quoque opere caueri debeat.

CCLIV. [i] Sed & in negatoria actione fructus computantur, quanti intereſt petitoris, non vti fundi ſui itinere aduerſarium.

Quarta pars capitis vndecimi.

Communia de actione confeſſoria, & negatoria.

CCLV. [k] Si vnus ex hęredibus qui ſeruitutẽ deberi vel non deberi intendebat, cauſam obtinuerit, vel ea ſine culpa cediderit, eius victoria, vel amiſſio litis, cęteris prodeſt, aut nocet.

CCLVI. [l] Hæ actiones ab his, & contra eos qui poſſeſſores ſunt prædiorum, quibus ſeruitutes deberi, & quę debere dicẽtur, inſtitui poſſunt: nec dominium prędiorum ad eos pertinere plenè probari neceſſe eſt.

e l. Loci corpus. § competit. D. ſi ſeru. vend.
f l. Altius C. de ſeru. & aqua.
g d. l. Altius.
h l. Ego. D. ſi ſeru. vend.
i l. loci corpus. §. in confeſſoriam, ibid.
k l. 4 §. ſi fundus. D ſi ſeru. vend. l. ſupra ſcr. §. Caſsius D. de aqua pl. arc. l. qui aliena. §. vlt. D. de neg. geſt. Cynus & Alex. in l. 2 §. ex his. D. de verb. oblig. Contra ſententiam Bart. Petrus Ancharanus, Aretinus & Alciatus. in d. §. ex his.
l Bart. in l. ſi prius. D. de no. oper. nunt. Iac. Ferrarius in for. in actione confeſſoria pro ſeruitute in verb. pleno iure ſpectantem. idem Bart & Glo. in l. quędã in fin. D. de condit. inſt.

CAP. XII.

Prima pars.

Quibus modis ſeruitutes amittantur.

B CCLVII. [m] Seruitutes prædiorum confunduntur, ſi idem vtriuſq; prædij dominus eſſe cœperit.

CCLVIII. [n] Si communi fundo meo & tuo ſeruiat Sempronianus, & eundẽ in commune redemerimus, ſeruitus extinguitur: quia par vtriuſque domini ius in vtroque fundo eſſe incipit. At ſi proprio meo & tuo idem ſeruiat, manebit ſeruitus: quia proprio fundo per communem ſeruitus deberi poteſt.

CCLIX. [o] Si per tuum fundum via mihi debeatur, & permiſero tibi in eo loco ędificare per quẽ mihi via debetur, amitto ius vię.

CCLX. [p] Si quis viam ad fundum ſuum dari ſtipulatus fuerit, poſtea fundũ, partémve eius ante conſtitutam ſeruitutem alienauerit, euaneſcit ſtipulatio.

CCLXI. [q] Seruitus ab eo qui emphyteuſim poſſidebat, conſtituta, vnà cum emphyteuſi extinguitur. Idem & in ea, quæ ab eo qui D clientelare prædium poſſidebat, conſtituta fuit, obſeruatur.

Secunda pars capitis duodecimi.

Quibus modis ſeruitutes non amittantur.

CCLXII. [r] Iura prædiorum, morte & capitis diminutione non perire vulgò traditum eſt.

E CCLXIII. [s] Si prædium tuum mihi ſeruiat, ſiue ego partis prædij tui dominus eſſe cœpero, ſiue tu mei, [t] per partes quidem ſeruitus retinetur, [u] licèt ab initio per partes acquiri non poterat.

CCLXIV. [x] Et ſi placeat extingui obligationem, ſi in eum caſum inciderit à quo incipere non poteſt, non tamen hoc in omnibus verum eſt. Ecce ſtipulari viam, iter, actum ad fundum communem ſocius non poteſt: & tamen ſi is qui ſtipulatus fuerat, duos F hæredes reliquerit, non extinguetur ſtipulatio. Et pro parte dominorum ſeruitus acquiri non poteſt: acquiſita tamen conſeruatur: & propter partem dominij hoc euenit, ſi pars prædij ſeruientis, vel cui ſeruitus debetur, alterius domini eſſe cœperit.

CCLXV. [z] In omnibus ſeruitutibus quæ aditione confuſæ ſunt, reſponſum eſt doli exceptionem nocituram legatario, ſi non patiatur eas iterum imponi.

G CCLXVI. [b] Certo generi agrorũ acquiri ſeruitus poteſt: veluti vineis, quòd ea ad ſolum magis quàm ad ſuperficiẽ pertineat. Ideo ſublatis vineis ſeruitus manebit. Sed ſi in cõtrahenda ſeruitute aliud actum erit, doli mali exceptio erit neceſſaria.

m l. 1. D. Quemad. ſeru. amitt. l. ſi ædes D. de ſeru. præd. vrba.
n l. ſi communem D. de ſeru. præd. ruſt.
o l. ſi ſtillicidij. D. quem. ſeru. amitt.
p l. ſi ſub vna. §. 1. D. de verb. oblig.
q Quæſt. Capel. Toloſa. 46 t. arg. l. Peto. §. prædium. D de lega. 2. Bald & Iaſ. in l. vlt C. de iur. emphyt.
r l. 3. D. quẽad. ſeru. amit.
s l. vt pomũ §. 1 D. de ſeru.
t Id eſt, pro partibus quas quiſque habet in prædio, & propter eas partes. ſcilicet vt non portio ſeruitutis, ſed tota & integra debeatur. Indiuidua enim eſt, & quot ſunt prædij domini, tot habẽt eius illud ſeruitutis ſolidum & perfectum, nulla ſui parte dimidiatum aut diuiſũ. Nam quæcunque ſeruitus prædio debetur, omnibus eius partibus debetur. l. vna. D. de ſeru. præd. ruſt. Franc. Cõnan. lib. 4. com. iur. ciu. cap. 9.
u Id eſt ratione alicuius portionis quam forte habes non poteſ toti fũdo aut ſeruitutẽ imponere aut acquirere, aut iã tam acquiſitam cõſtitutáuque remittere. Franc Connan. d. c. 9
x l. Pluribus. §. 1. D. de verb. oblig.
z Iacm l. Ex ſtrinm. ibid.
a l. Papinianus. D. de ſeru.
b l. Certo. D. de ſeru. præd. ruſt.

CCLXVII. [c] Si quis ex fundo, cui viam vicinus deberet, vendidiſſet locum proximum ſeruienti ſundo, non impoſita ſeruitute, & intra legitimum tempus quo ſeruitutes pereunt, rurſus eum locum acquiſiuiſſet, habiturus eſt ſeruitutem quam vicinus debuiſſet.

CCLXVIII. [d] Si locus per quem via, aut iter, aut actus debebatur, impetu fluminis occupatus eſſet, & intra tempus, quod ad amittendam ſeruitutem ſufficit, alluuione facta reſtitutus eſt, ſeruitus quoque in priſtinum ſtatum reſtituitur. Quòd ſi id tẽpus præterierit vt ſeruitus amittatur, renouare eam cogendus eſt.

CCLXIX. [e] Reales ſeruitutes, ſi ædificium deſtructum reponatur, etiam reponi & reſtitui debent.[f] Perſonales mutatione rei & ſublato ædificio nõ ſubſiſtunt.[g] Itaque ſi ſublatum ſit ædificium ex quo ſtillicidium cadit, vt eadem ſpecie & qualitate reponatur, vtilitas exigit, vt idem intelligatur. Nam alioquin, ſi quid ſtrictiùs interpretemur, aliud eſt quod ſequenti loco ponitur: & ideo ſublato ædificio vſusfructus interit, quãuis area pars eſt ædificij.

CAP. XIII.

De vſucapione ſeu præſcriptione ſeruitutum.

Prima pars.

De tempore ſtatuta vſucapioni, ſeu præſcriptioni.

CCLXX. [h] NOuo iure omnes ſeruitutes non vtendo per decennium contra præſentes, & viginti annorum ſpatio contra abſentes amittuntur:[i] eædémque etiam ac libertas ab iis, exemplo rerũ immobiliũ, prædicto tẽpore vſucapiuntur.

CCLXXI. [k] Si ſic conſtituta ſit aqua, vt vel æſtate tantùm ducatur, vel vno menſe, vel alternis annis, vel menſibus, duplicato tempore amittitur. Idem & in itinere cuſtoditur, Si verò alternis diebus, aut die tantùm, aut nocte tantùm ſtatuto legibus tempore amittitur: quia vna ſeruitus eſt.[l] Itidem & ſi alternis horis vel vna hora quotidie ſeruitutem habeat, non vtendo perdit ſeruitutem: quia id quod habet, quotidianum eſt. [m] Idem ſtatuendum ſi quarto, decimo, vigeſimo, deniq; vigeſimo nono quoque die eſſet conſtituta.

CCLXXII. [n] Si quis pactus ſit cum vicino ſuo, vt liceat ei, vel per ſe, vel per ſuos per agrum vicini tranſire, & arbores exſcindere, vel facere quicquid neceſſarium ei viſum eſſet, ſancitum eſt in propoſita ſpecie, ſi per quatuor quinquennia, nec vno die, vel ipſe, vel ſui eadem ſeruitute vſi ſint, tunc eam penitus amittat viginti annorum deſidiâ. Qui enim in tam longo prolixóque ſpatio, ſuum ius minimè conſecutus eſt, ſera pœnitentia ad priſtinam ſeruitutem reuerti deſiderat.

CCLXXIII. [o] In ſeruitutibus hoc ſequimur, vt vbi ſeruitus non inuenitur conſtituta, qui diu vſus eſt ſeruitute, nec vi, nec clam, nec precario, habuiſſe longa conſuetudine, velut iure impoſitam ſeruitutem videatur, [p] longáque conſuetudo & vetuſtas, vicem iure conſtitutæ ſeruitutis obtinent: [q] & ductus aquæ, cuius origo memoriam exceſſerit, iure conſtituti loco habetur.

Secunda pars capitis decimi tertij.

An & quatenus titulus in vſucapione ſeu præſcriptione ſeruitutum requiratur.

CCLXXIV. [r] TItulus in ſeruitutis vſucapione, quæ lõgo tempore contingit, eſt neceſſarius.[ſ] Si titulus deſit, ſcientia & patientia domini eſt opus,[t] quę tituli vice ſit.[u] Ad præſcriptionem verò longiſſimi temporis, id eſt triginta annorum complendam, neutro eſt opus. [x] Sed Galliæ prope totius moribus, præſcriptio ſeruitutum ſine titulo non procedit.

Tertia pars capitis decimis tertij.

Quatenus bona fides in vſucapione ſeu præſcriptione ſeruitutum requiratur.

CCLXXV. [z] IN præſcribenda libertate à ſeruitute vrbana, bona fides præſcribentis requiritur: quippe cùm ea vſum eſſe præſcribentem neceſſe ſit, [a] atque adeò exiſtimantem ſuo iure vti.[b] Ad præſcribendam autem libertatem à ſeruitute ruſtica, ſatis eſt amittentem non vti: licèt alter nihil faciat: ideóque nec præſcribentis bona fides requiritur:[c] in præſcriptione verò ſeruitutis qua ſeruitus acquiritur, bona fides eſt neceſſaria.

Quarta pars capitis decimi tertij.

Cuiuſmodi poſſeſſio in præſcriptione ſeruitutum exigatur.

CCLXXVI. [d] SEruitute vſus non videtur, niſi is qui ſuo iure vti ſe credidit. Ideoque ſi quis pro via publica, vel pro alterius ſeruitute vſus ſit, nec interdictum, nec actio vtilis competit. [e] Et ſi per fundum tuum, nec vi, nec clam, nec precariò commeauit aliquis: non tamen tanquam id ſuo iure faceret, ſed ſi prohiberetur non facturus, inutile eſt ei interdictum de itinere actúque. Nam vt hoc interdictum competat, ius fundi poſſediſſe oportet.

CCLXXVII. [f] Poſſeſſio ſeruitutũ quę in nõ ſe-

c l. ſi quis ex fundo. D. quẽad. ſeru. am. d l. ſi locus ibi. e Petrus Coſtalius in l. ſeruitutes. § ſi ſublatũ. D. de ſer. præd. vrba. f l. quid tamẽ. §. 1. & l. Repeti. §. res. D. quib. mo. vſufr. amitt. g d. § ſi ſublatum. h l. ſicut vſumfructum. C. de ſeru. & aqua. vlt. C de præſc. longi tempo. i d l. vlt. in fi. l. 2. C. de r. de ſeru. & aqua. & toto tit D. de diuerſ. & & tempo præſ l. 1. C. de ſeru. arg. l. ſi finita. §. de vectigale D. de dam. inf. l. Cum ſponſus. § in vectigalibus D. de Pub. in rẽ actio. toto tit. de vſuc. transfor. C. & l. 1. §. vlt. D. de aqua plu. arc. Ligonallicus. in l. Imperium. D. de iuriſd. om. iud. Franc. Duarenus Anniuerſ. diſputat. lib. 1. cap. 34. Petrus Coſtalius. in d. l. ſeruitutes 4. D. de ſeruit. Matt. Veſembecius li. 8. Paratit. t. de ſeruit. veteri iure contra erat. l. ſi alienam. §. hoc iure. & l. 4 §. ſi viam D. de vſuc. l. ſeruus. § incorporales. D. de acq. rer. dom. l. foramẽ. D. de ſer. præd. vrba. & hoc ideò quia ſeruitutes incorporales ſunt, & incorporalium nulla eſt poſſeſſio. d. l. ſeruitutes 4. Antiquitus tamen libertas à ſeruitute vſucapi poterat. l. ſequitur. §. vlt. D. de vſuc. & ſimiliter tempore quo memoria non extabat poſſeſſa ſeruitus pro conſtituta habebatur (vt & hodie) ſic vt præſcriptionis quæſtione opus non eſſet. l. 2. §. ductus aquæ. D. de aqua quot. & æſt. vulgus autẽ doctorum exiſtimat ſeruitutes quas diſcontinuas vocant, cuiuſmodi ſunt ruſticæ, non præſcribi niſi longiſſimo tẽpore, nempe triginta annis. Sed Veſembecius præd. loco diſcrimen nullũ ſtatuit inter ſeruitutes, quas continuã cauſam habere DD. dicũt, & eas quas diſcontinuas vocãt: & omnes ſua natura continuã cauſam habere putat arg. l. foramen. de ſeru. præd. vrb. & ſimil. Ceraſius autẽ in d. l. ſeruitutes, ita docet, quamuis omnes ſeruitutes cauſas continuas habeant, non omnes eius habere vſum continuum, & poſſeſſionem continuam. k l. ſi ſic conſtituta. D. quemad. ſeru. amit. l. vlt. C de ſeru. l d l. ſi ſic conſtituta. m Franc. Connanus lib. 4 Com. iur. ciu c. 10. n l. vlt. C de ſeru. & aqua.

o l. 1. §. vlt. l. in prin. D. de aqua plu. arc. l. ſi quis diutur. D. ſi ſeru. vin. p Iac. Cuiacius ad l. 4. D. de vſurp. & vſuc. q l. hoc iure ductus aquæ D. de aqua plu. arc. & hoc verſu et iã reſe... tur ſupra v. 2. r Cyn. & Caſtrenſ. in l. 2. C de ſeru. per cã l. Capola de ſeru. præd. vrb. cap. 20. ſ d l. 2. t d. l ſi quis. D ſi ſeru. vend u Capola præd. loco. Titulũ verò non neceſſarium in ſeruitutis præſcriptione etiam longo tẽporis x. in tempo vel xx. annorũ exiſtimat Petrus Coſtalius in d. l. ſi quis diuturno per illum text. D. ſi ſeru. vend. & hæc eſt Bart. ſententia. y l. 1. §. 1. D. de itin. actúque priu. Innoc. in c. de eccleſia. d. cauſa poſſeſſ. & propr. Gloſ. & Bart. in l. ſeruitutes 2. D. de ſeru. Panorm. in c. 1. & c. de quarta. de præſcr. Franc Connanus lib. 4 Com. iur ciu c. 12. ſuſpicere ... nem non vi, nec clam, non precariò vos vſos fuiſſe ſeruitute per ſtatutũ tẽpus, etiãſi mala fide id fecerimus, atque ſine titulo, cũ vicini patientia, argumentum impoſitæ aliquando ſeruitutis facit. atque id confirmari, videtur d. l. ſi quis diuturno. z Io. Imbertus in Enchir. d. iuris Galliæ. Boerius in Conſue. Bitur. t. de præſ §. 5. Io. Faber. in l. 1. C. de ſeru. & aqua. Arreſto Pariſ. Curiæ diei 19. Feb. 1540. & 12. May. 1547. z Petrus Coſtalius in l. hac autẽ. D. de ſer. præd. vrb. a l. vlt D. quemad. ſer. am. l. ſi ædes meæ. 1. D. de ſeru. præd. vrb. l. 1. C. de ſeru. & aqua l. ſi quis diuturno. in fi. D. ſi ſeru. vend. Bart. Paul. & cæteri DD in d. l. ſeruitutes 4 D de ſeru. præd. vrb & in l. vlt. D. quẽad ſer. am. b l. ſequitur. § ſi viam. D de vſuc arg. quòd perſonales actiones triginta annis amittuntur etiam iure Canonico, nõ inſpecta mala fide: cùm ad præſcriptionẽ earum non factũ poſſidentis deſpici ſoleat ſed negligentia non vtentis ſufficiat. Bart. in d. § ſi viã & in d. l. 1. C. de ſeru. Pan. in c. vlt. de præſc. n. 13. c d l. vlt. D quem. ſeru. am. d d. l. vlt. l. qui iure familiaritatis. D. de acq. poſſ. e l. vlt. D. de itin. actúque priu. f Franc. Connanus lib. 4. Com. iur. ciu. cap. 12. arg l. & ſi forte. §. 1 D. ſi ſeru. vend.

ciendo conſiſtunt, in patientia eius qui ſeruitutem debet, ſita eſt: cuiuſmodi ſunt ſeruitutes altiùs nnn tollendi, aut oon nocendi luminibus.

CCLXXVIII. [g] In his ſeruitutibus, in quibus factum requiritur,[h] cuiuſmodi ſeruitutes vrbanas eſſe diximus, incipit quaſi poſſeſſio cùm factum incipit altero patiente. [i] Cùm verò præſcribitur ſeruitus, in qua non aliquid fit, nec aliquid iuris deberi intenditur, ſed negatur ius eſſe alteri aliquid facere; incipit poſſeſſio, & ſic præſcriptio à tempore denuntiationis: vt cùm te volentem altiùs tollere impedio, & denuntio ne tollas, ſi obedis, incipio poſſidere & vſucapere.

CCLXXIX. [k] Vrbanorum prædiorum iura non omninò pereunt non vtendo: ſed ita ſi vicinus ſimul libertatem vſucapiat: veluti ſi ædes tuæ ædibus meis ſeruiant ne altiùs tollantur, ne luminibus mearum ædium officiatur. & ego per ſtatutũ tempus feneſtras meas præfixas habuero, vel obſtruxero, ita demum ius meum amitto, ſi tu per hoc tempus ædes tuas altiùs ſublatas habueris. Alioqui ſi nihil noui feceris, retineo ſeruitutem. Item ſi tigni immiſſi ædes tuæ ſeruitutem debeant, & ego exemero tignum, ita demũ amitto ius meum, ſi tu foramen, vnde exemptum eſt tignum, obturaueris, & per conſtitutam tempus ita habueris. Alioqui ſi nihil noui feceris, integrum ius meum permanet.

CCLXXX. [l] Si cùm ius habetes immittendi, vicinus ſtatuto tempore ædificatum non habuerit: ideóque neque tu immittere potueris, non ideo magis ſeruitutem amittes: quia non poteſt videri vicinus tuus vſucepiſſe libertatem ædium ſuarũ, qui ius tuum non interpellauit.

CCLXXXI. [m] Si partem fundi vendendo lege cauerim, vt per eam partem in reliquum meum fundum aquam ducerem, & ſtatutum tempus interceſſerit antequam riuum facerem, nihil iuris amitto: quia nullum iter aquæ fuerit, ſed manet mihi ius integrũ: quòd ſi feciſſem iter, nec vſus eſſem, amittam.

CCLXXXII. [n] Si quis alia aqua vſus fuerit, quàm de qua in ſeruitute imponenda actum eſt, ſeruitus amittitur. [o] Et ſi is qui aquam nocturnam habet, interdiu per conſtitutum ad amiſſionem tempus vſus fuerit, amiſit nocturnam ſeruitutem qua vſus non eſt. Idem eſt in eo, qui certis horis aquæductum habens, alijs vſus fuerit, nec vlla parte earum horarum.

CCLXXXIII. [p] Si priùs nocturnæ aquæ ſeruitus mihi conceſſa fuerit: deinde poſtea alia ceſſione, diurnæ quoq; ductus aquæ conceſſus mihi fuerit, & per conſtitutum tempus nocturna duntaxat aqua vſus fuerim, amitto ſeruitutem aquæ diurnæ: quia hoc caſu plures ſunt ſeruitutes diuerſarum cauſarum factæ.

CCLXXXIV. [q] Si is qui hauſtum habet per tempus quo ſeruitus amittitur, nõ ierit ad fontem, nec aquã hauſerit, iter quoq; amiſit.

CCLXXXV. [r] Tempus quo non eſt vſus præcedẽs fũdi dominus, cui ſeruitus debebatur, imputatur ei qui in eius locũ ſucceſſit.

CCLXXXVI. [s] Si per fundum meum viam tibi legauero, & adita mea hæreditate per conſtitutum tempus ad amittendã eam ſeruitutem, ignoraueris eam tibi legatam eſſe, amittes illam non vtendo. Quòd ſi intra id tempus, antequam ſcires tibi legatam ſeruitutem, tuom fundum vendideris, ad emptorem via pertinebit, ſi reliquo tempore ea vſus fuerit: ſcilicet quia tua eſſe cœperat, vt iam nec ius repudiandi legatum tibi poſſit contingere, cùm ad te ſundus non pertineat.

CCLXXXVII. [t] Qui ſeroitute aliqua ex parte vtitur, totam eam retinet, quæ ipſa diuidi, & altera parte retineri, altera amitti non poteſt. Vt ecce,[u] Is qui per partem itioeris it, totum ius vſurpare videtur. Si in partẽ agri aqua influxit, etiamſi ad vltima loca perueniat, omnibus tamen partibus vſurpatur.

CCLXXXVIII. [x] Vna eſt via. & ſi per plores fundos[z] vnius perſonæ non plurium imponatur. cùm vna ſeruitus ſit. Deniq; quæritur, ſi per vnum fũdum iero per alium, non per tantum tempus quanto ſeruitus amittitur, an retineam ſeruitutem? Et magis eſt, vt aut tota amittatur, aut tota retineatur. Ideò ſi nullo vſus ſum, tota amittitur, vel ſi vno, tota ſeruatur.

CCLXXXIX. [a] Qui iter & actum habet, ſi ſtatuto tempore tantùm ierit, actus non petit. Nam ire per ſe is poteſt qui actum habet, [b] Et qui anguſtiore via vſus eſt, retinet ſeruitutem.

CCXC. [c] Si is cui via vel actus debebatur, vt vehiculi certo genere vteretur, alio genere vehiculi fuerit vſus, hic plus quàm aliud egiſſe videtur: ſicuti ſi latiore itioere vſus ſit, aut ſi plura iumenta egerit quàm licuit, aot aquæ admiſcuerit aliam: ideóque in omnibus iſtis quæſtionibus ſeruitus quidem non amittitut: non autem conceditur plus quàm pactuo eſt in ſeruitute habere.

CCXCI. [d] Seruitutes quæ [e] in ſuperficie conſiſtunt, poſſeſſione retinentur. Nam ſi fortè ex ædihus meis in ædes tuas tignum immiſſum habuero, hoe vt immiſſum habeam, per cauſam tigni poſſideo habendi conſuetudine. Idem eueniet & ſi mœnianum in tuum immiſſum habuero, aut ſtillicidium in tuum proiecero: quia in tuo aliquo vtor, & quaſi facto quodam poſſideo. Quæ verò ſeruitutes vrbanæ in non faciendo conſiſtunt, cuiuſmodi eſt ſeruitus altiùs non tollendi, & non officiendi luminibus vicini, cùm non poſſideantur, nec præſcribantur ſolo tempore, ſed facto cõtrario, præſcribi earũ libertas poteſt.

CCXCII. [f] Vſu retinetur ſeruitus, cùm ipſe cui debetur, vtitur, quive in poſſeſſione eius nomine eſt, aut mercenarius, aut hoſpes, aut medicus, quive ad viſitandũ dominum venit, vel colonus aut fructuarius: fructuarius licèt ſuo nomine. Deniq; quicũq; quaſi debitor vſus fuerit via, ſiue ad fundũ noſtrũ faciat, vel ex fũdo, licèt malę fidei poſſeſſor ſit, retinetur ſeruitus.[h] Sed & per ſociũ retinetut ſeruitus.

Nam

g Petrus Coſtalius in l. ſeruitutes 20 eius tit. D. de ſeruit. præd. vrb. arg. illius l. & l. 1. & vlt. D. de itin. actuque priu. l. 1. in prin. D. de aqua quot. & æſt.
h ſupra verſ. 275.
i l. 1. ſecund. pr. interp. & Glo. in prin. & ibi Bart C. de ſer. & aqua Idem Bart in l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. D. ſi ſeru. vend.
k l. hæc autem. D. de ſer. præd. vrba.
l l. ſi quis alia. §. vl. D. quẽad. ſeru. amit.
m l. ſi partem ibid.
n d. l. ſi quis alia.
o l. ſi communem. §. 1. ibid.
p l. ſi prius D. de aqu plu. arc.
q l. Labeo. D. quemad. ſeru. amitt amiſſo enim hauſtu quo principalis cauſa eſt iuris mei, neceſſe eſt vt id quod ei accedit ius eundi adeundique deficiat: & id ius eundi non eſt propriè ſeruitus, ſed acceſſio ſeruitutis, & ius adeundi vocatur. l. 3 D de ſeru. præſt. ruſt. Franc Connanus lib. 4. Com. iur. ciu cap. 12.
r l. ſi quis alia. §. 1. D. d. t. quẽ. ſeru. amit.
ſ l. ſi partem. §. 1. ibid.
t Franc. Connanus lib. 4. Com. iur. ciu. c. 12.
u l. ſi ſtillicidij. §. 1. D. d. t. quemad. ſeru. amit.
x l. vna eſt via. ibid.
z Franc Conna. d. cap. 12. Nam ſi diuerſorum eſſent fundi, aliud eſſet l. nam ſatis. d. t.
a l. 2. ibid.
b l. ſi eo loco. §. vlt. D. ſi ſeru. vend.
c l. ſi is cui. D. quemad. ſeru. amit. d. l. ſi eo loco. §. vlt.
d d. l ſeruitutes quæ in ſuperficie. D. de ſeruit. prædio. vrba.
e Id eſt, in alienis ædibus ſeruientibus.
g l. vſu, & 4. ll. ſeqq. D. d. t. quemad. ſeru. amitt.
h l. ſeruitus, & ſeq. ibid.

i l. qui fundũ. ibid.

Nam ſatis eſt fundi nomine itum eſſe. [i]Idem eſt & ſi quis precariò, aut vi deiecto domino poſſederit. Fundus enim qualiter-qualiter ſe habens, ſi ita in ſuo habitu poſſeſſus eſt, ius eius non deperit. Nec refert iuſtè néc ne poſſidear, qui talem eum poſſidet.

k l. ſi communem ibid.

CCXCIII. [k]Si communem fundum ego & pupillus haberemus, licèt vterque non vteretur: tamen propter pupillum, & ego viam retineo.

l l. aquam ibi.

CCXCIIII. [l]Aquam, quæ oriebatur in fundo vicini, plures per eundem riuum iure ducere ſoliti ſunt, ita vt ſuo quiſque die à capite duceret, primò per eundẽ riuum, eúmque communem: deinde vt quiſque inferior erat ſuo proprio riuo: Vnus ſtatuto tempore, quo ſeruitus amittitur, non duxit, ius ducendæ aquæ amiſiſſe videtur: nec per cæteros, qui duxerunt, eius ius vſurpatum eſt. Proprium enim cuiuſque eorum ius fuit, neque per alium vſurpari potuit. Quòd ſi plurium fundo iter aquæ debitum eſſet, per vnum eorum omnibus iis, inter quos is fundus communis fuiſſet, vſurpari potuiſſet.

m l. ſi ædes. D. de ſeru. præd. vrba.

CCXCV. [m] Si ædes meæ ſeruiant ædibus Lucij Titij, & ædibus P. Mæuij, ne altiùs ædificare mihi liceat, & à Titio precariò petierim vt altiùs tollerem, atque ita per ſtatutum tempus ædificatum habuero, libertatem aduerſus Publium Mæuium vſucapiam. Non enim vna ſeruitus Titio & Mæuio debebatur: ſed duæ, argumentum rei præbet, quòd ſi alter ex his ſeruitutem mihi remiſiſſet, ab eo ſolo liberarer: alteri nihilominus ſeruitutem deberem.

n d. l. §. 1.

CCXCVI. [n] Libertas ſeruitutis vſucapitur ſi ædes poſſideantur. Quare ſi is qui altiùs ędificatum habebat, ante ſtatutum tẽpus poſſidere deſiit, interpellata vſucapio eſt. Is autem qui eaſdẽ ædes poſſidere cœperat, integro ſtatuto tempore libertatem vſucapiet. Natura enim ſeruitutum ea eſt vt poſſideri non poſſint: ſed intelligitur poſſeſſionem earum habere qui eas poſſidet.

o lege municipali Normaniæ, verſ. 608.

CCXCVII. [o]Iure Normano ius ſeruitutis luminum, ſtillicidij, & ſimilium ſeruitutum vſu aut poſſeſſione cuiuſuis temporis, vel centum quidem annorum nõ acquiritur, ſi titulo careat qui eam ſeruitutem ſibi aſſerit: ſed poſſeſſione continua libertatis à ſeruitute per quadraginta annos, liberum ſolum fit.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER SEPTIMVS.

De iure & poteſtate, fiſco, & patrimonio Francorum, Galliæve Regis.

TIT. I.

Hic titulus ſex capitibus continetur. Primum eſt de regia ſucceſsione, regnique adminiſtratione. Secundum: De iis quæ Regi ſummæ poteſtatis iure competunt. Cuius prima pars, leges in regia poteſtate eſſe. Secunda, Iuris regij eſſe, maiorum magiſtratuum & præfectorum inſtitutionem, ac dignitatum ampliorum conceſsionem. Tertia, Reſtitutiones in integrum maiorum, minorúmque, ac priuilegia regij muneris eſſe. Quarta, Iura belli ac pacis penes Regem eſſe. Tertium caput: Quæ iura Rex habeat in ſacerdotia. Cuius prima pars, Ius deligendi Epiſcopos, Abbatéſque. Secunda, Ius Curionis deligendi cùm de iure patronatus litigatur. Tertia, Ius, quod Regalium vocant, Regis quoque proprium. Quarta, De iure regio veniam poſsidendorum immobilium ſacerdotiis & Collegiis dandi. Caput quartum: Vectigalia regij iuris eſſe, aliáque generis eiuſdem. Caput quintum: De bonis quæ ob crimen fiſco committuntur. Caput ſextum. Bona exterorum in Gallia decedentium fiſco applicari. Cuius appendix, De ciuitate Gallica exteris donata.

CAPVT I.

De regia ſucceſsione, regníque adminiſtratione.

a Bald. in c. ſignificaui. de teſt. & in l. ſi dures. C. de códic. inſert. & in Auth. hoc amplius. C. de deic. & in l. hoc iure. D. de Iuſt & iur. & in Auth habita. C ne filius pro patre. item in c. Imperialem. §. præterea. tit. de proh. feud. alien per Feder. in vſib. feudo.
b Idem Bald. Conſ. 360. Renatus Chopinus lib. 2. de domanio tit. 2.

c per l. vlt. C. de Imp. & aliis ſubſtit. Contra Io. Imola ſententiam.
d Bald. in c. 1. in verb. conſobrinus. tit. de feud. March. vbi Borbonios, etiamſi centeſimo gradu eſſent Regi defuncto coniuncti, ſucceſſuros in regnum tradit.
e L. regia Caroli 9. de patrimonio regio. Aegmarus hiſtoricus. tit. de allodiis in vſib. feudo & cap. 1. tit. de matri. ad Morga. contracto. regij Cartophylacij, Dionyſiani, Victoriauíque vetuſtis monumentis. Bald. in d. cap. 1. de feudo March Iaſon in l. Certum. C. Vnde legit. Quod & obſeruatum in regno Iſraelitico. Num c. 27. Hoc iure Clotarius prælatus duabus Childeberti fratris filiabus, & Sigebertus tribus eiuſdem Clotarij ex filia neptibus. & Childebertus ex Sigeberto fratre natus excluſis regno Aureliæ Clotildem. Renat. Chopinus lib. 3. de doma. tit. 1. Io. Feraldus 20. priuileg. Regum Franciæ. Vbi tria iudicia conuentuum Gallicorum ea de re profert contra Carolum Eduardum & Henricum Angliæ Reges pro Philippo Longo.

I. [a] REGNVM Galliæ, Regis morte, [b]non hæreditatio, ſed gentilitio, ſeu regiæ agnationis, propinquitatiſve quodam iure, defuncti Regis maiori filio, vel ex eo nepoti, [c] aut ſi filios nepotéſque nõ reliquit, ei, qui ſtirpis Regi mortuo proximioris primas tenet, defertur, [d] quocunque agnationis gradu coniunctus ei fuerit: [e] ac fœminæ, ex hiſque orti lege Salica omnino regia ſucceſſione ſummouentur.

A II. [f] Sub Regis etiam infantis nomine publica omnia negotia geruntur: omnibúſque decretis, quæ ad regium munus, officiúmque pertinét, mandatis, ſcitis, edictis, conſtitutionibus, Regis nomen præponitur, ac quodcunque eorum de regij Concilij ſententia fieri ſubſcribitur: [g] poſtquam verò quatuordecimum ætatis annum Rex [h] attigit, in ſuam tutelam perueniſſe exiſtimatur.

B III. [i] Regni procuratio, interim dum Rex per ætatem, [k] vel furorem, [l] vel captiuitatem publica negotia adminiſtrare per ſe non poteſt, ab vniuerſæ Galliæ Concilio, Regis agnatis, aliiſque primariis viris, quos id Concilium delegerit, mandari ſolet: [m] & in ea re nonnunquam Regum matres principem locum authoritatémque tenent. [n] Idem obſeruatur & cùm prægnantem vxorem Rex moriens relinquit, & in incerto eſt an maſculum vel fœminam paritura ſit.

C IV. [o] Qui ad vniuerſæ Galliæ conuentus à populo legantur, decernendi quicquam ius non habent, ſi ſuæ tutelæ Rex fuerit: ſed in poſtulando rogandóque, omne eorum officium verſatur. Sanctioris verò Concilij Senatoribus rerum propoſitarum diſceptatio tantummodò permittitur: libellorum ſupplicum magiſtris Concilij datio: Solius autem Regis eſt rerum deciſio atque definitio. Summarum verò curiarum iudicia omnia, regium nomen præferunt.

D

CAP. II.

De iis quæ Regi ſummæ poteſtatis iure competunt.

V. [p] REx Galliæ Deo ſoli acceptum fert ſuum imperium: nec hominum vlli quicquam cedit, aut ad eum authoritatis defert.

E

Prima pars capitis ſecundi.

Leges in regia poteſtate eſſe.

VI. [r] LEgum condendarum ius ac poteſtas penes vnum Regem eſt: [ſ] iidémque ſuperiorum Regum leges, conſtitutionéſque, [t] ac ſuas quoque ipſius poteſt antiquare: [u] iiſque ac populi moribus iuſta ex cauſa derogare: [x] leges preterea municipales, quas ſibi cuiuſq; prouinciæ populus ipſo authore ſciſcit, reſciodere: maximè ſi de iis rebus quæ ad ius regium pertinent, quicquam conſtituunt.

F

VII. [z] Rex in ſuis contractibus ac teſtamento, legibus ciuilibus atque municipalibus poteſt derogare.

VIII. [a] Rex legibus eſt ſolutus.

IX. [b] Legibus tamen diuinis atque naturalibus, itémque patriis, in quas iuratus eſt, aſtringitur.

X. [c] Digna quoque vox eſt Maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe Principem profiteri. Adeò de authoritate iuris Regum pendet authoritas: & re vera maius imperio eſt, ſubmittere legibus Principatum.

XI. [d] Quod ſummo, meróque iure quodcunque licere Regi dicimus, ita accipere debemus, vt ciuilibus legibus iuſta de cauſa poſſit derogare, [e] non etiam ius cuiquam rectè quæſitum auferre.

XII. [f] Rex conuentionibus, quæ ei cum ſuis interceſſerint, ſtare debet. Sed ſi vis, grauiſve metus, aut error iniuſti quicquam ab eo expreſſerit, rẽ ipſe reſtituere in integrum poteſt.

XIII. [g] Rex priorum Regum æri alieno promiſsiſque, niſi cum alioqui eorum hæres extitit, non tenetur.

Secunda pars capitis ſecundi.

Iuris regij eſſe, maiorum magiſtratuum & præfectorum inſtitutionem, ac dignitatum ampliorum conceſſionem.

XIIII. [h] IVris regij quoq; eſt primariorum magiſtratuum, præfectorúmque inſtitutio.

XV. [i] Regis vnius eſt, Duces, Marchiones, Comitéſque conſtituere.

Tertia pars capitis ſecundi.

Iuris quoque regii eſſe, veniæ, abolitioniſque criminum dationem.

XVI. [k] VEniam criminum, abolitionémque dare, regium planè munus eſt: [l] nec fundi patronalis domini, quibus ob crimen prædium clientelare alioqui applicaretur, rectè venialis diplomatis comprobationi intercedunt.

XVII. [m] Is cui venia criminum data eſt,

f Conſtit. Caroli. VI. Regis recitata in curia Pariſienſi poſtridie natalis Chriſti, & edicto Caroli IX. Regis recitato in curia Rotomagenſi, die 7. Augu. & in Pariſienſi, die 28. Septemb. anno 1563.
g Conſtit. Caroli V. Regis, menſis Aug. an. 1374. recitata in Curia Pariſ. die 20. May ſequẽtis.
h l. Qui ad rẽpublicam D. de mun. & honor.
i Vt Carolo V. & VI. Regib.
k Vt eodem Carolo VI. Rege, poſtquam maior eſſet factus.
l Vt Ioanne Rege ab Anglis capto.
m Vt Ludouico IX. & Carolo IX. Regibus
n Vt Carolo Pulchro Rege mortuo cum Iana Ebroica prægnans relicta eſſet, regni adminiſtratio Philippo Valeſio commiſſa eſt, & qui, poſtquam Iana fœminam peperiſſet, Rex eſt declaratus.
o Io. Bodinus lib. 1. de Republica cap. 8.
p Henric. Bohicus in c. vlt. de regul. iuris in antiq. Guliel. Montelo in c. paſtoralis. de re iudic. in clem. in verbo homoque ligius. & ibid Io. qui que Andreas. Io. Gallus Quæſt. 301. Bald. Abbas Igneus, & alij poſt Innocentium in c. per venerabilem tit. Qui filij ſunt legit. Ceſetus de poteſt. regia Quæſt 45. Aluarotus in c. 1. tit. Quis dicatur March. Cem Iac. Sanctgeorg in tract. feudor in prin. 1. glo. Ibi quæro in primis. r l. 1. D de conſtit. Prin. Andr. Barbatias in c. nemini. de offic. delega Bald. in c. 1 de conſtit. l. 1. in fi l. 2. & 3. in princ D. de offic. Præf vig. l. vlt. C. de legib. Ferald. 12. Priuil. Reg. Franc. ſ Io. Bodinus lib. de Repub. cap. 5. arg. l. Ille à quo. §. tempeſtiuum. D. ad ſenat Trebell. l. penult D. de recept arbit. c. innotuit de elect. t arg. l. A Titio §. nulla. D. de verb. oblig. Vbi nullam obligationem conſiſtere poſſe dicitur quæ à voluntate promittentis ſtatum capiat. ca. mandaſti. 2. Quæſt. 5. Contra ſententiam Archidiaconi in c. 2. de conſtit. lib. 6. & Io. Andrea in c. 1. de rapt. & reg. cui licet. de reg. iur. lib. 6. u Bodinus d. cap. l. 3. §. Diuus Hadrianus. D. de ſepul. viol. Contra Io. Fabri ſententiam in §. ex non ſcripto. Inſtit. de Iur. natur. gent. & cont. Baldi & Barbatia in ca. Qui feud. dar. poſſ. x Bald. & Paul. Caſtr. in l. Cùm de conſuetudine. D. de legib.

z Bodinus d. c. Teſtam. Philippi Valeſij Regis anno 1347. & 1350. in Cartophylacio Franciæ in arcula inſcripta, Teſtamẽta Regum Franciæ, Nu. 289. Donatione eiuſdem Regis vxori Reginæ facta die 11 Nouemb. anno 1330. Regiſt. 66. litera. D. fo. 327.
a l. Princeps. D. de legib.
b Bodinus. d. cap. arg. autem ab Innocẽtio 4. in c. Innotuit, in verb. ordinatione. de elect. Bald. in §. ult. Qui feud. dar. Martinus Laudunus tract. de Principibus nu. 305. Bald. in l. 2. col. 7. verſ. ita nota. C. de ſeruis. & aqua. Alex. Conſ. 216. in. Sunt quædam 25. Quæſt. 1. Spec. tit. de legib. DD. in l. vlt. C. ſi contra ius. Contra id quod traditur ab Antonio Butrio, Imola, & Panor. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. & Felin. in eod. cap. col. 5. ver. limita & col. 24. Principem ſtatuere contra legẽ diuinam poſſe, ſi eò euidenti ratione inducatur quod ipſum caret ratione.
c l. Digna vox. C. de legib. l. ex imperfecto. de lega. 3. l. ex imperfecto. C. de teſta. d Bodinus li. 1. de repub. c. 8. e Glo. Bart. & Alex. in l. Venia. C. de in ius vocan. Panor. Conſ. 6. lib. 2. Boerius Deciſ. 65 f Bodinus d. cap. Admonitorio libello curiæ Pariſienſis Carolo IX. Regi oblato menſe Martij anno 1563. Quo non licere Regi pactiones cum clero factas infringere demonſtrat. l. 1. D. de pact. Innoc. in c. ad Apoſtolicam. de iureiur. g Idem Bodinus d. cap. h l. 1. D. Ad leg. Iul. de amb. Io. Bodinus li. 1. de republ. i can. in apibus 7. q. 1. c. 1. tit. de feud. March. k Bald. in l imperium. D. de iuriſd. om. Iud. iudicio curia Pariſ dies 12. Octob. 1541. l. relegati. & l. ad beſtias. D. de pæn. l. is qui reus. & ibi. Glo & Bart. D. de publ. iudic. Ang. in l ſi deceſſerit. D. qui ſatisd. cog. & l. 1. §. non ſunt. D. de dolo. l. 1. in fi. D. de qu. Bart in l. Acta. D. de re iudic. per eam. l. Io. Bodinus li. 1. de repub. c. 10. l c. cùm ſecundum leges. de hæret. in 6. DD. in l. ſeruus. C de pact. Io. Papo lib. 24 tit. 17. Arr. 1. Not. in l. præſcriptione. inſi. C. ſi contra ius vel util. publ. iudicio Pariſ anno 1391. relato ab eodem Papone d. tit. Arr. 2. & alio contra Longauillanam Hæredi dies vlt. Ianuarij 1505. & alio dies 7. Septemb. 1567. relatis à Ludouico Caronda in Pãdectis iuris Gallici c. 15. vbi d. iudicio dies 7. Sept. patronũ quẽdam reſtituere pecuniã iuſſum memorat, quàm cõprobandi diplomatis venalis à cliente impetrati cauſa accepiſſet. m Io. Papo d. t. Arr. 12. Caro. Mel in Coſ. Pari. t. De matiere feodale. §. 22. n. 37. 38 & 39. ar. l. quod ſi minor. §. Scæuola. & §. reſtitutio. D. de mino

ſi com

A ſi cõprobata ea à iudice fuerit, bonis etiam à Rege alij donatis, vel patrono commiſſis, [n] etiamſi nominatim diplomate regio excepta ſint, reſtituitur: [o] idque etiam, cùm ob capitale crimen condemnatus, gratioſè ac indulgenter omninò criminis abolitionem à Rege impetrarit, [p] præterquàm ſi ob iniuriã patrono factam, clientelaris fundus in cõmiſſum ceciderit.

XVIII. [q] Ignominioſos eximere infamia, Rex ſolus poteſt.

B XIX. [r] Regiis duntaxat iudicibus venialium codicillorum cognitio, iudiciúmque mandatur.

Quarta pars capitis ſecundi.

Reſtitutiones in integrum maiorum minorúmque, priuilegiaque, regij muneris eſſe.

C XX. [ſ] MOribus Galliæ tam minores quàm maiores à Rege in integrum reſtituuntur.

XXI. [t] Regia diplomata reſtitutionis in integrum, aliáque conſimilia ab iis Conciliis, nomine regio præpoſito, impetrata, quæ in amplioribus Galliæ ſunt vrbibus, iiſque vbi Senatorum ſummæ curiæ ſunt (quę concilia, Cãcelarias appellant) impetrata, coargui à litigatoribus inciuilitatis poſſunt, ac quaſi
D ſurrepta, vel quibus obreptum Principi eſſe dicatur, impugnari: [u] & reſcripta contra ius elicita ab omibus iudicibus refutari debent: niſi ſit aliquid quod non lædat alium, & proſit petenti, aut crimen ſupplicantibus indulgeat.

XXII. [x] Rex minoris inſtar reſtitui in integrum non debet, ſi eius priuatum commodum agatur: [z] reipublicę verò æquè ac minori reſtitutio datur.
E
XXIII. [a] Regij quoque iuris eſt, ex non legitima coniunctione ortos reſtituere natalibus, vt & hęreditates capere, & gerere magiſtratus poſſint. Quod quomodo ritè fiat, ſuprà relatum eſt.

XXIV. [cd] Ætatis veniam à Principe impetrant, iure quidem ciuili Romano adoleſcentes, qui honeſtate morum præditi paternam frugem, vel auorum patrimonia gubernare cupiunt, cùm viceſimi anni metas impleuerint: fœminę, cùm annum decimum octauum:
B Iure verò Normano quo tutelâ liberantur, ij quidem qui in regia curatione ſunt, vt primum ac viceſimum annum ætatis compleuerint: cæteri cùm viceſimum annum, biennio ante hanc ætatem hoc beneficium poſſunt impetrare.

XXV. [e] Nobilitate donare plebeiæ conditionis homines Rex vnus poteſt.

XXVI. [f] Regij muneris eſt, literarum
C Gymnaſia (quas Academias dicimus,) inſtituere: quod inferioribus Principibus non conceditur.

XXVII. [g] Ad Regem quoque vnum pertinet, collegia publicanorum, mercatorúmve, & alia cuiuſvis generis permittere: quę alioqui in illicitis rebus numerantur.

XXVIII. [h] Nundinę ſimiliter impetrari à Principe debent.

XXIX. [i] Muris circundari vrbes ab initio, & poſtquam diruti omninò fuerint, re-
D ſtaurari, ſine Principis permiſſu non poſſunt.

XXX. [k] Nemo in Gallia argentariam (quã Bancam dicimus) ſine Principis authoritate poteſt exercere.

XXXI. [l] Milites ne intra trimeſtre, quo ſub ſignis agunt, litigare cogantur, à ſolo Rege impetrant.

XXXII. [m] Cudendorum nummorum ius Regis eſt proprium.

E XXXIII. [n] In publicam tutelam aliquos generaliter aſſerere, regia res eſt: [o] nec in eius rei diplomate nominatim inimicos exprimi neceſſe eſt.

XXXIV. [p] Priuilegia à prioribus Regibus conceſſa, niſi à nouis Principibus comprobentur, rata non habentur.

n Ludo. Carõd. in Pandectis iur. Gallicie. 15. o Iudicio curiæ Pariſ. dies 3. Decẽb. 1527. relato à Caronda d ca. l. 1. 3. 5. & vlt. C. de ſentẽ. paſſ. Caſſiodo. lib. 3. epiſt arg. dd. § § Scæuola & reſtitutio. Contra Renati Chopini ſententiã lib. 1. de doman. tit. 8. Bartholi in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. D de lib. & poſth. arg. l. vlt. §. vl. C. de ſentẽ. paſſ. & reſtit. Bald. in cap. domino guerram tit. hic finit lex. Ioan. Fabri in §. cum autem. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol. Chaſſanei in cõſuet. Burgun. Qui gratioſam abolitionem ad pœnam eutandam tãtùm valere cenſent, non ad recuperanda bona commiſſa: & ex legũ præſcripto, ex æquò que & bono, vel publicæ pacis cauſa vi conceſſã veniã bonis quoque reſtituere.

p Bald. in c. 1. d. tit. Hic finit lex Conr.

q l. 1. § de qua. D. de poſtul. Bald. in l. 1. D de nat. reſtit. Bart. & alij in l. infamem D de iudic. Henricus Bohius in c. cùm te. de re iudic. arg. quod ſuperiorẽ non agnoſcat. Innoc. Io. Andreas, Panor & Felinus in d. c. cũ te. Bald. in c. miorna. s. de pace iur. firm. Io. Feraldus 14. priuil. Reg. Frãc. r *Gul. el. Bened in rep c. Raynutius in verb. & vxo. nom. Adel. fo. 89. Io. Papo d. lib. 24. tit. 17. Arr. 5.* ſ *Io Bodinus lib. 1. de republica c. 8. Bart. in Auth. ex complexu. C. de inc. nupt. Corn. conſ. 1. lib. 4. Ancaranus in c. 1 de ſponſ & cóſ. 120. Panorm. Henric. Bohicus & Innoc. in cap. per venerabilem. Qui filij ſint legit. deciſ. Rota 200. Bald in l. eam quam a od. de iure aur. ann. Ioann. Fab. tit. de nupt. Inſtit. Fulgoſ conſ 33. Cumanus conſ. 158. Alex. conſ. 67 lib. 1. Contra Hoſtienſ a ſententiam qui id iuris Pontifici Max. tribuit etiã ſupra Reges.* t *Conſtit. Caroli VII. Regis, l. reſcripta. C. de precib. Imper. l. vlt. C. ſi contra ius vel vtil. publ. & l. vlt. C. de diuerſ reſcr. l. ex facto quæritur. D. de vulg & pup ſubſtit l. ſi quis obrepſerit. D. ad leg. Corn de falſ l. Sed ſi hac lege. § patronum. D. de in ius vocan. l. 1 & l. vl. C. ſi nup. ex reſcr. pet. l. ſi quãdo C. de inoff teſta. l. Prætor ait. § merito. & §. ſi quis à Principe. D. Ne quid in loco publ.* u *l reſcripta. & l. nec damnoſa. C. de precib. imp. offer.* x *Io Bodinus lib. 1. de repub c. 8.* z *l. rempublicã. C. de iur. reip. Et malè à quibuſdã patrimoniũ Principis in hac re confunditur cum republica, vt à gl. in l. Imperatores. D. de re iudic. & in l. vn C. de ſent. aduerſ fiſc & Felin. in c fraternitatis. de teſtib. Aretino conſ. 20. Afflicto deciſ. 340. Cyno, Caſtrenſi & Alberico in l. reſpublica. D. ex quib. can. maio.* a *l. 1. D. de nat reſtit. l. quidã confidebant. D. de re iudic. § diſcretio. tit. quib mod. natur. ef ficiantur legit. Auth. conſ. Curtius conſ. 40. c. 1. §. naturales tit ſi de feud. fuer. cõtr. inter do & agn. vaſſ. Bald. in l. Imperiũ. D. de iuriſd. om iud c per venerabilem vbi D D. qui filij ſint legit. Feral. priuil. 15. De graſſ. iure 11. l. qui in prouincia. D. de ritu nupt. iudicio curiæ Toloſanæ dies 15. May 1462. Quo Ioan Nauardus Comes Palatinus Pontificius ignominia notatus eſt, quòd hoc iure in Francia vti auſus eſſet. Benedictus in ca. Raynutius ſol. 365 Boerius deciſ. 142. num. 4. Io. Papo lib. 5. tit. 5. Arr. 1. Bald. in proœm. C. & in l. 1 C. de iur. aur. annul.*

c d l. 1. 2. & 3. C. de his qui ven. æta. impet. Bald. in l. Imperium D de iuriſd. om iud.

e Iudicio curiæ Pariſ. anno 1280. aduerſus Flãdriæ Comitem relato à Renato Chopino. lib. 3. de domanio. tit. 26 Andreas Tiraquellus in tract. de nobilitate, cap. 6. Bald. in l. Imperium D. de iuriſd. om. iud. & in l. 1. C. de iur. aur. ann. arg. l. quarum. & l. interdum. & l. vlt. D de natal. reſtit. Io. Papo Notario. 3. ca. D'annobliſſement.

f Raphael conſ. 161. Barbat. in c. tranſlationem de offic. deleg. Bald in l. 2. C. de ſeru. & aqua. fa. l. 1. C. de colleg. illic. l. 1. D. quod cuiuſque vniuerſ. Ren. Chopinus d. lib. 3. de doma. tit. 27.

g Conſtit. Frãciſci I. Regis anni 1539 ver. 185. Caroli IX. Regis anni 1564. verſ. 37. Aureliana. verſ. 10. Molinenſi, verſ. 74 Chaſſan. tit. Des foreſts. *§. 1. De graſſ lib. 1. iure 11. Feraldus Priuil. 8. Ioann. Fab. in l. vlt. C. de iuriſd. om. iud. & in §. vniuerſitatis. Inſtit. de rer. diuiſ. Salyc. in l. 1. C. noua vectig. Inſtit. non poſſ Guido Papa deciſ. 106. toto tit. de colleg. & corp ill.* h *l. 1. D. de nund. Ioann. Ananias in c. vlt. de vſur.* i *Bald in §. ciuitates. de pace Conſtant. Iacob. Rebuffus in l. reſtaurationi. C. de diuerſ reſtr.* k *Guido Papa queſt. 287. Io. Papo lib. 5. tit. 1. Arr. 5. Contra gloſſ. in l. Prætor. in princ. & l. quidam. § nummularios D. de eden.* l *Iudicio curiæ Pariſ. poſtridie Martinalium facto anno 1391. relato à Ioann. Gallo queſt. 190.* m *l. vlt. C. de falſa mon. c. 1. tit. quæ ſint regal. in vſib. feudo. Guido Papa deciſ. 257. Ioann. Bodinus lib. 1. de republica. cap. 10.* n *Io. Platea in l. vlt. C. de eroga. milit ann. Iac. Rebuffus in l. de his. C. de annic. lib. 12. Ferald. & De graſſ. tit. de regal. iudicio curiæ Pariſ. dies 15. Iuly 1533. relato à Io. Papone lib. 5. tit. 9. Arr. quod ius originem ducit ex tit. Vt nemo priuatus titulos prædiis ſuis vel alienis imponat, vel vela regia ſuſpendat, & ex l. Capitalium §. ad ſtatuas. D. de pœn.* o *Bald. ad pacem Conſtantiæ c. 1. verſ. diſpenſationem ſa. l. 1. Cod. de leg. Treuga verò quæ vocantur, ſeu ſecuritatis ſacramentum, non interponuntur, niſi iureiurando præcedente ſuſpicionis iniuriæ ab inimico. Item niſi inter certas perſonas. l. illicitas. § . potentiores D. de offic. præſ. vbi Alber Roſates. Fa. annotata in l. iubemus. C de prępo. ſacr. cubic. vbi laſiæ implorandi præſidij facultatem denegari non conuenit.* p *Sueton. in Tyberio. Bodinus lib. 1. de republ. cap. 5.*

Quarta pars capitis ſecundi.

Iura belli ac pacis penes Regem eſſe.

XXXV. [q] IVs belli gerendi, delectúmque militum habendi, ad Regem tãtùm pertinet: armorúmque vſus eo inſcio eſt interdictus. [r] Eius quoque eſt, fœdus cum hoſte, induciáſve paciſci. Quod tamen & Regis legato nonnunquam permittitur.

XXXVI. [ſ] Prædiorum gentilitiorum, nobiliúmve, quæ feuda dicimus, poſſeſſores, ſi fines Galliæ hoſtis inuadat, in militiam nomen dare, ſi ſunt idonei, tenentur: alioqui vicarium ſufficere, vel certè pecuniam in eam rem pro qualitate prædiorum conferre (quod banoum, heribannúmque appellamus) [t] tempúſque huic militiæ trimeſtre definitum eſt, præter id quod in aditum reditúmque conſumitur. Ac id quidem oneris horum prædiorum poſſeſſores ſubeunt tutandorum modò finium Gallicorum cauſâ: non etiam extra Galliã traducendi ſunt, niſi fortè hoſtis perſequendi cauſâ, qui Galliam inuaſiſſet.

XXXVII. [u] Sacerdotes qui prædia nobilia ſine Regis permiſſu poſſident, huius præſtationis non ſunt immunes: [x] ſed cùm ipſi in militiam legi non debeant, idoneos in ſuum locum ſubſtituere coguntur.

XXXVIII. [z] Qui redditus, ſolariáve gentilitij cuiuſquam prædij poſſident, pro eorum modo cõferre pecuniam prædiorũ gentilitiorũ poſſeſſoribus huius militię cauſa tenẽtur.

XXXIX. [a] Clarigationum, ſiue oppignerationum in exteros facultas (quam Repręſalias vocant) concedi à Rege ſolùm poteſt: [b] ſcilicet vt cùm ab exteris impetrare ius ſuũ, ne Principibus quidem eorum, [c] tametſi ſuperiorem dominum agnoſcentibus, aditis, compellatiſq; Gallos aliquis non poteſt inuadere exterorum quorumcunque eiuſdem nationis, cuius ij fuerint qui iniuriam fecêre, [d] etiam Epiſcoporum aliorúmque ſacris initiatorum bona vſque ad permiſſam quantitatem liceat. [e] Sed quibus huius rei poteſtas à Rege data eſt, vincire cũſtodiis exteros, carcereque conſtringere minimè licet.

CAP. III.

Quæ iura Rex habeat in ſacerdotia.

Prima pars dicti cap.

Deligendi Epiſcopos, Abbatéſque.

XL. [f] IVs Regis eſt, cùm in demortui Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbatis, Abbatiſſæque locum ſuffici aliquis, aliquáve debet, vel etiam cùm ea ſacerdotia poſſeſſores eiurarunt, deſignare eos, eáſve quibus ea ſacerdotia Pontifex Max. tribuat: [g] hócque ius Regum omninò propriom exiſtimatur.

XLI. [h] Intra verò ſex menſes à cuiuſcunque Archiepiſcopi, Epiſcopíve morte, vel ex quo Antiſtes aliam ob cauſam non extabit, idonei alicuius qui in illuſtri Academia, Prolytæ, licentiatúſve qui dicitur, aut Doctoratus Theologiæ, iuriſve ciuilis, aut Canonici inſignia acceperit, & viceſimum ſextum ætatis annum attigerit, Rex edere nomen Pontifici Max. debet, quem Archiepiſcopum, Epiſcopúmve Pontifex ipſe renunciet: & ſi Pontifici non probetur quem Rex elegerit, alius item ab eo eandem ad rem deligendus. Attamen ætatis veniã, & Academicorum ſupraſcriptorum dignitatis graduum; gentilibus regiis, & aliis ſuperilluſtri genere ortis dari à Pontifice poteſt: & monachis item eiuſmodi inſtituto religionis ſacrorúmque alligatis, vt Doctores, licentiatíve creari non poſſint, ſi præter cæteros habere Theologiæ ſcientiam comperiantur.

XLII. [i] In Abbatibus legendis creandiſq;, itémque Prioribus Conuentualibus qui dicuntur, eadem ratio obſeruatur: ſed trium & viginti annorum ætas tantùm in iis exigitur: & monachatus eiuſdẽ inſtituti ſolẽnis profeſſio.

XLIII. [k] Sed iuris huius immunitas à Rege, Pontificéque Max. tributa Cœnobiis Benedictini inſtituti, Illidiano in Claromonte, Vincentiano in Cœnomanis, Sulpitiano, Caſæve Benedictinæ in Biturigibus, & Martiniano Sagiẽſi: in quibus Cœnobiarchæ in ſingula triẽnia monachorum ſuffragiis Abbates præficiuntur.

XLIV. [l] Diſciplinę, inſtitutionúmq; monaſticarum conſeruandarũ cauſa, in Bleſenſibus Galliæ conuentibus Rex noſter conſtituit, vt in Cœnobiis. Inſtituti monaſtici cuiuſquam principibus, authoribúſve (quę Capita ſeu matrices ordinis appellant) veluti Cluniacenſi, Ciſtertienſi, Præmonſteriano, Grandimontano, Valliſcholaſticho, Antoniano Viennenſi, Trinitario Mathurianorũ, Vallicaulico, atque aliis item Cœnobiis, quibus Antiſtitum declarandorum facultas adempta non eſt, more antiquo, atque è Pontificiorum decretorũ præſcriptis & legibus monachi ex ſuo numero Cœnobiarchas creẽt: quod ius & in Cœnobiis D. Edmei, Pontignienſi, Claraualleníi, & Mormontano Ciſtertiani ordinis, quaſi ſtolonibus obſeruari præcipitur.

XLV. [m] Si quis Epiſcopatum eiuret, annulum excipere, ſi Rex author non ſit, rectè non poteſt.

Secunda pars capitis tertij.

Ius Curionis deligendi Regis eſt, cùm de iure patronatus litigatur.

XLVI. [n] IVre Normano, ſi ius Curionis, vel alterius ſacrifici deligendi, (quod patronatus appellãt) inter aliquos prę-

diorum

q l. prima C. vt arm. vſ. inſc. Princ. interd. ſit noua Conſt. de arm. Auferius in ſtylo Parl. par. 3. tit. de guerris & tit. quor. cogn. perti. ad Reg. Matth. Afflict. in Conſt. Neap. li. 1 cap. 17.

r Bart. Bald. Ang. & Iaſ. in l. conuentionũ D. de pact. Canoniſtæ in c. 1. de treug. & pace. & in c. cum olim. de re ſtit. ſpol.

ſ Noua Conſt. Porphyrogenetæ cui epanactio. Lucas Penna. in l. quicunque 2. C. de om. agr. deſ. Edicto Ludouici Galliæ & Nauarræ Regis ſcripto Piſiaci menſe Martio 1329. quam Cartam Normanam vocant.

t Conſt. Henrici II. Regis annis 1551. & 1553. relatis à Io. Terreno in leges antiquas municipales Normaniæ, lib. 4. cap. 11.

u d. Conſt. anno 1553.

x c. clericis nemõ ter 23. qu. vlt. c. 1 dist. 35. Diſt. c. porro 16 q. 3.

z Conſt. regia anni 1553. relata à Io. Terreno d. cap. 11.

a Io. Gallus q. 334. & 359. Conſt. Neap. de cultu pacis ca. dominus noſter 33. q. 2. Cõtra ius ciuile Romanum. in Auth. vt non fiant pign. pro aliis & ibi. Bart. & l. vn. C. vt nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur li. 11.

b Io. Papo lib. 5. tit. 3. Arr. 1. arg. l. cum vera §. ſoluentium D. de fideiuſſ. liber. l. 1 §. hæc verba. D. ne vis fiat ei qui.

c Iudicim Senatus Gratianop. ann. 1446. & 1448. Secundũ Rupechemardum contra quoſdam Sabaudos, & contra Capdoratum aduerſus Burgundum ducem relatis à Papone d. tit. 3. Arr. 1.

d Iudicio Curiæ Pariſ. poſtrid. Diuali ũ, anno 1441. relato à Papone d. Arr. 1.

e Renatus Chopinus lib. 3. de domat. tit. 25. iudicio Curiæ Pariſ. anni 1294. ſecundùm Epiſcopũ Trautenſem, & decreto Lomarij ſecundũ Epiſcopum Moriẽſem 1590. relato à Papone d. 1. 3. Arr. 3. Io. Gallus dd. qq. 334 & 359.

f Conuentione inter Franciſcũ I. Regem Galliæ & Leonem Pontif. Max. quã (concordata vocãt) iudicio Conſilij Regij Prætoriani dies 26. Aug. 1545. Quod Ius & Clodouei Regis temporibus attributũ regibus Concilio Aureliano authore, cũ is Rex Viſigothos deleuiſſet, vt refert Vincẽtius hiſtoricus, & Carolo Magno Rege, Adrianóque Pontifice in Synodo Romana, denĩ ab eodem Carolo Arriano.

g Diploma ſiſductæ Andiũ, quam Panagium vocant, inſſu Octob. anno 1160. relato à Renato Chopino lib. 2. de doman. tit. 9 tametſi conceſſum ad ius fuerit à Carolo IX. Rege fratribus Henrico Andium, & Franciſco Alenconiorum ducibus.

h d. Conc.

i Ibid.

k Priuilegiis comprobatis à Curia Pariſ. die May 19. 1517. & Edicto regio recitato in eadẽ curia die pen. Iunij 1552. Iudicio Prætoriani Senatus dies 3. Oct. 1571.

m Iudicio curiæ Pariſ. dies 24. Aug. 1570. relato à Ludouico Caronda libro 1. Pandectarum Iuris Gallici.

n l. municip. Normanæ, verſ. 73.

diorum gentilitiorum poſſeſſores controuertatur, ac litigatorum alreruter moriatur, iure ſingulari deligere Rex poteſt cui ſacerdotiũ mandetur: [o] nec lis finita intelligitur antequam diffinitiua ſententia pronuntiata ſit, ac temerariæ litis mulcta perſoluta.

Tertia pars capitis tertij.

Ius quod regalium vocant, Regis quoque proprium.

XLVII. [p] HOc Regis ius eſt [q] proprium, in nonnullis Galliæ Epiſcopatibus, vt quandiu Antiſtite carebunt, donécque nouus Epiſcopus ſeſe ſacramento Regi deuinxerit, [r] & ea de re codicilli regij à ratiociniorum præfectis comprobati ſiut, editióque eorum facta regio œconomo, ſequeſtróve, fructus Epiſcopales Rex ſuos faciat: ideóque præterea hoc ius habet in certis Epiſcopatibus, vr ſacerdotia curationi populi ſalutis, animarúmve non obnoxia (in quo genere ſunt Canonicatus, Præbendæ quæ dicuntur, & Capellaniæ, quæ iure Pontificio à vertice tantummodò detonſis haberi poſſunt) mandare Rex poſſit quibuſcunque idoneis hominibus, ſi quidem, vel iure, vel re, factóve, vel alterutro vacua à ſacrificio fuerint. Quæ iura, regalia appellantur.

XLVIII. [ſ] Regalium iure, quòd ad cuſtodiam quidem & fructus Epiſcopatuum attinet, Rex vtitur in Senonenſi Archiepiſcopatu, & Epiſcopatibus ei attributis omnibus, præter Antiſſiodorenſem: in Biturigenſis prouinciæ Epiſcopatibus præter Lemouicnm, Caturcenſem, Ruthenenſem, Albenſem, Mimatenſem: inomni prouincia Turonenſi præter Maclonienſem & Turonenſem. In Archiepiſcopatu Burdegalenſi, & Pictauienſi Epiſcopatu, non etiam in cæteris Epiſcopatibus illius prouinciæ: in tota Normania, Britanniáque Armorica.

XLIX. [t] Regalium iure, etiam quoad ſacerdotia danda attinet, teneri dicuntur Epiſcopatus Morinenſis, Sagienſis, Biturigenſis, Aurelianus, Cabilonenſis, Albienſis, Claromontanus, Lemouicus, Niuernus, Cœnomanus, Burdegalenſis, Abricenſis, Renenſis, Senonenſis, Laudunenſis, & Nouiodunus.

L. [u] Regalium iure, Curionatus, ſacerdotiáque, quorum poſſeſſoribus populi cura commiſſa eſt, à Rege non mandantur: [x] ſed ea Canonicorum ſuffragiis, ſi id iuris vnà cum Epiſcopo habuerint, mandantur, vel futuro Antiſtiti reſeruantur.

LI. [z] Regalium ius etiam in ſacerdotiis, quorum poſſeſſores in Pontificia aula deceſſerint, locum habet: [a] nec aſcripta ſibi no-

o d. lege munic. verſ. 72. Prolus quaſt. 30.
p Ruſeus libro regalium priuil. 10. Egid. Magiſter tract. de regalib c. 4. Io. Feraldus de priu. Reg. Frāc. 8. Priu.
q Diplom. fiducia Andegauenſis, menſ. Octob. ann. 1360. c. dilectus de præb. c. cum inter. de conſecr. glo. in can. Imperium 10. diſtin. Contra Io. Andreæ ſententiam in c. 2. de præb. lib. 6. qui hoc ius ſpiritale dicit, nec laicis conuenire. can. ſi quis deinceps. 17. quaſt. 7. ca. vlt. de iure patron. Nec poſſideri à laico poſſe, ca. cauſam quæ de praſc. nec praſcribi, c. ſi de poſſeſſione, de reg. iur. in 6.
r Egid. Mag. d. tract. cap. 5.
ſ Idē Eg. Mag. d. tra. cap. 4. Io. Papo. 3. notario. ca. inſcripto de regale, tradit prouinciã Rhemēſem ſubiectã huic iuri totam, Cameracēſi Epiſcopatu excepto.
t Rena. Chopinus libr. 2. de doma. ta. 9.
u arg. quòd cura populi & ſacramentorum adminiſtratio ab Epiſcopo cōferri debeat. Panor. in c. authoritat. circa med. de In ſtit. per c. vn. de præb. libr. 6. Io. Andreas in c. monachis. de præb.
x c. 1. ne ſede vacan. quicquā innou. lib. 6.
z Ioan. Gallus quaſt. 150. Egi. Magiſt. tit. de regali. c. 11. arg. quod hoc ius regiæ coronæ cohæreat, à quo diſiungi non poſſit, non minùs quàm honos patrono debitus. Bald. in l. liberti. D de oper. libert. per l. opera in rerum. eod. tit. Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. libertus. D. de condict. indeb. a Sanctogem. in c. 1. de præb. in 6.

A minatim eorum mandandorum à Pontifice Max. poteſtas (quam Reſeruationes vocant) id ius intercipit: nec Academiarum nominationis, in quæ dicuntur iura.

LII. [b] Cùm regalium ius conſiſtere, vímque ſuam obtinere dixerimus, cùm vel iure, vel re, factóve, vel alterutro tantummodò ſacerdotia vacua à poſſeſſore fuerint, ſciendum eſt, re, factóve vacua dici, ſi ab

B eo cui iure mandata illa fuerint, non poſſeſſa ſint: veluti ſi cui Epiſcopus Canonicatum cum Præbenda, quæ dicitur, tribuiſſet, è viuis exceſſerit, antequam in Canonicorum collegium eſſet * cooptatus: nec collegij repulſa vim regalium, effectúmque impedit, * vt nec cùm per procuratorem quis eſt nactus ſacerdotij poſſeſſionem.

LIII. [c] Iure vacuum à ſacrifico ſacerdotium dicitur, eiuſdem morte, eiuratione &

C incapacitate, ſiue ea ex plurium ſacerdotiorum, quæ vnus ſimul obtinere nequeat, poſſeſſione proficiſcatur: ſiue ex eo, quòd intra ſtatuta tempora initiatus ſacris non ſit, cui ſacerdotium datum fuit, ſiue propterea quòd matrimonio ſeſe alligauerit, vel monachatui ſeſe ſolenniter deuouerit, conſimiliáque.

LIV. [d] Regalium verò ius non ſoluitur, niſi & iure & re ipſa poſſeſſum ſit ab eo ſacerdotium cui eo iure mandatum fuerit, verámque atque integram, eandémque paci-

D ficam poſſeſſionem adeptus ſit, vel res iudicio ſit finita: alioqui ad trigeſimum vſque annum ius iſtud manet: [f] nec tranſactionem cum eo factam, cui ſacerdotium ab Epiſcopo, aut Pontifice Max. datum fuerit, regalia ſoluere exiſtimant. Quod contrà eſt ſi duo qui à Rege ius habeant, de lite deciderint. [g] Nihil verò prohibet quominus is qui regio iure nititur, eidem Pontificium adiungat.

E LV. [h] Sacerdotia iuri regalium ſubiecta, tametſi à Rege ei qui capere non potuit mandata ſint, tamen iure, quod deuolutũ appellatur, ab Epiſcopo, aut Pontifice Max. tribui aliis non poſſunt.

LVI. [i] Si eiuratione ſacerdotiorum facta à permutantibus, alteruter poſſeſſionem ſacerdotij, quod ex permutatione accipere debuit, nactus non ſit, ambo ſacerdotia in rega-

F lium cauſam cadunt.

LVII. [k] Cui à Rege iure regalium ſacerdotium tributum eſt, ſi à canonicorum collegio repulſam ferat, diploma à Rege impetrare poteſt, vt poſſeſſionibus eorum manu iniecta, cooptare eum in ſuum Collegium compellantur.

LVIII. [l] Si regalium iuri locus fuerit, ſcilicet ſacerdotium aliquod huic iuri obnoxium, vacuum à poſſeſſore fuerit morte Epi-

G

b Philippi Regis conſtit. anno 1334 relata à Ioann. Gallo, quaſt 108. & ab Egidio Magiſtro. tract. de regal. cap. 9 Idem Gallus quaſt. 168.
* Iudicio curia Pariſ. diei 27. Nouemb. 1389. inter Mattheũ Anquetilum & Robertum Fretam. Tametſi in pari cauſa eadem curia amplius deliberandum cenſuerit die 27. Nouembr. 1517. vt refert idem Magiſter d. cap. Ioann. Papo lib. 2. tit. 3 Arr. 5.
* arg. d. conſtitutionis Philippica, & cap. cum matrin. de præb. vbi gloſſ. & quòd ea poſſeſſio cùm vera non ſit, vſucapiendi cauſam præſtat ſols ſcienti l. 1. C. de acq. poſſ. & quid an ulso decreti de pacificis poſſeſſoribus vti non poſſunt qui per procuratorem ſacerdotium poſſederũt arg. l. 1. D. pro ſol. l. poſſeſſor quoque §. vlt. D. de acq. poſſ. l. 1. C. eo. & quòd regalia fictionē non admittant. Io. Papo d. Arr. 15.
c Magiſter d. cap.
d Conſtit. Ludouici XII. anni 1499. relata à Io. Papone li. 2. tit. 3 Arr. 1. iudicio curia Pariſ. diei 18. Iamuarij 1487. & diei 23. Decēb. 1481. relatu ab Egidio Magiſtro d. tract. ca. 2. & à Io. Papone lib. 2. t. 3. Arr. 18.
e Iudicio diei 18. Ianuar. anni 1487. relato à Papone d. Arr. 18.
f Fa. c. ex frequentibus. de Inſtit.
g Iudicio Pariſ. Curia diei 12. Febr. anni 1377. & diei 15. poſt Martinalia anno 1338. c. poſt electionem. de conceſſ. præb. gl. in c. nullus pluribus. de reg. iur. in 6.
h Egid. Magiſt. tract. de regal. cap. 9.
i Iudicio Pariſ. Curia diei 6. Iuly anni 1389. relato ab Eg. Magiſtro d. tract. c. 10. arg. quod re ipſa factóve ſacerdotia ſint à paſtore vacua.
k Io. Papo d. lib. 2. t. 3. Arr. 15.
l Eg. Magiſter d. tract. c. 5. vbi ea de re Ludouici XII. Regis Conſtitutionē refert, anni 1499. verſ. 11.

ſcopi, nec Rex ſuo iure vſus ſit, antequam Epiſcopatum nouus Antiſtes inierit, tamen vſque ad triginta annos ius ſuum exequi Rex poterit.

LIX. m Si in Cardinalium collegium Epiſcopus cooptetur, Regalium ius Regi quæritur: tametſi Pontifex Max. earum legum, quæ dignitates huiuſmodi ab eodem vnà obtineri vetant, veniā eodē tempore dederit.

LX. o Si Epiſcopus contra iuriſiurandi fidem ad hoſtes transfugerit, Regalium ius Regi acquiritur.

LXI. p Si tempus fidei ab Epiſcopo Regi præſtandæ prolatum ab eo fuerit, Regalium tamen ius non ſoluitur: ſed fructuum percipiendorum tantummodò facultas datur. Idem obſeruatur ſi Epiſcopus per procuratorem fidei ſacramentum interpoſuerit.

LXII. q Qui annuum ſibi excepit cum Epiſcopatum eiuraret, è fructibus Regalium illud pręcipit: ac generaliter Princeps Regalium iure fructus Epiſcopales capiens, debitis Epiſcopalibus obſtringitur.

LXIII. r De Regalibus iuriſdictio curiæ eſt Pariſienſis.

LXIIII. t Vindiciæ ſecundùm eum cui ſacerdotium Rex tribuit, dici debent: nec ad ſequeſtros itur.

LXV. u Epiſcopi earum dignitatum officiorúmque publicorum nomine, cùm maximi in republica momenti ſint, x tùm etiam prædiorum gentilitiorum quæ ſunt in regia clientela, in regiam fidem dedere ſe debent: eandémque ſacramento Regi aſtringere: z præterea eorum prædiorum cauſa, quorum iure optimo, maximóque, poſſidendorum ius (quod morticinij dicitur) à Rege impetrarunt.

LXVI. a Rex ex quo regno inauguratus eſt, ius habet militem bellis debilitatum ſingulis Cœnobiis alendum ſemel committere: b præterquam in Primatibus monaſticis, qui Collatiui dicuntur, aliiſque ſacerdotiis, quæ ab aliis quàm Regibus ſuas poſſeſſiones nacta ſunt. c Item in Cæleſtinorum, d Cartuſianorúmque ſodalitiis.

LXVII. e Epiſcopi ac Abbates tuendi regni cauſâ, & regiorum exercituum ſuſtentandorum, è ſuarum poſſeſſionum fructibus pro modo earum, pecuniam conferre tenentur.

Quarta pars capitis tertij.

De iure regio, veniam poſſidendorum immobilium ſacerdotiis & collegiis dandi.

LXVIII. f Meminiſſe oportet regij iuris, ac prædiorum gentilitiorum conſeruandorum cauſâ receptum eſſe Gallorum moribus, & inſtituto maiorum, vt immobilia à ſacerdotiis aut collegiis (quas manus emortuas appellant) & g quæ ſemper eadem, & in eodem ſtatu manent, quibúſque ſuas poſſeſſiones alienare non licet, poſſideri non poſſint, niſi Regis indulgentia permiſſum id eis fuerit: ac cæteris præterea patronis ius eſſe indemnitatem ab iiſdem ſacerdotiis collegiiſque exigere: aut poſſeſſorem ſubdititium fiduciariúmve, cuius morte, veluti alterius cuiuſlibet de populo clientuli, annua iuſta patrono, aliáve debita præſtentur: atque id quidem, tametſi à Rege harum poſſeſſionum habendarum eiſdem ſacerdotiis, collegiiſve poteſtas facta ſit. h Alioqui Regi fas eſſe manus in huiuſmodi poſſeſſiones inicere: tametſi alium patronum atque Regem habeant, vt eas alienare cogat ſacerdotes, collegiáve idoneis hominibus: cæteris verò patronis manus iniectionem permitti i indemnitatis ſuæ tantùm cauſa, non etiam vt alienatio fiat, ſi tempus iudex ſacerdotiis collegiiſque præſcripſerit, intra quod eæ res alienarentur, idque tempus effluxerit. k Idem autem ius in Orphanotrophiis & in ſacerdotiis obſeruatur.

LXIX. l Ius iſtud immobilium poſſidendorum ſacerdotiis cæteriſque collegiis tribuere, Regis eſt proprium: m niſi quòd Epiſcopi Franciæ patricij id ius vendicant, quod ad ea prædia attinet, quæ in fide & patrocinio ſunt eorū qui ſunt ipſis patriciis clietes.

LXX. n Poſt trigeſimum poſſeſſionis ſuę annum, ſacerdotia, collegiáque alienare prędia à Rege non cōpelluntur: o ſed pecuniam certam poſſeſſionis eius cauſâ (quæ morticinij vocatur vel indemnitatis) exſoluere, p nec aduerſus hanc rem vlla temporis præſcriptio recte opponitur.

LXXI. q Sacerdotiis, collegiiſque cæteris prædiorum poſſidendorum, ius certum & extra omnem controuerſiam comparabitur, ſi regios codicillos ea forma conſcriptos, ſigillóque eodem illis appoſito, atque Edictis, ſanctionibúſque in perpetuum tempus manſuris, à Rege impetrent, quibus ſacerdotiorum r poſſeſſiones non generaliter, ſed nomi-

m arg. quòd Cardinalatus & Epiſcop. duæ ſunt dignitates c. his quæ pro Eccleſia. de maior. & obed. c. querelam. de elect. arg. c. ex geſtis. de cler. non reſid. Panor. in c. bonæ de poſtul. præla. & c. Eccleſia veſtra 2. de elect. & in c. exſtirpandæ. de præb. arg. c. execrabilis. ibidem in antiq. extrau. vt debitus honor. de off. ordin. & arg. quòd vtraque dignitas aſſiduitatem præſentiámque perſonæ requirit, quæ in duobus locis eſſe non poteſt de Cardinal. tit. c. fundamenta. §. decet. de elect. c. ex geſtis de cler. non reſid. de Epiſcopatu. in Auth. de Epiſc. & cler. & c. Qualiter Epiſcopus de clre. non reſid.

n arg. quòd ſi in motu tempus non inuenitur diſtinctum, intellectus tamen diſcretum reperitur l. Arethuſa, vbi Bald. D. de ſtatu hom ſa. l. quidam. §. in bello. D. de reb. dub. Et quòd promotio ad Cardinalatum & legum veniæ fiant diuerſis clauſulis, cùm ea quæ eodem momento fiunt, eadem verborum clauſula concipiantur. Bart. in l. ſinodus. §. ſi dm. inſt. & quod ordo menſuræ attendi debeat c. penult. de elect. in 6. l. Quoties. D. de vſufr. l. Generaliter. §. ſi quidem. D. de fideic. liber. Bald. in l. 2. §. prius D. de vulg. Notatur in l. Cum dilecta. de reſcr. iudicio Curiæ Pariſ. dies 21. Nouemb. ann. 1360. & dies 20. Martij anno 1384, relatis ab Egid. Magiſtro d. tract. de regal. cap. 7. & alio iudicio eiuſdem curiæ, dies 2. Iulij 1384. relato à Io. Papone lib. 2. tit. 3. Arr. 19.

o Egid. Magiſtro d tract cap 4. p Carol. Molin. in Conſ. Pariſ. §. 1. tit. de feud. Renatus Chopinus lib 3. de doman. tit. 9 iudicio curiæ Pariſ. 1430. relato ab Egid. Magiſt. d. tract. cap. 6. & lib inſcripto, Ordinationes regiæ fo. 21. q Iudicio Curiæ Pariſ. dies 19. Febr. anni 1573. relato à Chopino lib. 2. de doma. tit. 9. r Iudicio Curiæ Pariſ. anno 1280 de Aurelianis Regalibus, & alio dies 13. Iulij anno 1567. relatis à Renato Chopino d. 2. 9. c. præſenti. de off. ordin. c. is quis & c. quia ſæpe de elect. Conſtit. Ludou 11. Regis dies 19 Iunij 1464. relata à Io. Papone lib. 2. tit. 3. Arr. 14. comprobata à Curia Pariſ. die 13. eiuſdem menſis vt ab Egid. Magiſtro refertur d. tract. de Regalib. cap. 12. t Iudicio Curiæ Pariſ. dies 23. Martij anno 1349. relato à Io. Papone. d. l. Arr. 4. u Eg. Magiſtro tit. de rega. cap. 6. arg. quòd Rex eſt Eccleſiarum cuſtos c. generali. de elect. in 6. x Freald. Prou. 10. De graſſ lib. 2. iure 12. & 12. z Eg. Magiſt. tit. de rega. cap. 1. a Renat. Chopinus lib. 3. de doma. tit. 28 b Conſtit. regia menſ. Oct. anni 1569. c Iudicio curiæ Pariſ. menſ Iulij anni 1563. d Iudicio Curiæ Pariſ dies 19. Ianua. 1553. e Iudicio curiæ regiæ contra Epiſcopum Lemouicū, anni 1280. relato à Io. Papone li. 5. ti. 1. Arr. 9.

f Egid. Magiſt. lib. Deciſ. cap. 1. Io. Papo. 1. Notario lib. 7. D'admortiſſement. Io. Faber in l. Quoties C. de rei ven. l. Sacra. §. ſi in dum. D. de rei. deuiſ. Ibi cum Princeps dominium, vel poteſtatem deauādi dedit. l. vlt. iuncta glo. & ibid. Bart. D. Vt in poſſ lega. c. 1. de feud. ſin. Vbi Bald. Iaſon in l. de quibus. D. de leg. Bald. in c. 1. de feud. alien. Glo. in can. ſi quis baſilicam de conſec Diſt. 1. c. 2. inter d'electos. de fide In ſtr. vbi Glo. in verb. conſenſus Guil. Benedict. in c. Raynutius de teſta pat. g l. proponebatur. D. de iud. c. e. ſi gratioſe. de reſcr. h Egid. Mag. & Papo locis ſuprà ſc. i Iudicio Curiæ Pariſ. dies 23. Maij 1539. relato à Io. Papone lib. 1. tit. 14. Arreſto 4. l. municip. Normaniæ verſ. 140. Egid. Magiſt. ia. Des admortiſſements, cap. 5. Argentræus, in leges municipales Britanniæ armoricæ verſ. 55. Contra Caroli Molinæi ſententiam. Quemcumque patronū cōpelli ad alienationē poſſe autumat. k Papo 3. Notar. lib. 7. cap. D'admortiſſement. l Egid. Magiſt. Deciſ. c. 1. & iudicio curiæ Franciæ anni 1277. & 1270. relatis ab eod. Mag. Ibid. & Io. Papone lib. 1. t. 14. Arr. 1. m Idē Papo d. t. Arr. 3. n Papo d. 3. notar. li. 7. ca. d'admortiſſement & d. lib. 1. Arr. 6. 14. Arr. 5. arg. §. ſi quis per 30. annos t. ſi de feud fuer cont. 7. inter dom. & agn vaſſ. o Iudicio Concilij Francici ad Martinalia anno 1282. relato ab Egid. Mag. d. lib. Deciſ. cap. 4. p l. Comperit C. de præſc. 30. vel 40. an. c. cum non liceat. vbi Glo. magna. de præſcr. q Egidi. Mag. d. tra. d'admor. c. 4. r Iaſ. in l. cum Aquiliana C. de tranſ. l. 3. §. contrarium. D. de contr. iud. tut. & arg. quòd in generali remiſſione non veniat dolus. l. ſi ſeruus vetitus. D. de lega. 1. l. Aurelio. §. Cum. D. de liber. lega. Papo d lib. 7. d. cap. d'admortiſſement. arg. d. §.

natim, & finibus ſingularum aſcriptis, & cliétela earundem comprehendantur: iidémque codicilli ab ærarij, ratiociniotúmque regiorum pręfectis in acta relata ſint: ac ſtatuta ab iiſdem præfectis pecunia fiſco exſoluta ſit.

f Conſtit. Caroli Reg. 1402. relata à Io. Papone d. 3. nota. d. lib. 7. hoc cap. & lib. 2. Arr. tit. 14. Arr. 6.

LXXI. [f] Tertia pars prædiorum æſtimationis huius iuris obtinendi cauſâ ſtatuta eſt: tametſi minore pretio ſæpe decidatur.

t Papo d. cap.

LXXII. [t] Si non ritè, atque ea forma, quæ ſuprà relata eſt, impetratum hoc ius à Rege fuerit, viceſimo quoque anno tantam pecuniam in fiſcum inferri iubetur, quanta ex fructibus prædiorum vno anno redigi poteſt: idémque faciunt noui quique Reges.

u Papo. ibid.

LXXIII. [u] Si Rex ipſe prædia ſacerdotiis, collegiiſve largiatur, immunitatem quoque donaſſe illis hotum onerum videtur.

x. Ibid.

LXXIV. [x] Ab iis ſacerdotiis quæ decimas Regi pendunt, nihil in fiſcum huius iuris cauſâ cogitur.

z. Papo d. cap. arg. l. itē apud Labeonē, §. ait Præ. D. de iniu.

LXXV. [z] Si regio beneficio ſacerdotiis, collegiiſve immobilium poſſeſſio permiſſa eſt, non videtur fidei clientelaris præſtandæ neceſſitas remiſſa: [a] vt nec ſi patrono alij de eius indemnitate cautum fuerit.

a Iudic. curiæ Par. dies 13. Martij 1536. contra Alb. Victori. relata à Magiſtro d. tra. d'am. c. 8. & Papone lib. 12. 14. Arr. 6.
b Papo d. lib. 1. Arr. cap. 14. Arr. 4.
c Papo d. cap. lib. 7. 3. Nota. Contra id quod Renatus Choppinus tradit lib. 1. de domanio tit. 14. qui iudicia ſenatus laudat dies 15. Mart. 1536. & dies 24. May 1539.

LXXVI. [b] Indemnitas, de qua ſacerdotiorum poſſeſſores collegiáque cauere Regi, aut patronis, in quorũ fide ſunt, tenẽtur, hoc cõtinet; vt cùm ſacerdos nouus exrat, quintana, ſubquintanáve, laudimiæ, ſeu inueſtituræ honoraria, pro cuiuſque regionis more, iuſtáque eiuſmodi clientenaria exſoluantur: vel id, de quo earum rerum nomine conuenerit. [c] Quod cùm ſit, nihil neceſſe eſt fiduciarium ſubdi poſſeſſorem, cuius morte iuſta patrono debita cedere intelligantur, vel ob crimen prædia clientelaria patrono committantur.

d lege municipali Norma. verſ. 141.

LXXVII. [d] Iure ciuili Normano, ſi quæ Eccleſia prædium vllum clientelare quadraginta annos ſine vlla interpellatione poſſederit, cogi non poteſt fiduciarium clientem patrono præbere, qui clientelaris muneribus Eccleſiæ nomine fungatur: ſed eleemoſynarium planè prædium eiuſmodi cenſebitur. Attamen poſſeſſiones ſuas ſcripto comprehendere, atque eas hoc iure obtinere, profiteri apud patronum Sacerdotes tenebuntur.

e d. lege mun. verſ. 142.

LXXVIII. [e] Eodem Normano iure, is qui prædium cuiuſvis generis Eccleſiæ donauit, nihil iuris in eo niſi quod excepit, retinet: præterquàm ſi ius deligendi Curionis (quod ius patronatus vocant) ſine exceptione dono dederit, iuramẽtè honoraria patronis debita, ipſi aut hęredibus, vel prædij eius cui ius iſtud patronatus adiunctum fuerit; quibuſcunque poſſeſſoribus non auferentur.

f Iudicio curiæ Par. anni 392. relato à Io. Papone lib. 13. t. 2. Arr. 6.

LXXIX. [f] Si ſacerdotiorum poſſeſſores, prædia quæpiam quæ in aliurum prædiorum gentilitiorum ab aliis ſacerdotiis poſſeſſorum clientela ſint, emant; neque indemnitas, neque ſubdititius poſſeſſor præſtantur patrono.

g arg. legis munic. Norman. verſ. 140. Carol. Molin. in addit. ad Ioan Gallum quæſt 91. Contra Io. Paponis ſententiam 3. notar. li. 7. d. t. D'admortiſſemẽt laudantis curiæ Parif. iudicium dies 27. Martij, anni 1558. pro Orphanotrophio Trinitario Pariſ. arg. l. pen. §. vlt. D. de lega. 3. & l. ſi tibi homo quę 86. D. de lega. 1. & Egidij Magiſtri d. tr. d'adm. c. 7. ac. quòd legatũ relictum in pias cauſas nõ debet caducum fieri, ſed integrum debetur c. nos quidẽ & ibi gloſſ. magna de teſta. annotatorum à Bartolo in l. pater. § Tuſculanus. D. de lega. 3. Baldo in l. poſt mortem. C. de fidei. arg. Itẽ quòd teſtamenta largiſſimam interpretationem recipiunt l. in teſtamẽtis. D. de reg. iur. c. cum dilect. de donat. l. 3. D. de vuu, trit. & oleo legad. Titius textores. D. de lega. 2. Itẽ quòd ſi legetur à teſtatore ſciente res aliena, tenetur eam heres redimere, & ſi obligata eſt, luere. Item quòd de legatis piis non deducatur quicquam nomine Falcidiæ legis, not. in l. 1. Cod. de ſacroſanct. Eccl.

LXXX. [g] Non exiſtimo, ſi prædium Eccleſiæ, vel ſacris, piiſve aliis locis, veluti orphanotrophiis, ptochotrophiis legetur, teſtatoris hæredes ius poſſidendi eius à Rege ſua pecunia, ſuiſque ſumptibus impetrare teneri.

CAP. IV.

Vectigalia regij iuris eſſe, aliaque generis eiuſdem.

LXXXI. [h] VEctigalis indicendi, exigendique tributa, capitationes, collationes, portoria, ſi neceſſitas id exigat, poteſtatem Rex vnus habet: iíque quibus id permiſit, [i] vel qui ab eo tempore illa percipiunt, cuius initij memoria non extat.

LXXXII. [k] Vectigalia ſine Regis præcepto, neque Præſidi, neque curatori, neque Curiæ conſtituere, neque præcedentia reformare, & his vel addere, vel diminuere licet.

LXXXIII. [l] Publica autem vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit: quale eſt vectigal portus, vel vænalium rerum, item ſalinarum, & metallorum, & piſcariarum.

LXXXIV. [m] A plebeiæ conditionis hominibus, certam pecuniam exigere poſſidendorum prædiorum gentilitiorum patronalíumve cauſâ fiſcus ſolet: [n] nempe à vicennio in vicennium fructuum vnius anni è prædio gentilitio æſtimationem.

LXXXV. [o] Lege regia de maris præfectura cauetur, tertiam partem rerum omnium quæ ex pelago extrahuntur, Regi applicari: alteram maris præfecto: tertiam nauarchis repertoribus. Sed ſi dominus mercium intra annum res ſuas perſequatur, eas recuperat, ſumptus tamèn ex hac cauſa factos reſtituit. [p] At in Normania peculiare ius eſt, vt ſuo loco memorabitur.

h Conſtit. regia conuentuum Gallicorum Aurelianorum, verſ. 30. Moliněſi menſis February 1566. verſ. 30. Renat. Choppinus lib. 1. de dom. tit. 10. Henr. Bohicus in c. cùm te de re iudic. l. 1. C. noua vectig. inſtit. Princ. Inſt. non poſſe, vbi Salyc. & Io. Fab. c. 1. li. quæ ſunt regal. in vſib. feudo l. Domini præd. C. de agric & cenſ. lib. 11. Bald. in l. cùm multa. C. de bon. quæ libr. Alex. conſ. 145. verſ. addatur. Anton. in tract. de muner. par. 2. prin. §. reſtat & l. vectigalia. D. de publica. l. 2. C. de ſuperin. lib. 10. Petr. Iac. tit. de mun. quod impo. perſ. pro re. Io. Faber in l. non quidã. C. d. tit. non vectig. Steph. Anfr. in rep. cl. 1 de off. ord. c. ſuper quibuſdam. §. præterea de verb. ſig. Oldra conſ. 124. iudicio curiæ Pariſ. menſ. Iuny 1534. relato a Papone lib. 5. t. 11. Arr. 1. i Conſtit. regis anni 1338. & anni 1408. Io. Gallus quæſt. 168. 214. & 384. c. 1. tit. quæ ſunt rega. in vſib. feudo & ibi Bald. cap. ſuper quibuſdam de verb ſign. k l. vectigalia D. de publ. & vect. com. l l. inter publica. 17. D. de verb. ſign. Bart. Iaſ. & alij in l. quominus D. de flum. Guido Papa quæſt. 177. m Conſtit. Diui Ludou. Regis de Franc. feudis. & nou. acqueſt. lib. relata à Renato Choppino libro 1 de domain tit. 14. n Ioann. Papo libr. 7. tertij not. tit. D'admort. o Conſtit. anni 1517. & anni 2543. verſ. 11. relatæ à Choppino lib. de doman. tit. 16. p Petrus Guenoſius in collatione conſtitutionum regiarum refert deſi. in conſt. anni 1543. fuiſſe promulgatam cum hac moderatione, vt ſi domini intra bimeſtre res ſuas perſequerentur, nihil neque Regi, neque præfecto maris applicaretur. Sed Choppinus ita tradit, vt in textu refertur.

q *Conſt. Ludo. IX. Regis, & Pragmatica ſanctione Huius Regis (quã Cartam Normanã vocant) anno 1314. & Conſtit. regia Molinẽſ. Caroli IX. Regis, menſ. Febr. 1566. verſ. 10. relatis à Renato Chopino lib. de doman. tit. 15.*
r *Decreto præfectorum ærario an. 1454. relato à Terreno in veteres leg. Normã. lib. 14. c. 11.*
ſ *Conſtit. Franciſci I. Reg. anni 1539. relata à R. Chopino lib. 1. de doman. tit. 8. lege munic. Norma. verſ. 144. Auth. Bona C. de bon. proſcr. vbi Cyn. Bald. Io. Faber & Salyc. l. 1. C. de bon. dam.*
t *Ioan. Bodinus lib. 1. de republ. ca 5. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maie. l. 1. D. eo. tit. DD. in l. cogitationis. D. de pœn. & in l. ſi quis non dicam rapere. C. de ſacroſ. Eccl. Io. Gallus quæſt. 85.*
u *l. vlt. D. ad leg. Iul. maieſt. § pœnalei. Inſt. de act. l. 1. § Interdum D. de ſuis & legit.*
x *Ioan. Gallus quæſt. 351.*
z *lege munic. Norman. verſ. 149. Iure ciuili Romano bona omnia ob hoc facinus ad fiſcum cognitur niſi tædio vitæ, aut pudore æris alieni vel valetudinis alicuius impatientia id factum ſit, l. in fraudẽ. §. eius. D. de iur. fiſ. quæ exceptio inſtitutis Chriſtianis repugnat.*

LXXXVI. q Iure Normano fiſcus è nemorum cunctorum, quæ in patrimonio ſunt, priuatorum venditione, tertiam pretij fert partem, ſi decem francicos venditio exceſſerit: r præterea decimam cuſtodiæ ſaltuatiorum regiorum cauſâ depopulationis pericula prohibentium.

CAP. V.

De bonis quæ ob crimen fiſco committuntur.

LXXXVII. ſ LEge maieſtatis ex primo capite damnatorum prædia, non ea tantùm quæ in regia clientela ſunt, ſed alia quæcunque, Regi committuntur.

LXXXVIII. t Primo capite eius legis tenentur, qui in necem Principis coniurarũt, eiúſve rei conſilium inierunt, aut operam præſtiterunt.

LXXXIX. u Maieſtatis rei, niſi à fiſco purgetur, hæreditas fiſco vendicatur.

XC. x Bona etiam eorum qui numiſmata adulterauêre, publicantur.

XCI. z Iure Normano mobilia eius qui ſibi necem conſciuit, fiſco, non gentilitiis patronis, niſi quibus longiſſimi temporis poſſeſſio ius illud attribuat, vindicantur. Quod ſi qui furore, aut phreneſi capti, manus ſibi intulerint, legitimis hæredibus eorum bona nõ auferuntur.

XCII. a Eodem iure Normano, fructus prædiorum quæ à capite damnatis regiorum magiſtratuum iudicio poſſidebantur, quicunque primo à condemnatione anno redigi poſſunt, fiſco acquiruntur: nec ad eum æris alieni onus ſpectat, niſi quòd redituum tam patronalium quàm aliorum prædialium penſionibus obligatur. Mobilia verò, ſi quę æri alieno ſuperſunt, ad fiſcum quoque coguntur.

XCIII. b Bona fiſco citra pœnam exilij perpetuam, adiudicari ſententiâ non oportet.

XCIV. c Bona eorum qui in cuſtodia, vel in vinculis, vel compedibus deceſſerunt, hęredibus eorum non auferuntur, ſiue teſtatò, ſiue inteſtatò deceſſerunt. d Et in reatu conſtitutus bona ſua adminiſtrare poteſt, eique debitor rectè bona fide ſoluit.

XCV. e Fiſcus in bonis quę pœnę cauſâ ei applicantur, ius pignoris ante ſentẽtiam non habet.

XCVI. f Iure ciuili Romano hæredibus indignis hæreditas aufertur, & fiſco applica-

a *d. lege munic. Norma verſ. 145.* b *l. Bona fiſco. D. de iur. fiſ.* c *l. Bona eorum ibid.* d *l. aufertur. § in reatu. ibid.* e *Bald. in l. vlt. Cod. de fiscal. & lit. exp. & in l. 1. Cod. de iur. fiſc. lib. 10. Auth. Bona damnatorum. Cod. de bon. damn. Alex. in l. reſcriptum. D. de pact. & in l. poſt contractum. ad ſi. D. de donat.* f *l. 1. D. de hæred. Inſtit. tit. de his quib. vt indig. D. & C. l. Lucius D. de iur. glo. in §. legari. Inſtit. de lega. l. commiſſio. §. vlt. D. de bon. dam. l. cum falsò. & l. cum falſi D. de falſ. l. Papinianus. § meminiſſe. D. de inoff. teſt. l. ſi ſequẽs gradus. in prin. & §. 1. D. ad SC. Sill. Bald. in l. 1. C. de hæred. Inſt. Guido Papa quæſt. 259.*

g *Bart. Iaſ. & Imol. in l. 1. D. de vulg. & pupil. l. ſi pater D. de hære. Inſtit. & l. ſequẽs quæſtio in prin. D. ad Sillan. & l. in ſeruitutem § ei qui. D. de bon. dam. Nam aut hæreditas adita, & manifeſtè excluſa ſubſtitutum, l. poſt aditam C. de impub. & alias ſubſt. Aut non adita, & hoc in ſraude fiſco videtur feciſſe. glo. in l. recuſare. § in fiſco. D. ad SC Trebell. Gul. Cunius in l. pu... cibus. C. de im... pub. & aliis ſubſt. Bald. in... rum quã C. ... fidei. Imola in ... Keyneriis in ... teſta. & ibid. Gul. Bened. in 2. part in verb. ſi abſque liberis mo iatur. Ang. in l. vlt. C. de Inſt. & ſubſt.*
h *l. 3. C. ad leg. Falc. l. 3. § cum ex cauſa. & l. dicatur. D. de iur. fiſc. Nota in l. eam quam C. de fideic. & l. recuſare. § ſi fiſco D. ad SC Trebell. Bart. in l. ſi ſequens. D. ad Silla. & in l. eius qui delatorem. § vlt. D. de iur. fiſ. & l. 1. D. de vulg. Contra Angel. ſententiam in d. l. 1. ea ratione quòd fiſcus hæreditatem non adipiſcatur tanquam hæres indigno. ſed quaſi ſucceſſor vniuerſalis bonorum vacantia. d. §. ſi fiſco.*

A tur, ſiue adita ea fuerit, ſiue non. g Ac fiſcus ſubſtituto etiam præfertur: h à quo tamen legata preſtantur.

XCVII. i Indigni hæreditate cenſentur ij, quos necem teſtatoris inultam reliquiſſe conſtiterit, k ſi maiores fuerint; l ac ſimiliter ei vt indigno dos aufertur, qui mortem vxoris non defendit. m Aufertur etiam hæreditas ab eo, quaſi indigno, qui viui ignorantis bona, vel partem alicuius cognati donauerit. n Hæredibus quoque inſtitutis teſtamento, iiſque quibus legatum eſt, hæreditas, legatáque auferuntur, ſi inter eos, ac teſtatorem inimicitiæ interuenerint. o Similiter ab eis, qui ſcripti hæredes (cùm teſtator mutata voluntate aliud teſtamentum facere vellet) impedierunt. p Sed & ei qui teſtamentum inofficioſum improbè dixit, & non obtinuit: q itémque ei qui falſi accuſauit teſtamentum, vel codicillos, r ſi quidem ad finem vſque, quod inſimulabant, perduxerunt, aufertur quod eo teſtamento eis relictum eſt: ſ t u æquè ac his qui teſtimonio ſuo intentionem accuſatoris adiuuerunt, vel accuſatori adfuerunt, vel fideiuſſores extiterunt.

XCVIII. Eis quoque qui capere teſtamento non poſſunt, veluti peregrinis, quod relictum eſt, aufertur.

XCIX. x Iis quoque qui in fraudem iuris fidem accommodant, relicta auferuntur. Quod quidem facere intelligitur, qui vel id quod relinquitur, vel aliud tacitè promittit reſtituturum ſe perſonę, quę legibus ex teſtamento capere prohibetur, ſiue chirographum eo nomine dederit, ſiue nuda pollicitatione repromiſerit.

C. z Si gener ſocerum hęredem reliquerit, taciti fideicommiſſi ſuſpicionem, ſola ratio paternæ affectionis non admittit.

CI. a Non intelligitur fraudem legi feciſſe, qui rogatus eſt palàm reſtituere.

CII. b Si viuo teſtatore deceſſerit is cui illicitè legatum relictum erat, non fiſco hoc vindicatur, ſed apud eum, à quo relictum eſt, remanet. c Sed & exitus, non conſilium ſpectatur: veluti ſi tunc, cùm tacitè fideicommittebatur, non capiebat is cui reſtitui iubebatur, mortis verò tempore capere poterat.

CIII. Et hæc quidem quæ diximus, iure ciuili Romano ita ſunt conſtituta, augendi magis, vt videtur, fiſci cauſâ quàm bono

fiſco. i *l. 1. l. ſi ideo. l. Alia. C. de his quib. vt indig. l. Marcellus §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. ſi ſequens. D. ad SC Silla.* k *l. minoribus C. d. tit. de his quib. vt ind.* l *Ei qui. D. eo. t. l. cum mortem. D. de iur. fiſ.* m *l. 2. §. vlt. D. d. t. de his quib. vt ind.* n *l. ſi inimicitiæ ibid.* o *l. ſi ſcriptus ibid.* p *l. Papinianus § meminiſſe. D. de inoff. teſta.* q *l. poſt legatum. §. 1. & §. qui teſtamentum. D. d. t. de his quib. vt ind. l. eius qui delatorem §. vlt. D. de iur. fiſc.* r *d. § meminiſſe & l. alia. D. d. t. de iur. fiſc.* ſ t u *d. l. poſt legatum § his qui.* x *l. in fraudem. D. d. t. de his quib. vt ind. l. in tacitis 103. & l. Lucius. 133. D. de lega. 1. l. ſi tacitum. D. ad leg. Falc. d. l. in fraudem. §. 1. l. rectè l. hæres. l. cum quidam. l. eum qui. l. ſi quilibet. D. d. t. de his quib. vt ind. l. 3. § tacita. D. de iur. fiſc.* z *l. vlt. D. d. t. de his quib. vt ind.* a *l. 3. D. de iur. fiſc. Bald. in l. 3. C. de fidei. Bart. in l. hæreditas. C. de his quæ pro non ſcript. hab. gl. in l. Lucius §. ſi quis palam. D. de lega. 2. Fa. l. in Metallum. D. de inoff. teſt. l. ſi in Metallum. D. de his quæ pro non ſcrip. hab. Bart. in l. 1. & 2. C. de hæred. Inſt.* b *l. vlt. in ſi. D. d. t. de his quib. vt ind.* c *l. 3. §. quando autem D. de iur. fiſ.*

G

publico. [d]Sed noſtris moribus quæ indignis auſeruntur; non fiſco vindicantur, ſed legitimis hæredibus conſeruantur.

CIV. [e] Exportandi frumenti è Gallia ius, niſi à Rege concedi non poteſt.

CV. [f]Cotem ferro ſubigendo neceſſariam hoſtibus quoque vænundari, vt ferrum, & frumentum, & ſales, non ſine periculo capitis licet.

CVI. [g]Ius concedendæ nauigationis maritimæ in Britânia Armorica ad Regem tantùm pertinet: [h]& eorum, qui ſine eius permiſſu breuiculóque nauigarint, naues & armamenta fiſco committuntur, & naufragio facto, merces ipſæ quæ immiſſæ in naues fuerant, committuntur Regi; quę, ſi Regis authoritas interuenerit, eis alioqui conſeruantur.

CVII. [i]Dominus nauis, ſi illicitè aliquid in naue vel ipſe vel vectores impoſuerint, nauis quoque fiſco vindicatur. Quod ſi abſente domino id à magiſtro, vel gubernatore, aut proreta, nautáve aliquo id factum ſit: ipſi quidem capite puniũtur, commiſſis mercibus, nauis autem domino reſtituitur.

CVIII. [k] Illicitarum mercium perſecutio, hæredem quoque afficit.

CIX. [l]In fraudem fiſci non ſolùm per donationem, ſed quocunque modo res alienatæ reuocantur. Idémque iuris eſt, [m] & ſi non quæratur: æquè enim in omnibus fraus punitur.

CX. [n] Non poſſunt vlla bona ad fiſcum pertinere, niſi quæ creditoribus ſuperfutúra ſunt. Id enim bonorum cuiuſque eſſe intelligitur, quod æri alieno ſupereſt.

CXI. [o] Si quæ mulcta fiſco adiudicata ſit, eam ne iudex quidem, qui eam dixerit, in aliam rem poteſt conuertere.

CAP. VI.

Bona exterorum in Gallia decedentium fiſco applicari.

CXII. [p]BOna exterorum tam mobilia quàm immobilia, etiamſi in prædio gentilitio, non regio, mobilia reperiantur, prędiáque eaterorum alium ac Regem patronum habeant [q] (niſi ius ciuitatis Gallicę iidem à Rege impetrarint, [r] aut filios hæredes regni incolas, & è Gallia oriundos habeant) poſt eorum mortem fiſco vindicantur, ſic tamen vt æri alieno fraus non fiat.

CXIII. [ſ]Cæteri cognati, pręter liberos, tametſi Gallię incolę & ex ea oriundi, exteris non ſuccedunt.

CXIIII. [t]Ne ſacerdotia quidem poſſidere exteri ſine permiſſu Regis poſſunt.

CXV. [u]Qui deficiunt, capite minuuntur. Deficere autem dicuntur, qui ab his, quorum ſub imperio ſunt, deſciſcunt, & in hoſtium numerum ſe conferunt: ſed & hi qui ſunt hoſtes iudicati. [x z] Sed & qui captus cum poterat redire, non redit, pro peregrino habetur.

CXVI. [a] Si Gallus quiſpiam ſolum verterit, & in extera regione ſedem rerum ſuarum ac fortunarum collocarit, hæreditates capere non poteſt: [b] ſed quæ ei hæreditas in Gallia commoranti delata fuiſſet, ad legitimos hæredes Gallię incolas deuoluetur.

CXVII. [c] Tametſi negotiorum cauſâ exteras in Galliam commeet, [d] ac tabellarium quidẽ agat, bona eius in Gallia reperta quaſi peregrini fiſco vindicantur.

CXVIII. [e] Peregrinorum numero cenſentur liberi è Gallis, Francigeniſve nati in exteris nationibus, ad quas parentes habitandi cauſâ ſeſe contulerunt.

CXIX. [f] Obſidum bona, ſicut captiuorum omnimodò in fiſcum ſunt cogenda: [g] nec teſtari iidem poſſunt, niſi eis permittatur.

d Io. Gallus q. 146. Auferius qu. 13. Iudicio curia Burdegalenſis diei 2. Decẽb. 1518. & diei 28. May 1529. Io. Papo li. 21. t. 4. l. vlt. §. vl. D de port. quæ liber. d. ma. cõe. l. ſi ab hoſtibus. §. vlt. vbi Bart. D. ſol. matr. Iudicio ſolemni curia Pariſ. diei 11. May 1554. contra Guiſiũ Cardinalẽ, & alio diei 6. Septemb. 1566. contra Niuernoſ. Ducem, relatis à Io. Baquetio, tract. de iurib. doma. 3. part. cap. 25. Iſtẽ Iudicio Pariſ. curia 8. Id. Ap. 1554 ſecundùm Tarquiſios Piclones, relato à Renato Choppino lib. 3. de doma. cap. 29. Philibertus Bugnonius lib. 2. legum abrogatarum. t. 27.
e Conſt. Caroli IX. Reg. anni 1567.
f l. Cotem. D. de public. & vectig.
g Glo. Pauor. Hoſt. & Butrig. in c. ſuper quibuſdam. §. præterea D. de verb. ſig. Afflictio, tract. de muner. §. eo modo. nu. 42.
h Argẽtræus in leges mu. nic. Britan. Arm.

q l. ſi accepto vſu toga Romana. D. de iur. fiſ.
r Idem Baquetius d. lib. cap. 31. & 12. arg. quòd liberi è Gallis oriundi, & incolæ, peregrini non ſint, & ad debitam & propriam ſucceſſionem vocentur l. vn. §. ex his enim. C. de impo. lucra deſcript. lib. 1. & l. 1. §. largius D. de ſucceſ. ed. & l. cum ratio D. de bon. damn. arg. item quòd iure ciuili Romano, patroni non ſuccedunt libertis qui liberos reliquerunt. Inſtit. de ſucceſ. libert. in prin. & §. ſed noſtra Conſtitutio. & Ezech. Vbi aduenæ qui acceſſerant ad Iſraelitas, & genuerãt filios, iubentur eſſe inter Iſraelitas ſicut indigenæ. Iudicio curia Pariſ. diei 25. Febr. 1515. relato ab eodem Baquetio. aliis item iudiciis curia

i d. l. Cotem. § dominus. D. de publ. k d. l. Cotem. § illicitarum. l l. in fraudem. D. de iur. fiſ. m l. ſi non acquiratur. ſcilicet ſi reus in fraudem fiſci ſibi non acquirat. Aliter exponit Altia. lib. 3. Parer. cap. 19. n l. non poſſunt. eo. t. l. ſi marito. & ibi DD. D. ſol. matr. eo. t. C. in pœn. fiſca. cred. præfer. l. 1. & ibi Bald. C. de fidei. Glo in l. non intelligitur §. cùm ex cauſa. D. de iur. fiſ. Ludo. Rom. Conſ. 15. o Iudicio curia Pariſ. menſ. Decemb. 1504. relato à Io. Papone, li. 5. t. 10. Ar. 8. p lege munic. Norm. verſ. 148. l. 1. C. de hæred. inſtit. in verb. peregrini hæreditatem capere non poſſunt. l. diuus. D. de iur. fiſ. l. vn. C. non licere Metrocomiæ loca ſua ad extraneum transferre. lib. 11. Gul. Ben. in verb. & vxor nom. Adelaſ. nu. 1042. Boerius in Conſ. Bitur. §. vlt. tit. de teſta. & Deciſ. 13. & ſeq. Chaſſan. tit. Des confiſcations §. 1. Glo. Prag. Sanct. §. & quoties. de colla. in verb. liberius. Franc. Connanus lib. 9. com. iur. ciuil. cap. 9. qui teſta. fac. poſſ. l. Sed & ſi conditionis, §. ſolemnis D. de hered. Inſt. arg. quòd peregrini ſunt incapaces eorum quæ ſunt iuris ciuilis, quo iure peregrinis hæreditas non defertur. d. l. vbi Glo. in verb. non poſſunt. l. Sed ſi hac. D. de in ius vocan. verſ. Sed ſi per pœnã. §. inteſtatorum. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer. & quòd hæreditas dicitur legitima, quòd à lege deferatur. l. 3. §. de illo. D. pro ſoc. l. lege obuenire. D. de verb. ſign. arg. Item Conſtitutionis Henrici II. Regis diei 11. Aug. qua aurũ & argentum exportari è Francia ad exteros vetatur. Io. Baquetus lib. de iure doma. cap. 30.

Pariſ. diei 27. Aug. 1520. & diei 4. Septemb. 1534. & diei 11. Martij 1536. relatis à Papone lib. 5. tit. 2. Arr. 2. Contra Gulielmi Benedicti ſententiam in cap. Raynutius de teſta. in verb. & vxor. nom. & Renati Choppini lib. 1. de doman. tit. 12. in prin. qui ne liberos quidem alienigenis ſuccedere tradunt, quod & Longobardorum iuri conuenit §. vxore & §. vlt. de aduen. ſ Idem Baquetius dd. ca. Iudicio curia Pariſ. diei 23. Febr. 1515. relato à Papone d. lib. 5. tit. 2. Arr. 3. t Glo. Pragm. ſanctionis, facit l. pen. C. de commer. & merca. Io. Feraldus de priuil. regni Fran. priuil. 9. u l. Amiſſione. §. 1. D. de cap. minu. x z l. Non omnes. § qui captus. D. de re milit. l. ſi captiuus. in prin. D. de capt. & poſtl. reuer. a l. poſtliminij. § captiuus. D. & l. de capt. l. defunctorum. C. de re mil. lib. 12. Glo. in l. in adoptionem C. de adopt. in verb. non mutatur. Bald. in Auth. Sed omninò. C. Ne vxor pro mar. d. l. Poſtliminij. § transfuga arg. quòd transfuga iura ciuitatis amittunt: inter quæ præcipuum ius legitimarum hæreditatum numeratur. l. amiſſione. § qui deportantur D. de cap. min. l. lege obuenire. D. de verb. ſign. l. 3. § de illo, D. pro ſoc. arg. item quòd per incolatum ſeu habitationem decennij, nouum domicilium contrahatur, & prius amittatur. l. 2. C. de incol. & vbi quis domic. lib. 10. l. Prouinciales D. de verb. & rer. ſign. & arg. quòd tempore delata legitimæ hæreditatis incapax erat. l. ſi alienam. §. 1. D. de hær. Inſt. §. ius & §. in extraneis. Inſt. eo. arg. etiam l. vn. C. non licere Metroc. Io. Baquetius c. 38. l. ciues. C. de incol. lib. 10. & quòd differentia ſit inter peregrinum & peregrinantem. d. l. in ſi. §. vlt. Inſt. de hær. Inſt. b arg. quòd hæreditas vel legatum quod cognato incapaci denegatur, caducum non ſit, ſed ſubſtituto, vel ei qui in remotiore gradu eſt, defertur, & deficiente primo gradu ſequens ſuccedat. l. vn. §. in primo. & §. in ſecundo. C. de cad. toll. & l. 3. D. de his quæ pro non ſcript. Baquetius d. c. 38. c Chaſſan. in Conſ. Burg. tit. Des confiſcations. §. 1.
d Iudicio curia Pariſ. diei 17. Martij 1551. relato à Io. Baquetio d. lib. cap. 7.
e Iudicio curiæ Pariſ. diei 29. Martij 1576. relato à Baquetio d. cap. 38. & in Gallia originis propria, non paterna habetur ratio: cùm paterna non ſit vera origo, ſed quæ genus potius & gentem reſpiciat quàm ſapiat veram originem. l. Origine propria. C. de muni. & orig. lib. 10. l. Aſſumptio in prin. D. ad mun. l. ciues origo facit. C. de incol. lib. 10. f l. diuus Commodus. D. de iur. fiſ. g l. Obſides. D. de teſta. l. facere. D. de teſta. mil.

CXX. [h] Exteri capere teſtamento legatum aut hæreditatem non poſſunt.

CXXI. [i] Exteri, ſiue peregrini, de bonis quæ in Francia habent teſtari vltra quinque æreos aſſiculos non poſſunt, [k] ne in piæ quidem rei cauſam: [l] Similiter nec mortis cauſâ donare: [m] de bonis verò alia in natione quàm Gallia ſitis, teſtari, aut mortis cauſâ donare non prohibentur.

CXXII. [n] Si exterus ægrotans donauerit, tametſi mortis mentionem non fecerit, magis tamen eſt vt mortis cauſâ donaſſe videatur: [o] Vt & ſimiliter ſi fraudis alia argumenta extabunt: Veluti ſi donator res donatas poſſidere non deſierit: aut reuocandi donationem facultatem exceperit.

CXXIII. [p] Peregrinus donare non cauſâ mortis, vendere, emere, permutare, cæteróſque contractus inire non prohibetur.

CXXIV. [q] Exterus in pactionibus quæ matrimonij cauſâ facit vxori Gallæ, quoad leges municipales aliis permittunt donare de ſuo vt poſt ipſius mortem eo côiunx fruatur, ſibíque habeat, vtiliter poteſt.

CXXV. [r] Qui in Gallia mortem obierunt, nati in ea exiſtimantur, niſi contrà probetur.

CXXVI. [ſ] Eorum qui legatione ad Regem exterorum nomine funguntur, bona in fiſcum redigenda non videntur, ſi in Gallia mortem obeant.

CXXVII. [t] Bona mobilia exterorum mercatorũ in nundinas Lugdunenſes, [u] Campanáſque, [x] & in alias quoq; quæ ſunt in Gallia, commeantium, ſi in iis, vel itinere mortem obeant, in fiſcum non coguntur. [z] Idem priuilegium Anglis mercatoribus in Aquitania negotiantibus conceſſum eſt.

CXXVIII. [a] Flandri, Artiſiani, Annones, Tornacenſes, qui in Gallorum fide ante Madritianum fœdus erant, Galliarum incolæ, ab iiſve orti, in Gallia commorantes, pro peregrinis haberi non debent. [b] Idem dicendum de Sabaudis ante Sabaudiam Ducibus ſuis à Gallis reſtitutam.

CXXIX. [c] Flandri, Artiſianíque, [d] tametſi aliter Madritiano fœdere ſanciatur, magis tamen eſt vt pro peregrinis habeantur ob bella ſæpe inter Reges Galliæ, Hiſpaniæque ex eo tempore renouata. [e] A Rege tamen impetrare ſolent vt pro Gallis habeantur, vt & Mediolanenſes.

CXXX. [f] Cum bello Reges Galliæ cum Hiſpanis Regibus qui ſibi Flandriam, Artiſiámque vendicant, decernunt, manus regia in Flandrorum Artiſianorúmque prędia iniici ſolet: ac pace facta prædiis quidem Flandri, Artiſianique reſtituuntur: ſed fructus eorum penes fiſcum remanent: [g] necnon redituum hypothecariorum ius omne in iis prouinciis conſtitutorum, vbi mobilium numero habentur.

CXXXI. [h] Burgundiæ Comitatus incolæ, in Burgundiæ Ducatu pro peregrinis non habentur.

CXXXII. [i] Ex Heluetiis, [k] Scotíſque, in regiam cuſtodiam aſciti, eorúmque viduę iure Gallicæ ciuitatis vtuntur.

De ciuitate Gallica exteris donata.

CXXXIII. [l] EXteros ſeu peregrinos ciuitate Gallica donare, ad Regem ſolum pertinet: [m] nec ius iſtud alienari, [n] aut vllo temporis ſpatio vſucapi poteſt: [o] ſed nec municipalibus vllis legibus cuiquã cuiuſcunque generis prædij gentilitij poſſeſſori attribui. [p] Ac ſi vlla prædia ſacri patrimonij alienentur, ius iſtud omninò exceptum intelligitur.

CXXXIV. [q] In ciuitatem Gallicã allecti

h l.1.C de hered.inſt. Fran. Connanus lib. 9. Com iuris ciuil. cap. Qui teſtam. fac. poſ. l 1. D. ad leg. Falcid. arg. iudicij curiæ Pariſ. dies 22. Dec. 1550. quo regium diploma à quibuſdã Luſitanis impetratum, vt pro Francigenis haberentur, ſub hac conditione comprobatum eſt, ſi Francigenis legaſſent & alio conſimili iudicio dies 21. Maij 1566. quibuſdam Sabaudis dato, relato à Baquetio cap 26.

i Bened in c. Raynutius. in verb. & vxo. nom. Ad. ſiuer. in Conſ. Bitur tit. de teſta. Franciſ. Conna. lib 9. cap. qui teſta. fac. poſſ. Simile iure Romano. l.1.C de her. inſt. l.Obſides. vbi Glo. D. de teſtam l diuus Commodus. D. de iur fiſ Boerum Decis.13. arg. quod teſtamenti factio eſt iuris ciuilis, ac tantum ciuibus permiſſa. l.Teſtamenti factio. D. de teſta. §. non tamen per omnia. In lit. Quib. mo. teſta. infir. Peregrini verò ſunt incapaces eorum quæ ſunt iuris ciuilis, d.l 1. & l.1.§. ſi quibus. D. de lega.3. Alciatus lib.1. Parerg cap.13. in fi. Io Baquetus cap. 17. Contra Auth. Omnes peregrini. C. Com. de ſucceſſ. & l.nulli. verſ. quod ſi teſtator in verb. barbara ſit nationis. C. de Epiſ. & cler. k Iudicio curiæ Pariſ. dies 17. Martij 1551 relato ab eodem Baquetio cap 18. l arg. quod quemadmodum libertus bene merentibus amicis legare non poteſt: ita nec mortis cauſa donare. l.1. & l ſi libertus. D ſi quid in fraud patr. l.1.§ vnde quæritur. D de tut. & rat. diſtrd. l.Patronus. vbi Glo. D de prob. & arg. quod donationes cauſa mortis legatis æquiparantur. §. 1. Inſtit. de dona. l. Marcellus. § vlt D. de dona cauſ. mor. Io. Baquetus cap.19. m Franc. Connan. d. cap. Qui teſta fa poſſ. Not. in l.non eſt ambiguum D. de bono. poſſ. n Io. Baquetus d. lib. Des droicts du domaine, cap.19. l.filia mea emancipata & ægra. D. ſolu. matri. l. filiusfa D. de dona. DD in §.1. Inſt de leg. fuſ. Can. toll. Iudicio curiæ Pariſ dies 5. Iunij anno 1568. relato à Baquetio d cap. Nicol. Valla de rebus dubijs. tract 1.l in fraudem. D. de iur fiſ l ſi libertus D de iur patr. Contra l.Seia. §. vlt. D de dona. cauſ. mort. o Baquetus d. cap. l.ſicut. § ſupervacuum. D quib mo. pig. vel hyp. ſolu. l. & qui ſub imagine. C. de diſtr pign. Alex Conſ.14. Vol.1. Bart. in l quæ dotis. D. ſolu. matr. p Baquetus d. lib. cap 17. Iudicio curiæ Pariſ. dies 24. Nouem. 1444 relato à Io. Bodino lib.1 de rep. cap 5. q Iudicio curiæ Pariſ. dies 26. Nouem 1551. relato à Baquetio d. lib. cap.19 l.quod autem. § ſi maritus verſ. ſi vir. D. de dona. inter vir. & vxo. l.Pater puellæ, vbi nota. D. de inoff teſta. & arg. quod verba diſpoſitiua non ſunt collata in tempus mortis, ſed executiua tantum. l.Perfecta. C. de dona. quæ ſub mo. l.3. C. de reuoc. donat l.ſi mortis cum l.ſeq. D de donat. cauſ. mort. & quod not. Glo. in §.1. in verb. humanitus. Inſt. de don. donationē cauſa mortis nō eſſe niſi in ea mentio mortis fiat. l.Seia. D. de dot. prælleg. Glo. in l. licet. C. de pact. in verb. mortis cauſa. Alex. Conſ.14. Vol.1. Bald. in l.2. C. de iur. dot. Bart. in l.quæ dotis. D. ſolu. matr. r Baquetus d. lib. cap 5. arg. quòd eius ſtatus quis exiſtimatur in quo reperitur. l.Moueor. D. ſi ſeruus export. ven. l pen. C. de ingen. manu. l.Ordinata D. de liber. cauſ. ſ Baquetus d. lib. c.12. l.apud à latronib. §. Itē qui. D. de teſt. arg. quòd legati ſanctè habeantur. l.vlt. D. de lega. l.ſanctū. D de rer. diui. Contra placitū curia Par dies 10. Sept. 1555. cōtra hæredes Armacani Scoti. t Conſt. Car. VII. Reg. menſ. Feb. 1443. & altera mēſ. Martij 1462. & Car. IX. iuxta approbatione curiæ Par. relatis ab eōd Baquetio d. lib. c.14. u Conſt. Philippi Valeſij Regis anni 1339 & Caroli VII. anni 1443. relatis à Io. Bodino li 1. de repobl. c.5. x Iudicio curiæ Pariſ. diei 27. Iunij anni 1579. relato à Baquetio d.c.

z Bodinus d. cap.5.

a Io. Baquetus d. lib. Des droicts du domaine, ca. 24. l.Ciues. C. de incol. & vbi quiſque domi. li.10. l.Minitus & ibi Glo. in verb nō eſt. C. de fideic. liber. Carol. Molin Conſ. Pariſ. § 1. in verb. pen. 3. quæſt.

b Conſt Caroli IX. Reg. die 5. Febr. anni 1566. cōprobata à curia Par. die 22. d. menſ. relata ab eodē Baquetio c. 6

c Baquetus cap.24.

d Fœderibus inter Franciſcū I. Regē & Carolum V. Imp comprobatis à curia Pariſ die 19. Nouemb. 1523. & anno 1544. comprobatis item ab eadem curia menſ. Ianuario inſequente, relatis à Baquetio d. cap.24.

e Iudicio curiæ Pariſ. die 18. Febr. an. 1598 relato à Baquetio. ibid.

f Baquetus d. cap.24 vbi ſiſci potiorem iam ſiã putat quam creditorũ, arg. l.etiam D. qui potio. in pign. habean. de quo non is aſſentior.

g Iudicio curiæ Pariſ die 7. Sept. Anni 1576. relato ab eod. Baquetio d. cap. h Baquet. d. cap. i Conſt Ludo XI Reg. anni 1481 perſcripta apud ærarij præfectos die 5. Oct d. an. & Henrici II. Regis, menſis Februa. die 8. Nouemb. inſeq. cōprobata à curia Par. k Conſt eiuſdē Henrici Regis menſis Nouemb. 1547 in acta curiæ relata die 12. Febr. inſequentis. l Degraſſ lib.2. iur.8. Feraldus Priuil.9. Baquetus d. cap.24. ar l.1. C. de iur. aur an. l.1 & 2 D. de nat. reſt l.ſed ſi accepto vſu togæ Romanæ. D. de iur fiſ. m Baquetus c.24. arg. § ſi verò quiſque. t. vt omnes obed. iud. in Auth l vlt. C. ne rei dom. vel temp. l.apud Iulianum §. vlt. D. de lega.3. n arg. l.1. C. quæ res pign. oblig. poſſ. Alber. in l.vlt. C. de iuriſd. om. iud l.comperit. C. de præſc. 30. vel 40. an. c.cūm non liceat. de præſc. arg. quòd ius iſtud non ſit continuum, & ius ſeruitutis non cōtinuæ præſcriptione nō acquiritur. l.ſeruitutes, magna. D. de ſeru. l.1.§. vlt C de ſeruit. & aqua. & quòd malæ fidei ſint, qui ius iſtud ſibi aſſerunt, quod nec patriciis quidē Franciæ conceditur. c.vigilāti. & cap. vlt. de præſ. & quod poſſeſſio huiuſmodi titulo aduerſetur. c.dudum. de decim in 6. c.ad audientiam. de præſc & quod negligentia magiſtratuum fiſco nocere non debeat. l.1. D. de offic. proc. Caſ. l.malè agitur. C. de præſc. 30. vel 40. ann. & quòd cùm hæc iura alienari non poſſint, ſimiliter nec vſucapi. l.Alienationis verbum. D. de verb ſig. l.Nã ſatis. D quem ſem amit. c.cùm quid vna via. de reg. iur in 6. o Baquetus c.29. arg. quòd leges municipales, vel mores ciuitatis conciues iure pacti obligant. l Epiſtola. §.pactũ. D. de pact. DD in l.cunctos populos. C. de ſum. trin. & quòd omnia ſunt Principis quo ad iuriſdictionem. l.bene à Zenone. vbi Glo. in verb omnia. C. de quadr. præſc Bald. in quæ ſint Regal. & c.vn. de natura feud. Aluarotus in §. adhæc. de pace ten. p arg. l.1. C quæ res pign. oblig. poſſ. Alber in l.vlt. C. de iur. om iud. 10. Ruſcus tract. Regal. 16. Priuil. q Iudicio ſolemni curiæ Pariſ. dies 8. Iunij 1576. relato à Baquetio cap.23.

à Rege,

à Rege, ſi hæredes regnicolas non habeant, de vniuerſis bonis teſtari poſſunt: tametſi lege municipali vbi domicilium eorum conſtitutum eſt, non niſi de parte bonorum teſtari permittatur. [r] Præterea cognati regnicolæ aut exteri Gallicam ciuitatem adepti, legitimi eorum hæredes ſiunt: [ſ] etiamſi alij peregrini gradu propiore cognationis eis coniuncti ſiut: vt & ipſi cognatorum ſuorum legitimi ſunt hæredes.

CXXXV. [t] Exteri in Gallicam ciuitatem regiis codicillis aſciti, bona extero in Gallia commoranti, nec ius ciuitatis adepto, dare teſtamento non poſſunt.

CXXXVI. [u] Peregrini quibus à Rege ſacerdotiorum obtinēdorum, magiſtratuúmq; in Gallia facultas data eſt, quod ad hæreditates attinet, pro Gallis non habentur.

De regio patrimonio, non niſi certis de cauſis, certáque forma alienando.

TIT. II.

I. [a] Regium patrimonium alienati omninò non poteſt: niſi cùm hæreditatis vice regiis liberis alimentorum cauſâ, tuendęque dignitatis eximia quædam prędia ea lege aſſignātur, vt virili ſobole extincta in regium patrimonium eadem redigantur: vel niſi bellorum neceſſitas ad alienationem vrgeat: Quæ tū ea lege fit, vt redhibere ea quandocunque Regi liceat.

II. [b] Nec pars quidem regij patrimonij vlla alienationem recipit, [c] tametſi egregij alicuius officij in rempublicam, [d] aut conſtituendæ dotis priuatæ cuipiam perſonæ cauſâ, licet redhibitoria lege res vænierit. Factæ [e] verò contra legem alienationes reuocantur. *Quod noui Reges de rebus à deceſſoribus alienatis facere conſueuerunt.

III. [f] Patrimonium regium intelligi debet, quod Regio diademati nominatim conſecratum, eique quaſi admixtum, coniunctúmve, vel in corpus ipſius redactum eſt: [g] illúdve quod à regiis coactoribus decennio tractatum, & in rationes earum relatum eſt, [h] tametſi aliunde prædia Regi quàm à regio iure obuenerint.

IV. [i] Attamen ſi quod aliud quàm Galliæ regnum dotale fuerit, vel alius Principatus, in regium patrimonium non redigitur: ſed ad filias, regia ſobole maſcula extincta, & ad alios legitimos hæredes pertinet.

V. [k] In patrimonio regio numerantur prædia à Regibus olim ea lege alienata, vt virili ſobole prærepta, vel ſub alia conditione in fiſci iura reuerterentur.

VI. [l] Quæ prædia Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus nomine atque amplitudine illuſtrata ſuot, poſt diem vigeſimum nonum Auguſti anno à Chriſti natali milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, virilis ſexus liberis eorum, quibus ius iſtud datum fuit, extinctis, ad Regem deuoluuntur.

VII. [m] Quædam nonnunquam prouinciæ pragmatica quadam ſanctione, ac ſolemniter conſcripto exaratóque diplomate, regno ita conſecrantur, vt nulla prorſus de cauſa, ac ne in liberorum quidem regiorum alimenta earum fieri alienatio vlla poſſit. [n] Cuiuſmodi ſuot Burgundiæ Normaniæque Ducatus: Campaniæ Toloſatúmque Comitatus: [o] Rupella, [p] Pictonéſque, Aquitaniæ Ducatus, itémque Britanniæ Armoricæ.

VIII. [q] Arbores ſyluarum regiárum, alienari donarive priuato contractu non poſſunt, ac ne pretium quidem quod confici ex venditione poſſit: emptoréſque, & qui dono acceperunt, depopulationis, vaſtationiſque ſyluis illatæ damna reſtituere compelluntur.

IX. [r] Qui poſſeſſarum rerum titulos, inſtrumentáve concelaſſe, aut denegaſſe fiſco, cùm certa conditione ac lege alienata eſſent, conuincuntur, iure ſuo cadunt.

r arg. quòd iura ſanguinis naturalia ſunt, nec tolli poſſunt. l. Cum in adoptiuis. C. de adopt. l. minus ergo iuris. D. de hæred. quæ ab int. def. § vlt. Inſt. de legit. agn. tut. Eguin. Baro in l. vlt. D. de ſtat. hom. ſ Baquetius cap. 25. arg. quòd hæredis appellatione omnes ſucceſſores ſignificantur. l. hæredis appellatio l. vlt. C. de hæred. inſtit. l. Cum ita. in fi. D. de cond. & dem. l. in annalibus. C. de lega. arg. Item quòd moribus Gallicis, hæreditas transfertur rectà à defuncto in hæredem capacem. l. 1. § ſi filius ſuus. l. 2. § hæreditas. & § legitima. D. de ſuis & legit. hæred. l. Defunctus. C. eo. t. § placebat. Inſtit. de legit. agn. ſucc. & quòd differentia eſt inter indignum & incapacem: cùm incapax ſit qui capere non poteſt. l. Edicto Prætoris. D. de bon. poſſ. indig. nis qui capax eſt quidem hæreditatis adeundæ, ſed cui ob indignitatem aufertur: vt ei qui mortem defuncti non eſt vltus, vel eum occidit: quæ hæreditas iure Romano ſequenti in gradu non defertur, ſed fiſco applicatur. l. Si ſequens gradus, in prin. & § 1. D. ad SC. Sillan. Quòd verò incapaci denegatur, non ſit caducum: ſed ſubſtituto vel remotioris gradus cognato defertur l. vn. § in primo. & § in ſecundo. C. de cad. toll. l. 7. D. de his quæ pro non ſcrip. hab. Et ita demum ſuccedit fiſcus, ſi nulli extent conſanguinei ex quacunque linea. l. Vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. l. 1. C. de bono. petit. ſub. & arg. quòd primo gradu deficiente ſequens ſuccedit. § penult. Inſt. de legit. agn. ſucc. iudicio Curiæ Pariſ. dies 7. Martij 1533 relato à Io. Bodino lib. 1 de republ. cap. 5. t Baquetius cap. 26 quia cum peregrinis non eſt teſtamenti factio. l. 1. C. de hæred. inſt. Vbi glo. in verb. non poſſunt. l. Sed & ſi. § ſi miles. D. eo § teſtamenti factio. Inſtit. de hæred. quali. & diff. iudicio curiæ Pariſ. dies 10. Ianua. 1575. u Baquetius c. 11. l. Si accepto, vſu toga Romana. D. de iure fiſ. l. Ciues. l. Senatores. C. de incol. & vbi domi lib. 10. l. de Origine. C. de mun. & orig. eo. lib. 10. Boerius Deciſ. 13. l. vlt. D. de legat. l. Poſtliminij. § vlt. D. de capt. arg. quòd priuilegia ſunt ſtricti iuris nec extendi poſſunt de re ad rem, nec de perſona ad perſonam. c. nec aliqui. & c. cum perſona. de priu. in 6. Et quòd huiuſmodi extraneis imputari debet quòd Principis beneficium ſpreuerint. l. Velut. D. de bon. poſſ. l. vlt. § ſin autem aliquis. C. de iur. delib. a Conſtitutione Molinenſi Caroli IX. Regis, menſ. Febr. 1566 comprobata à Curia Pariſ. die 13. Maij inſequentis. verſ. 1. Bald. in l. ei in multa. C. de bo. quæ liber. & in Auth. hoc amplius. C. de fidei. & in c. ſi generaliter. ſi de feud. fuer. contr. Hoſt. in c. dilectis de maior. & obed. b Bart. in l. Prohiben. § plane. D. quod vi aut clam. Bald. in Proœm. feud. Archid. in can. nō licet. 12. q. 2. Aug. in l. Præſtatione. C. de vectig. & com. Platean. in l. Prædia. C. de loca. præd. ciuil. li. 11. Io. Papo lib. 5. t. 10. Arr. 1. Quod nec Principi ius eſſe traditur ciuibus inuitis alienare ciuitatem, & in alterius fidem dare. Bald. in l. 2. § vlt. D. Sol. matr. Faber in § pen. Inſt. de aſſign. liber. Iaſ. in l. debitorem. C. de pact. Cyn. in l. 2. C de noua. Deciſ. Tolo. 485. c Iudicio curiæ Pariſ. dies 1. Apr. anni 1555 ante Paſcalia, relata à Papone d. t. 5. Arr. 32. d Iudicio eiuſdem Curiæ dies 2. Iunij 1534. relatæ à Ren. Chopino li. 3. de dem. t. 14.

e Conſt. Phil. VI. & Io. I. anno 1329. & 1360. Caroli V. anni 1374. Car. VI. an. 1401. Turon. conuentuū Gall. anni 1487. Conſtit. anni 1522. 1531. 1549. 1560. in conu. Aurel. rel. à Chop. lib. 2. t. 1. * Math. Afflictus in Conſt. Neap. q. 24. Bald. in t. de pace Conſtant. in verb. amplius. Cyn. & Alber. in l. digna vox. C. de legib. Rena. Chop. li. 1. de doma. t. 1. 10. Bodinus li. 1. de repub. c. 8. f d. Conſt. Molinenſi, verſ. 2. Andræas Iſernia in § præterea ducatus. t. de prohi. feu. al. g l. Prædia. § Titio. ibi inſpiciendum an lucro & rationibus, & ibi acceptolati, & cæt. & § vlt. D de lega. 3. h d. Conſt. Molinenſi verſ. 2. & 13. Renat. Chopinus lib. de doma. tit. 7. vbi exempla addit de Comitatu Bleſenſi quæſito à Ludouico Aureliano Duce Franciſci I. Regis proauo: vendita, à Caſtellione Namurcēſium Comite, impēſa in eam rem à Ludouico Duce dotali pecunia Valentinæ vxoris. Item de Cociaco empto eadem pecunia ex Engerrani Corſani poſteris, & de Monfortiano, quod Regibus Galliæ obuenit Annæ Armoricæ coniugio cum Franciſco I. Rege: præterea de Biturigum regione vēdita noſtris Regibus ab Arſonio Comite ad Syriacū bellū proficiſcente an. 1521. & de Monſpeſulo vendito à Ioanne Rege Hiſpaniæ Philippo Valeſio Reg: & Bria prouincia quæ Philippo Aureliano dotalis fuerat: & Cāpania prouincia quæ Ianæ Campanæ nuptiis regno adiecta eſt, & Matiſconenſi comitatu olim comparato à D. Ludouico Rege anno 1230. Idem de Vaſtinenſi agro donato Regi à Falcone Rechino anno 1060. vt refertur ab Aymonio lib. 5 hiſtor. cap. 47. arg. quod adiectum rei alieni eius qualitatem aſſumit. l. vlt. D. de vino trit. & ole. lega. l. ſed & ſi adijciatur. D. pro ſoc. l. vxorem. § legauerat D. de lega. 3. & quòd ciuitas adiecta regno, legibus regni vti debet. l. Cunctos populos. C. de ſum. trin. Bart. in tract. de alluuione. c. tranſlato de Conſt. Abbas Conſ. 61. 1. Vol. i Ren. Chopinus lib. 3. de doma. tit. 3. arg. Nauarræ regni dotalis Ianæ Campanæ. k d. Conſt. Molin. verſ. 3. l Conſt. Caroli IX. Reg. menſ. Iulij recitata in curia Pariſ. die 29. Aug. 1566. & Conſt. Henrici III. Regis anno 1579. verſ. 279. m Ren. Chopinus lib. 1 de doma. c. 1. n Hæ quatuor prouinciæ regno vnitæ à Ioanne Rege anno 1370. die 4. Iunij. o die 25. Ianua. anno 1374. p à Carolo 7. menſ. Aug. anno 1436. q d. Conſt. Mol. verſ. 9. r d. Conſt. verſ. 9. Bald. in l. 2. C. quomodo & quan. iud. Spec. in § nunc aliqua. de loca. l. 2. § 1. D. de aqua pl. Alcia. in l. 3. C de eden.

X. [f] Qui prædia à fiſco ritè compararunt, arbores quæ in ſyluis fuerint, [t] grandéſve alias cædere prohibentur: & qui id fecerint, earum æſtimationem vnà cum damno dato reſtituunt.

XI. [u] Quæ ſupraſcripta ſunt, tam de vetere patrimonio, quam recèns quæſito, cuiuſmodi ſunt Bleſij, Cociacum, Monsfortianum & conſimilia, debent intelligi.

XII. [x] Tametſi alienatio prædiorum fiſcalium, iuſta ex cauſa ſolemnitérque facta ſit, fidei tamen præſtatio gentilitiorum prædiorum, feudorúmve cauſâ, excepta intelligitur, & quæ obuenire ex ea re vtilitates poſſunt, emptoribus acquiruntur.

XIII. [z] Alienatione quoque regiorũ prædiorum facta, ius meri imperij contineri non videtur.

XIIII. [a] [b] Manus iniectio reuocandæ alienationis rerum fiſcalium cauſâ, à regiis iudicibus omnibus, curiiſque Senatorum, non à Pariſienſi modò fieri poteſt.

XV. [c] Prædiorum fiſcalium emptores, quibus iuriſdictio competit, magiſtratum cuiquam pretio addicere non debent: ſed tres viros Principi deſignare, quorum vni iuris dicendi poteſtatem tribuat.

XVI. [d] Eorundem prædiorum emptores magiſtratum abrogare iis quibus Rex antè mandauerat, non poſſunt.

XVII. [e] Ius deligendi Curionis, qui in locum demortui à Pontifice Max. aut Epiſcopo ſufficiatur (quod patronatus ius appellant) prædij fiſcalis emptorem non ſequitur.

XVIII. [f] Iura regia quæ ſupremi ſunt imperij, veluti ſummum & ſine prouocatione iudicium, ius nummorum cudendorum, iura regalium, cedi alienaríve ſua natura non poſſunt, neque vſucapi.

XIX. [g] Si quæ prædia à Rege dono dentur (quod non prohibetur, ſi nondum in patrimonij regij corpus redacta, planéque conuerſa ſint) iura merè regia, tametſi diſertè non ſint, excepta donatione, contineri non intelliguntur.

XX. [h] Ius decimani, tertiánique, quod ex priuatorum ſyluis in Normania Rex percipit, alienari ſiue in perpetuum, ſiue vt quandoque obuenit, non poteſt: ſed nec pretium eorum quidem, quod in redemptionem rerum fiſcalium conferri ſtatuitur.

XXI. [i] Nec in feudum vel emphyteuſim dari regia prædia, vel conſtitui eorum vſusfructus poteſt.

XXII. [k] Reginis tamen viduis, vſumfructum quarundam poſſeſſionum fiſcalium concedi Gallicis moribus receptum eſt. Interdum & hæ poſſeſſiones dotalis pecuniæ filiarum regiarum cauſâ fiduciariæ dantur.

XXIII. [l] [m] Curiæ Pariſienſis iudicio, patrimonij regij alienandi non ſolùm decreta, [n] ſed & alienationes ipſæ comprobari debẽt. [o] Similiter & à ratiociniorum regiorum curia, & ab ærarij præfectis, quos Franciæ Theſaurarios appellamus.

XXIV. [p] In cauſæ autem cognitione illud verſatur, Num alienandi iuſta cauſa ſit: Quid commodi aut incommodi alienatio allatura ſit: iuſtúmne ſit pretium: edicta, programmatáque publicè ea de re ſolemniter necne propoſita ſint.

XXV. [q] Si agri infrugiferi, deſertíque [r] in emphyteuſim [ſ] à Rege dentur, comprobari quoque ea res à curiis Senatus & ratiociniorum regiorum debet: nec eius [t] rei cauſâ vlla in fiſcum pecunia inferenda, niſi quid fortè in redimendos agros fiſcales impendi debeat: vel in res alias ſummè neceſſarias.

XXVI. [t] Non tantùm patrimonij regij, ſed nec fructuum eius etiam annuorum alienatio extra cauſas ſupraſcriptas lege regia prohibetur: [u] nec ea de re regia diplomata à ſenatus curiis, ratiociniorúmque regiorum comprobanda ſunt. Quæ verò ante Molinenſem legem factæ, earum rerum alienationes ab iis curiis comprobatæ non ſunt, pro irritis eſſe iubentur.

XXVII. [u] Prædiorum fiſcalium poſſeſſores, qui de iis regios codicillos impetrarunt, niſi iis curiis probati fuerint, fructus omnes, etiam ante manus regiæ iniectionem perceptos, reſtituere coguntur: nec vllius tituli, cauſæ aut bonæ fidei prætextu adiuuantur.

XXVIII. [x] Legem redhibitoriam venditioni regij prædij aſcriptam exercere fiſcus * etiam poſt ſeculare ſilentium poteſt.

XXIX. [a] Prædia publicata, antequam in ſacri patrimonij iura tranſierint, & in eius corpus redacta ſint, eíque quaſi conſecrata, alienari à Rege ac donari liberè poſſunt. * Quin nec ſibi retinere ea Reges debent, ſi alterius patroni clientelæ ſubiecta ſint, ne quid inde detrimenti priuatis afferatur.

XXX. * Si quod prædium à fiſco, quaſi regiũ vindicetur, ſecundùm priuatũ vindiciç dici nõ debẽt: ſed iniecta à fiſco manu ei

f d.Conſt.v.8. t arg. quod huiuſmodi arbores antequam exciſa fuerint inter res ſoli computãtur. l. quintus. & l. qui vindemiam. D.de act. emp. u d.Conſt. ver. 13. x d.Conſt. ver. 15. z Conſt. Philippi Pulchri Regis, menſ Iulij anno 1313. relata a Renato Chopino lib. 3.de doma. tit. 20. Bald.in c. quanto. de iuſiur. a b d.Cõſt. Molinenſi, ver. 18. c Conſtit. regia conuentuum Aurelianorũ verſ 40. d Iudicio conuentuum iuridicorum Molinenſium anni 1540. relato à Chopino lib.3. de doma.ti.20. arg l. Valerius Patronus. D. de iur.fiſ. e Idem Chopinus d.lib.3.tit. 19. arg. quod ea alienatio redhibitioni obnoxia ſit quaſi pignoris conſtitutio fiduciáve, c. cum Bertholdus. de re iud. & quod fructuario hoc ius non competere quidam exiſtimant. Imola in c. vlt de conceſſ preb. Rochus Curtius in tract. iuris patron. in verb. ipſe vel is à quo cauſam, f c.venientes de iureiu. Io Bodinus li. 1. de rep. g Alber. in l. vlt. D de iuriſ. om. iud. Bald. in l. a procuratore. C.manda. & in l ſi aquã. C.de ſerui. & aqua. Alex. Conſ.30.lib.5. Lucas Penna in l.contra publicam.C.de re milit. iudicio curiæ Pariſ.deſcripto in lib.inſcripto Olim. fe.81.ca.10. h d.Conſtit Molin.verſ.10. i d.Conſtit.Molin.verſ.17. k Renat.Chopinus lib.3. de doma.tit.5. l m Idem Chopin.lib.2.de doma.tit.15.l.vlt.C.de vend.reb.ciuit. l.nec venditio.C.de præd.decu.lib.11.

n d.l.nec venditio.l.Duplex ratio.C. de fid. Inſtr. lib. 10 Iudicio curiæ Pariſ.dies 27. Iunij 1544. contra Geruaſium Sagarinum & dies 5. Maij 1544. contra Magiſ Franciſc Stabularium relato à Io. Papon. lib. 5. tit. 10 Arr.2. o Conſt.Caroli V I.Regis, anno 1390. & d. Conſtit. Molin. verſ. 5. 11. & 16. relato à Chopino d. cap. p Io.Papo d. lib. 5. tit. 10. Arr. 2. l.1. D.de off. procur.Caſ. q d.Conſt.Molin.verſ.11 & 12. r can.terrulas 12. quæſt.2.c. ad aures. de reb. Eccl. non alien. ſ cui id non cõpetere traditur. l. qui agros C. de omni.ag. deſer.lib.11. t d.Conſtit. Molin.verſ. u d.Conſtit. Molin.verſ.6. arg. quòd regula. l.1. § ſi vir vxori. D. de donat. inter vir. & vxor. contractũ quoque inualido poſſe quari poſſeſſionem, non habet locum in patrimonio Principis & Eccleſiæ.arg.l. Magis puto.D.de reb.eor qui ſub tut.Bald.in l.iubemus C.de ſacroſ.eccl.Gul.Cornius in l.vn.C.de vſuc Io.Papo lib.5.Arr.1.10.Arr.2. x Conſtit.regia die vlt.Iunij anno 1539. * Decreto Curiæ Pariſ.dies pen.Aug.1535.Quo diploma regium renunciationis redimendæ Marcouianæ Baroniæ comprobari non placuit: & alio iudicio eiuſdem curiæ dies 27.Iunij anno 1544.alio item dies 5.Maij eodem anno relato à Chõpino lib.3.de doma.tit.9. arg.quòd eadem eſt ratio præſcriptionis & pacti, & quæ alienari nequeunt, nec præſcriptione amittuntur.l. Nam ſatis. D quemadm.ſeru.amitt.l. alienationis. D. de verb.ſign.fa l.ſi quis loca. C.de fund. & ſalt.rei dom.lib.11.l.Omnes l.competit. C.de præſ.30.vel 40. ann Bart. in l.ſi publicanus § in omnibus D de publica.Panor.in c.ſuper quibuſdam. § præterea.de verb.ſig.Sed locũ eſſe putat præſcriptioni tẽporis memoria hominũ antiquioris.Chopinus d.cap nixus authoritate Baldi in l.1.Ne rei dom vel tẽpl & in l 1.C. de ann exc.& in c.1.§ præterea.t de pace Conſt.in feud. z Andreas Iſernia.in c Imperialẽ.§.præterea ducatus.de prohib.feud alien & in c.1.qui feud.dar.poſſ Car. Mol.in Conſ Pariſ.§ 30.Ren.Chopinus li.1.de dom t.8.*Conſt.Philippi Pulchri Regis relata ab Anſ.t.de feud.Iudicio curiæ Pariſ dies 3. Aug anno 1551.de publicatione bonorum Bezæ Tribuni militaris,relato à Papone d.lib.5.t.10.Arr.7. Bened.in rep c.Raynutius in prima parte.in verb & vxorẽ nom.Adelaſ Bal.in c.1.§ ſi verò.tit.qual.olim feud.alien.pot.Spec t.de feud.q.40.Guido Papa q.342. * Conſt.Molin ver 14.Iudicio curiæ Pariſ anno 1446.& alio dies 19.Aug anno 1589.aduerſus Carolum Lotharingum in lite de Nouocaſtro,relat.à Renat. Chopino lib.1.de doma.tit.10.

prædio

prædio litem exerceri, atque definiri oportet: * niſi ſumma æquitas turbari poſſeſſioné vetet: Quod cùm accidit, liti finiendæ certum tempus præſcribitur. A

* vt ſi ſummatim liqueat prædium hactenus priuatū fuiſſe: Iudicio Curiæ Parſ. dies 2. Aug. anno 1565. de Vdlabo Sliana arce ſecundùm Meſſenanum Marchionē, relato à Choppino d. tit.

De iure ſingulari fiſci, & eorum qui in ius eius ſuccedunt.

TIT. III.

CAPVT I.

Priuilegia fiſci in contractibus.

Prima pars eius capitis.

Fiſci priuilegia in emendo, vendendóque.

I. [a] SI quæ prædia Rex emerit, redhiberi à cognatis venditoris non poſſunt, [b] niſi debiti fiſcalis cauſâ in actione publica Regi addicta ſint. B

II. [c] Ne procuratores Principis, bonorum actores, quę ad fiſcum deuoluta ſunt, alienēt, Impp. Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. C

III. [d] In venditionibus fiſcalibus, fides & diligentia à Procuratore Principis exigitur: & iuſta pretia, non ex præterita emptione, ſed ex præſenti æſtimatione conſtituuntur.

IV. [e] Res quæ in controuerſia ſunt, [e] non debent à Procuratore Principis diſtrahi: ſed differenda eſt eorum venditio. D

V. [f] Prædia à fiſco vendita, ne adiectione quidem facta auferri emptoribus non debent.

VI. [g] Iure ciuili Romano forma eſt, quoties ad fiſcum vel minima portio rei pertinet, vt vniuerſa à procuratoribus Principis diſtrahantur: ſed pretium partis tantùm in fiſcum redigatur, reliquum dominis pretium reſtituatur. [h] Sed æquum quibuſdam viſum eſt id non fieri, niſi præmonito eo quicum communis res fuit. E

VII. [h] Si fiſcus quicquam vendiderit, contra eum redhibitoria actio, vel quanti minoris inſtitui non poteſt.

VIII. [i] Æs alienum, hæreditate nomine fiſci vendita, ad onus emptoris bonorū pertinere, nec fiſcum creditoribus hæreditariis reſpondere, certum & abſolutum eſt. F

Secunda pars capitis primi.

Priuilegia eorum qui quid à fiſco emerunt.

IX. [k] SI ab eo, cui ius diſtrahendæ rei fiſci datum eſt, fuerit diſtractum quid fiſci, ſtatim fit emptoris. [l] Ac iure Romano in eos qui res mobiles vel immobiles, vel in actionibus, aut quocunque iure conſtitutas emerunt, actiones in rem, dominij, vel hypothecæ gratiâ, vel in perſonam ciuiles, vel prætoriæ, vel ex conſtitutionibus denegantur: ſed volentibus intra quadriennium contra ęrarium, ſi quas competere quiſquam actiones exiſtimat, exercendi facultas datur. G

X. [m] Qui à fiſco quicquam comparauit, ſtare colono compellitur.

a Iudicio curiæ Pariſ. ad Dualia facto anno 1283. relato à Io. Gallo, qu. 80.
b Conſt. Ludo. Regis (quam Cartam Normanorum vocãt.)
c l. Ne procuratores. D. de iur. fiſ.
d l. 3. §. Diui fratres. d. t.
e l. Res quæ. ib.
f l. 1. C. de vẽd. reb. ciui. li. 11.
g l. vn. C. de vend. rer. fiſc. cum priuat. com. lib. 10. l. 2. C. de com. rer. alien. Abbas Siculus in c. quamuis. de re iudic.
h Bald. in l. 2. C. de hered. vend. & l. ult. C. de Ædil. edict.
i l. 1. C. de hered. vel act. vend. Contra id quod in priuato ſeruatur. l. 2. d. tit.
k l. ſi curator. in fi. D. de iur. fiſ.
l l. Omnes. & l. bene à Zenone. C. de quad. præſcr. § pen. & vlt. Inſt. de vſuc.
m l. ult. D. de iur. fiſc. l. pen. & ibi. Bart. C. de manc. & colo. lib. 11. Citra reg. l. Emptorē. C. loca.

Tertia pars capitis primi.

Iura locationum, conductionúmque fiſcalium.

XI. [n] RES fiſci auctione facta locari publicè debent: eóſque, * qui eam rem curant, exigere à publicanis cautiones ſollicitè oportet: eaſque, ſi res poſtulauerit, iterare: alioqui eorum periculo res erit.

XII. [o] Ea lege res fiſci locari oportet, vt quacunque ex cauſa remiſſio mercedis non fiat niſi belli cauſâ.

XIII. [p] Ad conducendum vectigal nemo compellitur: & ideò impleto tempore conductionis elocanda ſunt.

XIIII. [q] Iure ciuili Romano, ſi veteres poſſeſſores fundorum publicorum facta per alios augmenta ſuſcipiant, nouis conductoribus præferuntur. [r] Quod moribus noſtris non conuenit.

XV. [ſ] Non poteſt recedi à locatione prædiorum publicorum iam perfecta.

XVI. [t] Commiſſæ merces, iumentáque ac carrucæ: itémque mulctæ ob vectigal non ſolutum dictæ, ad publicanos pertinent.

XVII. [u] Tametſi locatione prædiorum vniuerſi fructus, obuentiones, mulctæ, commiſſa, redditus, commodáque ac eiuſmodi alia nominatim comprehenſa ſint, tamen bona ob falſæ monetæ cuſæ vel expoſitæ crimē publicata, vel mulctæ ob eam rem dictæ, excepta intelliguntur: [x] item ius deſignandi ſacerdotis in locum demortui.

XVIII. [z] Publicani dicuntur, qui publica vectigalia habent conducta. [a] Sed & qui ſalinas & metalla habent, publicanorum loco ſunt.

XIX. [b] In omnibus vectigalibus ferè conſuetudo ſpectari ſolet: idque etiam principalibus conſtitutionibus cauetur.

XX. [c] Earum rerum vectigal, quarum nunquam præſtitum eſt, præſtari nō poteſt. Quòd ſi præſtari conſuetum, indiligentia publicani omiſerat, alius exercere non prohibetur.

XXI. [d] In vectigalibus, ipſa prædia, non perſonæ conueniuntur: & ideo poſſeſſores præteriti temporis vectigal ſoluere debent.

XXII. [e] Fraudati vectigalis crimen ad hæredem eius qui fraudem contraxit, commiſſi ratione tranſmittitur.

XXIII. [f] Licèt quis ignoraſſe ſe dicat, nihilominus in pœnam vectigalis incidet: nec imputatur publicano, quòd non inſtruxit transgredientem: ſed illud cuſtodiendum, ne decipiat profiteri volentes.

XXIV. [g] Res exercitui paratas, præſtationi vectigalium ſubiici non placuit. [h] nec res quas in vſus aduehendas ſibi mandant præſides.

n d. Conſt. Malin. verſ. 4. & 17. l. locatio. in prin. §. reliqua tores. & § debitores. D. de publ. & vect.
* d. Cõſt. v. 20.
o d. Conſt. ver. vlt.
p l. locatio. § 1. D. de publ. l. non intelligitur. §. diuus. D. de iur. fiſc. Quibus §§ aduerſatur l. Cotem §. vlt. D. d. t. de iur. fiſ. Quo conductores velli a liam, ſi maximos fructus ex redēptione eorum fecerint, compellendos iiſdem penſionibus ſuſcipere traditur.
q l. congruit. C. de loca præ. ciu. lib. 11.
r Ren. Choppinus lib. 3. de doma. cap. 12.
ſ l. Luenus. §. vlt. D. ad muni. l. 1. & 2. C. de vend. reb. ciuit.
t l. ſi quis. C. de vectig. & com contra Paponi ſententiam lib. 13. t. 9. Art. 4. qui publicano duntaxat id quod intereſt adiudicandum cenſet. arg. l. creditor. C. de iur emphyt.
u Iudicio curiæ Pariſ. ad Magdalana facto anno 1277. relato à Papone lib. 13. tit. 9. Art. 3. & Choppino lib. 3. de dom. tit. 13. arg. l. 1. §. pen. D. ſi quid in fraud. pat. & l. debitor. in fi. D. ad SC. Treb. annot. à Bal. Paul. & Imol. in l. dinortio. §. quod in anno & §. ob donationes. D. ſol. mat. Boerius Deciſ. 180.

x Papo d. t. Art. 5. arg. l. apud Labeo. §. [illegible] D. de iniur.
z l. quantù inſi. & [illegible] in prin. D. de publ. & vect. b l. ſi publicanus t. in fi. d. t. c l. locatio. §. earum, ibid. d l. Imperatores. ibid.
e l. Fraudati ibid. f l. vlt. § licet, ibid. g l. locatio. § res exercitui d. t.
h l. ſi publicanus ibid.

XXV. [i] Fiſcus ab omnium vectigalium præſtationibus immunis eſt. Mercatores autem, qui de fundis fiſcalibus mercari conſueuerunt, nullam immunitatem ſoluendi publici vectigalis vſurpare poſſunt.

XXVI. [k] Publicani inijcere manus in eas res poſſunt, quæ victus quotidiani cauſâ, ad cuiuſquam loci incolas conuehuntur: niſi ij ſubſcripto à ſe libello iſtud ſignificent.

XXVII. [l] Mulctæ ob delictum dictę conductori eius temporis, quo delictum commiſſum eſt, non quo iudicium factum eſt, debentur.

XXVIII. [m] Conductor ex fundo fiſcali nihil transferre poteſt, nec cupreſſi materiam vendere, vel oliuæ, non ſubſtitutis aliis.

XXIX. [n] Cùm quinquennium, aut aliud tempus, in quo quia pro publico conductore ſe obligauit, exceſſit, ſequentis temporis nomine non tenetur.

XXX. [o] Fideiuſſores pro conductore fiſci obligati, in pœnam, vel mulctam quam non ſpoponderunt, conueniri non poſſunt.

XXXI. [p] Si quis à fiſco poſſeſſionem conduxerit, eámque paulatim pluribus locauerit, maiore quantitate, quàm ipſe ſuſceperit, in eam ſolam quantitatem conueniri debet, qua ipſe conductor extiterit.

XXXII. [q] Non ſolutis vectigalium penſionibus, pellere conductores, necdum etiam tempore conductionis completo, vel ab his vſuras ex mora exigere permittitur.

XXXIII. [r] Socij vectigalium, ſi ſeparatim partes adminiſtrent, alter ab altero minùs idoneo in ſe portionem transferre iure deſiderat.

Tertia pars capitis primi.

Priuilegia donationum rerum fiſcalium.

XXXIV. [s] Donationes regias apud Acta inſinuare non eſt neceſſe. [t] Item & à priuatis Principum collatæ donationes etiam ceſſantibus actis valent.

XXXV. [u] Donationes quoque, quas Rex in Reginam ſuam coniugem, vel illa in maritum contulerit, illicò valere ſancitum eſt, & pleniſſimam habere firmitatem, vtpote regiis contractibus legis vicem obtinentibus, miniméque opitulatione quadam extrinſecus egentibus.

XXXVI. [x] Rerum à Principe filiisfamilias donatarum vſusfructus patribus, in quorum poteſtate ſunt, non acquiritur. Vt enim regia fortuna omnes ſupereminet alias, ita oportet & principales liberalitates culmé habere præcipuum.

XXXVII. [z] Ante iudicium, mulctæ, bonáque quæ criminis cauſâ adiudicabuntur à Rege, non rectè impetrantur: earúmque rerum donationes pro irritis habentur. [a] Item quæ fiſco intra certum tempus committētur, donari vtiliter non poſſunt.

XXXVIII. [b] Si pluribus à Rege res eadem dono detur, veluti bona exteri, ſpuriive ad fiſcum deuoluta ſit, is potior eſt cui priori donata ea fuerit: tametſi eius donum poſterius ab iis (ad quos ea res pertinet) comprobetur: nec priùs altero poſſeſſionem adipiſcatur.

XXXIX. [c] Si laudimia concelata à certo tempore Rex cuiquam largitus ſit, poſteáque eorum debitori, antequam eorum nomine conueniretur, donata eadem laudimia, remiſſáve à Rege fuerint, non erit ea donatio inutilis.

CAP. II.

Priuilegia fiſci ſuccedentis.

XL. [d] Si quæ hæreditas fiſco committatur, tametſi inuentarium non fecerit, tamen vltra bonorum æſtimationem creditoribus non tenetur.

CAP. III.

Prima pars capitis tertij.

In quibus cauſis fiſcus potior eſt in pignore ſeu hypotheca.

XLI. [e] Fiſcus ſemper habet ius pignoris: [f] certúmque eſt, eius, qui cū fiſco contrahit, bona veluti pignoris titulo obligari, quamuis ſpecialiter non exprimatur; [g] idque etiam quod & ad ea bona attinet, quę poſt contractum quæſita ſunt.

XLII. [h] Vniuerſa bona eorum qui cenſentur, vice pignorum tributis obligata ſunt.

XLIII. [i] Tametſi fiſco hypothecæ nomine tacitè tantùm bona ſunt obligata, tamen aliis creditoribus quibus bona poſtea ſunt obligata, eſt potior.

XLIV. [k] Fiſcus doti poſt contractum conſtitutæ præfertur.

XLV. [l] Si quid vectigalis rei cuiuſquam nomine fiſco debeatur, in ea cæteris creditoribus antefertur.

XLVI. [m] Simile priuilegium fiſco nulla ciuitas habet, niſi nominatim id à Principe datum ſit.

XLVII. [n] Iure ciuili Romano publica aufertur pecunia ei, qui cùm erat creditor, in ſolutum pecuniam accepit, ſi ſciebat cùm accipiebat, publicum quoq; eſſe debitorem, aut poſtea cognouit antequam conſumeret pecuniam. Sed & placuit omnimodò ei pecuniam auferendam eſſe, etiamſi ignorauit cùm conſumeret.

i d.l.locatio.§.vlt. k Iudicio Curia Pariſ. quo de tributis iudicatu, dies 20. Iunij 1540. relato à Papone lib. 13. tit. 9. Art. 7. l.vlt. §.Diuus quoq; Marcus, vbi Paul.Caſtr. & §. Diuus quoque Pius. D. de publ. l Bald. in l.vl. D. de iuriſd. om. iud. Iaſ. in l. More. ec. 1. Alex.Conſ.7. Vol. 3. & in l. diuortio. §. ſi vir.D ſol.matri. arg.l.1. C. de prin. ag. in reb. c.mandata. & c.ex ſtudiis de præſu ſa. l. quæcunque.D. de oblig.& a Elm. Mango in Conſ. Andeg. verſ.S. Renat. Chopinus li.2. de doma. t.5. Contra Guidonis Papæ ſententiam q.539. & iudicium curiæ Toloſanæ anni 1517 relatum à Papone lib.13.t.9.a.Ar. 9. l.ſuſpectiores nou.C.de ſuſc. prep. & arca. m l.in fraudē. § cōductor.D. de iur.fiſ. n l.non intelligitur. §. cùm quinquennium. o d.l. Item videamus. §. qui impleto. D.locati.l ſicū Hermes. C. de loca.l. vlt. D.de pact. Iudicio curiæ Pari. quo de tributis iura dicit menſis Martij ann. 1570 relato à Chopino lib.3.de doma.t.14. o l.fideiuſſores Magiſtratuu. D.de fidei.d.l. C.de pæne.nominat.lib.10.l. Mora. D. de verb. oblig. Bart in l.2.D. de in lit.iur.

DD.in l.centū Capua.D de eo quod cert.loco. Bald.Cōſ.285. p l.Moſchis.§.vl. D.de iur.fiſc. q l.Vectigalia.in fi.D.d.t.de publ. r d.l.locatio.§.ſocij d.t. ſ l.Sancimus.in prin C.de don. t. Auth.item & à priuatis.ibi. u l.donationes quas diuus.C.de donat.int.vir & vxo. x l.cùm multa.C.de bo.quę liber. z Conſtit. Caroli VII.anno 1453.Ludo. XI.anni 1497.Franciſci I.dies 26.Iuly anni 1539. Caroli IX.anno 1560.v.87.Henrici III.anno 1579.v.204.Papo li.5.t.10.a.Ar.7.

a l.3.& vlt.C. de bo. vacan. lib.10.Papō l.1.a.Art.6. b do. Baquetin 1.Des droicts de deshérance. cap.5. arg. quod ſolo verbo perfectum, gratia & voluntas Principis firma & conſtans exiſtimatur, nec mutata conſtare ſequentiúmque preces obreptæ intelliguntur l. ſi pater filio.D. de manu.vind. l.Prædia.C.de loca.præd.ciuil. lib.11.a.ex parte. c.capitulum ſanctæ cruce de reſcr. c.contulim. de iur. & ve iud. l. vlt.C.de ſacr. Eccl. & ibi Glo.in verb. iudicio curiæ Pariſ. dies 24. Martij 1569. & dies 20. Decē. 1552. relato à Baquetin.d.t. c Baquetinus d. cap. l.vlt. C. depoſ.l. Pupillus. D.quæ in fraud. cred. d Bart.in l.1. § an bona. D. de iur.fiſc.Gul. Bened. in c. Raynutius in verb. & vxo. nom. Ald. & plenius in verb. mortuo itaque 2. Guido Papa q.570 & 571.nu.in fiſcū.Maſue.t. de ſucceſ. §.1. in prin.Chopinus li.3. de doma.t.29. arg. d.§.an bona & l.1.C.ad leg. Iul. de vi publ. e l.aufertur.§. fiſcus.D.de iur. fiſc. l.1. C.in quib.cauſ.pign. vel hyp. tac. contrah. f l.2.d.t. g l.3.C de priu.fiſ. & hac ratione præfertur chirographariis creditoribus.l ſi pecuniā.& ibi Bart.d.t.Alex Bart.& Alex. l.ſi is qui.D.de iur.fiſc.l.1.ibi Bald.C d.t.de priu.fiſ. h d.l.2.C.in quib.cauſ. i d.l.3.C.d.t.de priu.fiſ Rena.Chopinus lib.3.de doma.tit.29.num.3. k l.2.& l.Cum patrem.C.d.t.de iur.fiſ. l Bald.in l.1.in prin.C.ſi propt.publ. penſ. m l.Simile D.ad muni. n l.deferre.§.vlt.& 2 ll.ſeqq.D.de iur.fiſ. l pecunia.C.de priu.fiſ.

XLVIII. [o] Fiſcus,

XLVIII. [o] Fiſcus,cùm in priuati ius ſuccedit, priuati iure pro anterioribus ſuæ ſucceſſionis temporibus vtitur: cęterùm poſteaquàm ſucceſſit, habebit priuilegium ſuum, non quidem ſtatim atque nomen cœpit pertinere, ſed ex quo inter nomina debitorum relatum eſt.

XLIX. [p] Niſi quis ſe priorem in pignore manifeſtò probet, fiſcus anterior exiſtimatur.

L. [q] Res nummis fiſcalibus empta, ſi fiſco debitum non ſoluatur, vindicari, ſicut cùm minoris vel Eccleſiæ pecunia comparata eſt, poteſt.

Secunda pars capitis tertij.

In quibus cauſis fiſcus in hypotheca non eſt potior.

LI. [r] POEnis fiſcalibus creditores præferuntur.* Ac ſi eodem iudicio mulcta cuiquam dicta ſit, liſque aduerſus eum æſtimata, priuatus fiſco eſt potior.

LII. [ſ] Quod placuit fiſco non eſſe pœnam petendam niſi creditores ſuum recuperauerint, eò pertinet vt priuilegium in pœna contra creditores non exerceatur, non vt ius commune priuatorum fiſcus amittat,[t] eóque poſterioribus creditoribus aut chirographariis præfertur.

LIII. [u] Si ignorante aut inuito te debitor tuus, qui vniuerſa bona ſua ob pecuniam tibi debitam obligauerat, cum republica contraxit, ius tuum non læſit.

LIV. [x] Mulier dotis ſuæ cauſà & fiſcus in tacita hypotheca æquo iure vtuntur, ac qui prior eſt tempore, iure potior eſt. [y] Si de tempore non apparet, mulier anteceſſiſſe exiſtimatur.

Tertia pars capitis tertij.

Alia quædam fiſci priuilegia in exigendis debitis.

LV. [a] IN quibus cauſis ab aliis perſonis cautio exigitur, fiſcus non ſatiſdat: cùm pro locuplete ſemper habeatur,[b] ſempérque ſucceſſor ſit idoneus, & ſoluendo.

LVI. [c] Fiſcus ad ſolutionem vrgere debitorem, non tantùm pignus capiendo, ſed corpus retinendo, & mulctam dicendo, poteſt.

LVII. [p] Si patuerit principales reos idoneos non eſſe, vel nihil eſſe quod ſine quæſtione, pignoris loco, capi & diſtrahi poſſit, ad eos, qui debitoribus fiſci obligati ſunt, actio fiſcalis extenditur.

LVIII. [q] Qui compenſationem opponit fiſco, intra duos menſes debitum ſibi probare debet.

o l.fiſcus.1.D. de iur.fiſ.
p l.1.C.eo.t. de iure fiſ.lib. 10 Bald.in l.ſi debitor. C.de priu.fiſ.Chopinus lib. 3. de dom.cap.29.
q Bald.in l.ſi cum.D.de reb. cred. Contra reg. l.ſi vt proponis. C.de rei vendic.Chopinus d.cap.
r toto tit.pœn. fiſca.cred.præf. C. lib. 10. l. Quod placuit. D. de iur fiſc. Io. Gallus qu. 256. & 258.
* Iac.Rebuffus in rub.d.t. de iur.fiſc.Cod. 10. Io.Papo li. 2.4.t.16.Arr. 1.Io.Gallus q. 257.l.non poſſunt. l.in ſumma. d.l. quod placuit. D. de iur.fiſ. Boerius in Conſ. Biturig. §. 10. tit. Des couſtumes concernãtes les Iuges & leur iuriſdiction.
ſ d.l.quod placuit.
t Iudicio curie Pariſ. prolato Dominũ anno 1300.Io. Gallus qu.75.256. & 205.
u l.3. C de remiſſ pign.l.ſi pignus. D qui potio.in pig. hab.
x l.quamuis.C. de priu fiſ. vbi Bart. idẽ Bart. in l. 1. D. Sol. mat.Paul.Caſtr.Conſ.312.Paris Puteanus tract. de Synd. in verb.publicatio bonorum. Iure Romano excipitur ius hypotheca in rebus ...tis datis in dotem pro marito principalo, quæ; eo nomine manẽt obligata. l.ſancim. C.in quib. cau.pig.vel hy. non autem in paraphernam.l.ſi ego.D.de iur.dot. z Salyc.& Caſtr.in d.l.quãuis.Bald.in l.dotis.C.d.t.de iur dot.
a l.3.§.Itẽ ſciendum.D.ſi cui plus quam per leg.Falcid. b l.4.D.de fund.dot.
c l.Sacrilegi inf.ad leg.Iul.pecul.l 1.C.de conv.& alia.lib.12.l 2.C.de exact. tribut.lib.10.Io.Gallus q.360.Renat.Chopinus lib.3.de doma.tit.29. p l.2.3.& 4.C.quan.fiſc.vel priua.debitoris ſui debitores conuenire poſſit vel debeat.
q l.in Auferam §.qui compenſationem.D.de iur.f.ſ.

A LIX. [e] Debitores rerum fiſcalium ad honores inuitari non poſſe certum eſt, niſi priùs id quod debetur, reipublicæ ſatisfecerint.

LX. [f] Princeps contra ſe hæreditariis debitoribus, repertorij beneficium, vt pro rata tantùm bonorum teneantur, non indulget.

LXI. [t] Fiſci priuilegia aduerſus debitorem fiſcalem priuato cedi poſſunt.

B

CAP. IV.

Priuilegia fiſci in litibus exercendis.

LXII. [u] REus fiſco edere compellitur, etiam inſtituendæ actionis ipſius cauſâ.[x] [z] Et quin ei, qui inſtrumenta ad cauſam fiſci pertinentia, cùm poſſit exhibere, non exhibet, nocere debeat: & ſi verum aliter non inuenitur, ea ſubtracta eſſe credantur quæ nocitura eius cauſæ fuerint, dubitandum non eſt. Sed nec aliàs dubitari C oportet, quin non in aliam rem nocere debeant, quàm in eam in quam deſiderata ſunt.

LXIII. [a] Si ſine fiſci patrono in fiſci cauſa pronunciatum ſit, nihil actum eſt: & ideo ex integro cognoſci oportet.

LXIV. [b] In cauſis quæ ad ius fiſcale pertinent, vel quæ publicas reſpiciunt functiones, eremodicio locus non eſt.

D LXV. [c] Fiſcus pendente lite poſſeſſioni ſolet incumbere:[d] ſcilicet ſi de re clientelari agatur, cùm & cæteris patronis idem ius ſit, niſi cùm ius patronatus abnegatur. Itémque ſi de prædiis quæ regij patrimonij eſſe dicantur lis intercedat, iuriſdictione, vectigalibus & rebus generis eiuſdem.[e] Sed ſi aliis de rebus, veluti ſi fiſcus bona quaſi peregrinitatis iure delata vindicet, in quorum poſſeſſione quis ſit, ei auferri ea non E debent.

LXVI. [f] Item iure Normano, ſi ei qui annum & diem poſſederit fiſcus controuerſiam mouerit, auferri ab eo poſſeſſio non debet.

LXVII. [g] Fiſcus in expenſas litis non damnatur, nec ei quis damnari in eas ſolet: [h] ſed temerè litigantibus mulcta dicitur.[i] Attamen ſi in euidenti calumnia fiſci procuratores deprehendantur, condemnari in expenſas poſſunt.

F LXVIII. [k] Impp. Antoninus & Verus reſcripſerunt, Quáquam ſub obtentu nouorum inſtrumentorum reſtitui negotia minimè oporteat: tamen in negotio publico ex cauſa permittere ſe huiuſmodi inſtrumentis vti. [l] Et cauſas, in quibus contra fiſcum iudicatum eſt, intra triennium retractari poſſe: & poſt id tempus ſi præuaricatio arguatur, vel manifeſta fraus probetur, conſtitutum eſt.

LXIX. [m] Si bona ad fiſcum deuoluta æris G alieni exſoluendi cauſâ ſubiicere auctioni creditores volunt, curatorem bonis dari oportet, ne nomini Principis iniuria fieri videatur.

e l.reſcripto § debitores D de mun & ho.
f Conſt. Regia menſ. Iunij 1554.
t l.vlt. C de priu.fiſ.
u Alciatus in l.3. C.de eden DD. in l. Iuſtum. & in l procurator. C. eo.t.
x z l.2.§.1.D. de iur.fiſ.
a l.ſi fiſcus alicui. & l.3.;§. diuus.d.t.
b l.properandum C.de iud Chopinus li.3. de doma.c.29
c Iudicio conuentus Frãcis anno 1128.contra Bertrandũ equitem relato à Io Papone li. 4.t.1. Arr 7.
d Io Baquetius t. Des droicts du domaine ca. 36.Car.Molin. in Conſ. Pariſ. §.52.n.27.28. 29.& ſeqq.
e l.defenſionis facultas C. de iur.fiſ.lib 10.t. ſi de feud.fuer. contro. inter dom. & agn. vaſſ. in feud.l. creditores. D. de vi priua. in verb.illa in poſſeſſione debet morari, in petitor eſſe. Guido Papa qu.366. Baque.d c.36.
f Conſtitutione Ludouici (quã cartam Normanã vocãt)
g Io.Gallus q. 360. vbi Mol. Cyn. Bald & Alber.in l.qui. crimen. in fin l.quia. C. qui accuſ.poſſ.c.calumniam. de pœn. Boerius Deciſ.324.
h Idem Io.Faber & Ang. Inſtit. de pœn. tem.litig.
i l.non eſt ignotũ. C.de adm. tuto.l ſeueriter. C.de execu.tut. vbi Io. Faber & Bald.
k l.Imperatores. D. de re iud.

l l.vn.C.de ſent.adu.fiſ.lat.retra. m Baquetius tract.de droict de desherance.c.8.arg.§.a.Inſt.de hered.qua & diff.& §.1.Inſt quib.ex cauſ.man.licet.

CAP. V.

In quibus cauſis fiſcus priuilegium non habet.

LXX. [n] EST & decretum ab Imp. Seuero, & cōſtitutum, nullo modo exigendum quem probare vnde habeat circa delationes fiſcales: ſed delatorem debere probare quod intendit.

LXXI. [o] Niſi lege ius ſingulare aliquod fiſco attributum ſit, iure priuatorum vtitur.

LXXII. [p] Non putatur errare is, qui in dubiis cauſis contra fiſcum facilè reſponderit.

De vſucapione ſeu præſcriptione rerum fiſcalium.

TIT. IIII.

I. [a] RES fiſci vſucapi non poteſt.

II. [b] Functiones publicas, ſeu ciuilem canonem, vel aliam quampiam publicam collationem eis impoſitam, omnes dependere compelluntur: nec huic parti cuiuſcunque temporis præſcriptio oppoſita admittitur.

III. [c] Iura regia quæ ſupremæ poteſtatis quaſi quędam ſunt pignora, notęve ac ſigna, vſucapi nullo modo poſſunt: cuiuſmodi ſunt fides, obſequiúmque ab omnibus qui ſub Regis Imperio ſunt, eidem debita: in quo genere numeranda eſt fidei præſtatio Ducum, Marchionum, Comitúmque: ſummum ac ſine appellatione iudicium: tributa, capitationéſque: ius ciuitatis Gallicę exteris dandæ: natalium reſtitutio: ius immobilium poſſidendorum ſacerdotiis, collegiíſque dandi: iura regalium: criminum abolitio: ius nummi cudendi; & conſimilia.

IV. [d] Idem dicendum de rebus publicis, vel vſui publico deſtinatis, quas ſibi Princeps vendicat: vt ſunt vię publicę, palatia, theatra, porticus, & conſimilia.

V. [e] Moribus Gallię receptum eſt, vt aduerſus fiſcum opponi, centum annorum præſcriptio poſſit, quod ad prędia quęcunque, iuriſdictionem, vectigalia, ius (quod patronatus appellant) ac cōſimilia attinet: ſimiliter atque contra Eccleſiam.

VI. [f] Iure Romano, ſi poſt bona nuntiata,

A fiſcus quadriennium ceſſauerit, vſucapi poſſunt. [g] Bonis verò fiſco nondum nuntiatis, bonæ fidei emptor traditam ſibi rem ex his bonis vſucapere poteſt: [h] idque decem annorum ſpatio, cùm fiſcus ſemper præſens intelligatur: ſed ſi titulus deſit, viginti annorum pręſcriptio locum habet: [i] cùm in omnibus fiſci quęſtionibus, exceptis cauſis, in quibus minora tempora ſeruari ſpecialiter conſtitutum eſt, viginti annorum pręſcriptio cu-

B ſtodiatur.

VII. [k] Iure ciuili Gallico, in euiuſmodi rebus pręſcriptio triginta annorum obſeruatur. [l] Iure municipali Pariſiorum aduerſus priuilegiarios quadraginta annorum præſcriptio locum habet.

VIII. [m] Laudimia, quintana, ſubquintanáve, ac iura conſimilia poſt triginta annos exigi non poſſunt.

C IX. [n] Iure Normano merum imperium, ac quęuis alia iuriſdictio, ac quę ad eas res pertinent quomodocunque, quadraginta annorum ſpatio pręſcribi poſſunt, præter ius, quod patronatus vocant.

X. [o] Si quæ res à fiſco alienata ſit, auferri emptoribus vel quibus donata fuerit, non poteſt: ſed intra quadriennium agi eius nomine contra fiſcum poteſt.

D

De iuriſdictione regiorum magiſtratuum.

TIT. V.

I. [a] MAgiſtratibus regiis tantummodò, non etiam aliis, de his criminibus notio, iudiciúmque competit: de lęſa maieſtate: [b] de falſa moneta: de contemptu regiarum conſtitutionum, edictorúmve: [c] de violata fide publica: de vi armata conuocatis hominibus facta: de falsò in regiis literis admiſſo: de delictis à regiis magiſtratibus,

E [d] apparitoribúſve in adminiſtratione officiorum admiſſis, vel iniuriis iiſdem factis: [e] de vænialium codicillorum à Rege conceſſorum reis comprobatione, [f] tametſi accuſatio apud alios iudices inſtituta ſit: [g] item de pe-

n l. eſt & decretum, D. de iur. fiſc.
o glo. in l. item veniunt §. Imperatorum. D. de petit. hæred. l. 1. C. de cond. & proc. præd. fiſc lib. 11.
p l. nō puto. D. de iur. fiſc.
a l. 2 C. com. de vſuc.
b l. comperit C. de præſ. 30. vel 40. ann.
c Conſtit. Franciſci I. Regis menſis Iuny anno 539 Caroli IX Molinenſi anno 1566. Io. Andreas in c. vlt de præb. in 6. Alex. conſ. 141. Not. 1. lib. 1. & conſ. 74. vol. 4. Matthæus Afflictus Conſt. 8. nu 16 lib 3. & Conſt 3 num 6. incip quadragenalem eo lib. & Conſt. 7. eiuſd lib num. 5. Abbas & Felinus in c. cum ex officio. de præſc Bald. in Auth. quas actiones. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Ioan. Baptiſta Caccial. in l imperium. D. de iur. omn. iud. queſt. 15 num. 43. Panor. & Felinus in cap. audientiam. de præſc. Ioan Baquetus lib. des droicts du domaine, cap. 7. l. Comperit. C. de præſ. 30. vel 40. ann. c. cum non liceat, vbi gloſſ magna. c. cùm ex officiy. de præſc.
d l. viam publicam. D. de via publ. & itin. publ. l. vſucapionem. D. de vſuc. e Io Baquetus lib. Des droicts du domaine, tract. Des droicts de desherance, cap 7. Auth. quas actiones Cod. de ſacroſ Eccl. cap. 1. de præſc. in 6 cap ſuper quibuſdam. de verb ſign vbi Panor. l. hoc iure. §. ductus aquæ. D. de aqua quotid. & æſt. Bald. in tit quæ ſunt regalia in feud. & Inno. in c. ad audientiam. de præſc. in 6. iudicio curiæ Pariſ. dies 10. Decemb. 1548. Contra d. Conſtit. Franciſci I. Regis die 3. Iuly 1539. Quam vſu non receptam Baquetus ait. Iure verò ciuili Romano & Pontificio omnis actio 40. annorum ſpatio extinguitur etiam quoad ius publicum. l. omnes. Cod. de præſc. 30. vel 40. annorum, in verb. nullumque ius publicum vel priuatum in quacunque cauſa remaneat quod extinctum non ſit. l. aliam Cod. de fund. patrimon. libro 10. cap. de quarta. cap ſanctorum. de præſc. Gloſſ in l. 1. Cod. Ne res dom. Tametſi contradicere videantur d. l. 1. & 2. Cod. d. tit. Ne res dom. & § res fiſci. Inſtit. de vſuc. & l. quamuis. in princ. D. eod. tit. f l. 1. Cod. de quadr. præſc.

g §. res fiſc. Inſtit. de vſuc. & l. quamuis. D. eo tit.
h Baquetus d. cap 7.
i l. in omnibus. D. de diu. & tempo. præſcr.
k Baquetus d. cap. 7. c. vlt. de præſc. in 6. arg quod aduerſus petitionem hereditatis, quæ actio perſonalis mixta, ſiue mixta ſcripta 30. ann. præſcribitur. l. hæreditas. C. de petit. hæred. l. hæreditatem. C. in quib. cauſ. ceſ. long. temp. præſ.
l Guido Papa, deciſ 416. præſcriptionem 40. annorum eſſe locum ve dat in iis cauſis in quibus cōtra priuatū 10. vel 20. annis præſcribitur.
m Baquetus d. cap. 7. arg. quod in cu. de re immobili, dominio aut proprietate non agitur, ſed tantum de mobilibus & fructibus, quæ actione perſonali petuntur, nempe condictione ex lege. Carol. Molin. in conſ. Pariſ. § 19 Boerius in conſ. Biturig. ts de præſ. verſ. 3. & 4. Bart. & Bald. in l. male agitur. C. de præſc. 30. vel 40. an. arg. iudicij curiæ Pariſ. dies 26. May 1573. arg

F quoque donationis ab Henrico II. Rege facta Ioanni Borbonio, Comiti Anguiano die 24. Sept. 1554 comprobatæ à præfectis ratiociniorū regiorū, menſe Decem inſequēte, earū rerū quæ à 30. annis obuenißent: quæ ſententia Conſiliis curiæ Pariſ. probatur, contra quorundam opinionem qui 40. annorum præſcriptionem in his rebus locum habere exiſtimant, arg. Auth. Omnes actiones. C. de ſacro. Eccleſ. & cap de quarta de præſc. vbi per id tempus contra Eccleſiam præſcribitur. n Conſtit. Ludouici Regis & aliorum Regum in ea commemorati (quam cartam Normanā vocant.) o l. 2 C. de quadr. præſc. 6. a Renatus Chopinus lib. 2. de doma. ti 6. & 7. Diplomate D. Ludouici Regis. Quo Carolo ſucceſsionis vice certas ditiones conceſſit dies 5. Iuly anno 1499. Diplomate item permutationis facta à Carlo V. Rege Monpeſſulana regionis cum Meleduno Meulantio & Longauillano Comitatu cum Nauarræ Regibus. b l. 2 C. de falſa mon. iudicio curiæ Pariſ dies 24. Marty 1510. relato à Chopino d. cap. c Idem leg. Lomb tit. Ne ad Reg. vens inuer. fiat. d Ioannes Faber in l. quæ promulgatæ. Cod. de offi. præſ. vrb. per l. de militibus. D. de cuſto. reo. fa. l. 2. Cod. de ſport. & ibid. Fab.

G Boerius deciſ. 9 iudicio curiæ Burdegal. menſis Iuny, contra Turanium Vicecomitem, & alio anni 1407. contra Antiſ. litem Sanctlorenſem relatis à Papone lib. 5. t. 8. Arr. 2. lege municip Normana, verſ. 118. e Iudicio curiæ Pariſ dies 11. Iuly anno 1415. l. 1. § de qua. D. de poſtul. f Conſti. Molinenſi menſis February 1566. g Prima parte Stylo Parla tit. Quorum cognit. ſpecialiter pertinet ad Regem.

cuius

A cuniis Regi debitis: de morticinij, ſeu rerum immobilium poſſidendarum iure ſacerdotiis collegiíſve dato: de cæde ob iudicium in tribunalibus regiis cœptum, admiſſa:[h] de tutela Eccleſiarum Cathedralium, ac templorum à Regibus ędificatorum, ac eorum cauſis qui in iis officio aliquo funguntur, ſuſcepta regio diplomate:[i] de poſſeſſoriis actionibus ſacerdotiorum nomine: de Regiis priuilegiis:
B [k] de teſtamentis, donationibúſve, quorum notionem regiorum eſſe iudicum, teſtatores, donatoréſve eſſe ſanxerunt: de raptoribus, incendiariis, & diuini cultus turbatoribus.

II. [l] Iure Normano, lites de iure Curionis in locum demortui deſignandi, ſeu ſacerdotiorum patronatu, apud regios duntaxat iudices diſceptantur.

III. [m] Regiis apparitoribus, viatoribúſve tantummodò regiorum magiſtratuum decre-
C ta exequi permittitur.

IV. [n] Iiſdem tamen intra territorium eorum quibus maior iuriſdictio competit (quã altam vocant) exequi quicquam ius non eſt: niſi nominatim à Rege, vel eius magiſtratibus mandatum id fuerit: cuius quidem rei decretum exhibere iuridicis eius territorij debent, ſi id poſtuletur: pręterquàm ſi de pecunia Regi debita agatur, aut criminibus
D ſummo regióque imperio vindicandis, aut ſi magnum aliquod periculum mora allatura ſit.

V. [o] Tametſi qui contrahunt ſeſe regię iuriſdictioni ſubiiciant: tamen iura inferiorum patronorũ nõ minuuntur: niſi falſum in literis regiis admiſſum principaliter arguatur, non etiam ex incidenti quęſtione.

VI. [p] Si cui iniuriarum actio intendatur, quòd perduellionis aut monetę adulteratoris
E nota aliquem ſermone aſperſerit, magiſtratuum regiorum ea de re notio eſt.

VII. [q] Iure Normano iuridici regij de ponderibus & menſuris etiam in territorio iuridicorum non regiorum ſibi ſubiectorum ius dicunt.

VIII. [r] Bonis cuiuſquam publicatis fiſcus litem à cõdemnato inſtitutam apud eundem iudicem perſequi non compellitur, præterquàm appellationis cauſam.
F

IX. [ſ] Regij magiſtratus, fidem cuiquam aſtringere, qui metuere ab iis dicat, nihil iniuriæ à ſe illis fore, non tenentur.

De priuilegiis Reginæ Francorum, Galliæve.

TIT. VI.

I.[a] QVodcunque priuilegij Regi competit, hoc idem Reginę ratio habere
G

A ſolet: & in litibus exercendis, non earum nomen, ſed procuratorum citatur.

II. [b] Litium, cauſarúmque Reginæ diſceptandarum, decidendarúmque cauſa, iuridici ſtati ſunt certi dies: & actorum liber proprius ei rei comparatur.

III. [c] Regina quoſcunque patricios Fràciæ omni honoris prærogatiua antecedit.

B

De prædiis eximiis quæ regiis liberis, eorúmq; maſculæ ſoboli paternæ hæreditatis vice tribuuntur (quæ Panagia vocant.)

TIT. VII.

Hic titulus quatuor capita habet. Primũ caput eſt, Quibus legibus ea prædia, de quibus hoc
C *titulo tractatur, dentur. Secundũ, Quid iuris regij liberi, eorũmq; hæredes in iis prædiis habeant. Tertium, De ſucceſſione in hæc prædia. Quartũ extincta virili ſobole eorũ quibus hæc prædia attributa fuerant, quomodo & quatenus in regium patrimonium redigantur.*

CAP. I.

Quibus legibus ea prædia dentur.

D I.[a] CVm regię hæreditatis regij omnes liberi capaces nõ ſint, pręter natu maiorẽ maſculum, cui regni ius integrum, non hęreditario, ſed gẽtilitio quodã, proximitatiſve iure defertur; prædia quædã eximia, alimentorum dignitatiſq; tuendæ cauſã à Rege cęteris liberis, aut fratribus ea lege tribuuntur, vt virili prole extincta in regium patrimonium ea prædia reſtituantur (quę Panagia vocant.)

II. [b] Regiis filiabus prædia in dotem non
E dantur:[c] ſed nonnunquam interim dum dotalis pecunia repræſentetur, agri eis fruendi dantur.

CAP. II.

Quid iuris in iis prædiis regii liberi, eorumque hæredes habeant.

III.[d] EOrum prædiorum quę regiis liberis hoc iure tribuũtur, fructus om-
F nes cuiuſque generis, obuentiones fiſcales, penſiones cenſuales, iuráque omnia patronalia in clientes, nemora, ſtagna, flumina, iuriſdictio, iura ſacerdotum deligendorum (quę patronatum vocant) magiſtratuum inſtitutio, bona exterorũ mortuorum caduca, mulctæ, ac ſimilia ad regios gentiles pertinent.

IV. [e] Bona criminis cauſa publicata, regiis gentilibus pleno iure acquiruntur.

h Idẽ diplomate poſſeſſionum tributarũ à Carolo V Rege Ioanni Duci Biturigum die 2 Sept. 1378. Cõſtit. Molinenſi Bald. in 6. quæſt. de iudic. can. lectus 63. d. fin. Io. Faber in §. adhuc. Inſtit. de manda. c. dilectus 3. de prob. l. Sancimus. C. de ſacroſ. Eccl. i Bulla Martini Papæ dies prima Mayo anno 12. Guido Papa quæſt. 1. & 33. Io. Feraldus 12. priu. citra 2. & deſſo comp. k Conſtit. regia dies 2. Ian. 1355. & anno 1559. Tiraq. 156 priu. pia cauſa. Io. Galli quæſt. 30. l legib. munic. Normaniæ, ver. 71. m Iudicio curiæ Pariſ. dies 6. Marty anno 1572. relato à Chopino lib. 2. de doma. tit. 7. n legib. munic. Norm. ver. 17. o Ren. Chopinus lib. 2. de domania. tit. 7. Iudicio curiæ Pari. dies 10. Febr. 1550. Bart. in l. 1. §. & poſt operis. D de nou. oper. nunt. contra Io. Paponis ſententiam lib. 5. t. 8. Art. 4. quo iudicium conſil. curia Pariſ. memorat dies 14. Oct. 1531. quo iudices regios de eorum cauſis cognoſcere cauſã tradit, quis ſe contra iuriſdictionem ſubiecerunt, ſi quidẽ citra ſtipſe in ... fuſa veniat, non etiã poſſeſſio quæ ex eo contractu quis ſe adeptus. p Iudicio curiæ Pariſ. dies 14. Oct. anno 1531. relato à Papone lib. 5. t. 8. Art. 4. q lege munic. Norma. ver. 23. r Chopinus lib. 3. de doma 1. 29 l. ſi conſtante. §. vlt. D ſol. matr. Salyc. in l. 1. C. ſi pend. appel. mors intern. Diuerſum ſeruatur in priuatorũ cauſis l. ſi cũ homi. D. de fideiuſſ. ſ Guido Papa quæſt. 127. contra Caroli Molinæi ſententiam in eadẽ quæſt. quo eiuſmodi iuſiurandum iuris executioni non eſſe impedimẽto demonſtrat: ſed de iniuria tantum interponi. a l. fiſcus in fi. D. de iur. fiſ. Conſtit. Henrici II. Reg dies 2. Nouemb. 1549.

b Iudicio curiæ Pariſ. dies 27. Iuny anni 1412 relato à Papone libr. 4. tit. 3. Art. 1. c d. Iudicio. a Conſtit. Molinenſi Caroli IX. Regis mẽſ. Febr. an 1566. verſ. 1. & alia conſt. menſ. Oct. anno 1374 arg. Vaſconia attributa, his legibus à Dagoberto Rege Ariberto fratri, vt ab Aimonio refertur lib 4. hiſtor. Gallica. Item Alenconij Comitatus mẽſe Maio 1268 diplomate fiduciariarum poſſeſſionũ attributarũ Carolo & Ludouico liberis à Carolo III. Rege, menſe Martio, anno 1284. & à Philippo Pulchro Carolo filio, mẽſe Aprili 1307, diplomate Caroli V. Regis dies 4. Iuny 1392. conſtitutionum, Panagij Ludouico fratri: & Panagiorum à Carolo IX. Rege aſſignatorum Regis Henrico & Franciſco fratribus, die 8. Febr. 1566. in acta Pariſ. curiæ relatorum die 21. Marty inſequẽtis. Bald. & Caſtr. in l. vlt. C. de reb. alien. non alien. idem Bald. in l. cũctos populos. C. de ſum. trin & fid. Cath. & in Auth ex teſtamento, C. de colla. Andræas & Abbas in ca. licet de voto. Franciſ. Ripiſ. in l. in quartã. D. ad leg Falc. Chopinus lib. 2. de dom. t. 3. b Conſtit. Carolo V. Reg. menſ. Oct. 1374. c Hac lege Comitatus Carnutum, Montiſargiry & Giſſerty Renata Ludouici XII. Regis filia tradit. d d. diplomate prædiorum huius generis à Carolo IX. Rege aſſignatorum Henrico & Franciſco fratribus. l. vſufructu legato. §. 1 D. de vſufr Bart. in l. fructus. D. de rei vẽd. & in l. fructus. & l. diuortio. §. ſi vir in fundo. D. ſol. matr. l. fundi Trebatiani. D. de vſufr. lega. e Renatus Chopinus lib. 2. de doma. tit. 4. arg. diplomatis prædiorum Mariæ Scotorum Reginæ, donationis propter nuptias cum Franciſco II. Rege initas cauſa datorum à Carolo IX. Rege, die 1. May 1558. & arg. d. l. vſufructu legato, iuncta l. qui bona fide § & ſuperficiarum. D. de dam inf.

V. [f] Si ob crimen, ante prædia regiis liberis attributa commiſſum, bona cuiuſquam publicentur, regiorum libetorum non fiunt.

VI. [g] Regiis liberis magiſtratum munúſve publicum quodcunque abrogare, illis quibus hæc à Rege mandata ante fuerint, non licet.

VII. [h] Cùm regiis liberis, eorúmque ſoboli maſculæ, quibus prędia hęc obuenerint, clientes in fidem ſeſe dedere, obſeqoia clientelaria polliceri, ac clientelaria munera cætera præſtare debeant, fidei ſibi aut procuratoribus datæ, libellorum atque inſtrumentorum exempla mittere quotannis ad pręfectos ratiocimiorum regiorum aſtringuntur.

CAP. III.

De ſucceſſione in hæc prædia.

VIII. [i] FOeminis hæc prædia iure hæreditario non deferuntur.

IX. [k] Si regius gentilis, coi hæc prædia à maioribus nbuenitſent, ſine liberis decedat, hæc prædia ad agnatos qui ab eo originem ducunt, cui tributa à Rege olim fuêre, deuoluuntur: aut ſi non extent, in ius regium vnde profecta ſunt, rediguntur: [l] non agnatis non ab his ortis, qui ea accepiſſent, deferuntur.

X. [m] Si is, cui huius generis prædia aſſignata erant, aut ex eius liberis quiſquam regno inauguretur, eius gentiles agnatíve ea prædia, quaſi iure quodam accreſcendi delata ſibi, petere oon poſſunt.

XI. [n] Similitet ſi hæc prædia ioter plures eius liberos, cui initio attributa erant, diuiſa ſint, vno eorum mortuo, ad maiorem natu eius poſſeſſiones deuoluuntur, nec aliis accreſcunt.

XII. [o] Si criminis cauſâ regij gentilis bona publiceutur; & hæc prædia eius liberis adimuntur.

f Chopinus d. l. arg. quòd tempus delicti ſpectetur, non rei iudicatæ l. 1. D. de pæn. DD. in l. vlt. §. Thryphonio. D. de iur. fiſ. Bald. in l. vlt. D. de iuriſd. om. iud. Iaſon in l. mort. eo. t. Alex in l. diuortio. D. Sol. mat.

g Iudicio curiæ Pariſ. dies vlt. Febr. anno 1572. lato ſecundùm Droy das Notarios, relato à Chopino li. 3. de do. t. 21.

h d. Conſt. Molinenſi Caroli IX Reg. v. 16.

i d. Conſt. Molis. verſ. 1. Iudicio Concilij Gallici dies 22. Dec. 1322. Quo Longi Regis filia exiliuſa eſt Pictonũ Comitatu à Carolo Pulchro Rege, & Lotharingus Audium comitatu à Carolo VIII. Rege, ex verbis diplomatis fiduciary, dies 17. Februarij anno 1531. Bar. in l. Gallus. §. etiam. D. de lib. & poſth. Cynus in l. liberti. C de oper. libert. Chopinus

A
XIII. [p] Vxores regiorum gentilium poſt virorum mortem in his prædiis ius donationis propter nuptias non habent.

CAP. IV.

Extincta virili prole eorum, quibus hæc prædia attributa erant, quo modo
B
& quatenus in regium patrimonium redigantur.

XIIII. [q] HVius geoeris prædia alienari, non magis quàm patrimonium aliud quodcunque regium, poſſunt. [r] Attamen redimendi ab hoſtibus regij gentilis cauſâ, cùm aliunde conflari pecunia non poteſt, non imptobatur partis eorum cuiuſpiam venditio, ſi Rex auctor fiat.

C
XV. [s] Simili modo neceſſaria ex cauſâ ſubiici hypothecæ huiuſmodi prædia poſſunt: veluti dotis, aut propter nuptias donationis cauſâ: [t] ſed cùm ad fiſcum regij gentilis morte reuoluuntur, ius hypothecæ intercidit.

XVI. [u] Tametſi permutata fiduciaria hæc prędia cum aliis fuerint, tamen finita fiducia regio patrimonio ipſamet prædia reſtituuntur.

XVII. [x] Virili ſobole regintum gentiliom
D
extincta, ea quæ naturali adiectione addita illis fuerint, veluti alluuione, caducíque iure, ad Regem vnà cum prę̨diis deuoluuntur: [z] aliunde quęſita, nec his nominatim adiuncta, regij patrimonij numero non habentur, nec fœminis, ſi mares nulli extent, vel aliis legitimis hæredibus qui in hæc prędia ſuccedere non poſſint, aoferuntur: [a] vt nec regnum aliud quàm Gallicum, aut Principatus, quæ vxoris dote Regi obuenerint.

E
XVIII. [b] Hæc prędia ſi iuris regij fuiſſe probentur, nullo vſucapi tempore poſſunt.

XIX. [c] Cùm hæc prædia in regium patrimnnium rediguntur, gentilium regiorum interitu, locationi ab iis factæ ſtari debet.

p Iudicio curiæ Pariſ. dies 3. Sept. 1454 relato à Chopino d. t. quo iudicio Belloſortenſis Comitatus adiudicatus ſunt Lauallæ Renati Andegaui viduæ. cum tamen vſufructus poſtmodũ eidem regia liberalitate ceſſus.

q d. Conſt. Molin. verſ.

r Iudicio curiæ Pariſ. dies 24 Iuly an. 1442 Quo comprobatum eſt diploma auctoritate regia vendendi Belgentiam oppidi, redimendi Caroli Aureliani Azincurtiana pugna capti cauſa, & alio dies 4 Martij 1437. quo redimendorum Aurelianorum cauſa permiſſa fuerat Petragoricis agri venditio: quæ iudicia referuntur à Chopino d. t.

ſ arg. quòd fructuarius aut emphyteuta vſumfructum qualemcunque in prædio transferre pactionibus in alium poſſunt l. ſi domus §. vlt. D. de lega. 1. l. Stichus. D. de lega. 3. l. cum quem, C. de v-

k Idē Chopinus li. 3. de do. t. 1. k Idē Chopinus li. 2 de dos tt. arg. quod ius capiant à primo poſſeſſore, nõ deceſſore poſteriore. Bar. in l. mortis cau. D. de don. cauſ. mort. Paul. Caſtr. in l. apud Iulianum, §. ſi quis aliem. D. de lega. 1. Meto Bart. in l. ſi mihi, & Titio. D. de verb. oblig. Bald. in c. 1. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis masc. c. 1. §. ſi vero de ſucc. fratr. vel grad. ſucc. Vbi Bald. Decius Conſ. 3 vol. 3. Vol. Bald. in l. Cum ita §. in fidei commiſſo, D. de lega. 2. Bart. & Socin. in l. ſi cognatus D. de reb. dub. Paul. Caſtr. in l. maritus. C. de procur. Bald. Conſ. 236. & in c. ſi Capitan. de feu. March. Aug. Conſ. 110. l Iudicio Concilij Gallici ad Christi Natalem diem anno 1258. de Claromontano Comitatu ſecundùm Ludouicum VIII. Regem, contra Robertum, Audium, & Alphonſum, Pictonum Comites: & aliud Concilij Gallici ad dinalia anno 1283. ſecundùm Philippum. Regem contra Carolum Regem Siciliæ, de Alphonſi fratris Caroli ſucceſſione.

m Chopinus lib. 2. de doma. tit. 13. arg. Glo. in l. Mulieri & Titio. D. de condit. & dem. auth. in l. ſi defunctus. C. de legi. hered. c. 1. de duob. fratr. de no. benef. ſim. c. 1. de ſucc. feu cap. 2. de feud. March. cap. 1. de benef. fra. Bald. Conſ. 148. Item arg. quòd dignitatis acceſſione cuiuſquam conditio in deterius non mutatur. l. Senatores. D. de Senat. l. falſa §. 1. D. de condi. & dem. Ita obſeruatum cùm Philippus Longus regnum eſt adeptus, qui ſe Comitatu Pictonum non exuit, nec is Comitatum Carolo Pulchro fratri accreuit, Iudicio Concilij Gallici menſ. Ian. ann. 1366. quo Philippus Aurelianus excluſus eſt Normania Andinique ditionibus à Carolo V. Rege fratris Philippi filio, quas Ioannes Caroli pater poſſediſſet antequam Rex fieret. n Chopinus d. t. 13. & ita obſeruatum cùm à Philippo Valeſio Rege Carolus Alenconiorum Comes Ludouici e fratris amborum demortui ſucceſſionem poſceret: & cùm ſimiliter Engoliſmorum Comes Philippi Virtuſiorum Comitis prædia peteret à Carolo Aurelianorum Duce.

o Chopinus lib. 3. de doma. t. 12. § denique & ibi Bald. 1 quæ fuit prima. cauſ. benef. amit. Glo. in c. 1. § vlt. de pac. iur. firm. Bald. in l. cum qui. de iureiu. Zaſius in tract. feudo. t. ad quem feud. apert. rev. c. oncl. 4. iudicio ſolemni Caroli VII. Regis dies 15. Oct. an. 1458. contra Io. Alenconiorum Ducem, in cuius tamen bona Renatus filius eſt reſtitutus die 21 Ianuar. anno 1467.

ſufr. l. neceſſario. §. 1. D. de peric. & com. rei vend. l. nemo prohibetur. C. de loca. arg. Item quòd fundi reſtitutioni ſubiecti ex his cauſis recte alienantur. l. Res quæ. C. Com. de lega. l. Mulier. §. cum proponeretur. D. Ad SC. Trebell. iudicio curiæ Pariſ. menſis Iulij anno 1446. relato à Chopino d. t. t §. donare. t. Qual. feud. alien. pater. iudicio curiæ Pariſ. anni 1572. de Mirabello oppido Andium relato à Chopino d. t. u Idem Chopinus d. lib. 3. t. 16. c. 1. de cer. perm. Deciſ. Neap. 17. & 136. x Bald. in § ſi quis de manſ. t. de contr. inveſt. Albert. Brunus tra. de augmento Conſ. 20. arg. quòd vſufructu finito pars adiecta agro fructuario naturali acceſſione in eadem cauſa reſtituenda eſt domino proprietatis. §. extinguitur. Inſtit. de vſufr. l. Si fundi. § huic vicinus. D. eo. t. z Iudicio curiæ Pariſ. dies 20. Ian. 1548. de vico Carentano ſecundùm Boeſium proceres quod refertur à Chopino lib. 1. de doma t. 1. & 3. Vbi addit etiam exempla de Saboliæ Baronia quæſita à Ducibus Andegauenſibus, quæ penes fœminas eorum heredes manſit finito Panagio & de Caſtronouo & Camporotundo quæſitis ab Alenconiis Ducibus arg. l. Qui fundum. §. 1. D. pro empt. a Chopinus lib. 3 t. 3. arg. Nauarræ regno quo Reges potiti ut dotali: nec ablatum poſtea fœminis hæredibus. b Iudicio curiæ Pariſ. dies 9. Maij ann. 1551 de Druidum Comitatu aduerſus Niuernium Ducem, & tranſactionibus initis de Nemoroſenſi & Alenconio Ducatibus, relatis à Chopino lib. 1. t. 1. arg. quòd pignoratitia poſſeſſio nullo tempore præbet creditori cauſam præſcribendi aduerſus non offerendi. Bart. in l. Pignoris D. de vſuc. c arg. quòd qui fundum redhibuit, ſtare debet locationi facta ab emptore. Bald. in l. 8. C. de Iur. fiſ. lib. 10. Guido Papa q. 450. & quòd vxor, pupillus, eccleſia obligantur ſeruandis locationib. à marito, tutore, tẽpli Antiſtite factis, quales diligentiſſimus paterfamilias facturus fuiſſet, Aug. Conſ. 245. Glo. & Abbas in c. querelã, ne præl. vices ſuas. Ren. Cho. li. 3. de do. t. 13.

F G

a *Conſtitutione Henrici III. Regis Bleſiis ſcripta menſ. Decēbri 1576. recitata in curia Pariſ. 8 die Ianuarij ſequētis: iudicio etiā curia Pariſ. dies 17. Iunij 1541.*

De regiorum gentilium, & Franciæ patriciorum priuilegiis & prærogatiuis.

TIT. VIII.

A I.[a] REgij agnati quoſcunque patricios honore ac dignitate præcedunt.

II. [b] Fœminæ etiam patriciatus Franciæ ſunt capaces: & in eum ſuccedunt: [c] innuptæ quædam iudiciis capitalibus de Franciæ patriciis quibuſdam interfuerunt, [d] nuptarum verò nomine patriciatus muneribus viri funguntur. A Rege tamen nonnunquam in poſtulantis tantùm gratiam patriciatus dignitas tribuitur: nonnunquam maſculi ſoli heredes comprehenduntur.

III. [e] Ex die creati patriciatus, honorum B prerogatiuæ deferuntur.

IV. [f] Franciæ patricius criminis poſtulatus, non niſi in curia Pariſienſi, ac conuocato patriciorum omnium collegio cauſam dicit.

B *ſecundùm Mopenſeriorum Ducem contra Niuernum Ducem, relato à Papone lib. 4 t.5. Art.2. De eo verò quod Renatus Chopinus lib.3 de doma. tit.7. tradit regiorum gentilium familiæ ſuæ principem primariumve ei honore anteire qui alium familiæ ſuæ principem habet: tametſi hic cognatione Regi ſit propior, valdè ambigo: tametſi idem Chopinus d.loco referat eo iure in Ludouici Regis inauguratione, Ducem Borbonium anteceſſiſſe Comitem Engoliſinorum ex gente Aureliana, & Niuernum ex Burgunda ſecundò genitos, die 20. Aug. an.1461. eique rei d. Conſtitutio Henrici III. Regis videtur aduerſari.* b *Hoc iu. e, Bona Caroli Attrebatum Comitis filia Duſianum Comitatum patriciatus dignitate in patris eius gratiam auctum poſſedit, anno 1458. deinde Elyſabetha eius neptis: nunc Guyſorum Dux Catharinæ Cliuenſis vxoris nomine. Et Valentina Aureliana Ducis quondam nupta cinocata ad iudicium Nauarri Regis factum 21 die May 1404.* C *Bleſenſis Comitatus nomine: & Margareta Longi filia exorauit Regem, vt Auguſtonemetum, Eſſuos & Donzienſem agrum liceret ſibi patriciales poſſidere, die 20. Aug. 1347. & Albretenſis Comitatus hac dignitate auctus Iana Nauarra Regina poſtulante die 28. April. anno 1550. & Margareta Franciſci I. Regis ſoror à fratre impetrarat, vt Bituriges cum honorario patriciatus titulo poſſideret, anno 1517.*

c *Vt Mathildis Attrebatum Comes iudicio de Roberto Flādria Comite, menſe Iunio 1315. cum patriciatus honore ornati eſſent Attrebatum Comites à Philippo Pulcho Rege, die 18. Febr. 1243. & Iana Raymundi Toloſatis filia, de Toloſatum patriciatu iurauit in verba Regis anno 1250. & Iana Balduini filia de Flandria 1210. Chopinus lib.3. de dom tit 7.* d *Hoc iure Alphonſus in verba Regis iureiurando adactus eſt, ob vxorium Toloſæ patriciatum: & Thomas Sabaudus, ob Flandriæ Comitatum vxoris Ianæ, & Auſtriacus iure materno eiuſdem Flandriæ Comes die 5. Iulij 1499.* e *Chopinus d. tit. 7 Bart. in l.1. Cod. de dign. libro 10.* f *Conſtit. regia dies 2. Mar. anno 1386. Curia Pariſ reſponſo ad mandata Caroli VII. Regis, dies 20 Apr. 1458. Iudicio patriciorum Franciæ menſis Iunij 1315. aduerſus Robertum Flandriæ Comitem, relata à Chopino d.t.3. Decreto regio diei 2. Martij 1386. relato à Papone lib. 4. tit. 5. Art. 1.*

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER OCTAVVS.

De prædiis gentilitiis, ſeu nobilibus (quæ feuda vocant.)

TIT. I.

Hic titulus in capita tria & viginti diuiditur. Primum caput inſcribitur, Quid eſt prædium gentilitium, ſeu feudum, & de prædiorum gentilitiorum natura & qualitate. Secundum, Quomodo & à quibus prædia gentilitia ſeu feuda conſtituantur. Tertium, De feudi conceſſione, & eius conceſſionis renouatione (quam Inueſtituram vocant.) Quartum, De clientis in fidem patroni deditione. Quintum, De inſtrumentorum rerum clientelarium editione. Sextum, De rerum clientelarium apud patronum profeſſione. Septimum, De honorario nouæ inueſtituræ (quod Redemptionem ſeu Releuationes vocant.) Octauum, De honorario patronis debito prædij clientelaris empti cauſâ, quæ Laudimia appellantur. Nonum, De ſolario clientelari, ſeu redditibus gentilitiis, ſeu eorum penſionibus. Decimum, De auxiliaribus honorariis clientelaribus. Vndecimum, De clientelari militia. Duodecimum, De fideiuſſionis neceſſitate clientibus impoſita. Tredecimum, Communia de manus iniectione in prædium clientelare. Decimumquartum, De redhibendorum prædiorum clientelarium iure patronorum. Cuius prima pars, A quibus fieri redhibitio poſſit. Secunda, Quæ res redhiberi poſſunt, & quorum contractuum cauſâ. Tertia, Quomodo redhibitio fiat. Caput decimumquintum, De rerum clientelarium cum patronalibus coniunctione ſeu conſolidatione. Decimumſextum, De prædiis clientelaribus commiſſis: cuius prima pars, De commiſſis abnegati patroni cauſâ. Secunda, De prædiis clientelaribus patrono ob grauem in eum iniuriam commiſſis. Tertia, De commiſſis ob iniurioſè tractatos clientes. Quarta, De prædiis clientelaribus damnatorum patrono commiſſis. Quinta, Communia, De prædiis ob iniuriam patrono factam, vel ob crimen quodcunque aliud, commiſſis. Sexta, De bonis eorum qui ſine hærede excedunt è viuis. Septima, De ſucceſſione in bona ſpuriorum. Octaua, Communia, De commiſſis cuiuſcunque vel diuerſi generis. Nona, De rebus quarum domini ignorantur. Decima, De bonis naufragorum. Vndecima, De theſauro inuento. Duodecima, De prædiis deſertis. Caput decimumſeptimum, De variis iuribus patronorum. Cuius prima pars, De minorum tutela, curationéve patronali Normana. Secunda, De iure deſignandi Curionis, nonnullorum prædiorum gentilitiorum (quod ius patronatus vocant.) Tertia, De vectigalium iure. Quarta, De iure moletrinæ patronorum. Quinta, De iure premendæ vuæ clientum, pomorum, pirorúmque eorundem. Sexta, De columbarij iure. Septima, De venationis iure. Octaua, De excubiarum iure. Nona, De operis vilioribus clientum. Caput decimum octauum, De variis prædiorum gentilitiorum, aliorúmque generi-

bus. Cuius prima pars, De prædiis gentilitiis, Regi, aliiſve patronis clientelaribus. Secunda, De prædiis gentilitiis æquo, parique iure poſſeſſis, (quem pariatum vocant.) Tertia, De poſſeßionibus prædiorum Eccleſiaſticorum. Quarta, De prædiis quæ vrbano burgive iure poßidentur. Quinta, De prædiis iuris liberi (quæ Allodia vocant.) Caput decimum nonum, Quæ iura competant fructuario, dominóque proprietatis in prædiis gentilitiis. Caput vigeſimum, De iuriſdictione patronorum: cuius prima pars, Quid ſit iuriſdictio, & quotuplex. Secunda, De iuriſdictione patronorum maiore, ſeu ſuperiore: itémque de inferiore minoréve, & mixta. Caput vigeſimum primum, Quatenus prædia gentilitia diuidi, pársque eorum alienari, aut clientelaris effici, ſeu in emphyteuſim dari (quam Subinfeudationem dicunt) poßit: & quo modo vti prædiis gentilitiis, aut clientelaribus liceat. Caput vigeſimum ſecundum, De lignandi paſcendíque iure in ſyluis patronorum clientibus dato. Caput vigeſimum tertium, De vſucapione ſeu præſcriptione eorum patronalium, clientelariarúmque.

CAP. I.

Quid eſt prædium gentilitium, ſeu feudum; & de prædiorum gentilitiorum natura & qualitate.

PRAEDIVM [a] gentilitium ſeu feudum eſt, cuius nomine obſequium clientelare ac fides patrono debetur, præſtationéſque clientelares, cuiuſmodi regionis mores ferunt, vel de quibus conuenit, cuiúſque poſſeſſores habere clientes alios poſſunt, & quorum prædiorum nomine patroni ipſi charos habere clientes debent.

II. [b] Iure Normano prædia omnia aut ſunt gentilitia, aut plebeia, aut iuris liberi (quę Allodia vocant.)

III. [c d] Prædia gentilitia omnia, à prima origine manare à Principe intelliguntur.

IV. Prædia gentilitia quædam ſunt ſuperiora, quibus alia ſubiecta ſunt: quædam inferiora, quæ aliis ſunt ſubiecta.

V. [e] Prædia gentilitia ſeu feuda, in Gallia moribus cuiuſque regionis [f] & pactionibus reguntur: [g] non iure ſcripto, legibúſve Longobardorum: [h] & alienandi ea quibuſcunque perſonis liberam facultatem poſſeſſores habent.

VI. [i] Si mos regionis non appareat, plerũque id quod in vicina regione obſeruatur, ſpectari ſolet.

VII. [k] Si prædium gentilitium patronale alia in regione ſitum ſit, in alia prædium gentilitium vel plebeium, clientelaria; eæque regiones diuerſo iure regantur, magis eſt vt regionis illius, vbi prædium clientelare ſitum eſt, mores legéſque inſpectemus, ſiue de laudimiis, ſiue de profeſſione prædiorum, menſuris, aliiſve rebus agatur.

VIII. [l] Pleriſque præſtationibus, quibus alioqui clientes moribus & legibus municipalibus ſunt obnoxij, derogari priuatis pactionibus poteſt.

IX. [m] Si nouum ius quodpiam inducere patronus velit, clientum ſingulorum conſenſus exigitur: nec iis qui non aſſenſerunt, vel aduerſus quos vſucaptum non eſt, cęterorum factum obeſt.

X. [n] Iure Normano prædia gentilitia ſeu feuda diuiſionem non recipiunt, ne inter cohæredes quidem: niſi ad fœminas maſculis (qui tum propinquo gradu cognationis defuncto coniuncti ſint) non extantibus ſucceſſione deuoluantur: inter quas in octo vſque partes, ſi tot ſint, eodem gradu fœminæ hæredes diuidi poſſunt: & ita quidem vt cuique parti iuriſdictio competat, cæteráque iura patronorum, & ſui cuique clientes.

XI. [o] Prædia gentilitia nobilitatis prærogatiuam non tribuunt, præter Ducatus, Marchionatus, Comitatus.

XII. [p] In iis rebus quæ ad prædia patronalia clientelariáque non pertinent, clientes vllis præſtationibus ſuis patronis non aſtringuntur.

XIII. [q] Cliens (quem vaſſallum vocant) clientis mei, meus cliens non dicitur: [r] nec mihi inſeruire tenetur.

XIV. [s] Cliens vniuerſitatis, non eſt cliens ſingulorum.

CAP. II.

Quomodo & à quibus prædia gentilitia ſeu feuda conſtituantur.

XV. [t] PRædia gentilitia maiora, veluti Ducatus, Marchionatus, Comitatus à Rege ſolo: [u] minora etiam ab ipſis Ducibus, Marchionibus, Comitibus, ac aliis patronis, veluti Baronibus, Caſtellanis, conſtitui poſſunt.

XVI. [x] Si quis rem ſuam omnino liberam (quam allodialem vocant) patrono ſubiiciat, clientelarem eam efficit.

XVII. [z] Prædia gentilitia, ac alia cuiuſcunque generis clientelaria, gratuitò, nõ nummis conſtitui ſolent: eóque beneficia à nonnullis appel-

a Franciſcus Hothoma in diſputatione de feudis, cap. 4. verbis aliorũ DD. definitiones reprehendit.
b legib. munic. Normaniæ art. 99.
c d Bald. in c. ad hoc. de allod.
e Fa. c. 1. de feud. cognit. arg. l. quod ſi nolit. § quia aſſidua. D de Æd Ed. l. licet. & l. circa. C. de loca.
f Caro. Molinæus in conſ. Pariſ. tit. 1. nu. 50. c. 1. & ibi Bald. de duob. fratr. à Capit. inueſt.
g Egid Mag cap. Deciſ.
h Io Fab Inſtit. de leg. patro. tut. verſ. fin. & l. de rer. diuiſ. in §. prim. & § item Seruiana de empt. & vend. & in Auth. ingreſſi. C de ſacro. Eccl. Albertic. in l. ſi quis priores. C. de ſec. nupt. Guido Papa quæſt. 59 227. & 130. Gul. Bened. in repet. cap Raynutius. in verb. duæ habentes filias. num. 182. Caro Molin in d. conſ. Pariſ. §. 1. num. 49. & 50. & §. 7. nu. 8. Petr. Iacob. in ſua praxi t. de condict. ex l. Imperialem § calidæ Albertic. Roſate in l. vlt. Cod. de iuriſd. om. iud. Bald conſ. 183. vol. 1. Iacobus Belloviſus c. ex quib. c. uſ feud amitt. Decius conſ. 8. & 193. in prin Boerius in conſ. Biturig. §. 1. & de ſuiſ feud. & deciſ. Burdeg. 114. & 123. & 202. Rena. Chopin. lib. 3. de doma ca. 6.
i can. 1. can. Iolac. de his 12. diſtinct. & c ex parte compoſ. de conſ. Io. Papo lib. 13. t. 1. Arr. 3.
k Io. Imbertus Enchiridio iuris Galliæ, in verb. conſuetudo regionum, per Cl. 1. de reſer. Caro. Molin. tract. de matiere feodale. §. 22. quæſt. 10. nu. 86.
l c. 1. & ibi Bald. de duob. fratr. à Capit. inveſt. §. feudum ca lege. t. ſi de feu. fuer. contro. inter dom. & agn vaſſ Io Andreas in add. ad Spec. t. de præſ. ol. pen. Io. Calderinus conſ. 73. de feud. Paul Caſtr. conſ. 311. dub. 1. vol. 1. Ludov. Romanus conſ. 70. Caro. Molin. in conſ. Pariſ. §. 23. nu. 4. Decius conſ. 8. & 193. in prin.

m l. iudicatum. ter. D. de vſu. Iudicio curiæ Burdeg. die 5 Febr. 1522. inter Stuſacen & Ragonem & alio eiuſdem anni ſecundam Pancanum, & item alio, menſe Maij 1527. pro Ruſibio Lemouico, relatus à Io. Papon lib. 3. Arr. 1.
n legib. munic. Norma. art. 336.
o Io. Papo 3. Nota. cap. De nobiliſſemis, arg. l. iuſtiſſime. D. de Aedil. edict. Lucas Penna in l. mulieres. Cod. de dign. lib. 12. & Andr. Iſern. in cap. 1. de capit. qui curiam.
p Card. in c. 2. §. denique de re iudic.
q Bart. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis. D. de liber. agnoſ. & in l. de acceſſionibus. D. de diuerſ. & temp. præſcr. & in l. Claudius D. qui potior. in pign. hab. Bald. in l. 1. C. comm. de lega. Felin. in c. in Eccleſiarum de conſtit. in glo. in verb. in feudum & in c. cæterum in p. de iudic.
r Bald. in d. l. 1. & in c. 1. § verſus. t. de cõtr. inueſt. & in c. ſimiliter. de lege Conr.
ſ Gl & Bart. in l. 2. D. quod cuiuſque univ. nom.
t c. 1. §. qui feud. dar. poſſ. & ibi Alvar. c. 1. §. de feudo March Renat. Chopinus lib 3. de doma. t. de feud.
u c. capitanei. & ibi Alvar 1. de feudo March.
x Spec. t. de locato. §. nunc aliqua. nu. 52. & ibid. Io. Andreas in add. nu. 60. in fi. Paul. Caſtr. in l. eũ falſa. C. de iur. & fac. ignor. arg. l. ſi aliquam rem. & ibi gl D de acq. poſſ. l. quadam mulier. D. de rei vend l. quiſquis. C de donat.
z Bald. in l. ſi quando C. de oper. libert. t. Obertus. §. prætereà, t. quib. mo feu. amitt.

lis appellantur. [a] Pecunia tamen accepta A
conſtitutioni eorum non officit.
XVIII. [b] Si ſimpliciter prædium gentilitium, feudúmve cõſtituatur, iis legibus quę in regione obſeruãtur, conſtitutũ intelligitor.
XIX. [c] Si arx caſtellúmve cuiquam à Rege, aut Duce, alióve, cui id ius ſit, tribuatur, cuius nomine iuriſdictio competat, ea quoq; iuráque gentilitij pędij patronaliſque omnia
concessa intelliguntur. B
XX. [d] Si iuriſdictio ſimpliciter etiam à Rege concedatur; ſimplex iuriſdictio, non item merũ, mixtúmq; imperiũ tributa intelliguntur, [e] niſi ex rei cõditione aliud arguatur.
XXI. [f] Prædium gentilitium feudúmve in re quoque communi rectè conſtituitur.
XXII. [g] Titulus prædij gentilitij ſeu feudi, eſt contractus ipſe conceſſionis, dationiſve in prædium gentilitium, aut plebeium clien-
telare: fidei verò datio; inueſtituræ (quæ dici- C
tur renouatio) actúſq; ſimiles probationem tantummodò rei inducunt, non etiam prædium gentilitium, feudaléve conſtituunt.
XXIII. [h] Si triginta annos quis prædium quaſi gentilitium poſſederit, in omni ferè Gallia iuſto titulo poſſediſſe intelligitur. [i] Sed in Normania quadraginta anni ad eam rem deſiderantur.
XXIV. [k] Si feudum in commiſſum cadat, veluti ob eam cauſam quòd patronum cliens
abnegauerit, remitti ea culpa à patrono po- D
teſt: eáque remiſſione inueſtituram renouaſſe cenſebitur.
XXV. [l] Prædia Eccleſiaſtica, quæ in emphyteuſim feudúmve data olim fuêre, ſi Eccleſiæ committantur, iterum dari etiam citra ſolemnia quæ in rerum Eccleſiaſticarum alienatione obſeruantur, poſſunt.
XXVI. [m] Quæ prædia intra alicuius patroni clientelates fines continentur, ſub eius
fide & clientela eſſe, niſi contrà probetur, exi- E
ſtimari debent.
XXVII. [n] Ei qui prædium clientelare eſſe dicit, eius rei probatio incumbit.
XXVIII. [o] Si pręlij clientelaris venditor, illud in cuiuſquam patroni clientela eſſe conſeſſus ſit, niſi aliis quoque argumentis ea
res comprobetur, hoc ſolùm non ſufficit, vt F
aſſerere quis prædij clientelam poſſit.

CAP. III.

De feudi conceſſione, & eius conceſſionis renouatione (quam inueſtituram vocant.)

XXIX. [p] PRædium, cùm cuiquam à patrono vt clientare ſit, vel ſimpliciter, vel ſub certis pactionibus conceditur, [q] inueſtitura appellatur. Renouationes etiam eiuſmodi conceſſionis, hoc nomine, ſed non ita propriè nuncupantur. [r] Inueſtitura autem non eſt traditio, cùm etiam ſine traditione ſubſiſtat: ſed eam vacuæ poſſeſſionis traditio ſequi ſolet. [s] Quin & poſſeſſionis per ſe adipiſcendæ facultatem inueſtitura attribuit. [t] Attamen ſi ea in re pręſenti fiat, pro traditione habetur.
XXX. [u] Gladio porrecto regnorum: vexillo Ducatuum: virga annulóque Epiſcopatuum: haſta minorum feudorum fieri inueſtitura ſolet.
XXXI. [x] Inueſtitura ſemel facta toties renouanda eſt, quoties mutatio perſonę clientis contingit.
XXXII. [z] Inueſtitura à procuratore patroni fieri, & à clientis procuratore peti poteſt: ac de patroni aſſenſu admitti.
XXXIII. [a] Tutor curatórve minoris, eius nomine inueſtituræ renouationem facere ac accipere poteſt.
XXXIV. [b] Inueſtitura quoque à ſuperioris pędij gentilitij patronalis ſeu feudi domino, qui manum in inferius iuſta ex cauſa iniecerit, rerum ſubclientelarium fieri rectè poteſt: *ſed non à pędij patronalis ſeu feudi citatore.

CAP. IV.

De clientis in fidem patroni deditione.

XXXV. [c] PRędij cuiuſcunque clientelaris nomine, fides à cliẽte pręſtari à patrono debet, obſequiúmque clientelare promitti (quod hominium appellatur) [d] Ac ei quidem nouus cliens ſemper aſtringitur, [e] non item cùm patronus mutatur.
XXXVI. [f] Huius iuriſiurandi hęc eſt formula. Manibus ſuis expanſis cliens in patroni ipſius manus, [g] geniſque ad genua aduolutus, gladio, calcaribúſque poſitis, his eum verbis affatur: Here, in tuam me fidem & clientelam dedo: tibique fidem meam do: ac obſequium clientelare præſtiturum promitto: idque aduerſus omnes, Rege excepto.
XXXVII. [h] Iure Normano hęc ſolemnitas in prædiis plebeis clientelaribus non obſeruatur: tametſi in ſuis rerũ clientelarium profeſſionibus, in fide eſſe patronorum, eiſq; patronale obſequium debere plebeij quoq; clientes perſcribere debeant.
XXXVIII. [i] Hæredes eius qui monachatui ſeſe ſolemniter deuouit, nouo fidei ſacramento obligari patrono debent.
XXXIX. [k] Prædij dotalis nomine vir iuſiurandum iſtud præſtare debet: * eo tamen abſente mulier ipſo iudice authore defungi hac re poteſt.

a Bald. in l. licet. C. de liber. cauſ. c. 1. ſ. de natur. feud. in vſib. feud. c. ad noſtram de empt. & vend. b Boerius Deciſ. 263. c Bart. in l. inter eos, D. de acq. rer. dom. Bald. in c. 1. de Capit. qui cur. vend. Carol. Mol. in Conſ. Pariſ. §. 1. glo. 5. nu. 47. & ſeq. d Spec. t. de Iuriſd. om. Iud. §. 1. nu. 16. & ibid. Io. Andreas in addit. Iaſ. in l. Imperium D. d. t. de iuriſd. om. Iud. Petr. Ferrarius in Pract. Papienſi, in cap. Actio cõfeſſoria pro ſeruitute. in verb. plenam & omnimodã. Phil. Decius in c. licet cauſam. de prob. e Bald. in l. placet. C. de pedan. Iud. f arg. quòd res communis donari pro indiuiſo poteſt. l. portionem. C. de donat. & legari. l. ſeruus. §. 1. D. de lega. 1. & vende. l. 1. & 2. C. de com. rer alien. g Car. Molin. in Conſ. Pariſ. §. 7. nu. 22. h Glo. & DD. in l. 2. C. de iur. emphyt. Andreas Iſernia in Conſt. Neap. cap. Quadragenalem. i legib. munic. Nor. ver. 521. k Imola in c. potuit. de loca. Abbas in c. ut ſuper. de rebus Eccl. non alien.

q Inueſtituram dixit Lemme, ut inueſtitura vocabulũ abhorrere non videamur debere. r Idem Cuiac. d. tra. Bald. in §. 2. ſ. de noua form. fid. Iaſ. in l. quoties lim. 12. C. de rei vend. Andreas Alciatus Cõſ. 165. n. 11. DD. in c. 1. & c. per tuas. de don. Io. Andreas in c. cõmiſſa. de elect. Ludo. Pontanus in ſingularibus. t in verb. inueſtitura Angel. in l. ſi vacantia. C. de bon. vacan. ſ Innoc. in c. 2. de conſ. Bald. in Margarita. in verb. conſuetudo. & in rubr. C. de cont. emp. 17. quæſt. Cyn. & idem Bald. in l. 1. C. de dona. Alex. in l. 3. & in l. ſi ex ſtipulatione. D. de acqu. poſſ. t Bald. in c. 1. ſ. quod ſit inueſt. & in d. q. 17. u Franc. Hothomanus tra. de verb. feudal. x legib. mun. Nor. v. 106. & 163. & Hoth. Comm. de feud. z c. vn. in fi. t. per quos fiat inueſt. Bald. in c. 1. vlt. col. t. Quo tẽpo. mil. Bart. Capola in c. 1. §. Diff. 1. de cog. feud. c accedens. de prob. vbi Abbas Sic. Rota. Deciſ. 153. in nou. a Io. Faber in l. Sancimus. C. de adm. tuto. Not. in l. cũ in vna. §. tutor. D. de appel. & in l. Curatorẽ. C. de aut. præſ.

[i] c. ex parte. de feud. d. c. ad ſuper. & ibi Inn. Feder. Senenſ. Conſ. 174. c. 1. de feud. Ren. Chop. lib. 3. de doma. t. 25. arg. quòd rei in priſtinum vſum reſtitutio, non cenſetur noua iuris attributio ſeu alienatio. l. 2. § ſi quis ædificium D. de non. oper. nunt. l. 3. § reſtituas. D. Ne quid in loc. publ. c. conſuluit. de Iud. Alex. in l. ſi mihi & Titio. D. de verb. oblig. Ludo. Rom. Conſ. 70 Decius Conſ. 131. m Io. Faber in l. Cũ eos populos C. de ſum. trin. & in l. 1. C. de Iur. emphyt. & in §. adeo. Inſt. de loca. Hoſt. & Abbas in c. ſi diligenti. de præſc. n arg. quòd prædia omnia ex ſua natura libera cenſentur. DD. in c. vlt. de Iud. & c. nimis de iureiu. Io. Andreas in Spec. t. de feud. § quoniam. n. 21. Bald. in c. 2. t. ſi de feud. fuer. contr. inter dom. & agn. & in l. libertas. D. de ſtatu hom. per illum text. Notatur in l. Altius. C. de ſeru. & aqua. o Spec. t. de locato. §. nunc aliqua. n. 74. Guido Papa q. 24. n. 1. Io. Papo lib. 13. t. 2. Arr. 18. p Car. Mol. in Conſ. Par. §. 7. n. 22. Ia. Cuiacius lib. de feud.

b Car. Mol. in Conſ. Par. §. 1. glo. 1. n. 57. arg. quòd ad poſſeſſorẽ ſpectet, non ad proprietariũ fructus quoſcunq; percipere glo. & DD. in c. nihil. & cap. querelã de elect.
c. in litoris de reſtit. ſpol. c. conſultationib. de iur. patro. Bald. in l. tertiũ. C. de rei vend. G
* Car. Mol. in d. Cõſ. §. 6 glo. 1. n. 9. c c. vn. de form. fidel. t. 1. §. domino t. ſi de feu. defun. contr. ſit int. dom. & agn. ex facto. t. Qualit. dom. prop. fen. priu. c. 1. de prob. feu. alie. per Feder. c. vlt. de reg. iur. can. de forma. 22. q. vl. c. vn. t. qual. iur. deb. vaſ. fid. cap. vn. t. quemad. feud. ad fem. pert. can. Ego. de iureiur. can. tibi domino. 63. Diſt. d legib. mun. Norm. v. 107 & 163. e Contra Hothomani ſententiã. t. de feu. f legib. mun. Nor. v. 107 ſũma rurali Gallica. can. de forma 22. q. d. c. 1. & qual. vaſ. iur. deb. g Io. Bodinus lib. de rep. h d. legib. mun. Norm. v. 101. i d. leg. mun. Nor. v. 165. k dd. leg. mun. Nor. v. 199. * Alex. & alij in l. ſi cùm dotẽ. § eo autẽ tẽpore. D. Sol. matr. Bald. & alij in l. tranſactionẽ. C. de traſ. Ca. Mol. in Cõſ. Pa. §. 23.

XL. [l] Per procuratorem fides dari patrono à cliente, & obſequioſæ pollicitationes fieri, niſi legitimæ excuſationes ſubſint, non poſſunt.

XLI. [m] Si prædium clientelare ab vniuerſitate vel collegio poſſideatur, fides, obſequioſæque pollicitationes præſtari per procuratorem poſſunt.

XLII. [n] Fidei clientelaris præſtandæ cauſâ cliens patroni prætorium adire debet: & ſi abſens ille ſit, eiúſque procurator, fores à cliente pulſandæ: ac patronus harum rerum cauſâ appellandus tabulario præſente, eiúſque rei conteſtationis libellus ad fores affigendus. Quòd ſi in prædio gentilitio ædes patronus non habeat, eiuſmodi conteſtationem apud iuridicum patroni, ſi in iis locis moretur, fieri oportet: vel alioqui apud iuridicum ſuperiorem, ſiue regium, ſiue alium quencunque: quæ res ab iniectione manus patroni in ſua prædia clientem liberabit.

XLIII. [o] Si fundi clientelaris plures ſint domini, ſinguli eorum, [p] etiam cohæredes hocce iuſiurandum præſtare patrono omnes debent: [q] nec eligi à cæteris vnus poteſt qui id cæterorum nomine faciat. [r] Similiter ſi fundi patronalis plures ſint domini, omnibus iſtud iuſiurandum præſtari debet, [ſ] ſi omnes clientem interpellent, [t] alioqui vni omnium vice [u] cæteras præſtationes tantùm præbere, ac præſertim antiquior cliens tenebitur.

XLIV. [x] Attamen in Normania, ſi Patriatus iure, de quo poſtea dicetur, prædia gentilitia clientelaria poſſideantur, ac antiquior è clientibus iniectionis manus ob fidem non præſtitam, * cui tàm ſuo, quàm iuniorum nomine aſtringuntur, liberationem procurare negligat, minores impetrare ipſam poſſunt. Ac tum patrono liberum erit minoribus natu ſuæ patris poſſeſſionem permittere, retenta penes ſe parte antiquioris: aut eam ipſam iunioribus concedere libello profitentibus quid toto eo patriatu comprehēdatur, ac redituum penſiones exſoluentibus. [z] Itémque

XLV. [a] Si inter plures prædium clientelare controuertatur, & omnes clientelare iuſiurandum dare velint, eos ad iudicem remittere patronus poteſt. Quod ſi gratificari cuiquam velit, ea res aliis non nocebit.

XLVI. [b] Iure Normano ſi quis prædium clientelare hac lege emerit, vt rediberi à venditore poſſit, fidei clientelaris iureiurando, & obſequioſis clientelaribus pollicitationibus obſtringitur.

XLVII. [c] Tametſi Rex prædia aliqua gentilitia, Ducatus, Marchionatus aut Comitatus amplitudine atque prærogatiua ornauerit: tamen eorundem prædiorum nomine antiquis patronis nihil iuris nec clientelaris obſequij deperit.

XLVIII. [d] Attamen ſi criminis cauſâ prædium in fiſcum redigatur, quod in Ducis, Comitis, Baronis, aut Franciæ patricij clientela eſſet, fide clienteláque eximitur.

XLIX. [e] Moribus Galliæ ſacerdotiorũ poſſeſſores à fidei deditione, [f] obſequioſíſque clientelaribus pollicitationibus nõ ſunt immunes: niſi ius immobilium poſſidendorum à Rege impetrauerint, & de indemnitate patronis cauerint.

L. [g] Si ab iis qui ſe in fidem patrono dedêre, & obſequia clientelaria polliceri teneantur, ea res intra quadraginta dies à morte deceſſoris ſui, vel alia mutatione clientis non præſtetur, patronus in prædia, reddituſque clientelares inicere manum, eorúmque fructus ſuos facere poteſt.

LI. [h] Manus iniectio ob clientem non ſe ſiſtentem, iuſtáque non præſtantem, à præpoſito, vel viatore, vel cui ius hoc fuerit, fieri debet: eáque res atque cauſa per trinos dies Dominicos publicè denunciari. Si cliens poſt quadragenos dies à poſteriore denuntiatione ſui fidei dandæ cauſa poteſtatem non faciat, iudicem pronuntiaturum diebus proximis iuridicis fructus rei clientelaris eſſe patrono commiſſos: eóque libello iuridicorũ dierum tempus locúſque deſignari debent, ac teſtes denuntiationis eiuſmodi eodē libello aſcribi.

LII. Si cliens deportetur, vel exilio vltra decem annos mulctetur, cùm ciuitatem amittat, niſi à nouo cliente fides detur, rebus clientelarib. inijcere manus patronus poteſt.

LIII. [k] Ob clientis, qui ſe in fidem patrono dederit, abſentiam, inijci manus prædiis eius clientelaribus à patrono non poteſt: niſi alius quaſi clientis mortui prædia clientelaria poſſidere incipiat.

LIV. [l] Si pluribus liberis, qui ſuæ tutelæ non ſint, prædium clientelare obuenerit, patronus eos vrgere ad fidei clientelaris deditionem non debet: niſi cùm vel omnes, vel vnus eorum in ſuam tutelam peruenerint qui id implere poſſint. Attamen interim tutor libello profiteri ea quæ ſint clientelaria, & quibus rebus ea ſunt obnoxia, eodem libello comprehendere tenetur: nomina item ac ætatem clientum edere: ac reddituum clientelarium, ſolariúmve penſiones exſoluere: niſi fortè in Normania fructus ſuos patronus curationis minorum cauſâ ſuos faciat: Atque in eadem Normania ætas vnius & viginti annorum fidei dandæ ſufficit, ſi in curatione regia ſunt clientes: viginti, ſi in aliorum patronorum.

LV. [m] Eodem iure Normano minores ad profeſſionem clientelarium prædiorum plebeiorum non vrgentur donec ad vigeſimum annum peruenerint: quæ ætas ad eam rem idonea exiſtimatur.

Marginal notes (left): dd. legib. mun. Norm. v. 05. c. 1. §. ſed trum. & ibi Bald. & Card. Alex. 1. Per ſios ſiat inueſt. & in c. 1. §. itē endum. & in de no. feu. Paul. Caſtr. Conſ. 367. n DD in l. in antum §. vniuerſitatis. D. de rer. diu. l. Sed ſi hac. § qui manumittuntur. D. Item ius vo-ran. l. 2. § ſinit. in prin. D. quod cuiuſq. vniuerſ. DD. in l. Sed ſenatus. D. de reb. dub. l. a §. ſi a ... D. ad SC. Treb. l. 1. §. ſeruum municipum D de queſt. Carol. Molin. in Cõſ. Parſ. §. 2. glo. 4. nu. 3. n dd. legib. municip. Norma v. 108. c. 1 §. regum. de ſtat. regul. Bald. in c. 1. §. vlt. t. per quos ſiat inu. Iudicio Parſ. curiæ dies 7. Decemb. ſecundum Marchionē Salluſianũ, & altero dies 21. Martij 1536. relatus ab Egid. Magiſtro cap. 7. Deciſ. o Car. Mol. in d. Conſuet. §. 2. glo. 4 nu. 32 & ſeqq & § 22. n. 5. quia feu... eſt eorũ commune vt ſingulorum. arg. l. per fundum. & ibi Bart. & aly. C. de rei vend. glo. ... verſ. Sed hoc poteſt dici. in l. 2. D. de præd. ſtipend. Bart. in l. 2. §. Item ſi in facto. D. de verb. obl.

arg. ... in l. 2. § ex his. & præcipuè à Iaſ. n. 3. l. heredes. §. an ea. D fa. erciſ. reg. ... ea quæ in partes diuidi non poſſunt. ſingula à ſingulis heredib præſtātur. p Argentraus in leges munic. Britanniæ Armoricæ v. 85 n. 2 & 3. Contra Carols Mol. ſententiã in d. Conſ. Par. §. 2. glo 4. n. 28. & ſeq. q Contra Aluarots & Card. Alex. ſententiam in §. omnes filij t. ſi de feud ſit cōtr. int dom. & agn. vaſſ & Zaſius in tract. feudorũ parte 2. verſ. poſſunt tamen. r l. cum vnus. in prin. vbi Bar. D. de alim. & cib. leg. gl. in c. ſi plures. t. ſi de feudo fuer. contr. & in l. ſi vſusfructus legatus. in prin. D. de vſufr. l. a. Aretius & Bart. in l. de pupillo §. ſi plurium. D. de nou. oper. nunt. Io. Sanſo in Conſ. Turon. ſ Car Mol. §. 2 glo. 4. n 33. Zaſius in Epit. feud. ... part. t arg. d. l. heredes D fam. erciſ. Boerius in Conſ. Bitur. docet antiquiori ... u Bald. in c. præterea Ducatus. t. de proh. feud. alien. per Feder. Felin. in c. 1. de maior. & obed. u Bald. in c. præterea Ducatus. d. t. de proh. feu. al. & in l. 2. §. in prin. ... & §. ne autem. C. de cad. toll. Io. Sanſo t. De baſſe Iuſtice. x dd. legib. mun. Norm. v. 115. * v. 128. z v. 175. a Car. Mol. §. 22. n. 100. b dd. legib. mun. Norma. verſ. 193.

Marginal notes (right): c Iudicio curiæ Parſ. an. 1565. relato à Io. Bodino lib. 1. de rep. c. 5. d Iudicio curiæ Pariſ. dato 25 Febr. an 1558. contra Tremollium relato ab Eg. Magiſtro, tract. Des fiefs, hommages & vaſſaux: & Io. Papone l. 5. t. 8. Arr. 12. Spec. tit. de feud. §. quoniam. & t. de homagijs & fidel. q. 28 arg. quod feudũ reuertatur ad primam naturam. can. quam de conſecr. Diſt. 4. l. ſi vnus § pactus. verſ ... ſi pactum. D. de pact. e c. antiquis ... prin. f Contra c. vlt. de reg. iur. & c. ex diligenti. de Simo. Spec. d. t. de feu. & d. t. de homagijs & fidel. g legib. munic. Norma. verſ. 109. h dd. legib. c. 112. i Car. Mol. in Conſ. Par. §. 1. glo. 1. arg. l. 2. & l. Tutelas. in fi. D. de cap. dim. k Idem Mol. d. § glo. 2 nu 3. & 4. Bart. & aly in l. ſi quidem. D. ſol. matr. in l. 2. § ſi dubitetur. D. quemad. teſt. ap. l. Nec non. C. de capt. & poſtl. ... l legib. mun. Norm. v. 197. m dd. legib. munic. Norma. verſ. 198.

LVI. [n] Qua-

LVI. [n] Quadraginta dies, intra quos nouũ clientẽ fidei clientelaris ſacramento obligare ſe debere diximus, emptori non ex die emptionis, ſed adeptæ poſſeſſionis numerantur.

LVII. [o] Si manus à patrono in fundum, quem clientelarem eſſe dicat, iniciatur, atq; clientelam poſſeſſor inficietur, vindiciæ ſecundùm clientem dici debent.

LVIII. [p] Si in prædium clientelare, ob fidem à cliente patrono non aſtrictam manus à patrono iniciatur, profeſſiones ab inferioribus clientibus poſtulari poſſunt.

LIX. [q] Fructus clientelarium prædiorum domino adiudicati, profeſſionis clientelaris prætermiſſæ cauſa domino non acquiruntur, ſi cliens ante eos reconditos iuſta offerat, aut manus iniectioni intercedat.

LX. [r] Piſces qui in ſtagno ſunt vt multiplicentur & creſcant, in fructu ſunt, ſi piſcationis tẽpus aduenerit, & iniecta in prædium manu percepti ſint: ſi in certa ſtagni parte vel in piſcina incluſi ſint cauſa cuſtodię, contrà eſt.

LXI. [ſ] Si prædij clientelaris fructus ſuos patronus faciat, ſementis pretium, fructuúmque percipiendorum cauſa factas impenſas reſtituere tenetur: niſi locari prędij penſiones pro fructibus malit, aut ipſorum fructuum mediam partem colono relinquere.

LXII. [u] Si tempore manus à patrono prędiis clientelaribus iniectæ, ſubclientelare prędium aliquod in commiſſum cadat, patrono ſuperiori acquiritur.

LXIII. [x] Patronus qui ob non deuinctum ſibi ſacramento clientem in illius prædium manum iniecit, ita ſuos fructus facit, vt hypothecarum creditorúmque ius non lędatur.

LXIV. [z] Cliens nullo tẽpore à fidei clientelaris ſacramento, obſequioſiſque pollicitationibus liberari poteſt.

LXV. [a] Fidei datio ac obſequioſæ pollicitationes cliẽtelares remitti à patrono poſſunt, ita vt ex ea re prædium gentilitium feudúmve non diſſoluatur: ſed non ipſa quam patrono debet cliens, fides remitti poteſt.

CAP. V.

De inſtrumentorum rerum clientelarium editione.

LXVI. [b] IN pleriſque Galliæ prouinciis cliens, quo iure res clientelares poſſideat, ſiue emptione, ſiue hæreditario iure, ſeu quouis alio titulo apud patronum profiteri, atque eius rei inſtrumenta quæ penes ſe ſint, edere ei debet, eorúmque deſcribendorum poteſtatem facere, quam ad rem iniecta in res cliẽtelares à patrono manu cogitur.

CAP. VI.

De rerum clientelarium apud patronum profeßione.

LXVII. [c] PRædiorum gentilitiorum, ac item plebeiorum clientelarium poſſeſſores, profiteri apud patronum res omnes clientelares, iura, obuentiones, priuilegia debent, eáque omnia libello comprehendere: Quantum ædium, ſoli, arui, prati, paſcui, ſyluæ grandis, cæduæve, ſolatij, molettinę, columbarij, leporarij, ſtagnorum, piſcinarum, rerúmque cuiuſcunque generis patroni beneficio habeant: quæq; prædia in ſua ipſorum clientela ac fide ſint: itémque quid patrono, quantúmque debeant: ac rerum clientelarium nomine in fidem patroni deditionis ſuæ, officiorúmque clientelarium, & obſequioſæ pollicitationis teſtationem eodem libello interponere.

LXVIII. [d] Iure Normano profiteri res clientelares, etiam qui prædia clientelaria ea lege emerunt vt redhiberi à vẽditoribus poſſent, tenentur.

LXIX. [e] Patronum clienti profeſſionis ſuę conſcribendæ cauſa, veteres profeſſiones edere, ſi quas habeat, & clientem contrà patrono comprobandę eiuſdem vel improbandæ gratiâ, æquum videtur.

LXX. [f] Ob profeſſionem rerum clientelarium à cliente nouo, poſt quadraginta dies à deceſſoris morte, aut quæſito rei clientelaris dominio, prętermiſſam, manus inici à patrono in res clientelares poteſt: fructúſque eidem adiudicabuntur, ſi ſæpius id facere cliẽs iuſſus, contumaciter recuſarit.

LXXI. [g] Si vnus è pluribus cohæredibus, cùm cæteri morarentur, integrum profeſſionis rerum clientelarium libellum obtulerit, in eius portionem inici manus à patrono non poteſt: [h] in cæterorum poteſt.

LXXII. [i] Profeſſio rerum clientelarium, ſiue integrè perfectéque facta, ſiue imperfectè, fructus clienti conſeruat: ſumptus tamen iniectæ manus & adiudicationis fructuum reſtitui à cliente debent.

LXXIII. [k] Iure Normano, ſi patronus profeſſionem clientelarem primis ſuis iuridicis diebus poſt eam relatam non improbet, cliens poſtea cæteris diebus iuridicis eius

[n] Gul. Cumm. Bald. Salyc. & Raph. Fulgoſ. in l. ſolãubus. C. de rei vend. per l. forma §. ſi cùm ego D. de cenſ. & l. quo quiſque. D de acq rer. do. Andreas Iſernia in c. 1. tit de cap. Cor. in prin. per c. 1. in prin. t. per quos fiat. inu. & § præterea. t. de feud. alien. per Feder. c. 1. t. de feud. Ia Aluar. t. quæ fuit cauſ. benef. amit. Guido Papa qu. 165. Contra Caroli Molinæi ſententiam in §. 13. glo. 3. nu. 12. quam donatione & permutatione tempus iſtud numerari à die adeptæ poſſeſſionis, non item in emptione, exiſtimat. o Car Mol. in Conſ. Par. §. ... glo 9. n. 2. p Argẽtræus in leges munic. Britãnia Armorica, ver. 85. Not. 2. nu. 3. arg. quod fructus patroni ſu... eiorum fide, & adminiſtratio ... patrono interim permiſ... ſit, non ea tamen quæ reſtitui integrum clients iuſta fa... ciente nequeat, veluti nominatio Curatoris ſi competat patrono inferiori. de quo infra. q legib. munic. Norman. v. 118. Contra ſententiã Car. Molin. in Conſ Par. §. 1. glo. 8. nu. 36. & ſeq. qui cæptã à patrono collectionem fructuum inhiberi nõ poſſe ã cliente cenſet. arg. quod fructus maturi & colligi cæpti habentur pro collectis. & Argentræus in leg. mun. Britãnia Armorica verſ 75. Not. 9. in fi. qui ſyluã cæduam cædi cæptã acquiri patrono cenſet. r Guido Papa Deciſ. Delph. 91. Boerius in Conſ. Bitur. t. de feud. § 5. & Chaſſ. in Conſ. Burg. t. 4. §. 2. Car Mol. in Conſ. Par. §. 1. glo. 8. ſ legib. mun. Norm v. 119. Bart in l Colonus & in l dominus. §. ... D. loca. Bald. Conſ. 116. Vol. 3. l. ſi à non domino D. de pet. hæred. l. fundus qui. in prin. D. fa erciſ. Bart. Conſ. 186. Steph Bertrand Conſ. 8. li. 7. Bald. in l. ſi pater. C. de vſufr. Pet. Cyn. Bald & Salyc. d. l. ſi quis ſciens. C. de rei vẽd. Idẽ Bald. in l. Æde. C. de loca Paul Caſtr. in l. diuortio. §. impendia. D. ſol matr. u Car. Mol. in §. 37. Conſ. Par. n. 45. arg. c. 1 §. denique. t. quæ fuit prim cauſ ben. amit. x arg. leg. mun. Norm. v. 201. Contra lege. munic. Par. ver. 18 vbi Car. Mol. & Argentræi ſententiam in leges municipales Britannia Armorica v. 79 & aliorũ, de quo infra ... z legib. munic. Norm v. 116. & 126 Boerius in Conſ Bitur. §. 3. c 1. §. ... Bald. verſ & nota quod dicunt. & Card. Alex. t. Qual. olim feud. alien. pot Bart. in l. malè agitur C de præſ 30. ann. a Iac. Aretinus trad. de feud. verſ. qui quidẽ munifeſtat. n. 16. & ſeq. b Iac. Ferrarius in praxi in forma. verſ. qui quidem vaſſalli promittant recognoſcere. n. 17. & 18. Spec t de loca. §. nunc aliqua. ver. ex lege. & ibi Bald. in Add. l. glo. in c. 1. §. aliud. vbi quoque Bald. t. de prob. feud. alien. per Fed. r. Ludo Romanus Conſ. 162. arg l Titius. D de act. empt. Ang. in l, Prætor. § 2. D. de eden. in. in c. perpet. de fid. instr Iaſ. in l. 2. C. de iur. emphy. Boerius t. de feud. §. 12. Mol § 5. & 51. glo 3. & §. 54. num. 4. Contra Bart. & Io. Plateæ ſententiam in l 1. C. de cõduct. & proc. lib. 11 & Iaſonis in l. 2. C. quo modo & qua. de index. & in l. Inſtrumenta C. de fidei. & Matthæus Afflicti lib. 1 Conſt. 91. qui putant ne à Regibus quidem Barones ad editiones contractuum fuerũ cogi poſſe. c Argentræus in leges munic. Britanniæ Armorica, ver. 85. Not. 4. l. forma, D. de conſ. Bald. in l. Inſtrumenta. C. de fidei. per glo. in l. 2. vbi Io. Plateam & Lucas Pennatus. C. quando & quib. quarta pars deb. li. 11. Iac. Sanctogeorg. tract. de feud. in glo. de ... ſtique vaſſalli. Spec. tit de emphyt §. nunc aliqua nu. 59. & 76. Hoſt. t. de feud. §. quibuſdã. v. quãd ſi vaſſallus. Bart. in l. Plures apocha C de fid. inſtr. Ang. in l. ſi rẽ. C. de rei vend. Boer. in Conſ. Bitur. §. 12. Fa l Titius hæres D de act. empt. d legib. mun. Norm. verſ. 192. e Car. Mol. in Conſ. Par. § 5 num 6. arg d. l. Titius hæres. & ibi Alber & l. Creditores. in fi. princ. D de act empt. l Inſtrumenta & ibi Bald. C. de fidei. Iaſ in l, ... 15. C. de iur. emphyt. Deci. Conſ. 67. f Iudicia conuentuum Molinenſium dies 26. Octobr. 1540. relato à Io. Papone lib. 13. t. 2. Arr. 14. g ſupra h. t. verſ. 73. h Caro. Mol. in Conſ. Pariſ § 5. nu. 5. & ſeq. Quia difficultas impedit moram & pœnam committi. l. ſi vehenda. i per D. ad leg. Rod. de iact. arg l. pen. C. de cond inſ. i legibus munic. Norm. verſ. 120. k dd. legib. mun. verſ. 121.

rei cauſa ſeſe eidem ſiſtere non tenetur: ac ei præſenti protinus patronus cauſam improbatæ profeſſionis ſcripto comprehenſam ſignificare debet. * Attamen intra triginta annos profeſſionem clientelarem improbandi, patrono facultas datur.

LXXIV. [l] Ob profeſſionem prætermiſſam, iniici quidem manus in prædia clientelaria à patrono poteſt: ſed non in ſubclientelaria, quarum poſſeſſores ſuo munere functi olim fuiſſent, tametſi ea clientes ſibi ipſis clientelaria futura aliis tribuerint.

LXXV. [m] Manu iniecta ex hac cauſa in res clientelares, patronus quaſi earum curator, adminiſtratorve, profeſſiones ab infimis clientibus poteſt exigere: non tamen ſacerdotem in locum demortui iure patronatus deſignare, cùm ea res in priſtinam cauſam reſtitui non poſſit.

LXXVI. [n] Patronus metiri per agrimenſores prædia clientelaria ſuo ſumptu poteſt: & ſi ampliora reperiantur quàm profeſſione contineatur, nouum ſolarium pro ea re conſtituere ad veteris rationem poteſt.

LXXVII. [o] Patronus rerum clientelarium, quas cliens apud ſe profeſſus fuerit, euictionem non præſtat. Eorum tamen quæ patronali iure prędiorum euictorum cauſâ ei præſtita fuerint, cuiuſmodi ſunt laudimia, & cætera generis eiuſdem, reſtitutioni obſtringitur.

* verſ.122.

l Car. Molin. in d. Conſ. Pariſ. §. 18. nu. 9.

m Argẽtræus in leges munic. Britan. Armorica verſ. 85. Quæ implicata à Molinæo dicta §. 34. glo. 5. & §. 1. glo. 6. in Conſ. Pariſ.

n Iudicio curiæ Toloſanæ dies 13. Sept. anno 1551. ſecundum Eſpaſiũ patronum relato à Papone lib. 13. t. 2. Arr. 2.

o Car. Mol. in Conſ. Pariſ. §. 44. qu. 9.

CAP. VII.

De honorario nouæ inueſtituræ (quod Redemptionem, ſeu Releuationes vocant.)

LXXVIII. [p] HOnorarium inueſtituræ cauſa à nouis clientibus prędia clientelaria [q] iure ſucceſſionis, alióve titulo adeptis, [r] eáque poſſidẽtibus, quaſi redemptionis rerum feudalium, renouationiſque earum cauſa patronis debetur.

LXXIX. [ſ] Eius hæredes qui ſe monachatui deuouerit, hoc honorarium patrono debent: ac eius exſoluẽdi cauſa, inferiores clientes dimidiatum ſuum honorariũ dependunt.

LXXX. [t] Si prędij donati, alióve modo alienati vſusfructus ab alienante retineatur, hoc tamen honorarium debetur.

LXXXI. [u] Dotalis fundi clientelaris nomine, vir iſtud honorarium præſtat: [x] ſed iure Normano, ſi vxor illud antea præſtiterit, nihil eo nomine exigi à viro poteſt.

LXXXII. [z] Vidua, vſusfructus quod ei donationis propter nuptias cauſa mariti morte obuenit, honorarium iſtud præſtat.

LXXXIII. [a] Si res clientelaris quam patronus emerit, [b] vel redhibuerit patronali iure, cognatis venditoris ab eo reddatur, vltra pretium, laudimiáq; hoc honorariũ percipit.

LXXXIV. [c] Tametſi patronus iniecta in prædium clientelare, manu fructus ſuos fecerit, tamẽ laudimiis atque hoc honorario cliẽs non eximitur: ſed penſionibus reddituũ eius temporis quo res clientelares patronus poſſedit, non etiam præteriti temporis.

LXXXV. [d] In pleriſque prouinciis Galliæ, cùm prędium gentilitium cuiquam vel hęreditatis iure, vel emptione acquiritur, renouationis inueſtituræ ſeu redemptionis eius prędij cauſâ, redditus annuus ipſius prędij patrono debetur, vel æſtimatio viri boni arbitrio: ac alterutrius rei eligendæ patrono optio defertur.

LXXXVI. [e] Syluæ cæduę quæ ſeptennio quoque, alióve tẽpore cædi, aut ſtagni, quod poſt quadriennium expiſcari ſoleat, non omnis fructus æſtimatióve, ſed pro rata temporis quo ſylua, piſcéſque incrementum cœperint, honorarij huius nomine debetur: tametſi cędendæ ſyluæ, ſtagnive expiſcandi tempus in eum annum inciderit, quo inueſtitura renouari debet.

LXXXVII. [f] Si duæ, pluréſve redemptionis vel inueſtituræ renouationis cauſæ in eundem annum incidant, non confunduntur: ſed bina plurave honoraria debentur.

LXXXVIII. [g] Nihil huius honorarij in prouincia Normana prędiorum vrbanorum nomine debetur: niſi titulus aduerſus eã rem proferatur, aut iuſti temporis poſſeſſio.

LXXXIX. [h] In eadẽ Normania huic honorario Ducatus cuiuſque cauſa, trecenti ac bini aurei cum binis trientibus: [i] Marchionatus cauſa, centeni ſex. geni ſeni aurei, & bini trientes. [k] Comitatus, octogeni trini aurei triénſque. [l] Baroniæ, triginta ac tres aurei. [m] Prędij gentilitij integri (quod loricatũ appellatur) nomine, quini aurei: partiũ verò eius ad octauã vſque, pro eadẽ ratione. Et hęc quidem ita demum obſeruantur, niſi titulus, poſſeſſio, pactióve aliud iuris inducant.

XC. [n] Nihil peculiariter huius honorarij nomine, leporarij, columbarij, ac aliarum acceſſionum prædij gentilitij cauſâ debetur: [o] niſi moletrina ſine prędio poſſideatur: cuius honorarium aureo æſtimatur.

XCI. [p] Dignitatum, muneriúmque ſeu miniſteriorum clientelarium cauſâ, ſi ſine ſolo poſſideantur, hoc honorarium non debetur.

p Noua Conſt. Leonis 1. vndecima, legib. munic. Norm. ver. 163 veteres intestatum appellabant. l. pen. §. alumnio. D. de lega. 2.

q lege munic. Pariſ. ver. 22. & 174.

r Car. Mol in d. Conſ. Pariſ. d. v 22. n. 150.

ſ dd. legib. mun. Norm. v. 165.

t Car. Mol. in Conſ. Par. §. 22. nu. 154.

u Mol. in d. §.

x legib. munic. Norm. v. 199.

z Idem Mol. in d. §. n. 160.

a legib. munic. Norm ver. 183.

b verſ. 184.

c dd. legib. mu. Norm. v. 114.

d Ægid. Magiſter tract. Des fiefs & homages & vaſſaux. ca. 4

e Alex. Conſ. 7. lib. 3. arg. l. diuortio. § quod in anno. D. Sol. matr. vbi quoque Iaſ. Pyrrhus in Conſ. Aurelianas §. 71.

l Molin. d. §. 13. glo. 6. num. 2 arg. quòd nihil refert quid ex æquipollentibus fiat. l. Si mater. C. de inſt. & ſubſt. Contra Alberici ſententiam in 1. part. ſtatutorum q. 98. vbi vxoris conſanguineos non admitti tradit, quòd venditoris cognati non ſunt: nec viri quod res ex eius gente profecta non ſit. m legib. mun. Norma. verſ. 461. Petrus Iacob in libello de actione in rem. in ſi. Spec. & Io. Andreas. in t. de emphyt. Guido Papa. q. 408. & 901. n legib. mun. Normanæ, v. 507. & 461. Molin. d. §. 13 glo. 53. n. 149. o Idem Mol. §. 22. nu. 81. arg l. Ariſto. D. de donat. ibi Bald. & Paul. & l. ſi quis donationis. D. de con. empt. Bald. in prał. feudo. Alex. in l. ſi quis ante. D. de acq poſſ Io. Andreas & Panor. in c. ad quæſtiones. de rer. perm. Iaſ. in l. lecta. D. de reb. cred. ſi cert. pet. Phil. Corneus Conſ. 45. Guido Papa q. 60. Alciatus lib. 3. de verb. ſig. p Idem Molin. §. 13. nu. 52. q dd. legib. mun. verſ. 464. r Molin. d. §. 13. glo. 4.

CCII. [s] Si rebus omnibus integris,[t] vel confeſtim ab emptione diſcedatur, redhibitioni locus non eſt.

CCIII. [u] Res integra non videtur ſi traditio poſt contractum ſecuta ſit, vel ſi precariam poſſeſſionem,[x] vel vſumfructum venditor retinuerit, vel ſi emptoris nomine poſſidere ſe conſtituerit: [z] vel domus venditæ, quæ in conſpectu eſſet, claues ſint traditæ, poſſeſſionémve permiſſu venditoris emptor nactus ſit, vel inſtrumenta, quibus ius venditoris contineatur, tradita ab eo fuerint. [a] Quod verò in venditionibus aſcribi ſolet, poſſeſſionem in emptorem eſſe tranſlatam, id eius adipiſcendæ facultatem tantummodò attribuit.

CCIV. [b] Si rei traditio interuenerit, necdum tamen pretium emptor ſoluerit, integra res non videtur.

CCV. [c] Si pretium à venditore remittatur, ſiquidem ex interuallo, [d] cùm venditio maneat, redhiberi prædium poteſt. Si in continenti, [e] ac ex mera liberalitate; non etiam aliis ex cauſis in donationem res abit.

CCVI. [f] Si patronus iure ſuo vti poſt venditionem cœperit, vel manu in prædium clientelare iniecta, vel ſi clienti iuſta offerenti ſeſe redhibitionem exercere velle denuntiauerit, integra res non videtur.

CCVII. [g] Si quid in patroni fraudem in venditione ſit admiſſum, intra triginta annos à contractu inito redhibere prędium tam patronus quàm cognati poſſunt:[h] tametſi per ignorantiam patronus iuſta tredecimana acceperit.

Tertia pars capitis decimi quarti.

Quomodo redhibitio fiat.

CCVIII. [i] A patrono exigere iuſiurandũ emptor poteſt, an, res clientelares ſibi habẽdi cauſâ, propoſitóque, vtatur redhibitione.

CCIX. [k] Etiam pretij augmentum ante redhibitionem bona fide factum à patrono redhibente emptori reſtitui oportet.

CCX. [l] Patronus qui redhibet compenſare ſibi ab emptore debitum cum pretio quod reſtituere debet, [m] ſi liquidum ſit debitum, vel fieri intra breue tempus queat, non prohibetur.

CCXI. [n] Prædij gentilitij emptor cuius redimendi facultatem venditor exceperit, ante redemptionem ſubclientelaria prædia iure gentilitio ſeu prædiali redhibita reſtituere non cogitur, cùm redemptionis legem venditor exercebit.

CCXII. [o] Emptori qui prædij empti fructus non tulerit, ſementis ac culturæ ſumptus à patronis iure redhibitorio vtentibus reſtitui debent: præterea ſoli poſſeſſi cauſâ pro rata eius temporis, penſionis pars, ſi locatum prędium fuerit, aut æſtimationis, quantum locari potuit: [p] ac quod ad fructus naturales attinet, veluti pomorum, arborum glandiferarum, pratorum, pro ratione temporis quo rem poſſederit.

CCXIII. [q] Emptor rei obnoxiæ redhibitioni, nemora, aut arbores quaſcunque cædere, non ſyluæ cęduæ, nec immaturos fructus percipere poteſt.

CAP. XV.

De rerum clientelarium cum patronalibus coniunctione, ſeu conſolidatione.

CCXIV. [r] IVre Normano ſi patronus prædium clientelare gentilitium, aut plebeium redhibuerit, cum patronali conſolidatur, & ſolaria, cæteræque præſtationes penſionéſve extinguuntur.[s] Ac ſi vllis præſtationibus vniuerſi clientes tenebantur obſtricti, eæ pro ratione rei redhibitæ minuuntur: [t] excepto præpoſiti munere. Quod tamen, ſi patronus prædium quodpiam ſibi clientelare emerit, exerceri prædij empti nomine per eum cui id mandauerit, curare debet, quoad id prædium clientelare gentilitio conſolidatum fuerit.

CCXV. [u] Eodem iure prædia clientelaria quæ patronus emerit, quoad vixerit, quæſitarum poſſeſſionum numero cenſentur, niſi iure patronali redhibita fuerint. Sed ſi patroni ſucceſſor quadraginta annos ea coniunctim cum cęteris gentilitiis fundis poſſederit, cõſolidata cum prædio patronali intelliguntur: tametſi voluntatis ſuę teſtationem patronus nominatim non interpoſuerit.

CCXVI. [x] In cæteris pleriſque Galliæ regionibus, ſi emptum clientelare prædium patronus ſeparatim à patronali habere velle proteſtatus ſit, eóque modo habuerit, in eadem qualitate manebit.* Si confuſè vtriſque prædiis vſus ſit: veluti vectigalia, ſolariáve permixtim exegerit, vel eadem profeſſione rerum clientelarium hæc prædia cum gentilitiis cęteris comprehenderit, coniunctio, conſolidatióve facta intelligentur.

CCXVII. * Si prędium ad Eccleſiam deuolutum cum cæteris eiuſdem Eccleſiæ longo tempore ſit poſſeſſum, conſolidatum ſacerdotio intelligitur: ac rerum cæterarum Eccleſiaſticarum inſtar alienabile non erit.

s Io. Faber in §. 1. Inſtit. de empt. & vend. & in l. 1. Cod. quando lic. ab empt. diſc. arg. § vlt. Inſt. quib. mo. toll. oblig. & d. l. 1. & d. tit. 1. l. quãdo lic. l. 2. D. de reſc. vẽd. ibi infecta fiet emptio.

t Iac. Sanctlegeor tr. … de oper. cõtra cõmunẽ opin. Ang. ſententiam, & vſu receptã, vt Papon. in Conſ. Burbo. §. 593. per l. 2. Cod. de iur. emphyt. & l. ſi conſtante. D. ſol. matr. Ang. in §. quia verò, in Auth. de nupt. adde Auth. Sed hodie. C. de iur. aur. anul.

u DD. in l. quod meo & l. quamuis. D. de acq. poſſ.

x l. quiſquis. C. de donat.

z l. clauibus. D. de contr. emp.

a Bart. in l. p… D. d. l. Molin. d. §. 13. Glo. 5.

b Car. Molin. d. §. 13. nu. …. §. venditæ. Inſt. de empt. & vend.

c Molin. d. §. 13. Glo. 5. num. 55.

d l. ſi tibi habitationem. D. loca.

e arg. l. Sed etſi lege. §. conſuluit. verſ. planè. D. de pet. hered. Iaſ. & alij in l. hoc iure. D. de iuſt. & iur. l. frater à fratre. D. de cond. ind.

f Molin. d. §. 13. num. 18.

g legib. munic. Norma. verſ. 500.

h Molin. d. §. 13. Glo. 6. nu. 9.

i Idem Molin. d. § Glo. 1. num 31. k Caro. Molin. d. § 13. Glo. 6. num. 1. l Idem Molin. d. §. Glo. 6. num. 10. quia compenſatio liquidæ rei ſolutioni æquipollet. l. ſi debitor. D. qui potior. in pign. hab. l. Amplius. D. Rem ratam haber. l. vel permutant. D. de liber. cauſ. & eius idem eſt effectus, qui vera ſolutionis, l. ſi mater. & ibi Gloſſ. & DD. Cod. de inſtit. & ſubſt. ſub cond. fa. & conditio ſoluendi impletur compenſando. l. ſi peculium. §. de illo. D. de ſtatul. & l. Iulianus ait. D. de cond. & dem. m Idem Molin. d. Gloſſ. num. 1. Bart. in l. Aufertur. §. qui compenſationem. D. de iur. fiſc. n Idem Molin. d. §. Gloſſ. 1. num. 5.

o legib. munic. Norma. verſ. 489.

p verſ. 490.

q Contra Molinæi ſententiam, in d. §. 13. num. 83. arg. quòd rei ſuæ etiam abuti licet. l. in re mãdata. C. mandati. l. Sed etſi lege. §. 1. & §. conſuluit, & ſeqq. l. vtrum. l. ſed quid poſſeſſor. §. ſicut. l. ei qui. §. vlt. iuncta Glo. D. de pet. hæred. l. Prætor ait. §. eſt præterea. D. de bon. auth. iud. poſſ.

r legib. munic. Norma. verſ. 177 & 178.

s verſ. 179.

t verſ. 180.

u verſ. 200.

x Iudicio curiæ Pariſ. dies 13. Iuly ann. 1520. relato à Renato Chopino lib. 3. de doma. t. 7. Bald. in l. 1. D. de rer. diuiſ. Caro. Molin. in d. §. 13. gloſſ. 1. num. 69. & §. 30. num. 186. arg. quòd quiſque ſit moderator rei ſuæ. l. in re mandata. D. mand. l. nemo exterus. Cod. de Iudæ. l. 2. D. ſi à par. quis manu. fuer. præterea arg. quod priorem iuris præſumptionem teſtatio contraria voluntatis excludit. l. ſi filiusfa. D. ad SC. Maced.

** d. Iudicio curiæ Pariſ. Imola in c. vt ſuper. de reb. Eccl. non alien. c. vlt. de feud. vbi Card. Anchoranus conſ. 155. arg. l. ſi ei. Cod. com. præd. & l. Papinianus D. de ſeru. vbi prædio debente ſeruitutem, quæſito à Domino prædij, cui ſeruitus debebatur, ea extinguitur legib. munic. Andium ver. 461.*

** Renatus Chopinus lib. 1. de doma. tit. 1. d. c. vt ſuper. de reb. Eccl. non alien. Bart. Bald. & alij in l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. arg. l. Procula. D. de probat.*

z legib. munic. Norma. verſ. 195.
a c ſi diligenti. de præſ. Panor. & DD. in cap. cùm olim. de re iudic. legibus munic. Pariſ. §. 30. vbi Caro. Molin. Boerius in conſ. Biturig. t de feud. §. 14. Inno. Felinus & Panor. in c. cæterum. de iudic. DD. in c. 1. § ſi vaſſallus. t. ſi de feudo fit controuer. inter dom. & agn. Io Papo. lib. 13. tit. 1. Arr. 9. arg. l. vlt. D. de rei vēd. Card. Alex. in c. ſi fuerit. de lege Conra. Bald. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. Guido Papa quæſt. 436. Idem Bald. in add. ad Spec. t. de loca. verſ. ſi emphyt. nega. nit. Inno. & Felinus in c. cæterùm de iura. cal.
b Molin. in d. §. 30 nu. 65.
c Glo. Ang. & alij in l. nec ſupina. & l. regula. D. de iur. & fa. ign. Boer. d. §. 14. Bald. & Card. in d. cap. ſi vaſſallus per illum tex. ex certa ſcientia Id. in Bald. in l. ea quæ C. de condict. ind. Alex. conſ 14. lib 2. Ludo Roman. conſ 70. Glo. in l. de pupillo. §. hoc autem, D. de nou. oper nunc.

CCXVIII. [a] Alluuione quæſita dominis prædiorum qui iuxta littus ripáſve fundos poſſident, acquiruntur ea quidem lege, vt eoſdem patronos eorum cauſâ agnoſcant, quos prędiorum proximorum nomine, eáque libello profeſſionis rerum clientelarium comprehendant: præterquàm ſi ei rei pactio, vel poſſeſſio repugnet.

CAP. XVI.

De prædiis clientelaribus commiſſis.

Prima pars.

De commiſſis abnegati patroni cauſa.

CCXIX. [a] Clientis qui patronum abnegat, [b] cùm fidei dandæ cauſâ in ius vocatus fuerit, vel etiam in iudicio incidenter, vel extra iudicium conſultò, prædia clientelaria in commiſſum cadunt, [c] ſiquidem in fraude, latáve culpa verſetur: [d] non ſi probabiliter dubitauerit: [e] ac id quidem tametſi alium ſibi patronum aſciſcat.

CCXX. [f] Qui partis modò fundi cuiuſpiam clientelam abnegat, eam duntaxat, non totum prędium patrono committit.

CCXXI. [g] Eius qui prædij clientelaris genus, ſeu qualitatem abnegat, prędium in commiſſum non cadit.

CCXXII. [h] Si clientis mors ante vocatum ex abnegationis cauſa clientem interuenerit, agi ampliùs eo nomine non poteſt. Aliud obſeruatur ſi prædium clientelare venditum, aut alio modo alienatum fuerit.

CCXXIII. [i] Qui patronum abnegauit, ſiquidem in iudicio, [k] ac tempore ad deliberandum ei indulto, commiſſum eius pœnitentia non extinguitur.[l] Sed ſi ante commiſſi petitionem, [m] litémque conteſtatam pœniteat, contrà eſt.

CCXXIV. [n] Abnegatæ clientelę à viro cauſa, prędium clietelare vxor non committit, ſed viro vſusfructus eius adimitur.[o] Quod ad res quęſitas attinet, viri abnegatio vxori quoque nocet.

A CCXXV. [p] Si vxor ſine viri authoritate abnegauerit, neutri ea res nocet.

CCXXVI. [q] Prodigus ob patrocinium abnegatum, prædium clientelare non cōmittit, niſi authore curatore id faciat: ſed in integrum reſtitutio ex ea cauſa dabitur.

CCXXVII. [r] Sacrifici, ſacerdotióve prçfecti abnegatione patronatus, Eccleſia prædium patrono non committit, ſed ipſi ſacrifico fructus adimuntur.

B CCXXVIII. [ſ] Si quis eorum monachorum (quos Priores vocant) patronatum abneget, ſine Cœnobiarchæ authoritate prædium clientelare non committitur.[t] Diuerſum obſeruatur, ſi collegij Eccleſiaſtici authoritas interuenerit.

Secunda pars capitis decimi ſexti.

C

De prædiis clientelaribus, patrono ob grauem in eum iniuriam commiſſis.

CCXXIX. [u] Cliens manum attuliſſe patrono conuictus, prædium ei committit.

CCXXX. [x] Eius qui adulterium cum patroni vxore nurúve commiſerit, vel nepti ex filio ſtuprum intulerit, aut ſorori in patroni domo, prædium patrono committitur.[z] Idem obſeruatur & cùm eas ad adulterium ſtuprúmve ſolicitauerit, turpitérve attrectarit. non etiam ſi quod turpe verbum coram illis profuderit. [a] Attamen ſi quis conditionem earum ignorans id admiſerit, prædium non committit.

CCXXXI. [b] Si quis eam quæ patrono olim nupſiſſet, poſt eius mortem, [c] etiam non alij matrimonio collocatam, violauerit, prædium clientelare non committit: [d] niſi filius vel nepos in prędium patronale ſucceſſerit: [e] vel intra annum luctus conſtuprata ea fuerit, [f] quòd ea res patrono contumelioſa exiſtimetur.

CCXXXII. [g] Cliens qui patrono per conuitium mendacium obiicit, vſufructu prædij clientelaris mulctatur.

F CCXXXIII. [h] Iure ciuili Normano, tametſi cliens pariatus iure prædium gentilitium poſſideat, tamen in honore habere ſuperiorem patronum debet: & ſi iniuriam ei faciat, prædium eidem committit.

CCXXXIV. [i] Eodem iure nominatim cauetur, clientes patrono deferre honorem debere: eiuſdem vxori & maiori filio: iunio-

p Idem Mol. d. §. nu. 76.
q Idem Molin. d. §. nu. 79.
r Oldra. conſ. 178. Molin. d. §. nu. 62.
ſ Iudicio curiæ Pariſ. die 2. Martij 1534 relato à Papone lib. 13. tit. 1. Arr. 9. Bald. in prælud. feudo. in vlt. dom. feudo.
t Egid. Magiſter tra. Des fiefs & hommages, cap 1. arg. quod res Eccleſiaſticæ ſine ſolēnibus nō alienētur. auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. Eccl. & t. de reb. Eccl. non alien. in Clem Boerius in conſ Biturig. tit. Des ſucceſsiōs de fief. §. 8. arg. anno. in c. 1. in cap. Conr.
u legib. mun. Norma. v. 125. Card. Alex. Bal. & Mart. Carraſius in §. ſimiliter a qu.b. mo. feud. am.
x c. 1. t. quib. mod feud. amit. arg. leg munic. Norma v. 124.
z Bald. in d. c. 1. Car. Mol. d. §. 30. nu. 156. contra Frāciſci Ripæ ſententiā.
a DD. in d. c. 1. Mol. d. § n. 155.
b Bald. in c. 1. §. ſi quis moles. t. de feudo ſine culp. non amit. Car. Mol. d. §. 30. nu. 143.
c Cōtra ſententiā Andreæ Iſerniæ, Nico. Neap. Aluar. & Prapoſ. in d. c. & Zaſii in epito. feud. arg. quòd videatur eiuſmodi vidua manere in matrimonio. l. vlt. C. de bon. mater. l. fœminæ.

d Boer. in d. §. 14. arg. l. vlt. C. de cond. ind. e c ſi diligenti. de præſc. Panor. & DD. in c. cùm olim de re iud. f Glo. Andreas Iſernias, Bald. Aluar. & Prapoſ in d. c. 1. § ſi vaſſallus idem Bald. in c. 1. § 1. t. qual. feud. ali. pot. & in cap. vnico, t. de proh. feud. ali. per Feder. & conſ. 208. lib. 1. Io. Andreas in cap. 2 de feud. Io Faber in §. vlt. inſtit. de lega. Fran. Aretinus conſ. 14. Card. Zarab. conſ. 92. Contra Oldradi ſententiam conſ. 28. & Alex. conſ. 99. g Car. Molin. d. §. 30. nu 7. h Idem Molin. in d. § nu 43. Bald. in c. inſuper t. de proh. feud. alien. per Feder. i Idem Molin. d. § 30. nu 28. Bart. in l. qui ea mente. D. de furt. per l. his qui ſanctam. Cod. de Apoſt. arg. quod delictum conſummatum non abolet pœnitentia. c. ſi vaſſallus fundum, t ſi de feud. fuer. contr. Contra Baldi ſententiam in d. cap. arg. quòd in pœnis legalibus locus eſt pœnitentiæ vſque ad ſententiam. Gloſſ & Bart. in l. in criminali. C. de iuriſd. om. iud. k Card. Alex. in d. c. ſi vaſſallus. verſ an vaſſallus poſſit. Bald & Salyc. in Auth. contra qui propriam. C. de fid. inſtr. Alex. in l. eum qui D. de iureiu. Ang. Aret. & Iaſ. in §. ex maleficiis. Inſtit. de actio. l arg. l. 3. D. de diuort. & l. quicquid calore, cum ll. relatis a glo. D. de reg iur. Pyrrus in leg. mun. Aurel. t. de ſucceſſione feud. § 8. arg. l. eū qui D. de iureiu. DD. in l. ſi rē quā. D. de euict. & l. Rem non nouam. C. de iud. m Boerius in conſ. Biturig. arg. Gl. in l. Neratium § nec actio. D. ad leg. Aquil. Lud. Romani. conſ. 70. n Car. Molin. d. § 30. nu. 69. arg. quòd vir non ſit verus dominus rerum dotaliū l. in rebus. D. de iur. dot. o Idem Mol. d. § nu. 71.

D. de Sena. l. filij libertorum, § vidua. D. ad munic. arg. etiam l. apud Celſum. §. aduerſus. D. de doli except. glo. in l ſororem. Cod. de his quib. vt indig. & glo. in l. fideicommiſſum vbi Faber, Bald. & Iaſ. C. de fideic. Paul. Caſtr. conſ. 147. d Mol. d. loco. e arg. Auth. de reſtit. & ea quæ parit X I. menſ. f Mol. d. §. nu. 144. g Iudicio curiæ Pariſ. die vlt. Dec. 1556. relato à Papone lib. 8. t. 3. Arr. 17. arg. quòd libertus qui patrono contumeliā fecit, aut conuitiū dixit, etiam exilio temporali punitur. l. 1. D. de iur patro arg. quoque. l. 1. D. de obſeq. à lib præſ. & l. 1. C. de libert. & eor. liber l. 4. C. de obſeq. patro. l. 1. § cum patronus. D. de offic. præf. vrb. h Iudicio conuentus iuridici Rothomagenſis, quod Sacrarum appellabant poſt Paſcalia 1395. relato à Io. Terreno. i legib. mun. Norma. verſ. 124.

res verò

res verò fratres primogenito.

CCXXXV. [k] Cliens, cuius filius patronum offendit, eum pellere domo compellitur, non etiam vxorem ſuam.

CCXXXVI. [l] Prædium clientelare, dotale, ſi iniuria ab vxore, ob quam in commiſſum cadere prędia ſolent, patrono inferatur, eidem committitur: ita tamen vt penes virum, quoad matrimonium ſolutum non ſit, vſusfructus maneat.

CCXXXVII. [m] Prodigus ob atrocem in patrónum iniuriam prędium cliẽtelare committit: non etiam ſi ſine curatore patronatum abnegauerit,[n] vt & ſuprà relatum eſt:

CCXXXVIII. [o] Si cliens pro eo fideiuſſerit quicum patronus inimicitias exercebat, prædium clientelare patrono non committit.

CCXXXIX. [p] Si patronus iniuriam in ſe cõmiſſam ſciens diſſimulauerit, vel ſi cùm tempus eius rei, querelam inſtituendi daretur, tacuerit, actionẽ eo nomine ad hęredẽ nõ transferet: [q] niſi fortè prædiũ iniecta in illud manu ob fidẽ clientelarẽ nõ datam, tenuiſſet.

CCXL. [r] Plurium patronorum cliens, ſi quem ex iis offendat, pro eius duntaxat parte prædium clientelare committit.

CCXLI. [ſ] Si ob iniuriam patrono factam prædium cliẽtelare ei cõmiſſum pronuntietur, fructus ex die quo patronus ea de re conqueſtus ad iudicem fuerit, patrono applicautur, non à commiſſæ iniuriæ tempore.

CCXLII. [t] Si cuipiã quarta vel alia pars fructuum prædij cuiuſquam clientelaris debeatur, ac iniuriæ à cliẽte patrono illatæ cauſa eidem prædium illud committatur, nihil tamen ex debitis fructibus, iis ad quos pertinebant, decedit.

Tertia pars capitis decimi ſexti.

De *commiſſis ob iniurioſè tractatos clientes.*

CCXLIII. [u] PAtronus charum habere clientem, ei fidus eſſe, omnique iniuria [y] abſtinere in eum debet. [x] Et ſi in eum ſit iniurius, idonea cauſa eſt curſuperiori patrono iura clientelaria committat, [z] ſi admonitus non ſe temperet iniuriis. [a] Similiter ſi iuriſdictione prædij gentilitij poſſeſſor abutatur, eam ſuperiori patrono committit.

CCXLIV. [b] Si patronus clientẽ in fidem ac tutelam clientelarẽ accipere abſque cauſa recuſet, de ea re ſuperior iudex adiri poteſt.

CCXLV. [c] Si cliens à patrono metuat, ſecuritatis tamen ab eo teſſeram ac juſiurandum expoſcere ſibi iniuriam ab eo non futuram minimè poteſt, cùm in eius fide ac tutela ſit.

CCXLVI. [d] Clientes aduocati officium exercere contra patronos non prohibentur.

Quarta pars capitis decimi ſexti.

De *prædiis clientelaribus damnatorum patrono commiſſis.*

CCXLVII. [e] IVre Normano, morte damnatorum, vel extorres Gallia eſſe in perpetuum iuſſorum, vel in remigium non tẽporale addictorum, prædia clientelaria patronis committuntur: [f] ea tamen lege vt ſolariis quæ alij patrono debita fuerint, redditibus hypotbecariis, ac ære alieno non liberentur.

CCXLVIII. [g] Eodem tamen Normano iure, fructus prædiorum eius qui à regio magiſtratu condemnatus eſt, anni à condemnatione proximi, Regi applicãtur: nec quicquã ex iis minuitur ſolarij patronalis vel emphyteutici cauſã, & pręter hęc mobilia condẽnati Regi committũtur æri quidẽ alieno obnoxia.

CCXLIX. [h] [i] Item eo iure mobilia eorum qui ſibi necem conſciuerunt, Regi committuntur, non patronis cæteris: niſi quibus ius quodpiam ſingulare aut iuſta poſſeſſio id tribuat. Sed ſi vi morbi, aut furoris mors contigerit, bona ſiue mobilia, ſiue immobilia hæredibus non auferuntur. Quod & ſuprà commemoratum eſt.

---

k *Bald. in c. inſuper 1. de prob. feud. alie. per Feder.*
l *Carol. Molin. d. §. 30. nu. 78. arg quod vxor capax ſit delicti: ergo & pœnæ. l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. delict. l. impunitas. C. de pœn.*
m *Idem Molin. d. §. nu. 79.*
n *verſ 226.*
o *Bald. in c. ſuper. § porro. t. Quæ ſit prim. cauſ. ben. am.*
p *Caro. Molin. in d. §. 30. nu. 126. & 128. arg. l. 1. l. his ſolis. & l. vlt. C. de reuo. dona. Fran. Ripa in d. l. vlt. quæſt. 61. Andr. Tiraq. in rep. l. ſi vnquam. C. d. t. de reuo. dona. in verb. ſuſceperit liberos. nu. 174. Caro. Ruinus Conſ. 10. 128. 159. & 168. Vol. 1. Iaſ. & alij in l. Omnimodo. C. de inoff. teſt. Hyppo. Marſ. Sing. 22. Boerius in Conſ. Biturig. t. de conſue. feud. §. 15. glo. vlt. Rayn. Fer. in l. 2. §. vlt. D. ad SC. Syllan. DD. in c. Imperialem. §. inſuper. t. de proh. feu. ali. per Fed.*
q *Molin. d. §. nu. 129.*
r *c. 1. t. de vaſſ. qui contra cõſt. Feder. feud. alien.*
ſ *Carol. Molin. in Conſ. Pariſ. §. 13. nu. 33.* Contra *Galielmi Cuniȷ, Angeli, Pauli, Alex. Philippi Cornei, & Iaſonis ſententiam. in l. 1. C. de his quib. vt indig. Iacobi Sangeorgij de tra. inueſtitura in verb. dictique vaſſalli promittunt non committ. Feloniam, verſ. adre arg. l. Videamus. D. de vſur. arg. quod patronus petit, quod olim ſuum fuit, Zaſius in Epito. feudorum, §. 10. Fran Ripa in rep l. vlt. C. de reuoc. donat. quæſt. 66. & contra communem DD opinionem, quæ à die commiſſi delicti fructus adiudicandos cenſent.*
t *Oldradus Conſ 148.*
u *leg. municip. Norma. verſ. 123. cau. de forma 22. quæſt. vlt. c. vn. t. Quemad. feud. ad fil pert. c. vn. §. filiæ tit. de ſucceſſ. feud. cap ego de iures. ca. tibi domino. 63. Diſtinct. arg. l. Diuus Claudius. §. 1. D de iur. patro l. ſi patronus non alueuit. D de bon. libert.*
x *d. legib municip Norma. verſ. 126. Bald. in cap. publici. de pac. ten. Iaſ. in Auth. Qua rem. C. de ſacroſ. Eccl. Guido Papa quæſt. 168. cap. ex facto. 1. Quomodo dominus propr. feud. priu. Carol Molin. in Conſ. Pariſ. §. 2. glo. 4. nu. 11. 12. & 13. ll. capitib. & locis ſuperiori annotatione relatis.*
z *Bald. in d. c. publici. & §. 1. t. de mil. vaſſ. qui contu. eſt. & in Auth. Sancimus. C de ſac. Eccl. c. 1 de vita & hon. cler. in Clem. Franciſ Curtius Conſ. 137. nu. 20. Aym Crauet. Cõſ 6. num. 108. Vol. 1. Iaſ. in d. Auth. qua rem.*
a *Bald. & Aluarotus in l. Federicus. §. quicunque aduocatiam de pac. ten. & eius viol. & idem Bald. in c. 1. §. vaſſallus. t. ſi de feud. fuer. contro. & in c. 1. quib. mo. feud. amitt. & in l. Solo. C de liber. cauſ. Io. Andra. Gemin. Phil. in c. 2 de re iud. in 6. arg. quòd pœna debet cõmenſurari delicto. l. Sancimus. C de pœn. arg. etiam. l ſi manumiſſus. C. de libert. & cor. l ber. ibi quoniam illis delicta parentum non nocent, quos tunc eſſe ortos conſtiterit. Io. Papo l. 5. 8. 8. Ar. 11.*
b *Boerius in Conſ. Biturig. § 10. & 11. Salyc. & Iaſ. in l vlt. C. Inueſtitura præmio ob hoc mulctari tradunt nonnulli, clientelari etiam iure priuari patronum autumant. Glo. & Bald. in c. 1. §. vlt. t. Per quos fuit inueſtit. Iulius Clarus lib. receptar opinionum. §. feudum quæſt. 41. Guido Papa quæſt. 168. 315. & 368. Bart. in l. 1. §. permittitur. D. de aqua quot. & æſtiu. Socinus Conſ. 109.*
c *Io. Gallus quæſt. 121. anni 1383. Io. Faber in l. vlt. C de his qui ad Eccl confug & l. 2. C. Vt nemo priua. titulos prædiis ſui. l. Capitalium §. ad ſtatuas D. de pœn. Iudicio curia Pariſ. dies 14. Iunij 1548. relato à Papone lib. 13. t. 2. Arr. 5. Contra Caroli Molinęi ſententiam. in d. quæſt. Io. Galli. & in quæſt. 127. & Renatus Choppinus lib. 2. de doma. t. 6.*
d *Io. Gallus quæſt. 23. Contra glo. magnam, in verb. perdit. § Item ſi delator. tit. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.*
e *legib. munic. Norma. verſ. 143.*
f *Idem Conſt. Philippi Regis edita Biturig. anno 1304. relata ab Aufrerio. t. de lib. oblat. Io. Fab. in §. & ne huius. Inſtit. de eo cui libert. cauſ. bona aduc. Gul. Bened. in rep cap. Raynutius in 1 part. in verb. & vxo. nom. Adel. Renat. Choppinus lib. 3. de doma. tit. 12. arg. quòd ſi donatio reuocatur ob ingratitudinem, hypotheca antea contracta non extinguuntur. l. his ſolis. C. de reuo donat. Alber. in l. ſi vnquam. C. eo. t.*
g *d. legib municip. Norma. verſ. 145.*
h *d leg. mun. verſ. 149.*

CCL. [k] Damnatorum maieſtatis prædia, tametſi ſub aliorum patronorũ fide & clientela ſint, Regi committuntur.

CCLI. [l] Si prędia clientelæ alij quàm regiæ obnoxia Regi committantur, fidei clientelari alienæ, obſequiiſq; clientelaribus non obligantur.

Quinta pars capitis decimi ſexti.

Communia de prædiis, ob iniuriam patrono factam, vel ob crimen quodcunque aliud, commiſſis.

CCLII. [m] CLiens tametſi prædio clientelari abutatur, corrumpátque, vel eius ſpeciem immutet, prędiũ clientelare non committit.

CCLIII. [n] Ob delictum à ſacerdote commiſſum, prædij clientelaris dominium proprietáſve patrono non committitur: ſed eius duntaxat vſusfructus.

CCLIV. [o] Etiam remunerationis cauſa, poſſeſſiones à patronis cuiquam conceſſæ vt in eius clientela eſſent, cadere in commiſſum poſſunt.

CCLV. [p] Prędium clientelare ipſo iure patrono non committitur: ſed ita demùm ſi de ea re iudicis ſententia pronuntietur.

CCLVI. [q] Quandiu lis de commiſſo pendet, clienti poſſeſſio fiduciaria rei clientelaris non aufertur: [r] nec ſatiſdare tenetur.

Sexta pars capitis decimi ſexti.

De bonis eorum qui ſine hærede exceſſere è viuis.

CCLVII. [s] IVre Normano, ſine hærede, [t] qui intra ſeptimum cognationis gradum defuncto coniunctus ſit, decedentium prędia clientelaria [u] ad patronos deuoluuntur. [x] In reliquis Gallię pleriſque prouinciis non modò propinqui, è quorum linea ſiue paterna, [y] ſiue materna bona profecta ſunt, ſed & diuerſa cognationis linea fiſcum anteuertunt, [z] qui modò ſint intra decimum cognationis gradum.

CCLVIII. [a] Mobilia clientum qui ſine hærede deceſſerint, patronis in quorum prędiis clientelæ eorum ſubiectis reperta fuerint, adiiciuntur.

CCLIX. [b] Patroni clientum, ſine hærede mortuorum bona, re ipſa, nullóque ipſorum patronorum facto interueniente, poſſidere non intelliguntur: nec niſi in ea manum iniecerint.

CCLX. [c] Si inter Regẽ alióſque patronos de bonis eorum, quibus mortuis hæres non eſt, controuerſia fuerit, iudicis regij ea de re notio eſt: bonorúmque deſcriptio (quam inuentarium vocant) ab eo fieri debet.

CCLXI. [d] Vir vxórque ſibi inuicem in omni ferè Gallia non ſuccedunt: ſed alterutrius morte nihil ſuperſtiti omnino deperit.

Septima pars capitis decimi ſexti.

De ſucceſſione in bona ſpuriorum.

CCLXII. [e] SPuriorum prædia clientelaria, eorum morte patronis applicantur, ęri alieno atque hypothecis ſubiecta, niſi natalibus reſtituti à Rege fuerint: eáque de re codicilli, conuocatis iis ad quos ea res pertinet, in iure ſint comprobati, aut liberos ex iuſtis nuptiis ortos habeant. Mobilia verò patronis, in quorum prædiis fuerint, adiiciuntur.

CCLXIII. [f] Liberi ex legitimo matrimonio à parẽtibus nothis orti, legitimi eorũ ſunt hæredes: [g] ſed non auorum, cæterorúmq; quos cognatos parentum nominent.

CCLXIV. [h] Nothi ſpurii ve, de ſuis bonis teſtari inſtar cæterorum non prohibentur.

CCLXV. [i] Bona ſpuriorum hærede carentium, & exterorum ſacerdotum ad Epiſcopos non deuoluuntur.

k d. leg. mun. Nor. ver. 144. l Iudicio curiæ Pariſ. dies 15. Febr. 1558. relato à Io. Papone 3. Notar. pag. 541. arg. l. ſi vnus. § pactus ne peteret. verſ. ſed ſi pacti. D. de pact. m Iulius Clarus lib. Recept. opinio §. feudũ. q. 56. Io. Ceph. Conſ. 141. nu. 109. Vol. 2. Caro. Molin. in 2. part. Conſ. Pari. §. 52. glo. 1. nu. 2. & ſeqq. n Iudicio curiæ Budeg. ad Magdalena-… facto ann. 1499. relato à Guilielmo Bened. in c. Raynutius, in pri. parte. o Carol. Molin. in §. 30. n. 100. p c. Sacramenti. c. de feud. ſin. culp. non amitt. Glo. & ibi Alua. & Prepoſ. in c. Imperialẽ. §. callidis. in verb. reuert. t. de prob. feud. ali. per Feder. Bald. Conſ. 9. lib. 1. Petr. Iacobi de con- dict. ex l. Imperialem. & t. ſeq. in forma libelli, quo agitur ad reuoc. feudi. in verb. nec ſuperſtitibus ex eo liberis Alex. Conſ. 124. Guido Papa q. 164. Paul. Caſtr. Conſ. 154. c. vlt. t. Quo temp. mil. glo. in c. 1. t. quib. mo. feud. amit. Alex. Conſ. 124. parte prima. q c. vlt. 1. quo temp. mil. l. inueſt. & DD. in d. l. Imperialẽ. § callidis. & §. ſimiliter. t. de proh. feud. alien. per Felice Bald & Prepo. in l. ha. edictali. in fi. t. de pace ten. in vſib. feu. legib. mun. Par. §. 31. Vbi Mol. Io. Papo li. 13. t. 1. Ar. 9. r Molin. d. §. 31. ſ legib. mun. Nor. v. 146. Io. Faber. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Io. Baquetus, tra. De droict de desherance. cap. 1. Bald. in l. ex facto. D. de hære. inſtit. l. ſi certarum. D. de teſta. Alex. Conſ. 21. Vol. 1. Bart. & Salyc. in l. Cunctos populos. C. de ſacroſ. eccl. Contra leges Longobardas quæ hæc bona Regi ſoli deferunt. t. quæ ſunt Regalia in vſib. feudo. in verb. bona vacantia & l. 1. C. de bon. vacan. in verb. fiſci noſtri rationibus vindicandu. l. 1. D. de ſucc. Edi. t arg. quod vlterius cognatorum nomina non numerantur. l. Non facilè D. de grad. & affin. Paul. li. 4. Recep. ſent. t. de gradibus inſi. u Baquetus verò d. tract. De droicts de desherance. Id ius patronis tantum quibus merũ mixtúmque Imperium, quam ſuperiorũ iuriſdictione vocant, tribuit. x Iudicio curiæ Par. menſis Maij 1572. relato à Ren. Chop. lib. 1. de doma. t. 13. Baquetus d. tract. c. 4. l. vacantia. C. de bon. vacan. vbi vacantia, inquit textus, mortuorũ bona tunc ad fiſcum deferuntur, ſi nullũ ex qualibet ſanguinis linea reliquerit defunctus hæredẽ. l. vlt. C. de bon. pet. ſubl. eo. li. 10. in verb. nullis ex numero propinquorũ exiſtẽtibus. l. vnic. §. pen. C. de cad. tol. in verb. ſi nulli ſunt. leg. mun. Mantanorũ. v. 269. & ſeq. arg. quòd in ſucceſſorio edicto, titulus Vnde fiſcus, poſtremus collocatur: & iure ciuili Romano vtroque deficientib. mariti propinquis fiſco præfertur l. 1. & Auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Alioqui verò paterna bona paternis hæredibus, materna maternis deferuntur. l. quod ſeitis, C. de bon. mat. l. quæcunque. C. de om. agr. deſert. li. 10. c. vn. de ſucc. frat. in vſib. feud. l. 1. C. de bon. quæ liber. l. ex facto. t. D. de hær. inſt. Contra Io. Papon. ſententiam tertio Notario. lib. 6. t. De lettres de naturalité. n. 8. legib. mun. Biturigũ. t. de ſucc. des baſtards. & leg. mun. Andegauorum & Cænom.

z § hoc loco. Inſti. de ſucc. cogn. glo. & Bart. in l. 2. & l. vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. a Iudicio curiæ Pariſ. dies 20. Martij 1543. ſecundùm Hugonem Cuſſacum, relato à Io. Baqueto d. tract. De desherance, c. 3. legib. mun. Remenſ. v. 346. Contra ſententiã Alex. Imola Conſ. 31. Vol. 1. Paris Rats in Conſ. Pictonum ver. 229. Qui mobilia ad eum, in cuius territorio dñs defunctus ſit, pertinere exiſtimant: propterea quòd mobilia ſequuntur perſonam cuius ſunt: immobilia verò territorium. l. Mercatores. C. de comm. & merc. perſonales item actiones, ita perſonæ creditorum cohærent vt ab eius perſona diuelli non poſſunt. l. 3. D. pro ſoc. l. Quid ergo. D. de pecul. b Iudicio curiæ Pariſ. dies 20. Febr. an. 1555. relato à Baqueto d. cap. c Idem Baquetus d. tract. cap. 2. l. in minori. C. de iur. fiſ. lib. 10. l. 1. C. ſi aduerſ. fiſ. reſti. poſtul. l. vlt. C. de proc. Caſ. d Baquetus tertia parte tract. de doma. c. 31. Contra ius ciuile Romanorum t. vnde vir & vxor. & l. 2. C. de pet. bon. ſubl. e legib. mun. Nor. v. 147. iudicio curiæ Pariſ. dies 7. Sept. an. 1545. relato à Io. Papone lib. 5. t. 2. Contra Renati Chopini ſententiam lib. 1. de doma. t. 11. ex l. 1. C. de natur. liber. & Bald. in l. Certum. C. Vnde cogna. & Io. Baquetij tract. d'aubeine, c. 8. qui Regi nothorum defunctorum bona vindicari cenſent, arg. quòd peregrini conditionis exiſtimentur, nec genus, nec gentem habere, nulláque neceſſitudinis aut propinquitatis iure nobis coniungi. Dynus in l. cum pater. § mater. D. de lega. 2. Bart. in l. tutelas. D. de capit. dimin. & tract. de inſig. & arm. Bald. in l. filium. D. de his qui ſui ſunt vel alien. iur. arg. etiam quòd Rex ſolus poteſt natalibus reſtituere. c. per venerabilem. t. qui filij ſunt legit. Io. Faber. in l. imperialis. C. de nuptijs, & Baquetij item d. c. 8. qui patronis nonnullis applicari bona nothorum tradit, iis quidem qui merum mixtúmque imperium habeant, ſi tria concurrant: nempe ſi nothi ex eorum ditione ſint oriundi: ſi in ea morentur: & ſi in ea deceſſerint. f Baquetus d. tract. cap. 15. g l. vlt. C. de natur. liber. in verb. iura etenim in eorum ſucceſſionem nemini eorum concedimus. h legib. mun. Norm. verſ. 276. i iudicio Concilij Gallici, anno 1283. relato à Io. Gallo q. 81. Ren. Chop. lib. 1. de doma. t. 11. Io. Baquetus tract. de droit de desherance cap. 6. & tract. de baſtardiſe cap. 6. Vbi commemorat iudicia curiæ Pariſ. dies 16. Apr. 1527. & dies 6. Iulij 1545. quo ſacerdotis filij cuiuſpiam teſtamentum comprobatum fuerit, arg. quòd nothi habeant iura ciuitatis, & quòd teſtari omnes poſſunt qui non ſunt prohibiti: cum edictum de teſtamentis ſit prohibitorium. §. 1. Inſt. quib. non eſt perm. fac. teſta. c. cum apud. de ſponſ. & matr. & non reperiatur prohibitus teſtari nothus. glo. in § vlt. Inſt. d. t. quib. non eſt perm. fa. teſta. Boerius in Conſ. Biturig. § vlt. de teſtam. Guil. Ben. in rep. c. Raynu. in verb. & vxor. nom. Adel. 5. Deciſ. n. 150. i Io. Gallus q. 290. vbi Car. Mol. Contra Deciſ. Rotæ, t. de teſt. & Guliel. Benedicti ſententiam in c. Raynutius in verb. & vxor. nom. Adel. nu. 833.

Octaua pars capitis decimi ſexti.

Communia de commiſsis cuiuſcunque vel varii generis.

CCLXVI. [k] SI clientis bona publicentur, patronóve cõmittátur, vxorj mobilium, ac conſtante matrimonio quæſitarum poſſeſſionũ ea pars, quam leges municipales ei poſt viri mortem attribuunt, non aufertur.

B CCLXVII. [l] Iure Normano prædia cliẽtelaria ita in cõmiſſum cadũt, vt ſolaria cuiuſcunque generis, redditúſque hypothecarij in ſuo ſtatu maneaut: ærīſque alieni onere prædia non liberentur, ita tamen vt primo loco excuti mobilia debitoris oporteat. Sed ſolaria redimi à patronis poſſunt vicenis in quẽ- C cunque nummum exſolutis, præter quàm ſi ſacerdotio cuiquam ea ſolaria debeátur, quæ quadraginta annis ab ea poſſeſſa ſint, ac niſi regiis conſtitutionibus vel conuentione redimi minore pretio poſſint.

CCLXVIII. [m] Commiſſo prædio gentilitio clientelari prædia quæ ſubclientelaria fuerant quæſita à patrono inferiore, in commiſſum quoque cadunt, ſi conſolidata ipſi fuiſſent, non ſi ſeparatim poſſeſſa.

CCLXIX. [n] Commiſſo prædio clientelari, quæ ex eo ante commiſſum alienata erãt, patrono non acquiruntur.

CCLXX. [o] Colono, tametſi fructus ſuos faciat, commiſſa tamen non acquiruntur, niſi nominatim conuenerit. [p] Mulctæ verò criminis cauſa dictæ, ad eum qui commiſſi criminis tempore fundum conductum habuit, non ad eum quo iudicium factum eſt, debentur, vt & ſuprà relatum eſt.

E CCLXXI. [q] Si prædium in commiſſum cadat: ſiue ob iniuriam patrono illatam, aut patronatum abnegatum, vel ob reum morte damnatum, vel ob fidem clientelarem patrono non datam, vel alia quacunque ex cauſa, locatio antè facta perdurat.

CCLXXII. [r] Si pluribus patronis bona ſine hærede decedentium, vel ſpuriorum, vel A motte damnatorum applicentur, ſinguli pro ratione rei ſibi quæſitę æs alienum [s] præſtant: [t] Nec vltra æſtimationem rerum quæ ipſis obuenerint patroni obligãtur. [u] Nec mulctæ quidem Regi dictę, à ſingulis exigi in ſolidum poſſunt, ſed inſtar cæteri æris alieni diſſoluuntur.

CCLXXIII. [x] Vir ius commiſſi prædio dotali competens, quódque perſequi vxor velit, remittere non poteſt.

B CCLXXIV. [z] Procurator cui generaliter bonorum adminiſtratio permiſſa eſt, mulctam ob tardius ſolutũ ſolariũ remittere poteſt: [a] niſi ea de re clientem in ius vocaſſet, vel in prædium clientelare iniecta manus eſſet.

CCLXXV. [b] Prædiũ commiſſum in auctione à creditoribus ob æs alienum eorũ facta, cuipiam alij addictum redhiberi à clientis gentilibus non poteſt.

C CCLXXVI. [c] Prædij patrono cõmiſſi culturæ impenſas patronus clienti eiúſve hæredibus rependere non tenetur.

CCLXXVII. [d] Cõmiſſa non antiqui patrimonij, ſiue hęreditarij, ſed quęſitorum bonorum iure cenſentur.

Nona pars capitis decimi ſexti.

De rebus quarum domini ignorantur.

CCLXXVIII. [e] RES, quarũ domini ignorantur, in prædij patronalis finibus repertæ, annum ac diem à iuridicis patronorum, præpoſitis, procuratoribus, aut aliis quibus ea res mandata fuerit, aſſeruandæ ſunt: nec qui repererint, eas retinere ampliùs ſeptem dies impunè poſſunt: iiſque qui intra annum ac diem ſuas eſſe probauerint, reddi debent: alioqui poſt id tempus in commiſſum cadunt.

Decima pars cap. decimi ſexti.

De rebus naufragorum.

E CCLXXIX. [f] RES naufragorum in littus maris eiectas, vel eò quò eques cõtingere eas haſta poſſit, (varrecũ Normani vocãt:) [g] [h] earúmque cuſtodia ad patronos quoſcunque, ad quorum littora eiecta fuerint, pertinet: Quibus auferendi, diminuendíque eas ius nõ eſt, donec à regiis magiſtratibus perſpectæ atq; deſcriptæ fuerint. F [i] Qua perfecta re, derelinqui apud patronos ab iiſdẽ magiſtratibus debent: abſentibus verò patronis aut eorũ procuratoribus, penes viros locupletes deponi ad annum & diẽ vſq; debent: [k] niſi fortè eiuſmodi res ſint quæ ſine damno aſſeruari non poſſint. Eę enim vænire publicè iudice authore debẽt, particula earũ vnde noſci poſſint, ſignóq; quodã reſeruato: ac

k legib. munic. Norma. verſ. 333. Conſlit. Phil. Pulchri edita Biturig. anno 1304. relata ab Aufrerio t. de libel. oblat. Io. Faber in §. & ne huius. Inſt. de eo cui liber. cauſ. bon. adyc. Contra Pauli Puteani ſententiam ſing. in cip. publicatio bonorum, & Alexandri Conſ. 23. lib. 1. arg. quid vir vendere ea potuerit.

l legib. munic. Norma verſ. 201. Contra Baldi ſententiam in c. 1. §. quid ergo ſi pretio. & §. a contrario. & §. vlt. t. de Inueſt. de re alien. fa. & Caroli Molinæi. §. 30. nu. 84. & Argentrai in leges munic. Britanniæ Armoricæ, verſ. 79. Not. 2. & Iacobi Cuiacij tra. de feudis præterea Io. Papon in Conſ. Borbonias, & eiuſdem lib. 13. t. 1. Arr. 2. arg. l. his ſolu. C. de renoc. dona. l. lex vectigali, & l. Grege. §. ſtatuliber. D. de pign. l. voluntate. in fi. ibi ſed in priſtinam cauſam. & ibi glo. & l. hæres. D. Quib. mod. pig. vel hyp. ſolu. Fa. l. Titia. D. de ann. lega. & l. vlt. D. de contr. empt. & l. Stichus. § Titia D. de alim. & cibar. lega. l. ſi ex duobus. §. vlt. D. in diem addict. l. Traditio. §. 1. D. de acquir. rer. dom.

m Car. Mol. in §. 30. nu. 104.

n Idem Molin. in d. § nu. 82. arg. l. vlt & l. his ſolu. C. de renoc. donat. Contra c. 1. §. rurſus. t. Quib. mod. feud. amit. c. quid ergo t. de Inueſt. de re alien. fact. c. vn. §. præterea de cap. Conr.

o Iaſ. in l. vlt. col. 10. C. de iur. emphyt. Guido Papa q. 477. Alber. in rubr. C. de vſufr. l. ſi quis C. de vectig. & com. Renat. Chopinus lib. 2. de doma. t. 5.

p de quo ſupra lib. 7. t. 3 cap. 1. verſ. 27.

q arg. leg. munic. Norma. verſ. 201. Caro. Mol. in Conſ. Pariſ. verſ. 30. quæſt. 22. & 23. & §. 56 glo. 1. nu. 6. 7. & 8. Petrus Ratus in Conſ. Pictonum v. 136. arg. l. in venditionem. §. 1. D. de bo. auth. iud. poſſ. vbi miſſus in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſà, rem locatam alteri locare non poteſt. Contra Baldi ſententiam in c. 1. §. rurſus. t. quib. mod. feud. am. et. & ipſius Molinæi in Conſ. Pari. §. 40. n. 2 & Tiraquelli t. de retractu conuention. §. 3. glo. 1. nu 14. arg. quòd ea res ex cauſa antiqua proficiſcatur, & Argentrai in leges munic. Britan. Armorica.

r Io. Baquetus tract. De droict de desherance cap. 1. l. 3. C. de ſeru. paſſ. l. Tutoris. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. quæſtum. §. 1 D. de pecul. l. Celſus & ſeq. D. de relig. & ſumpt. fun. l. ſi vir vxori. D. ad leg. Falci. quia æs alienum reſpicit vniuerſum patrimonium l. fideicommiſſum. § tractatum. D. de Iudic. Alex. Imol. Cõſ. 31. Vol. 1.

s Petr. & Bal. in l. ex facto, magna. D. de hæred. Inſtit. Gul. Bened. in rep. c. Raynutius. in verb. & vxor. nom. Adel.

t l. Tutoris. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. interdum. § vlt. D. de fideiuſ. l. Quoties. vbi Bart. & Paul. Caſtr. D. de nouat. Bald. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi iuſſu. D. de acquir. hæred. l. 1. § ambona. D. de iur. fiſc.

u Iudicio curiæ Pariſ. anno 1568 ſecundum Raſſeum Syluanectenſem relato à Renato Chopino li. 1. de doma. t. 9.

x Car. Mol. in §. 30. nu. 123.

z Idẽ Mol. §. 62. n. 12. arg. l. vel vniverſorum. D. de pig. act. l. Qui ſemiſſes. ad p. D. de vſur. l. Titia aut. & ibi Paul. Caſtr. D. quod cũ eo. a arg. l. Præſes prouinciæ. vbi Bart. & alij. C. de tranſ. De eo autem quod Philippus Corneus Conſ. 187. tradit procuratorem cui generaliter bonorũ adminiſtratio libera permiſſa eſt, remittere cõmiſſum poſſe valde ambigo.

b Iudicio ſolẽni curiæ Pariſ. anni 1565. relato à Renato Chopino lib. 3. de domas. 20.

c Io. Papo lib. 13. t. 2. Arr. 9 per. l. 3 C. de iur. emphyt. & §. ſi quis alien. Inſtit. de rer. diuiſ.

d Car. Mol. in Conſ. Pariſ. §. 30. arg. l. Apud Celſum. § auctoris iuncta glo. in verb. noxa. D. de exc. doli. Bart. in l. Maium. § duobus. D. de lega. 2. Bal. in tract. ſtatutorum. in verb. bannitus. Alex. in l. Cùm mulier. in p. D. Sol. matr.

e legib. mun. Norma. verſ. 605. 606. 607. Panor. & Felin. in c. cùm dilecti. de accuſ. Io. Faber & Ang. in §. vlt. Inſtit. de rer. diuiſ. & idem Faber in § apium. co. 1. Io. Sanſo in Conſ. Turon. verſ. 14. l. Falſus. §. qui alienum. D. de furt. Io. Papo in Conſ. Borbon. verſ. 311. 336. & 337.

f d. legib. municip. Norma verſ. 597.

g h verſ. 598.

i verſ. 599.

k verſ. 600.

pretium apud eos, penes quos res integras quæ ſeruari poſſint, deponi diximus, reponendum.

l verſ.601.

CCLXXX. [l]Quòd ſi intra annũ & diem ſupraſcriptæ res à dominis aſſerantur, reſtitui eis debent: ſed impenſas cuſtodiæ ſoluere ex æſtimatione arbitrióque iudicum tenentur.

m verſ.602.

[m]Quòd ſi intra annum & diem aſſertorem non inueniant, patronis applicantur.

n verſ.603.

CCLXXXI. [n]Aurum, argentum, ſiue infectum, ſiue ex quo vaſa conflata ſint, nummive ſupra viginti Frãcicorum ſummam, equi militares, canes venatici, auéſve prædatitij, ebur, coralium, gemmæ, purpura, pelles ſebelinæ dictæ, veſtimeotis nondum adiunctę pannorum faſciculi illigati, ſerici panni integri, piſces regales qui in littus ſine hominis opera appulſi ſunt, Regi applicantur, ceto excepto qui patronis vindicatur.

Vndecima pars capitis decimi ſexti.

De theſauro inuento.

o verſ.211. & 212.

CCLXXXII. [o]IVre Normaoo, theſaurus intra regij patrimonij fines repertus, Regi acquiritur. Alibi inuẽtus, patrono in cuius prædiis, vel ipſius, vel clientelaribus fuerit reconditus. Sed ſi intra templum aliquod, ſi quidem in ſacrario auguſtiore, fabricæ ipſius ſacrarij: alibi, aut in cœmeterio, ædis ceterę refectioni. Quod & alio loco relatum eſt.

Duodecima pars capitis decimi ſexti.

De prædiis deſertis.

p q Iudicio curia Toloſana dies 13. Sept. an.1554 ſecundum Eſpaſam relata à Papone lib.13. tit.2. Arr.1.

CCLXXXIII. [p q]PRędia deſerta à patronis in emphyteuſim dari poſſunt, fierique clientelatia.

CAP. XVII.

De variis iuribus patronorum.

Prima pars.

De minorum tutela curationéve patronali Normana.

r legib. munic. Nor. verſ.213.

CCLXXXIV. [r]IN prouincia Normana minores annis, patre, matre, alióve, in cuius bona ſuccedant, mortuo, in tutelã eorum patronorũ veniunt, ſub quorum fide & cliẽtela prædiũ gentilitiũ fuerit, quod eis obuenit, ſiue illud integrũ ſit, (quod loricatum appellant) ſiue eius prædij partis alicuius, in quam diuidi poſſit, numero cenſeatur.

ſ verſ.214.

CCLXXXV. [ſ]Huius tutelę duo ſunt genera. Vna regia: altera cæterorum patronorum.

t verſ.215.

CCLXXXVI. [t]Regia tutela ſeu curatio dicitur, cùm prædij gentilitij alij cuiquã patrono quàm Regi, non ſubiecti nomine, Regi ipſi patronalis minorum curatio defertur. Ac iure quidẽ ſingulari Rex fructus ſuos facit, nõ modò prædiorũ quę merè in ſua cliẽtela ſint, quorúmque nomine tutelam nanciſcitur, ſed etiam quorũcunque aliorũ prædiorum, redditũum & ſolariorũ, quæ in aliorũ fide ac patronatu fuerint: ea tamen lege, vt nihil depereat arboribus quibuſcunque, pratis, hortis, ſtaguis, piſcationi: pẽſiones prætereà ſolariorum ac reddituũ hypothecariorũ, quæ curationis ſeu tutelæ tempore debebuntur, fiſcus exſoluat: inſuper minoribus alimenta, réſque ad victum neceſſarias ſuppeditet, pto eorum familiæque conditione, ætate & facultatibus. Quibus rebus & ij quibus ius iſtud curationis tributum à Rege fuerit, reddendiſque rationibus, obſtringuntur.

u verſ.216.

CCLXXXVII. [u]Cæteris patronis cuſtodia adminiſtratióque prędiorũ quę in eorum clientela ſunt, cõpetit: non etiã prædiorũ, bonorúmque, quæ ſunt in aliorum patronorum fide, ſiue ea prędia gentilitia ſint, ſiue plebeia.

x Iudicio curiæ Rothomagenſis anno 1520. relato à Io. Terreno in leges munic. antiquas. Normanæ lib.5.ca.10.

z verſ.217.

CCLXXXVIII. [x]Mobilia minorum ad has curationes non pertinent, nec redditus ex mobilium alienatione comparati, neque prędiorum locatorum penſiones, meſſis ante parentum aliorúmve deceſſorum obitum factæ cauſa, debitæ.

CCLXXXIX. [z]Bona minorũ, ſiue gentilitia, ſiue plebeia, quæ his patronalibus curationibus non ſunt attributa, moribus à tutoribus minorum reguntur: quorũ rationem reddere debebunt vbi in ſuam tutelam minores peruenerint.

a verſ.218.

CCXC. [a]Si minoribus alia bona ſint in aliorum patronorum, quàm eorũ quibus hoc ius competit, clientela, patroni fructus ſuos rerum clientelariũ faciunt, ſic vt ne victum quidem alimentáque præbere minoribus teneantur, niſi tutoribus & conſanguineis minorum authoribus cætera quoque bona, quæ in eorum clientela non ſunt, patronis permittantur. Nam tùm alimenta pro modo facultatum, ac conditione minorum præſtare patroni debent, & in filiarum dotem pro ſua parte conferre, quod ius æquúmque poſtulabit: prætereà ſolariorum, reddituúmque hypothecariorum penſiones diſſoluere.

b verſ.219.

CCXCI. [b]Quòd ſi pluribus patronis diuerſorum prædiorum nomine ea curatio deferatur, quiſque pro æſtimatione prædiorum quæ in ſua clientela fuerint, conferre res ad victum educationémque minorum neceſſarias tenebitur.

c verſ.220.

[c]Ac ſi minus idoneè id faciãt, iudex competens à tutoribus conſanguineiſque minorum adiri ea de re poterit.

d verſ.221.

CCXCII. [d]Quibus hoc ius curationis cõpetit, cõſeruare ædificia, arbores, prata, hortos, ſtagna, moletrinas, aliáſque eiuſmodi res in ſuo ſtatu debent: nec eis vendere arbores, nec ędificia immutare cõceditur. Quod ſi fecerint, hoc iure excident, damnúmq; datum ſarcire compellentur.

e Io. Terrenus in leg. mun. antiquas Normanæ lib. 5.c.10

CCXCIII. [e]Si Rex curatiooem hãc cuiquam tribuat, donóve det, vel ſi in auctione ea vlli addicatur, ius deſignandi ſacerdotis in locum demortui, exceptum intelligitur.

f verſ.22.

CCXCIV. [f]Huius curationis patronalis tempore, ſi minoribus ipſis qui ſunt in curatione ius aliorũ minorum qui in ipſorũ cliẽtela ſunt obueniat, eorum quoq; curationem ſuperior patronus nanciſcitur. Sed ex hac

A ſubclientelari cura nihil ampli⁹ iuris Regi, q̄ cæteris patronis acquiritur. Tutela verò, ſeu curatione patronali finita, non tantùm prædium gentilitium clietelare, ſed & ſubclientelare iis qui in curatione fuerint, reſtitui debent.

CCXCV. [b] Curatio patronorũ finitur, cùm minores vigeſimom ætatis annum exceſſerint: regia, cùm primum & vigeſimum: [c] ſed ita demùm ſi de hac re diploma regium impetretur, cùm in curatione non regia denunciari ætatem patronis ſufficiat.

B CCXCVI. [d] Hæc curatio quoque finitur cùm è ploribus fratribus natu maior ſuæ ætatis conſtitutus fuerit[e], tametſi minores annis cæteri fratres exſtiterint: maiórque natu frater omnium nomine iureiurando clientelari dato ſeſe ad patronum applicat, ac honoraria inueſtituræ (quas Releuationes vocãt) pẽdit. Ac nihilominus hereditate diuiſa, natu minores frâtres ſeſe in fidem patronorum dare prædiorum clientelariom quæ eis obtigerint, nomine, aſtringuntur ſoluti honorarij inueſtituræ præſtatione.

C CCXCVII. [e] Filiæ minoris curatio finitur, vbi ea viginti annos ætatis expleuerit, vel ſi ante eam ætatem ex cnnſilio & permiſſu patrooi nupſerit. [f] Quam ad rem adhiberi quoque amicorum conſilium & voluntas debet, vt pro dignitate naralium, modóque facultatum nuptum collocetur.

D CCXCVIII. [g] Si patronus ouptiis puellæ non conſentiat, vel conſilium dare, auctoritatémve ſuam interponere renuat, iudicis implorari officium debet, ac puellæ prædium gentilitium reſtitui.

CCXCIX. [h] Ea quę non eſt in curatione patronorum, nubere ex tutorũ, cognatorúmque conſilio poteſt: nec conſenſus patronorum, quibus hæc curatio nou competit, exigitur.

E CCC. [i] Mulier poſt nuptias, viro mortuo, tametſi minor annis fuerit, in curationem non recidit. Attamen de rebus ſuis immobilibus contrahere interim ſine iudicis decreto, cognatorúmque conſilio non poteſt.

CCCI. [k] Si puella maior annis minori nubat, in curatiooem patronorum recidit, donec perfectæ ętatis vir fuerit.

F CCCII. [l] Filia natu maior nupta, vel quæ vigeſimum ætatis annum expleuerit, ſororibus non prodeſt vt curatione liberentur: niſi cùm nupſerint, aut vigeſimum annum ætatis exceſſerint. Ipſa tamen familię erciſcundæ actione tutores ſororum couuenire non prohibetur: atque ex conſilio cognatorum legitimam hęreditatis partem ferre, & prędia quęcunque obuenerint, ſibi habere, iiſque perfrui.

G CCCIII. [m] Qui hac curatione per ętatem liberantur, honorarij inoeſtiturę cauſâ pręſtari patronis ſoliti, nihil debent cùm fructus prędiorum clientelariom curationis huius tempore patroni perceperint. Quòd ſi curatio hęc regia fuerit, nihil tamẽ huiuſce honorarij patronis aliis debetur, tametſi clientela-

A rium prędiorũ curatio ad eos nõ pertinuerit.

CCCIV. [n] Hac curatione finita, patroni qui in curatione erant, inueſtituræ honorarium à ſuis clientibus cæteráque iura clientelaria percipiunt, ac ſi in curatione non fuiſſent.

Secunda pars capitis decimi ſeptimi.

B *De iure deſignandi Curionis nonnullorum prædiorum gentilitiorum (quod ius patronatus vocant.)*

CCCV. [o] IVs patronatus, ſiue ſacerdotibus, ſiue ſacris, noo obſtrictis perſonis, (quos laicos appellant) gentilitiorum prædiorum cauſâ, competens, ne authore quidem Pontifice Max. ſine prædiis, nec C ſeparatim ac nominatim alienari poteſt: ſed cum prædiis alienatis vnà in emptorem tranſit.

CCCVI. [p] Curio ab vxore deſignatus prædij ſui nomine, potiori iure eſt eo quem maritus deſignarit.

CCCVII. [q] Si Curionatus à paſtore ſit vacuus morte alterutrius eorum inter quos de eo controuertebatur, deſignandi Curionis ius ad Regem deuoluitur quoad lis finẽ acceD perit[r]: nec ea finita intelligitur, niſi actio eo nomine impetrata, & in iudiciũ aduerſarius vocatus ſit. [ſ] ac præterea definitiua ſententia interuenerit, mulctaque temerarię litis cauſâ dicta fiſco exſoluta fuerit.

CCCVIII. [t] Quę patronatus huius Curionalis nomine actio datur, non tantùm poſſeſſionis, ſed & proprietatis cauſam cõtĩnet. [u] atque de ea magiſtratus regius adiri ſolùm debet diebus iuridicis ſolemniter indictis (quas Seſſiones appellant).

E CCCIX. [x] Patronis tam ſacerdotibus quàm aliis ſemeſtre deſignando Curioni datur ex eo die quo mors vltimi deceſſoris vulgo ionotuerit.

CCCX. [z] Ius iſtud deſignandi Curionis ſequeſtro ſeu prędiorum gentilitiorum curatori non competit.

CCCXI. [a] De digniotis ſedis in tẽplis pręrogatiua, interdicto experiri patronis licet.

F CCCXII. [b] Qui à patronis deſignati Curiones, renũciati ab Epiſcopis fuerint, in honore habere patronos debent, non tamen vt ſe in eorum fidem & clientelam dedere iureiurando debeant.

Tertia pars capitis decimi ſeptimi.

De vectigalium iure.

CCCXIII. [c] QVi ſibi ius vectigaliũ aſſerunt, publicè tabellã, ad quam adiri facilè poſſit, propoſitam haG bere iudicis ſigno aut duorum Notariorum comprobatam debẽt, in qua cõtineatur quid quantúmq; ex re quavis vectigalis debeatur. Et ſi quid amplius ab iis, eorúmve conductoribus exactũ fuerit, patroni qui in culpa fuerint iure vectigalis excident: cõductores autẽ

b verſ. 223.
c verſ. 224.
d verſ. 196.
e verſ. 227. & 229.
f verſ. 228.
g verſ. 237.
h verſ. 233.
i verſ. 231.
k verſ. 230.
l verſ. 334.
m verſ. 225.

n verſ. 220.
o Iudicio curiæ Parſ. diei profeſti Io. Baptiſtæ anno 1529 relato à Renato Chopino lib. 3. de doman. t. 19. Abbas in c. querelam, de Simo. Io. Andreas in c. vn. de iur. patron. Rochus in tra. de iur. patr.
p Curtius d. tract. iur patr. Chopinus d. t. 19.
q d. legib. mun. Nor. verſ. 73.
r verſ. 70.
ſ verſ. 72.
t verſ 74.
u verſ. 71.
x verſ 69.
z Hoſtienſ & Abbas in c. examinata, de iudic. c. cùm Bertholdus de re iudic. Ren. Chopinus lib. 3. de doma, tit. 19.
a c. nobis. de iur. patro & ibi Abbas. can. filiis vel nepotibus, can. pie mentis. can. Frugentius. & conſim. aliis 16. q. 7. Bart. in l. 1. §. per hanc. D. de res vend. arg. l. in rem. §. loca ſacra. D. eo. Rochus tract. iur patro. in verb. in Eccleſia. q. 6. & 7. Abbas in c. quanto. de iudic. Iudicio curiæ Par. diei 7. Martij 1570. relato à Chopino lib. 3. t. 19.
b legib. munic. Nor. verſ. 75.
c Conſtit anni 1560. ver. 139. Caro. 9. diei 9. Oct. 1570.

A verberibus alióve corporis ſupplicio coërcebuntur.

Quarta pars capitis decimi ſeptimi.

De *iure moletrinæ patronorum.*

CCCXIIII.[d] NVllus moletrinam ædificare, piſcinámve B componere poteſt, niſi fluminis ripæ vtrinq; in patronalis prędij ſui ſint finibus.

CCCXV. [e] Patrono alueum fluminis mutādi in ſuo prædio ius ac poteſtas datur, dummodò in extremis eius prędij finibus in antiquum alueum flumen reducat, atque id omne ſine alieno detrimento faciat.

CCCXVI. [f] Qui ſtagna, foſſas, riuóſque nouos ducunt, faciúntve, fluminum aquam continere in eorum detrimentum, qui infra eum locū prędia poſſident, non poſſunt: & ſi contrà faciant, damnum ſarcire tenebuntur. C

CCCXVII. [g] Qui foſſas, aut canales, riuóſve longiſſimo tempore poſſederint, retinere tamen aquam niſi ab oriente ſole vſque ad veſperam non poſſunt.

CCCXVIII. [h] In flumine perenni fieri foſſæ canabi emoliendi cauſâ non poſſunt: ac ſi quis in eam rem ad fluminis ripam factas deriuare aquam velit, ita parare eas debet, vt in fluminis alueum refluere immiſſa aqua nequeat. D

CCCXIX. [i] Si moletrinę cuipiam obnoxij addictíve clientes aliò frumentum, triticúmve ſuum comportent, iniici manus à patrono, eiúſve miniſtris in farinam ex eo factam poteſt; ſi in finibus prędij patronalis reperiatur, vt cōmiſſam eſſe ei iudicis ſententia pronuncietur: non etiam ſacci, equive, ac carrucę, quibus cōportata farina fuerit. Extra verò prędij gentilitij fines reperta farina, in cōmiſſum non cadit: ſed mulctæ indicendæ E cauſâ, ac perſoluendi molitionis pretij damnorúmque cæterorum cliens poteſt.

CCCXX. [k] Eorum triticum qui moletrinæ cuipiam aſtricti ſunt, intra horas quatuor & viginti moli debet: alioqui tranſportare aliò illud licet.

CCCXXI. [l] Nonnullis patronis ius illud competit, vt ſi frumenta cliens extra patronalis prędij fines comportet, merces tamen eis eadem ac ſi in ipſorum piſtrino molita eſſet, pendatur. F

Quinta pars capitis decimi ſeptimi.

De *iure premendæ vuæ clientum, pomorum, pirorúmve eorundem.*

CCCXXII. [m] IVs premēdæ vuæ in clientelari prædio perceptæ vini parandi cauſâ: pomorum pirorúmve, pomacij piraciíque nō omnibus patronis competit: ſed iis modò qui cōuentione, [n] aut longa poſſeſſione illud quæſierunt: ac vſucapionis tempus ex eo die incipit, quo cliētes pre- G

A lo alio vti prohibiti fuerint, ac non contradixerint.[o] Denique prohibitam maiorem partem quidam putant, ſi nemo interpellarit. [p] Neque prædia huius iuris immunitatem habent, quòd gentilitia exiſtant.

Sexta pars capitis decimi ſeptimi.

De *columbarij iure.* B

CCCXXIII.[q] QVoties prædij gentilitij fieri diuiſio moribus poteſt, columbarij ius vni ex hæredibus attribui debet: eóque iure alij cohæredes excluduntur, tametſi vnaquæque portio gentilitij prædij nomen atque conditionem retineat, ac cæteris prædij gentilitij iuribus vti poſſit. Veruntamen ſi qui cohæredum æquo iure partem prædij gentilitij poſſidentium, quos C paragij iure prædia habere dicunt, in ea parte columbaria quadraginta annos ſine vllâ controuerſia poſſederint, ea demoliri non compellentur.

Septima pars capitis decimi ſeptimi.

De *venationis iure.*

D CCCXXIIII. [r] QVi ius venandi in prædiis clientelaribus habent, prohibere eos, ne agros, pratáve ſepiant, non poſſunt.

CCCXXV. [s] Nobilibus, cæteríſque omnibus venari, tam ſi pedibus iter faciāt, quàm ſi equis vehantur, cum canibus auibúſve in agris in quibus frumenta ſata erunt, cùm in calamos ſeges eruperit: ac in vineis à Calendis Martiis vſque dum decerpta vua fuerit, E fas non eſt: damnúmque ex eo datum, arbitrio iudicum colonis, dominíſque repēdi pecuniâ debet: nec appellatio, aut interceſſio cuiuſquam executionem ſententiæ remorari poſſunt: de quibus poſtea iudicium fiet.

CCCXXVI. [t] Leporaria habere aliis quàm patronis, ſine vicinorum conſenſu non licet.

Octaua pars capitis decimi ſeptimi.

De *excubiarum iure.* F

CCCXXVII.[u] PAtroni, quibus excubię à clientibus debentur, exigere eas ab iis non poſſunt, niſi bellorum cauſâ, vel ni arces in finibus limitaneis ſint ſitæ:[x] itémque niſi arces ſartę tectæ ſint.

G CCCXXVIII.[z] Is qui excubias non egerit, non ampliùs quàm quinque æreis aſſibus mulctari poteſt.

d *dd. leg. mun. Nor. verſ. 210.*
e *verſ. 106.*
f *verſ. 207.*
g *verſ. 208.*
h *verſ. 209.*
i *Io. Terren. in leges antiquas Norman. lib. 5. cap. 8.*
k *Iudicio conuentuum iuridicorum Puteanorum curia Toloſana die 6. Nl. 1548.*
l *Io. Terrenus d. cap. 8.*
m *Io. Papo li. 13. t. 8. Arr. 3. Glo. & DD. in l. qui luminibus. D. de ſeru. vrb. præd. & in l. 1. & 2. C. de ſeru.*
n *Idē l. ſi quis diuturno. D. ſi ſeru. vend.*
o *arg. l. quod maior pars. D. ad munic. Io. Faber in §. æqui. Inſt. de actio.*
p *Iudicio curiæ Parſ. die 22. Dec. an. 1552. relato à Papone d. t. Arr. 2.*
q *d. legib. mun. Norma. v. 137. Contra Io. Paponis ſententiā lib. 13. t. 2. & li. 14. t. 3. Ar. 11. quo colūbaria à quibuſlibet etiam plebeiis prædia poſſidentibus, etiam ſine patronorum permiſſu haberi poſſe cenſet.*
r *Iudicio curiæ Parſ. die 17. May an. 1547. relato à Papon lib. 14. t. Arr. 7. l. vt pomum, ubi ut ſpatiari. D. de ſeru.*
s *Conſt. Caroli IX. Reg. in Aureliano Concilio Galliæ, verſ. 106.*
t *Io. Papo lib. 13. t. 2. Arr. 31 arg. l. prætor ait. §. meminiſſe ait Prætor. D. Ne quid in loco publ. fiat.*
u *Conſt. Caro. IX. in d. Concilio Aureliano v. 103 Iudicio curiæ Parſ. die 21. Apr. anni 1518. poſt Paſchalia, relato à Papone lib. 13. t. 5. Ar. 5. Iaſ. in l. diuturno. §. impēdia. D. Solu. matr. Bart. in l. 1. D. de incen. ru. naufr.*
x *Iudicio curiæ Parſ. die 16 Dec. an. 1551 in cauſa Molacy relato à Lud. Caronda in Pandect. iur. Gall. cap. 20.*
z *Conſtit. Ludouici XI. Reg. anni 1479. relata ab Auferio in ſtylo Par. am. 2. de ſalue. §. 11. & Conſtit. Ludouici XII. Regis anno 1504. Iudicio anno 1510. inter Commentariorum & eius clientes, relato à Gul. Bened. in Rep. c Raynutius in verb. & uxor. nom. Ade', n. 1025.*

Nona pars capitis decimi ſeptimi.

De operis vilioribus clientum.

CCCXXIX.[a] OPeræ clientum niſi petantur, debitæ nõ cenſentur: [b] nec eæ niſi in rem patronorum exigi poſſunt.

a *Papo lib.13. t.6.c.Art.3.*
b *Contra Car. Molinæi ſententiã in conſ.Pariſ.§.1.gl.1.nu.24.arg.l.ſi non ſortem.§.libertus.verſ.ſed etſi delegatum,D. de condictio.*

CAP. XVIII.

De variis prædiorum gentilitiorum, aliorúmque generibus.

Prima pars.

De prædiis gentilitiis, Regi, aliíſue patronis clientelaribus, debitis.

CCCXXX.[c] IN Normania, prædia quædam gentilitia ſunt, ſiue nobilia, alia plebeia: nonnulla libera (quæ Allodia vocant.)

c *legib.munic. Norma. verſ. 99.*

CCCXXXI. [d] Prædia quoque etiam gentilitia ipſa, aut in mera clientela, fidéque ſunt patronorum, ſeu hominij quod dicitur iure, poſſidentur: aut æquo quodam parique iure, quod paragium vocant: aut iure ſacro, eleemoſynarióve aut vrbano, quod burgium appellant.

d *verſ.103.*

CCCXXXII. [e] Duo verò clientelę fideive patronalis, ſiue hominij quod dicitur, ſunt genera. [f] Vnum quod ligium dicitur, quod Regi vni debetur ſupremi imperij regiíque cauſã. Alterum quod cæteris patronis qui Regi nullo medio patrono interpoſito ſubſunt, vel iis qui etiam alium patronum quàm Regem habent; in quorum omnium patronorum fidem ſeſe clientes dedunt, obſequio fidéque erga Regem exceptis.

e *verſ.104.*
f *De quo in clem.paſtoralis. §. verſus. ubi glo.in verb.hominéque ligium de re iudic.Spec.t. de feud. §.1.& tit. de fide & homagio.§.quoniam.ſuper homagio & fidel. Bal. in proœm. feudo.6. diſtin. in fi.c. vocalentes. de ſtatu. idẽ Bald. in l.1.§. in primo. C. de cad. toll. Car. Molin. in conſ. Pariſ. §.1.glo. 4.nu.3 c Aluarot. in proœm. feudor. 13. diſtin. c.imperialem. de proh. feud.alien.*

Secunda pars capitis decimi octaui.

De prædiis gentilitiis æquo parique iure poſſeſſis (quem pariatum vocant.)

CCCXXXIII.[g] AEquo paríque iure prædia poſſidentur, pariatúſq; ius locum habet cùm prędium gentilitium fœminis obuenit: inter quas, tametſi alioqui diuiſionem prædia gentilitia non recipiant, diuidi in æquas partes poteſt: [h] & minores natu, earúmque ſucceſſores hoc iure prædia poſſident, natúque maiorem, quaſi familiæ caput, columénque agnoſcunt, vſque ad ſextum cognationis inter eas earúmve ſucceſſores gradum, non etiam vltra eum.

g *dd.legi.mun. Norm.v.107.*
h *verſ.129.*

CCCXXXIV. [*] Maiores natu iuniorum nomine fidem clientelarẽ patronis præſtant: ipſæque iuniores paragij iure maioribus ſubſunt, non clientelæ.

* *verſ.128.*

CCCXXXV. [i] Si maioribus, antiquioribúſve ſacramento clientelari obligare ſe morantibus, in prædia iuniorum manus patroni iniiciant, id damnum ſarciri ab antiquioribus debet.

i *Car. Molin. in conſ Pariſ §.2.gl.2.n 12 arg.l.1.in fi.& l.2. in fi.& ibi Bart & Paul D. de condict. ob cauſ.*

CCCXXXVI. [k] Per antiquiores honoraria clientelaria, cæteráque patronis debita omnia iuniores præſtant, compellarique his de rebus ab antiquioribus debent: ſed & antiquiores ius ſuum in iuniores exequi per præpoſitos ſuos poſſunt.

k *dd.legi.mun. Nor. verſ.130.*

CCCXXXVII. [l] Iuniores rerum æquo parique iure poſſeſſarum antiquiori præbere catalogum debent, vt ipſe omnium nomine integrum omnium prædiorum hoc iure poſſeſſorum offerat: cui iuniores ſignum ſuum aſcribere omnes debent.

l *verſ.175.*

CCCXXXVIII. [m] Cùm ſextum cognationis gradum à iunioribus ſororibus orti exceſſerint, in meram fidem & clientelam antiquiorum incidunt: ac ex eo tempore iuſiurandum clientelare dant antiquiori, vel ei qui in ius eius ſucceſſerit.

m *verſ.132.*

CCCXXXIX. [n] Æquo parique iure haberi prædia deſinunt, ſi ab aliis quàm iunioribus, aut qui eis iure cognationis ſucceſſerint, poſſideantur.

n *verſ.133.*

CCCXL. [o] Si ex iunioribus vllus portionem ſuam repudiet, antiquiori, non patrono applicabitur.

o *verſ.176.*

CCCXLI. [p] Laudimia ex prima venditione à iunioribus facta, ſiue extraneis perſonis, ſiue iis qui legitimi eorum eſſe hæredes poſſint, non debentur. [q] Quòd ſi iuniorum prædia aliqua extraneis vendita, cognationis iure ab aliquo eorum qui hoc æquabili parique iure prædia poſſideant, aut ſucceſſore aliquo eorundem, qui intra ſextum cognationis gradum fuerint, redhibeantur, vel iuſti pretij parte dimidia ſunt vendita, vel in integrum reſtitutione, vel ex pacto venditioni aſcripto; eodem quo antea iure poſſidebuntur, non ſi noua & ſpõtanea vẽditio interuenerit.

p *verſ.134.*
q *verſ.135.& 136.*

Tertia pars capitis decimi octaui.

De poſſeſſionibus prædiorum Eccleſiaſticorum.

CCCXLII. QVæ ad poſſeſſionum Eccleſiaſticarũ naturam, qualitatem ac iura pertinent, ex libro ſeptimo, capite tertio, parte quarta, repetẽda ſunt.

CCCXLIII. [r] Patronus laudimia, vel honorariũ inueſtituræ ab Eccleſia ſuſcipiens, vel in fidem atque clientelam eam accipiens, cogere eam ad alienandum non poteſt: ſed indemnitatis, vel fiduciarij poſſeſſoris petitione non excluditur.

r *Car. Molin. §.41.nu.62.*

CCCXLIV. [ſ] Indemnitati patroni proſpicitur certa pecunię pẽſione annuatim cõſtituta, vel pecuniæ quãtitate ſemel exſoluta.

ſ *Idem Molin. d.§.nu.68.*

CCCXLV. [t] Tutor de indemnitate ſine iudicis decreto paciſci nõ poteſt: nec Epiſco-

t *Idem Molin. d.§.nu.79. & ſeqq. arg. aut. à Io.Fabro in l. Sancimus.C. de adm.tut.*

pi cõuentio ſucceſſori nocet, vt nec fructuarij domino proprietatis. Sed nec maritus de re vxoris ſine eius conſenſu paciſci poteſt.

CCCXLVI. [u] Patroous inferior prædiorum clientelarium nomine, ſine ſuperioris patroni conſenſu paciſci de indemnitate poteſt.

CCCXLVII. [x] Patronorum conuentio regio morticinij iuri non obeſt: vt nec Regis indulgentia iuri patronorum.

CCCXLVIII. [z] Eccleſię quoque cõmiſſo acquiri prædia clientelaria poſſunt: ſed iuris morticinij, ac indemnitatis, cui poſſeſſiones Eccleſiaſticę ſunt obnoxię, commiſſa eiuſmodi non ſont immunia.

CCCXLIX. [a] Decimę à nobilibus abſive ante Lateranenſe Concilium poſſeſſę, ſi vendantur Eccleſię, à venditoris cognatis iure ſanguinis redhiberi non poſſunt.

Quarta pars capitis decimi octaui.

De prædiis quæ vrbano burgve iure poſsidentur.

CCCL.[b] PRędiorum quę vrbano, burgive iure in Normania poſſidentur nomine, laudimia, honorariáque inueſtiturę (quas Releuationes vocant) aliáque iura clientelaria non debentur: eorúmq; prędiorum poſſeſſores nudo ſcripto tantummodò profiteri tenentur ſolaria, redditúſque à ſe debitos eorum prędiorum cauſâ, niſi titulus, pactio, vel iuſti temporis poſſeſſio ius aliud inducat.

Quinta pars capitis decimi octaui.

De prædiis iuris liberi (quæ allodia vocant.)

CCCLI.[c] PRædia libera, ſeu quę optimo iure poſſidentur (quę allodia vocant) ea ſunt quæ patrocinio cuiuſquam ſubiecta non ſunt, quorúmque nomine nullę operæ, iuráve clientelaria debentur.

CCCLII. [d] Prædium omne liberi iuris eſſe exiſtimatur, niſi clientelare eſſe probetur.

CCCLIII. [e] Huius generis prædiorum nomine, à poſſeſſoribus eorum ea pecunia nõ exigitur, quæ à plebeiis perſonis ac ſacerdotiis gẽtilitiorum prędiorum poſſidendorum cauſa pendi ſolet: oec militię muneribus, euocationique militari, ſubuocationíq; (quam bannum, hetibannúmque vocant) obnoxia ſunt.

CAP. XIX.

Quæ iura competant fructuario, dominóque proprietatis in prædiis gentilitiis.

CCCLIV.[f] FRuctus prędiorum clientelarium, quibus ob fidem

u Idem Molin. §. 41. nu. 65.
x Idem Molin. d. §. nu. 89.
z Idem Molin. § 4.
a lege regia D. Ludouici Regis Senonibus lata menſe Martio 1269. relata à Renato Choppino lib. 3. de doma. t. 20.
b legib. munic. Nor. verſ. 138.
c d. legib. mun. Nor. verſ. 102. Franc. Hotomanus tract. de verb. feud. Bal. in l. ſi plures. C. de condit. inſer. & in Auth. niſi rogati C. ad SC. Trebel. Io. Andreas in addit. ad Spec. t. de praeſ. Paul. Caſtr. Conſ. 161. Alex. Conſ. 30. Vol. 1 Iaſ. in praelud. feudor. Oldradus Conſ. 234. Frã. Curt. tract. de feud. d. glo. in c. quãquam. de cẽſib. in 6. Paul. Caſtr. Conſ. 164. Bald. in c. ſignificanti. de reſcr. & in c. caterũ. de iudic. Io. Andreas & DD. in c. cum de iurei. & idẽ Andreas in addit. ad Spec. t. de feud. §. quoniam n. 21 Alex. Conſ. 119. in prin. Decius Conſ. 467. 468. & 548. Ægid. Magiſter Decif. cap. 5.
e Ren. Choppinus lib. 1. de doman. t. 14.
f Car. Molin. Conſ. Par. §. 1. glo. 1. arg. l. vſufructu legato. & l. item ſi fundi. & l. Arbores. D. de vſuf. Io. Andreas in addit. ad Spec. t. de loca. § nunc aliqua n. 93 in verb. qui tabernas. Guido Papa qu. 477. Boerius in Cõſ. Bituric.

A clientelarem non datam manus iniecta eſt, ad fructuarium pertinent.

CCCLV. [g] Laudimia fructuario fundi patronalis debentur.

CCCLVI. [h] Curionis deſignandi facultas (quam ius patronatus appellant) ad fructuarium pertinet.

CCCLVII. [z] Deſignatio Curionis in locum demortui à vidua facta eius prędij nomine, cuius vſusfructus donationis propter
B nuptias cauſâ ad eam pertinet, non eſt irrita, tametſi id ius facultáſve, mortuo Curione, matrimonij tempore obueniſſet, ſi non intra legitimum tempus ei rei hæredes mariti non aduerſentur: vt nec deſignatio ſacerdotis in defuncti vicem vſusfructus viduæ tempore delata, facta ab hæredibus, ſi ea non refragetur.

CCCLVIII. [a] Eorum prædiorum quæ
C patronis committuntur, vſusfructus fructuario acquiritur: [b] vt & ſuprà relatum eſt: ipſaque prędia finito vſufructu proprietatis domino reſtituuntur, ſi prædiorum ab hypothecis liberandorum cauſa, expenſa à fructuario pecunia eius hæredibus reddatur.

CCCLIX. [c] Mulctæ in fructu iuriſdictionis numerantur, ac fructuario acquiruntur.

CCCLX. [d] Fructuario dominus proprie-
D tatis libros cenſuales, eorúmve exempla exhibere, ac facere eorum poteſtatem debet.

CCCLXI. [e f g] Fructuario 3·ntilitij prædij patronalis, ſi dominus proprietatis nolit, redhibere eo iure prædia clientelaria [h] vſusfructus tempore vendita licet: verùm finito vſufructu reſtituenda ea eront domino proprietatis: [i] non etiam fructus ſi pretium reddatur.

CCCLXII. [f] Ipſi etiam domino pro-
E prietatis redhibendi prædia clientelaria ius ac facultas datur: [g] ſed ſi id fecerit, laudimia ab eo ſolui fructuario debebunt.

CCCLXIII. [h] Fructuario, ſiue ſuo, ſiue procuratorio nomine, fructuum percipiendorum cauſâ manum clientelaribus prædiis inijcere, iuſiurandum fidei clientelaris exigere, cæteráq; pattonalia iura exercere permittitur.

CCCLXIV. [i] Iuriſdictio gentilitiorum
F prædiorum patronaliom, tam proprietarij quàm fructuarij nomine exercetur: ac vtriuſque nomine conuocari ad iuridicos dies cliẽtes oportet: proprietatis verò domino iuridicis diebus ac vadimoniali procuratorem in iis habere iurium ſuorum tuendorum cauſâ, permittitur.

g Io. Andr. in d. § nunc aliqua. Albert. in rubr. de vſufr. arg. quod omne emolumentum ex re fructuaria debetur fructuario l. item ſi fundi. D. de vſufr. Iaſ. in l. 3. C. de iur. emphyt.
h Glo. & DD. in c. cum olim. de maior. & obed. Pan. in c. cùm olim de iur. patron. Car. Mol. in § 37. nu. 6. arg. quod hæc deſignatio eſt fructus iuris patronatus. glo. in c. cum Bertholdus. de re iud. Imola in 4. conſultationibus de iure patro.
z Idem Mol. §. 31. nu. 17.
a legib. munic. Nor. ver. 203.
b lib. 5. t. 1. cap. 6. verſ. 43.
c Bart. in l. vl. D. Sol. matr.
d Idem Mol. §. 1 glo. 1. n. 12.
e f g leg. mun. Nor. verſ. 201 Car. Mol. § 13. glo. 1. nu. 33. & ſeqq. arg. quod fructuario meliorem proprietatis cauſam facere conceditur. l. æquiſſimum. §. fructuarius. & §. proinde. D. de vſufr.
h Idem Mol. d. glo. nu. 39.
i arg. quod fructus ſuos faciat iure vſusfructus. glo. & DD. in l. emptor. D. de rei vend. & arg. glo. in l. curabit. C. de act. empt. tamẽ idẽ Mol. d. glo. nu. 35. exiſtimat, fructuarium conuenire poſſe dominum vt pretium reddat, rémque redhibitam ſibi habeat: alioqui eam omninò ac in perpetuum ei cedat. & d. glo. nu. 41. non poſſe vis redhibitione fructuarium inuito domino tradat.
f Molin. in Conſ. Parſ. §. 13. glo. 1. nu. 44.
G g Ne ſcilicet & re & pecunia careat. l. Secundùm naturam. D. de reg. iur.
h Argentræus in leg. munic. Britanniæ Armoricæ, verſ. 76. Carol. Molin. in Conſ. Pariſ. § 1. glo. 1. nu. 10. & ſeqq. & glo. 3. nu. 23 & 21 arg. l. 1. §. vlt. D. de no. ope. nunc. & l. 1. in fi. cum l. ſeq. D. de vſufr.
i legib. munic. Norm. verſ. 191.
k d. leg. munic. verſ. 192. Carol. Molin. §. 37. nu. 7. arg. l. ſeruus patroni & l. quia opera. D. de oper. lib.
l Molin. §. 30. nu. 81. arg. l. vlt. § filiu. C. de bon. quæ liber. Contra Fran. Ripæ ſententiam in l. vlt. C. de reuoc. dona. qu. 55. in fi.

CAP. XX.

CAP. XX.

De iuriſdictione patronorum.

Prima pars.

Quid ſit iuriſdictio, & quotuplex.

CCCLXVI. [m] IVriſdictio eſt notio cauſarum quæ iure magiſtratus competit. Eius tria genera iure ciuili Romano numerantur, merum imperium, mixtum, & iuriſdictio. [n] Merum imperium eſt gladij poteſtas, ad animaduertendum in facinoroſos homines: [o] mixtum imperium eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit: [p] maximè verò prætorijs ſtipulationibus interponendis, perſecutionibus, & iudicis officio continetur: [q] cuique omnia competunt præter gladij animaduerſionem: [r] iuriſdictio eſt quæ actionibus deſeruit, ac etiam iudicis dandi licentia.

CCCLXVII. In Normania verò triplex patronorum iuriſdictio eſſe dicitur, ſuperior, maiórve; & minor, ſiue inferior; & mixta.

m Iaco. Cuiacius paratal. ti. de iuriſd. om. iud. D. & t. de offic. quæſto. D.
n l. imperium. D. d. t. de iuriſ omn. iud. l. vlt. D. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.
o d. l. imperium.
p Alciatus Parergon li. 2. cap. 7.
q l. 2. D. de iuriſd. om. iud.
r Alciatus in l. poteſtatis. D. de verb ſig. & d. l. imperium.

Secunda pars capitis vigeſimi.

De iuriſdictione patronorum maiore, ſiue ſuperiore.

CCCLXVIII. [s] QVibus ſuperior iuriſdictio competit: de codicillis venialibus, criminúmque abolitione, dilatione ſoluendi æris alieni, bonorum ceſſione, crimine læſæ maieſtatis, falſæ monetæ, aliiſque regiæ cognitionis cauſis, notionem non habent.

CCCLXIX. [t] Iidem de ponderibus & menſuris cognoſcere in ſuo territorio, niſi iudices regij præuenerint, poſſunt. [u] Item inter ſuæ iuriſdictioni ſubiectos teſſeram ſecuritatis interponere: [x] de plus petitione ſolarij inter eoſdem, non etiam ſi aduerſus ipſoſmet patronos agatur: iidémque ac regij magiſtratus, prout aditi priores fuerint, de contentione inter patronos ſibi ſubiectos iuris ſubclientelaris cognoſcunt, non ſi ius ipſorum controuertatur.

CCCLXX. [z] In eadem vrbe, oppido, alióve loco, duos iuriſdictionis gradus patroni habere non poſſunt. Irritáque in iis facta iudicia, poſt conſtitutionem Caroli IX. Regis anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio, haberi debent.

CCCLXXI. [a] Notarij, ſiue tabularij à patronis conſtituti, perſcribere contractus, niſi inter iuriſdictioni ſuæ ſubiectas perſonas, ac item niſi de prædiis clientelaribus eorundem, non poſſunt.

CCCLXXII. [b] Si iuriſdictio ad plures patronos in eadem vrbe, oppido, alióve loco pertineat, vnus iudex ab eis alternatim per triennia conſtitui debet, & mulctæ communes inter eos fient.

s legib. munic. Norma. verſ. 20.
t verſ. 23.
u verſ. 22.
x verſ. 42.
z Conſtit. Caroli IX. Regis ann. 1563. verſ. 24.
a d. conſtit.
b d. conſti. verſ. 23. glo. ſing. in can. heri. 16. queſt. 3. per l. quoties. D. de vſufr. Ludo. Roman. in ſingularibus ſuis. verſ. de feudatarij.

Tertia pars capitis vigeſimi.

De iuriſdictione inferiori & mixta.

CCCLXXIII. [c] QVibus inferior iuriſdictio competit, ſiquidem vnà cum ea ius nundinarum, mercatúſve habeant, de menſuris poculentorum, triticíq; iuſtæne ſint an falſæ, per ſuos iuridicos cognoſcere poſſunt antequàm regij magiſtratus ſuperuenerint: [d] item de rixis in iis nundinis aut mercatibus admiſſis, ac mulctam eo nomine dicere, niſi cædes interuenerit. [e] Præterea de pecudibus extra ſepta, quibus ob noxam concluſæ fuerint, abductis; de iniuriis factis ſuis præpoſitis munus ſuum exercentibus. Poſſunt etiam pretium vino aliiſque poculentis venalibus indicere.

CCCLXXIV. [f] Ij quoque qui hanc inferiorem iuriſdictionem habent, per ſuos iudices de ſolariorum ipſi patrono debitorum, nec controuerſorum penſionibus, necnon de profeſſionum clientelarium improbatione cognoſcunt.

CCCLXXV. [g] Poſſunt quoque (quorum hæc iuriſdictio eſt) de finibus prædiorum clientelarium cognoſcere, ſi rerum profeſſione comprehenſarum cauſâ metiri clientelaria prædia oporteat, non ſi ex alia cauſâ finium regundorum agatur: de qua actione regius magiſtratus, aut cui ſuperior iuriſdictio competit, adiri debet.

CCCLXXVI. [h] Iidem diebus ſuis iuridicis mulctâ denorum octonûm aſſium minutorum, ac denarioli, ſuis clientibus qui tardiùs ſolarij penſiones intulerint, dicere poſſunt, ſi res mulcta digna ſit, præter mulctas vadimonij non obiti cauſâ, profeſſionis non ritè factæ, aliiſque iuſtis ex cauſis.

CCCLXXVII. [i] Eorundem patronorum præpoſiti, pecudes, noxę in prædiis clientelaribus admiſſæ cauſâ prehendere poſſunt, tametſi clientum non fuerint.

CCCLXXVIII. [k] Patrono præter dies iuridicos ordinarios eximius quidam quotannis datur, quem vadimonialem ferè vocant, ad quem diem clientes omnes conuenire, ſéque patrono ſiſtere præſentes, vel procuratorem nominatim conſtitutum mittere debent Præpoſiti deligendi cauſâ, (is eſt qui ſolaria exigit, ac viatoris, executoriſve munere fungitur:) præterea profitendi ſolarij, rerúmque aliarum debitarum gratiâ, & quarum rerum nomine obſtricti iis rebus teneantur. Inſuper profiteri in hoc iudicio debent, ſi clientelare quicquam poſt extremas profeſſiones ſuas comparauerint, quo pretio, & à quibus perſonis: némque à quibus Notariis contractus perſcripti ſint.

c d. l. legi. mun. verſ. 24.
d verſ. 25.
e verſ. 26.
f verſ. 28.
g verſ. 32.
h verſ. 33.
i verſ. 68.
k verſ. 185.

vérſ. 185 CCCLXXIX. [l] Conuentum hunc iuridicum eximium agi per iudicem quem patronus conſtituerit (eum Seneſchallum appellant) ante quindecimum Iulij diem oportet: eidémque iudici allectum eſſe Scribam, Tabularium, Notarium, aliámve publicam perſonam: Actáque earum rerum quæ diebus iuridicis ordinariis, vel hoc eximio fiunt ab eodem iudice, Scribáque ſeu perſona publica, aut cui munus iſtud mandatum fuerit, ſubſcribi. Iſque iudex & Scriba, ex iis qui teſtimonio publico ac authoritate publica cõprobati fuerint. & domicilium in patroni ditione habeant, aut qui ab ea non longiùs ſex paſſuum millibus abſit, legi debent.

m verſ. 189. CCCLXXX. [m] Vadimonialis dies certus publicè conſtitui, indicíque die Dominico poſt Miſſæ maioris ſacra à præpoſito debet: idque quindenis ante diebus: locúſque ac hora quibus ſui poteſtatem iudex facturus ſit, denuntiari.

n verſ. 188. CCCLXXXI. [n] Si in prædiis non ſubiectis clientelæ, clientes morentur, vades dare qui in prædiis clientelaribus commorentur, cæterorúmq; in eũm annum debitorum exſoluendorum, debent.

o verſ. 187. CCCLXXXII. [o] Si qui ex clientibus indicto die abfuerint, mulcta vnicuique eorum dici vſque ad quinos ſolidos minutos poteſt pro ratione, qualitate, & quantitate rerum clientelarium. Præterea iudici manum inicere prædio clientelari, ac fructus auctioni ſubiicere ſolutioni ſolarij, aliorúmve debitorum clientelarium cauſâ licet: idque vltra mulctam ordinariã in iuridicis diebus communibus frequentatam, quam denûm octonûm ſolidorum minutorum, & denarioli eſſe, ſuprà quoque relatum eſt.

p verſ. 29. CCCLXXXIII. [p] Patroni carcere coërcere præpoſitos ſuos, coactores ſolariorum, ac moletrinæ præfectos poſt menſem muneris eorum exactum, vt rationes reddant, poſſunt. Attamen iis patronis quibus inferior tantùm iuriſdictio competit, carceribus ſuis continere huiuſmodi perſonas ampliùs quatuor & viginti horas non licet: At eos vinctos ex eo tempore carceribus regiis, vel patroni, cui ſuperior iuriſdictio competat, mandare tenentur.

q verſ. 30. & 64. CCCLXXXIV. [q] Patroni extra prædiorum patronalium, clientelariúmve fines clientelarium debitorum cauſâ pignora capere non poſſunt, nec earum quidem perſonarum quæ in ſua clientela non ſint, niſi in præſenti noxa deprehendantur: veluti ſi patronorum, clientiúmve ſementi, pratis, aut aliis agrorum fructibus dent damnum: aut ſi paſcuorum cauſâ patronis debitam mercedem penſionémve defraudent: aliúdve ex bonis eorum aut iure ſurripiant, cuius cauſa ex more regionis, nundinarum, & mercatuum mulctari debeant.

r verſ. 67. CCCLXXXV. [r] Patronus penſionis ſolariorum ſuorum exſoluendę cauſâ, pecudes in clientelaribus ſuis prędiis paſcentes pignoris loco capere poteſt, tametſi earum domini clientes non fuerint, ſed coloni, aut colonis ipſis paſcendæ datæ.

CCCLXXXVI. [ſ] Noxæ in ſyluis admiſſæ, leporariis, fluminibus, ſtagniſve, agris excultis, atque id genus rebus aliis rei deprehenſi, cuſtodia contineri à patronis per quatuor & viginti horas poſſunt, quoad vades aut pignora damni reſtituendi dederint. Ac poſt id tempus regiorum iudicum, eorúmve qui merum imperium habeant, carceribus quaſi precariis committi debent. ſ verſ. 36.

CCCLXXXVII. [t] Si patronus pignora clientis ſui ob rem iudicatam, debitúmve capta, poſt cautionem fideiuſſionémve oblatam non reddat, reſtitutio eorum fieri à ſuperioris iudicis viatore poteſt, ac dies ei ad ſuperius tribunal dici. t verſ. 63.

CCCLXXXVIII. [u] Pignora capta à patronorum præpoſitis, deponi in prædij patronalis finibus debent: ac pecudes eo loci, qui adiri quotidiè paſcendorum eorum cauſâ poſſit ab iis qui eas poſſidebant. Quod & in cæteris quibuſcunque & ob quamcunque cauſam captis pecudibus obſeruari debet: [x] locúmque ſeptum habere patronos oportet, in quo pecudes captę in cauſam pignoris cuſtodiantur. u verſ. 65. x verſ. 66.

CCCLXXXIX. [z] Si quis criminis cuiuſquam reus in finibus eius patroni, cui inferior iuriſdictio, mixtáve competat, comprehendatur, qui crimen fateatur, de eo iudicium fieri eo loco poteſt, ſi quidem iudicum concilium cogere patronus intra diem naturalem, id eſt horas quatuor & viginti poſſit. alioqui remittere ad iudicem regium vel patronum cui ſit merum imperium, iuriſdictióve ſuperior, reum debet. z verſ. 37.

CCCXC. [a] Si prędia clientelaria à ſacerdotibus poſſideantur, iuriſdictionem exercere, iuráque ſua exequi per ſuos iudices poſſunt. a verſ. 41.

CCCXCI. [b] Apud quoſuis iniuriæ non faciendæ ab eo quem quis metuit, iuſiurandum, & ſecuritatis quaſi quædam teſſera exigi poteſt: nec fori exceptio datur. [c] Ipſa verò infractę ſecuritatis actio apud forum rei, vel eius iudicis apud quem teſſera data fuerit, exerceri debet, [d] prętterquàm apud Eccleſiaſticum iudicem. b verſ. 45. c verſ. 46. d verſ. 47.

CCCXCII. [e] Præſcriptio imperij ſiue iuriſdictionis vna in re ad alias etiã quæ ſub idem genus cadunt, eſt efficax: ita vt qui laqueo gulam frangi iuſſerit, præſcindi quoq; reo caput pronuntiare poſſit. e Bart. Bald. Alex. Iaſ. Ias. do. Rom. Paul. Caſtr. & alij in l. Imperium D. de iuriſ. om. iud. Argentræus in legi mun. Bertr. Arm. verſ. Not. 2.

CCCXCIII. [f] Nec patronus clienti, nec cliens patrono ob litem apud iudices patroni motam in litis impenſas, niſi actorum cauſâ, damnari poteſt. f legib. manu. Nor. v. 35. Mango in Conſ. Aedium, verſ. 8.

CCCXCIV. [g] Qui à iudice non regio appellauit, apud eundem aliam cauſam agere non compellitur. g Iudicio curiæ Pariſ. Cal. April. 1395 contrà Lingonẽſem Epiſcopũ relato à Renato Chop. li. 2. de domani. t. 8.

CCCXCV. [h] Patroni ſuis iuridicis abrogare poteſtatem poſſunt, niſi remunerandorum officiorum, operarúm ve cauſâ, aut ob aliam non gratuitam cauſam inſtituti fuiſſent. h Conſt. Ruſſinenſi Caroli 9. anno 1563.

CAP. XXI.

CAP. XXI.

Quatenus prædia gentilitia diuidi, párſque eorum alienari, aut clientelaris effici, ſeu in emphyteuſim dari (quam ſubinfeudationem dicunt) poſſit: & quomodo vti prædiis gentilitiis & clientelaribus liceat.

CCCXCVI. [i] CLiens prædio ſuo gentilitio, ſolariis illius, redditibus, acceſſionibúſque vti pro ſuo arbitrio, vel etiam abuti, ac alienare partem retento cenſu, ſeu vectigali poteſt, [k] inuito etiam ſuperiore patrono: modò ſeſe, ſuáque prædia fide & clientela eiuſdem patroni non ſubducat, tantúmque è ſuo prædio retineat, quantum ſolariis exſoluendis ſufficiat.

CCCXCVII. [l] [m] Non tamen diuidi in partes, niſi fœminis ſucceſſione deferatur, prædium gentilitium poteſt, vt & ſuprà relatum eſt: tametſi partes ſingulas in clientela antiqui patroni permanere cliens caueat.

CCCXCVIII. [n] Patronus prohibere clientem ne ſyluam cædat non poteſt: ſed ne ſolum corrumpat: veluti fundum ſuffodiat, ruderáve egerat, prohibere poteſt, ſi ei detrimentum res afferat, niſi indemnitati ſuæ conſulatur, vectigálque eius rei nomine ei pendatur.

CAP. XXII.

De lignandi paſcendique iure in ſyluis patronorum clientibus dato.

CCCXCIX. [o] SYluæ vſibus clientum non patent, niſi ſeruitutem in iis conſtitutam habeant: qua ipſa vti conuenienter atque ex legum præſcriptis debebunt.

CCCC. [p] Patronis, lignationem debentibus, ſyluas in agri prative formam redigere, vel earum formam immutare non conceditur. [q] Attamen tertiam partem cædere illis plerunque permittitur.

CCCCI. [r] Quibus lignandi ius competit, cædere arbores, niſi præmonito ſaltuario qui arbores eis deſignet, non debent: quòd ſi ſaltuarius id non fecerit, iure ſuo vti non prohibentur.

CCCCII. [ſ] Ligna vendere quibus ius lignandi datum eſt, non poſſunt.

CCCCIII. [t] Cui lignandi ius eſt, ſuperioris temporis cauſâ quo lignatus non eſt, ſibi quicquam rependi non iuſtè poſtulat.

CCCCIV. [u] Si Rex aliúſve patronus, lignandi ius ſuis in ſyluis cuiquam liberaliter conceſſerit, eo iure is ſolus vti, eiúſque heredes poſſunt, non etiam aliis alienare, aut cedere id ius aliis permittitur. [x] Sed ſi prædiorum nomine cōceſſum id ius eſſet, cum prædiis alienari poteſt; quin & vnà cum iis locari.

CCCCV. [z] Si lignatio cuipiam conceſſa eſt prædij cuiuſquam nomine, eo vendito ditioribus emptores ampliùs percipere, ſiue ædificandi, ſiue ignis habendi cauſa non poſſunt, quàm ij quibus ius illud datum fuerat, eiúſve hæredes poſſent.

CCCCVI. [a] Hæredes ampliore ligno vti ſuis anteceſſoribus poſſunt.

CCCCVII. [b] Vſuarij vel emptores, ita cædere deſignatas arbores debent, ne viciniis noceant: & ſi contrà fecerint, in commiſſum cæſæ arbores cadent.

CCCCVIII. [c] Arbores cæſæ, euulſæve ab vſuariis intra tres dies, vel ad ſummum octo tollendæ ſunt: alioqui impunè à cæteris vſuariis auferri poſſunt.

CCCCIX. [d] Quibus lignandi, paſcendíve in ſyluis ius eſt, capras ac oues immittere in eas, aut habere non poſſunt.

CCCCX. [e] Eorum carrucæ, ac equi qui in conſeptis aſſeruandi cauſâ ſyluæ locis arbores cædunt, vel ex iis tollunt, Regi, patroníſve committuntur: & qui carrocas, equóſve non habent, pecunia mulctantur.

CCCCXI. [f] Immittere pecudes cuiuſvis generis in ſyluas, niſi iis quibus hoc ius ſeruitúſve debetur, non licet, ac ne his quidem intra prohibitum tempus ea poteſtas datur. [g] Quod tempus à quindecima Maij die ad eandem Iunij diem numeratur.

CCCCXII. [h] Qui iure ſeruitutis abuti conuincuntur, eam Regi, patronóve committunt.

CAP. XXIII.

De vſucapione, ſeu præſcriptione rerum patronalium, clientelariúmque.

CCCCXIII. [i] COntra ea iura quæ vniuerſaliter & communi

Marginal notes (left):

i legib. munic. Norma. verſ. 204. Car Molin. in conſ. Pariſ. tit. 1. §. 34. Argẽtræus in leges municipales Britanniæ Armoricæ v. 68 & 70. Iudicio curiæ Pariſ. dies 25. Iuny 1516. & dies 15. Febr. 1538. relatis à Io. Papone lib. 13. t. 2. Arr 4. c. 1. in fi. de contr. fuer. §. 1. & in c. 1. t. qua lit. feud. alien. poter. §. 1. & §. ſimiliter. tit. de proh. feud. alien per Feder. Iac. Belloiſ. Bald. & Alnarotius in dd. cc & §§ Vinc. Io. Andr Hẽricus Behicus in c. qua in Eccleſiarum. de conſtit. Guido Papa quæſt. 362. Panor. in c. ex tranſmiſſa. de for. comp. Iaſ. t. qui feud. dar. poſſ. Bald. in l. voluntas. C. de fideic. & in c. 1. in fi 1. qui feud. dar. poſſ. contra c. imperialem. §. præterea. t. de feud. alien per Feder. Bart in l. qui habebat. D. de lega. 3. & in l. Rem legatã. D. de adim. lega. & Pyrri ſententiam in conſ. Aurelianen.

k Bar. in l. nemine. C. de omni agr. contra c. 1. 1. de duob. fratr.

l in Car Mol. in d. §. 14. Io. Terrenus in leges mun. antiquas Norm. li. 5 cap. 2. t. qual. olim feud. pot. alien.

Marginal notes (right):

ſ d. Cõſt. Frãciſ. I. Reg. Io. Faber in §. minus. Inſt. de vſu & habit. Iudicio curiæ Toloſanæ dies 14. Sept. 1554. Iudicio curiæ Burdeg. dies primo Iuny 1535. relato à Papone lib. 14. t. 1. Arr. 5. Imbertus d. loco. Arreſto curiæ Pariſ. dies 19. Iuly 1550. in litis cuiuſdã Ducis Vindocinẽſis iudicio cõtra l. arboribus. §. vſufructuarius. D. de vſufr. & Boery ſententiã quæſt. Burdeg. 31. cui Papo accedit per d. §. & l. ſi tẽ fundi §. vlt. D. d. tit. de vſu & hab. qui ligna cadua ſyluæ vendi poſſe cenſent.

t d. Conſt. Frãciſ. 1. Regis an. 1515. relata à Io Terreno d. lib. 14 cap. 16.

u d. Cõſt Frãc. Regis relata à Terreno d. c. Io. Faber in §. ſinitur. Inſt. de vſufr. & in prin. t. de vſu & habit & in §. minus. d. iudicio curiæ Pariſ. dies 19. Iuly 1550.

x Io. Terrenus d. c. Petrus Rætus in Conſla. Pictonũ. §. 271. Io. Imbertus in d. Enchiridio iuris Gal. l. in modicis. D. de contr. empt.

z d. Conſt. Frãciſ Regis.

a Io. Terrenus d. c per l. item ſi

Notes:

fundi. in fi. D. de vſufr. vbi vſu rei conceſſo, ad modum non ad quãtitatẽ vel qualitatẽ vtendi referendum eſt, ſcilicet vt ſufficiat, vti ſicut bonus paterf. faceret. Imbert. in Enchir. in verb. vſus, Chaſſa. in conſ. Burg. t. Des foreſts. §. 2. Contra Io. Sanſonis ſententiã in conſ. Turonẽſ. t. de baſſe iuſtice. §. 13. qui lignatione cuipiã & familiæ conceſſa, ſi ea augeatur, nõ omnes vſuros ſeruitute putat, arg. quòd prima forma ſeruitutis ſit attendẽda. DD. in l. nõ modus. C. de ſeru. & aqua. & in l. Rutilia Pella. D. de contr. empt. & in l. dãni infecti. §. ſi is qui vicinas ædes habens D. de dam. inf. & quòd tẽpus contractus inſpici debeat d. l. Rutilia Pella arg. c. cum ind. Ferrar. de conſtit. & l. vlt. D. qui ſatiſd. cogan. b *d. Conſtit. Fran. Reg.* c *Io. Terren. d. lib. 14. c. 16. in fi.* d *Conſt. Franc. I Regis anni 1543. relata ab eodẽ Terreno d. lib. 14. c. 18.* e *Idem Terrenus d. lib. 14. c. 16 in fi.* f *Conſtit. Franc. Reg. anni 1518. relata à Terreno d. lib. 14. c. 18.* g *Terrenus ibidem.* h *Conſt. Franciſci I. Regis anno 1515. relata à Terreno d. lib. 14. c. 16. l. Plenũ. D. de vſu & habit. Iudicio curiæ Pariſ. dies 13. Iunij an. 1550. relato à Papone lib. 14. t. 3. Arr. 3. l. arboribus. D. de vſufr.* i *Argentræus in leges munic. Britanniæ Armoricæ, verſ. 87. Not. 4. Abbas in rubr. quæ ſit longa conſ. quæſt. 11. poſt Cynũ & Petrũ Bellaperticanum. Anto. Butrius Barbat. & alij in c. audientiam. de præſcr. Boerius deciſ. 126. nu. 4. Io Iacob. t. de homagiis. nu 37.*

n *Argentr. in leges mun. Britan. Arm. verſ. 60. Alber in l. diuortio. §. ſi fundum D. ſol. matr. Matt. Afflictus Deciſ. 265. nu. 72. Io. Andreæ in cap. ad Apoſtolicæ de re iudic. in 6. Lucas Penna in l. fundis. C. de loca. præd. fiſc. lib. 11. Bart. in l. eleganter in p. D. de pign. act. Car. Molin. in §. 52. glo. 2. in prin. nu. 6.* o *dd. legib. munic. Norma. verſ. 55.* p *l. Neratius. D. de vſu & habit. Io. Papo lib. 13. t. 2. Arreſto 2.* q *Iudicio curiæ Pariſ. dies 12 Febr. 1552. relato à Papone lib. 14. t. 3. Arreſto 2. per l. fundi. §. ſecus. & l. denique. D. de vſu & habit.* r *Conſt. Franciſci I. Reg. an. 1540. Imbert in Enchiridio iuris Galliæ. in verb. vſus. Io. Papo lib. 14. t. 3. Arr. 4. Conſt. Franciſci I. Regis anno 1515. relata à Io. Terreno in leges mun. Nor. antiquas lib. 14. c. 16.*

prouinciæ iure patronis competunt, vſucapio, præſcriptióve nonprocedit. Quæ verò iura pattonis pactionibus & conuentionibus acquiruntur, perſonalia ſunt, nec eos tranſgrediuntur, quibuſcum pactiones initæ ſunt, vel à quibus ex tes præſtitæ tempore modóque vſucapioni præſcriptionive conſtituto fuerint.

CCCCXIV. [k] Solarium quod in clientelę pignus aut ſymbolum pattono penditur, B vſucapi à cliente totum quidem non poteſt: ſed pars eius poteſt. [l] Aduetſus verò petitionem, penſionem, cæterorúmque tedditιuum, laudimiorum, iutis redhibitorij executionem, [m] triginta annorum præſcriptio opponi poteſt. [n] Quæ ex eo tempore eorum vſucapio inchoatur, cùm cliens interpellatus eorum ſolutionem abnuerit: cùm exinde interuerti poſſeſſio incipiat.

CCCCXV. [o] Iure tamen Normano, C quadraginta annorum præſcriptio non interpellata in quibuſuis rebus locum habet, titulique vice eſt: prætetquàm in iure deſignandi ſacerdotis in locum demortui, Regi ſeu patronis aliis debito.

CCCCXVI. [p] Non tamen, ídque etiam Normano iore, pattonus prædium cui manum iniecit, vſucapere, nec cliens fidei clientelaris daodæ obligatione eximere [q] [r] vllo D temporis ſpatio poteſt, vt & ſuprà commemoratum eſt.

CCCCXVII. [ſ] Sed ſi quis prædium aliquod patroni per ſtatutum tempus, quaſi proprium, ipſíque patrono clientelare poſſederit, eiúſque nomine fidem pattono dederit, vſucapio contra pattonum procedet.

CCCCXVIII. [t] Ius etiam prædij geotilitij patronalis vſucapi ſtatuto tempore poteſt: E vſucapióque ex eo tempore inchoabitur, [u] quo clientes ſeſe cuiquam quaſi patrono fide data applicuerint, ac cętera clientelaria offi cia præſtiterint.

CCCCXIX. [x] Duos patronos vſucapere ius clientelæ cuiuſpiam inuicem poſſe, non dubitatur.

k Felinus in c. ad audientiam. de præſc. per c. conſtantus. vbi Io. Andreas de relig. dom Boerius in cõſ. Biturg. §. 4. arg. quod præſtatur in ſignum ſubiectionis & agnitionis patronis. c. omnis anima. & ibi DD. de cenſib. Bald. in § item ſi verberatum. § ſi quis rẽ. D. de rei vend. Iacob. in præl ud. feudor. Abbas Siculus cõſ 94. vol. 1. Io. Terr. in leg. munic. Norm. li. 5. c. 6.
l Bart. & Bal. in l. male agitur, in fi. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.
m arg. quòd actiones perſonales tanto tempore præſcribitur. l. ſicut C. d. t.
n Cyn. Bart. & Salyc. in d. l. ſicut. Bald. in c. ex parte. de teſtam c. ſancimus. t. de feud. ſine culp. non amitt. in verb. ſi non fuerit neceſſe. Bart. & Io. Plateanus in l in ſilys. C. de decur. li. 10. & in l. cùm ſcimus. § illud C. de agric. & cenſ. lib. 11. Bald. in l. hec autem iura D. de ſeru. vrba. præd. Inno in c. dilectlm. de capell. Monach. Abbas & Salyc. in c. ad audientiam. de præſcr Io. Faber in § pen. Inſtit. de iure perſo. Bald. conſ. 341. in prin. lib. 2. Boerius in conſ. Biturg. § 3. o legib munic. Norm. verſ. 512. p d. verſ. 512. & 119. q r Contra Car. Molin ſententiam in conſ. Pariſ. qui centum annorum præſcriptionem recipit arg l. hoc iure. § ductus aquæ. D. de aqua quot. & æſt.
ſ Car. Molin. § 8. nu. 5 arg quòd cenſetur alienare qui patitur vſucapi. l. alienationis verbum D. de verb ſig. t Idem Car Molin in d § 8. Alex. conſ 136. arg l filiusfa § diuus. verſ. idem Princeps. D de lega. 2 c. ſi quis per triginta & ibi Bald. t. ſi de feudo fuer. controu. & in c. vlt. t. de feud. dato in vic. leg. com. & in c. ad audientiam. de præſ. Bart. Cepola in c. 1. 13. Com. de cogn ſeu. u arg. quòd in eadem qualitate continuata poſſeſsio cenſetur. Not. in l. cum Sutrina de cauſ. poſſ. & propr. & in c. de beneficio. de præb in 6. x Io. Terrenus in leges munic. Norm. antiquas lib. 5. c. 4.

A CCCCXX. [z] Patronus qui per ſtatutum tempus honoraria vlla, veluti inueſtituræ, aliáve conſimilia debita exegerit, qoorum clientelaris prædij conſtitutio immunitatem clienti dabat, ea non acquiret. [a] Sed ſi de iis dubitetur, verius eſt vt debita credantur.

B

De Ducatu, Marchionatu, Comitatu, Baroniáque.

TIT. II.

I. [a] DVcatus, Matchionatus, Comitatúſque tituli ac prærogatiuæ à ſolo Rege tribui poſſunt.

II. [b] Baronia, Marchionatu, Comitatu, Ducatu à Rege cuicunque, ac quocunque titulo, ac prætogatiua cõceſſis, fidei obligatio, clientеláque Regi debita, C ſed & ſummum de appellationibus iudicium, excepta intelliguntur.

III. [c] Si quod prædium gentilitium, quod in alterius clientela eſſet, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronięve nomine appelletur à Rege, vt ſi Baronia, quæ Comitem aliquem pattonum haberet, Ducatus titulo inſigniatur, nihil iutis antiquo patrono decedit: ſed nec fidei clientelaris obſequioſæque pol- D licitationis obligatio remittitur, [d] præſeſſionis tamen honorúmque prærogatiua aliis in rebus in ampliori dignitatis gradu conſtitutis, defertur.

IV. [e] Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, ſi cuiquam de plebe à Rege deferantur, nobilitatis iura eidem attribuunt.

V. [f] Hæc prædia à fœminis quoque poſſideri poſſunt.

E VI. [g] Hoc prędiorum genus teſtamento relinqui aliis, quàm quibus legum municipalium præſctiptis morte poſſeſſorum defetatur, non licet. [h] Sed nec iuniores liberi prædiis vllis gentilitiis quantumuis inſignibus, quæ illis vel tota, vel ex certa portione venire hæreditate debeant, excludi vllis parentum decretis poſſunt.

z Car. Molin. in § 7. nu. 15.
a arg. quòd præſumptio non excluditur, ſicut præſcriptio. glo. magna & DD in l. 2. C. de iur. emphyt.
a Rena. Chopin. lib. 3. de doma. t. 26. c. 1 1. de feudo. Marchio. Aluar. in c. 1. t. qui feud dar. poſſ.
b Bal. in præl. feudo. col. 10. & c. intellecto. de iureiur. Felinus in cap. audientiã. de præſcrip. Card. & Iaſ. in præl ud. feudo. Alex. in l. filiæ quam pater. D de liber. & poſth. Imola in rubr. de verb. obligat. Bald. Conſil. 274. vol. 3. & 303. Claud. Aquenſ. in ſum. t. qui feud. dar. poſſ. Argentreus in leges munic. Britan. Armorica verſ. 55. Not. 3. num. 11.
c Iudicio curiæ Pariſ an 1565. inter Nouanouillanum & Burgonium, relato à Renato Chopino lib. 3. de doman. t. 25.
d Iudicio curiæ Aquenſis anni 1521. relato ab eodem Chopino d. tit. Boerius in tra. graduum vtriuſque fortunæ.
F e Ren Chopinus lib. 1 de doma. t. 14. Bart. in l. 1. C. de dig. lib. 12. Guido Papa quæſt. 385. Lucas Penna in l. mulieres. C. d. tit de digni. lib. 12. & Andr. Iſern. in cap. 1 tit. de Capit. qui cur. vend. Eg. Mag tract. deciſ c. 6. f Idem Chopinus lib. 2. de doma. t. 3. g Idem Chopin. d. lib. 2. t. 12. Aluarot. in t. qui feuda poſſ. Bald in t. de ſucc. feud. deciſ. nona Antonij Capij 1521. Io. Monac Archid. & Dom. in cap. grandi de ſuppl. negl. præl. Panor. in c. intellecto. de iureiur. h Iudicio curiæ Pariſ 6. Idus Maij 1517. & 14. Cal. Iulij 1551. aduerſus familiarem Albretenſium legem. Alio menſis Iunij 1519. de Mommoranciana lege familia. Alio item facto 5. Idus Apr. 1565. de Lauallenſi Comitatu, relatis à Chopino d. lib. 2. de doman. t. 2. Ang. & alij DD. in l. vlt. C. de teſtam. Alex. in l. ſi non ſpecialis. Cod. eo. t. arg. quòd nemo cauere poteſt, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant. l. nemo. D. de lega. 1. Egid. Bellamera conſ. 48. Faber & Bart. in l. cunctos populos. C. de ſumm. trin. Spec. t. de feud. § quoniam.

IVRIS CIVILIS ROMANI GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER NONVS.

De pactis.

TIT. I.

Hic titulus in duo capita diuiditur. Primum eſt, Quid ſit pactum, & eius genera. Secundum, Quo modo pacta ineantur, & quæ ſint vtilia vel inutilia, & quatenus. Cuius capitis prima pars, Quomodo pacta ineantur. Secunda pars, Quæ pacta ſint vtilia. Cuius partis particula prima, Pacta vtilia quæ à perſonis idoneis fiunt. Secunda particula dictæ ſecundæ partis, Pacta vtilia ritè facta. Tertia particula, Pacta vtilia ad actionem. Quarta particula, Pacta vtilia ad exceptionem, non etiam ad actionem. Tertia pars dicti capitis ſecundi, Pacta inutilia. Cuius partis particula prima, Pacta inutilia propter perſonas paciſcentes, non idoneas. Secunda particula dictæ tertiæ partis, capitis ſecundi, Pacta alteri facta inutilia, & quatenus. Tertia particula dictæ tertiæ partis, d. capitis ſecundi, Pacta inutilia ad actionem quod nuda ſint. Quarta particula dictæ tertiæ partis d. capitis ſecundi, Pacta errore, dolo malo, aut metu facta omninò inutilia. Quinta particula dictæ tertiæ partis dicti capitis ſecundi, Pacta contra leges bonóſve mores omninò inutilia. Sexta particula tertiæ partis capitis ſecundi, Pacta ſub conditione [Si volam,] de re impoſſibili, & petendi vltra quàm detur omninò inutilia. Septima particula dictæ tertiæ partis capitis ſecundi, Pacta in alia re facta, inutilia in alia. Octaua particula dictæ tertiæ partis dicti capitis ſecundi, Pacta facti alieni quatenus inutilia.

CAPVT I.

Quid ſit pactum, & eius genera.

I.[a] PACTVM[b] ſeu pactio, eſt duorum pluriúmve in idem placitum & conſenſus[c] ad dandum aliquid, vel faciendum, vel præſtandum alteri ab altero.

a l. 3. in prin. D. de pollic.
b l. 1. §. 1. D. h. t.
c l. 3. in princ. D. de oblig. & actio.

II. Pactorum quinque diuiſiones repeRiuntur, quarum prima eſt: [d] Conuentionum plęræque in aliud nomen tranſeunt, veluti in emptionem, in locationem, in pignus, vel in ſtipulationem,[e] aliæ generis nomen retinent.

d d. l. 1. §. vlt. D. h. t.
e l. Naturalis. D. de praeſcr. verb.

III. Secunda pactorum diuiſio: [f] Conuentiones aut ex publica cauſa ſunt, aut ex priuata. Publica conuentio eſt quæ fit per Principem, aut quoties inter ſe Duces belli quædam paciſcuntur.

f l. Conuentionum. D. h. t.

IV. Tertia diuiſio: [g] Omnis conuentio aut eſt ex cauſa legitima, aut iuris gentium. [h] Legitima conuentio eſt, quæ aliqua lege confirmatur. [i] Iurisgentium conuentiones ſunt, quibus gentes humanæ vtuntur, [k] quáſque naturalis ratio inter omnes homines conſtituit: [l] ex quo iure introductæ ſunt emptiones, venditiones, locationes, obligationes inſtitutæ, exceptis quibuſdam quæ à iure ciuili introductæ ſunt.

g d. l. legitima.
h d. l. & l. legitima. eod. §. ſi quis argentum. § ſin autem hoc minime. C. de donat.
i l. 1. D. de Iuſt. & iur.
k l. Omnes populi. D. h. t.
n l. iuriſgentiũ. § pactorum. D. h. t.

V. [n] Quarta diuiſio: Pactorum quædam in

A rem ſunt, quædam in perſonam. In rem ſunt: quoties generaliter paciſcor ne rem petam; in perſonam ſunt, quoties ne à perſona, id eſt ne à Titio petam.

VI. [o] Quinta diuiſio: Conuentionum aliæ expreſſæ, aliæ tacitæ. Tacitæ ſunt, cùm tacito conſenſu conuenire intelligimur. o l. 2. D. eo. t.

Exemplum primum.

B VII. [p] SI debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos conueniſſe ne peterē: proſuturámque ei conuentionis exceptionem placuit. [q] Poſt pignus verò debitori redditum, ſi pecunia ſoluta non fuerit, debitum poſſe peti dubium non eſt: niſi ſpecialiter contrarium actum eſſe probetur. p d. l. 2. q l. 3. d. t.

Exemplum ſecundum.

C VIII. [r] ITem quia cõuentiones tacitæ valent, placet in vrbanas habitationes locãdas inuecta & illata pignori eſſe locatori, etiamſi nihil nominatim conuenerit. r l. 4. in prin. eo. t.

Exemplum tertium.

IX. [ſ] SImiliter ſtipulatione dotis cauſâ facta, dos ante nuptias malè petitur, quaſi hoc expreſſum fuiſſet, & nuptiis non ſecutis euaneſcit ſtipulatio. ſ d. l. 4.

Exemplum quartum.

D X. [t] SI acceptilatio inutilis fuit, tacita pactione id actum videtur ne peteretur. [u] modò in hoc quoque conſenſum ſit. t l ſi vnus. § ſi acceptilatio.

Exemplum quintum.

u l.2.C.h.t.

XI.[u] POſt venditionem hæreditatis à te factam, ſi creditores contra emptores actiones ſuas mouiſſe probare potueris: eóſque eas ſpontanea voluntate ſuſcepiſſe, exceptione taciti pacti non inutiliter defenderis.

Exemplum ſextum.

x l.ſi creditores.ibid.

XII.[x] SI creditores veſtros ex parte debiti admiſiſſe quẽquam veſtrum pro ſua parte ſoluentem probaueritis, iudex ne alter pro altero exigatur, prouidebit.

Exemplum ſeptimum.

z l.ſi cùm fundum.D.h.t.

XIII.[z] SI cùm fundum meum poſſideres, conueniſſet mihi tecum; vt eius poſſeſſiooem Titio traderes, vendicantem eum fundum à te conuentionis exceptione excludi debere dubium non eſt, ſi aut iam ante tradidiſſes, aut ſi tua cauſa id inter nos conueniſſet, & per te non ſtaret quominus iam traderes.

CAP. II.

Quomodo pacta ineantur: & quæ ſint vtilia, vel inutilia, & quatenus.

Prima pars.

Quomodo pacta ineantur.

a l.2.in prin. ibid.

b l.obligamur. §. vlt.D.de oblig. & actio. l.ſi ſtipuler. §. vlt.D.de verb. oblig.

XIV.[a] COnueoire vel re vel per epiſtolam, vel per nuntium, inter abſentes quoque poſſumus. Sed etiam tacito conſenſu conuenire intelligimur. [b] Etiam nudus conſenſus ſufficit obligationi, quamuis verbis hoc exprimi noo poſſit. Sed & nutu ſolo pleraque conſiſtunt.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quæ pacta ſint vtilia.

Eius partis particula prima.

Pacta vtilia quæ à perſonis idoneis fiunt.

c l.Obligari.D.de reg.iur.

XV.[c] PActa ſunt vtilia quæ à perſonis idoneis fiunt: veluti,[c] Obligari poteſt paterfamiliâs, ſuę poteſtatis, pubes, compos mentis.

d l.filiusfa.D. de oblig. & actio.

e l.ctra mus. §. ſi filius. D. h.t.

XVI. [d] Filiusfamiliâs ex omnibus cauſis tanquam paterfamiliâs obligatur, [e] quod ad peculium quidem attinet, cuius liberam adminiſtrationem habeat.

f l.in perſona. ibid.

XVII. [f] In perſona filiifamiliâs videndum eſt ne aliquando, etſi pactus ſit ne ageret, valeat pactio: quia aliquádo filiusf. habet actionem veluti iniuriarum. Sed cùm per iniuriam filio factam habeat & pater actioné, quin pactio filij nocitura non ſit patri agere volenti, dubitare non oportet.

g l.& heredi. §.ſ.pliaſa.ibid.

XVIII. [g] Filiafamiliâs paciſci poteſt, ne de dote agat cùm ſui iuris eſſe cœperit. Item filiusfa. de eo quod ſub conditione ſibi legatum eſt, rectè paciſcitur.

h l.ſi tibi x. millia. §.vlt. d.t.

XIX. [h] Si filius pactus ſit ne à patre peta-
A tur, ſiue de eo quod ſecum, ſiue de eo quod cum patre cootractum eſt, acquiret exceptionem.

i §.pupillus.Inſt. de inut.ſtipul. & t. de auth. tuto. in prin.

k l.Contra iuris.D.h.t.

XX. [i] Pupillus omne negotium rectè gerit, ita tamen vt vbi tutoris authoritas neceſſaria ſit, adhibeatur tutor: veluti ſi ipſe obligetur. Nam & alium ſibi obligare etiam ſine tutoris authoritate poteſt. Itaque[k] ſi popillus ſine tutoris authoritate paciſcatur ne à ſe pe-
B tatur, ratum habetur pactum conuẽtum: quia meliorem conditionem ſuam facere ei etiam ſine tutoris authoritate conceſſum eſt.

l d.l.

m l.Pactum curatoris. C.h. t.l. Imperatores.D.eo.t.

XXI. [l] Si curator furioſi aut prodigi pactus ſit ne à furioſo aut prodigo peteretur. Longè vtile eſt curatoris pactionem recipi; ſed non cootrà. [m] Quod & generaliter in tutoribus & cæteris curatoribus recipiendũ eſt.

n l.Item quia. ibid.l. vbi non voce.D.de reg. iur.

XXII. [n] Quia conuentiones tacitę valent, ſecundùm hoc & mutus paciſci poteſt.

o l.in quibuſcunque. D. de oblig. & actio

C XXIII. [o] In quibuſcunque negotiis ſermone opus non eſt ſufficiente conſenſu, in his etiam ſurdus interuenire poteſt, quia poteſt intelligere: veluti in locationibus, conductionibus, emptionibus, & cæteris.

Secundæ partis capitis ſecundi particula ſecunda.

Pacta vtilia ritè facta.

p d.l.iuriſgentium. §.prætor ait. D.h.t.

D XXIV.[p] PActa conuenta quæ neque dolo malo, neque aduerſus leges, ſenatuſconſulta, neque quò fraus cuiquam eorum fiat, facta erunt, ſeruari oportet: cuius edicti ęquitas naturalis eſt. Quid enim tam congruum eſt humanæ fidei, quàm ea quę inter eos placuerint, ſeruari?

q d.l.§. ſi paciſcar.ibi & in cæteris. Ratio eſt quia cuique liberum eſt iuri pro ſe introducto renuntiare. l.ſi Iudex.ibi. quia vnicuique.D.de mino. XXV. an.l. Pactum. D.h. t.l.ſi quis in conſcribendo.C.eo. t. l. ſi quis in conſcribẽdo. C. de Epiſc. & cl.

r d.§ ſi paciſcar.

ſ § præterea. Inſt.de exc.

t l.Pactum.D. h.t.

u l.ſi quis crediderit.ibid.

x d.l.ſi quis in conſcrib. C. de Epiſc. & cler.

XXV. [q] In omnibus ad leges, edictáve pertinentibus, quæ non ad publicam læſionem ſed rem familiarem reſpiciunt, paciſci licet:
E [r] Veluti ſi paciſcar ne iudicati, vel incenſarum ædium agatur: aut ne noui operis nuntiationem exequar; ſi ex re familiari facta ſit, valet pactio. [ſ] Item ſi quis pactus eſt, ne id quod ſibi debetur petat, pactum valet: agentique obſtabit exceptio.[t] Pactum quoque inter hæredem & legatarium factum, ne ab eo ſatis accipiatur, validum eſſe conſtat.[u] Item ſi quis crediderit pecuniá, & pactus ſit vt quatenus facere poſſit debitor, eatenus agat, pa-
F ctum valet. Nec enim improbandum eſt, ſi quis hactenus deſideret conueniri quatenus facultates eius patiantur. [x] Præterea ſi quis conoenit ne fori præſcriptione vtatur.

z l.Nec ex Prætorio.D.de reg.iur.

XXVI. [z] Obligationum cauſæ pactione poſſunt immutari & ipſo iure, & per pacti conuenti exceptionem.

a l.in emptionibus D.h.t.

XXVII. [a] In emptionibus ſcimus quid præſtare venditor debeat, quidque ex contrario emptor. Quòd ſi in contrahendo ali-
G quid exceptum fuerit, id ſeruari debebit.

b l.Pacta nouiſſima.C.eo.t.

c l.ſi Iudex.ibi. quia vnicuique D. de mino. xxv. an. l.ſi quis in conſcribendo. D. de pact.

XXVIII. [b] Pacta nouiſſima ſeruari oportere, tam iuris quàm ipſius rei æquitas dictat.

XXIX. [c] Vnicuique pro ſe introducto iuri renuntiare conceditur.

d l.ſi paſcenda. C.eo.t.

XXX. [d] Si paſcenda pecora partiaria, id eſt, vt fœtus eorum pro portionibus,

quibus

quibus placuit inter dominum & paſtorem, diuidantur, ſuſcepiſſe quem probabitur, fidem pacto præſtare per iudicem compelletur.

XXXI. [e] Si cùm mihi x. deberes, pepigero ne à te xx. petam. In x. tibi prodeſſe pacti conuenti vel doli exceptionem placet. Item ſi cùm xx. deberes, pepigerim ne x. petam, efficere exceptionem mihi opponendam, vt tantùm reliqua x. exigere debeam.

e l. ſi unus. §. ſi cùm mihi. D. h. t.

XXXII. [f] Debitor ſi pactus fuerit cum creditore ne à ſe pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: quia pacto conuento obligationes non omninò diſſoluuntur: qua de cauſa efficax eſt aduerſus eum actio quam actor intendit, ſi apparet eum dare oportere. Sed quia iniquum eſt, contra pactionem eum condemnari, defenditur per exceptionem pacti conuenti.

f §. præterea. Inſt. de except. l. Creditori. C. h. t.

Secundæ partis capitis ſecundi particula tertia.

Pacta vtilia ad actionem.

XXXIII. [g] Iuriſgentiũ cõuentiones quædam actiones etiam pariunt: quædam exceptiones. Quæ pariunt actiones in ſuo nomine non ſtant: ſed tranſeũt in proprium nomen contractus: vt emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, commodatum, & cæteri ſimiles contractus.

g d. l. iuriſgentium. in prin. D. h. t.

XXXIV. [h] Sed & ſi in alium contractum res non tranſeat, ſubſit tamen cauſa, eſt obligatio: Vt puta, Dedi tibi rem vt mihi aliam des: Dedi vt aliquid facias, συνάλλαγμα eſt, & hinc naſcitur ciuilis obligatio.

h d. l.

XXXV. [i] Pactio interdum informat ipſam actionem, vt in bonæ fidei iudiciis: ſed hoc ſic accipiendum eſt, vt ſi quidem ex continenti pacta ſubſecuta ſunt, etiam ex parte actoris inſint: ſi ex interuallo non inerunt, nec valebunt ſi agatur, ne ex pacto actio naſcatur: [k] eáque planè pacta ineſſe dicuntur, quæ legem contractui dant, id eſt, quæ in ingreſſu contractus facta ſunt.

i d. l. §. quinimò. l. in bonæ fidei. C. eo. t.

k d. l. iuriſgentium §. vlt.

XXXVI. [l] Adeò etiam in bonæ fidei iudiciis pactiones, quæ ex eodem ſunt contractu, inſunt, vt conſtet in emptione, cæteriſque bonæ fidei iudiciis, re nondum ſecuta, poſſe abiri ab emptione. Si igitur in totum poteſt, cur non & pars eius pactione mutari poteſt? Quod cùm eſt ex parte agentis, pactio locum habet, vt & ad actionem proficiat re nondum ſecuta, eadem ratione. Nam ſi poteſt tota res tolli, cur non & reformari, vt quodammodo quaſi renouatus contractus videatur?

l d. l. § adeò.

XXXVII. [m n o p q r] In traditionib. rerũ quodcunque pactum ſit, id valere etiam ad actionem manifeſtum eſt. [ſ] Itaque ſi cùm dotem pro alumna dares, de reddenda ea conuenerit, vtilis eſt condictio.

m n o p q r l. in traditionibus. l. Diuiſionis. D. h t. l. 1. §. vlt. C de pact. conu. tam ſuper dot.

ſ l. legẽ. C. h. t. t l legitima. D. h t. l. ſi quis argentũ. § ſi autem hoc munimi. C. de dona.

XXXVIII. [t] Interdum quoque ex pacto actio naſcitur, quoties lege vel ſenatuſconſulto adiuuatur.

XXXIX. Similiter [u] petens ex ſtipulatione quæ placiti ſeruandi cauſâ ſecuta eſt, ſiue anteceſſit pactum, ſiue poſt ſtatim interpoſitum ſit, rectè ſecundùm ſe ferri ſententiam poſtulat.

u l. Petens. & l. ſi certis annis. C. h. t. l. nuda. & l. ſeq. C de contr. & com. ſtipul.

Quarta particula ſecundæ partis capitis ſecundi.

Pacta vtilia ad exceptionem, non etiam ad obligationem.

XL. [x] Nuda pactio obligationem non parit, ſed parit exceptionem: Veluti, [z] Si intra illum diem debiti partem mihi ſolueris, acceptam tibi reſiduam feram, & te liberabo; licèt actionem non habeat, pacti tamen exceptionem competere debitori conſtat.

x d l. iuriſgentiũ. §. ſed cum nulla & § idẽ reſponſum. l. Diuiſione. D. h. t. l. legẽ. C. eo. t. l. 1. C de pact. conu. tam ſup. l. Nuda. C de contr. & com. ſtipul. l. ſiue apud acta. C. de tranſ.

z l ſi intra. D. h. t.

XLI. [a] Si poſt emptionem ex interuallo aliquid extra naturam contractus conueniat, agi ex empto non poteſt propter regulam, [Ne ex pacto actio naſcatur] Quod & in omnibus bonæ fidei iudiciis idem erit dicendum. Sed ex parte rei locum habebit pactum: quia ſolent & ea pacta quæ poſtea interponuntur, parere exceptiones.

a d l. iuriſgent. d. § idẽ reſponſum. l. in bonæ fidei. C. eo t.

Tertia pars capitis ſecundi.

Pacta inutilia.

Eius partis particula prima.

Pacta inutilia propter perſonas paciſcentes non idoneas.

XLII. [b] Contra iuris ciuilis regulas pacta conuenta rata non habentur: veluti ſi pupillus ſine tutoris authoritate pactus ſit, puta, Ne à debitore ſuo peteret: aut ne intra certum tempus veluti quinquennium peteret. Nam nec ſolui ei ſine tutoris authoritate poteſt. Ex diuerſo autem ſi pupillus paciſcatur, ne quod debet à ſe petatur, ratum habetur pactum conuentum: quia meliorem ſuam conditionem facere ei etiam ſine tutoris authoritate conceſſum eſt. [c] Vnde in iis cauſis ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis, ſi tutoris authoritas non interueniat, ipſi quidem qui cum his contrahunt, obligantur, at inuicem pupilli non obligantur.

b l. Contra iuris. D. h. t. l. Obligari. l. 1. §. furioſum. ibi. huic proximus. l. Pupillus. D. de oblig. & actio. l. in negotiis. D. de reg. iur.

c Inſt. de auth. tuto. in prin.

XLIII. [d] Furioſus nullum negotium contrahere poteſt: [e] eúmque ſiue ſtipuletur, ſiue promittat, nihil agere naturâ manifeſtum eſt.

d l. in negotiis. e d. § furioſum.

XLIIII. [f] Filius paciſcendo, vel debitum accipiendo, nihil detrahit patris obligationi.

f l. filius. l in perſona. C. h. t.

XLV. [g] Si filius pactus ſit ne ipſe peteret, inutile eſt pactum. Si verò in rem pactus eſt, id eſt, ne ea pecunia peteretur, ita pactio eius rata habenda erit aduerſus patrem, ſi liberam peculij adminiſtrationem habeat, & res peculiaris ſit. Quod & ipſum non eſt expeditum. Nam cùm verum eſt, etiamſi maximè quis adminiſtrationem peculij habeat conceſſam, donandi ius eam non habere, ſequitur vt ſi donandi cauſâ de non petenda pecunia pactus ſit, non debeat ratum haberi pactum conuentum. Quòd ſi pro eo, vt ita paciſceretur aliquid, in quo non minus vel etiam amplius conſecutus fuerit, rata habenda eſt pactio.

g d. l. contra iur. §. ſi filius.

XLVI. [h] Cùm per iniuriam filio factam habeat & pater actionem, quin pactio filij nocitura non ſit patri agere volenti, dubitari non oportet.

h d. l. in perſonam.

XLVII. [i] Tutores & curatores exigentes à pupillis & adultis debitum, non etiam remittentes præſtant obligationis remiſſionem. [k] Eadem ratione debitori reipublicæ à curatore remitti pecunias non poſſe, reſcriptis Principum continetur.

i l. Pactum curatoris. C. eo. t.

k l. Imperatores. D. h. t.

Secunda particula tertiæ partis capitis ſecundi.

Pacta alteri facta, inutilia; & quatenus.

XLVIII. [l] NEque paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere poteſt.

XLIX. [m] Nos iis qui in noſtra poteſtate ſunt paciſcendo prodeſſe non poſſumus: ſed nobis id profuturum, ſi nomine eorum conueniamur, ſi in paciſcendo id actum ſit. Planè ſi pater pactus eſt ne à ſe, néve à filio ſuo petatur, filiofamiliâs doli exceptio prodeſt.

L. [n] Sicut pactum procuratoris mihi nocet, ita etiam prodeſt: quia & ei ſolui poteſt. Nam & nocere conſtat, ſiue ei mandaui vt paciſceretur: ſiue omnium rerum mearum procurator fuit, qui etiam potuerit rem in iudicium deducere. Sed ſi tantum ad actionem procurator factus ſit, conuentio facta domino non nocet: quia nec ſolui ei poteſt. Sed ſi in rem ſuam datus ſit procurator, loco domini habetur: & ideo ſeruandum erit pactum conuentum.

LI. [o] Sed ſi paciſcentis interſit, pactum alteri factum non eſt inutile, [p] Veluti debitoris conuentio fideiuſſoribus proficiet, [q] niſi hoc actum eſt vt duntaxat à reo non peteretur. Tum enim fideiuſſor exceptione non vtetur.

LII. [r] Quod dictum eſt, Si cum reo pactum ſit vt non petatur; fideiuſſori quoque competere exceptionem propter rei perſonam placuit, ne mandati iudicio conueniatur.

l l. quo tutela. §. vlt. D. de reg. iur. l. ſtipulatio iſta habere licere §. alteri. l. ſi a a ſtipulatus fuero, ſi Titius §. Chryſogonus. ibi per liberam D. de verb. oblig. l. quæcumque. D. de oblig. & act. l. Caius Seius. D. Sol. matr. l. 3. C. de contr. & com ſtipul. l. 3. in prin. & l. ſi a-\
ma. C. de inut. ſtipul.

m l. & hæredi. §. nos autẽ. D. h. t.

n l. Reſcriptũ. & 3 ll. ſeq. ibi.

o d. l. ſtipulatio iſta habere licere. §. ſi ſtipuler. & §. ſi inſulam. l. ſi v-\
num. §. ſi cum reo. D. h. t. §. ſed & ſi quis ſtipulatur. Inſt. de inut ſtipul.

p d. l. & hæredi. §. vlt.

q l. Niſi ibid.

r l. Quod dictũ. ibid.

A Igitur ſi mandati actio nulla ſit, fortè ſi donandi animo fideiuſſerit, dicendum eſt non prodeſſe exceptionem fideiuſſori.

LIII. [ſ] Fideiuſſoris autem conuentio non proderit reo: quia nihil eius intereſt à debitore pecuniam non peti, imò nec confideiuſſoribus proderit. Neque enim quoquo modo cuiuſque intereſt cum alio conuentio facta, alij prodeſt: ſed tum demum cùm per
B eum, cui exceptio datur, principaliter ei qui pactus eſt proficiat: ſicut in reo promittendi, & in iis qui pro eo obligati ſunt. [t] Sed ſi hoc actum ſit ne à reo quoque petatur, dabitur reo doli exceptio. Idem & in confideiuſſoribus eſt.

ſ l. fideiuſſoris. ibid.

t Idem in duobus. & l. ſeq. ibid.

LIV. [u] Si ſine perſona ſua reus pepigerit ne à fideiuſſore petatur, proderit fideiuſſori exceptio. Non tam enim illi per liberam perſonam acquiri, quàm ipſi
C qui pactus ſit conſuli videtur; quo iure vtimur.

u l. ſi vnus ex argentariis ſociis. §. 1. ibid.

LV. [x] In rem pacta omnibus proſunt, quorum obligationem diſſolutam eſſe eius qui paciſcebatur, interfuit.

x d. l. & hæredi. §. vlt.

LVI. [z] Pactorum autem quædam in rem ſunt: quædam in perſonam. In rem ſunt, quoties generaliter paciſcor ne rem petam; in perſonam ſunt, quoties ne à perſona, id eſt ne à Lucio Titio petam. Vtrum autem in rem an in perſonam pactum factum fuerit,
D non tam ex verbis quàm ex mente conuenientium æſtimandum eſt. Plerunque enim perſona pacto inſeritur, non vt perſonale pactum fiat, ſed vt demonſtretur cum quo pactum factum eſt.

z d. l. iuris gentium. §. pactorum, D. h. t.

LVII. [a] Tale pactum [Profiteor te non teneri] non in perſonam dirigitur: ſed cùm generale ſit, locum inter hæredes quoque litigantes habebit.

a l. tale pactũ. ibid.

E LVIII. [b] Pactum conuentum cum venditore factum, ſi in rem conſtituatur, emptori prodeſſe conſtat. Quin & ſi in perſonam conceptum eſt, in emptore valet. Idem dicendum ſi per donationem ſucceſſio facta ſit.

b l. ſi tibi x. millia. §. pactum conuentum. ibi.

LIX. [c] Ante omnia animaduertendum eſt, ne conuentio cum alia perſona facta alij perſonæ noceat.

c l. ſi vnus. §. ante omnia. D. h. t. l. 3. in prin. D. de tranſ. l. Claudius Felix. D. qui potior in pign. hab. t. Res inter alios actas. C.

LX. [d] Perſonale pactum ad alium non pertinet: quemadmodum nec ad hæredem.
F [e] Itaque ſi quis paciſcatur ne à ſe petatur, hæredi exceptio non proderit. [f] Item pactio legatarij vel fideicommiſſarij facta cum quibuſdam ex hæredibus in eorum gratiam, cohæredibus non prodeſt.

d l. Idẽ in duobus. §. 1. D. de pact.

e d. l. ſi tibi x. millia. § ſi quis. paciſcatur.

f l. ſi actionem. C. eo. t.

LXI. [g] Debitorum pactionibus, creditorum petitio nec tolli, nec mutari poteſt. [h] Nec pacto ſucceſſorum debitoris, ex lege duodecim tabularum æs alienum hæredita-
G rium pro portionibus quæſitis ſingulis ipſo iure diuiſum, in ſolidum vnum obligare creditori poteſt.

g l. Debitorũ ibid.

h l. Pacto ſucceſſorum ibid.

LXII. [i] Cùm poſſeſſor alienæ hæreditatis pactus eſt, hæredi, ſi euicerit, neque nocere, neque prodeſſe pleríque putant.

i d. l. ſi tibi x. millia. §. cùm poſſeſſor.

LXIII. [h] Neque pactio, neque tranſactio cum quibuſdam ea curatoribus,ſiue ex tutoribus facta, auxilio cæteris eſt in iis quæ ſeparatim geſſerunt,vel gerere potuerunt.

LXIV. [l] Si ex altera parte in rem, ex altera in perſonam pactum conceptum fuerit: veluti, Ne ego petam, vel, ne à te petatur; & hæres meus ab omnibus vobis petitionem habebit, & ab hærede tuo omnes petere poterimus.

LXV. Illud quoque ſciendum eſt,[m] ſi quis noſtro nomine pecuniam daret, vel ſuam vel noſtram obligationem nobis pecuniæ creditæ acquirit:[n] cùm quotidie credituri pecuniã, ab alio poſcamus, vt noſtro nomine creditor numeret futuro debitori noſtro.

LXVI. [o] Suæ perſonæ adiungere quis hęredis perſonam poteſt. [p] Et ſi pater pactus ſit ne à ſe néve à filio ſuo quem habet in poteſtate,petatur, filio doli exceptio prodeſt. Item, [q] ſi auus neptis nomine quam ex filio habebat,dôtem promiſit,& pactus eſt ne à ſe néve à filio ſuo dos peteretur. Si à cohærede filij dos peteretur, ipſe quidem ea exceptione conuentionis tuendus non erit: filius verò ea exceptione conuentionis rectè vtetur, quippe hæredi conſuli neceſſe eſt. Nec quicquam obſtat vni tantùm ex hæredibus prouideri ſi hæres factus ſit: cæteris autem non conſuli. [r] Sed ſciendum eſt cùm quid dari paciſcimur,non poſſe per nos vni ea hęredibus acquiri:ſed neceſſe eſſe omnibus acquiri. At cùm quid fieri paciſcimur,etiam vnius perſonam rectè comprehendi.

LXVII. [ſ] Pater qui dotem promiſit, pactus eſt,vt poſt mortem ſuam,in matrimonio ſine liberis defuncta filiâ, portio dotis apud hæredem ſuum fratrem remaneret, ea conuentio liberis à ſocero poſtea ſuſceptis, & hæredibus teſtamento relictis proderit, cùm inter contrahentes id actum ſit vt hæredibus conſulatur;& illo tempore quo pater alios filios non habuit,in fratrem ſuum iudicium ſupremum contuliſſe videatur.

LXVIII. [t] Sed ſi pactus ſim ne à me, néve à Titio petatur, non proderit Titio, etiamſi mihi hæres extiterit, quia ex poſtfacto id confirmari non poteſt. Hoc idem reſponſum eſt in patre,qui pactus erat ne à ſe, néve à filia ſua peteretur, cùm filia patri hæres extitiſſet.

k l. 2. C. de tranſ.
l l. qui in futurũ. §. 1. D. h. t.
m l. ſi ita ſtipulatus, fuero. l. ſi Titius. §. Chryſogonus. D. de verb. oblig.
n l. Certi condictio. § ſi nummos. D. de reb. cred. ſi cert. pet.
o l. ſtipulatio iſta habere licere. §. ſiue perſona. D. de verb. oblig.
p d. l. & hæredi. §. nos aut. D. h. t.
q l. Auus neptis. ibid.
ſ l. Tale pactũ §. vlt. ibid.
t d. l. ſi tibi x. millia. §. ſi pactus ſim.

Particula tertia partis tertiæ capitis ſecundi.

Pacta inutilia ad actionem, quòd nuda ſint.

LXIX. EX pacto nudo actionem nõ naſci, ſuprà relatum eſt. Qua de re exemplum primum hoc fuerit, Diuiſionis placitum, niſi traditione vel ſtipulatione ſumat effectum, tanquam nudum pactum nulli prodeſſe poterit.[u] Et epiſtola qua quis cohæredem ſibi aliquem eſſe cauit, petitionem nullam aduerſus poſſeſſorem rerum hæreditariarum dabit.

u l. diuiſionis. D. h. t. l. Cùm proponas. 2. C. eo. t.
a l. Epiſtola. D. h. t.

Aliud exemplum in permutationis placito.

LXX. [z] EMptio enim & venditio nuda conſentientium voluntate contrahitur. Permutatio autem ea re tradita initium obligationi præbet: alioqui ſi res nondum tradita ſit, nudo conſenſu conſtitui obligationem dicemus. Quod in his duntaxat receptum eſt, quæ nomen ſuum habeant: vt in emptione, venditione, conductione, mãdato.

z l. 1 §. Item emptio. D. de rer. perm.

Aliud item exemplum in placito permutationis.

LXXI. NAm* ſi certis annis quod nudo pacto conuenerat, datum fuerit, ad præſtandum in poſterum indebitum ſolutum obligare non potuit eum qui pactum fecit, niſi placitis ſtipulatio interceſſerit.

* l. ſi certis annis. C. h. t.

Quarta particula partis tertiæ capitis ſecundi.

Pacta, errore, dolo malo, aut metu facta omnino inutilia.

LXXII.[a] IN omnibus negotiis contrahendis, ſiue bonæ fidei ſint, ſiue non ſint, ſi error aliquis interuenerit vt aliud ſentiat, puta qui emit, aut qui conducit, aliud qui cum his contrahit, nihil valet quod actum ſit. Veluti quoque, [b] Si cùm te ex cauſa legati debere debitori tuo exiſtimas, pactus ſis ne ab eo peteres, neque iure ipſo liberabitur debitor, neque te petentem ſubmouebit exceptione conuentionis.

LXXIII. [c] Pacta dolo malo facta rata nõ habentur. [d] Dolus autem malus fit ex calliditate & fallacia: & dolo malo pactũ fit quoties circumſcribendi alterius cauſâ aliud agitur, aliud ſimulatur.

LXXIV. [e] Siue ab initio dolo malo factum eſt, ſiue poſt pactum aliquid dolo malo factum eſt, nocebit exceptio.

LXXV. [f] Quod metus cauſâ geſtum erit, ratum non habebitur: [g] hócque iure vtimur, vt de metu non tantùm ab auctore, verùm à quocunque adhibito, exceptio obiici poſſit. [h] Vani tamen timoris iuſta excuſatio non eſt.

a l. in omnibus 2. & 1. D. de oblig. & actio. l. nihil conſenſu. §. vlt. D. de reg. iur. l. ſi per errorem. D. de iuriſd. om. iud. l. 2. D. de in integr. reſt.
b l. ſi cum te. D. h. t.
c l. 1. in prin. D. de dolo mal. §. 1. Inſt. de except. l. iuriſgentium. §. Prætor ait. & §. ſi fraudandi. D. h. t. l. cũ poſtea. C. h. t. l. 3. C. de exc.
d d. l. Iuriſgentium. §. dolo malo.
e d. l. §. ſiue igitur.
f l. 1. in prin. l. Metum. 2. §. ſed quod Prætor. D. quod met. cauſ. d. l. nihil conſenſui, in prin.
g d. l. Metum. §. cum aute. & l. metu ſi. §. in hac. eo. t. & §. aliquãdo. eo. l. quod met. cauſ.
h l. Vani. D. de reg. iur.

Quinta particula tertiæ partis capitis ſecundi.

Pacta contra leges, bonóſve mores omnino inutilia.

LXXVI.[i] PActa quæ contra leges, ſenatuſconſulta, edicta, decreta Principum, aut quò fraus cuiquam eorum fiat: vel contra bonos mores, rata non habentur.

i d. l. Iuriſg. §. prætor ait. & §. & generaliter. arg. l. Auxilium. D. de mino. xxv. an in fi. l. Nec ex prætorio. D. de reg. iur. l. Non dubium. C. de leg.

[k] Et generaliter, quoties pactum à iure communi, vel re priuata remotum eſt, ſeruari hoc nõ oportet:[l] nec legatũ, nec iuſiurandum de hoc exactum ne quis agat, ſeruandum.

LXXVII. [m] Quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt.

Exemplum primum pactorum contra leges.

LXXVIII.[n] SI vt maleficium fiat promiſſum ſit, nulla eſt obligatio ex hac conuentione.

Secundum exemplum.

LXXIX.[o] NE quis illicitis habitis conuentionibus coniuret aut paciſcatur, vt ſpecies diuerſorum corporum negotiationis non minoris quàm inter ſe ſtatuerint, Principũ conſtitutionib[9] prohibetur. Ædificiorũ quoq; artifices, vel ergolabi, aliorúmq; operum profeſſores penitus arceantur pacta inter ſe componere, vt ne quis quod alteri commiſſum ſit, opus impleat, aut iniunctam alteri ſolicitudinem alter impleat.

Tertium exemplum.

LXXX.[p] PActa quæ turpem cauſam continent, non ſunt obſeruanda: veluti ſi paciſcar ne furti agã, vel iniuriarũ, [ſi feceris.] Expedit enim timeri furti, vel iniuriarũ pœnam. Similiter ne experiar interdicto [vnde vi] quatenus publicam cauſam contingit, paciſci non poſſumus.[q] Illud quoque nulla pactione effici poteſt ne dolus præſtetur: [r] idque bonæ fidei contrarium eſt, & ita vtimur:[s] ſed poſt admiſſa hæc paciſci poſſumus.

LXXXI. [t] Tranſigere vel paciſci de crimine capitali poſtquam admiſſum eſt, [u] excepto adulterio prohibitum non eſt.

Quartum exemplum pactorum contra leges vel bonos mores.

LXXXII.[x] DE ſucceſſione futura, interpoſita pactio nullius eſt momenti. [z] Nec ad implendum promiſſum hæreditatis propriæ pollicitatione quiſquam aſtringitur. moribus tamen Gallicis in contractu matrimonij huiuſmodi pactiones non improbantur, quatenus donationes rerum ſuarum cuiquam permittuntur.

Exceptio.

LXXXIII [ab] TEſtamento ſcripti hæredes rogati, vt qui primus rebus humanis eximeretur, alteri portionem hæreditatis reſtituat, precariam ſubſtitutionem conſenſu poſſunt remittere.

Quintum exemplum pactorum contra leges vel bonos mores.

LXXXIV.[c] SVmptus quidem prorogare litiganti honeſtum eſt: paciſci autem vt non quantitas eo nomine expenſa reſtituatur: ſed pars dimidia aliáve eius quod ex ea lite datum erit, non licet.

Sextum exemplum.

LXXXV.[d] NEmo paciſcendo efficere poteſt, ne ſibi locum ſuum dedicare liceat: aut ne vicino inuito præ ſium alienet.

Exceptio.

LXXXVI.[e] SEd ſi pactũ ſit à creditore, ne liceat debitori hypothecam vendere vel pignus, certum eſt nullam eſſe venditionem, vt pactioni ſtetur.

Septimum exemplum.

LXXXVII.[f] INter debitorem & creditoré conuenerat, vt creditor onus prędij pignorati non agnoſceret, ſed eius ſoluendi neceſſitas ad debitorem ſpectaret, talem conuentionem quantum ad fiſci rationem non eſſe ſeruandam, reſponſum eſt. Pactis enim priuatorum formam iuris fiſcalis conuelli non placuit.

Exceptio d. regulæ de pactis contra leges.

LXXXVIII. [g] SEd in omnibus ad leges edictáve pertinentibus, quæ non ad publicam læſionem, ſed rem familiarem reſpiciunt, paciſci licet, [h] & vnicuique liberum eſt iuri pro ſe introducto renunciare: [i] & pactum quod à re priuata non eſt remotum, eſt obſeruandum.

Exemplum exceptionis.

LXXXIX.[k] PAciſci contra edictum Ædilium curulium omnimodo licet, ſiue in ipſo negotio venditionis gerendo conuenilſet, ſiue poſtea.

Sexta particula tertiæ partis capitis ſecundi.

Pacta ſub conditione [ſi volam] de re impoſsibili, & petendi vltra quàm detur, omnino inutilia.

XC. [l] SVb hac conditione [ſi volam] nulla fit obligatio. Pro non dicto etenim eſt, quod dare niſi velis, cogi non poſſis. [m] Nec promiſſio poteſt conſiſtere, quæ ex voluntate promittentis ſtatum capit.[n] Planè qui

ita pro-

k l. Pacta quæ contra. C. h. t. l. 4. §. vlt. C. de inut. ſtip. ꝑ d. §. & generaliter. & d. l. non dubium. l. ſi quis inquilinos 112. §. vlt. D. de lega. 1.
l l. ſi vnus. §. pacta quæ turpem. D. h. t.
m l. Filius D. de condit. inſt.
n d. l. iuriſgentium. §. ſi vt maleficium.
o l. 1. C. de monop.
p l. ſi vnus ex argentariis. §. pacta quæ turpem D. h. t.
q d. l. §. illud.
r l. Contractus ibi excepto eo. D. de reg. iur.
ſ d. §. pacta quæ turpem & l. Tranſigere. C. de tranſ.
t d. l. tranſigere. l. 1. D. de bo. eor. qui ante ſent.
u Illud crimen legibus Romanis fuit capitale Iuſtiniano temporib. l. quamuis C. ad leg. Iul. de adult. Quod autem in d. l. Tranſigere præterea additur, in aliis criminib. quæ ſanguinis pœnã nõ ingerũt, tranſigere nõ licet citra falſi accuſationẽ. Quod verbum (citra) Græci interpretes & in his Harmenopolus lib. 1. t. 10. exponunt. præterquam: id eõque prætermiſi, quod ea diſtinctio morib. noſtris nõ cõuenit.
x l. ex eo. C. de contr. & com. ſtip. l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. D. de verb. oblig. l. Pactum quod dotali. l. licet inter priuatos & l. vlt. C. h. t. l. hæreditatem. C. de pact. conuẽ. ſup. dot.
z l. Pactum quod dotali. C. de colla.
a l. cũ donationem. C. de tranſ.
b l. cũ propoſitas. C. h. t.
c l. Sumptus. D. eo. t. l. litem. C. de procur. l. ſi remunerãdi. §. vlt. D. Mand.
d l. Nemo. D. h. t.
e l. ſi creditor. §. vlt. D. de diſtr. pign.
f l. inter debitorem. D. h. t.
g d. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ibi, & in omnibus.
h l. ſi Iudex. D. de mino. xxv. an. l. Pactum. D. h. t. l. ſi quis in conſcribendo. C. eo. t. de Epiſ. & cler. quãm. t. de pact.
i l. ſi vnus. §. pacta quæ turpem. D. h. t.
k l. Paciſci, ibi.
l l. Sub hac conditione. D. de oblig. & actio. l. Stipulatio non valet. l. Centeſimis. §. vlt. D. de verb. oblig.
m l. ſi à Titio. §. vlt. d. t.
n d. §. vlt. d. t. l. cẽteſimis.

ita promiſit[cùm voluero]obligatur ſimul atque conſtituerit ſe velle.

o l. impoſſibiliū. l. verum. l. ea quæ ad dādum. D. de reg. iur. l. ſi ſtipuler. D. de verb. oblig. l. 1. §. ſi id quod. l. non ſolùm D. de oblig. & actio.

XCI. [o] Impoſſibilium nulla obligatio eſt.

Exemplum.

p l. ius autem. D. h. tit.

XCII. [p] IVs agnationis, non poſſe pacto repudiari, non magis quàm vt quis dicat nolle ſuum eſſe, conſtat.

Exceptio.

q l. continuus. §. ſi ab eo. D. de verb. oblig.

XCIII. [q] SEd ſi efficere non poſſit qui promiſit, cùm alij poſſibile ſit, erit obligatio.

Alia exceptio.

r d. l. ſi ſtipuler ibi. niſi per quē. d. tit.

XCIV. [r] ITem ſi per promiſſorem ſtetit quominus facere poſſit, non erit inefficax obligatio.

ſ l. ſi tibi X. millia. D. h. t.

XCV. [ſ] Si tibi X. millia dem, & paciſcar vt mihi XX. millia debeantur, non naſcitur obligatio vltra X. millia. Re enim non poteſt obligatio contrahi, niſi quatenus datum ſit.

Septima particula tertiæ partis capitis ſecundi.

Pacta in alia re facta, inutilia in alia.

t l. ſi vnus. §. ante omnia. D. h. t. l. 3. §. 1. D. de tranſ.

XCVI. [t] ANte omnia animaduertendum eſt, ne conuentio in alia re facta, in alia noceat.

u l. ſi vnus. § ſi ſtipulatus. D. de verb. oblig.

XCVII. [u] Si generaliter mihi equum debeas, & paciſcar, ne Bucephalum petam, Bucephalum quidem petenti pacti exceptio opponetur: alium autem equum ſi petam, rectè agetur.

x ibid.

XCVIII. [x] Sed ſi ſtipulatus ſim X. aut Bucephalum, pacto conuento de vna re non petenda interpoſito, tota obligatio ſubmouetur, niſi hoc actum ſit, vt X. tantùm non petam.

z d. l. §. ſi pactus.

XCIX. [z] Si pactus ne hæreditatem peterem, ſingulas res vt hæres petam, ex eo quod pactum erit, pacti conuenti, exceptio aptanda erit. Quemadmodum ſi conuenerit, ne fundum peterem, & vſumfructum peram: aut ne nauim, ædificiúmve peterem, & diſſolutis iis ſingulas res petam: niſi ſpecialiter aliud actum ſit.

Octaua particula tertiæ partis capitis ſecundi.

Pacta facti alieni quatenus inutilia.

a l. ſicut reus. D. de fideiuſ. §. ſi quis alium & §. item verſa vice Inſt. de inut. ſtip. l. ſtipulatio iſta habere licere. D. de verb. oblig.
b l. inter ſtipulantem. eo. t.

C. [a] FActum alienum inutiliter promittitur: aliúſque pro alio promittens daturum facturúmve alium, non obligatur. Nam de ſe quemque promittere oportet. [b] Et in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel paciſci, ſecta noſtrorum temporum non patitur.

c l. 2. D. de pign. act.

CI. [c] Si tibi cum debitore tuo conuenit, vt ea res quam iam vendiderat, pignori tibi eſſet, nihil te egiſſe conſtat: quia rem alienam pignoris acceperit.

d l. ſtipulatio iſta habere. in prin. & §. ſi velit. & t. de inut. ſtipul. §. ſi quis alium. ibi. quod ſi. & §. verſa vice.

CII. [d] Si quis autem velit factum alienum promittere, pœnam, vel quanti ea res eſt, promittere poteſt.

e d. l. inter ſtipulantem.

CIII. [e] Qui ſpondet dolum malum abeſſe, abfuturúmque eſſe, non ſimplex abnutiuum ſpondet: ſed curaturum vt dolus malus abſit: idémque in illis promiſſis habere licere: item neque per te, neque per hæredem tuum fieri quo minus fiat. Qua de cauſa etiam promiſſio[Rem ſaluam fore]valet.

De obligationibus.

TIT. II.

His titulus in quatuor capita diuiditur. Primum caput eſt, Definitio obligationis, & eius genera. Cuius pars prima, Eadem de re generaliter. Secunda pars, Obligationes ex conſenſu contracta. Tertia, Obligationes quæ re contrahuntur. Quarta, verborum obligatio. Quinta, Obligationes ex quaſi contractu. Sexta, Obligationes ex maleficio. Septima, Obligationes ex quaſi maleficio. Caput ſecūdū: Quæ obligationes ſūt vtiles, vel inutiles: Cuius prima pars, Quæ obligationes ſint vtiles. Eius partis particula prima, Obligationes vtiles factæ ab idoneis perſonis. Secunda particula, Obligationes vtiles ritè factæ. Secunda pars capitis ſecundi, Obligationes inutiles. Eius partis particula prima, Obligationes inutiles ratione perſonarū. Secunda particula, Obligationes inutiles ratione conſenſus deficientis. Tertia, Obligationes alteri facta inutiles. Quarta particula dictæ ſecundæ partis d. ca. ſecūdi; Obligationes inutiles ratione rei in obligationem deducta. Tertia pars dicti capitis ſecundi, Obligationes inutiles ſcilicet quoad actionem, ſed non exceptionem. Tertium caput, Quibus modis tollitur obligatio. Quartum caput, Quibus modis infirmentur obligationes.

CAPVT I.

Definitio obligationis, & eius genera.

Prima pars.

De ea re generaliter.

a t. de oblig. in prin. Inſt.

I. [a] OBligatio eſt Iuris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicuius rei ſoluendæ, ſecundùm cuiuſque ciuitatis iura.

b l. obligationum ſubſtantiam. D. h. t.

II. [b] Obligationum ſubſtantia non in eo conſiſtit, vt aliquod corpus noſtrum, aut ſeruitutem noſtram faciat, ſed vt alium nobis obſtringat ad dandum aliquid, vel faciēdum, vel præſtandum.

c d. l. §. 1.

III. [c] Non ſatis eſt dantis eſſe nummos, & fieri accipientis vt obligatio naſcatur: ſed e-

tiam hoc animo dati & accipi vt obligatio conſtituatur. Itaque ſi quis pecuniam ſuam donandi cauſâ dederit mihi, quanquam & dantis fuerit, & mea fiat, tamen non obligor ei: quia non hoc inter nos eſt actum.

d. §. ſequens diuiſio. Inſt. h. t.

IV. [d] Obligationes aut ex contractu ſunt aut ex quaſi contractu: aut ex maleficio, aut ex quaſi maleficio.

e ibidem.

V. [e] Obligationes ex contractu aut conſeoſu, aut re, aut verbis contrahuntur.

Secunda pars capitis primi.

Obligationes ex conſenſu contractæ.

f l. Obligamur. D. h. t.
g d. l. inſt.

VI. [f] Conſentiẽtes in aliquam rem conſenſu obligari ex voluntate noſtra videmur. [g] Nudus etiam conſenſus ſufficit obligationi: ſed & nutu ſolo pleraque conſiſtunt.

h l. 2. ibid.

VII. [h] Conſenſu fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus, mandatis. Ideo autem iſtis modis conſenſu dicimus obligationem contrahi, quia neque verbotum, neque ſcripturæ vlla proprietas deſideratur: ſed ſufficit eos qui oegoria gerunt conſentire. Vode inter abſentes quoque negotia contrahuntur: veluti per epiſtolam, vel pet nuntium. Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet.

Tertia pars capitis primi.

Obligationes quæ re contrahuntur.

i l. 1. §. re contrahitur. D. h. t.
k d. l. §. is quoque apud.
l d. l. §. creditor.

VIII. [i] RE contrahitur obligatio, veluti mutui datione. [k] Is quoque apud quem rem aliquam deponimus, re nobis tenetur: qui & ipſe de ea re, quam accepit, reſtituenda, tenetur. [l] Creditor quoque qui pignus accepit, re tenetur: quia & ipſe de ea re quam accepit reſtituenda tenetur.

Quarta pars capitis primi.

Verborum obligatio.

m d. l. 2 §. ſed aut proprio.
n h. t. Inſtit.

IX. [m] VErbis autem obligatio contrahitur ex interrogatione & reſponſione, cùm quid dari fieri ve nobis ſtipulamur. [n] Ex qua duæ proficiſcuutur actiones, tam cõdictio certi, ſi certa ſit ſtipulatio, quàm ex ſtipulatu, ſi incerta ſit: quę hoc nomine inde vtitur, quòd ſtipulũ apud veteres firmum appellabatur, fortè à ſtipite deſcendens.

o d. l. Obligamur.
p l. 1. §. ſed aut proprio. D. de verb. oblig.

X. [o] Re & verbis obligamur, cùm & res & interrogatio intercedit.

XI. [p] Sed aut proprio nomine quiſque obligatur, aut alieno. Qui autem alieoo oomine obligatur, fideiuſſor vocatur: & plerumq; ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus qui eadem obligatione teneãtur, dum curamus vt quod in obligationem deducimus, tutiùs nobis reddatur.

Quinta pars capitis primi.

Obligationes ex quaſi contractu.

Prima ſpecies, Negotiorum geſtorum obligatio.

q. l. ex maleficiu. §. 1. D. h. t. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contra. naſc.

XII. [q] SI quis abſentis negotia geſſerit, ſi quidem ex mandato palam eſt ex contractu naſci inter eos actiones mandati, quibus inuicem experiri poſſunt de eo quod alterum alteri præſtare oportet. Si verò ſine mandato, placuit quidem ſanè eos inuicem obligari: eòque nomine proditæ ſunt actiones, quas appellamus Negotiorum geſtorum: quibus æquè inuicem experiri poſſunt de eo quod ex bona fide alterum alteri præſtare oportet: ſed neque ex contractu, neque ex maleficio hæ obligationes naſcuntur. Neque enim is qui geſſit, cum abſente creditur antè contraxiſſe: neque vllum maleficium eſt ſine mandato ſuſcipere negotiorum adminiſtrationem, longè minùs is cuius negotia geſta ſuot, ignorans aut contraxiſſe, aut deliquiſſe intelligi poteſt: ſed vtilitatis cauſâ receptum eſt inuicem eos obligari. Ideò autem id ita receptum eſt, quia plerumque homines eo animo peregrè proficiſcuntur quaſi ſtatim redituri, nec ob id vlli curam negotiorum ſuorum mandant: deinde nouis cauſis interuenientibus ex neceſſitate diutiùs abſunt: quorum negotia deperire iniquum eſt: quæ ſanè deperirent, ſi vel is qui obtuliſſet ſe oegotiis gerendis, nullam habiturus eſſet actionem de eo quod vtiliter de ſuo impendiſſet: vel is cuius negotia eſſent, aduerſus eum qui inuaſiſſet negotia eius, nullo iure agere poſſet.

Secunda ſpecies obligationis ex quaſi contractu.

r d. l. ex maleficiis. §. tutelæ.

XIII. [r] TVtelæ quoque iudicio qui tenetur, non propriè ex contractu obligari intelligitur. Nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur: ſed quia ſanè non ex maleficio tenentur, quaſi ex contractu videntur teneri. Et hoc caſu duæ ſunt actiones: non tantùm enim pupillus cum tutore, ſed & contrà tutor cum pupillo habet actionem, ſi vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem ſuam creditori eius obligauerit.

Tertia ſpecies.

ſ d. l. §. hæres quoque.

XIV. [ſ] HÆres quoque qui legatum debet, neque ex contractu, neque ex maleficio obligatus eſſe intelligitur. Nam neque cum defuocto, neque cum hærede legatarius contraxiſſe quicquam intelligitur. Maleficium quoque nullum in ea re eſſe plus quàm manifeſtum eſt.

Quarta

Quarta ſpecies.

t d.l.§. n quoque.

XV.[t] IS quoque qui non debitum acceperit, per errorem ſoluentis, obligatur quidem quaſi ex mutui datione: & eadem actione tenetur, qua debitor creditoribus: ſed non poteſt intelligi is qui ea cauſa tenetur ex contractu obligatus eſſe. Qui enim ſoluit per errorem, magis diſtrahendæ obligationis animo, quàm contrahendę dare videtur.

Sexta pars capitis primi.

Olıgationes ex maleficio.

u d.l.in prin.

XVI.[u] EX maleficio naſcuntur obligationes: veluti ex furto, ex damno, ex rapina, ex iniuria, quæ omnia vnius generis ſunt. Nam hæ tantùm ex re conſiſtunt, id eſt ex ipſo maleficio: alioqui ex contractu obligationes non tantùm re conſiſtunt, ſed etiam verbis & conſenſu.

Septima pars capitis primi.

Obligationes ex quaſi maleficio.

Prima ſpecies.

x d.l.§. ſi iudex.

XVII.[x] SI iudex litem ſuam fecerit, non propriè ex maleficio obligatus vtique videtur: ſed quia neque ex contractu obligatus eſt, & peccaſſe aliquid intelligitur, licèt per imprudentiam, ideò videtur ex maleficio teneri.

Secunda ſpecies.

z d.l.§.is quoque ex cuius.

XVIII.[z] IS quoque, ex cuius cœnaculo, vel proprio ipſius, vel conducto, vel in quo gratis habitat, deiectum effuſúmve aliquid eſt, ita vt alicui noceret, quaſi ex maleficio teneri videtur. Ideò autem non propriè ex maleficio obligatur, quia plerunque ob alterius culpam veluti filij tenetur. Cui ſimilis eſt is qui ea parte qua vulgò iter fieri ſolet, id poſitum, aut ſuſpenſum habet quod poteſt, ſi ceciderit, alicui nocere.

Tertia ſpecies.

a d.l.§. item exercitor.

XIX.[a] ITem exercitor nauis, aut cauponæ, aut ſtabuli, de damno, aut furto quod in naue, aut caupona, aut ſtabulo factum ſit, quaſi ex maleficio teneri videtur, ſi modò ipſius nullum eſt maleficium, ſed alicuius eorum, quorum operâ nauem, aut cauponam, aut ſtabulum exercet. Cùm enim neque ex contractu ſit, aduerſus eum conſtituta hæc actio, & aliquatenus culpæ reus ſit, quòd opera malorum hominum vteretur, ideo quaſi ex maleficio teneri videtur.

CAP. II.

Quæ obligationes ſint vtiles, vel inutiles.

Prima pars eius capitis.

Quæ obligationes ſint vtiles.

Eius partis particula prima.

Obligationes vtiles factæ ab idoneis perſonis.

XX.[b] OBligari poteſt paterfamiliâs ſuæ poteſtatis; pubes, cõpos mentis. — b l.obligari. D h.t.

XXI. [c] Filiusfamiliâs ex omnibus cauſis tanquã paterfamiliâs obligatur: & ob id agi cum eo tanquã cum patrefamiliâs poteſt.[d] Et tam ex contractibus quàm ex delictis in filiumſamiliâs competit actio: ſed mortuo filio, poſt litis conteſtationem transfertur iudicium in patrẽ duntaxat de peculio, & quod in rem eius verſum eſt. Certè ſi quaſi procurator alicuius filiusſamiliâs iudicium acceperit, mortuo eo, in eum quem defendit iudicij tranſlatio datur. — c l.filiusfamiliâs. D.h.t.§. item inutiles, in fi. Inſt. de inut. ſtipul. — d l.tamen ex contractibus.D.de iud.

XXII. [e] Pupillus omne negotium rectè gerit: ita tamen vt vbi tutoris authoritas neceſſaria ſit, adhibeatur tutor: veluti ſi ipſę obligetur. Nam & alium ſibi obligare etiam ſine tutoris authoritate poteſt. Sed quod diximus de pupillis, vtique de his verum eſt, qui iam habent aliquem intellectum. Nam inſans, & qui infantiæ proximus eſt, non multùm à furioſo diſtat: quia huiuſmodi ætàtis pupilli nullum habent intellectum.[f] Sed in proximis infantiæ propter vtilitatem eorum benignior iuris interpretatio facta eſt, vt idem iuris habeant quod pubertati proximi. — e §. pupillus Inſt.d.t.de inut. ſtip. & tit. de auth. tutor. in prin. — f Idem l.t.§. furioſum. D. h. tit.

XXIII. [g] In quibuſcunque negotiis ſermone opus non eſt, ſufficiente conſenſu, in his etiam ſurdus interuenire poteſt, quia poteſt intelligere: veluti in locationibus, conductionibus, emptionibus, & cæteris. — g l.in quibuſcunque.eo.t.

XXIV. [h] Furioſus & pupillus, vbi ex re actio venit, obligantur etiam ſine curatore vel tutoris authoritate: veluti ſi communem fundum habeo cum his, & aliquid in eum impendero: vel damnum in eo pupillus dederit. Nam iudicio communi diuidundo obligahuntur. — h l.furioſus.ibid.

Secunda particula primæ partis capitis ſecundi.

Vtiles item obligationes ritè factæ.

XXV.[i] NOn figurâ literarum, ſed oratione quam exprimunt literæ, obligamur, quatenus placuit non minùs valere quod ſcripturâ, quàm quod vocibus lingua figuratis ſignificaretur. — i l.non figura. ibid.

k §. poſt mortē. Inſt. de inut. ſtipul. l. Scrupuloſam C. de contr. & com. ſtipul.
l §. ita autem. Inſt. d. t. de inut. ſtipul.

A XXVI. [k] Cùm ex conſenſu contrahentium ſtipulationes valeant, placuit vt ſiue poſt mortem, ſiue pridie quàm moriatur ſtipulator, ſiue promiſſor, ſtipulatio concepta ſit, [l] vel cùm moriar, vel cùm morieris.

m §. item ſi quis d. t. l. præpoſtera. C. de teſta. l. quidam. D. de pec lega. l. Nec eum. D. de ſolut.

XXVII. [m] Si quis ita ſtipulatus erat, Si nauis cras ex Aſia venerit, hodie dare ſpondes; inutilis erat ſtipulatio, quia præpoſterè concepta eſt. Sed cùm Leo Imperator in dotibus eandem ſtipulationem, quæ præpoſtera nuncupatur, non eſſe reiiciendam exiſtimauerit, placuit & huic perfectum robur accommodare, vt non ſolùm in dotibus, ſed etiam in omnibus valeat huiuſmodi cõceptio ſtipulationis, [n] exactione videlicet poſt conditionem vel diem competente. B

n d. l. Præpoſtera.

Secunda pars capitis ſecundi.

Obligationes inutiles.

Eius partis particula prima.

Obligationes inutiles ratione perſonarum.

o §. pupillus. Inſt. d. t. de inut. ſtipul.
p l. Obligari. D. h. t.
q l. Pupillus. ibid.

C XXVIII. [o] QVi in poteſtate parentis eſt impubes, ne authore quidem patre obligatur.

D XXIX. [p] Pupillus ſine tutoris authoritate non obligatur iure ciuili: [q] Idémque mutuam pecuniam accipiendo, ne quidem iure naturali obligatur.

r l. Contra iuris. D. de pact.

XXX. [r] Contra iuris ciuilis regulas pacta conuenta rata non habentur: veluti ſi pupillus ſine tutoris authoritate pactus ſit ne à debitore ſuo peteret, aut ne intra certũ tempus veluti quinquennium peteret: Nam nec ſolui ei ſine tutoris authoritate poteſt. Ex diuerſo autem ſi pupillus paciſcatur, ne quod debet à ſe petatur, ratum habetur pactum conuentum. E [ſ] Authoritas enim tutoris in quibuſdam cauſis neceſſaria pupillis eſt: in quibuſdam non eſt neceſſaria: vt ecce ſi quid dati ſibi ſtipulentur, non eſt neceſſaria tutoris authoritas. Quòd ſi aliis promittant, pupilli neceſſaria eſt. Nam placuit meliorem quidem ſuam conditionem licere eis facere etiam ſine tutoris authoritate: deteriorem verò non aliter quàm cum tutoris authoritate. F

ſ Inſt. de auth. tuto. in princ.

t Ibid.

XXXI. [t] Vnde in his cauſis, ex quibus obligationes mutuæ naſcũtur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, cõductionibus, mandatis, depoſitis, ſi tutoris authoritas non interueniat, ipſi quidem qui cum his contrahunt obligantur: at inuicem pupilli non obligantur.

u §. neque d. t.

XXXII. [u] Neque tamen hæreditatem adire, neque bonorum poſſeſſionem petere, neque hæreditatem ex fideicommiſſo ſuſcipere aliter poſſunt, niſi tutoris authoritate (quamuis illis lucroſa ſit) ne vllum damnum adeant. G

x l. 1 §. furioſũ. D. h. t. §. furioſus. Inſtit. de inut. ſtipul.

XXXIII. [x] Furioſum, ſiue ſtipuletur, ſiue promittat, nihil agere naturâ manifeſtum eſt.

z l. in negotiis. D. de reg. iur.

A [z] Et in negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum: alia eorum qui fari poſſunt, quamuis actum rei non intelligant. Nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt; pupillus omnia tutore authore agere poteſt.

* §. mutum. Inſt. d. t. de inu. ſtipul. d. l. 1. §. mutum.

XXXIV. [*] Mutum neque ſtipulari, neque promittere poſſe palàm eſt, quod & in ſurdo receptum eſt: quia & is qui ſtipulatur, verba promittentis; & qui promittit, verba B ſtipulantis audire debet. Vnde apparet non de eo nos loqui qui tardiùs exaudit, ſed de eo qui omninò non audit.

a l. 1. D. de cura. fur. l. furioſi. ibid. §. 1. Inſtit. de curat.

XXXV. [a] Lege XII. tabularum prodigo interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratione: quod moribus quidem ab initio introductum eſt. Sed ſolent hodie magiſtratus, ſi talem hominem inuenerint, qui neque tempus, neque finem expenſarum habet: ſed bona ſua C dilapidando & diſſipando profundit, curatorem ei dare exemplo furioſi: & tandiu erunt ambo in curatione, quandiu vel furioſus ſanitatem, vel ille ſanos mores receperit. Quod ſi euenerit, ipſo iure deſinunt eſſe in poteſtate curatorum.

b l. is cui bon. D. de verb. oblig.

XXXVI. [b] Is, cui bonis interdictum eſt, ſtipulando ſibi acquirit: tradere verò non poteſt, vel promittendo obligari: & ideò nec fideiuſſor pro eo interuenire poterit; ſicut nec D pro furioſo.

c §. Item inutilis Inſt. d. t. de inut. ſtipul.

XXXVII. [c] Inutilis eſt ſtipulatio, ſi vel ab eo ſtipuleris qui tuo iuri ſubiectus eſt: vel ſi is à te ſtipuletur.

d l. 1. §. ſi hæres. D. ad SC. Trebell.

XXXVIII. [d] Obligationes perſonales non ſequuntur particularẽ fũdi ſucceſſorem.

Secunda particula ſecundæ partis capitis ſecundi.

Obligationes inutiles ratione conſenſus deficientis. E

e l. in omnibus rebus. D. h. t. l. ſi decem. D. loca. l. in venditionibus. D. de contr. empt. l. in totum. D. de reg. iur. l. pluribus. D. de accept.
f l. in omnibus negotiis. D. h. t. §. ſi de alia. Inſt. de inut. ſtipul.

XXXIX. [e] IN omnibus rebus quæ dominium transferunt, concurrat oportet affectus ex vtraque parte contrahentium. Nam ſiue ea venditio, ſiue donatio, ſiue alia quælibet cauſa contrahendi fuit, niſi animus vtriuſque conſentiat, perduci ad effectum id quod inchoatur non poteſt.

XL. [f] In omnibus negotiis contrahendis, F ſiue bonæ fidei ſint, ſiue non ſint, ſi error aliquis interueniat vt aliud ſentiat, puta qui emit, aut qui conducit: aliud qui cum his contrahit, nihil valet quod actum ſit, & idem in ſocietate coëunda reſpondendum eſt: vt ſi diſſentiant aliud pro alio exiſtimantes, nihil valeat ea ſocietas quæ in conſenſu conſiſtit.

Tertia particula ſecundæ partis capitis ſecundi.

Obligationes alteri factæ inutiles. G

g l. quæcunque. D. h. t. l. Stipulatio iſta habere licere. §. alteri. D. de verb. oblig. l. 1. C. Per quas perſo. nobis acquir.

XLI. [g] QVæcunque gerimus, cùm ex noſtro contractu originem trahant, niſi ex noſtra perſona initium obligationis ſumant, inanem noſtrum actum efficiunt. Et ideò neque ſtipulari, neque emere,

vendere

vendere, contrahere vt alter ſuo nomine agat, rectè poſſumus.

h §. ei verò. & § ſi quis alij. Inſt. d. tit. de inut. ſtipul.

XLII. [h] Ei qui iuri tuo ſubiectus eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi acquiris: quia vox tua tanquam filij ſit: ſicuti & filij vox tanquam tua intelligitur in his rebus quæ tibi acquiri poſſunt.

i § planè Inſt. d. t.

XLIII. [i] Planè ſolutio etiam in extraneam perſonam conferri poteſt: veluti ſi quis ita ſti-
B puletur [Mihi aut Seio dare ſpódes?] vt obligatio quidem ſtipulatori acquiratur, ſolui tamen Seio etiam inuito eo rectè poſſit, vt liberatio ipſo iure contingat, ſed ille aduerſus Seium habeat mandati actionem.

k § alteri, eo. t.

XLIV. [k] Alteri ſtipulari, vt ſuprà dictum eſt, nemo poteſt. Inuentæ enim ſunt huiuſmodi ſtipulationes, vel obligationes ad hoc, vt vnuſquiſque acquirat ſibi quod ſua intereſt. Cæterùm ſi alij detur, nihil intereſt ſtipulatoris. Planè ſi quis velit hoc facere, pœ-
C nam ſtipulari conueniet, vt niſi ita factum ſit, vt eſt comprehenſum, committatur pœnæ ſtipulatio ei cuius nihil intereſt. Pœnam enim cùm ſtipulatur quis, non illud inſpicitur quod interſit eius: ſed quæ ſit quantitas in conditione ſtipulationis. Ergo ſi quis ita ſtipuletur Titio dari, nihil agit. Sed ſi adiecerit pœnam [Niſi dederis tot aureos dare ſpondes?] tunc committitur ſtipulatio.

l §. ſed & ſi quis. ibid.

D XLV. [l] Sed & ſi quis ſtipuletur alij, cùm eius intereſſet, placuit ſtipulationem valere. Nam ſi is qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperit, ceſſerit adminiſtrationem contutori ſuo, & ſtipuletur rem pupilli ſaluam fore, quoniam intereſt ſtipulatoris fieri quod ſtipulatus eſt, cùm obligatus futurus ſit pupillo, ſi malè res geſſerit, tenet obligatio. Ergò & ſi quis procuratori ſuo dari ſtipulatus ſit, ſtipulatio vires habebit. Et ſi creditori ſuo
E quis ſtipulatus ſit, quod ſua intereſt, ne fortè vel pœna committatur, vel prædia diſtrahantur, quæ pignori data erant, valet ſtipulatio.

m §. quod ſi quis. ibid. l. 1. §. ſed & ſi mihi. & l. ſi mihi. D. de verb. obl.

XLVI. [m] Si quis ſibi & alij cuius iuri ſubiectus non ſit, dari decem ſtipulatus eſt, valet quidem ſtipulatio. Sed vtrum totum debeatur ſtipulatori, quod in ſtipulatione deductum eſt, an verò pars dimidia, dubitatum eſt; ſed placuit non plus quàm dimidiam partem ei
F acquiri.

n §. ſi quis alium. Inſtit. d. t. de inut. ſtipul.

XLVII. [n] Si quis alium daturum, facturúmve quid promiſerit, non obligatur: veluti ſi ſpondeat Titium quinque aureos daturum. Quòd ſi effecturum ſe vt Titius daret ſpoponderit, obligatur.

o l. cùm de indebito. in fi. D. de proba. DD. in l. 2. §. circa. D. de dol. mal. exc. Bart. in l. qui ſine, verſ. 2. D. de condict. ſine cauſa. Iaſ. in l. quominus. D de flumi. nu. 166. l. inriſgentium. § ſed cùm nulla. D. de pact.

Quarta particula ſecundæ partis capitis ſecundi.

G

Obligationes inutiles ratione rei in obligationem deductæ.

Prima ſpecies.

XLVIII. [o] SI indiſtinctè cautio loquatur, nec cauſas ſpecialiter
A explanauit pro quibus eam conſcripſit, nec is in quem expoſita eſt, debitum oſtendat quod in cautionem deduxit, inutilis eſt ſtipulatio.

Secunda ſpecies.

p l. conſilij D de reg. iur.

XLIX. [p] COnſilij non fraudulenti nulla obligatio eſt. Cæterùm ſi dolus & calliditas interceſſerit, de dolo actio
B competit.

Tertia ſpecies.

q l. inter ſtipulantem. §. ſacram. D. de verb. oblig.
r l. impoſſibilium. D. de reg. iur.
ſ Inſtit. d. t. de inut. ſtip.

L. [q] EA duntaxat quæ naturâ ſui poſſibilia ſunt, deducuntur in obligationem, [r] & impoſſibilium nulla eſt obligatio.

LI. [ſ] Omnis res quæ dominio noſtro ſubiicitur in ſtipulationem deduci poteſt, ſiue illa mobilis ſit, ſiue ſoli. At ſi quis rem quæ in rerum natura non eſt, nec eſſe poteſt, dari ſtipulatus fuerit, veluti Bucephalum equum qui
C mortuus ſit, quem viuere credebat; hipocentaurum, qui eſſe non poſſit; inutilis eſt ſtipulatio.

t d. l. inter ſtipulantem. §. Stichum. l. ſi ſeruum. §. effectus. vbi Glo. & DD. de verb. oblig. æſtimatio autem ſoluitur.
u Idem l. promiſſor. D. de conſt. pec.
* l. non ſolùm. D. h. t.

LII. [t] Bucephalum mortuum ſi ſtipuler, ſi quidẽ condici etiã mortuus poteſt vt furi, vtiliter me ſtipulatum conſtat: [u] quemadmodum & ſi mora facta mortuum ſtipularer: ſi verò ex aliis cauſis; inutiliter: quia etſi deberetur, morte promiſſor liberaretur.

LIII. [*] Non ſolùm ſtipulationes impoſſi-
D hili conditioni applicatæ nullius momenti ſunt: ſed etiam cæteri quoque contractus: veluti emptiones, locationes impoſſibili conditione interpoſita æquè nullius momenti ſunt: quia in ea re quæ ex duorum, pluriúmve conſenſu agitur, omnium voluntas ſpectatur: quorum proculdubio in huiuſmodi actu talis cogitatio eſt, vt nihil agi exiſtiment appoſita ea conditione quam ſciunt eſſe impoſſibilem. [x] Impoſſibilis autem conditio
E in inſtitutionibus hæredum legatiſque pro non ſcripta habetur.

x §. impoſſibilis. Inſtit. de hered. Inſtit.
z §. ſi impoſſibilis. Inſtit. de inut. ſtip.

LIV. [z] Impoſſibilis conditio habetur, cui natura impedimento eſt quominus exiſtat: veluti ſi quis ita dixerit [Si digito cœlum attigero, dare ſpondes?] At ſi ita ſtipuletur [Si digito cœlum non attigero, dare ſpondes?] purè facta obligatio intelligitur: ideóque ſtatim peti poteſt.

Quarta ſpecies.

a §. idem iuris. inſ. d. t. §. ſed ſi rem. Inſtit. de lega. § ſic itaque. Inſtit. de actio.
b §. item nemo. Inſt. d. t. de inut. ſtipul.
c d. §. ſed ſi rẽ.

F LV. [a] SI quis rem ſuam dari ſtipuletur, inutilis eſt ſtipulatio. [b] Et nemo rem ſuam futuram in eum caſum quo ſua ſit, vtiliter ſtipulatur. [c] Nam res quæ noſtra eſt, ampliùs aut magis fieri noſtra non poteſt.

Exceptio.

d l. ſi rem. & l. exiſtimo. D de verb. oblig.

LVI. [d] QVòd ſi rem meam ſub conditione ſtipuler, vtilis ſtipulatio
G eſt, ſi conditionis exiſtentis tempore mea non ſit.

Quinta ſpecies.

e l. 3. § ſi quis inſulã. D. de eo quod cert. loco. l. ita ſtipulatus. D. d. t. de verb. oblig.

LVII. [e] SI quis inſulam fieri ſtipuletur, & locum non adiiciat, non valet ſtipulatio.

Sexta ſpecies.

LVIII.[f] OBligationes quæ dolo malo, aut aduerſus leges, ſenatuſconſulta, edicta, decreta Principum, aut quò fraus cuiquam eorum fiat, facta ſunt, non ſeruantur.

LIX. [g] Quod turpi ex cauſa promiſſum eſt; veluti ſi quis homicidium, vel ſacrilegium ſe facturum promittat, non valet.

Septima ſpecies.

LX. [h] QVæ naturâ ſui dominio noſtro exempta ſunt, in obligationem deduci nullo modo poſſunt: veluti [i] ſacram rem, aut religioſam, vel vſibus publicis in perpetuum relictam, aut forum, aut baſilicam inutiliter ſtipulor, quamuis res ſacra profana fieri, aut vſibus publicis relicta in priuatos vſus reuerti poſſit. Nam & cùm quis rem profanã dare promiſit, liberatur ſi ſine facto eius ſacra eſſe cœperit; nec reuocatur in obligationem ſi rurſus lege aliqua res ſacra profana eſſe cœperit: quoniam quidem vna atque eadem cauſa & liberandi & obligandi ſit, quòd aut dari non poſſit, aut dari poſſit.

LXI. [k] Nec hæc quidem ſtipulatio probanda eſt, *Eum locum, cùm ex ſacro, religioſóve, profanus eſſe cœperit, dari*: quia nec præſentis obligationem temporis recipere poteſt: & ea duntaxat quæ naturâ ſui poſſibilia ſunt, deducuntur in obligationem: & de iis rebus negotium rectè gerimus, quæ ſubiici vſibus, dominióque noſtro ſtatim poſſunt.

LXII. [l] Loca ſacra, vel religioſa, aut publica (veluti forum, baſilicam) fruſtrà quis ſciens emit: quæ tamen ſi pro profanis, vel priuatis deceptus à venditore quis emerit, habebit actionem ex empto, quòd non habere ei liceat, vt conſequatur quod ſua intereſt, & eum deceptum non eſſe.

LXIII. [m] Obligationes quæ non propriis viribus conſiſtunt, neque iudicis officio, neque Prætoris imperio, neque legis poteſtate confirmantur.

f l. iuriſgentiũ. §. Prætor ait. D. de pact. l. cùm lex. D. de fideiuſ. §. vlt. Inſt. de contr. empt.
g §. quod turpi. Inſt. d. tit. de inut. ſtipul. l. ſi ſtipuler. & l. generaliter. D. d. t. de verb. obli.
h §. item contra. Inſt. d. t. de inut. ſtipul.
i d. l. inter ſtipulantem. §. ſacrã D. de verb. oblig. §. 1. 2. & 3. Inſt. d. tit. de inut. ſtipul. l. ſi in emptione §. 1. D. de contra. empt.
k Ibid.
l §. vlt. Inſt. de empt. & vend. l. liberi. & l. ſed Celſus. D. de contr. empt.
m l. obligationes D. h. t.

Tertia pars capitis ſecundi.

Obligationes aliquatenus inutiles, ſcilicet quoad actionem, ſed non exceptionem.

LXIV.[n] IS naturâ debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem ſecuti ſumus: [o] éſtque naturalis obligatio quã ius ciuile nec tuetur nec infirmat.

LXV. [p] Naturalis obligatio duplex eſt: altera iure naturæ efficax, quæ ideò actionem non parit, quoniam iuris ciuilis ſunt actiones; exceptioni verò ſufficit, [q] & compenſationi & pignoris retentioni. Altera verò eſt, quæ ad ἀντίδωρα, id eſt remunerationem pertinet: quæ ne iure ciuili quidem eſt efficax. Itaque remuneratoria donatio inſinuatione olim non indigebat, ex ingratitudine, vel filiis poſtea natis non reuocatur: inter virum & vxorem permittitur: [r] alienationem rei ad Eccleſiam, vel minorem pertinentis, alioqui reuocabilem, confirmat.

LXVI. [ſ] Pacta iure gentiũ obligationem propter conſenſum producunt, quæ obligatio naturalis dicitur, quòd ſcilicet æquum ſit, fidem ſeruari. Mandari autem executioni huiuſmodi promiſſa aliqua actione non poterant: [t] quia nullæ eo iure erant actiones. Solùm ergò ad retentionem quæ defenſionis eſt ſpecies, ſufficiebant.

LXVII. [u] Ex huiuſmodi pactis naturalis obligatio oritur etiam inter patrẽ & filium: [x] nec refert an cum cauſa ſint, an ſine; [z] pro ſe quis promittat, an pro alio.

LXVIII. [a] Cùm ſolus tutor mutuam pecuniam pupillo dederit, vel ab eo ſtipuletur, non erit obligatus tutori; naturaliter tamen obligabitur, in quantum locupletior factus eſt. [b] Quin & in pupillum non tantùm tutori, verumetiam cuiuis alij actionem dandam in quantum locupletior factus eſt, Pius Imper. reſcripſit. [c] Nam generaliter pupillus, mutuam pecuniam ſine tutoris authoritate accipiendo, [d] vel ſtipulanti promittendo, ne naturaliter quidem obligatur, niſi in quantum locupletior factus eſt.

LXIX. [e] Si quis ita interroget, Dabis? & reſponderit, Quidni? Is vtique in ea cauſa eſt vt obligetur: contrà, ſi ſine verbis annuiſſet. Non tantùm autem ciuiliter, ſed nec naturaliter obligatur qui ita annuit Et ideò rectè dictum eſt non obligari pro eo ne fideiuſſorem quidem.

LXX. [f] Si quid formæ obligationis actúſve deſit, naturalis non naſcitur obligatio.

LXXI. [g] Cùm lex contractum non agnoſcit, id eſt nec aſſiſtit, nec reſiſtit obligationi, non impeditur naturalis obligatio; [h] veluti ſi quis alteri ſtipuletur.

LXXII. [i] Naturalis obligatio ſi æquitati aduerſetur, nullius eſt momenti: quandoquidem æquitate ſola ſuſtinetur: [k] ipſáque pacta quæ contra leges, conſtitutionéſque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere, indubitati iuris eſt.

CAP. III.

Quibus modis tollitur obligatio.

LXXIII. [l] PRimò [l] tollitur omnis obligatio, ſolutione eius quod debetur: veluti ſi quis conſentiente creditore aliud pro alio ſoluerit. Nec intereſt quis ſoluat; vtrum ipſe qui debet, an alius pro eo: liberatur enim & alio ſoluente, ſiue ſciente, ſiue ignorante debitore, vel inuito eo ſolutio fiat.

LXXIV. Secundò, [m] Per acceptilationem tollitur obligatio. Eſt autem acceptilatio, imaginaria ſolutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id ſi velit Titius remittere, poterit ſic fieri, vt patiatur hæc verba debitorẽ dicere, [Quod ego tibi promiſi habéſ-ne acceptũ?] Et Titius reſpõdeat, [Habeo.] Quo genere, vt diximus, tantùm eæ ſoluuntur obligationes quę ex verbis conſiſtunt,

n l. cùm amplius. §. vlt. D. de reg. iur.
o Alciatus in l. creditores. D. de verb. ſign.
p Alcia. in d. l.
q l. ſi eius. D. ad SC. Trebel.
r Iaſon in l. ex hoc. D. de Iuſt. & iur.

ſ d. §. vlt.
t l. 2. §. deinde ex his. D. de orig. iur.
u l. frater à fratre. D. de condict. indeb.
x l. 2. §. circa. D. de do. exc.
z l. ſtipulatio iſta habere licere §. alteri. D. de verb. oblig.
a l. pupillus. D. de auth. tuto.
b Opus fuit reſcripto quo vtilis actio daretur, cùm alioqui ex naturali obligatione nõ naſcatur actio. Iac. Cuiacius in l. ſi pupillus 127. D. de verb. oblig.
c l. pupillus. D. h. t. quæ indiſtinctè, ne naturaliter quidẽ obligari pupillũ tradit. Sed l. ſi pupillus. D. ad leg. Falci. l. vlt. D. de rerum in l. cùm illud §. 1. quando dies legat. ced. l. 1. D. de nouat. l. ſi eius pupilli. D. ad SC. Treb. l. Stichũ aut Pamphilum. §. naturalis. D. de ſolut. pupillũ ſine tutore naturaliter obligari tradunt. Quod Ia. Cuiacius in l. ſi pupillus 127. D. de verb. obl. interpretatur, quãdo locupletior pupillus factus eſt, obligari naturaliter, ſi nõ ſit factus locupletior, non obligari ne naturaliter quidem. Dionyſius verò Gothofredus in d. l. pupillus. addit pupillũ infantem ne naturaliter quidem obligari: nõ infãtẽ obligari.
d l. quod pupillus. D. de condict. ind.
e l. 1. §. ſi quis ita D. de verb. oblig.
f Bart. & Alciatus in d. §.
g Idẽ Alciat. in l. pacta quæ contra. Cod. de pact.

h l. ſtipulatio iſta habere licere. §. alteri. D. de verb. oblig. i arg. l. Stichum aut Pamph. §. naturalis D. de ſolut. k l. pacta quæ contra. D. de pact. l tit. quib. mod. toll. oblig. m §. 2. d. t.

non etiam

non etiam cæteræ. Conſentaneum enim viſum eſt verbis factam obligationem aliis poſſe verbis diſſolui.

LXXV. [n] Sed & id quod ex alia cauſa debetur, poteſt in ſtipulationem deduci, & per acceptilationem diſſolui.

LXXVI. [o] Sicut autem quod debetur, pro parte rectè ſoluitur, ita in parte debiti acceptilatio fieri poteſt.

LXXVII. [p] Eſt autem prodita ſtipulatio (quæ vulgò Aquiliana appellatur) per quam contingit vt omnium rerum obligatio in ſtipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes, & à Gallo Aquilio ita compoſita eſt: Quicquid te mihi ex quacunque cauſa dare facere oportet, oportebitve, præſens, in diem aut ſub conditione; quarúmque rerum mihi tecum eſt actio; quęque aduerſus te petitio, vel aduerſus te perſecutio eſt, vel erit: quódque tu meum habes, tenes, poſſides, quanti quęque earum res erit, tantam pecuniam dari ſtipulatus eſt Aulus Agerius: Spopondit Numerius Nigidius. Quod Numerius Nigidius Aulo Agerio ſpopondit, id haberétne à ſe acceptum Numerius Nigidius Aulum Agerium rogauit: Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptũ fecit.

LXXVIII. Tertiò, [q] Nouatione tollitur obligatio: veluti ſi id quod tibi Seius debebat, à Titio dari ſtipulatus ſis. Nam interuentu nouæ perſonæ noua naſcitur obligatio, & prima tollitur tranſlata in poſteriorem: adeò vt interdum, licèt poſterior ſtipulatio inutilis ſit, tamen prima nouationis iure tollatur: veluti ſi id quod tu Titio debes, à pupillo ſine tutoris authoritate ſtipulatus fuerit: quo caſu res amittitur. Nam & prior debitor liberatur, & poſterior obligatio nulla eſt.

LXXIX. [r] Si eadem perſona ſit à qua poſtea ſtipuleris, ita demùm nouatio fit ſi quid in poſteriori ſtipulatione noui ſit: fortè ſi conditio, aut dies, aut fideiuſſor adiiciatur, aut detrahatur. Quod autem diximus ſi conditio adiiciatur, nouationem fieri, ſic intelligi oportet, vt ita dicamus factam nouationem ſi conditio extiterit: alioqui ſi defecerit, durat prior obligatio.

LXXX. [ſ] Sed quoniam hoc quidem inter veteres conſtabat, tunc fieri nouationem cùm nouãdi animo in ſecundam obligationẽ itum fuerat: per hoc autem dubiũ erat quando nouandi animo videretur hoc fieri, & quaſdam de hoc præſumptiones alij in aliis caſibus introducebant, ideo Iuſtiniani cõſtitutione ſancitum eſt, tũc ſolùm nouationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipſum inter contrahentes expreſſum fuerat, quòd propter nouationem prioris obligationis conuenerunt: alioqui & manere priſtinam obligationem, & ſecundam ei accedere vt maneat ex vtraque cauſa obligatio.

LXXXI. Quartò, [t] Eę obligationes quę conſenſu contrahuntur, contraria voluntate diſſoluuntur. Nam ſi Titius & Seius inter ſe conſenſerint vt fundum Tuſculanum emptum Seius haberet centum aureis, deinde re nondum ſecuta, id eſt neque pretio ſoluto, neque fundo tradito, placuerit inter eos vt diſcederetur ab ea emptione & venditione; inuicem liberantur. Idem eſt in conductione & locatione, & in omnibus contractibus qui ex conſenſu deſcendunt.

LXXXII. [u] Sicut autem initiò libera poteſtas vnicuique eſt habendi vel non habendi contractus: ita renuntiare ſemel conſtitutę obligationi, aduerſario non conſentiente, nemo poteſt.

n ibid.
o ibid.
p ibid.
q §. præterea. d. t.
r ibid.
ſ ibid.
t §. vlt. d. ti.

Exceptio.

LXXXIII. NOnnulli tamen contractus reperiuntur, qui alterius voluntate diſſoluuntur: vel eò quòd nihil alterutrius intereſt, vel quòd ea ſit eorum contractuum natura, vel quòd id in contrahendo actũ videatur, veluti [x] [z] renuntiari mandato ita poteſt, vt integrum ius mandatori reſeruetur, vel per ſe, vel per alium eandem rem commodè explicandi, aut redundet in eum captio qui ſuſcepit mandatum. Item ſi valetudinis aduerſæ, vel capitalium inimicitiarum cauſâ, ſiue ob * inanes rei actiones, ſeu ob aliam iuſtam cauſam excuſationes alleget, audiendus eſt. Inter cauſas mandati omittendi, etiam mors mandatoris eſt. Nam mandatum ſoluitur morte.

LXXXIV. [a] Voluntate quoque [b] vnius è ſociis, cùm intempeſtiuè hoc non fiat, diſtrahitur ſocietas. [c] Item bonis à creditoribus venditis, vnius ſocij diſſoluitur ſocietas.

LXXXV. [d] Depoſitum quoque repeti quandocunque, [e] vt & precarium poteſt.

LXXXVI. [f] In contractibus nomẽ proprium non habentibus, re integra vtrinque renuntiare conuentis alterutri licet: veluti ſi pecuniam acceperis vt Capuam eas: deinde parato tibi ad proficiſcendum conditio temporis vel valetudinis impedimẽtũ fuerit quominus proficiſcerêris: cùm liceat pœnitere ei qui dedit, proculdubio repeti id quod datum eſt, poteſt: niſi fortè tua intersit non accepiſſe te ob hanc cauſam pecuniam. Nam ſi ita ſe res habeat, vt licèt nondum profectus ſis, ita tamen rem compoſueris vt neceſſe habeas proficiſci: vel ſumptus, qui neceſſarij ſunt ad profectionem, iam feciſti, vt manifeſtum ſit plus fortè quàm acceperis te erogaſſe, condictio ceſſabit. Sed ſi minus erogatum ſit, condictio locum habebit: ita tamen vt indemnitas tibi pręſtetur eius quod expendiſti.

LXXXVII. [g] Pignus etiam hypothecáque ſoluitur ſi ius eorum à creditore remittatur.

LXXXVIII. Quintò, [h] Tollitur obligatio re promiſſa extincta ante morã promiſſoris. [i] [k] Et cùm quis rẽ profanã priuatámve dare promiſit, liberatur ſi ſine facto eius ea res ſacra religioſáve, aut publica eſſe cœperit. Nam & ea quæ rectè conſtiterint, reſoluuntur, cùm in eum caſum reciderint, à quo non potuiſſent conſiſtere. Et vna atque eadem cauſa

u l. ſicut initio. C. h. t. l. in commodato. §. ſicut. D. Comm. l. 2. C. eo t. l. De contractu C. de reſcin. vend. l. quamuis. C. de tranſ. l. non idcirco. in fi. C. de contr. empt. l. ſi mandauero 2. §. ſicut. D. manda. l. interdum §. vlt. D. de iud. c. l. ſi quis argentum. §. vlt. C. de donat. l. ſi mulier 2. §. ſin autem & l. vlt. C. ad SC. Velleia.
x z l. ſi mandauero 2. § vlt. l. ſi quis alicui §. qui ſuſcepit. D. mand.
* aliàs, inanes.
a l. Verùm §. vlt. D. pro ſoc. l. Tandem. C. eo. t.
b l. Actione. l. Sed & ſocius §. vlt. D. d. t.
c d l. 1. § pen. D. Depoſ.
e l. 1. & 2. & l. Cum precario. D. de preca. l. Inter. D. de dona.
f l. ſi pecuniam. l. 3. §. 2. D. de cond. cauſ. data cauſ. non.
g l. Cũ ex cauſa. & toto. tit. C. de remiſ. pig.
h l. ſi qui ex ſtipulatu. D. h. t.
i k l. inter ſtipulantem. §. ſacram. D. de verb. oblig. qui res. §. are. D. de ſolut. 1 [illegible] contr. Inſtit. de inu. ſtipul.

A obligandi eſt, quòd aut dari non poſſit, aut dari poſſit.

l l.d. §.areā.

LXXXIX. [l] Cùm aream promiſi alienam, & in ea dominus ædificauit, ſtipulatio extincta non eſt. Non enim deſinit area in rerum natura eſſe: imo & peti poteſt area, & æſtimatio eius ſolui debebit. Pars enim inſulæ area eſt, & quidem maxima: cui etiam ſuperficies cedit.

m d.l. inter ſtipulantem. § ſi rem.

B XC. Sextò, [m] Si rem quam ex cauſa lucratiua ſtipulatus ſum, nactus fuero ex cauſa lucratiua, euaneſcit ſtipulatio.

n d.§.

XCI. Septimò, [n] Tollitur obligatio confuſione, veluti ſi hæres exſtitero, domino rei extinguitur ſtipulatio.

Exceptio.

o Ibidem.

XCII. [o] SI verò à me hærede defunctus eam legauerit, poteſt agi ex ſtipulatione.

p l. Stichum aut Pamphilū. §. naturalis. D. de ſolut.

C XCIII. Octauò, [p] Naturalis obligatio, vt pecuniæ numeratione, ita iuſto pacto, vel iureiurando ipſo iure tollitur: quia vinculum æquitatis quo ſolo ſuſtinebatur, conuentionis æquitate diſſoluitur: ideóque fideiuſſor quem pupillus dedit, ex iſtis cauſis liberari dicitur.

CAP. IV.

Quibus modis infirmentur obligationes, ſeu actiones.

D

Infirmãtur obligationes, ſeu actiones exceptione doli, Quod metus cauſa, & in factum compoſita.

q t. de exceptionib. in prin. Inſtit.

XCIV. COmparatæ [q] ſunt exceptiones defendendorum eorum gratiâ cum quibus agitur. Sæpe enim accidit vt licèt ipſa perſecutio, qua actor experitur, iuſta ſit, tamen iniqua ſit aduerſus eum cum quo agitur. Verbi gratia, [r] Si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapſus ſtipulanti Titio promiſiſti quod non debueras promittere, palàm eſt te iure ciuili obligatum eſſe: & actio qua intenditur te dare oportere, efficax eſt: ſed iniquum eſt te condemnari: ideóque datur tibi exceptio [Quod metus cauſa aut doli mali, aut in factum compoſita] ad impugnandam actionem. [ſ] Bonâ enim fidé in contractibus conſiderari æquum eſt.

r §.1. eo.t.

E

ſ l. Bonam fidem. C. h.t.

t l.2. § circa. vbi DD. D. de doli exc.

F XCV. Secundò, [t] Si quis ſine cauſa ab aliquo fuerit ſtipulatus, deinde ex ea ſtipulatione experiatur, exceptio vtique doli mali ei nocebit: licèt enim eo tempore quo ſtipulabatur nihil dolo malo admiſerit, tamen dicendum eſt eum cùm litem conteſtatur dolo facere, eò quòd perſeueret ex ea ſtipulatione petere: & ſiue, cùm interponeretur, iuſtam cauſam habuit, ſiue non, tamen tūc nullam idoneam cauſam habere videtur.

u l. qui ſine cauſa. D. de cond. ſine cauſa. l. Cùm de indebito. §. vlt. D. de proba. l. nuda. D. de don. l. hac lenus. D. de conſt. pecu. Io. Andreas latè in Add. ad Specul. t. qua & quando confeſſio præiudicet vel non. in verb. ſimilibus diſtinct.

G XCVI. [u] Qui ſine cauſa obligantur, incerti condictione conſequi poſſunt vt liberentur. Nec refert omnem quis obligationem ſine cauſa ſuſcipiat, an maiorem quàm ſuſcipere eum oporteat: niſi quòd aliâs condictione id agitur, vt omni obligatione libe-

A retur: aliâs vt exoneretur, veluti qui decem promiſit. Nam etſi quidem nullam cauſam promittendi habuit, incerti condictione conſequitur vt tota ſtipulatio accepta fiat. Aut ſi cùm quinque promittere deberet decē promiſit, incerti condictione conſequitur vt in quinque liberetur.

Infirmantur obligationes exceptione nō numeratæ pecuniæ.

B

x §.1. Inſt. de except.

XCVII. [x] TErtiò, Si quis quaſi credendi cauſa pecuniam à te ſtipulatus fuerit, neque numerauerit, eam pecuniam à te petere poſſe eum certū eſt. Dare enim te oportet cùm ex ſtipulatione tenearis. Sed quia iniquum eſt eo nomine te condemnari, placet exceptione pecuniæ non numeratæ te defendi debere.

C

Infirmantur obligationes exceptione pacti conuenti.

z §. præterea. Inſt. d.t.

XCVIII. [z] QVartò, Debitor ſi pactus fuerit cum creditore ne à ſe pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet, quia pacto cōuento obligationes non omninò diſſoluuntur: qua de cauſa efficax eſt aduerſus eum actio, quam actor intēdit ſi paret eum dare oportere. Sed quia iniquū eſt D contra pactionem eum condemnari, defenditur per exceptionem pacti conuenti.

a l. Obligationum fere. §. 1. D. de oblig. & act.

XCIX. [a] Placet ad tempus obligationem conſtitui non poſſe. Nam quod alicui deberi cœpit, certis modis deberi deſinit. Planè poſt tempus ſtipulator vel pacti conuenti, vel doli mali exceptione ſubmoueri poteſt.

Infirmantur obligationes exceptione iuriſiurandi.

b §. æque. d.t. Inſt. d.t.

E C. [b] QVintò, Si debitor creditore deferente iurauerit nihil ſe dare oportere, adhuc obligatus permanet: ſed quia iniquum eſt de periurio queri, defenditur per exceptionem iuriſiurandi.

Infirmantur obligationes exceptione rei iudicatæ.

c §. Item ſi in iudicio. d.t.

CI. [c] SExtò, Si in iudicio tecum actū fuerit ſiue in rem ſiue in perſonam, F nihilominus obligatio durat: & ideò ipſo iure de eadem re poteſt aduerſus te agi: ſed potes per exceptionem rei iudicatæ adiuuari. Hæc exēpli causâ retuliſſe ſufficiat. Alioqui ex quàm multis variiſque cauſis exceptiones neceſſariæ ſint, ſuis locis latiùs explicabitur.

d l. Arrianus. D. h.t.

CII. [d] Multùm intereſt quæras vtrum aliquis obligetur, an aliquis liberetur. Vbi de obligando quæritur, propenſiores eſſe debemus ſi habeamus occaſionem ad negandum; G vbi de liberando, ex diuerſo faciliores ſumus ad liberationem.

TIT. III.

De emptione & venditione.

Hic titulus decē capita cōplectitur. Primum

eſt,

eſt, Quid ſit emptio & venditio, & quo modo contrahantur. Secundum, Quæ ſunt inutiles emptiones vel venditiones, aut non. Cuius capitis prima pars: Quæ ſunt inutiles emptiones vel venditiones ratione perſonarum, vel non. Cuius partis prima particula: Quæ ſunt inutiles ratione perſonarum. Secunda particula: Quæ non ſunt inutiles ratione perſonarum. Secunda pars dicti capitis ſecundi: Quæ ſunt inutiles emptiones propter mercem, vel non. Cuius ſecunda partis prima particula: Quæ ſunt inutiles emptiones propter mercem. Secunda particula d. ſecunda partis d. capitis ſecundi: Quæ emptiones non ſunt inutiles propter mercem. Tertia pars d. capitis ſecundi: Emptiones inutiles propter captionem. Quarta pars d. capitis ſecundi: Emptiones inutiles propter pretium, vel non. Cuius prima particula: Emptiones inutiles propter pretium. Secunda particula d. quarta partis capitis ſecundi: Quæ non ſunt inutiles emptiones propter pretium. Caput tertium: Quæ præſtare debeat venditor, aut non, Seu, Quarum rerum cauſa ex empto actio competat emptori, aut non. Cuius capitis prima pars: Quæ præſtare venditor debeat, Seu, Quarum rerum cauſa ex empto actio competat. Secunda pars d. capitis tertij: De Aedilitiis actionibus. Cuius ſecunda partis particula prima. Quibus ex cauſis Aedilitia actiones competant. Secunda particula dicta ſecunda partis: De quibus rebus Aedilitia actiones competant, vel non. Tertia particula dicta ſecunda partis: Intra quod tempus redhibitoria vel æſtimatoria agi poſſit. Quarta particula dicta ſecunda partis dicti capitis tertij: Quomodo redhibitio fiat. Quinta particula dicta ſecunda partis dicti capitis tertij: Cui & in quem competant Aedilitia actiones. Tertia pars dicti capitis tertij: Quæ præſtare venditor non teneatur, Seu, Ex quibus cauſis actio ex empto non competat. Caput quartum: De periculo & commodo rei vendita. Caput quintum, De actione ex vendito. Caput ſextum: De lege commiſſoria. Caput ſeptimum: De in diem addictione. Caput octauum: De hæreditate vendita. Cuius prima pars: Quid præſtat hæreditatis venditor. Secunda pars: De actione ex vendito hæreditatis cauſa, & quid emptor hæreditatis præſtat venditori. Tertia pars: Quæ liceant emptori hæreditatis. Caput nonum: De actione vendita. Caput decimum: De emptionibus prohibitis, ſiue improbatis. Cuius prima pars: De duobus emptoribus eiuſdem rei. Secunda: De monopoliis. Tertia: De prædio ea lege vendito vt emptor cenſus non eſſet obnoxius. Quarta: De denuntiationibus quæ fiunt emere volentibus, ne id faciant.

TIT. III.
CAP I.
Emptio quid, & quomodo contrahatur.

I. [a] EMptio eſt conuentio qua id agitur, vt rei tradendę dominium in accipientem transfeat, dato certo pretio. [b] Emptionum autem venditionúmq; appellationibus promiſcuè vtimur, ſicut & locationis atque conductionis. [c] Eſtque emptio iuris gentium, ac conſenſu peragitur.

II. [d] Et inter abſentes contrahi emptio poteſt & per nuntium, & per literas [e] ſimulerq; de pretio conuenerit: quamuis nondum numeratum ſit, [f] ac ne arrhæ quidem datæ fuerint. Nam quod arrhæ nomine datur, argumentum eſt emptionis & venditionis contractæ. Sed hæc quidem de emptionibus & venditionibus quæ ſine ſcriptura conſiſtunt obtinere oportet.

III. [g] In his autem quæ confici cum ſcriptura placuit, non aliter perfectam eſſe venditionem & emptionem conſtitutum eſt, niſi & inſtrumenta emptionis fuerint conſcripta vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem ſcripta, à contrehentibus autem ſubſcripta. Et ſi per tabellionem fiunt, niſi & completiones acceperint, & fuerint omnibus partibus abſoluta. Donec enim aliquid deeſt ex his, & pœnitentiæ locus eſt, & poteſt emptor vel venditor ſine pœna recedere ab emptione & venditione: ita tameo impunè eis recedere licet, niſi iam arrharum nomine aliquid fuerit datum. Hoc enim ſubſecuto, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis venditio celebrata eſt, is qui recuſat adimplere contractum, ſi quidem eſt emptor, perdit quod dedit: ſi verò venditor, duplum reſtituere compellitur, licèt nihil ſuper arrhis expreſſum ſit.

IV. [h] Toties autem voluiſſe contrahentes negotium ſcriptis contrahi intelligũtur, quoties inter tractandum de contractu placuerit ſcripturam interuenire.

V. [i] Quòd ſi alteruter contrahentium, vel qui præſentes adfuerint, per ſe, vel per alios, quæ gereotur in ſcriptum redigent, ne memoria excidant, non vtique contrahentium voluntas ea fuiſſe intelligitur, vt res aliter rata non eſſet, quàm ſi ſcripto conſtaret.

VI. [k] Nuda & imaginaria venditio pro non facta eſt: & ideò nec alienatio eius rei intelligitur; [l] [m] Nec contractus imaginerij in emptionibus vinculnm obtinent, cùm fides facti ſimulatur ooo intercedente veritate.

VII. [n] In vendentis vel ementis, voluntatem collata conditione comparandi: [o] Vt puta, ſi quis ita dixerit, [Vendo tibi fundum ſi voles, [p] vel quanti velis, quanti æſtimaueris habebis emptum,] quia non aſtringit neceſſitate contrahentes, obligetio nulla eſt. Idcirco dominus inuitus ex huiuſmodi conuentione rem propriam, vel quilibet alius diſtrahere non compellitur.

VIII. [q] Emptio tamen ſub hac conditione cõtrahi poteſt, [Si equus iſte intra certum diem tibi placuerit, ſit tibi emptus aureis tot,] quia ſcilicet certũ tempus eſt adiectum: nec hic contractus perpetuam cauſam habet quæ eum vitiet.

a Iacob. Cuiacius Paratitl.

b l. veteres. D. de act. empt.
c l. 1. in fi. D. de contr. empt.
d l. 1. in fi. eo t.
e Inſt. de emp. & vend. in prin.
f Idem l. quod ſæpe. D. d. t. de contr. empt.
g Inſt. d. t. de empt. & vend. l. Contractus. C. de fid. inſtr.
h arg. l. iuriſgentiũ. §. quin imò. D. de pact. Bart. & Salyc. in d. l. Contractus. Io. Oldendorpius Claſſe Actionum 4. cap. Defenſiones rei conuenti. v. 4 ex Martini ſententia. Contra Ioannis Gloſatoris opinionem qui cõtrahentium voluntatẽ de contractu in ſcriptum redigẽdo probari hoc modo tantùm cenſet, ſi id nominatim inter eos conuenerit, vt non aliter conuentio rata perfectáque eſſet niſi poſtquam ſcripta eſſet.
i Oldendorp. præd. loco.
k l. Nuda. D. de contr. empt.
l m l. Cõtractus D. de oblig. & act. noua Conſt. 6. t. quo modo oport. Epiſc. §. ſancimus igitur. l. quod autẽ. §. ſi vxor. D. de dona. toto t. plus valer. quod agitur quàm quod ſim. conc.
n l. in vẽdentis. C. de contr. empt. l. Hæc venditio. D. eo. t.
o Bald. in d. l.
p l. quod ſæpe. §. 1. D. d. t.
q §. emptio. Inſt. h. t. l. quod ſi nola. §. vlt. D. de Aedil. edict.

IX. [r] Si in ipſa emptione diſſentiant contrahẽtes, ſiue in pretio, ſiue in aliquo alio, emptio imperfecta eſt. Si igitur ego me fundum emere putarem Cornelianum, tu mihi te vendere Sempronianum putaſti, quia in corpore diſſẽtimus, emptio nulla eſt: *planè, ſi in nomine diſſentiamus; verùm ſi de corpote conſtat, nulla dubitatio eſt quin valeat emptio, & venditio. Nihil enim facit error nominis cùm de corpore conſtet.

X. [ſ] Si in ipſo cotpore non erretut, ſed in ſubſtantia error ſit: vt puta, ſi acetum pro vino væneat, [t] aut æs pro auro, vel plumbum pro argento, vel quid aliud argento ſimile, nulla emptio eſt, quia in materia erratur. Aliter, ſi aurum quidem fuerit, deterius autem quàm emptor exiſtimaret. Tuoc enim emptio valet, vt etiam ſi vinum aeuit quod vænit: non autem ſi ab initio acetum fuit, quo emebam.

XI. [u] Si ego vendere me putabam, tu tibi donari, vel contrà, nihil valet quod actũ eſt.

XII. [x] Cum in corpore conſentimus, de qualitate autem diſſentimus, emptio quidem eſt: ſed venditor teneri debet quanti intereſt emptoris ſe deceptum non eſſe, etiamſi venditor quoque neſciat: veluti ſi menſas quaſi citreas emat, quæ non ſint.

XIII. [z] Quid dicemus ſi in materia & qualitate ambo erraret? vt puta, ſi & ego me vendere aurum putarem, & tu emere, cùm æs eſſet? Vt puta, cùm hæredes viriolam, quæ aurea dicebatur, pretio exquiſito vni hæredum vendidiſſent, eáque inuenta eſſet magna ex parte ænea? venditionem eſſe conſtat, quia auri aliquid habuit. Nam ſi inauratum aliquid ſit, licet ego aureum putem, valet venditio. Si autem æs pro auro væneat, non valet. * Sed ſi menſam argento coopertam mihi ignoranti pro ſolida vendidiſti, nulla eſt emptio: pecuniáque eo nomine data condicetur. Non enim conſenſimus in materia quę duplex eſt, & diuerſi multùm diſtinctíque generis. At ego de ſolo argento cogitaui, cui lignum haud poteſt accedere: cùm ſit ab eo & natura, & genere, & qualitate ſeiunctum, & diſſimile prorſus. Generaliter ſi in materia & qualitate ambo errent, conſtat emptio: ſi res naturâ, genere & qualitate non ſint vſque adeo diſſimiles, prorſus contrà eſt.

XIIII. * Si in emptione domus, dictum ſit accedere tabulam illam, neq; intelligatur quę ex pluribus acceſſerit: cùm de alia emptor, de alia venditor ſenſerit, nihilominus domus venditionem valere conſtat. Sed tabula illa debebitur quam venditor intellexerit. Nec refert quanti ſit acceſſio, ſiue plus in ea ſit quàm in ipſa re cui accedit, ſiue minùs. Pleraſq; enim res propter acceſſiones emimus, ſicuti cùm domus propter marmora & ſtatuas, tabulas, ac picturas emimus.

r l. in venditionibus. D. d. t. de contr. emp. l. in omnibus rebus. l. in omnibus negotiis. D. de oblig. & actio. l. ſi ego. D. de reb cred. l. quod ſi aurũ. D. de verb. oblig.
* Idem l. ſi quis in fundi vocabulo. D de lega. 1.
ſ l. in venditionibus & ſupra ſcr. ll.
t Idem l. quid tamen. D. d. t. de contr empt.
u l. in omnibus. D. de obl. & actio. arg. l. ſi ego pecuniam. D. de reb. cred. ſi cer. pet. l. inter ſtipulantem §. 1 D. de verb. obl. Azo t. de contr. emp. v. §.
x l. ſi ſterilis. §. quamuis. D. de act. empt.
z l. quid tamẽ. D. de cont emp. Contrariũ obſeruatur in contractibus lucratiuis, veluti in ſtipulatione. l. ſi id quod aurum. 22. D de verb oblig. vbi traditur ſi id quod aurum putabã, cum æs eſſet ſtipulatus de te ſuero, teneri mihi te huius æris nomine, quoniã in corpore conſenſerimus ſed ex doli clauſula tecum me acturum ſi ſciẽs me feſelleris. Nec pignoris itẽ datio nulla ſit errore materiæ. d. l. 1. in fi. D. de pig. act.
* l. Cũ ab eo. §. vlt. D. d. de cõt. emp. Sed hanc iureconſultorũ ſubtilitatẽ perfrigidam tradit Franc. Conn. lib. 1. Com. iur. ciu cap. 6.
* l ſi in emptione. D. d. t. de contr empt ſi in re principali eſſet diſſenſus, venditio nulla eſſet quod non eſt cùm in acceſſione diſſentiunt. arg. quod ſemper inſpicitur quod principale eſt, licet quod accedit maioris ſit valoris l. 1. §. quod ſi rem. D. depoſ & l ſi procuratorem. D. mãd. vt in permutatione ſi adiiciatur pecunia etiã maior quam res, nihilominus inſpicitur id quod principaliter agitur. vt de emptione quoque dicẽdum eſt. Bart & alii in l. Ariſto. D. de don. l. tenetur. §. 1. D. de act. emp. Pet. Coſtalius in d. l. ſi in emptione.

A XV. [a] Ignorantia emptori prodeſt quę non in ſupinum hominem cadit.

XVI. [b] In huiuſmodi quæſtionibus perſonæ ementium & vendentium ſpectari debẽt: non eorum quibus acquiritur ex eo contractu actio. *Sed ſi procurator domini mandato quid emerit, magis eſt vt domini potiusquàm procuratoris ſcientiam ignorantiámve conſideremus.

B
CAP. II.

Quæ ſint inutiles emptiones vel venditiones, vel non ſint.

Eius capitis prima pars.

Quæ ſint inutiles emptiones vel venditiones ratione perſonarum, vel non.

C
Cuius particula prima.

Quæ ſint inutiles ratione perſonarum.

Prima ſpecies.

XVII. [c] INter patrem & filium contrahi emptio non poteſt, ſed de rebus caſtrenſibus poteſt.

Secunda ſpecies.

XVIII. [d] SI quis à pupillo ſine tutoris authoritate emerit, ex vno latere
D ſtat contractus. Nam qui emit, obligatus eſt pupillo: pupillum ſibi non obligat.

Tertia ſpecies.

XIX. [e] NOn licet ex officio quod adminiſtrat quis emere quid, vel per ſe, vel per aliam perſonam.

Exemplum.

XX. [f] TVtor rem pupilli emere non poteſt: idémque porrigendum eſt ad
E ſimilia · id eſt ad curatores, procuratores & qui negotia gerunt.

XXI. [g] Palàm tamen & bona fide ex bonis pupilli quæ diſtrahi poſſunt comparare tutores, curatoréſque non prohibentur.

XXII. [h] Item tutores quibus adminiſtratio decreta non eſt, tanquam extraneos rectè à pupillo emere placet.

XXIII. [i] Procurator totorum bonotum
F cui res adminiſtrandæ commiſſæ ſunt, res domini, neque mobiles, neque immobiles ſine ſpeciali domini mandato alienare poteſt.

XXIV. [k] Cùm procuratori dominus rem vendere certæ perſonæ iuſſerit, ſi alij vendiderit quàm cui iuſſus erat, venditio non valet: cùm perfici venditio non potuit in eius perſona cui dominus vænire rem noluit. [l] Similiter ſi quis rem meam vendiderit minoris quàm ei mandaui, non videtur alienata: &
G ſi petam eam, non obſtabit mihi rei venditæ exceptio.

XXV. [m] Si quis rem meam mandato meo vendiderit, vendicanti mihi rem venditam non nocebit rei venditæ exceptio, ſi probetur me mandaſſe ne traderetur antequam pretium ſoluatur.

a l & ſi conſenſum. §. 1. D. de contr. empt.
b l. in huiuſmodi. & l. ſeq. d. t. l. cum qui. §. in hac. & ibi Bart. D. de publ. in rem act l. ſequitur. §. Labeo. D. de vſuc. l. ſed ſi cõmunis. §. vlt. D. d. t. de cõtr. empt.
* l ſed ſi ſeruo. D. d. t. Coſtalius in d. l. in huiuſmodi.
c l. inter patrẽ ibid.
d l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo. D. de act. empt.
e l. non licet. D. d. t. de cõtr. empt. l. vlt. C. de reſc. vend. l. aufertur. D. de iur fiſ.
f l. in emptione. §. tutor. D. de contr. empt.
g l. Cùm ipſe tutor. C. eo. t. l. Tutor rerum. D. de adm. tut
h l. Tutores. d. t.
i l. Procurator totorum. D. de procur.
k l. Cum ſeruo. D. d. t. de cõtr. empt.
l l. 1. §. Celſus. D. de exc. rei vend.
m d. l. 1.

XXVI. [n] Procurator cui mandatum eſt vt venderet, tradere poſſeſſionem non poteſt, niſi hoc ei nominatim mandatum ſit.

XXVII. [o] Si quis colludente procuratore meo ab eo emerit, an poſſit agere ex empto? Et dicendum hactenus vt aut ſtetur emptioni, aut diſcedatur.

Quarta ſpecies obligationum inutilium propter perſonas contrahentes.

XXVIII. [p] SI ſciens emam ab eo cui bonis interdictum eſt, vel cui tempus ad deliberandum de hæreditate ita datum ſit, dominus non ero. Diſſimiliter atq; ſi à debitore ſciens creditorē fraudari, emero.

Quinta ſpecies emptionum inutilium propter perſonas contrahentes.

XXIX. * QVæcunque gerimus, cùm ex noſtro contractu originem habeant, niſi ex noſtra perſona initium obligationis ſumant, inanem noſtrum actum efficiunt. Et ideo neque ſtipulari, neque emere, vendere, contrahere vt alter ſuo nomine agat, rectè poſſumus, * vt & ſupra relatum eſt.

Secunda particula dictæ ſecundæ partis dicti capitis ſecundi.

Quæ emptiones non ſint inutiles propter perſonas contrahentes.

XXX. * [FVndus ille eſto mihi & Titio emptus] vtrum in parte, an in totum venditio conſiſtat, an nihil actum eſt. Perſona Titij ſuperuacuò accipienda: ideóq; totius fundi emptio ad me pertinet.

XXXI. Si quis tabulis emptionis alienum nomen aſcribat, cùm ipſe emeret, res geſta potior quàm ſcriptura habetur: ideóque ſi poſſeſſioni traditæ incumbat, dominum eum effectum minimè dubium eſt: nec obeſſe quòd is, cuius nomen aſcriptum eſt,

n Bart. in l. 1. in princ. D. de acq poſſ. Io. Oldendorp. Claſſe 4. Act. 11. cap. defenſiones res conuenti.
o l Iulianus. §. ſi quis colludente. D. de act. empt.
p l. ſi ſciens D. d. t. de contr. empt. l. 1. D de cur. fur. & alio. l. 3. C. de in integr. reſtit. l. Fulcinius. §. Idémque. D. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. l. Hu qui. D. de tuto. & cura. datis ab his. l. in qu. C. de ſent. paſſ. l. 3. C. de cur. fur. vel prod. Bald. in l. ea lege. ad fi. C. de condict. ob cau.
* Idem l. do nus. D. de peta hæred. Quod ſi ex pactione prohibeatur alienatio, domini translatio nō impeditur, ſed in cuius cauſa alienatio eſt prohibita condicet rem d. l. ea lege. Quam ſi ſua eſſet, non condiceret; cùm nemo rem ſuam niſi à fure condicat. l. vlt. D. de vſufr. quemad. cau hoc pertinet. l. ſi ita quis. §. ea lege. D. de verb. oblig.
* l. quæcunque. D. de oblig. & actio. l. ſtipulatio iſta habere licere. §. alteri. D. de verb. obl. l. 1. C. Per quas perſo. no. acq. * t de obligat. verſ. 41. * Fundus ille. D. de contr. empt. fa. l. ſi abſentis. C. ſi cert. Regulariter autem in contractibus non eſt locus iuri accreſcendi. l. ſi mihi & Titio. D. de verb. oblig. §. ſi quis. Inſtit. de inut. ſtipul. Bart. in l. Re coniunctis. in vlt. col. D. de lega. 3. Sed hæc exceptio traditur. Niſi eum promiſſoris intereſt, vt d. l. fundus ille. item niſi in vſufructu. l. 1. §. vlt. D de vſufr. accreſ. Præterea in iis quæ diuiſionem non admittunt, vt in ſeruitutibus. l. Proprium. D. Comm. præd. Quanquam propriè in indiuiduis ius accreſcendi vel non decreſcendi locum non habeat. Aug. in d. l. Proprium. Res enim magis natura rei ſolida capi dicitur quàm iure accreſcendi. l ſi ita ſcriptum. §. regula. D de liber. & poſth. Sed & in liberalitate Principis iuri accreſcendi locus eſt, & quod vnus non ceperit, in alium transſcribitur. l 1. C. ſi liber. Imp ſoc. lib 10. Et ad coniunctionem legalem quam vocant, ius accreſcendi pertinet. l. 1. §. communis, & l. Proinde. §. vlt. D. de ſtipul ſeruo. Vnde euenit vt ſi in feudo dato duobus fratribus, ſi vnus ceciderit à parte ſua, pars illa defecta non acquiratur alteri, ſed ad dominum redeat. c. 1. § penult. Quib mod. feud amit & §. vlt. t. de feud. March. vel duc. in vſib. feudo. l Lucius. §. Cæio. D. ad SC. Trebell. Bart. in d. l. ſi mihi & Titio Petr. Coſtal in d. l. fundus ille. * l. Quamuis. l. cui propria. l. nullum inter. C. ſi quis alteri vel ſibi. h. t. verſ 89. & ſeq.

A penes ſe tabulas habeat.

Secunda pars dicti capitis ſecundi.

Quæ ſint inutiles emptiones propter mercem, vel non.

Eius partis particula prima.

B *Quæ ſint inutiles eapropter.*

Prima ſpecies.

XXXII. [q] NEc emptio, nec venditio ſine re quę vęneat poteſt intelligi.

XXXIII. [r] Tamen fructus & partus futuri rectè emuntur, vt cùm editus eſſet partus, iam tunc cùm contractum eſſet negotium, venditio facta intelligatur. Sed ſi egerit C emptor ne naſcatur, aut ne fiat, ex empto agi poteſt.

XXXIV. [ſ] Aliquando & ſine re quæ væneat emptio intelligitur: veluti cùm quaſi alea emitur: quod fit cùm captus piſcium, vel auium, vel miſſilium emitur. Emptio enim contrahitur, etiam ſi nihil inciderit: quia ſpei emptio eſt.

Secunda ſpecies.

D XXXV. [t] OMnium rerum quas quis habere, vel poſſidere, vel perſequi poteſt, venditio rectè fit. Quæ verò natura, vel gentiū ius, vel mores ciuitatis commercio exemerunt, [u] veluti ſacra, aut religioſa loca, vel publica, earum rerum nulla venditio eſt. [x] Nec quidem ea ſtipulatio probanda eſt, [Eum locum cùm ex ſacro religioſóve profanus eſſe cœperit, dari] iſq; qui rem profanam ſtipulanti promiſerit, liberatur ſi ſine E facto eius ſacra eſſe cœperit: nec reuocatur in obligationem ſi rurſus lege aliqua profana eſſe cœperit. [z] Si tamen quis hæc pro profanis vel priuatis deceptus à venditore emerit, habebit actionem ex empto, quòd non habere liceat vt conſequatur quod ſua intereſt deceptum eum non eſſe. [a] Quæ omnia etiam fuſiùs ſuprà relatà ſunt.

XXXVI. [b] Lege venditionis ita facta, [Si quid ſacri, aut religioſi, aut publici eſt, eius F nihil vænit:] ſi res non in vſu publico, ſed in patrimonio fiſci erit, venditio eius valebit: nec venditori proderit exceptio quæ non habuit locum. Nihil enim reperitur eſſe ſacrum, aut religioſum, aut publicum, ſed fiſci proprium, quod ab iſtis ſeparatam rationem habet. [c] At verò æde ſacra terræ motu diruta, locus ædificij non eſt profanus: & ideò vęnire non poteſt, [d] cùm ſit exceptum quicquid ſacri eſſet.

G XXXVII. XXXVIII. [e] Qui tabernas argentarias, vel cæteras quæ in ſolo publico ſunt, vēdidit, non ſolum, ſed ius vēdidit: cùm iſtæ tabernę publicæ ſint, quarum vſus ad priuatos pertinet: [f] nec imminuetur eo nomine pretiū, quòd ſolum publicum ſit, quia id ignoraſſe emptor non videtur.

q l. Nec emptio. D. d. t. de contr. empt.
r Ibidem.
ſ d. l. nec emptio.
t l. Si in emptione §. 1. d. t. § 1. 2. & 3 Inſt. de inut. ſtip. l. inter ſtipulantē. §. ſacram. D. de verb. oblig.
u l. Sed Celſus. D. d. t. de cont. empt.
x d. §. ſacram
z §. vlt. Inſt. h. t. l. liberi. & d. l. ſed Celſus D. d. t. de contr. empt.
a Hoc eodem libro t. 2. de obliga. verſ. 60. 61. & 62.
b l. pacta conuenta. §. 1. d. t.
c l. æde ſacra d. t.
d Franciſ. Connanus lib. 7 Comm. cap. 7
e l. qui hybernas. d. t.
f Connan. præd. loco.

Tertia ſpecies.

XXXIX. g Tutoribus & curatoribus legibus interdicitur, ne prædia ruſtica vel ſuburbana diſtrahant: niſi ſi id vt fieret parentes teſtamento vel codicillis cauerint. Quòd ſi fortè æs alienum tantum erit, vt ex rebus cæteris exſolui non poſſit, tunc iudex adeatur, qui pro ſua religione exiſtimet quæ poſſint alienari, aut obligari debeant.

Quarta ſpecies.

XL. h Res litigioſa emi non poteſt. i Litigioſa autem res eſt, de cuius dominio cauſa mouetur inter poſſeſſorem & petitorem, iudiciaria conuentione, vel precibus Principi oblatis, & iudici inſinuatis, & per eum futuro reo cognitis. k Cùm verò creditor pignus vendit, non poteſt videri litigioſæ rei emptio contrahi: etſi debitor interdicat ne venditio perficiatur.

Quinta ſpecies.

XLI. l Si emptor & venditor ſcit furtiuum eſſe quod væniit, à neutra parte obligatio conttahitur. Si emptor ſolus ſcit, non obligatur venditor. Nec enim ex vẽdito quicquam conſequitur, niſi vltrò quod conuenerit præſtet. Quòd ſi venditor ſciuit, emptor ignorauit, vtrinque obligatio contrahitur.

Sexta ſpecies.

XLII. m Si lege, aut à teſtatore, aut conuentione contrahẽtium alienatio interdicta ſit, non modò alienationem rei non permitti ſtatutum eſt: ſed & vſusfructus conſtitutionem, hypothecam, pignoris nexum, atque emphyteuſim omninò prohiberi: niſi in iis tantommodò caſibus, in quibus conſtitutionum authoritas, vel teſtatoris voluntas, vel pactionum tenor qui alienationem interdixit, eiuſmodi aliquid fieri permiſit.

g l. 1. D. de reb. eor. qui ſub tut. l. 3. C. de præd. mino.
h l. vlt. & toto t. C. de litig.
i Auth. res litigioſæ. d. t.
k l. 1. d. t.
l d. l. ſi in emptione. §. item ſi & emptor.
m l. vlt. C. de rebus alien. non alien. & proh. rer. alien. vel hyp. Doctores quidem ſi lege aut à teſtatore alienatio ſit interdicta, nullius eam momenti eſſe fatentur. Quippe cùm & ſua contra legem irrita cenſeatur. l. non dubium. C. de legib. & volũtas teſtatoris inſtar legis ſit. Itemque ex ſua eius voluntate dominium transferatur. l. Cùm pater. §. fundo D. de lega. 2. l. ſi partẽ. §. ſi per fundũ. D. quemad. ſerv. amit. l. à Titio. D. de furt. & alis ſimil. ita tamen prohibitionem teſtatoris valere, ſi nudum preceptum non ſit, ac cauſa exprimatur propter quam hoc fieri volut. & perſona reperiatur cuius fauore hoc ſit à teſtatore diſpoſitum. l. filiusf. §. diui. D. de lega. 1. l. Pater filiũ. §. Iulius l. Lucius Titius. in prin. D. de lega. 3. Cauſam verò idoneam hanc videri, quòd maiorũ res fuerit. Cynus in l. ea lege. C. de cõdict. ob cauſ. Paul. Caſtr. & Iaſ. in d. §. diui. Idẽ Caſtr. in l. quoties ab omnibus. C. de fideic. & in l. Titio centũ. D. de cond. & demonſtrat. quò res in familia maneat d. l. filiusf. §. cùm pater l. Peto. §. vlt. & l. cùm pater §. fidei. D. de lega. 2. l. voluntas. C. de fideic. Glo. in d. §. diui. & ibid. Bart. Glo. in d. l. quoties ab omnib. & ibi Cyn. Salyc. & alij. Oldrad. Conſ. 205. Idẽ Cyn. in d. l. Ea lege. C. de condict. ob cauſ. Bal. Conſ. 57. Ludo. Romanus Conſ. 48. Attamen ſi eiuſmodi res ſit, vt pateat intereſſe certæ perſonæ ne alienatio fieret, vel affectio in eam cadat, tacite cauſam intelligi putãt: veluti ſi clientes patronus exire e patronatu certorũ hominũ nolit l. generaliter. §. ſi petitũ. D. de fideic. libert. Bart. in d. §. diui. Et cùm cauſa tacitè intelligatur, pro expreſſa haberi exiſtimant. Bal. in l. 2. C. qui nõ poſſ. ad libert. per. Sed ſi de non alienãda re conuenerit, nullo modo pactione & contractu impediri alienationẽ contra eam conuentionẽ factam, ſed ei qui ſit ſtipulatus ne alienat. o fieret condictionem competere. d. l. ea lege. C. de condict. ob cauſam. & ibid. glo. l. ſi ita quis promiſerit §. ea. D. de verb. oblig. Quò verò alienatio ab eo facta, cui interdicta fuerit, irrita ſit cautionẽ hanc adhibẽdã cẽſent, vt ſi nõ res alienatur, in ea ius aliquod dominus qui poſtea alienari nolit, retineat: veluti hac lege vẽdat, vt dominiũ ad ſe redeat ſi emptor vel donatarius rẽ alienerit. arg. l. 1. C. de don. quæ ſub mod. & l. pen. C. de iur. emph. Bar. in d. l. ea lege arg. d. l. ſi creditor §. vlt. & l. vlt. C. de iur. emphy. Idẽ Bart. in l. qui abſentis. §. 1. D. de acq. vel am. poſſ. vel etiã pignori ſeu hypothecæ rem eſſe in hoc vt alienare non liceat. ſtipuletur. Alex. Conſ. 58. Ego verò Iuſtiniani Conſtitutione in d. l. vl. C. de reb. alie. nõ alie. & de proh. rer. alie. leges ſuperiores quibus pactione ſeu cõtractu alienationẽ irritam non fieri ſtatuitur, correctas arbitror: nec abſurdi quicquã eſſe, vt prohibitio legis aut teſtatoris alienationẽ impedit, idem conuentionem contrahentiũ efficere ſtatuatur. Quod & ante Iuſtiniani tempora nonnullis caſibus obtinebat. l. ea quidẽ. C. ſi ita manc. fuer. alien. l. Seruus hac lege. C. de manu. l. 2. C. qui non poſſ. ad libert. peru. l. ſi creditor. §. vlt. D. de diſtr. pign. & hanc ſententiam disertè adſtipulatur l. vlt. C. de pact. int. empt. & vend.

XLIII. n Prohibitus relinquere teſtamento certis perſonis, ſed aliis iuſſus relinquere, prohibetur eiſdem ab inteſtato relinquere: Vt puta, Matre & vxore hæredibus inſtitutis ita cauit, [A te, vxor chariſſima, peto, ne quid poſt mortem tuam fratribus tuis relinquas. Habes filios ſororum tuarum quibus relinquas. Scis vnum fratrem tuum filium noſtrum occidiſſe, dum ei rapinam faceret: ſed & alius mihi deteriora fecit] Quæſitum eſt cùm vxor inteſtata deceſſerit, & legitima eius hæreditas ad fratrem pertineat, an ſororis filij fideicommiſſum petere poſſint. Reſponſum, poſſe defendi fideicommiſſum deberi.

XLIIII. o Alienare prohibitus, legando vel hæredem inſtituendo, efficere quò res ad alium perueniat prohibitus intelligitur.

XLV. p Pignus vel hypotheca contra debitoris pactionem creditori factam vendi non poteſt.

XLVI. q Contra iudicis decretum r iuſta de cauſa interpoſitum alienando quis nihil agit.

XLVII. ſ Si tibi fundum ita vendiderim, vt nulli alij eum quàm mihi venderes, actio eo nomine ex vendito eſt, ſi alij vendideris.

XLVIII. t Si quis hac lege prædium vendiderit aut legarit, ne id quandoque ad certas perſonas perueniret, lex conuentioni aut legato adſcripta ſeruari debet.

XLIX. t Si quis ita paciſcatur in venditionis vel alienationis contractu, vt nouo domino nullo modo liceat in loco vendito, vel alio modo ſibi conceſſo monumentum exſtruere, vel alio modo humano iuri eum eximere, ſancitum eſt, licèt hoc apud veteres dubitabatur, tale pactum ex noua lege eſſe fouendum, & immutilatum permanere. Cùm enim venditor vel alter alienator, non alia lege ius ſuum transferre paſſus eſt, quomodo ferendum eſt aliquam captionem ex varia pati eum interpretatione?

L. u Si res venditur quam teſtator alienari vetuit, ſed in familia relinqui ſtatuit, & contrà factum ſit, qui erunt proximiore gradu, admittentur ad fideicommiſſum cum cautione. Et ſi excepto vno, cæteri vendiderint, is cæterorum partes integras petet, nec alij ab aliis partes petent.

LI. x Si quidam ſint poſtea emancipati, tamen hi quoque fideicommiſſum rectè petẽt: quoniam familiæ appellatione hę quoq; perſonæ demonſtratæ intelliguntur.

LII. z Prohibitæ res alienari, ne in animæ quidem ſalutem legari aut alienari poſſunt.

Exceptio prima.

LIII. a Quoties ab omnibus, qui alienatione facta ad fideicommiſſi petitionẽ aſpirare poſſunt, venditio celebratur, aut quibuſdã vẽdentibus alij cõſenſerint, cõtractus authoritas cõuelli nequaquam poteſt.

Exceptio ſecunda.

LIIII. b Prohibitio alienationis nõ impedit neceſſariam alienationẽ, veluti ſi prædium à teſtatore obligatum, & noui

n l. Codicillis. §. mater. D. de lega. 2.
o arg. l. his verbis. D. de hered. inſt. l. 1. C. de fund. dotal. l. ſi quis priorum. §. certum. D. de ſec. nupt. & ibi. Bald. l. ea lege. C. de condict. ob cauſ.
p l. ſi creditor. §. vlt. D. de diſtr. pign.
q Bart. in d. l. filiusfa. § diui. arg. l. ſi ſeruum D. d. t. de contr. empt. & l. diuus. D. de peti. hered. & l. ſeruus hac lege. C. de manu. & l. Iulianus. D. de curat. furio. Contra Innocentij ſententiã in c. Raynaldus de teſtam. r l. vt cùibus. D. eo. t. de teſt. & item l. ut cum bonis. D. de verb. obl. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. D. de act. empt.
ſ l. ſi ita quis. §. ea lege. D. de verb. oblig. l. vlt. C. de pact. inter emp. & vendit.
t d. l. vlt.
u l. Peto. §. fratre. D. de lega. 2.
x d. l. §. vlt.
z c. 1. §. donare. tit. Qualit. olim feud. pot. alien. in vſib. feud.
a l. Quoties. 1. C. de fideic. l. nihil proponi. §. 1. D. de lega. 1. l. cum pater. §. libertis. D. de lega. 2.
b l. Pater. D. de lega. 3.

A creditoris nummis hypotheca liberatum, in eundem hæres transferat pignoris ſeu hypothecæ nomine. Item ſi prædium diſtrahatur hæreditarij debiti cauſâ, cùm aliud in hæreditate nõ eſſet vnde exſolueretur: [c]nam & alioqui quoties vrget æs alienum, vænire res alienari prohibita poteſt.[d] Præterea alimentorum cauſâ, vel alia æquè neceſſaria: [e]item à muliere propter dotem, ſi nubere commodè aliter nequeat, [f]& à fratre quoque eiuſ-
B dem ob eam cauſam alienari res eiuſmodi poſſunt.

Exceptio tertia.

LV. [g] RES quæ ſubiacent reſtitutioni, prohibentur alienari quidem, vel obligari. Sed ſi liberis portio legitima non ſufficit ad dotis ſiue donationis propter nuptias obligationem, permittitur res prædi-
C ctas in eam cauſam alienare, vel obligare pro modo honeſtati perſonarum congruo. Ea enim quæ communiter omnibus proſunt, iis quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus.

Exceptio quarta.

LVI.[h] VNus ex alienare niſi inter ſe prohibitis, partem quam à ſocio vel cohærede redemit, alienare extraneo non
D prohibetur.

Exceptio quinta.

LVII.[i] PRædium ab hæredibus prædia hæreditaria diuidentibus relictum commune hac lege, vt non liceret vendere partes, niſi cohæredi vel ſucceſſori eius, pœna adiecta, ſi contrà factum eſſet, extero vendere impunè cohæres poteſt, poſtquàm te-
E ſtatò ſæpius cohæredes conuenerit, vt ſecundùm conuentionem aut emerent, aut venderent.

Exceptio sexta.

LVIII.[k] PRohibitus potentiori alienare, filio alienare prohibitus non videtur.

Declaratio.

LIX. [l] VEndere, vel pignori ponere
F prohibitus, locare & conductorem debitori delegare non prohibetur.

Alia declaratio.

LX. [m] NIhil proponi cur prohibeatur hæres ædificia diſtrahere, è quorum reditu ſportulæ ſint relictæ, ſaluâ tamen legati cauſâ.

Alia item declaratio.

G LXI.[n] SI inter ſocios vnius rei conueniſſet, ne intra certum tempus ſocietas diuideretur, quin vendere liceat ei qui tali conuentione teneretur, non eſt dubium. Quare emptor quoque communi diuidundo agendo eadem exceptione ſubmouebitur, qua auctor eius ſubmoueretur.

c Bald in l. voluntas C. de fideic. & in auth. res quæ. C. com. de lega. arg. l. cùm ſi-ei. C. de fideic. libert.
d arg. auth. cõtrà cum rogatus. C. ad Treb. Bal. a SC auth. contra d. leg. in d. Auth.
e Bart. poſt Iacob. Aretiñ in d. l. filiusfa. §. diui. D. de lega. 1. arg. l. mulier. § cũ proponeretur & l. à filia D. ad SC. Trebell. Bald in d. l. voluntas contra Gloſſæ ſententiam in l. nulla. C. de iur. dot. & eiuſdẽ Baldi in d. l. voluntas, qui, ſi prohibita ſit alienatio ex contractu, ob hanc cauſam fieri nõ poſſe alienationem cenſet: tametſi aliud cenſeat, ſi teſtamẽto alienatio ſit prohibita. cui Baldo aſtipulatur Barbatius in d. l. & in Auth. res quæ.
f Idem Bald. in d. l. voluntas & ibid. Barbatias & Salyc. & in l. vlt. C. de alien. reb. non alien.
g d. Auth. res quæ. C. com. de lega.
h l. pater § quindecim. D. de lega. 3.
i l. qui Romæ. §. hæredes. D. de verb. oblig.
k Glo. in l. ſi is qui. § ea lege. d. 1. quia potius continuatiõ quàm tranſlatiõ dominium videtur. l. in fin. D. de lib. & poſth.
l l. codicillis §. instituto. D. de lega. 2. Altiatus lib. 2. diſpunct. cap. 1.
m l. nihil proponi, in prin. D. de lega. 1.
n l. in hoc iudicium §. ſi inter. D. com. diuid.

A *Septima ſpecies emptionum inutilium propter mercem.*

LXII.[o] SVæ rei emptio non valet, ſiue ſciens, ſiue ignorans emit. Sed ſi ignorans emi quod ſoluero, repetere potero, quia nulla obligatio fuit. Nec tamen emptioni obſtat ſi in ea re vſusfructus duntaxat ementis ſit: officio tamen iudicis pretium mi-
B nuetur.

Exceptio prima.

LXIII. [p] REi ſuæ emptio tunc valet, cùm ab initio id agitur, vt poſſeſſionem emat quam fortè venditor habuit, vt in iudicio poſſeſſionis potior eſſet.

Exceptio ſecunda.

LXIIII.[q] POſſum id quod meum eſt ſub
C conditione emere, quia fortè ſperatur meum eſſe deſinere.

Exceptio tertia.

LXV.[r] CVi res ſub conditione legata erat, is eam imprudens ab hærede emit. Actione ex empto conſequi poterit emptor pretium; quia non ex cauſa legati rem habuit.

Exceptio quarta.

D LXVI.[ſ] SI res quæ vænit communis emptoris cũ alio ſit, dici debet ſciſſo pretio pro portione emptionem valere; pro parte non valere.

Exceptio quinta.

LXVII.[t] SI debitor rẽ pignoratam à creditore redemerit, quaſi ſuæ rei emptor actione ex vendito non tenetur: &
E omnia integra ſunt creditori. Quod in ignorante emptore procedit. Sciens enim videretur, quod habuit iuris in re venditor; emiſſe vſumfructum, vel pignoris ius, hoc eſt, quanti fuit res obligata.

Octaua ſpecies emptionum inutilium propter mercem.

F LXVIII.[u] ETſi conſenſum fuerit in corpus, id tamen ſi in rerum natura ante venditionem eſſe deſierit, nulla emptio eſt.

LXIX. [x] Si duos quis boues emerit pariter vno pretio, quorum alter ante traditionem mortuus ſit, neque in vno conſtat emptio. *Nã nõ, vt in ſtipulatione dicitur, tot eſſe ſtipulationes quot ſunt res, ſic in emptione: imò plurium rerum vnica eſt emptio, ſi vnum fuerit pretium.

G LXX. [z] Domum emi cùm eam & ego & venditor combuſtam ignoraremus, nihil væniſſe conſtat, quamuis area maneat, pecuniáque ſoluta condici poteſt. Sed ſi pars domus maneret, in hac quæſtione multùm intereſt quanta pars domus incendio conſumptæ permaneat: vt ſi quidem amplior domus pars exuſta ſit, non compellatur emptor

o l. ſuæ rei & l. ſeq. D. de cõtr. empt. l. cùm res tibi. & l. ſi mater tua. C. eo t.
p l. in emptione. §. rei ſuæ. D. d. t. de contr. empt.
q l. exiſtimo. eo. t.
r l. cui res. ibid.
ſ l. ſed & ſi cõmunis. ibid.
t l. ſi debitor. ibid.
u l. etſi conſenſum. ibid.
x l. ſi duos. ibid.
* Franciſ. Cõnanus lib. 1. comm. iur. ciuil. cap. 6.
z l. domum. D. d. tit. de contr. empt.

A perficere emptionem: ſed etiam quod fortè ſolutũ eſt, ab ea repetet. Si verò dimidia pars, vel minor quàm dimidia, exuſta fuerit, tunc coarctandus eſt emptor venditionem adimplere, æſtimatione viri boni arbitrio habita, vt quod ex pretio propter incendium decreſcere fuerit inuentum, ab eius præſtatione liberetur.

a ibid.

LXXI. [a] Si emptor quidem ſciebat, venditor autem ignorabat, & hîc oportet B venditionem ſtare: & omne pretium ab emptore venditori, ſi non depenſum eſt, ſolui, vel ſi ſolutum ſit, non repeti.

b ibid.

LXXII. [b] Quòd ſi vterque ſciebat, & venditor & emptor domum eſſe totam exuſtam, vel ex parte, nihil actum eſt ſcilicet dolo inter vtranque partem compenſando: & iudicio quod ex bona fide deſcendit, dolo ex vtraque parte veniente, venditionem ſtare non concedente. C

c l. Arboribus.

LXXIII. [c] Arboribus quoque vento deiectis, vel igne abſumptis, dictum eſt emptionem fundi non videri eſſe contractam, ſi contemplatione illarum arborum (veluti oliueti) fundus comparabatur, ſiue ſciente, ſiue ignorante venditore. Si autem emptor ſciebat, vel ignorabat, vel vterque eorum, hæc obtinent quæ in ſuperioribus caſibus de ædibus dicta ſunt. D

Nona ſpecies emptionum inutilium propter mercem.

d l. Senatus. ibid.

LXXIIII. [d] SEnatus cenſuit, ne quis domum villámve dirueret, quò plus ſibi acquireretur, néve quis negotiandi cauſâ eorum quid emeret, venderétve: pœna in eum qui aduerſus Senatuſconſultum feciſſet conſtituta: in eum verò qui vendidiſſet vt irrita fieret venditio. E

Decima ſpecies.

e Azo ſub dubitans. t. de hæred. vel act. vend. l. iniuriarum. 1. D. de iniur. l. Cùm emancipati. §. emancipatus filius. D. de colla. bono. Glo. verò & DD. in l. ſi nomen. in verbo præſtare, d. t. de hæred. vel act. vend. etiam ante litem conteſtatam vendi poſſe tradunt. vt & Bart. Bald. & DD. in l. vlt. C. d. t. de hæred. vel act. vend.

LXXV. [e] ACtio iniuriarum ante litem conteſtatam vendi non poteſt: cùm ea magis vindictæ quàm pecuniæ habeat perſecutionem.

Vndecima ſpecies.

f l. quod ſæpe. §. venens. D. d. t. de contrah. empt.

LXXVI. [f] VEneni mali quidam putant emptionem non contrahi: F quia nec ſocietas aut mandatum flagitioſæ rei vllas vires habet. Quæ ſententia poteſt ſanè vera videri, de iis quæ nullo modo per adiectionem alterius materiæ vſui nobis eſſe poſſunt. De iis verò quæ miſta aliis materiis adeò nocendi naturam deponunt, vt ex his antidota, & alia quædam celebria medicamenta conficiantur, aliud dici poteſt.

Duodecima ſpecies.

g Franc. Cõnanus li. 7. comm. iur. ciu. ca. 7. l. poſter. C. quæ res export. poſſ.

G LXXVII. [g] TVrcis & iis qui alienigenam religionem colũt, hoſtibúſque vendere loricas, ſcuta, arcus, gladios, bombardas, & alia cuiuſcunque generis arma, capitale eſt.

Secunda particula ſecundæ partis capitis ſecundi.

Quæ emptiones non ſint inutiles propter mercem.

h l. rem alienã. D. d. t. de contr. empt.
i l. ſi ita §. qui vendidit. d. t.

LXXVIII. [h] REm alienã diſtrahere quem poſſe nulla dubitatio eſt. Nam emptio eſt & venditio, ſed res emptori auferri poteſt. [i] Nec qui vendidit, neceſſe habet fundum emptoris facere, vt cogitur qui fundum ſtipulanti ſpopondit.

Tertia pars d. capitis ſecundi.

Emptiones inutiles propter captionem.

k l. vlt. C. de pact. pign. & de lege commiſſoria in pignoribus reſcindenda. l. quamuis. D. de ſolut. e penul. h. t. Iudicio curiæ Pariſ. anno 1552. relato à Io. Papone. Arr. 2. tit. de pigno. & hypoth.

LXXIX. [k] QVoniam inter alias captiones præcipuè commiſſoriæ pignorum legis creſcebat aſperitas, placuit infirmari eam, & in poſterum omnem eius memoriam aboleri, & creditores re amiſſa recuperare quod dederunt. Erat autem lex huiuſmodi, Si debitor intra certum tempus pignus non lueret, eſſet emptum creditori.

l l. ſi fundus. §. vlt. D. d. t. de pign. & hyp. l. vlt. in prin. D. de contr. empt. Panor. in c. ſignificante d. t. de pign. & hyp. l. non dubium. ad fin. D. de lega. 3.

LXXX. [l] Poteſt tamen ita fieri pignoris datio, hypothecæve, vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia, iure emptionis D poſſideat rem iuſto pretio tunc æſtimandam. Hoc enim caſu videtur quodammodo conditionalis eſſe venditio.

m d. l. vlt. d. t. de contr. empt.

LXXXI. [m] Pactum etiam huiuſmodi inter debitorem & eius fideiuſſorem, vt ſi debitor eum intra certum tempus non liberet, ei res empta ſit, non improbatur.

Quarta pars capitis ſecundi.

Emptiones inutiles propter pretium, vel non inutiles. E

Eius partis particula prima.

Emptiones inutiles propter pretium.

n §. Item pretium. Inſt. h. t.
o l. 1. D. d. t. de contr. empt.
p l. inter patrẽ. l. quod vendidi. l. vt res emptoris. ibid. l. emptis fides C. eo. t.
q d. l. quod vẽdidi. §. vẽdita. Inſt. de rer. diuiſ. l. Procuratoris. §. plane vbi Coſtalius. D. de tribut. l. 3. D. de pign. act. Bart. in l. 1. D. de rer. perm.

LXXXII. [n] PRetium in numerata pecunia eſſe debet: [o] & ſine nummis venditio dici hodie non poteſt: veluti ſi ego togam dedi vt tunicam acciperem, hæc permutatio eſt, non emptio. Nam vt aliud eſt F vendere, aliud emere, alius emptor, alius venditor, ſic aliud eſt pretium, aliud merx. Quod in permutatione diſcerni non poteſt, vter emptor, vter venditor ſit.

r Glo. in d. l. quod vendidi. Io. Faber in l. 1. C. de act. empt.
* Bald. in l. ſi donationis. D. l. ſi legatarius. D. de iudic. Bald. in d. l. ſi don.

LXXXIII. [p] Sed non pretij numeratio, ſed conuentio emptionem facit: nec intereſt ſolutum id ſit, an fides de eo ſit habita. [q] Et quod vendidi & tradidi, non aliter fit accipientis, quàm ſi aut pretium nobis ſolutum ſit, aut ſatis eo nomine factum, vel etiam fidem G habuerimus emptori ſine vlla ſatisfactione.

LXXXIV. [r] Videtur autem fidem de pretio venditor habuiſſe, ſi rem tradidit: niſi quid aliud intercedat: * Veluti ſi res in nundinis veneat, vbi nonniſi præſente pecunia

fieri

fieri ven litiones ſolent:*vel homini peregrino quis vendat.

LXXXV. [f] Procurator fiſci, minoris, eccleſiæ, de pretio ſoluendo fidem habere non poſſunt.

LXXXVI. [t] Illud conſtat imperfectum eſſe negotium, cùm emere volenti ſic venditor dicit, [Quanti velis, quanti emptum putaueris, habebis emptum.]

LXXXVII. [u] Si quis fundum iure hæreditario ſibi delatum ita vendidiſſet, [Eſto tibi emptus, quanti à teſtatore emptus eſt:] & mox inueniatur non emptus, ſed donatus teſtatori, videtur quaſi ſine pretio facta venditio: ideóque ſimilis erit ſub conditione factæ venditioni, quæ nulla eſt ſi conditio defecerit.

LXXXVIII. [x] Si res ita vendita ſit [Quãti Titius æſtimauerit.] ſiquidem Titius pretium definierit, venditio perficitur. Sed ſi Titius vel noluerit, vel non potuerit pretium definire, venditio nulla eſt non conſtituto pretio. Nec coniectura illa vel diuinatio admittetur, an in perſonam certam, vel in viri boni arbitrium contrahentes rem contulerint. Quod & in locatione ſimiliter obtinet.

LXXXIX. [z] Si res decem vendita ſit, & quanto pluris Titius æſtimauerit, eáque à venditore ſit tradita: ſi non æſtimet Titius, ſiquidem pretium definitum ſit media iuſti pretij parte minùs, nulla venditio videtur: ſi maius, boni viri arbitrio fiet æſtimatio.

XC. [a] Si quis ita emerit, [Eſto mihi fundus emptus centum, & quanto pluris eum vendidero,] valet venditio, & ſtatim impletur: habet enim certum pretium. Augebitur autem pretium, ſi pluris emptor fundum vendiderit.

XCI. [b] Huiuſmodi emptio [Quanti tu eam rem emiſti, vel quantum pretij in arca habeo] valet. Nec enim incertum eſt pretium in tam euidenti venditione: magis enim ignoratur quanti emptus ſit, quàm in rei veritate incertum eſt.

XCII. [c] Tametſi emptio ſine pretio certo non conſiſtat, tamen ſi quis ſtipulanti Titio vendere promiſerit, naſcitur obligatio: cùm iuſto pretio venditurum promiſiſſe intelligatur.

Secunda particula quartæ partis capitis ſecundi.

Quæ non ſint inutiles emptiones propter pretium.

XCIII. [d] QVi aliena pecunia, [e] etiam penes ſe depoſita emit, non ei, cuius nummi fuerint, ſed ſibi tam actionem empti quàm dominium, ſi poſſeſſio tradita fuerit, quærit.

XCIV. [f] Sed empta res pecuniâ militis, minoris, aut Eccleſiæ, ſingulari iure eorum efficitur. [g] Item res ex dotali cauſa comparatæ, [h] marito exiſtente non ſoluendo pro dotalibus habeutur: [i] ac earum cauſa vtilis vendicatio datur.

f l. ſi procurator fiſci. & ibi glo. D. de iur. fiſ. Pau. in c. cum olim. 1. de offic. del. Bart. in l. 3 duo Pau. §. ſi emptor. D. de rei vend. Cynus in l. incıuile. C. de rei vend. auth. hoc ius por rectũ. C. de ſacroſ. Eccl. l. magis puto. §. non paſſim. D. de reb. eor lo Faber in d. l. 1. C. de act. empt.
t l. quod ſæpe. §. 1. D. de contr. empt. l. in vendentis. C. eo t. l. ſtipulatio. 17. & l. centeſimis. 46. §. vlt. D. de verb. oblig.
u l. ſi quis fundum D. de cõtr. empt.
x l. vlt. C. eo t. l. ſi quis arbitratu. & ſeq. D. de verb. oblig. §. 1. Inſtit. de empt. & vend.
z Bald. in l. ſuper rebus C. de contr. empt. arg. l. domum D. eo. t. & l. ſi ſponſus. §. circa. D. de dona. inter vir. & vxor.
a l. hæc venditio. §. ſi quis ita. D. de cõtr. empt.
b l. huiuſmodi võditio. §. 1 d. t.
c Bald. in l. pen. C. de lega.
d l. qui aliena. l. mancipia. l. multùm intereſt. C. ſi quis alteri, vel ſibi ſub alter. nom. vel alien. pecu. emer. l. procuratoris. §. planè. D. de tribut. l. incıuile. Cod. de rei vend.
e l. ſi ex ea. eo t.
f l. ſi vt propoſuis ubi glo. C. de rei vend. l. ex facto. § planè. D. de pecul. gl. in l. vxor marito. in prin. & fine. D. de dona. inter vir. & vxo. Bald. in l. 1. C. d. t. ſi quis alter. vel ſibi Iaſ. in l. 3. C. de ſeru. fug. n. 8. Ang. in l. ſi curator. D. de iur. fiſ.
g d. l. vxor marito.

XCV. [k] Poſt emptionis contractum perfectum, pretiúmque rectè conſtitutum, re alia, puta pecoribus, vel fundo in ſolutum conſentienti venditori datis, conſiſtit tamen emptio.

XCVI. [l] Si ita conueniat, vt tu fundum mihi des: ego tibi viciſſim alium, an emptio ſit permutatióve; ex eo cui alterum accedat æſtimabitur; ſi merx ſit potior quàm pretium, permutatio erit; ſi pecunia, emptio. [m] Si pecunia & merx paria ſint, magis eſt vt contracta emptio videatur.

XCVII. [n] Cùm in venditione quis rei pretium ponit, donationis cauſâ non exacturus, non videtur vendere, ſed donare. [o] Quòd ſi quis donationis cauſa minoris vendat, venditio valet. Toties enim dicimus in totum venditionem non valere, quoties vniuerſa venditio donationis cauſâ facta eſt: quoties verò viliore pretio res donationis cauſâ diſtrahitur, dubium non eſt venditionem valere.

CAP. III.

Quæ præſtare venditor debeat, aut non: ſeu quarum rerum cauſâ ex empto actio competat emptori, vel non competat.

Prima pars d. capitis.

Quæ præſtare venditor debeat: ſeu quarum rerum cauſa ex empto actio competat.

XCVIII. [p] EX empto actione is qui emit vtitur. [q] Sed offerri pretium ab emptore debet, cùm ex empto agitur. Et ideò ſi partem pretij offerat, nondum ex empto actio eſt ad rem acquirendam. Venditor enim quaſi pignus retinere poteſt eam rem quam vendidit. [r] Emptor verò nummos venditoris facere cogitur.

XCIX. [ſ] Si venditor paratus eſt tradere, emptor dare pretium, eodem momento expediri res poteſt, ſi præſens merx eſt & pretium: [t] niſi periculum frangendæ fidei ſubſit; [u] alioqui prior emptor dare pretium debet. [x] Quòd ſi emptor ob inopiam, vel aliam cauſam fidem venditori non habet, aut rurſum venditor ſuſpectum habet emptorem, fortéque emptor pretium coràm habet, abeſt autem res vendita: aut contrà, venditor mercem habet, abeſt autem pretium, [z] deponi apud ſequeſtrem vtrunque debet: [a] vel cautionibus res expeditur.

C. [b] In primis ſciendum eſt in hoc iudicio id demùm deduci quod præſtari conuenit. Cùm enim bonæ fidei iudicium ſit, nihil magis bonæ fidei congruit, quàm id præſtari quod inter contrahentes actum eſt. Quòd ſi nihil conuenit, tunc ea præſtabuntur quæ na-

h ita conciliãda l. res quæ. D. de iur. dot. quæ res ex dotali pecunia cõparatas dotales vid. ri ſimpliciter tradit & l. vlt. C. de ſeruo corr. quia eaſdẽ res non eſſe dotales refert. Iacob. Cuiatius li. 5. obſerua. c. 29
i arg. l. 4. C. ſi cert. peta. & l. ſi me & Titiũ. D. eo t.
k Claud. Cantiuncula in §. 1. Inſtit. de empt. & vend. l. pretij Cod de reſcĩ. vend.
l Bart. in l. ſi in emptione. D. de contr. empt.
m Angelus in l. quæritur. D. de ſtatu hom.
n l. cùm in venditione. D. d. t. de contr. empt.
o l. empti fides. l. cùm donationis. C. eo t.
p l. ex empto. D. de act. empt.
q l. Iulianus. §. offerri. ibid. l. Ædiles etiam. in fi. D. de Ædil. edict.
r l. 1. §. 1. D. d. t. de act. empt.
ſ Io. Oldẽdorp. claſſe actionum 4. act. 1. cap. intentio actoris in actione venditi. nu 4.
t l. ſed ſi alienare, in prin. D. de fideic. libert. d. l. Ædiles etiam. in fin. & l. ſeq.
u l. qui pendentem. D. de act. empt.
x l. ſi ſoluturus D. de ſolut.
z Contra Azonis ſententiam tit. de actione empti. verſ. vlt. qui exiſtimat eum qui agere velit, quod ad ſe attinet præſtare debere, nec ſequeſtrationis locum eſſe. t. de probib. ſequeſt. pecu.
a l. videamus. D. de Æd. edict.
b d. l. ex empto.

turâ inſunt huius iudicij poteſtate.

A CI. [c] In primis rem præſtare venditorem oportet, id eſt tradere. Quæ res, ſi quidem dominus fuit venditor, facit & emptorem dominum, ſi non fuit, tamen euictionis nomine venditorem obligat, ſi modò pretium eſt numeratum, aut eo nomine ſatisfactum.

CII. [d] Si venditor tradere rem poſſit, eam tradere omninò cogi debet: ſi non poſſit, in id quod intereſt condemnati ſit.

B CIII. [e] Si quis alienam rem vendiderit, & medio tempore hæres domino rei exſtiterit, cogetur implere venditionem.

CIV. [f] Si vendidero rem tibi, nec tradidero, & ſine voluntate mea nactus es poſſeſſionem non pro emptore poſſides, ſed prædo es.

CV. [g] Si quis rem emerit, non autem fuerit ei tradita, ſed poſſeſſionem ſine vitio fuetit nactus, habet exceptionem contra

C venditorem.

CVI. [h] Clauibus traditis ita mercium in horreis reconditarum poſſeſſio tradita videtur, ſi claues apud horrea traditæ ſint; quo facto; confeſtim emptor dominium & poſſeſſionem adipiſcitur, etſi non aperuerit horrea. Quòd ſi venditoris merces non fuerint, confeſtim inchoabitur vſucapio.

CVII. [i] Quibus menſuris aut pretiis negotiatores vina comparent, in contrahentium poteſtate eſt. Neque enim quiſquam

D cogitur vendete, ſi aut pretium, aut menſura ei diſpliceat: præſertim ſi nihil contra conſuetudinem regionis fiat. * Et ſi de menſura nihil conuenerit, ea accipienda quæ conſuetudine recepta eſt. * Et ſi plures menſuræ in vſu ſint, minor accipienda erit.

CVIII. [k] Dominus fundi de prædio arbores ſtantes vendiderat, & pro his rebus pecuniam acceperat, & cùm eas tradere nolebat, emptor quæſiit, quid ſe facere oporte-

E ret. Reſponſum eſt, arborum quæ in fundo continentor, non eſſe ſeparatum corpus à fundo, & ideò vt dominus ſuas ſpecialiter arbores vendicate emptor non poterit: ſed ex empto habet actionem.

CIX. [l] Quod operatur traditio in rebus corporalibus, hoc facit ceſſio in iuribus emptis.

CX. [m] Venditor re ttadenda transfert dominium, ſi dominus ſit: alioqui vſucapiendi

F cauſam.

CXI. [n] Qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipſe dominus eſt: vtiq; tamen vendicationem rei & conditionem exhibere debebit emptori.

CXII. [o] Si res vendita non tradatur, in id quod intereſt agitur; hoc eſt quanti rem habere emptoris intereſt. Hoc autem interdum pretium egreditur, ſi pluris interſit quàm res

G

c Ibidem.

d §. pretium. & ibi glo. Inſtit. de contr. empt. ex opinione Martini Specul. tit. de fructibus & litium expenſis §. viſo, verſ. ſed quomodo. circa medium Inno. in c. ſacro. de ſententia excom. § ſaltem. ſi de feudo fuer. contr. in vſib. feudor. arg. l. qui reſtituere. D. de rei vend. l. vlt. C. de fid. libert. § perficientur. Inſtit. de donat. l. vbi autem. § vlt. D de verb oblig. d. l. ex empto. in prin. D. d. t. de act. emp. in l. 1. D. de act. empt. Hoſtienſ. in c. cum Ioannes. de fide inſtru. Bart. & Bald. contra Ioannem, Azonem, Bulgar, & Glo. ſententiam, in l. 1. d. t. de act. empt. arg. l ſi traditio. C. d. t. l. ex empto. §. Idem ait. D. eo. t.

e l. ſi quis alienam. d. t.

f l. ſi ex ſtipulatu. D. de acq. vel amit. poſſ. l. Nec ex vera. C. eo. t. l ſi pater. C. de actio. emp.

g l. 1. D. de extr. res vend.

h l. Clauibus. D. de contr. empt. l. 1. D. de crim. exp. hæred Oldradus. Conſ. 205.

i l. Imperatores. D. de cõtr. empt l. ſi quis à me oleũ. D. de act. empt.

* l quod ſi nolit. §. quia aſſidua D. de ædit. edict. * c. ex parte. de cenſib. k l. dominus fundi. d. t. l Io. Oldendorp. Claſſe 4. action act. 1. cap intentio actoris in actione vendit. n. 7. l. 2. C. de oblig. & actio. l. Per diuerſas. l. ab Anaſtaſio. C. manda. m l. ſi ager. D. de rei vendi. l. Traditionibus. C. de pact. l. Clauibus. D. de contr empt. n §. quod ſi fugerat. Inſtit. h. t. l. ſicut re corporali. §. ſi debitor vendiderit. D. quib. mo. pig. vel hyp. ſolu. l. Iulianus. §. Idem Celſus. D. de actio empt. o l. 1. l. ex empto. §. Idem ait. D. de act. empt l. ſi traditio. C. eo. t.

A valet, vel emptio eſt.

CXIII. [p] Sed quemadmodũ ſuprà quoque relatũ eſt, ſi rem habet vẽditor, eámq; poteſt tradere, omnibus modis vt tradat cõpelli poteſt: nec offerendo quod emptoris intereſt, liberatur.

CXIIII. [q] Emptor cui res non traditur, petere ſuo arbitrio communem rei æſtimationem, aut quod ſua intereſt poteſt.

B CXV. [r] Quod arrhæ nomine datur, argumentum eſt emptionis & venditionis cõtractæ in iis quæ ſine ſcriptura conſiſtunt. Sed ſi ſcriptura conficiatur donec aliquid ei deeſt, pœnitẽtiæ locus eſt: & poteſt emptor vel venditor recedere ſine pœna ab emptione & vẽditione. Ita tamen impunè eis recedere conceditur, niſi iam arrharum nomine aliquid fuerit datũ. Hoc enim ſubſecuto, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis vẽditio celebrata eſt, is

C qui recuſat adimplere contractum, ſi quidem eſt emptor, perdit quod dedit: ſi verò venditor, duplum reſtituere compellitur, licèt nihil ſuper arrhis expreſſum eſt.

CXVI. [ſ] Eligere tamen emptor poteſt cùm arrhas dedit, an duplum ſibi reſtitui, an in id quod intereſt agere, ac in eius partem arrhas malit imputare.

CXVII. [t] Si pars pretij ſoluta ſit ab altero hærede emptoris, tamen rei partem venditor tradere non cogitur: Vt puta, Qui fun-

D dum emerat, duobus hæredibus relictis deceſſit. Si vnus omnem pecuniam ſoluerit, partem familiæ erciſcundæ iudicio ſeruabit. Nec ſi partem ſoluat, ex empto cum venditore aget: quia ita conttactum æs alienum diuidi non poteſt.

CXVIII. [u] Si tibi iter vendidero, ita demum auctorem me laudare poteris, ſi tuus fuerit fundus cui acquirere ſeruitutem volue-

E ris. Iniquum eſt enim teneri me, ſi propter hoc acquirere ſeruitutem non potueris, quia dominus vicini fundi non fueris. Sed ſi fundum tibi vendidero, & ei fundo iter acceſſurum dixero, omnimodò tenebor itineris nomine: quia vttiuſque rei quaſi vnus venditor obligatus ſum.

CXIX. [x] Cùm per venditorem ſteterit quominus rem tradat, omnis vtilitas emptoris in æſtimationem venit, quæ modò circa ipſam rem conſiſtit. Neque enim ſi potuit, ex

F vino puta negotiari, & lucrum facere, id æſtimandum eſt, non magis quàm ſi fœnum emerit, & ob eam rem, quòd non ſit traditum, equitium fame laborauerit. Nam pretium fœni, non equitij fame necati, conſequitur. Nec enim maior ſit obligatio, quòd tardiùs agitur, quamuis creſcat, ſi vinum hodie pluris ſit: Meritò; quia ſi datum eſſet, hoc haberet emptor, Quoniam verò non dedit, ſaltem ho-

G die dandum eſt quod iam olim dari oportuit.

CXX. [z] Quod ſi per emptorem mora fuit, æſtimari oportet pretium, quod ſit, cùm agebatur. Mora autem videtur eſſe, ſi nulla difficultas venditorem impediat quominus traderet, & præſertim ſi omni tempore paratus fuit tradere.

p Bart. in l. 1. D. d. t. Azo eo. t. nu. 8 l. qui reſtituere. D. de rei vendic. l. ſi ita diſtrahatur. D. de cont. empt. l. vbi. §. vlt. D. de verb. oblig. ſupra. h. t. verſ. 102.

q Bart. in d. l. 1. inſi. t. de act. empt. l. quod ſi poſſeſſor. D. de rei vendic. Io. Oldendor. Claſſe Actio. 4. c. intentio actoris in actione emp.

r Inſt. h. t. in prin.

ſ glo. in verb. compellitur. d. t ex opinione Io. & Bulg. & Andreas latin annot. ad Specul. hoc t.

t l. ſi ſtibulas. §. qui fundũ. D. de contr. empt.

u l. Tenetur. §. ſi tibi iter. D. de act. empt.

x l. ſi ſterilos. §. cùm per venditorẽ. d. t. Quod autem dicatur non attendi vtilitatem quæ extra rem eſt, rationẽ habet cùm petitur id quod intereſt ex negligentia & mora, puta quia Titius non fecit, aut nõ tradidit: ſin autem petitur id quod intereſt ob factum commiſſum, aut dolum contra eum fortaſſe qui dedit vas vitioſum, rectius eſt vtilitatem extra rem in reputationem venire, etiamſi duplum excedat. l. tenetur. §. ſi vas. D. d. t. de act. empt. l. Iulianus in princ. eo. t. Paul. Caſtr. in d. §. cum per venditorem. vbi quoque Pet. Coſtalius. & in l. Titius eo. t. & in l. Nummus. D. de in lit. iur.

z l. 3. §. vlt. d. t.

CXXI. [a] Si

CXXI. [a] Si per emptorem & venditorem mora fuiſſet quominus vinum præberetur, & traderetor, perinde eſt quaſi per emptorem ſolum ſtetiſſet. Non enim poteſt videri moram per venditorem emptori factam eſſe, ipſo emptore poſteriorem moram faciente.

CXXII. [b] Non oportet eius loci pretia ſpectari in qao agitur: ſed eius vbi vina tradi oportet. Nam quod à Brunduſio vinum vænit, etſi venditio alibi facta ſit, Brunduſij tradi oportet.

CXXIII. [c] Si iactum retis emero, & rete iactare piſcator noluerit, incertum eius rei æſtimandum eſt. Sed ſi quod extraxit piſcium reddere mihi noluerit, id æſtimari debet quod extraxit.

CXXIV. [d] Si modus sgri minor inueniatur, pto numero iogerum auctor obligatus eſt: quia vbi modus minor inuenitur, non poteſt æſtimari bonitas loci qui non extat.

CXXV. [e] Sed & ſi in qualitate fundi venditor mentitus ſit, non in modo eius, tenetur tamen emptori. Pone enim dixiſſe eum quinquaginta iugera vineæ eſſe, & quinquaginta prati; & in vinea minus, in prato plus inueniri; eſſe tamen omnia centum iugera, pro bonitate loci fiet æſtimatio.

CXXVI. [f] Tenetur ex empto venditor, etiamſi ignorauerit minorem fundi modum vel qualitatem.

CXXVII. [g] [h] Quod amplius in modo agri inuenitur, non ad compendium venditoris, ſed emptoris pertinet.

CXXVIII. Qui agrum vendebat, dixit fundi iugera X. & VIII. eſſe: & quod eius admenſum eſſet, ad ſingula iugera certom pretium ſtipulatus fuerat: XX. inuenta ſunt; pro XX. deberi pecuniam verius eſt.

CXXIX. [i] Si in modo plus inueniatur, in qualitate minùs, vel cõtrà, lucrum cum damno compenſatur: & ſi quid deeſt emptori, hoc ei rependitur. Similiter ſi duo fundi vno pretio væneant, & in altero plus, in altero minus inneniatur.

CXXX. [k] Quod venditur, in modum agri cedere debet, niſi actum eſt ne cederet. At quod non vænit, in modum cedendum eſt, ſi id ipſum actum eſt vt cederet: veluti viæ publicæ, limites, [l] littora quæ fundo vendito coniuncta ſunt, quæ iure gentium omnibus vacant. Cùm verò neutrum dictum eſt, cedere non debent. [m] Quódque accedit publici fundo vendito, non prodeſt venditori ad ſupplendum agri quem dixit modum. [n] Et ideò nominatim caueri ſolet vt viæ, littora & loca publica quæ in fundo ſunt, tota in modum cedant.

CXXXI. [o] Sed cùm maior, minórve modus reperitur, vt compendium, aut detrimentum ad emptorem aut venditorem ſpectare dicamus, refert quo modo venditio facta ſit. Nam ſi fundi venditio incipit à ſpecie, & in eam pretium conſtituatur; puta, ſi fundus Tuſculanus vnico pretio væneat, qui decem iugera cõtinere dicatur; [p] quod de iuge- A ribus adiicitur, demonſtrationis cauſa factum videtur, non vt tot præſtet venditor; aut ſi maior quantitas reperiatur, ad eum quod amplius eſt, pertineat. [q] Sed ſi pretium formatur à menſura, & ab ea contractus incipit, & in ſingula iugera pretium conſtituatur, veluti, vendo tibi decem iugera in agro Tuſculano, XX. vnumqoodque aureis; quod amplius reperietur, commodo venditoris cedet: B quod minus, ad eius detrimentum pertinebit.

CXXXII. [r] Qui lacum vendit, alueum vendit qui tunc fuit cùm venderetur, etiamſi poſtea lacus exaruerit. Aqua verò tota vtetur emptor, etiamſi lacus quandoque creuerit.

CXXXIII. [ſ] Venditor, ſi cùm ſciret deberi ſeruitutem, celauit, non euadet ex empto actionem, ſi modò eam rem emptor i- C gnorauit. Omnia enim quæ contra bonam fidem fiunt, veniunt in hoc iudicium. Sed ſcire venditorem & celare ſic accipimus, non ſolùm ſi non admonuit, ſed & ſi negauit ſeruitutem iſtam deberi, cùm eſſet ab eo quæſitum.

CXXXIV. [t] [u] Si quis ſic exceperit [Seruitutes ſi quæ debentur, debebuntur] Iuris authores reſponderunt; ſi certus venditor quibuſdam perſonis certis certas ſeruitutes de- D beri, non admonuiſſet emptorem, ex empto teneri eum debere: quando hæc generalis exceptio non ad ea pertinere debeat quæ venditor nouit, quæque ſpecialiter excipere potuit & debuit, ſed ad ea quæ ignorauit, & de quibus emptorem certiorare nequiuit. [u] Sed & ſi id egit ne cognoſceret emptor aliquam ſeruitutem deberi, ex empto tenetur. Et generaliter dixerimus, ſi circumueniendi em- E ptoris cauſâ, vel improbato more verſatus eſt in celanda ſeruitute, vel in conſimili ſpecie fecerit, ex empto actione teneri: non ſi ſecuritati ſuæ proſpectum voluit. Hæc ita vera ſunt, ſi emptor ignorauit ſeruitutem: quia non videtur eſſe celatus qui ſcit: nec certiorari debuit qui non ignorauit.

CXXXV. [x] Cùm in lege venditionis ita ſit ſcriptum, [Flumina, ſtillicidia vti nunc ſunt, vt ita ſint,] nec adiicitur quæ flumina, F vel ſtillicidia, primùm ſpectari oportet quid actum ſit. Si non appareat, tunc id accipitur quod venditori nocet. Ambigua enim oratio eſt. [z] Obſcuritas autem pacti nocere potiùs debet, venditori qui id dixerit, quàm emptori: quia potuit re integra apertiùs dicere.

CXXXVI. [a] Dolum malum à ſe abeſſe præſtare venditor debet: qui non tantùm in eo eſt qui fallendi cauſâ obſcurè loquitur: ſed etiam qui obſcurè diſſimulat. [b] At ſi dolo G malo aliquid fecit venditor in re vendita, ex empto eo nomine actio emptori competit: [c] omniáque quæ contra bonam fidem fiunt, vt & ſuprà dictum eſt, veniunt in empti actionem.

CXXXVII. [d] Ferè aliqui ſolent hęc verba adiicere, [Dolus malus à venditore abe-

a l. ſi per emptorem. ibid.
b l. 2. §. vlt. ibi.
c l. ſi factum, ibid.
d l. ſi ſeruum, §. vlt. ibid.
e l. ſi in qualitate. d. t. & d. §. vlt.
f l. tenetur. eo. tit.
g h l. ſi duorum. ibid.
i d. l. ſi duorum.
k l. id quod poſt emptionem. §. vlt. D de peric. & com. rei vend.
l l. littora. D. de contr. empt.
m l. ea quæ. §. quædam d. t.
n d. §. vlt.
o Io. Andreas in addit. ad Spec. h. t. cap. 1. Bald. in rubr. d. t. Cod. quæſt. 27. Oldradus conſ. 232. Panor. in cap. per tuas. de dona. arg. l. Falſa. D. de cod. & dem. Paul. Caſtr. in l. ſi ſeruum. §. vlt. D. de act. empt. fa. l. vlt. §. vlt. D. ad l. Rhod. de iactu.
p arg. l. ſi diuortio. D. de verb. oblig. & l. hac venditio. D. de cõtr. empt. & l. ſi quis in teſtamento. §. 1. D. de lega. 1.
q l. qui fundũ. §. qui agrum. D. d. t. de contr. empt. & l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque. D. de lega. 1. l. his verbis. §. ſ. pater. D. de lega. 3. l. demonſtratio. D. de condit. & dem. l. 1. C. de falſa cauſ. adiect.
r Franciſ. Connanus lib. 7. comm. cap. 7. l. Rutilia Polla. D. de contr. empt.
ſ l. 1. §. 1. D. d. t. de act. empt. l. in vendendo. D. d. t. de cõtr. empt.
t u l. quæro. D. d. tit. de act. empt.
x l. cùm in lege. D. d. tit. de contr. empt.
z l. Labeo. ibid. generaliter in contractibus interpretatio contra eum fieri debet, pro quo ſermo prolatus eſt: interdũ pro emptore contra vẽditorem. d. l. cùm in lege l. veteribus. D. de pact. l. ſi arborem. §. vlt. D. de ſeru. vrb. præd. interdũ pro venditore cõtra emptorẽ l. ſi in emptione. D. de cõt. empt. arg. quid ei qui dicit, probatio incũbit. l. actor. C. de prob. & ſi probatio non cõcludat, vel dubia ſit probanti, nocet gl. in e. in præſentia. de prob. l. ſub hoc. C. vnde leg. Petr. Coſtalius in d. l. veteribus.
a l. ea quæ commendãds. D. d. t. de cõtr. empt.
b l. tenetur. §. ſi dolo malo D. d. t. de act. empt.
c l. nec emptio. D. d. t. de contr. empt.
c l. 1. §. 1. D. d. t. de act. empt.
d l. ſi cùm fundum. D. d. t. de contr. empt.

rit.] Quæ etſi adiecta non ſunt, abeſſe tamen dolus debet. Nec videtur abeſſe, ſi per eum factum eſt, aut fiet, quo minus fundum emptor poſſideat.

CXXXVIII. [e] Si quis in vendendo prędio confinem celauerit, quem emptor ſi audiſſet, empturus non eſſet, teneri venditorem dicimus.

CXXXIX. [f] Si prædij venditor non dicat de tributo ſciens, tenetur ex empto. Quòd ſi ignorans non prædixerit, quòd fortè hæreditarium prædium erat, non tenetur.

CXL. [g] Qui per colluſionem imaginarium colonum circũueniendi emptoris cauſâ ſupponit, ex empto tenetur: nec defenditur, ſi, quò faciliùs excogitata fraus occultetur, colonum & quinquennij penſiones in ſua fide recipiat.

CXLI. [h] Si ſciens alienam rem mihi ignoranti vendideris, etiam priùs quàm euincatur, vtiliter me ex empto acturum conſtat in id quod mea intereſt, meam eſſe factam. Quamuis enim alioqui verum ſit, venditorem hactenus teneri, vt rē emptori habere liceat, non etiam vt eius faciat: quia tamen dolum malum abeſſe, præſtare debeat, teneri eum qui ſciens non ſuam, ignoranti vendiderit, nulla dubitatio eſt.

CXLII. [i] Si mihi ſciens alienam aream vendideris, & in ea ego ædificauero, atque ita eam dominus euincat: quamuis poſſum petentem, niſi impenſam ædificiorum ſoluat, doli mali exceptione ſubmouere, magis eſt, vt ea res ad periculum venditoris quoque pertineat.

CXLIII. [k] Si fundum mihi alienum vendideris, & is ex cauſâ lucratiua meus factus ſit, nihilominus ex empto mihi aduerſus te actio competit.

CXLIV. [l] Si interpola quis pro nouis emerit, ita emptori præſtandum quod intereſt, ſi ignorans interpola emerit. Et ſiquidem ignorabat venditor, ipſius rei nomine tenebitur: ſi ſciebat, etiam damni quod ex eo contigit.

CXLV. [m] Si vas aliquod mihi vendideris, & dixeris certam menſuram capere, vel certum pondus habere, ex empto tecum agam, ſi minus præſtes. * Quod ſi integrum eum non præſtes, etiam quod eo nomine perdiderim præſtabis mihi, ſi affirmaueris integrũ, dolóque non careas: * alioqui quanto minoris teneberis.

CXLVI. [n] Ex iis prædiis quæ mercatus es, ſi aliqua à venditore obligata & necdum tibi tradita ſunt, ex empto actione conſequeris vt ea à creditore liberentur.

CXLVII. [o] Alienatio cùm fit, cum ſua cauſa dominium ad alium transferimus, quæ eſſet futura, ſi apud nos ea res manſiſſet: idque toto iure ciuili ita ſe habet, præterquàm ſi aliquid nominatim ſit conſtitutum.

CXLVIII. [p] Non tantùm iura rei emptori veniunt: ſed etiam res cæteræ quæ rei emptæ pars ſunt quodammodo & acceſſio: ſiue quòd ei coniunctæ ſint & annexæ: ſiue quòd ad eius vſum perpetuum deſtinatæ.

CXLIX. [q] Fructus fœtúſque pecorum poſt perfectum iure contractum ad emptorem ſpectant, ſicut & functionum onus.

CL. [r] Si fructibus iam maturis ager diſtractus ſit, etiam fructus emptori cedere, niſi aliud conuenit, exploratum eſt. * Sed ſi locatus ager fuit, penſiones vtique ei cedent qui locauerat, ſi fructus percepti ſint, licèt ſoluendi dies nondum venerit. * Quod ad fructus eos qui ciuiles dicuntur attinet, qui quotidie cedere intelliguntur, cuiuſmodi ſunt penſiones domus, vſque ad id tempus debentur venditori quo res vēdita eſt: poſterioris, emptori.

CLI. [ſ] Sylua cædua in quinquennium venierat, quæritur cùm glans deciderit, vtrius erit. Primùm id ſequendum erit quod apparebit actum eſſe. Quod ſi in obſcuro ſit, vt quæque glans ex his arboribus quæ cæſę non erunt, ceciderit, venditoris erit. Ea autem quę in arboribus erit, eo tempore cùm hæ cæderentur, emptoris.

CLII. [t] Fundo vēdito vel legato ſtramēta emptoris & legatarij ſunt; ligna autem venditoris, vel hæredis: quia non ſunt fundi, tametſi ad eum parata ſunt. In ſterquilinio diſtinctio hæc probanda eſt, vt ſiquidem ſtercorandi agri cauſâ comparatum ſit, emptorem ſequatur; ſi vendidi, venditorem: niſi quid aliud eſt actum, nec intereſt in ſtabulo iaceat, an aceruus.

CLIII. [u] Id quod poſt emptionem fundo acceſſit per alluuionem, vel periit, ad emptoris commodum incommodúmve pertinet. Nam vt ſi totus ager poſt emptionē flumine occupatus ſit, periculum eſſet emptoris; ſic igitur & commodum eius eſſe debet.

CLIV. [x] Pali qui vineæ cauſa parati ſunt, antequam collocentur, fundi non ſunt: ſed qui exempti ſunt hac mente vt iterum collocentur fundi ſunt.

CLV. [z] Fundi nihil aliud eſt, niſi quod intra ſe tenet. Ædium autem nulla quæ ædibus affixa non ſunt, ignorari non oportet: vt puta ſeras, claues, clauſtra, multa etiam defoſſa eſſe: neq; tamen fundi vel villæ haberi: vt puta vaſa vinaria, torcularia, [a] quæ ſunt exemptilia: cuius generis ſunt quæ omphacio exprimendo apud nos fiunt: quoniam hæc inſtrumenti magis ſunt, [b] niſi hæc perpetui vſus cauſâ parata ſint. Sed vinum & fructus perceptos villæ non eſſe conſtat.

CLVI. [c] Ædibus diſtractis, vel legatis ea eſſe ædium ſolemus dicere, quæ quaſi pars ædiũ, vel propter ædes habētur: vt puta putealia, id eſt quo puteus operitur, funes, labra, ſaliētes. Fiſtulæ quoq; quæ ſalientibus iunguntur, quamuis longè excurrant extra ædificiũ, ædium ſunt. Itē canales. [d] Caſtella quoq; plũbea, putealia, epiſtomia fiſtulis applumbata, aut quæ terra continentur, quamuis non ſunt affixa, ędium eſſe conſtat. Item conſtat ſigilla, columnas quoque & perſonas, è quorum roſtris aqua ſalire ſolet, villæ eſſe: [e] Rota per quam aqua traheretur, nihilo minus ædificij eſt, quàm ſitula.

e l. quod ſæpe. §. vlt. d. t.

f l. ſi ſterilis. §. ſi prædij. D. d. t. de act. empt.

g l. qui per colluſionem. eo. t.

h l. ſeruus. §. vlt. D. de action. empt. l. ſi ſciens. C. de euict.

i l. idque Iulianum. D. d. t. de act. empt. ſ. d. l. euicta. 2. D. de euict. l. venditores D. de ver. oblig. l. adeo. §. ex diuerſo. D. de acq. rer. dom. l. ſi is. C. de ædif. priu.

k l. Iulianus. §. ſi fundum. D. de actio empt.

l l. Labeo. D. de contr. empt.

m l. tenetur §. ſi vas. D. d. tit. de act. empt.

* Idem l. Iulianus in prin. & d. l. tenetur. in prin. l. ſed addes. §. ſi vinum. D. loca.

* l. cùm venderes. D. de contr. empt. & d. l. Iulianus Petr. Coſtalius in d. §. vas.

n l. ex iis prædiis C. de euict. l. [illegible]. D. de pig. act. arg. l. inſpectus. D. de inſp. tuto. l. 5. D. de compenſ. l. 1. C quando liceat vnic. ſine iud.

o l. alienatio. D d. t. de contr. empt.

p Franciſ. Connanus lib. 7. com. iur. ciuil. cap. 7.

q l. fructus. l. curabit. l. poſt perfectam. C. de act. empt. l. vlt. § fructus D. quæ in fraud. credit. l. 1. C. de peric. & com. rei vend. l. Iulianus §. ſi fructibus. D. de act. empt.

r l. Iulianus. §. ſi fructibus. D de act. empt. l. fructus pendentes. D. de rei vēd. l. fundi. §. ſed & vinum. D. d. t. de act. empt.

* Bald. in l. 1. col. 2. vbi quæro quid ſi. C. de vſur. & fru. leg. per l. ſi nauis. D de rei vend. & l. defuncta D de vſufr. vbi Petr. Coſta. & in d. § ſi fructibus.

* d. l. ſi nauis. arg. l. ſed & ſi quis ſtipuletur §. ſi operas. & l. ſi operas. D. de vſufr. & d. l. defuncta. quod autem de penſionibus domus in d. § ſi fructibus, traditur eas cedere venditori, ſiue locatori, vt el ligendum de iis quæ fructuũ perceptorũ ante venditionē nomine debebãtur, quorũ ſoluendorum nondũ dies venerat, Petr. Coſtalius in d. §.

ſ l. cùm manu ſata. d. tit. de contr. empt.

t l. fundi. d. t.

u l. id quod poſt emptionem. D. de peric. & com. rei vend.

x d. l. fundi. §. pali.

z d. l. in prin.

a Franciſ. Connanus lib. 7. comm. cap. 9.

b Alber. Bar. Bald. & Paul.

c l. Iulianus. §. vlt. & ll. ſeqq. D. d. t.

d d. l. fundi.

e l. qui fundum. §. vlt. D. de contr. empt.

CLVII. [f] Ea

CLVII. [f] Ea quæ ex ædificio detracta ſunt, vt reponantur, ædificij ſunt. At quæ parata ſunt vt imponantur, non ſunt ædificij.

CLVIII. [g] Dolia in horreis defoſſa, ſi non ſint nominatim in venditione excepta, horreorum venditioni acceſſiſſe videbuntur.

CLIX. [h] Generaliter dicendum eſt, ea quæ perpetui vſus causâ in ædificiis ſunt, ædificij eſſe: quæ verò ad præſens, non eſſe ædificij: vt puta fiſtulæ temporis cauſa poſitæ, non ſunt ædium: verumtamen ſi perpetuò fuerint poſitæ, ædium ſunt.

CLX. [i] Si aquæductus debeatur prędio, ius aquæductus tranſit in emptorem, etiáſi nihil dictum ſit: ſicut & ipſæ fiſtulæ per quas aqua ducitur, licèt extra ædes ſint. Et quanquã ius aquæ non ſequatur quod amiſſum eſt, attamen fiſtulæ, & canales eá ſubſequuntur, & quaſi pars ædium ad emptorem perueniunt.

CLXI. Hæc etiam emptioni accedunt, ſine quibus vti re vendita emptor non poſſet, vt puta, [k] In lege fundi aquam acceſſuram dixit; quærebatur an etiam iter aquæ acceſſiſſet. Reſponſum eſt, videri id actum eſſe, & ideo iter quoque venditorem tradere oportere. * Ex quo dicendum eſt, ſi iugerum agri mei tibi vendiderim, quo non poſſis niſi per agrũ meum accedere, videri tibi ius itineris & viæ & actus per fundum meum vænisse; denique viam eiuſmodi, quę vtendo fruendo illo iugero neceſſaria eſt.

CLXII. [l] Non refert quanti ſit acceſſio, ſiue plus in ea ſit quàm in ipſa re cui accedit, ſiue minus. Plerunque enim res aliquando propter acceſſiones emimus, ſicuti cùm domus propter marmora & ſtatuas, & tabulas pictas emitur.

CLXIII. [m] Si quis cùm fundum venderet, dolia centum quæ in fundo eſſe affirmabat, acceſſura dixiſſet, quamuis ibi dolium nullũ fuiſſet, tamen dolia emptori debebit.

CLXIV. [n] Fiſtulas emptori acceſſuras in lege dictum erat: quærebatur an caſtellum ex quo fiſtulis aqua duceretur, accederet. Reſponſum eſt, apparere id actum eſſe, vt id quoque accederet, licèt ſcripturâ non contineretur.

CLXV. [o] Quicquid venditor acceſſurũ dixerit, id integrum ac ſanum tradi oportet: veluti ſi in fundo dolia acceſſura dixit, non quaſſa, ſed integra dare debet.

CLXVI. [p] Sed ſi dolia LXXX. accedere fundo, quę in fundo eſſent, dictũ erit; & plura erunt quàm ad eum numerum, dabit emptori ex omnibus quę vult, dummodò integra det. ſi ſola LXXX. ſint, qualiacunque ſint emptorem ſequẽtur: nec pro nõ integris quicquam venditor præſtabit.

CLXVII. [q] Si cùm fundũ venderes, in lege dixiſſes id emptori acceſſurum quod mercedis nomine à conductore exegiſſes, exiſtimãdũ te in exigendo non ſolùm bonam fidem, ſed etiam diligẽtiam præſtare debere: id eſt, non ſolùm vt à te dolus malus abſit, ſed etiam vt culpa.

f d.l.fundi.
g l.dolia.D.d.de contr. em. De dolus ferrando frumento accommodatis, qualia ſunt in Gallia Narbonenſi, quæ in foſſis & lacubus ſubterraneis conduntur ſic, vt eruis inde poſſint, intelligendus hic verſus. Fran.Con. li.7. Com.c.7.
h d.t.l.fundi.
i l ſi aquæductus. & 2. ll. ſeqq. d. t. de act. empt.
k l.qui fundũ. § in lege. ibid.
* Fa. ad hanc rem. l.qui pendentem. in f. D. de cont.em. & quæ ibi annotat Petrus Coſtalius. & in l. Gaurus Marcello. D. de ſeru. vrb. præd.
l l.ſi in emptione.d.t. de act. empt. D.
m l.ſi quis cùm fundum.d.t.
n l. fiſtulas. D.de cont. em.
o l. quicquid venditor. D.d.t. de actio.emp.
p l.ſi ſeruus.§. vlt.d.t.l.Comprehẽſum erat. D. de cont.em.
q l.ſi cùm fundum d t.

A CLXVIII. [r] Agi ex empto poteſt vt venditor inſtrumenta fundi exhibeat [s] quò deſcribantur: vtque fines fundi oſtendat: [t] ipſa verò inſtrumenta tradere non compellitur.

Secunda pars capitis decimi tertij.

De ædilitiis actionibus.

B

Particula prima d. ſecundæ partis.

Quibus ex cauſis ædilitiæ actiones competant.

CLXIX. [u] Ædiles aiunt: Qui iumenta vendunt, palàm rectè dicunto quod in vnoquoque eorum morbi vitiive ſit: vtique optimè ornata vendendi causâ fuerint, ita emptoribus tradũtor; ſi quid C ita factum non erit, de ornamentis reſtituendis, iumentiſve ornamentorum nomine redhibendis in diebus LX: morbi autem, vitiive causâ inemptis faciendis in VI. menſibus: [x] vel quanto minoris cùm vænirent fuerint, in anno iudicium dabimus. [z] Si iumenta paria ſimul vęnierint, & alterum in ea cauſa fuerit vt redhiberi debeat, iudicium dabimus vt vtrumque redhibeatur. Quæ de iumentorum ſanitate diximus, de cætero quoque pecore venditores faciunto.

D CLXX. [a] Animalium venditor cauere debet ea ſana præſtari. Et qui iumenta vendit, ſolet ita promittere, [Eſſe, bibere vt oportet.]

CLXXI. [b] Si emptor ſuſpicionem concipiat ex indiciis non ita manifeſtis de morbo aut vitio, tunc agitur vt venditor ſe promittat, aut etiam caueat idoneè eo nomine.

CLXXII. [c] Non tantùm ob morbum, E vitiúmve redhibitio locum habebit, verùm etiam ſi contrà dictum, promiſſúmve ſit, erit redhibitioni locus.

CLXXIII. [d] Morbus ſic definitur, habitus cuiuſque corporis contra naturam, qui vſum eius ad id faciat deteriorem, cuius causâ natura nobis eius corporis ſanitatem dedit. Id autem aliâs in toto corpore, aliâs in parte accidit.

CLXXIV. [e] Non ad perpetuos morbos, F verùm ad temporarios quoque edictum hoc pertinet.

CLXXV. [f] Ea iumenta quæ ſinè cauſa turbantur, & ſemetipſa eripiunt, vitioſa eſſe dicuntur.

CLXXVI. [g] Bouem qui cornu petit, vitioſum eſſe plerique dicunt.

CLXXVII. [h] Leue vitium, leuíſve morbus redhibitioni locum non dabit.

G

r l.Titius hæres. l.Creditor fundũ. in prin. l. D. de actio. empt. l. Inſtrumenta. vbi glo. & DD. C.de fidei.l.vl. C.de bon.auth. iud. poſſid. l. Cætera. D. fa. erciſ. Iaſon in l. quoties. n. 46. C.de rei vend. Ange. & Imo. in c. vlt. h. t. Bald. in l.1. in fi. per illũ text. C. Creditor euict. pign. non debet. & in c. Vaſſallus ſi feudum. in fi.t. ſi de feud. defun.contr. ſit inter dom. & agn. vaſſ. in vſib. feud. Imola in c. 6. perpetuus. de fid. inſtr. Bart. & DD. in l. 1. D de eden.
ſ Bart. in d.l. Titius.
t l.Inſtrumenta. C. de fideicom. Bart. in l. quæſitum. §. Papinia. quoque. D. de fundo inſtr. hoc pertinet l. & creditor. D.de act. empt. Iudicio curiæ Pari. facto 14. Cal. Dec. 1550. relato à Petro Coſtalio in l. Titius 2. D. de act. empt. Bart. in d. §. Papin. Fa. ad hoc iudicium eiuſd. Curiæ Pariſ. diei 24. May 1515. quo ſtatuitur, inſtrumenta penes proprietarium eſſe debere, non fructuarium. arg. l. vlt. D.de fid. Inſtr.
u l. Ædiles aiunt. D.de ædil edict.
x Idem l.Cùm ſex menſes. d t. & l.2. C de ædil. edict. Dicẽdum autem, Quantò minoris, non quanti minoris, vt vulgatus error habet. Io Oldendorp. in claſſib. de ædil. actio in præfat.
z Idem l.cùm eiuſdem. & l.Plerunque. D. d.t. de ad edict.
a l.1.§. redhibitionem D. de act. empt.
b Io.Oldendorp. tit. de ædil actionib in Claſſib.
c d. l. Ædiles aiunt. § non tantùm.
d l.1.§. ſed ſciendum.
e l.Pomponius d.t.
f l.Bonam. d.t.
g d.l.
h Io. Oldendorp. d.t. d.l. Pompo.

CLXXVIII. [i] Cùm de probatione aut qualitate morborum & vitiorum quæritur, in his iudiciis ſemper reſpicienda eſt vulgaris opinio, & conſuetudo regionis.

CLXXIX. [k] Emptor, animal ante venditionem vitioſum aut morboſum fuiſſe probare debet.[l] Ac peritorum ad eam rem indicium adhiberi debet, [m] non vnius tantùm, ſed ſaltem duorum.

CLXXX. [n] Si bos intra triduum à venditione moriatur, cuius iecur marcidum reperiatur, magis eſt vt redhibitoria agere emptor poſſit.

CLXXXI. [o] Venditor, tametſi pactus ſit cum emptore, ne de vllo vitio aut morbo teneatur, vtique tamen conueniri poteſt de eo quod ſciuerit, niſi in ſpecie pronuntiaſſet morbum aut vitium.

CLXXXII. [p] Si quis, cùm ignoraret, aſſeuerauerit ſanum animal eſſe quod morboſum eſſet, vel integrum tignum quod vitioſum fuerit, cōtra eum iudicabitur, ac ſi morbum, vitiúmque ſciſſet: Non enim debuit facilè quæ ignorabat aſſeuerare.

CLXXXIII. [q] Si quis vitium animalis ſciens, emerit, & ſtipulatus fuerit ſine vitio eſſe, deinde agat ex ſtipulatu, non eſt exceptione repellendus: quoniā hoc ſciuit, quamuis ex empto actionem nō haberet: ſed ſi non conueniſſet, exceptione repelleretur.

CLXXXIV. [r] Inter eum qui ſciens, quid, aut ignorans vendidit, multùm intereſt. Qui enim pecus morboſum aut tignum vitioſum vendidit, ſi quidem ignorans fecit, id tantùm ex empto actione præſtabit, quanto minoris eſſet empturus ſi ita ſciſſet. Si verò ſciens reticuit, & emptorē decepit, omnia detrimenta quæ ex ea emptione emptor traxerit, præſtāda erūt. Siue igitur ędes vitio tigni corruerūt, ædium æſtimationem præſtabit: ſiue pecora contagione morboſi pecoris perierunt, quod interfuit idoneè væniſſe, erit præſtandum.

CLXXXV. [ſ] Etiam poſt mortem iumenti ædilitiæ actiones manent.

CLXXXVI. [t] In redhibitoria vel æſtimatoria actione poteſt dubitari, an qui alienum iumentum vendidit, ob euictionē & propter morbum fortè teneri poſſit. Nam poteſt dici nihil intereſſe emptoris ſanū eſſe quod euictū eſt. Sed interfuit emptoris ſuū poſſediſſe propter vſum, neq; ex poſt facto deficit obligatio. Statim enim vt iumētum traditum eſt, cōmittitur ſtipulatio quāti intereſt emptoris.

CLXXXVII. [u] Si venditor nominatim exceperit de aliquo morbo, & de cætero ſanū eſſe dixerit, aut promiſerit, ſtandum eſt eo quod conuenit. Remittentibus enim actiones ſuas non eſt regreſſus dandus.

CLXXXVIII. [x] Tamen ſi ſciens venditor conſultò morbum reticuit, de dolo dari replicationem placet.

CLXXXIX. [z] Si intelligatur vitiū, morbúſve animalis (vt plerumq; ſignis quibuſdā demōſtrari ſolēt vitia) poteſt dici edictū ceſſare. Hoc enim tātùm intuēdū eſt, ne emptor decipiatur. Et [a] ſi nominatim morbus exceptus

i Oldendorp. præd. loco. l. ſciēdū tamē. §. illud ſciendū. l. quòd ſi nolit. §. reſtitui. D. d. t.
k l. quæro §. vlt. d. t. l. 2. D. de proba.
l arg. l. ſemel. C. de re milit. l. 1. in prin. D. de vent. inſp. l. Septimo mēſe. D. de ſtatu ho.
m arg. d. l. Semel, pond. rat. de verb. medicis. l. vbi numerus. D. de teſtib. l. iuriſiurādi. C. eo. t.
n Io. Andreas in Addit. ad Specul. h. t. arg. d. l. quòd ſi nolit. §. ſi mancipium. & l. ſi hominem. D. d. t. de æd. ed. & l. vlt. D. ad munic. & l. 2. D. de aqua quot. & æſt.
o Io. Oldendorp in Claſſ. d. t. de empt. & vend. l. 1. §. 1. D. de act. empt. l. hoc autem. D. de hæred. vel act. vend. Angel. in l. ſi quis cum altero. D. de verb. oblig. Io. Andreas hoc t. §. nūc videndum. verſ. quod ſi venditor.
p l. Iulianus. D. d. t. de act. empt.
q l. apud Celſum §. itē Labeo. D. de dolo malo & met. except.
r l. Iulianus. l. Tenetur. §. ſi autem vas. D. d. t. de act. em.
ſ l. ſi hominem & ſeq. D. de Aed. ed.
t l. vnſ[illegible]. §. in redhibitoriam. d. t.
u l. quæritur. §. ſi venditor. d. t.
x d. l.
z l. ſi tamen. §. in addit. in act. d. t. l. apud Celſum §. itē Labeo. D. de dolo malo, & met. exc. l. 1. §. ſi intelligatur. D. d. t. de ædil. edict.
a l. quæritur. §. ſi venditor d. t.

A nō ſit, talis tamē morbus ſit qui omnibus potuerit apparere; vt puta, ſi cæcū iumentū væniebat, aut qui cicatricē euidentē & periculoſā habebat vel in capite, vel alia parte corporis, perinde eius nomine venditor non tenebitur, ac ſi nominatim morbus exceptus fuiſſet. Ad eos enim morbos, vitiáq; pertinere edictum ædilium probandum eſt, quæ quis ignorauit, vel ignorare potuit.

B CXC. [b] Si poſt venditionem vitium morbúſve acciderit, ædilitiæ actiones ceſſant.

b l. Actionem. d. t. l. ſi apud priorem. C. eo. t.

Secunda particula d. ſecundæ partis d. capitis tertij.

De quibus rebus competant ædilitiæ actiones, vel non.

C CXCI. [c] REdhibitoria, æſtimatoriáq; actio cōpetunt de rebus mobilibus, & immobilibus: [d] itémq; de animatis, aut inanimatis: veluti de carne morboſi animalis: de piſcibus fœtidis: de herbis peſtiferis: de pane, vinóve corrupto. Itē de libris mendoſis, aut imperfectis. [e] [f] In fundo etiā vendito redhibitionē procedere nequaquā incertum eſt: veluti ſi peſtilēs fundus diſtractus ſit; nam redhibendus erit. D In domo ſimiliter ſi aërem aut fœtorem intrò pernicioſum habeat.

CXCII. [g] Quod emptioni accedit, partem eſſe venditionis prudentibus viſū eſt. Proinde iuſta cauſa eſt, vt quod in venditione acceſſurum dictū eſt, tam integrum pręſtetur, quàm illud præſtari debuit quod vænit. Nam iure ciuili, vt integra ſint quæ acceſſura dictū eſt, ex empto actio eſt: veluti ſi dolia fundo acceſſura dicta fuerint.

E CXCIII. [h] Ad res donatas edictum ędilium curulium non pertinet.

CXCIV. [i] Si plures res eiuſdem generis ſimul vęneunt, veluti mulæ, aut boues; ſi in vniuerſa animalia pretium ſit conſtitutum, vniuerſa redhibentur ob vnius morbum aut vitium. Contrarium obſeruatur ſi in ſingula pretium ſtatutum ſit: niſi manifeſtum ſit nōniſi omnia quem empturum vel venditurum fuiſſe: vt ſi quadrigæ vęnierint, vel mulæ pares, F vel iuga boum: in qua re tam emptori quàm venditori conſulitur, dum iumenta non ſeparantur.

c Azo in t. de Aedil. edict. l. 1. D. eo. t.
d Idem l. ſi tamen. § non ſolum d. t.
e f l. etiam. d. t.
g l. quòd ſi nolit. §. vlt. d. t.
h l. ad res donatas. ibid.
i l. Cùm eiuſdē. ibid.

Tertia particula d. ſecundæ partis capitis tertij.

Intra quod tempus redhibitoria vel æſtimatoria agi poſſit.

G CXCV. [k] TEmpus redhibitionis ſex mēſes vtiles habet. Si autem iumentum non redhibeatur, ſed quanto minoris agatur, annus vtilis eſt. Sed tempus redhibitionis ex die venditionis currit. At ſi dictum promiſſúmve quid eſt, ex eo ex quo dictum, promiſſúmve eſt.

k l. ſciendum. §. vlt. d. t.

CXCVI. Quin

CXCVI. [l]Quin tamen breuius longiúſve tempus redhibitioni conſtituere contrahentes poſſint, vel etiam in perpetuum, nulla dubitatio eſt.

l l. quòd ſi nolit. §. ſi ita. d. t.

CXCVII. [m]Nun nocebit emptori ſi ſex menſium exceptione redhibitoria excluſus, velit intra annum æſtimatoria agere.

m l. ſi tamen. ibid.

CXCVIII. [n]Si mora fuit per venditorem, aut non fuit præſens cui redderetur, aut alia iuſta cauſa interceſſit cur intra diem redhibitum non ſit, emptori ſuccurritur.

n d. l.

CXCIX. [o]Si quid ita væniérit, vt niſi placuerit, intra præfinitum diem redhibeatur, ea conuentio rata habetur. Si autem de tempore non conuenerit, in factum actio intra LX. dies vtiles accommodatur emptori ad redhibendum. vltra, non. Si verò conuenerit vt in perpetuum redhibitio fiat, & hæc conuentio valet. Quòd ſi tempus LX. dierum præfinitum redhibitioni præterierit, cauſa cognita iudicium dabitur. In cauſæ autem cognitione verſabitur quod ſuperiore verſu relatum eſt.

o d. §. ſi quid ita.

Quarta particula d. ſecundæ partis d. capitis tertij.

Quomodo redhibitio fiat.

CC. [p]REdhibere, eſt facere vt rurſus habeat venditor quod habuerit: Et quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio eſt appellata quaſi redditio. [q]Facta autem redhibitione omnia in integrum reſtituũtur, perinde ac ſi neque emptio neque venditio interceſſiſſet.

p l. Redhibere. d. t.

q l. facta. l. Cùm autem. §. Iulianus. d. t.

CCI. [r]Cùm redhibitio fit, fructus & partus animalis reddi debent.

r d. l. Redhibere.

CCII. [ſ]Cùm redhibitio fit, ſi deterius animal factum ſit, præſtabit emptor venditori: ídque arbitrio iudicis æſtimatur, & venditori præſtatur.

ſ l. cùm redhibitio. d. t.

CCIII. [t]Debet autem emptor recipere pecuniam quam dedit pro iumento; vel ſi quid acceſſionis nomine dederit. Dari autem non id ſolùm accipimus quod numeratur venditori, vt puta, pretium & vſuras eius, ſed & ſi quid emptionis cauſa erogatum eſt. Hoc autem ita demum deducitur, ſi ex voluntate venditoris datur. Cæterùm ſi quid ſua ſponte datum eſſe proponatur, non imputatur. Neque enim debet quod quis ſuo arbitrio dedit à venditore exigere. Quid ergo ſi vectigalis nomine datum eſt quod emptorem fortè ſequeretur? Dicemus hoc quoque reſtituendũ. Indemnis enim emptor diſcedere debet.

t l. debet autẽ. d. t.

CCIV. [u]Si vno pretio plura armenta emiſti, & de vno agere velis, æſtimatio armentorum perinde fieri debet atque fieret in æſtimatione bonitatis agri, cùm ob euictam partem fundi ageretur. Quòd ſi ſingulorum armentorum conſtituto pretio vniuerſa tanti vænierint, quantum ex conſummatione ſingulorum fiebat, tunc cuiuſque armenti pretium, ſeu pluris ſeu minoris id eſt, conſequi debebis.

u l. Labeo. ibid.

CCV. [x]Quoties de ſeruitute agitur, victus tantùm debet præſtare, quanto minoris emiſſet emptor ſi ſciſſet hanc ſeruitutem impoſitam.

x l. quoties. d. t.

CCVI. [z]Aliquando etiam redhiberi iumentũ debebit, licèt æſtimatoria, id eſt quanto minoris agamus. Nam ſi adeò nullius ſit pretij, vt ne expediat quidem tale iumentum habere domino, veluti ſi furioſum ſit, licèt æſtimatoria actum fuerit, officio tamen iudicis continebitur, vt reddito iumento pretium reſtituatur.

z l. Bouem. §. Aliquando. d. t. Ludou. Romanus ſing. 648.

CCVII. [a]Cùm *redhibitoria actione de ſanitate agitur, permittendum eſt de vno vitio agere: & prædicere, vt ſi quid aliud poſtea apparuiſſet, de eo iterum ageretur.

a l. ſi tamen §. vlt. d. t.
* hic accipitur pro æſtimatoria.

Quinta particula dictæ ſecundæ partis dicti capitis tertij.

In quem & cui competant ædilitiæ actiones.

CCVIII. [b]PRoponitur actio ex hoc edicto, in eum cuius maxima pars in venditione fuit: quia plerunque vænatiarij ita ſocietatem coeunt, vt quicquid agunt, in commune videantur agere. Æquum enim ædilibus viſum eſt, vel in vnũ ex his, cuius maior pars, aut nulla parte minor eſſet, ædilitias actiones competere, ne cogeretur emptor cum multis litigare: quamuis actio ex empto cum ſingulis ſit pro portione qua ſocij fuerunt.

b l. ſi ſubſiſtit. §. 1. d. t.

CCIX. [c]Ædilitiæ actiones & hæredi & in hæredem competunt.

c d. l. ſi tamen. §. ædilitiæ actiones. l. Cùm autem. §. hæ actiones. d. t.

Tertia pars dicti capitis tertij.

Quæ præſtare venditor non teneatur, ſeu ex quibus cauſis ex empto actio non competat.

CCX. [d]FVndus ſimpliciter venditus, non eſt præſtandus liber ab omni ſeruitute: vt puta, [e]Cùm venderes fundum, non dixiſti, Ita vt optimus maximus eſt; verũ eſt, non liberum, ſed qualis eſſet præſtari oportere. Idem & in vrbanis prædiis dicendum eſt.

d Franc. Con. li. 7 Com. c. 6. Contra Accurſij ſententiam veniens. arg. l. in venditione. D. de act. emp. Quæ nõ de iure reali quod fundo inhæreat, ſed de quadam velut hypotheca loquitur, quæ non à re rei debetur.

e l. cùm venderes. D. de contr. empt. l. penult. D. de euict.

CCXI. [f]Multùm refert vtrùm venditor vacuam, an liberam poſſeſſiunẽ promiſerit. Nam vacua poſſeſſio dicitur, etiamſi ſeruitus in re debeatur: puta, viæ vel itineris: [g]ſed libera nihilominus non cenſetur. Ideò cauti emptores ſolent vtrumque paciſci; vt vacua & libera poſſeſſio ſibi præſtetur.

f Ioan. Oldendor. Claſſ. Actio. 8. cap. 1. Practicæ in §. Bart. in l. 2. §. vacua. D. de act. empt.

g l. vim facit. in fi. D. de vi & vi arma. l. ſi quis fundũ. D. de act. empt.

CCXII. [h]Si emptor petat viã vel actum, venditor teneri non poteſt, niſi nominatim dixerit acceſſurũ iter vel actum. [i]In vẽdendo enim fundo, quædã, etiãſi non dicantur, præſtanda ſunt, veluti ne fundus euincatur, aut vſusfructus eius: quædam ita demùm ſi dicta ſunt: veluti viam, iter, actum, aquæductum præſtitum iri. Idem & in ſeruitutibus vrbanorum prædiorum.

h l. pen. D. de euict.

CCXIII. Obligatio perſonalis venditoris, fundi emptorem non ſequitur. Vt puta,

k l. vlt. §. vlt. D. de act. emp.

A k Lucius Titius promiſit de fundo ſuũ centum millia modiorum frumenti annua præſtare pro prædiis Caij Seij. Poſtea Lucius Titius vendidit fundum additis his verbis: Quo iure, quáque conditione ea prędia Lucij Titij ſunt: ita væneunt: itáque habebuntur. Quæſitum eſt, an emptor Caio Seio ad præſtationem frumenti ſit obnoxius. Reſponſum eſt, emptorem Caio Seio ſecundùm ea quæ pro-
B ponerentur obligatum non eſſe.

l l. ea quæ commendandi. D. de contr. empt. Glo. in l. quod venditor. D de dolo Bald in l. 1. D de Aed. edict.

CCXIIII. l Ea quæ commendandi cauſa in venditionibus dicuntur, venditorem non obligant: veluti ſi dicat, equum ſpecioſum, domum benè ædificatam. At ſi dixerit, equum minimè rigoſum, præſtare debet. Nam hoc ipſo pluris vendidit. Quædam etiam pollicitationes venditorem non obligant, ſi ita in promptu res ſit, vt eam emptor non ignorauerit: veluti ſi quis equum luminibus effoſſis
C emat, & de ſanitate ſtipuletur. Nam de cætera parte corporis potiùs ſtipulatus videtur, quàm de eode quo ſe ipſe decipiebat.

m l. in venditione. in fi. d. t. l. fundi. D. de act. empt.
n d. l. fundi.
o l. in rutis. D. de verb. ſign.
p Franc. Conn. lib. 7. Com. c. 7.

CCXV. m Ruta cæſa, ædium fundive non ſunt, niſi adſcriptum eſt. Nam ruta cæſa ea ſunt, quæ neque ædium, neque fundi ſunt. n Ac ruta quidem placuit eſſe quæ eruta ſunt: vt arena, creta, & ſimilia. Cęſa eſſe, vt arbores cæſas, carbones, & his ſimilia. o Et in rutis & cæſis ea ſunt quæ terra non tenentur: quæ-
D que opere ſtructili, tectorióve non continentur. p Denique rutis & cæſis continetur quicquid rutum, cæſúmque eſt à fundo, & ſeparatum: vt etiam ſi quæ ſunt picturæ textiles, aut in tabulis: ſi quę ſigna marmorea, eburnea, ęnea, aut alterius materię, in rutis & cęſis numerentur.

q d. l. fundi.

CCXVI. q Fruſtrà ruta cæſa in venditione excipiuntur: quia ſi non ſpecialiter venierint, ad exhibendum de iis agi poteſt. Neque
E enim magis de materia cęſa, aut de cęmentis, aut de arena cauendum eſt venditori; quæ ſunt pretioſiora.

r l. ſi poſt inſpectionem. D. de peric. & com. rei vend.

CCXVII. r Si poſt inſpectum prædium, antequàm emptio contraheretur, arbores vento deiectæ ſunt, emptori non debentur, quia eas non emit: cùm antequàm fundum emerit, deſierint fundi eſſe. Sed ſi ignorauerit emptor deiectas eſſe arbores, vẽditor autem ſciuit, nec admonuit, quanti emptoris interfuerit, rem æſtimandam eſſe, ſi modò vænit.

ſ l. qui fundũ. §. vlt. D. de contrah. empt.

F CCXVIII. ſ Cùm fundum quis vendiderat, & omnem fructũ receperat & arundinem cæduam, & ſyluam in fructu eſſe reſponſum eſt.

t l. cùm manu ſata. d. t.

CCXIX. t Cùm manu ſata in fundi venditione excipiuntur, non quę in perpetuum ſata ſunt excipi videntur; ſed quæ ſingulis annis ſeri ſolent, ita vt fructus eorum tollantur. Nam aliter interpretantibus vites & ar-
G bores omnes exceptæ videbuntur.

u l. in lege d. t.

CCXX. CCXXI. u In lege fundi vẽdundi, lapidicinę in eo fũdo vbicunq; eſſent, exceptæ erant. Poſt multum temporis in eo fundo repertę erant lapidicinę. Refert quid actum ſit. Si non appareat, non videntur lapidicinę eſſe exceptę. Neminẽ enim nec vẽdere, nec exci-
A pere poſſe quod non ſit, reſponſum eſt: & lapidicinas nullas eſſe, niſi quę appareant & cædantur. Aliter interpretantibus, totũ fundum lapidicinarum fore, ſi fortè in toto eo ſub terra eſſet lapis.

x l. ſi vina. D. de peric. & com. rei vend.

CCXXII. x Si vina emerim, exceptis acidis & mucidis, & mihi expediat acida quoque & mucida accipere, quamuis id emptoris cauſa exceptum ſit, tamen acida & mucida
B non vęniſſe verius eſt. Nanque ſicut inuitus emptor accipere non cogeretur; ita iniquum eſſet nõ permitti vẽditori vel alij ea tollere.

CAP. IV.

De periculo & commodo rei venditæ.

z l. neceſſario. d. t.
a §. cùm autem rnſt. h. t.
b d. l. neceſſario.
c d. §. cùm autem.

CCXXIII. z Neceſſariò ſciendum eſt quando perfecta ſit em-
C ptio. Tunc enim ſciemus cuius periculum ſit. Nam perfecta emptione periculum ad emptorem reſpiciet, a tametſi adhuc ea res emptori tradita non ſit. b Et quidem ſi id quod venierit, appareat quid, quale, quantum ſit, & pretium, & purè vænit, perfecta eſt emptio. Quòd ſi ſub cõditione res vænierit, ſi quidem defecerit cõditio, nulla eſt emptio, ſicuti nec ſtipulatio. c Quòd ſi exſtiterit, emptoris peri-
D culum eſt. Itaque ſi equus mortuus ſit, vel aliqua parte corporis læſus fuerit: aut ædes tutę, vel aliqua ex parte incendio conſumptæ fuerint: aut fundus vi fluminis totus, vel aliqua ex parte ablatus ſit, ſiue etiam inundatione aquæ; aut arboribus turbine deiectis longè minor aut deterior eſſe cœperit, emptoris damnum eſt: cui neceſſe eſt, licèt rem nõ fuerit nactus, pretium ſoluere. Quicquid enim ſine dolo & culpa vẽditoris accidit, in eo ven-
E ditor ſecurus eſt. Quòd ſi fugerit animal quod vænit, aut ſurreptum fuerit, ita vt neque dolus, neque culpa venditoris interuenerit, animaduertendũ erit an cuſtodiã eius vſq; ad traditionem venditor ſuſceperit. Sanè enim ſi ſuſceperit, ad ipſius periculum is caſus pertinet: ſi non ſuſceperit, ſecutus eſt.

d l. quod ſepe. §. in iis. D de contr. empt.

CCXXIIII. d In iis quæ pondere, numero, menſuráve conſtant, veluti frumento, o-
F leu, argento, modò ea ſeruantur quæ in cæteris, vt ſimulatque de pretio conuenerit, videatur perfecta venditio: modò vt etiamſi de pretio conuenerit, non tamen aliàs videatur perfecta vẽditio, quàm admenſa, & appenſa, & numerata ſint. Nam ſi omne oleum, vel frumentum, vel argentum quantumcunque eſſet vno pretio vænierit, idem iuris eſt quod in cæteris rebus. Quòd ſi oleum ita vænierit, vt in ſingulas metretas: item frumentum, vt in ſingulos modios: item argentum, vt in ſin-
G gulas libras certum pretium diceretur: & in iis quæ numero conſtant, ſi pro numero corporum pretium fuerit ſtatutum, certum eſt tunc perfici emptionem, cùm adnumerata, admenſa, appenſa ſint: quia venditio quaſi ſub hac conditione videtur fieri, vt in ſingulas metretas, aut in ſingulos modios

quos,

A

quos, quáſve admenſus eris: aut in ſingulas libras quas appenderis: aut in ſingula corpora quæ adnumeraueris.

CCXXV. [e]Ergo & ſi grex vænierit, ſiquidē vniuerſaliter vno pretio, perfecta videtur emptio, poſtquàm de pretio conuenerit. Si verò ſingula corpora certo pretio, eadem erunt quæ proximè tractauimus.

B

CCXXVI. [f]Si vinũ venditũ acuerit, vel quid aliud vitij ſuſtinuerit, venditoris erit damnum, quoad deguſtetur: quemadmodum ſi vinum eſſet effuſum, vel qua alia ex cauſa: videlicet quaſi tunc pleniſſimè væneat cùm fuerit deguſtatum. [g]Sed ſi vinum omne quod in cella eſſet vænierit, aut vina quæ in doliis erant, emptoris erit periculum: quia ſiue non deguſtauit: ſiue deguſtando malè probauit, de ſe queri debet: ſed ſi quid de bonitate affirmauerit, venditor tenebitur.

C

CCXXVII. [h]Fundi nomine emptor agere non poteſt cùm priùs quàm menſura fieret, inundatione aquarum, aut chaſmate, alióve quo caſu pars fundi interierit.

CCXXVIII. [i]Si vendideris mihi fundum, iſq; priùs quàm vacuus traderetur, publicatus fuerit, teneris ex empto. quod hactenus erit verum vt pretium reſtituas, non vt etiam præſtes, ſi quid pluris mea intereſt eum vacuum mihi tradi.

D

CCXXIX. [k]Si emptor nummos, & venditor mercem, quòd inuicem parum fidei haberent, depoſuerint, nummi emptoris periculo ſunt: vtique ſi ipſe eum apud quem deponerentur elegerit: & nihilo minus merx quoque, quia emptio perfecta eſt.

CCXXX. [l]Si pendente conditione emptor vel venditor deceſſerit, conſtat, ſi extiterit conditio, hæredes quoque obligatos eſſe quaſi iam contracta emptione in præteritum.

E

CCXXXI. [m]Si pendente conditione res tradita ſit, emptor non poterit eam vſucapere pro emptore: & quod pretij ſolutum eſt, repetetur: & fructus medij temporis venditoris ſunt. Planè ſi pendente conditione res interierit perimitur emptio: ſicuti ſtipulationes & legata conditionalia perimuntur, ſi pendente conditione res extincta fuerit. Sanè ſi res extet, licèt deteriore ffecta, dicẽdum damnum eſſe emptoris.

F

[o]CCXXXII. [n]Res auerſione empta, ſi non dolo venditoris factum ſit, ad periculum emptoris pertinebit, etiamſi aſſignata, [a] próve tradita non ſit. Res autem auerſione emi dicitur, cùm res qualis qualis eſt emitur, & bonitatem non præſtiturum vẽditorem conuenit: [p]emptor verò omne in ſe periculũ ſuſcipit: & vẽditor in illũ omne damnũ auertit.

G

CCXXXIII. [q]Si emptio ita facta fuerit; Eſto mihi emptus equus ille vel ille. In poteſtate eſt venditoris quem velit dare, ſicut in ſtipulationibus, ſed vno mortuo qui ſupereſt, dandus eſt. Et ideò prioris periculum ad venditorem: poſterioris, ad emptorem reſpicit. Sed ſi pariter deceſſerint, pretium debebitur. Vnus enim vtique periculo emptoris vixit. Idem dicendum eſt etiamſi emptoris fuit arbitrium quem vellet horum: ſi modò hoc ſolùm arbitrio eius commiſſum ſit, vt quem voluiſſet emptum haberet: non etiam illud an emptum haberet.

e d. l. §. vlt.

f l. 1. D. de peric. & com. res vend. ſecundũ interpretationẽ Franciſci Connani li. 7. com. iuris ciu. cap. 9. per l. ſi in emptione. §. alia. D. de contr. empt. l. quod ſæpe. §. ſi ex doleari. d. t. Contra Azonis & Accurſij ſententiam ante deguſtationem periculum eſſe emptoris exiſtimant, ſi ſimpliciter vinum vænierit.

g l. ſi vina. D. de per. & com. res vend.

h l. ſi in venditione. §. 1. D. d. t. Franc. Conn. lib. 7. Comment. ciuil. cap 9. Contra Bartoli ſententiam qui damnum chaſmatis putat ad venditorẽ pertinere, quaſi nondum perfecta ante menſuram emptione.

i l. ſi fundus. D. loca.

k l. ſi ſoluturus. in fi. D. de ſolut.

l d. l. neceſſario.

m d. l.

n l. qui eſſicy. §. vlt. D. de contr. empt.

o Franc. Connanus lib. 7. Comm. cap. 9.

p Petrus Coſtalius in d. §. vlt. & in l. Opus. D. loca.

q l. ſi in emptione. D. d. t. de contr. empt.

CCXXXIV. [r]Cuſtodiam venditor [ſ] antequàm rem tradiderit, talem præſtare debet quam præſtant ij quibus res commodata eſt: vt cuſtodiam præſtet exactiorem quàm in ſuis rebus adhiberet. [t]Sed eam diligentiam venditor debet exhibere, vt tamẽ fatale damnum vel vis magna eum excuſet: [u]Itaque ſi res quam ex empto præſtare debebam, vi mihi adempta fuerit, quamuis eam cuſtodire debuerim, tamẽ propius eſt vt nihil amplius quàm actiones perſequendæ eius præſtari à me emptori oporteat: quia cuſtodia aduerſus vim parùm proficit: actiones autem eas non ſolùm arbitrio, ſed etiam periculo tuo præſtare tibi debebo, vt omne lucrum ac diſpendium te ſequatur.

CCXXXV. [x]Si res vendita per furtũ perierit, priùs animaduertẽdum erit quid inter eos de cuſtodia rei cõuenerit. Si nõ appareat conueniſſe, talis cuſtodia deſiderãda eſt à venditore, qualẽ bonus paterfamiliâs ſuis rebus adhibet: quã ſi præſtiterit, & tamen rẽ perdidit, ſecurus eſſe debet. tantùm vt vendicationẽ & condictionem exhibeat emptori. Vnde videamus in perſona eius qui alienam rem vendiderit, cùm is nullam vendicationem, aut condictionem habere poſſit, an ob id ipſum damnandus ſit. Et certè ob id dãnandus eſt, quia ſi rem ſuam vẽdidiſſet, potuiſſet ſuas actiones ad emptorem transferre.

CCXXXVI. [z]Materia empta ſi furto periiſſet, poſtquàm tradita eſſet, emptoris eſſe periculum reſponſum eſt: ſi minus, vẽditoris, [*]videri autem trabes traditas quas emptor ſignaſſet.

CCLXXXVII. [a]Si vendita inſula combuſta eſſet, cùm incendium ſine culpa fieri non poſſit, quid iuris ſit. Reſponſum eſt, Quia ſine patrisfamiliâs culpa fieri poteſt, neque ſi ſeruorum negligentia factum eſſet, continuò dominus in culpa erit. Quamobrem ſi diligentiam venditor eam adhibuiſſet in inſula cuſtodienda, quam debent homines frugi & diligentes præſtare, ſi quid accidiſſet, nihil ad eum pertinebit.

CCXXXVIII. [b][c]Lectos emptos, ædilis, cùm in via publica poſiti eſſent, concîdit. Si traditi eſſent emptori, aut per eum ſtetiſſet quominus traderentur, emptoris periculum eſſe placet.

CCXXXIX. [c]Cùm non in ſpeciem, ſed generaliter aliquid venditur, veluti bos, equus, tunc ante traditionẽ perimitur vẽditori.

CCXL. [d]Propter admiſſam moram tradendæ rei, venditori imminet periculum. Et ſi vterque fuerit in mora, emptor in accipiendo, venditor in tradendo; tunc poſterior mora nocet, [e] niſi dolũ venditor commiſerit, qui morã non purgat, [f] niſi per interpellationem in iudicio factam.

CCXLI. [g]Ex pacto ſpeciali poteſt omne periculũ etiã caſus fortuiti ad vẽditorẽ pertinere.

r l. Cuſtodiã. l. lectos. D. d. t. de per. & com. res vend.

ſ l. venditor. D. de act. emp.

t l. 1. D. d. t. de per. & comm. res ven.

u l. ſi eares. D. d. t. de act. em.

x l. quod ſæpe. §. ſi res vendita. D. d. t. de contr. empt.

z l. quod ſi neque. D. d. t. de per. & com. res vend.

* Diuerſũ ſtatuitur in vino. l. 1. D. d. t. vbi ſignatis doliis vinum traditũ non videri refertur. Magis enim ſignari dolia ſolere, ne vina ſubmitterẽtur, quam vt tradita videãtur: quod tamẽ moribus noſtris conuenire non exiſtimo.

a l. ſi vendita. D. d. t. de per. & com res vẽd.

b c l. lectos. d. t.

d l. illud. d. t.

fa. l. ſemel. D. ſol. matr.

e l. ſi per emptorem. §. vlt. & ibi Bart. D. de act. empt.

f l. Sed & ſi alia. D. de conſt. pec. Socinus in fall. regula 191. Petr. Coſtal. in d. l. illud.

g l. ſi in venditione. D. d. t. de per. & com. res vend.

CAP. V.

De actione ex vendito.

CCXLII. [h] EX vendito actio venditori competit, ad ea conſequenda quæ ei ab emptore præſtari oportet.

CCXLIII. [i] Venit in hoc iudicium in primis pretium quanti res vænit: [k] emptórque nummos venditoris debet facere.

CCXLIV. [l] Veniunt item in hoc iudicium vſuræ pretij poſt diem. Nam cùm re emptor fruatur, æquiſſimum eſt eum vſuras pretij pendere: * nec reſcripta quinquennalia aliáve moratoria emptori proſunt ad differendam pretij ſolutionem.

CCXLV. [m] Sed cùm emptor venditori in pretio ſoluendo morá fecerit, vſuras duntaxat præſtabit: non omne omninò quod venditor mora non facta conſequi potuit: veluti ſi negotiator fuerit, & pretio ſoluto ex mercibus plus quàm ex vſuris quærere potuit.

CCXLVI. [n] Etiamſi pretij partem venditor ſoluerit, tamen ad vſuras reliquæ partis rectè conuenitur.

CCXLVII. [o] Si certa die emptor dare pecuniam promiſit, & per venditorem ſit factum quo minus daretur, tamen & poſt eum diem peti pecunia à véditore poteſt, niſi quid in ea re venditor dolo fecit.

CCXLVIII. [p] Pretij ſorte licèt poſt moram ſoluta, vſuræ peti non poſſunt: cùm hæ non ſint in obligatione, ſed officio iudicis debeantur.

CCXLIX. [q] Ante pretium ſolutum dominij quæſtione mota, pretium ſoluere emptor non cogitur: niſi fideiuſſores idonei eius euictionis nomine dentur.

CCL. Aduerſus venditorem ex vendito actione pretium petentem, ſi ea à venditore pignori obligata ſint, doli exceptionem emptor poteſt opponere.

CCLI. [r] Cùm in ea cauſa eſt venditum iumentum, vt redhiberi debeat, iniquum eſt venditorem pretium redhibendæ rei conſequi.

CCLII. [t] Si rem quam mihi alienam vẽdideras à domino redemerim, falſum eſſe conſtat quod quidam aiunt, poſſe te à me pretium conſequi ex vendito agentem, quaſi habere mihi rem liceret: quia nec bonæ fidei conueniret: cùm ex alia cauſa rem habeam.

CCLIII. [u] Agitur ex vendito, ad præſtandum vel faciendum id quod nominatim pactis contrahentium eſt comprehenſum in contractu emptionis, ſiue inter contrahendũ,

A [x] ſiue in continenti, [z] ſiue ex interuallo: ſi tẽpus aliquod mediocre interiectum eſt.

CCLIV. [a] Si omnibus integris manentibus, de augendo vel diminuendo pretio rurſum conuenit, receſſum à priore contractu videtur, & noua emptio interceſſiſſe.

CCLV. [b] Qui fundum vendidit: vt eum certa mercede conductum ipſe habeat: vel ſi vendat vt non alij, ſed ſibi diſtrahat, vel ſimile
B aliquid paciſcatur, ad complendum quod pepigerunt ex vendito agere poterit.

CCLVI. Pactum pretij vice nõnunquam fungitur. Vt puta, [c] fundi partem dimidiam ea lege vendidiſti, vt emptor alteram partem quam retinebas annis decem certa pecunia in annos ſingulos conductam habeat, ex vendito agi poteſt, vt id quod conuenerit fiat, ſi modo ideò viliùs fundum vendidiſti vt hæc tibi conductio præſtaretur. Nam hoc ipſum
C pretium fundi videtur quod eo pacto venditus fuerat.

CCLVII. [d] Si vendidi tibi inſulam certa pecunia, & vt inſulam meam reficeres, agam ex vendito vt reficias. Si autem hoc ſolùm, vt reficias eam conuenit, non intelligitur emptio & venditio facta. Sed ſi aream tibi vendidi certo pretio, & tradidi ita vt inſula ædificata dimidiam mihi retradas, verum eſt vt ædifices agere me poſſe ex vendito, & vt ædi-
D ficatum mihi retradas. Quandiu enim aliquid ex re vendita apud te ſupereſt, ex vendito me habere actionem conſtat.

CCLVIII. [e] Poteſt domus ſub hoc pacto vendi, ne quis ea vtatur, vel locet ad exercendam artem ſtorilem doliariam: vel ad lupanariam turpitudiné, cùm hæc viciniis noceát.

CCLIX. [f] Si aream hac lege vendidero, ne in ea arcem ædifices, rectè agam vt demoliaris: non etiam aream condicam.

E CCLX. [g] Præterea ex vendito agendo conſecuturus eſt venditor ſumptus qui facti ſunt in re diſtracta: vt puta, ſi quid in ædificia diſtracta erogatum eſt. Idem eſt ſi quid in iumenti curatione impenſum eſt ante traditionem.

CCLXI. [h] Agi ad hoc ex vendito poteſt, vt emptor tollat res venditas, quæ in commodo venditoris vltra tempus conſuetum vel præſtitutum apud eum relinquũtur: vtque
F præſtet id quanti intereſt huiuſmodi res aliò fuiſſe delatas.

CCLXII. [i] Si dolo malo emptoris fiat vt ei minoris vendatur, petere venditor tantum poteſt quanto pluris: alioqui diſtracturus rem erat: vt pota, ſi quis res quaſdam ex hæreditate ſubtraxerit, quibus ſubtractis facilè, quaſi minimi valeret hæreditas vt ſibi ea venderetur, perſuaſit.

G

CAP. VI.

De lege commiſſoria.

CCLXIII. [k] FVndus commiſſoria lege vænit, cùm hæc ſit pactio: Niſi intra certum diem pretium exſolutum ſit, inemptus ſiat.

CCLXIV. [l] In commiſſoria etiam hoc

ſolet

h l. Iulianus. §. ex vendito. D de act. emp. 1 d §. k l. 1. § 1. d. t. l. ſi ſeruos. C. eo. t. § pretium. Inſt. h. t. l d §. ex vendito & l. curabit. C. d. t. de act. empt. l. 1. D. de vſur. glo. & Panor. in c. conqueſtus. de vſur. * Iudicio curiæ Pariſ. dici 21 Iunij 1533. m l. vlt. D. de peric. & com. rei vend. l. inito. C. de pact. inter empt. & vend. n Oldendorp. classe 4. Actio. arg. l. vlt. D. de fundo dota. o l. ſi & per emptorem. C. d. t. de act. emp. p l. qui per colluſionem. §. vl. D. d. t. de act. em. vbi Petrus Coſtal. l. vl. D. de eo quod certo loco vbi idẽ Coſtalius. l. 4. C. depoſ. idque generale eſt in omnibus quæ officio iudicis debentur, vt ſorte ſoluta vſuræ peti ne poſſint. Aliud obſeruatur in vſuris, vel fructibus, vel ex conuentione vel ex ſtipulatione debitis, in quibus ſort. ſoluta durat ſtipulatio, ad ea quæ ſunt ſtipulatione cõprehenſa. l. 1. C. de iudic. ideo fructus ſiuito de re iudicato principaliter peti poſſunt. l. fructus. D. de except. l. ex diuerſo. D. de rei vend. vbi idem Coſta cùm non officio iudicis, ſed iure actionis debeantur. glo. in §. actionum, in verb. bonæ fidei. Inſtitutio. de act. & ea de re iudicia complura à Lucio referuntur lib. 11. Placitor. tit. de fruct. q l. pen. in fi. D de peric. & com. rei vend. l poſt perfectam. C. de euict. r l. ex in pradin. C d. t. de act. arg l. quamus. D. de pig. actio. l ſuſpectus. D. de ſuſp. tuto l. 3. D. de compenſ. l. 1. C. Quando lic. ſine iud. ſ l. Cum in ea. D. de Aed. edict. t l. ſi rem quam. D. de euict. u Oldendorp. Claſſe Act. 4. cap. in actionem venditi hæc veniunt. l. qui fundum. D. de contr. empt. l. venditor. §. 1. l. Iulianus §. ſi venditor. D de act. em. l. Sed Celſus. §. vlt. l. Pacta conuenta. D. de contr. empt.

x l. 3. C. de ædil. act. o. l. Potens. C. de pact. z l. Continuus. 136. D. de verb. obl. g. l. duo rei. D. de duobus reis. a d l. Pacta conuenta D. de contr. empt. l. 2. C. Quando lic. ab empt. rece. l. ſi vnus §. pactus. l. Emptor. l. ab emptione. D. de pact. l. 2. & 4. D. de reſ. vend. b l. Qui fundũ. D. de contr. empt. l. ſi ſterilis § ſi tibi fundum. D de act. empt. c l fundi parti D. de contr. em. d l. Tenetur §. 1. D d. t. de contr. emp. e Oldendorp. Claſſe 4. Act. 1. cap. intentio actoris in actione vendit. v §. l. ſi quis ſub hoc pacto. D de contr. empt. f Bald. in l. vl. C. de pact. int. empt. & vend. arg. l. Opus. C de oper. publ. l. 1. C. de fund. limitr. lib. 11. c. Pyſain. de reſ. ſpol. g l. Iulianus §. ex vendito. D. de act. emp. l. fructus. C. eo. h Olded. Claſſe 4. act. 1. l. 2. §. licet. D. d. t. i Oldendorp. per d. l. Iulianus. §. per contrarium d. t. k l. ſi fundus. & l. 2. D. de lege commiſ. autem dicitur pactio quæ ex continenti adiicitur contractus: & commiſſoria, quia qui in eam committit, in vniverſam venditionem claudicat, [m] ſi quidem velit venditor totam venditionem habere pro infecta. Iac. Cuiacius Paratil. h. t. D. l d. l. ſi fundus.

A ſolet conuenire, vt ſi venditor eundem fundum venderet, quanto minoris vendiderit, id à priore emptore exigat.

m d.l.1.

CCLXV. [m] Si fundus commiſſoria lege vænierit, magis eſt vt ſub conditione reſolui emptio, quàm ſub conditione contrahi videatur.

n d.l. ſi fundus. §. vlt.

CCLXVI. [n] Commiſſoria locum habet ſi non obtulerit emptor: nec expectatur vt interpellatus non ſoluat. B Offerre igitur ille debet, ſi vult ſe legis commiſſoriç poteſtate ſoluere. Quòd ſi non habeat cui offerat, poteſt eſſe ſecurus.

o l. vlt. d.t.

CCLXVII. [o] Non committitur in legem commiſſoriam ſi propter abſentiam venditoris emptor teſtatò pecuniam depoſuit intra ſtatutum tempus.

p l.3. d.t.

CCLXVIII. [p] Legẽ commiſſoriam quæ in venditionibus adiicitur, ſi volet venditor exercebit, non etiam inuitus. C Ergo cùm venditor fundi in lege ita cauerit, Si ad diem pecunia ſoluta non erit, vt fundus inemptus ſit; ita accipitur inemptus fundus eſſe, ſi venditor inemptum eum eſſe voluit: quia id venditoris cauſa cauetur. Nam ſi aliter acciperetur, exuſta villâ in poteſtate emptoris futurum eſſet, vt non dando pecuniam inemptum faceret fundum qui eius periculo fuiſſet.

q d.l. ſi fundus. §. eleg. vter. d.t.

D CCLXIX. [q] Statim atque commiſſoria lex eſt, ſtatuere venditor debet, vtrum commiſſoriam velit exercere: an potiùs pretium petere. Nec poteſt, ſi commiſſoriam elegerit, poſtea variare.

r l. penult. & antep. d.t.

CCLXX. [r] Poſt diem commiſſoriæ legi præſtitutum, ſi venditor pretium petat, legi commiſſoriæ renuntiare videtur: nec variare, & ad hanc redire poteſt.

ſ l. de lege. d.t.

E CCLXXI. [ſ] Si per emptorem factum ſit, quominus legi pareretur, & ea lege vti vẽditor velit, fundi inempti erunt: & id quod arrhæ vel alio nomine datum erit, apud venditorem remanebit.

t d.l. de lege.

CCLXXII. [t] Si ex lege commiſſoria inempti ſint fundi, nec id quod acceſſurum dictum eſt, remanebit.

u l. lege. d.t.

CCLXXIII. [u] Lege fundo vẽdito dicta, F vt ſi intra certum tempus pretium ſolutum non ſit, res inempta ſit, de fructibus quos interim emptor percepiſſet, hoc agi intelligendum eſt, vt emptor interim eos ſibi, ſuóque iure percipiat. Sed ſi fundus reuenerit venditori, de iis iudicium in emptorem dandum eſt: quia nihil penes eum reſidere oportet ex re in qua fidem fefellerit.

x z d.l. ſi fundus.

CCLXXIV. [x z] Interdum fructus emptor lucratur, cùm pretium quod numerauit perdidit; cùm ſcilicet ita lex eſt: G Si reliquum pretium intra diem non ſoluatur, res ſit inempta.

a d.l.

CCLXXV. [a] Si fundus lege commiſſoria vænierit, tam de iis quæ de fundo percepta ſunt, quàm de fundo, ſi deterior fundus effectus ſit facto emptoris, ex vendito actio competit.

CAP. VII.

De in diem addictione.

b l.1. D. de in diem add.

CCLXXVI. [b] IN diem addictio ita fit, Ille fundus centum eſto tibi emptus, niſi quis intra Calendas Iunias proximas meliorem cõditionem fecerit, quò res à domino abeat.

c l.2. d.t.

CCLXXVII. [c] Quoties fundus in diem addicitur, vtrùm pura emptio eſt, ſed ſub conditione reſoluitur: an verò conditionalis ſit magis emptio, quæſtionis eſt. Et videtur verius intereſſe quid actum ſit. Nam ſiquidem hoc actum eſt, vt meliore allata conditione ab emptione diſcedatur, erit pura emptio, quæ ſub conditione reſoluitur. Sin autem hoc actum eſt vt perficiatur emptio, niſi melior conditio afferatur, erit emptio conditionalis.

d l. quod autem. d.t.

CCLXXVIII. [d] Nihil impedit vel hoc agi, vt ſæpius collocetur fundus, dum vel prima, vel ſecunda, vel tertia addictione res à venditore diſcedat: niſi quid inter contrahentes contractum ſit.

e l. cum qui. §. melior autem. d.t.

CCLXXIX. [e] Melior conditio afferri videtur ſi pretio ſit additum. Sed etſi pretio nihil addatur, ſolutio tamen offeratur facilior pretij, vel maturior, melior conditio offerri videtur. Præterea ſi locus opportunior ſoluendo pretio adiiciatur, æquè melior conditio allata videtur. Sed etſi perſona idoneior accedat ad emptionem, æquè videtur melior conditio allata. Proinde ſi quis accedat eiuſdem pretij emptor, ſed qui lenioribus emat conditionibus, vel qui ſatiſdationem nullam exigat, melior conditio allata videtur. Ergo idem erit probandum, ſi viliore pretio emere ſit paratus: ea tamen remittat quæ venditori grauia erunt in priore emptione. Quicquid enim ad vtilitatem venditoris pertinet, pro meliori conditione haberi debet.

f d.l. §. cùm igitur.

CCLXXX. [f] Melior conditio allata non videtur, ſi falſus emptor ſubiectus ſit.

g l.2. & ſeq. d.t.

CCLXXXI. [g] Cùm pura venditio eſt, hic cui res in diem addicta eſt, & vſucapere poteſt, & fructus & acceſſiones lucrari: & periculum ad eum pertinet, ſi res interierit; quoniam poſt interitum rei iam nec afferri poſſit melior conditio. [h] Medio etiam tempore actiones, ſi quæ ratione rei competant, aut interea adueniant, poterit & debet exercere inſtar domini, & eius cuius maximè intereſt rem cum omni ſuo iure habere.

h l. vbi autem. aliàs. l. ſi duobus. § ſed & Marcellus. d.t.

i l. Imperator d.t.

CCLXXXII. [i] Sicut fructus in diem addicti fundi, cùm melior cõditio fuerit allata, cùm eſt conditionalis emptio, venditori reſtitui neceſſe eſt: ita rurſus quæ prior emptor medio tempore neceſſariò probauerit erogata, de reditu retineri; vel ſi non ſufficiat, ſolui æquum eſt.

CAP. VIII.

De hæreditate vendita.

Prima pars.

Quid præſtat hæreditatis venditor.

CCLXXXIII.[k] Cvm hæreditatem aliquis vendit, eſſe debet hęreditas, vt ſit emptio. Itaque ſi hæreditas vęnierit eius qui viuat, aut nullus ſit, nihil eſt actum; quia in rerum natura non ſit quod vænierit. Nec enim alea emitur, vt in vænatione & ſimilibus, ſed res: quæ ſi non eſt, non contrahitur emptio: & ideò pretium condicetur.

k l. cùm hæreditatem. & 2. ll. ſeqq. D. de hæred. & act. vend.

CCLXXXIV. [l]Si nulla hæreditas ad venditorem pertinuit, quātum emptori præſtari debeat, ita diſtingui oportebit: vt ſi quidem eſt aliqua hæreditas, ſed ad venditorem non pertinet, ipſa æſtimetur: ſi nulla eſt de qua actum videatur, pretium duntaxat: & ſi quid in eam rem impēſum eſt, emptor à venditore conſequatur, & ſi quid emptoris intereſt.

l l. quòd ſi nulla, d. t.

CCLXXXV. [m]Quòd ſi in venditione hæreditatis id actum eſt, vt ſi quid iuris eſſet venditori vænire: nec poſtea quicquam præſtitum iri, quamuis ad venditorem hæreditas non pertinuerit, nihil tamē præſtabitur, quia id actum eſſe manifeſtum eſt; vt quemadmodum emolumentum negotiationis, ita & periculum ad emptorem pertineret. Nam hoc modo admittitur eſſe venditionem, ſi quaſi hæreditas tibi empta eſt, aut quaſi ſpes hæreditatis, vt ipſum incertum rei væneat, ſicut in retibus. Hoc autem ſic intelligendum eſt, niſi ſciens ad ſe non pertinere ita vendiderit. Nam tunc ex dolo tenebitur. Quòd ſi ſit hæreditas, & non ita conuenit, vt quicquid iuris haberet emptor, tunc hæredem eſſe præſtare debebit. Illo verò adiecto liberabitur venditor, etiamſi ad eum hæreditas non pertineat.

m l. quod ſi in venditione. & tribus ll. ſeqq.

CCLXXXVI. [n]In hæreditate vendita vtrum ea quantitas ſpectetur quæ fuit mortis tempore, an ea quæ fuit cùm hæreditas vænundaretur, videndum eſt. Et verius eſt hoc eſſe ſeruandum quod actum eſt. Plerunque autem id agi videtur, vt quod ex hæreditate peruenit in id tempus quo venditio fit, id videatur væniſſe: ídque omne quod hæreditatis nomine obuenit.

n l. 2. § d. t.

CCLXXXVII. [o]Non ſolùm hæreditarias actiones, ſed etiam eas obligationes quas ipſe hæres conſtituit, dicendum eſt præſtare emptori venditorem debere. Itaque & ſi fideiuſſorem acceperit ab hæreditario debitore, ipſam hanc actionem quam habet hæres præſtare debebit. Sed & ſi nouauerit, vel in iudicium deduxerit actionem, præſtare emptori debebit hanc ipſam actionem quam nactus eſt.

o d. l. 2. § non ſolùm.

CCLXXXVIII. [p]Si venditor hæreditatis ante venditionem rem hæreditariam vendidit multò pluris quàm valeret, ipſum pretium reſtituet. Nam id conſecutus eſt ex hæreditate: ſi minoris vendidit, pretium duntaxat præſtabit, cùm id ſolùm videatur in vēditionem veniſſe; non etiam rem quam alienauerat. Pòſt venditionem verò, rem debet. Sed ſi eam vendiderit, eáque extincta ſit, vt equus, bóſve, pretiū debebitur: potéſtque videri hæredem emptoris negotium egiſſe potiùs quàm hæreditatis.

p Franc. Connanus lib. 7. Com. iur. ciu. c. 8. l. Venditor. d. t. de hæred. vel act. vend.

CCLXXXIX. [q]Qui tibi hæreditatem vendidit, antequam res hæreditarias traderet, dominus earum remanſit. Itaque vendendo eas aliis, dominium transferre potuit. Sed quoniam contractus fidem fregit, ex empto actione conuentus, quanti tua intereſt præſtare cogetur.

q l. qui tibi. d. t.

CCXC. [r]Deperdita & diminuta ſine dolo malo venditoris, non præſtabuntur. Et ſi venditor exactam pecuniam ſine dolo malo & culpa perdidiſſet, non placet eum emptori teneri.

r d. l. 2.

CCXCI. [ſ]Quod non debitum exegerit, retinet hæres, nec emptori præſtat. Et quod non debitum ſoluerit, non reputat, nec præſtat. Si autem condemnatus hæres præſtiterit, hoc ſolùm ipſi ſufficit eſſe condemnatum ſine dolo malo ſuo, etiamſi creditor non fuerit is cui eſt condemnatus.

ſ d. l. 2. § ſoler.

CCXCII. [t]Hęreditatis venditæ pretium pro parte accepi, reliquum emptore non ſoluente. Quæſitum eſt an corpora hæreditaria pignoris nomine teneantur. Reſponſum eſt, nihil proponi cur non teneantur.

t l. hæreditas. d. t.

Secunda pars capitis octaui.

De actione ex vendito hæreditatis cauſa, & quid emptor hæreditatis præſtat venditori.

CCXCIII. [u]Sicut lucrum omne ad emptorem hæreditatis reſpicit, ita damnum quoque debet ad eundem reſpicere.

u d. l. 2. § ſicuti.

CCXCIV. [x]Si hæreditatis venditor aliquid erogauerit in hæreditatem, id reſtitui ei ab emptore debet. [z]Veluti ſi quid vectigalis nomine pręſtiterit venditor, aut tributorum nomine quicquam dependerit: & ſi funere facto hæres vendidiſſet hæreditatem, impenſam funeris præſtare emptor debet: quia & ea impenſa hæreditaria eſt.

x Franc. Con. d. lib. 7. cap. 8.
z d. § ſicuti.

CCXCV. [a]Cùm quis debitori ſuo hæres exſtiterit, confuſione creditor eſſe deſiuit. Sed ſi vendiderit hæreditatem, æquiſſimum videtur emptorem hæreditatis vicem hæredis obtinere, & idcirco teneri venditori hæreditatis.

a d. l. 2. § cùm quis debitori & l. ſi hæreditatem d. t.

CCXCVI. [b]Si ex pluribus hæredibus, vnus pecuniam quæ ſub pœna debebatur à teſtatore, omnem ſoluerit, & hæreditatem vendiderit, nec à cohæredibus ſuis propter egeſtatem eorum quicquam ſeruare poterit, cum emptore hæreditatis vel ex ſtipulatu, vel ex vendito rectè experietur. Omnem enim pecuniam hæreditario nomine datam eò manifeſtius eſt, quòd in iudicio familiæ erciſcundæ deducitur, per quod nihil amplius vnuſquiſque à cohæredibus ſuis conſequi poteſt, quàm quod tanquam hæres impenderit.

b l. ſi ex pluribus. d. t.

CCXCVII. [c]Hæ-

CCXCVII. [c] Hæreditate vendita à creditoribus hæreditariis & legatariis, fideicommiſſariiſve hæres rectè conuenitur: ſed & ipſe emptorem hæreditatis iure conueniet ſuo ordine. Nec emptione perfecta emptor ad ſatiſdationem compelli poteſt, ſi non quo tempore vænibat hæreditas, venditionis lege comprehenſum fuerit.

c d.l.1.& l.1. C d.t.

Tertia pars capitis octaui.

Quæ liceant emptori hæreditatis.

CCXCVIII. [d] EMptor hæreditatis actionibus mandatis eo iure vti debet, quo is cuius perſona fungitur: quamuis vtiles etiam aduerſus debitores hæreditarios actiones emptori tribui placuit.

d l emptor hæreditatis. D. d. tit.

CAP. IX.

De actione vendita.

CCXCIX. [e] NOminis venditio, etiā ignorante, vel inuito eo, aduerſus quem actiones mandantur, contrahi ſolet.

e l.3.d.t.

CCC. [f] Si nomen ſit diſtractum, locupletem eſſe debitorem non debet venditor præſtare: debitorem autem eſſe eum præſtare debet, niſi aliud conuenit. Et quidem ſine exceptione quoque niſi aliud actum ſit.

f l.ſi nomen.& ſeq.d.t.

CCCI. [g] Tam ei qui perſonalem, quàm ei qui in rem actionem redemerit, vtiles actiones dantur.

g l.vlt.C.eo.t.

CCCII. [h] Vt redemptoribus litium obuiam iretur, ſtatutum eſt eum qui actionem emit, non vltra datum à ſe pretium, & vſuras debitas poſſe petere ab eo contra quem actio eſt: niſi cùm communis duorum fortè hæredum, aut legatariorum, aut aliorum à cohæredibus, aut iis inter quos communis eſt, ematur, aut à creditore in ſolutum accipiatur: nec quicquam proderit, ſi emptioni ſit adiectum, quo pluris actio valeat, à venditore dari. Sed cùm totum donatur, nomen eo exigi totum poteſt.

eſer & in l. vlt. col. 2. verb. ſic bene nota. C. de præſc. long. temp. vt & de hypothe. n. Gl. in §. 1. in verb. hypotheca in Auth. vt omnes obediant iudicibus. item de interdicta l. 1. C. vbi de poſſ. ag. Tiraq §. 8. num. 9. contra Chaſſanei ſententiam, qui merè perſonalem hanc actionem cenſet, & iudici attribuit, vbi reus habitat. §. in verb. Le peut racheter en conſ. Burg. & condictionem ex lege appellat. l. 1. in ibi ann. D. de condict. ex lege conditiones autem ſunt perſonales. l. actionum in prin. D. de obl & act. arg l. 2. vbi Glo & DD. C. vbi & apud quem. Salyc. l. 1. C. de ſum. trin. & fid. Cath. Contra item iudicium curiæ Pariſ. dies 19. Martij 1557. relatum à Papone h. t. lib. 11. Arr. 26. d lex mun. Andium, verſic. 382. & Cænom. verſic. 391. in qua ſententia eſt Ioan. Faber in ex iure ſcripto. col. 3. ver. circa quartum. Inſtit. de iure gen. natur. & ciuil. l. ... Cod. vbi in rem act. & l. 1. Cod. vbi de hæred. agi oper. e Fran. Grimoal lib. 7. huius tract. cap. 4. arg. l. ſi ſine hærede. §. Lucius. D. de adm. tuto. l. an in totum. C. de ædif priua. f g lege municip. Normand. verſic. 234. Contra quam Ioan. Papo iudicatum refert à curia Pariſienſi die 10. Iunij an. 1551. relato à Papone h. t. lib. 11. Arr. 9. & iudicio curia Burdegalenſis, dies. 24. Ianu. an. 1524. relato à Papone d. tit. Arr. 7. ... qui ad redhibitionis parere omninò emptor cogitur. Gloſſ. in §. pretium in verb. traditur. Inſtit. de empt. & vend. ita gentilis cum id iudicatum fuerit, ... l. ſi cùm dies. §. penult. D. de reb. arc. & quod eadem ſit regula pa... l. Iulianus. §. ſi quæratur. D. de act. empt. h lege munic. ... verſic. 491. de quo ſeq. i lege municip. Norma. verſic. 491.

retur,

ritur, pecuniã vltra pretium mutuam dederit venditori, eam quoque reddere ei cognatus debet: ſuáſque eo nomine ei emptor mandare actiones.

CXXXV. [t] Si non ptetium numeratum, ſed certa die ſolui promiſſum ſit, id tempus indulgeri cognato videtur debere, [u] ſi idoneos ſoluendæ ad diem pecuniæ fideiuſſores dederit.

CXXXVI. [x] Iute Normano, ſi prædium ea lege vænierit, vt emptor hypothecario reddıtu liberare emptorem teneatur, gentilem id oneris in ſe recipere non ſufficiet: ſed ſortem cum vſuris repræſentare emptori debebit. Quòd ſi emptor ipſe ſeſe redditui ipſi in emendo obſtrinxerit, gentili ſufficiet indemnitatem repromittere, ſi eidem rei venditor conſentiat. Ac in id quidem ſubiicere prædium emptum hypothecæ ſatis non erit, ſed bona quoque cætera obligari oportet, quod vbi factum erit, emptor omni obligatione liberabitur.

CXXXVII. [z] Laudimia ſoluta emptionis causâ reddi à propinquo prædium redhibente, debent.

CXXXVIII. [a] Si laudimia emptor non ſoluerit priuilegij ſui causâ, tamen præſtari à cognato debent.

CXXXIX. [b] Idem dicendum eſt ſi laudimia emptori à fundi patronalis dominio ſint donata.

CXL. [c] Si antequam laudimia ab emptore ſoluta eſſent, fuodus ſit redhibitus, cogi emptorem ea ſoluere ioiquum eſt; ſed à cognato ſolui ea debent.

CXLI. [d] Noua laudimia patrono redhibitionis cauſa non debentur.

CXLII. [e] Proxenetica reddi emptori à gentile debeot.

CXLIII. [f] Si cùm prædium vxoris venderetur, aliquid ab emptore vxori ſit datum vt venditioni conſentiret; id quoque reſtitui emptori à cognato par eſt.

CXLIIII. [g] Inſtrumenti venditionis pretium emptori præterea reddi debet.

CXLV. [h] Sumptus ob litem de prædio motã factos ab emptore, reſtitui ei conuenit.

CXLVI. [i] Impenſæ in prædium comparatum, vrgente neceſſitate factæ, [k] non etiam quæuis vtiles, aut voluptuariæ reſtitui à gentile debent.

CXLVII. [l] Si quantũ impenſatum factum ſit, non liqueat, quod certum eſt, reddi ſtatim debet, de eo quod obſcurũ eſt, ſatiſdari.

CXLVIII [m] Obtuliſſe pretium gentilem redhibere volentem, re ipſa ac exprompta pecunia ſufficit, ſi emptor accipere pecuniã nulit: nec etiam depoſuiſſe neceſſe eſt, vt cauſam gentilis ubtineat.

CXLIX. [n] Si quis depoſitam pecuniam repoſcat, cùm depoſitio neceſſaria non ſit, non videtur redhibitoriã actionem remiſiſſe.

CL. [o] Iure Normano, emptor qui prædiũ emiſſe & falsò abnegaſſe probabitur, pretij publicatione mulctatur: ac apud cognatum, qui redhibitione vſus erit, prædium manebit; laudimia verò patronus percipiet. Ac cognato quidem permittitur iuſiurandum tam à venditore quàm emptore de forma contractus, pretióque exigere.

CAPVT IX.

Quibus rebus emptor gentili teneatur, & qui fructus, & quatenus cuique acquirantur.

CLI. [p] SI prædium emptor intra annuũ tempus, etiã priùs quàm redhibitoria conueniretur, fecerit deterius, aut ex eo quicquã immutarit, reſtituere id cogi debet.

CLII. [q] Fructus ante litem motam matu-

[t] lege munic. Meldēn. v. 155. & Catal. vndñ. 339. Tiraq. d. §. 1. Gl. 16. cùm gentilis conducto detertor eſſe nõ debeat quàm emptoris. l. 1. §. hæc actio. D. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſ. fuer. c. Eccleſia. 1. ut li te pend. & interuallũ temporis interuſorum part. & minorem facit quantitatem. l. circa legem. & l. in quantitate. § in diem. & l. 1. §. ſi quis creditores & l. in lege Falcidia non habetur. & l. quis quadraginta. D. ad leg. Falc. l. ſi mandauero tibi, vt pro me. D. manda. l. generaliter. §. ſi cui. D. de fidei. libert. l. cũ quis. §. melior. D. de in diem addict. l. melior. §. ſi heres pactum & l. omnes. §. vlt. D. de his quæ in frau. cred. l. ſi cõſtãte, §. quoties. D. ſol. matr. & ſimul. & quis ante, vel poſt diem ſoluit, plus vel minus dicitur ſoluere. l. cùm qui. D. de auro lega. l. ſolidum. D. de ſolut. l. ſi cui. § minus. D. de verb ſign. § fideiuſſores. Inſtit. de fides. cap. 1. de plus pet. & dies ſolutionis ſicut pretium eſt pars contractus l. 1. §. editiones. D. de eden. Bart. in l. 1. col. vlt. verſ. an autem tale debitum, D. de condict. indeb. Guido Papa in ſimuls. conſ. 161. contra legem munic. Trecenſium verſ. 161. & Remorum 225. quæ repræſentari pecuniam ſtatuunt. [u] Tiraq. d. Gl. num. 45. & ſeqq. argum l. ſi creditores. D. de priu. credit. & l. 3. in princip. D. de condict. ob cauſam. l. fideicommiſſa. §. ſi quis illicitè. D. de lega. 3. l. in omnibus. D. de iudic. & l. inter omnes. D. qui ſatiſdar. cog. [x] lege municip. Norma verſic. 497. [x] Franc. Grimoald. lib. 8. huius tract. cap. 13. [a] Carol. Molinæus in conſ. Pariſ. tit. 1. §. 15. num 5. Arnold. Ferronus in conſ. Burdeg. hoc titul. §. 20. Tiraquell §. 26. Gloſſ. 4. num 3. Iudicio curiæ Pariſ. dies 22. Iunij, aut 23. Iulij 1540. relato à Papone lib. 11. tit. 9. Arr. 2. contra Baldi ſententiam, tract. Protomiſ. & Alberic, in princip. parte ſtatu. quæſt. 94. & Fabianus tract de empt. & vendit. quæſt. 8. & Ioannes Ignes in rep. l. dudum. Cod. de contr. empt. [b] Molin. & Tiraquell. ſupraſcriptis locis. [c] Franc. Grimoaldus libro 8. huius tract. cap. 4. Tiraquell §. 29. Gloſſ. 2. cum indemnus emptor redhibita re diſcedere debeat. l. 1 Cod de Inſtit. & ſubſt. l. cùm à matre. Cod. qui pot. tuto. l. quo autem. §. apud Labeonem. D. de his que in fraud. cred & vexari litibus eum ob eam rem, eſſet iniquum. l. ſi cùm legetur. §. ſi Titio. & ibi Franc. Aretius. D. de lega. 1. l. ſi debitor, in fin. D. de lib. lega argum. l. 1. in princip. D. ad SC. Trebell. Et redhibitione facta habentur, res pro emptis à gentili. Alber. quæſt 95. primæ partis ſtatut argum l in diem. §. vltim. D. de aqua pluu. arc. [d] Bartolus, Baldus, Fulgoſius & Paulus Caſtrenſis in l. & ideò. D. de condict. furt. Alber. in l. ex hoc §. 1. D. de alien. mut. iudic. cauſ fa. Maſuerius tit. de empt & vendit. Aufrer. de conſ. Toloſ. 75. Arnold. Ferronus in conſ. Burdeg hoc. t. §. 2. [e] Carolus Molinæus in conſ. Pariſienſ. titul. 1 §. 9. Angelus in §. in duplum. Inſtitut. de action. Ferronus in conſ. Burdegal. hoc titul. §. 15 argum l. Ædiles etiam. §. vltim. cum l. ſeq. & l. illud ſciendum. D. de Ædil. edict.

[f] Tiraq. § 29 glo. 4. Specul. tit. de iudic. §. 1. verſ ex prædictis Bart. in l. ſi procuratorem. C. de neg. geſt Chaſſ. h. tit. § 1. & 5. [g] Bald. & Salyc. in l. vlt. C. de condict. ex lege. & in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. exp.

[h] Tiraq. d. §. 29. num. 12. Bart. in l. vẽditores. D. de verb. oblig. [i] Frãc. Grimoaldus lib. 8 ca. 1. Ignem in rep l dudũ. col. 9. verſ. pro quo induco. C. de contr. empt. [k] arg. l. vtiliũ D. de imp. in reb. dota. fact. & l. ſi quis domum. §. idem quærit. D. loca. & l. in fundo. D. de rei vend. l. ſi ſeruus. D. de pign. act. & l. Colonus. D. de vi. & vi. armat. & l. ſed an vltro. §. 1. D. de neg geſt. lege muni. Veromãduorum. verſ. 247. Pariſiorum. 146. Meldarum. 121. Catalaunen. 247. [l] lege mone. Norman. verſ. 453. iudicio curiæ Pariſ. diei 9. Aug. 151. relato à Papone. lib. 11. tit. 5. Arr. 2. arg. l. ſtatuliber rationem. D. de ſtatulib. & lege elect. §. ſi is quem. D. de nox. act. & l. ſi eum in fin. D. ſi quis caut. [m] Tiraquell. hoc tract. § 4. glo. 6. nu. 4. l. qui decem. §. idem reſpondit. D. de ſol. Bartol. & Iaſon. in lege Prætor. §. ſi quis. D. de no. oper. nunt. Ioan. Faber in l. 2. in verb. oblationem. Cod. de pact. inter emptorem & venditorem. Contra opinionem Hoſtienſ. & Ioann. Andreæ. in capit. conſtitutus, de reſtitut. in integ. & Ioann. Fabri in lege acceptam. Cod. de vſur. & Chaſſanæi qui exigunt depoſitionem & legem municipalem, Pĩtimenſ. quæ depoſitionem quidem exigit, ſed fructuum tantùm lucrandorum cauſa. lege verò munic. Normana in redhibitione conuentionali depoſitio omnino eſt neceſſaria. verſ. 530. de quo ſuprà hoc libro. titul. 1. verſ. 15. [n] Franc. Grimoaldus lib. 7. huius tract. c. 17. arg. l. debitor. D. de vſur. l. 1. in fin. & ibi Ang. quis potio. in pign. hab. Ioan. Faber in l. acceptam. C. de vſur. Chaſſa. Conſ. 71. [o] lege munic. Norm. verſ. 463. [p] lege munic. Borbonitrum. verſ. 482. Catalaunen. 248. arg. l. nemdebet. D. de neg. ſur. & l. Ædiles etiam. §. Padius D. de Aedil. edict. l. ſi modo. D. de leg. t. gl. in l. quis exceptionem. §. 1. in verb. arſerit. D. de condict. ind. Fran. Grim. lib. 4. huius tract. 4. 36. [q] lege munic. Veromanduorum, verſ. 245. Borbonior. verſ. 482. Tiraq. §. 15. gloſſ. 2. num. 3. Alber. in prima parte ſtatutor Paul. Caſtr. Conſ. 72. lib 2. Greg. Bagolus hoc tractatu. Ioan. Ignem in repet. l. dudum. C. de contr. empt. Contra ſententiam Petri Bellapertica in l. vinum. D. de reb. cred. qui à tempore tantùm litis conteſtatæ fructus cenſet acquiri conſanguineo. & Ioan. Fab. in §. actionum. Inſt. de act. & Oldradi in l. vlt. C in quib. cauſ. reſt. in integ. non eſt neceſſar. & Guidonis Papæ Conſ. 257.

ros perceptos reſtituere emptor gentili non compellitur.

CLIII. [f] Fructus, à die oblatæ à cognato ritè pecuniæ, ei acquiri nonnullæ leges municipales conſtituunt.

CLIV. [t] Sunt etiam ciuitates quædam, quæ fructus non acquiri gentilibus ſtatuant, niſi ex quo tempore pecuniam depoſuerint.

CLV. [u] In prouinciis verò quibuſdam, emptor & cognatus, fructus pro rata temporis quo prædium penes eos fuit, partiuntur. [x] Quod cùm ſit, impenſarum in fundi cultuтam factarum partem cognato reſtitui par eſt.

CLVI. [y] Iure Normano, ſi fructus emptori auferantur, rependiarationis, ſementis, ac ſtercorationis ſumptus debent: præter hæc, pro temporis ratione, quo prædium ante litem à propinquo inſtitutam poſſederit, è penſione quæ è prædio redigi poterat, ei reddi pecunia debet.

CLVII. [a] Quod autem ad pratorum, arborum glandiferarum, cæteróſque naturales fructus attinet, emptor pro tempore quo poſſederit, eorum æſtimatione facta ex eis feret: niſi propinquus vſuras ad quindecimi denarij ſortis rationem ſoluere ei maluit.

CLVIII. [b] Si piſtrini molæ vtendo ſint attritę, nihil hoc nomine præſtare emptorem placuit.

CLIX. [c] Pœna pecuniæ delicti cauſâ cuiquam dicta, ſi cedere prædio debeat, ei quæritur qui delicti tempore, non iudicati, prædium poſſederit.

CLX. [d] Si emptor ſine dolo ſundum non coluerit, nihil boc nomine præſtabit.

CLXI. [e] Depoſitam apud ſe pecuniã qui confitetur, ſibi nocet: non etiam cognato prę ter voluntatem emptoris prodeſt, [f] niſi aliorum quoque teſtimonio numeratã eſſe pecuniam comprobetur.

f lege municip. Pariſior. verſ. 134. Catalaud. 238. Pictonum, 338. Bleſiorum. 198. & ita quoque iudicatum à curia Pariſieſi. die 23 Decan no 1548. & 24. Iunij, 1527. refert Papo libro. 11. huc tit. Arr. 29.

t lege municip. Meldarum. verſ 85. Melod. 146. Toerenſium. 166. Ponteuenſ. 136.

u lege municip. Biturigum. hoc titu. verſ. 2. Raphael Cumanus, & Alex. in l. qui Romæ. D. de verb. oblig. & in l. vltim. D. de iur. fiſc. arg. quòd totius anni vnus fructus eſt l. ſi fundus. in fin D. ſol matr Frãciſc. Grimoaldus. lib. 4. cap. 31.

x Idem Grimoald. lib. 8. cap. 2. arg l. quod ſumptus. D. de pet. hered. ſa. Bald. in l. ſi pater. in fin. D. de vſufr.

z lege munic. Norm. verſ. 489.

a d. lege munic. verſ. 190.

b Franciſcus Grimoaldus d. lib. 8. cap 2. arg l. Arboribus. §. nauis. D. de vſufruct. §. in commune. Inſtitut. de rerum diuiſ. & l. de his. Cod. de donat. inter vir. & vxor.

c Idem Grimoaldus lib. 4. capite 33. Tiraquellus §. 5 tit. de retractu conuentionali. arg. cap. vltim. de ſentent. excomm. Ang. in lege ſi poſſeſſor. §. 1. D. de petit. hered. l. vltima Cod. de ſentent. paſſ. l. Imperator. D. de Iur. fiſc. Albertus in l. poſt contractum. colum. 1. D. de donation. arg. l. 3. §. ſcio. D. de minorib. & l. 1. §. calumniatoribus, in his verbis, quamuis nihil de pœnis D. ad Senatuſconſultum Turpellianum. & l. heredes palam. §. quod ſi quid, iuncta gloſſ. D. de teſtam. Contra opinionem Franciſci Aretij, & Imola in l. diuortio. D. ſoluto matrimonio, & Guidonis Papæ Deciſ. 535. Qui iudicati tempus inſpectandum cenſent. per l. qui explicandi. Cod. de accuſat. ibi. cuius finis in iudicis poteſtate ac motu ſitus. & l. furti. §. ſi autem. D. de his qui not. inf. & l. ſi cùm poſteriori. Cod. ad SC. Trebellian. Contra item Bartoli, Angeli & Caſtrenſ. ſententiam, in l ſi ſeruum. per illum textum. D ſi ex noxa. cauſ. aga diſtinguentium, vt ſi pœna ſit arbitraria, tempus ſententia ſpectetur: ſi certa delicti, arg. l. 1. D. de pœn.

d Franciſcus Grimoaldus. lib. 4. cap. 37. arg. l. venditor ex hæreditate, verſ. cum hæreditas. D. de hæred. vel act. vend. l. venditor. D. de act. empt. l. ſi merces. § conductor D. loca.

e Tiraq. hoc tract. §. 4. gloſſ 6. not. 195 l. cùm ſeruus. verſ. non vtique. & ibi Bart. D. de condit. & dem.

f l. 1. §. ſi ciſta D. depoſ. l. acceptum. vbi Bart. Bal. Salyc. & Caſtr. C. de vſur. idem Bart. in d. l. cum ſeruus. Romanus Conſ. 352. Petrus Ferratius in forma lib. in cauſa vend. Iaſon in l. Titia textores. in prin. D. de legat. 1. Petrus Coſtalius in l. fundus. D. de reſc. vend.

CLXII. [g] Si depoſita pecunia pereat fortuito caſu, vel vi, cui reſiſti non potuerit, aut à Principe auferatur, id damnum agnoſcere emptorem oportet, niſi iuſta de cauſa eam accipere noluiſſe comprobetur. Quod ex litis euentu iudicabitur.

CAPVT X.

Quo iure prædia à gentile redhibita poſſideantur.

CLXIII. [h] IVre Normano, prædium à parẽte filij cuiuſquã nomine redhibitum, in familiæ erciſcundæ iudicium vnà cùm cæteris bonis venit: niſi aliunde facultates filio competant, è quibus redhibitionis pretium exſoluat.

CLXIIII. [i] Prædium redhibitum in numerum rerum patrimonialium, non quæſitorum bonorum refertur.

CLXV. [k] Iure Normano, vir vel eius hęredes, mediam partem expenſæ à ſe pecunię, in redhibitionem prædiorum vxoris ſuæ nomine factam, reſtitui ſibi rectè petent.

CLXVI. [l] Si vir huiuſce redhibitionis cauſâ, prædia ſua alienauerit, vel hypothecæ ſuppoſuerit vxor, eiúſve hęredes prius quàm id ei damnum ſarcitum ſit ex bonis quæſitis, ab eorum prędiorum vendicatione ſubmouentur.

CLXVII. [m] Si abſque iudicio redhibitio fiat, pro mera venditione habetur.

De redhibitoria actione quæ Normano iure ei datur, à quo prædium ob hypothecas per auctionem euincitur.

TIT. III.

I. [a] IS qui prædium proprietatis iure annum & diẽ poſſederit, ſi id ob hypothecas anteriores euincatur, redhibendi illud habet facultatẽ iure quodã perfecti ſolemniter ſui contractus, ſi intra annum & diem actionem eius rei cauſâ inſtituat, & pretium cùm impenſis legitimis reſtituat.

II. [b] Ac tametſi id prædium cum aliis per auctionem alij licitatori vnico pretio ſit addictum, tamen omnia ea prædia ſimul redhibere non cogetur, ſed euicti prædij pretium tantummodò rependere.

III. [c] Cognati eius, à quo huiuſmodi prædiũ

g Tiraquellus. d. gloſſ. 6. num. 34. arg. l. qui decem. in princip. vbi Bart. & l. creditor oblatam in princ. vbi ſimiliter Bartolus. & OD. D. de ſol. l. 1. C. de ſuſc. & arca. lib. 10. & gloſſ. in d. l. acceptam. & ibi quoque Bartol. & Paul. Caſtr. Cod. de vſur. Matthæus Afflictus Deciſion. Neapo. 150.

h lege municip. Normana. verſ. 482. Contra id quod Franciſcus Grimoaldus tradit lo. 2. huius tract. cap. 12. ſi pater filij nomine prædium redhibuerit, proprium filij effici, nec coheredibus communicari: quia emptum pecunia alicuius non ſit illius, ſed eius cuius nomine comparatum eſt. Bart. in l. qua dotis. D. ſoluto matrimonio. & in l. 2. §. ſed nec caſtrenſe. D. de collatione bonorum. Addit Grimoaldus, parentem pretium redhibito prædij donaſſe filio videri, niſi proteſtatus contra fuerit: in iis tamen regionibus, in quibus parentes æquã facere conditionem filiorum omnium iubentur, contrarium obſeruari. l. ſi ſponſus. §. hoc autem ex eo D. de donat. inter vir. & vxor.

i d. l. mun. Norman. verſ. 483.

k d. l. mun. verſ. 495.

l d. l. mun. verſ. 496.

m l. munic. Andium verſ. 391. Turonum 191. Ledunenſ. 34. & ſeq.

a l. munic. Normanæ verſ. 478.

b d l. mun verſ 472.

c d. l. mun. verſ. 475.

euinci-

euincitur, agere redhibitoria ſanguinis iure aduerſus eos poſſunt, qui licitatione vicerunt. Conſanguineis verò eius, cuius ob debita auctio facta eſt, redhibitoriæ actiones non dantur, ſi is à quo prædium euincitur, eius alioqui dominus fuiſſet.

A

De redhibit. actione quæ domino prædij obnoxij ſolario datur.

TIT. IV.

I. [a] SI ſolarium, id eſt vectigal, quod pro ſolo penditur, ſit venditum, illúdque gentilis, aut patronus non redhibeant, redhiberi à fundi domino poteſt.

a lege ma Norma. v 501.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER VNDECIMVS.

De locatione & conductione.

TIT. I.

Hic titulus in nouem capita diuiditur: cuius primum eſt: Quid ſit locatio & conductio, & quibus modis contrahatur. Cuius prima pars, Quid ſit locatio & conductio, & quibus modis contrahi ſoleat. Secunda, Quomodo locatio tacitè contrahatur. Tertia, De iis quæ in conductione pignori tacitè obligantur. Quarta, De fideiuſſoria obligatione conductionis. Caput ſecundum, De inutilibus locationibus aut conductionibus, vel vtilibus. Cuius prima pars, Quæ ſint inutiles locationes, vel conductiones. Secunda, Quæ non ſunt inutiles locationes, aut conductiones. Caput tertium, De actione locati, & quarum rerum cauſâ competat. Cuius prima pars, De actione locati mercedis cauſâ. Secunda, De actione locati, vt lex conductionis ſeruetur, & ea præſtentur quæ à conductore debent. Caput quartū, De actione conducti. Caput quintum, De operarum locatione. Cuius prima pars, Variè mixta ea de re. Secunda, De operis probatione. Tertia, De periculo rei in qua opera præſtantur. Caput ſextum, De mercede operarum honeſtiorum. Caput ſeptimum, De ſuffragio & proxeneticis. Caput octauum, Quibus modis finitur locatio. Caput nonum, Quibus ex cauſis expelli colonus, vel inquilinus poſſit.

CAPVT I.

Quid ſit locatio & conductio, & quibus modis contrahatur.

Cuius prima pars.

Quid ſit, & quibus modis contrahatur nominatim.

a Iacob. Cuiacius Paratitlis D. h. t.

I. LOCATIO [a] & conductio eſt conuentio nuda fruendi, faciendíve aliquid certa mercede. Locator eſt, qui dat aliquid fruendum, vel faciendum; Conductor qui accipit.

b l. 2. D. h. t.

II. [b] Proxima eſt locatio & conductio emptioni & venditioni. Nam vt emptio & venditio contrahitur ſi de pretio conuenerit: ſic & locatio & conductio contrahi intelligitur, ſi de mercede conuenerit. [c] Et competit locatori quidem locati actio: conductori verò, conducti.

c Inſtit. d. t. in princ.

d d. l. 2. §. 1.

III. [d] Adeo autem familiaritatem aliquam habere videntur emptio & venditio: item locatio & conductio, vt in quibuſdam quæri ſoleat, vtrum emptio & venditio ſit, an loca-

B

tio & conductio. Vt ecce, Si cum aurifice conuenerit, vt ex auro ſuo annulos mihi faceret certi ponderis, certáque forma, & is acceperit (verbi gratiâ) trecenta, vtrum emptio & venditio ſit, an locatio, & conductio. Sed placet vnum eſſe negotium, & magis emptionem & venditionem. Quòd ſi ego aurum dedero, mercede pro opera conſtituta, dubium non eſt quin locatio & conductio ſit. [e] Quoties enim faciendum aliquid locatur, locatio eſt.

e l. item ſi pretio §. 1. D. h. t.

C

IV. Conuenit mihi tecum, vt certum tegularum numerum mihi dares certo pretio, quas tu faceres; vtrum emptio ſit, an locatio. Reſponſum eſt, Si ex fundo meo tegulas tibi factas, vt darem conuenit; emptio eſt, non conductio. Toties enim conductio alicuius rei eſt, quoties materia, in qua aliquid præſtatur, in eodem ſtatu manet. Quoties verò & immutatur, & alienatur, emptio magis quàm locatio intelligi debet.

f l. conuenit D. de contr. empt.

D

V. [g] Locationis ea natura eſt, vt locatorem oportcat, rei quæ facienda, aut vtenda traditur, eſſe dominum; non eum qui facturus eſt, aut vſurus; vt ecce: [h] Si quam rem nobis fieri velimus, veluti ſtatuam, vel vaſa aliqua, ſeu veſtem, vt nihil aliud quàm pecu-

g Fran. Connanus libro 7. comm. c. 11.

h l. Sabinus d. t.

niam daremus, emptio videtur: nec poteſt vlla locatio eſſe, vbi corpus non datur ab eo cui id fieret: aliter, atque ſi aream darem, vbi inſulam ædificares, quoniam tunc à me ſubſtantia proficiſcitur.

VI. [i] Cùm inſulam ædificandam loco, vt ſua impenſa cõductor omnia faciat, proprietatem quidem eorum ad me transfert; & tamen locata eſt: locat enim artifex operam ſuam, id eſt faciendi neceſſitatem.

VII. [k] Si fulloni polienda, curandáve, aut ſarcinatori ſarcienda veſtimenta quis dederit, nulla ſtatim mercede conſtituta, ſed poſtea tãtum daturus, quantum inter eos cõuenerit, non propriè locatio & conductio cõtrahi intelligitur, ſed eo nomine actio præſcriptis verbis datur: [l] mercéſque in huiuſmodi conuentione ex more regionis præſtabitur.

VIII. [m] Si fortè rem aliquam vtendam ſiue fruendam tibi aliquis dederit: & inuicé à te vtendam ſiue fruendam aliam rem acceperit, placuit non eſſe locationem & conductionem, ſed proprium genus cõtractus: veluti, ſi cùm vnum bouem quis haberet, & vicinus eius vnum, placuerit inter eos vt per denos dies inuicem boues commodarent, vt opus facerent: & apud alterum alterius bos perierit; neque locati, neque conducti, neque commodati competit actio, quia nõ fuit commodatum gratuitum: verùm præſcriptis verbis agendum erit.

IX. Locationis merces conſtitui poteſt, vel in nummis, vel pecunia, vel partibus: [n] Nummis, vt fit plerumque: [o] Pecunia, vt ſi quis certum frumenti aut olei numerum promittat mercedis loco: [p] Partibus, cùm colonus in vicem mercedis, partem fructuum tertiam aut dimidiam fortè promittit: qui colonus partiarius appellatur.

X. [q] Cùm fundus locatur, & æſtimatum inſtrumentum colonus accipiat, id agi videtur, vt inſtrumentum emptum habeat colonus: ſicuti fieret, cùm quid æſtimatum daretur.[r] Id ſic accipiendum, vt finita locatione liceat locatori aut inſtrumentum ſuum vendicare, ſi extat: aut quanti æſtimatum eſt, ſi perierit: imò audiendus colonus ſi velit reddere, ſi tanti valeat quanti cùm accepit.

XI. [ſ] Non ſolet locatio dominium mutare.

Capitis primi ſecunda pars.

Quo modo locatio vel conductio tacitè contrahatur.

XII. [t] Locatio & conductio cùm naturalis ſit, & omnium gentium, nõ verbis, ſed conſenſu contrahitur. [u] Et cùm in hoc negotio ſermone opus nõ ſit, ſufficiente cõſenſu etiam in locatione & conductione; [x] mutúſque ſi intellectum habet, & locare & conducere poteſt.

d. l. item ſi vero. §. 1. Inſt. h. t. l. tibi polenta. D. de præ. verb. Bald. in l. Contractus. in fi. C. de iide inſtr. arg. l. ex ecto. C. h. t.
n *§. 1. Inſt. h. t.*
o *l. 2. D. h. t.*
o *l. ſi olei. C. eo t. l. naturalis. §. at cùm do. D. de præſ. verb. interpretando quod ibi dicitur locationem eſſe, cùm do vt facias: ſi pecunia detur, pecunia verbũ ſpeciei quidem excludere, cõplecti tamen res quæ pondere, numero, mẽſura conſtant, vt plerunque ſolet. l. vlt. C. de conſtit. pec. l. 2. § creditũ. D. de rebus cred. l. pecunia 1. 2. & 3 D. de verb. ſig. Matthæus Veſembecius h. t.*
p *l. ſi merces. §. vis maior. D. h. t. Veſẽb. d. t. Cõtra Salycetũ & DD. ſententiã in l. ſi paſcenda C. de pact. qui sẽ ſunt huiuſmodi contractum, in contractũ innominatum incidere: & locationẽ omninò nummos requirere. arg. l. 1. § ſi quis. D. de poſ. & Bart. in d. §. vis maior. Hoſtienſ. h. t. Fr. Cõnan h. t. Panor. iẽ in c. 3. h. t. qui hoc ſocietatis genus eſſe autumant, ideóque alterutrius cõtrahentiũ morte finiri. l. 4. & l. nemo poteſt. D. pro ſoc.*
q *l. 3. D. h. t.*
r *h. t. l. quæro. §. vlt. D. h. t.*
ſ *l. nõ ſolet. D. h. t. l. ad probationem, & l. ſi quis conductionis. C. eod. tit.*
x

t *l. 1. D. h. t.* u *l. in quibuſcunque. D. de obl. & act. l. vbi non voce. D. de reg. iur.*

XIII. [z] Qui impleto tempore conductionis remanſit in conductione, non ſolùm reconduxiſſe videbitur: [a] iiſdémque omninò legibus, vt etiam pœna repetita cenſeatur, ſed etiam pignorum videtur durare obligatio, ſi non alius pro eo in priore conductione res obligauerat: huius enim nouus conſenſus erit neceſſarius, [b] quemadmodum & ſi fideiuſſit in priore conductione interuenit. [c] Intelligitur enim dominus, cùm patitur colonum in fundo eſſe, ex integro locare.

XIIII. [d] Sed hoc ita accipiendum eſt, vt in ipſo anno quo tacuerunt, videantur eandem locationem renouaſſe, non etiam in ſequentibus annis, etſi luſtrum fortè ab initio fuerat conductioni præſtitutum. Sed ſi ſecũdo quoque anno, poſt finitum luſtrum nihil fuerit contrarium actum, eandem videri locationem, & in illo anno permanſiſſe. Hoc enim ipſo quod tacuerunt, conſenſiſſe vidétur. Et hoc deinceps in vno quoque anno obſeruandum eſt.

XV. [e] Tantùm autem effluxiſſe temporis, quo in conductione colonus remanſerit, intelligimus; vt ad culturam agrorum quadamtenus ſuffecerit.

XVI. [f] In vrbanis autem prædiis alio iure vtimur, vt prout quiſque habitauerit, ita & obligetur, [g] niſi in locatione certum tempus conductionis comprehenſum eſt; ſic tamen vt inquilino idoneum tempus aliò migrandi, veluti trium menſium detur.

XVII. [h] Attamen ſi eiuſmodi ædes eſſent, vt certo anni tempore, veluti nundinarum iis præcipuè vti liceret, iiſque conductor eo tempore vſus ſit, idem quod in ruſticis prædiis iuris erit.

XVIII. [i] Finita conductione piſcinæ, ſi colonus nouam ſobolem, domino permittente, immiſerit, redintegrata vſque ad id tempus locatio cenſebitur, quò conductor poſſit tollere quod impoſuit piſcium. Alioqui piſcinarum renouata conductio non videtur, niſi duret domini patientia vſque ad tempus piſcationi deſtinatum: imò niſi patiatur dominus conductorem piſcari.

XIX. [k] Qui rem mobilem locati vulgò ſolitam, conductionis impleto tempore retinet, reconduxiſſe videtur: non ſolitam, retinendo furtum facit.

XX. [l] Si dominus furere cœperit, vel deceſſerit, fieri nequit vt impleto conductionis tempore locatio redintegrata videatur. [m] Sed ſi hæredes, vel furioſi curatores in cõductione remanere patiantur, contrà eſt.

Capitis primi pars tertia.

De iis quæ in conductionibus pignori tacitè obligantur.

XXI.[n] Certi iuris eſt, [o] quia tacitæ conuentiones valent, ea, quæ volũtate dominorum coloni in fundum conductũ

z *l. itẽ quæritur. §. qui impleto. D. h. t. l. legem. C. eo. t.*
a *arg. l. Labeo ait, ſi arbiter. D. de rec. arb. l. pœn. §. vxor. in verbo, quoniã prioris dotis cauſa in ſequentem dotis obligationem eſſet trãſlata. D. ſolut. matr. Boerius Deciſ. 244. n. 14. Contra Dynum, Bald. & Alex. ſententiã. in l. cũ pater. § pater. D. de lega. 2.*
b *l. ſi cùm Hermes. C. h.*
c *l. qui ad certum. D. h. t.*
d *d. §. qui impleto.*
e *Bart. in d. §. arg. l. ab hoſtibus. §. vlt. D. ex quibus cauſ. maior.*
f *d. §. qui impleto.*
g *Loco horum verborum in Pandectis cõtinetur (niſi in ſcriptis certum tempus conductionis cõprehenſum eſt) vbi ſo ſcriptis intelligendũ, ſi fiers ſcriptus locationẽ conuenerit, nos perſpicuitatis cauſa immutauimus ex Ioannis Oldendorpii ſententia in claſſibus, cap. de pretio.*
h *Bart. in d. §.*
i *Fr. Cõnanus. d. lib. 7. ca. 13.*
k *Gl. & Bar. in d. § qui impleto. l. inter omnes. §. vlt. D. de furt. l. ſi cui. §. vlt. D. h. t. l. conductores. C. eo. t.*
l *l. qui ad certũ. D. h. t. l. certè D. de prec.*
m *Bart. in d. §. qui impleto ad fi. l. planè § ſi quis. D. pro ſoc.*
n *l. certi iuris C. h. t. l. eo iure. l. licet. D. in quib. cauſ pign. vel hyp. ta. contra. § interdũ quoque. Inſtit. de interd. eo te. 3. de ſalu. interd. D. & t. de prec. & ſalu. interd. C. § item Seruiana. Inſt. de actio. item quia. D de pact.*
o *d. l. item quia.*

induxerunt,

induxerũt, pignoris iure dominis prædiorum teneri,[p] non tantùm pro penſionibus, ſed & ſi deteriorem rem culpa ſua fecerunt,[q] etiamſi nihil nominatim conuenerit,[r] ac aliæ res pignori, hypothecæve datæ ſint. Quando autem domus locatur, non eſt neceſſaria in rebus inductis vel illatis ſcientia domini. Nam ea quoque pignoris iure tenentur.

XXII. [s] Non omnia illata vel inducta pignori ſunt, ſed ea ſola quæ vt ibi ſint, illata fuerunt.

XXIII. [t] Si domum conduxeris, & eius partem mihi locaueris, in eam duntaxat ſummam inuecta & illata tenebuntur, in quam cœnaculum conduxi. Non enim credibile eſt hoc conueniſſe, vt ad vniuerſam penſionem inſulæ, friuola mea teneantur.

XXIV. [u] In prædiis ruſticis fructus qui ibi naſcuntur, tacitè intelliguntur pignori eſſe domino ſoli locati, etiamſi nominatim id non conuenerit.

XXV. [x] Si colonus locauerit fundum, res poſterioris conductoris domino non obligantur: ſed fructus in cauſa pignoris manent: quemadmodum & ſi primus colonus eos percepiſſet.

p l. 2. D. d. t. in quib. cauſ.
q d. l. 2. & quia. t Io. Fab. in d. §. item Seruiana. arg. l. ſi fundus. D. de admi. lega. Bald. in d. l. Certi iuris in pen. qu. Contra ſententiam Cyn. in d. l. Certis. in 6. qu. & Salyc. in 5. poſt Dynum in d. §. Item Seruiana, ſed male.
ſ l. in prædiis. D. d. t. in quib. cauſ.
t l. ſolutum. §. ſolutam. D. de pign. act.
u l. in prædiis. D. d. t. in quib. cauſ.
x l. ſi in l. § ſi colonus. l. qua ſi deiuſſor D. h. t.

Capitis primi pars quarta.

De fideiuſſoria obligatione conductionis.

XXVI. [z] Fideiuſſor, ſi in omnem cauſam conductionis etiam ſe obligauit, is quoque exemplo coloni tardiùs illatarum per moram coloni penſionum, præſtare vſuras debet.[a] Obligaſſe autem ſe in omnem cauſam videtur, etiãſi ſimpliciter fideiuſſerit.

z l. quæro. d. t.
a Azo & Hoſt. h. t. Lud. Romanus ſingulari 544. l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. l. amiſſi. in princ. & §. ſi fideiuſſores. l. ſi vt proponitur. l. ſi ita ſtipulatus. l. inter creditorem l. ſi à colono. D. de fideiuſ. l. 1. §. belliſſimè. D. ut lega. vel fideic. nom. ca.

CAP. II.

De inutilibus locationibus, aut conductionibus, vel non.

Cuius prima pars.

Quæ ſint inutiles.

XXVII.[b] Si merces promiſſa ſit generaliter alieno arbitrio, locatio & conductio contrahi non videtur. Sin autem quanti Titius æſtimauerit; ſub hac conditione ſtare locationem; vt ſi quidem ipſe qui nominatus eſt, mercedem definierit, omnimodo ſecundùm eius æſtimationem & mercedem perſolui oporteat, & conductionem ad effectum peruenire. Sin autẽ ille vel non potuerit mercedem definire, tunc pro nihilo eſſe conductionem quaſi nulla mercede ſtatuta.[c] Ita tamen conuenire poteſt, vt quis iuſta mercede poſtea æſtimanda vtendam rem habeat.

XXVIII. [d] Donationis causâ contrahi locatio non poteſt.[e] Itaque ſi quis conduxerit nummo vno, conductio nulla eſt: quia & hoc donationis inſtar inducit. [f] Sed ſi tibi habitationem locauero, mox penſionem remittam, ex locato & conducto agendum erit.

b l. ſi merces. D. h. t. §. pretium. Inſt. de emp. & vend.
c ſupra verſ. 7. & arg. l. ſi fundus. §. vlt. D. de pign. & Inſt. h. t. in prin.
d l. ſicut D. h. t.
e l. ſi quis conduxerit. ibid. l. ſi quis ante. D. de acq. poſſ. Idẽ in emptione & venditione. l. ſi quis donationis. D. de contr. emt. l. ſi ſponſus. §. circa. D. de do. int. vir. & vx.
f l. ſi tibi D. h. t.

XXIX. [g] Si x. tibi locem fundum: tu autem exiſtimes v. te conducere, nihil agitur. Sed & ſi ego minoris me locare ſenſero, tu pluris te conducere, vtique non pluris erit conductio, quàm quanti ego putaui.

XXX. [h] Si tibi locaui ædes meas ſuburbanas, cùm de vrbanis cogitares, nihil egimus.

XXXI. [i] Tutores & curatores nondum redditis adminiſtrationis ſuæ rationibus, arcentur à rerum publicarum & fiſcalium conductione.

XXXII. [k] Quibus in cauſis alienatio prohibetur, veluti prædiorum minoris, vel cùm alienare teſtator prohibuit, earundem rerum in lõgum tempus prohiberi locationem placuit.[l] Longum autem tempus, decennium intelligitur.[m] Multóq; magis improbabitur, ſi quis rem in nouenniũ locás, cũ alienare non liceat, poſt id tẽpus relocaturum promittat.

XXXIII. [n] Qui rem propriam conduxit, exiſtimans alienam, dominium non transfert: ſed inefficacem conductionis cõtractum facit. Nemo enim ſibi iure poſſeſſionem mutare poteſt.

XXXIV. [o] Locare ſeruitutem,[p] niſi cum ipſo fundo nemo poteſt.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quæ non ſunt vtiles locationes aut conductiones.

XXXV.[q] Locare quis fundum communem, ſi id vtiliter faciat, poteſt; cùm eiuſmodi res expediri pro parte non poſſit.

XXXVI. [r] Locatio operarum perpetua non improbatur.

XXXVII. [ſ] Poteſt etiam in longum tempus, veluti vltra decennium fieri locatio.

XXXVIII. [t] Quemadmodũ in emendo &

g l. ſi decem tibi. eo. t. Idem in alienatione l. in omnibus. D. de oblig. & act. l. in venditionibus. D. de cont. emp.
h Fran. Conn. lib. 7. Comm. c. 11.
i l. vlt. C. h. t.
k arg. ſecundũ DD opinionem quòd huiuſmodi locatio ius quoddam in re tribuere videatur, de qua ſupra, v. 11. l. Codicillis. §. Inſtituto. D. de lega. 2. vbi Dynus & & Bart. arg. l. 1. & 2. D. ſi ager vect. vel emph. pet. l. 1. § quod aut. D. de ſuperf. Pan. in c. 2. h. t. & in c. ad audientiã. arg. illorum capitum & in c. nulli. de reb. eccl. non alien. Ang. & Imola in l. ſi domus. §. vlt. D. de lega. 1. Glo. & Bart. in d. l. 1. §. quod autem. D. de ſuper. Ph. Corneus Conſ. 243. Vol. 3 Bald. Conſ. 347. lib. 3. Contra Gloſa numme receptam ſententiam in d. §. Inſtituto.

l Panorm. in c. 3. h. t. nu. 17. Notatur in c. 1. de reb. eccl. non alien. & l. De quibus. D. de leg.

m Iaſ. in l. Manumiſſiones. nu. 7. D. de Iuſt. & iur. §. neque illud, iuncto §. neque emphyteuſim in Auth. t. de non alien. & ibidem Ang. Lapus Caſtel. Alleg. 12. quæ incipit diſputum hic. Alex. Conſ. 68. in 1. Vol. Car. d. Floren. in c. l. 1. & vlt. de reb. eccl. non alien. Contra Baldi ſententiam in l. voluntas C. de fideic.

n l. qui rem propriã. & l. ad probationem. C. h. t. o l. locare. D. h.

p Math. Veſembecius h. t. q Bart. & Paul. Caſtr. in l. & hæc diſt. §. vlt. D. h. t. idẽ Bart. in l. ſi communes ædes. D. de neg. geſt. l. heredes. § ſi vnus. D. fa. erciſc. Bald. in l. 1. C. qui teſta. fa. poſſ. Iaſ. in l. quominus. n. 161. D. de flum. Tametſi idem Bald. aliter in c. 1. § ſi quis de manſo. ad finem. t. ſi de inueſt. feud. fuer. contr.

r Bart. in l. Stipulationes non diuiduntur. D. de verb. obl. Nec obſtat quod lex vetat libertatẽ adimi. l. Titio centũ. § Titio centũ relicta D. de cond. & dem. quia non prorſus adimitur libertas: cũ liberetur ſoluendo quod intereſt qui locauit operas. Oldend. in claſſ. ſ Fr. Conn. lib. 6. Com. c. 12. l. 1. & 2. D. ſi ager vect. vel emph. pet. Veſembecius h. t. Ia. Cuiacius Inſt. de loca. per Nouel. 120. quæ tamen tantùm de Eccleſiaſticis rebus, nec de locatione, ſed emphyteuſi agit; nec has locationes his auctores iuris in re tribuere exiſtimãt. Cõtra DD. ſententiã in l. Codicillis § Inſtituto. D. de leg. 2. de quo ſupra arg. quòd locationis ea natura eſt, vt nihil de dominio transferatur l. 2. C. de præſc. 30 an. Itaq; ſecundum hanc contractus naturam, intelligi huiuſmodi contractus debet. l. ſi vno. D. h. t. l. 4. D. de vſur. Iac. in tract. feud. in verb. ita quod etiã ipſi not. t. l. ex empto. D. de act. emp. Iaſ. in l. vlt. n. 29. C. de iure emph. Corneus Conſ. 390. parte 3. Socinus Conſ. 19. n. 6. Item arg. quòd cõductoribus etiã longiſſimi tẽporis adimatur præſcribẽdi ius d. l. 2. C. de præſc. 30 an. & quòd Prætor ex his lõgi tẽporis conductionibus non indiſtinctè dat in rem actionem, ſed cauſa cognita. l. 1. D. de ſuperf. Contra DD. ſententiam in c. 1. de reb. eccl. non alien. & in d. § Inſtituto arg. D. l. 1. ſi ager vect. & c. 1. § dor. are. t. qual. olim feud. alien. pot. Io. Ferrary in forma libelli. in verb. inueſtiuit ad ſi. ſi præſtationem. t l. Item ſi pretio. § vlt. & l. ſeq. D. h. t. l. ſi olei C. eo. t. l. in cauſa 2. § Idem Pompo. D. de mino.

vendendo naturaliter conceſſum eſt, quod pluris ſit, minoris emere; quod minoris ſit, pluris vendere, & inuicem ſe circumſcribere: ita & in locationibus quoque & conductionibus idem iuris eſt. Et ideo prætextu minoris pēſionis locatione facta, ſi nullus dolus aduerſarij probari poſſit, reſcindi locatio non poteſt.

XXXIX. u Tamen ſi minor ſit merces, aut maior dimidia veræ mercedis, ſupplenda erit, aut minuenda vſque ad verum pretiū, niſi qui ſupplere debet aut minuere, recedi à contractu malit, quemadmodum in emptione & venditione fieri ſuprà relatum eſt.

XL. x In operis locatione erat dictum ante quam diem effici deberet: deinde ſi ita factum non eſſet, quanti locatoris intereſſet, tantam pecuniam conductor promiſerat. Eatenus eam obligationem contrahi exiſtimandum, quatenus vir bonus de ſpatio temporis æſtimaſſet: quia id actum apparet eſſe, vt eo ſpacio abſolueretur, ſine quo fieri non poſſet.

u Bart. ex Accurſii ſententia. in d. l. item ſi pretio. d. § vlt. arg. d. §. & l. 3. C. Com. vtriuſque indic. Fran. Conn. li. 7. Com. cap. 11.
x l. inſulam. §. in operis D. h. t. Cōtra id quod in l. ſi in lege. D. h. t. tradi videtur.

XLI. z Nemo prohibetur rem quam conduxit, fruendam alij locare, ſi nihil aliud conuenit.

z l. Nemo. C. h. t. l. ſi tibi alienam & ſeq. l. cum in plures annos. l. ſi cui locauero D. e. t. l. Stipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. D. de verb. oblig.

CAP. III.

De actione locati, & quarum rerum cauſa competat.

Cuius prima pars.

De actione locati mercedis cauſa.

XLII. a Merces eo tempore ſolui debet, de quo actum eſt: b ſi id prætermiſſum ſit ex conſuetudine regionis, c vel alioqui finita locatione.

XLIII. d Conductor mercedem debet, etſi non fuerit vſus, dummodo facultatem habuerit à locatore: item in id quod intereſt tenetur. e Ergo ſi domus, vel fundus in quinquennium penſionibus locatus ſit, poteſt dominus, ſi deſeruerit habitationem vel fundi culturam colonus vel inquilinus, cum eis ſtatim agere. Sed & de his quæ præſenti die præſtare debuerunt; veluti vt opus aliquod efficerent, vel vt propagationes facerent, agere ſimiliter poteſt. f Et qui contra legem conductionis fundum ante tempus ſine iuſta & probabili cauſa deſeruerit, ad ſoluendas totius temporis penſiones ex conducto conueniri poteſt, quatenus locatori in id quod eius intereſt, indemnitas ſeruetur.

XLIV. g Si quis timoris causâ emigraſſet, ſi iuſta cauſa fuiſſet cur periculum timeret, quamuis periculum verè non fuiſſet, mercedem non debet: ſed ſi causâ timoris iuſta non fuiſſet, nihilominus mercedem debet.

XLV. h Si alienam domum mihi locaueris: eáq; mihi donata vel legata ſit, nō teneor tibi ob penſionem. Sed de tempore præterito videamus, ſi quid ante legati diem penſionis debeatur. Et certum eſt eſſe ſoluen- A dum. Et ego ex conducto rectè agam vt me liberes.

a Azo arg. l. qui hoc anno. D. de verb. oblig. & c. ex parte. de cenſ. l ſemper. D. de reg. iur. glo. & Cyn. in l. ade. C. h. t. Panor. in c. 3. h. t.
b arg. l. 2. C. de iur. emph.
c arg. d. l. ſemper. & l. Sed addes. § ſi quis cum in annum. D. h. t.
d Fran. Conn. e l. ſi in lege. §. colonus. & l. habitatores. §. vlt. D. h. t.
f l. Dominus horreorum. §. vlt. d. t.
g l. habitatores. 2. reſp.
h l. ſi quis fundum. §. vlt. & ſeq. d. t.

XLVI. i Ea lege fūdū locaui, Vt ſi non ex lege coleretur, relocare eum mihi liceret; & quo minoris locaſſem, hoc mihi præſtaretur, & cùm nemo fundum colebat, pluris tamen locaui; hæc conuentio pro locatore tantummodò impoſita videtur: & ideo quod amplius eſt, præſtare non debet.

B XLVII. k Vis maior (quam Græci θεοῦ βίαν appellant) non debet conductori damno eſſe, ſi plus, quàm tolerabile eſt, læſi fuerint fructus: alioqui modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum damnum non aufertur. Apparet autem de eo colono nos dicere, qui ad pecuniam numeratam, l vel eius loco quantitatem certam fructuum, veluti x. vel xx. frumenti modios conduxit: alioqui partiarius colonus, C m id eſt qui fructuum certa parte, veluti media, tertia, quartáve conduxit, quaſi iure ſocietatis & damnum & lucrum cum domino fundi partitur.

XLVIII. n Si vis tempeſtatis calamitoſæ contigerit, vt puta fluminum, graculorum, ſturnorum, o locuſtarum, & ſi quid ſimile acciderit, p aut ſi incurſus hoſtium fiat, aut vis cui reſiſti non poteſt, q vel caſus repentini incendij cōtigerit, cùm prædia culta eſſent, do- D minus colono præſtare debebit. Sed & ſi labes facta ſit, omnémq; fructum tulerit, damnum coloni non erit: ne ſupra damnum ſeminis mercedes agri præſtare cogatur. Sed & ſi vredo fructum oliuæ corruperit, aut ſolis feruore non aſſueto id acciderit, damnum domini erit. Si verò nihil extra conſuetudinem acciderit, damnum coloni erit. Idémque dicendum, ſi exercitus præteriens per laſciuiam aliquid abſtulerit. Et ſi quæ vitia ex ipſa re o- E riantur, hæc damno coloni erunt: veluti ſi vinum coacuerit, ſi raucis aut herbis ſegetes corruptæ ſint. Nec de exiguitate fructuum querentis coloni ratio habenda eſt: nec eius qui propter vetuſtatem vinearum remiſſionem petit.

i l. Ea lege. d. t.
k l. ſi merces. l. vis maior. d. t.
l Fran. Conna. lib. 7. Com. ca. 11.
m Hoſt. h. t. n. 7. ibi loquor autem.
n l. ex conducto. §. 1. D. h. t.
o l. excepto. C. eo. t.
p d. §. 1.
q d. l. ex conducto. § cùm quidam.

XLIX. r Penſionis remiſſio calamitate & ſterilitate vnius anni non inducitur, niſi tanta fuerit, vt reliquorum annorum vbertati præponderet. Ergo ſi vno anno remiſſionē quis F colono dederit; deinde ſequentibus annis cōtigerit vbertas, nihil oberit domino remiſſio: ſed integra penſio etiā eius anni quo remiſerit, exigi poterit. Sed & ſi verbo donationis dominus ob ſterilitatem anni remiſerit, idem erit dicendum, quaſi non ſit donatio, ſed tranſactio. Quid tamen ſi nouiſſimus erat annus ſterilis, in quo remiſit? Verius dicetur, etſi G ſuperiores vberes fuerunt, & ſcit locator, non debere eam ad computationem vocari.

L. ſ Qui amplas ædes cauponæ exercendæ cauſa conduxerat, illis vti propter bellum ſuperueniens prohibitus, remiſſionem mercedis rectè poſtulabit. Ea *autem gratia conduxiſſe ædes videbitur, ſi locari in eum vſum ſint ſolitæ: vel qui conduxit, caupo fuerit.

r l. ſi vno. § 1. D. h. t. Simile in l. legitum. § 1. D. de ann. lega.
ſ Bart. in l cū plures ar. illius l. D h. t. d l Ex conducto. §. ſi vni. l. ſi vno. §. cùm quidā & l. merces. §. vis maior. & § ſi vicino ibidem. l. Semper in ſtipulationib. D. de reg. iur.
* arg. l. Dominus prædiorum. C. de agr. & cenſ. lib. 11. l. excepto. C. h. t.

LI. ſ Si

L I. [t] Si alia in re, quàm in fructibos damnum colonus ſenſerit, dominus non præſtabit.

L II. [u] Si propter hoſtium incurſum vti re conducta colonus non potuit anno fortè aliquo, ſi tantum temporis dominus vti eum re conducta patiatur, mercedis exonerationem non rectè petet.

L III. [x] Si qui alij remiſerint contra legem contractus atque regionis conſuetudinem penſiones, hoc alijs præiudicium afferre non poteſt.

L IV. [z] Vbicunque remiſſionis ratio habetur, ex cauſis ſuprà relatis, non id quod ſua intereſt conductor conſequitur, ſed mercedis exonerationem pro rata. Sed & damnum ſeminis ad colonum pertinere non eſt dubium.

L V. [a b] Si propter inopinatam rem, in immenſum colonus lucrum fecerit: veluti ſi cùm piſtrinum aliquod lucatum eſſet, & diruris fortuitò propinquis, longè quàm antea fructuoſius eſſe cœperit, augere mercedem debet. [c] Quod ſi ex coloni induſtria aut è re ipſa lucrum acciderit, contrà erit.

Secunda pars capitis tertij.

De actione locati, vt lex cõductionis ſeruetur, & ea præſtentur quæ à conductore debent.

L VI. [d] Conductor omnia ſecundùm legem conductionis facere debet: [e] & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit, id ex bono & æquo præſtare. Et ante omnia colonus curare debet, vt omnia opera ruſtica ſuo quoque tempore faciat, ne intempeſtiua cultura deteriorem fundum faciat. Præterea villarum curam agere debet, vt eas incorruptas babeat. [f] Denique proſpicere debet conductor ne aliquod ius rei, vel corpus deterius faciat, vel fieri patiatur.

L VII. [g] Culpæ culoni & illud annumeratur, ſi propter inimicitias eius vicinus arbores exciderit.

L VIII. [h] In lege locationis ſcriptum erat [Redemptor ſyluã ne cædito: néve quem cædere, cingere, vrere ſinito.] Locator videtur id voluiſſe, vt redemptor, non ſolùm, ſi quem caſu vidiſſet ſyluam cædere, prohiberet; ſed vti caueret, & daret operam ne quis etiam cæderet.

L IX. [i] Colonus hac lege villas acceperat, vt incorruptas redderet præter vim & vetuſtatem; Coloni ſeruus villas incendit non fortuito caſu: Nõ videri eam vim exceptam, reſponſum eſt: nec id pactum eſſe, vt ſi aliquis domeſticus eas incendiſſet, ne præſtaret: ſed extraneam vim vtroſque excipere voluiſſe.

L X [k] In iudicio tam locati quàm conducti, dolus & cuſtodia, non etiam caſus, cui reſiſti non poteſt, venit, niſi pactionis lex aliud ſtatuat. [l] Nam ſi quis fundum locauerit ea lege, vt etiam ſi quid vi maiore acciſſet, hoc ei præſtaretur; pacto ſtandum eſt. Quòd ſi caſum ſimpliciter omnem in ſe receperit, expeditom eſt.

L XI. [m] Si colonis prædiorum lege locationis vt innocentem ignem haberet, denuntiatum ſit, ſi quidem fortuitus caſus incendij cauſam intulerit, non præſtabit periculum locator. Si verò culpa cõductoris, quam præſtare neceſſe eſt, damnum factum ſit, tenebitur. [n] Sed ſi hoc in locatione conuenit [Ignem ne habeto], & habuit, tenebitur; etiamſi fortuitus caſus admiſit incendium: quia non debuit ignem habere. Aliud enim eſt, innocentem ignem habere. Permittit enim habere, ſed innoxium ignem.

L XII. [o] Inter conductorem & locatorem conuenerat, ne in villa vrbana fœnum componerent; conductor compoſuit, deinde ſeruus igne illato ſuccendit. Tenetur conductor ex locato: qoia ipſe cauſam præbuit inferendo fœnum contra conductionem. Sed & ſi quilibet extraneus ignem inecerit, damni ratio iudicio locati habebitur. [p] Idem erit ſi ſua ſponte fœnum, deferueſcat, & ignem ſibi ipſi concipiat: quod facit nõnunquam, ſi condatur antequam peraruerit.

L XIII. [q] Culpam etiam eorum quos induxit, præſtat ſuo nomine conductor, etiamſi nihil conuenit, ſi tamen culpam in inducendis admiſit, quòd tales habuerit, vel ſeruos vel hoſpites. [r] Itaque ſi ſeruos habuit moribus & vita probatos & diligentes, & quos conſideratus paterfamiliâs non improbaſſet, culpam illorum ſuo nomine non luet.

L XIIII. [ſ] Si fornicarius ſeruus coloni ad fornacem obdormierit, & villa exuſta ſit, ex locato conuentus præſtare debebit, ſi negligens eligendis miniſtris fuit. Cæterùm ſi alius ignem ſubiecerit fornaci, an tenebitur qui ſubiecit? Nam qui cuſtodiit, nihil fecit; qui rectè ignem ſubiecit, non peccauit. Quid ergo? Vtilis actio competit, tam in eum qui ad fornacem obdormiuit, quàm in eum qui negligenter cuſtodiuit. Nec quiſquam dixerit eum qui obdormiuit, rem humanam & naturalem paſſum; cùm deberet vel ignem extinguere, vel ita munire ne euagaretur.

L XV. [t] Si quis vitulos paſcendos, vel ſarciendom quid, poliendúmve conduxit, culpam eum præſtare debere certum eſt: & quod imperitia peccauit, culpam eſſe: quippe vt artifex conduxit.

L XVI. [u] Exactiſſima diligentia exigitur ab iis qui mercedem pro cuſtodia accipiunt; vt etiam leuiſſimam culpam præſtant: cæteri leuem tantùm. [x] Ergo qui mercedem accepit pro cuſtodia alicuius rei, is eius periculom pro cuſtodia præſtat. Sed de damno ab alio dato agi cum eo non poteſt. [z] Qua enim cuſtodia cooſequi potuit ne damnum iniuria ab alio dari poſſit? Agi tamen poterit ſi cuſtodiri potuit, ne damnum daretur.

t Bart. in d. l. ex conducto. §. 1. l. Dammum. C. eo t. vbi male Accurſ. diſtingunt inter vim diuinã & humanam, cum diſtinctio fieri debeat inter damnum in fructibus contingens, & dãnũ in coloni rebus.
u Ludo. Romanus conſ. 32.
x l. certa C. h. t.
z l. ſi vno. §. vbicunq; D. eo t.
a b gl. poſt Azonem in l. ſi merces. §. vis maior. D. h. t. glo. alia in l. legem. C. eo t. Panor. in c. 3. in fi. eo t. Alex. in add. ad Bar. ad d. §. vis maior l. 1. C. de paſc. publ. & priu lib. 11.
c l. vlt. C. de alim. l. Moſchus. §. vlt. D. de iur. fiſ ſimile in l. 3. D. ad leg. falc. & in l. Cæterum. C. de res vend.
d d. l. ſi merces. §. conductor.
e §. conductor. Inſt eo t.
f l. videamus. §. Item proſpicere. D. h. t.
g l. ſi merces. §. culpæ. eo. t. ſimile in dote. l. pen. in prin. D. Sol. ma. idẽ in re communi. l. ſi vt certo. D. Com. diuid.
h l. in lege. D. h. t. l. Cæſar. D. de publ. l. in lege. 205. D. d. ver. ſign. l. ſi quando. D. de lega. 1. & quo ſieri quid patitur, facere ipſe exiſtimatur. l. quid ergo. §. certè. D. de iis qui not. infa. l. vel emu. §. œcono. C. de ſacr. eccl. & l. adigere. D. de iure patr. præterea è natura & qualitate contractus verba intelliguntur.
i l. ſi vno D. h. t.
i l. quis maiorũ. §. vlt D. d. t.
k l. in iudicio. C. h. t.

l l. ſi quis fundum. D. h. t. negotium. C. de nego. geſt. l. in exigentium. § parificat. in f. D. de pact. l. ſi quæritur. § gemma. D. h. t. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. D. ſi quis caut. in l. ſi quis dã num. §. 2. D. h. t.
n l. videamus §. 1. d. t.
o d. l. §. vlt.
p Fran. Connan. lib. 7. Com. c. 11
q d. l. Videamus l. ſi ſeruus ſeruum. §. Proculus. D. ad leg. Aquil.
r Connanus d. cap.
ſ d. l. ſi ſeruus ſeruum § ſi fornicarius.
t l. ſi quis dam num §. Celſus. D. h. t.
u Glo. in l. qui mercedem. & ſeq. D. h. t.
x d. l.
z Idem l. ſi re. tas. D. de act. empt. l. qua fortuitis. C. de pig. act. l. cum duobus §. damna. D pro ſoc.

A ſiue ipſe cuſtos damnum dedit. Itaque ſi capras latrones citra fraudem abegiſſe probari poteſt, iudicio locati caſum præſtare non cogetur.

LXVII. [b] Qui pro vſu aut veſtimentorum, aut argenti, aut iumenti mercedem aut dedit, aut promiſit, ab eo cuſtodia talis deſideratur, qualem diligentiſſimus paterfamiliâs ſuis rebus adhibet: quam ſi præſtiterit, & aliquo caſu fortuito eam rem amiſerit, de reſtituenda ea non tenebitur. [c] Fortuitos enim caſus nulla hominum diligentia præuidere poteſt.

B

LXVIII. [d] Qui mulas ad certum pondus oneris conduxit, ſi maiore onere ruptæ ſint à conductore, vel ab alio; locati tenetur lege Aquilia, qui eas ruperit.

LXIX. [e] Si caſum culpa eius qui debuit cuſtodire notabiliter præceſſerit, fortuitum caſum præſtabit: veluti ſi tibi equum locauero vt ad villam duceres, tu ad bellum duxiſti. [f] Itémque mora plerumque facit vt caſus fortuiti reiiciatur excuſatio.

C

LXX. [g] Ceſſabit etiam caſus fortuiti allegatio, ſi conductor illi ſe ex pacto alligarit.

CAP. IV.

De actione conducti.

D

LXXI. [h] EX conducto actio conductori datur. Competit autem ex his cauſis ferè: Vt puta, Si re quam conduxerat frui ei non liceat; fortè quia poſſeſſio ei aut totius agri, aut partis non præſtatur: aut villa non reficitur, vel ſtabulum vbi greges eius ſtare oporteat. Sed & quod in lege conductionis conuenit, ſi hoc non præſtatur, ex conducto agetur: [i] idque ſiue prohibeatur frui à domino, ſiue ab extraneo quem dominus prohibere poteſt.

E

LXXII. [k] Si fortè dominus frui non patiatur, vel cùm ipſe locaſſet; vel cùm alius, alienum; vel quaſi procurator, quaſi ſuū, quod intereſt præſtabitur: [l] in quo etiam lucrum continebitur [m] niſi bona fide negotium ſit contractum: Tum enim nihil amplius quàm mercedem reddere aut remittere debebit: [n] vt & ſi colonus ab eo interpellabitur, quem dominus prohibere propter vim maiorem aut potentiam eius non poſſit.

F

a b §. qui pro vſu. Inſt h.t.
c l.1. §. ſi eo tempore. D. de adm. rer. ad ciu. pert.
d l. qui inſulā. § qui mulas. D. h t.
e Clau. Cantiuncula in d. §. qui pro vſu. l. ſi vt certo. §. interdum. D. Comm.
f g Cantiunc. præd. loco glo. vlt. l. in hoc iudicio. & ibi Bald. & alij C. h. t. Quomodo & qualis culpa in locato præſtetur, quidā ita diſtinguunt, aut locata eſt opera in tractādis rebus, ſingularē cautionē & induſtriam ne pereant exposcentibus & in his non aliter abeſſe culpa videtur, niſi omnia facta ſint quæ non diligens tantùm, ſed diligentiſſimus quiſque obſeruaturus fuiſſet. Aut quærimus de communi rerū vtendarum fruēdariúmque conductione, vbi nihil deſideratur præter eam diligentiā quam diligens quiſque & frugi paterfamiliâs in ſuis rebus cuſtodiendis præſtare cōſueuit, vt in locato equo. Id confirmant l. ſi merces. §. qui colūnam. D.h.t. & d.l. qui mercedem. l.3 §. ſed ſi tota D. Naut. caup. ſtab. glo. & Bald. in l. in hoc iudicio C h.t. Et hanc eſſe communem opinionem dicit Chriſto. Porcus in d.§. qui pro vſu Et ſequitur Alciatus in l. magna negligentia. D. de verb ſign. Aretinus in d.§. qui pro vſu. DD. in l. Contractus. D. de reg. iur. & quod in d.§. qui pro vſu. Iuſtinianus vtitur dictione (diligentiſſimus) reſpondent haud rarò accidere in iureconſultorum libris, vt ſuperlatiuus poſitus ſignificationem referat: vt declarat Alciatus in l. Proximus. & in l. Proxime, in l. illa verba, & in l. in vulgari. D. de ver. ſig. In vtroque verò caſu fortuitus caſus non præſtatur ſiue natura, ſiue hominis facto contingat. d.l. in hoc iudicio. & l. Si fundus in ſ. D. h.t. & l.1. §. ſi conueniat. D. Depoſ. l. quæſitum. D. de proc. l. Si vt certo. §. quod vero. D. Com. cum ſexcentis aliis. Clau. Cantiuncula in d.§. qui pro vſu.

h Lex conducto. D.h.t.
i d.l. §. vlt. k l. ſi vno. §. vbicumque. l. Si fundus quem mihi. & l. ſi quis domum. D h.t. l l. ſi fundus. d.t.
m l. & hac diſtinctio ibid. glo. in l. ſi quis domum, in princ. in verb. licere. & §. 1. eiuſdem l. & ibid glo. in verb. non teneri. n d. ſi fundus.

A

LXXIII. [o] Si quis domum alienām bona fide emptam locauerit, eáque euicta ſit, ſi dominus non patiatur frui, & locator paratus ſit aliam habitationem non minùs commodam præſtare, æquiſſimum erit abſolui.

B

LXXIV. [p] Si quis cùm in annum habitationem conduxiſſet, penſionem totius anni dederit: deinde inſula poſt ſex menſes corruerit, vel incendio corrupta ſit, penſionem reſidui temporis ex conducto, actione repetet: non quaſi indebiti condicet. Non enim per errorem dedit plus, ſed vt ſibi in cauſa conductionis proſpiceret. [q] In exuſtis autem ædibus eius temporis, quo ædificium ſtetit, mercedem præſtandam minimè dubium eſt.

C

LXXV. [r] Merces quam quis pro inuecto acceperat, naue amiſſa repeti poteſt, cùm munere vehendi functus non ſit.

LXXVI. [ſ] Colonus, cui fundus in quinquennium locatus eſt, ſi ei frui non liceat, totius quinquennij nomine rectè aget, etſi reliquis annis dominus eum frui patiatur. Nec enim ſemper liberatur dominus eò quòd ſecūndo vel tertio anno patiatur fundo frui. Nam & qui expulſus à conductione in aliam ſe coloniam contulerit, non ſuffecturus duabus, neque ipſe penſionum nomine obligatus erit: & quantum per ſingulos annos compendij facturus erat, conſequetur. Sera eſt enim patientia fruendi, quæ offertur eo tempore quo frui colonus aliis rebus illigatus non poteſt. Quod ſi paucis diebus prohibuit, deinde patientiām egit, omniáque coloно integra ſint, [t] tueri locationem conductor compelletur: & quatenus modici temporis impedimentum obfuit, eatenus de penſione eius detrahendum erit.

D

E

LXXVII. [u] Si vicino ædificante obſcurentur lumina cœnaculi, tenetur locator inquilino. Certè quin liceat colono vel inquilino relinquere conductionem, nulla dubitatio eſt. De mercedibus quoque ſi cum eo agatur, reputationis ratio habenda eſt. Eadem intelligemus ſi oſtia, feneſtráſve nimiùm corruptas locator non reſtituat.

F

LXXVIII. [x] Qui inſulam xxx. conduxerat, ſingula cœnacula ita locauit, vt xl. ex omnibus colligerentur. Dominus inſulę, quia ædificia vitium facere diceret, demolitus erat eam. Quæſitum eſt, quanti lis æſtimari deberet, ſi is qui totam conduxerat, ex locato ageret. Reſponſum eſt, Si vitiatum ædificium neceſſariò demolitus eſſet, pro portione quanti dominus prædiorum locaſſet, quòd eius temporis habitatores habitare non potuiſſent, in rationem deduci, & tanti litem æſtimari. Sin autem non fuiſſet neceſſe demoliri, ſed quia melius ædificare vellet, id feciſſet; quanti conductoris intereſſet, habitatores ne migrarent, tanti condemnari oportere.

G

o l. ſi quis domum, l. cum in plures. D h. t. ſimile in l. qui autem. § 1 D de conſt pec. l. 2. §. locum D de relig. & ſumpt fu.
p l. ſed addes §. ſi quis cùm in annum. D h.t.
q d l. ſi quis d. mum. §. vlt.
r l. ſi vno. §. in cum à quodam D.h.t.
ſ l. ſi in lege. § colonus d.t.
t Ita explica Fran. Connan lib.7. Com. cap 11. quod IC ait, nihil ex obligatione paucor dierum mor minuet.
u l. ſi merces. § ſi vicino. d.t.
x l. habitatores. ibid.

LXXIX. [z] Habitatores non ſtatim, ſi paulò minùs commodè aliqua parte cœnaculi vterentur, deductionem ex mercede facere oportere. Ea enim conditione habitatorem eſſe, vt ſi quid aduerſarium incidiſſet, quamobrem dominum aliquid demoliri oporteret, aliquam partem incommodi paruulam ſuſtineret: non ita tamen vt eam partem cœnaculi dominus aperiat, in qua magnam partem habitator haberet.

LXXX. [a] Illud nobis videndum, ſi quis fundum locauerit, quæ ſoleat inſtrumenti nomine conductori præſtare; quæ ſi nõ præſtet, ex locatu teneatur. Et ſciendum, dolia vtique colono præſtanda eſſe, & prælum, & trapeta inſtructa funibus: ſin minus, dominum inſtruere ea debere. Quod ſi culpa coloni quid eorum corruptum ſit, ex locato eum teneri. Fiſcos autem quibus ad premendum oleum vtimur, colonum ſibi præſtare debere. Quod ſi regulis olea prematur, & prælum, & ſucculam, & regulas, & tympanum, & trochleas quibus releuatur prælum, dominum pręſtare oportere: item aënum in quo oliua calida aqua lauaretur, & cætera vaſa olearia dominum præſtare oportere: ſicuti dolia vinaria quæ ad præſentem vſum colono picare oporteret. Hæc autem omnia ſic ſunt, niſi quid aliud ſpecialiter actum ſit.

LXXXI. [b] In conducto fundo ſi conductor ſua opeta aliquid neceſſariò vel vtiliter auxerit, vel ædificauerit, vel inſtituerit, cùm non conueniſſet: [c] veluti vineam ad recipienda quæ impendit ex conductu, cum domino fundi experiri poteſt. [d] Si tamen ea quæ fecit colonus, non tam fundi vtilitatem, quàm eius commoditatem & temporalem vſum reſpiciunt, repetere ea non puterit, ſed tollere ſine rei incommodo.

LXXXII. [e] Si inquilinus oſtium vel quędam alia ędificiu adiecerit, cumpetit ex conducto actio vt ei tollere liceat: ſic tamen vt damni infecti caueat, ne dum aufert, in aliquo deteriorem cauſam ædium faciat: ſed & vt priſtinam faciem ædibus reddat.

LXXXIII. [f] Inquilinus mutare ædium formam non poteſt, nec demuliri quicquam vſus ſui causâ. At neque dominus, ſi id conductoris futurum eſt detrimeuto: & ſi fecerit, corrigere tenebitur.

LXXXIV. [g] Si quis dolia vitioſa ignarus lucauerit, deinde vinum effluxerit, tenebitur in id quod intereſt: nec ignorantia eius erit excuſata. Aliter atque ſi ſaltum paſcuum lucaſti, in quu herba mala naſcebatur. Hîc enim ſi pecura demortua ſint, vel deteriora facta, quod intereſt pręſtabitur, ſi ſciſti; ſi ignuraſti, penſionem non petes.

LXXXV. [h] Qui horrea locat mercibus conſeruandis, non tenetur ad mercium cuſtodiam, prætérquàm ſi vitio ſuo, aut horreurum perirent. Ergo [i] effractis & compilatis horreis, non tenetur horreorum dominus, niſi cuſtodiam eorum receperit. [k] Sed horrearius [l] is ſcilicet, qui conducta à dominis horrea locat, mercatoribus rerum cuſtodiam

z d. l. habitatores. d. t.
a l. ſed addes. §. illud. d. t.
b l. Dominus. §. in conducto. d. t.
c l. pen. ibid.
d Franc. Conn. lib. 7. cap. 11.
e d. l. ſed addes. §. ſi inquilinus.
f Fran. Conna. d. cap. 11. d. §.
g d. l. Sed addes. §. 1.
h Fran. Conna. d. cap. 11.
i l. Dominus horreorum. D. h. t.
k l. Cùm in plures. §. vlt. d. t.
l l. Fr. Connan. d. cap.

A prętat, pro qua mercedem accipit: niſi in locando aliter conuenerit. Locator verò totorum horreorum dumino comparatur, nec præſtat cuſtodiam.

LXXXVI. [m] Damnum quod per aggreſſuram latronum in poſſeſſionibus locatis rei tuæ illatum eſt, à dominis earum poſſeſſionum nullius criminis conſciis, reſarciri non oportet.

B LXXXVII. [n] Si vehiculum conduxeris vt onus tuum portaret, & iter ſecum faceres, portorium pro theda molio præſtabit; pro rebus impoſitis, is cuius fuerint.

CAP. V.

De operarum locatione.

Cuius prima pars.

Variè mixta ea de re.

C LXXXVIII. [o] IN operis duobus ſimul locatis, cõuenit priori conductori ante ſatisfieri: [p] ſi non apparet, ſorte res dirimitur.

LXXXIX. [q] Qui operas promiſit, omninò eas præſtare cogetur, ſi ab alio præſtari non poſſint: alioqui in id quod intereſt, tenebitur.

XC. [r] Qui cunduxit opus faciendum, faciendo partem non liberatur: [ſ] cùm ea o-
D bligatio ſit indiuidua.

XCI. [t] Cùm quis ædes faciendas locarit, vt in ſingulos pedes pro lapide & manus pretio VII. daret, etiam opus imperfectum metiri oportebit, [u] vt conductori merces præſtetur. Quod ſi in totum opus conſtituta ſit merces, contrà eſt, [x] niſi conſuetudo regionis aliud ferat: [z] vel perſonæ inopia aliud ſenſiſ-
E ſe contrahentes demonſtret. [a] Sed ſi in ſumptus magis quàm in mercedem, veluti iis qui aliquò legantur, pecunia danda ſit, initio ſolui debet.

XCII. [b] Ante opus etiam perfectum peti merces puteſt, ſi in upus impendi ſatiſdetur.

XCIII. [c] Qui operas ſuas locauit, totius temporis mercedem accipere debet, ſi per eum non ſteterit quominus operas ſuas præſtaret, [d] ſi eodem tempore ab alio mercedem
F nun accepit. [e] E cõtrario qui in certum tempus operas locarint, quatenus bona fides patitur, conditionem ſeruare iudex præcipiet, [f] vt & ſuprà relatum eſt.

XCIV. [g] Si fortuito aliquo caſu uperas præſtare quis non potuit, pro rata temporis, qua eas præſtitit, mercedem petet: nec in id quod intereſt conductori, damnabitur.

XCV. [h] Famulus, aliúſve qui propter morbum operas præſtare non potuit, e-
G ius temporis mercedem non rectè petet. Si tamen tanti temporis operas quanto æger fuit, præſtare paratus ſit, inte-

m l. damnum. C. h. t.
n d. l. Cùm in plures. & ibi glo. & Bart.
o l. in operis. D. h. t.
p Hoſtien. h. t. nu. 7. arg. l. ſed cùm ambo. D. de Iud.
q Bald. in l. ſi q contra. C. h. t. per eam l. Azo ex DD. Bononienſium ſententia ſine diſtinctione teneri, omninò præſtare operas docet: cui adſtipulatur Hoſtienſ. h. t.
r Io. Oldendorp. in Claſ. 1. de actione locati & cond. cap. de ſingularibus. v. 9. l. maritus. D. h. t.
ſ l. Stipulationes non diuiduntur. l. in executione. §. ſecunda ſpecies D. de verb. ſign.
t l. qui inſulam. §. qui ædem. D. h. t.
u Bart in d. §.
x l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua. D. de æd. edict. l. excepto. C. h. t. Cyn. & Bart. in l. 2. C. h. t. Panor. in c. 3 eo. t.
z arg. l. ſi verò non remuneran-dis. §. vlt. D. Man. l. ſemper in ſtipulationib. cũ annot. in cã. l. D. de reg. iur. l. ſed & ſi ſuſcepit. §. 1. D. de iud.
a l. legatus antequam. D de lega. d. §. vlt. d. l. ſi verò nõ rem.
b l. inſulam. §. vlt. D h. t.
c l. qui operas. d. t.
d l. Sed addes. §. vlt.
e d. l. ſi ij citra. f verſ. 90.
g gl. in l. ſi quis domum. §. 1. in verb. operas ar. illius §. D. h. t.
h Bart. in l. ſi vno. § item cùm quidam. D. h. t. arg illius. §. Contra glo. ſententiã. in l. arboribus. §. de illo. D. de uſufr. in verb. ægrotans. Panorm. in c. ſicut de iur. arg. l. 1. C. de re militari, lib. 11. & l. Seio. D. de ann. lega. Annot. à Bart. in l. diem functo. D. de off. Aſſeſſ. in l. in rebus. D. Commo. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem. D. Sol. matr.

Google

gra merces debebitur:[i] niſi ad certum tempus, veluti meſſis, aut conſimile, operas locauerit:[k] vel in annum, menſémve proximum, non in annum menſémve generaliter.

i *Nam tũ alia dicuntur operæ hodiernæ, alia craſtinæ. l. ſi nõ ſortem. §. libertus. D. de cond. ind.*
k *l. Seruus qui teſtamẽto. in fi. D. de ſtatu.*

Secunda pars capitis quinti.

De *operis probatione.*

XCVI. [l] SI in lege locationis cõprehenſum eſt, vt arbitratu domini opus approbetur, perinde habetur ac ſi, viri boni arbitrium comprehenſum ſit. Nam bona fides exigit vt arbitrium tale præſtetur, quale viro bono conuenit.

l *l. ſi in lege. D. h. t. Simile in l. hac venditio. D. de cont. em. & l. ſi ſocietatem. D. pro ſocio.*

XCVII. [m] Si priuſquam locatori opus approbaretur, in aliqua ſui parte conſumptum eſt, detrimentum ad locatorem ita pertinet, ſi tale opus fuit quod probari deberet: [n] ſi modò opus fuerit factum ea forma, eáque materia quæ locationi fuerat adiecta, vt id prima facie improbare locator non debuerit.

m *l. ſi priuſquam. D. h. t.*
n *Fran. Conn. h. t.*

XCVIII. [o] Si riuum quem faciendum conduxeras, & feceras antequam eum probares, labes corrupit; ſi ſoli vitio id accidit, locatoris id erit periculum: ſi operis id vitio accidit, tuum erit detrimentum.

o *l. ult. D. d. t.*

XCIX. [p] Si cùm quis locaſſet opus faciendum, ita vt pro opere redemptori certam mercedem in dies ſingulos daret, opus vitioſum factum eſt, ſi quidem ita opus locarit, vt bonitas eius ipſi approbaretur à conductore, tametſi conuenit vt in ſingulas operas certa pecunia daretur, præſtari tamen locatori à conductore debet, ſi id opus vitioſum factum eſt. Non enim quicquam intereſt, vtrum vno pretio opus, an in ſingulas operas certa pecunia locaretur, ſi modò vniuerſitas conſummationis ad conductorem pertinuit. Poterit itaque ex locato cum eo agi qui vitioſum opus fecerit: niſi ideo in operas ſingulas merces conſtituta erat, vt arbitrio domini opus efficeretur. Tunc enim nihil conductor præſtare domino de bonitate operis videtur,[q] niſi eius dolus intercedat.

p *l. ea lege. §. 1. d. t.*
q *arg. l. & ſi pupillus. §. ſed & ipſe. D. de inſt. act. annot. in l. item ſi pretio. §. ult. D. h. t.*

C. [r] Opus quod auerſione locatum eſt, donec approbetur, conductoris periculo eſt. Quod verò ita conductum eſt, vt in pedes menſuráſve præſtetur, eatenus conductoris periculo eſt, quatenus admenſum non ſit: & in vtraque cauſa nociturum locatori, ſi per eum ſteterit, quo minus approbetur, vel admetiatur. Si tamen vi maiore opus priùs interciderit quàm approbaretur, locatoris periculo eſt; niſi aliud actum ſit.

r *l. Opus quod auerſione d. t. Auerſione, (ſeu aduerſione, vt quidam ſcribũt: quo in numero ſunt Fran. Con. h. t. & Iac. Curiacius li. 8. Obſeru. cap. 15.) facta alicuius rei locatio dicitur, quando vniuerſitas conſummationis ad conductorem pertinet; quod Gallicè dicitur en blocco & taſcha, ſeu in globo, id eſt in vniuerſo.*

CI. [ſ t] Auerſione facta locatione, non niſi ſemel & totius operis probatio fieri debet: alio modo, per partes & ſæpius.

ſ t *Fr. Conn. d. cap. l. qui inſulam. §. ult. D. h. t.*

CII. [u] Irrita eſt approbatio dolo conductoris facta, vt ex locato agi poſſit.

u *l. ſi in lege. in prin. d. t.*

Tertia pars capitis quinti.

De periculo rei in qua operæ præſtantur.

CIII. [x] QVod imperitię cauſa quis, veluti qui ſarciẽdũ, poliendúmve quid conduxit, peccauit, eius culpa eſt: quippe vt artifex conduxit.

x *l. ſi quis fundum.*

CIV. [z] Si gemma includenda aut inſculpenda data ſit, eáque fracta ſit, ſi quidem vitio materiæ factum ſit, non erit ex locato actio, ſi imperitia facientis erit. Huic ſententiæ addẽdum, Niſi periculum quoque in ſe artifex receperit. Tunc enim etſi vitio materiæ id euenerit, erit ex locato actio.

z *l. non quæritur. §. ſi gemma. d. t. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calicem. D. ad leg. Aqu.*

CV. [a] Qui columnam tranſportandam conduxit, ſi ea dum tollitur, aut portatur, aut reponitur, fracta ſit, ita id periculum præſtat, ſi qua ipſius, eorúmve, quorum opera vtitur, culpa acciderit. Culpa autem abeſt ſi omnia facta ſint, quę diligentiſſimus quiſque obſeruaturus fuiſſet. Idem ſanè intelligemus & ſi dolia vel tignum tranſportãdum aliquis conduxerit. Idem etiam ad cæteras res transferri poteſt.

a *l. ſi merces. §. qui columnam. D. h. t.*

CVI. [b] Si ciſiarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſium euertit, & quid in id impoſitum quaſſauit, ex locato in eum eſt actio: temperare enim debuit.

b *d. l. Itẽ quæritur. in prin.*

CVII. [c] Si fullo veſtimenta polienda acceperit, eáque mures roſerint, ex locato tenetur; quia debuit ab hac re cauere. Et ſi pallium fullo permutauerit, & alij alterius dederit, ex locato actione tenebitur, etiamſi ignarus fecerit.

c *d. l. § ſi fullo.*

CVIII. [d] In naue Saupheli complures frumentum confuderant: Sauphelus vni ex his frumentum reddiderat de communi: eáque nauis perierat. Quæſitum eſt, an cæteri pro ſua parte frumenti agere poſſint. Reſponſum eſt, Rerum locatarum duo eſſe genera; vt aut idem redderetur: ſicuti cùm veſtimenta fulloni curanda locarentur; aut eiuſdem generis redderentur: veluti cùm argentum puſtulatum fabro daretur vt vaſa fierent: aut aurum, vt annuli. Ex ſuperiore caſu, rem domini manere: ex poſteriore, in creditum iri. Idem iuris eſt in depoſito. Nam ſi quis pecuniam numeratam ita depoſuiſſet, vt neque clauſam, neque obſignatam traderet, ſed vt numeraret, nihil aliud eum debere apud quem depoſita eſſet, niſi tantundem pecuniæ ſoluere. Secundùm quæ videri, triticum factum Saupheli, & rectè datum. Quòd ſi ſeparatim tabulis, aut heronibus, aut in alia cuppa clauſum vniuſcuiuſque triticum fuiſſet, ita vt internoſci poſſet quod cuiuſque fuiſſet, non potuiſſe nos permutationem facere: ſed tunc poſſe eum, cuius fuiſſet triticum, quod nauta ſoluiſſet, vendicare. Sed ſi ita datum eſſet, vt in ſimili ſpecie ſolui poſſet, conductorem culpam duntaxat præſtare debere. Nam in re quæ vtriuſque cauſa contraheretur, culpam deberi: neque culpam eſſe omnimodò quod vni tradidiſſet ex frumento, quoniam alicui primùm reddere eum neceſſe fuiſſet: tametſi meliorem eius condi-

d *l. in naue. d. t.*

tionem

tionem faceret quàm cæterorum.

CIX. [e] Sutor, puero diſcenti ingenuo filiofamiliâs, parum bene facienti quod demonſtratum erat, formâ calcei ceruicem ita percuſſit, vt oculus puero perfoderetur; iniuriarum actio non competet, quia non faciendæ iniuriæ cauſa percuſſerit, ſed monendi & docendi. [f] Agere verò ex locato pater poterit. Præceptoris enim nimia ſæuitia culpæ aſſignatur, leniſque duntaxat caſtigatio conceſſa eſt docenti. Hac autem actione pater conſequetur, quominus ex operis filij ſui propter vitiatum oculum ſit habiturus, & impendia quæ pro eius curatione fecerit.

e l. ſed etſi quicunque. & 1. 8. ſeqq. D. ad leg. Aquil.

f d. l. item quæritur. §. idem Iulianus. D. hoc t.

CX. * Si medicamento perperam vſus medicus fuerit, vel imperitè ſecuerit; vel qui bene ſecuit, ſed dereliquit curationem, ſecurus non erit: ſed culpæ reus intelligetur.

* l. qui actione. §. vlt. & l. ſeq. D. d. t. ad leg. Aquil.

CAP. VI.

De mercede operarum honeſtiorum.

CXI. [g] IVdex de mercedibus præceptorum, ius dicere extra ordinem debet; ſed ſtudiorum tantùm liberalium, in quibus Rhetores continebuntur, Grammatici, Geometræ.

g l. 1. D. de var. & ext. cog. l. Medicos. C. de profeſſ. & medic.

CXII. [h] Medicorum quoque eadem cauſa eſt quæ profeſſorum; niſi quòd iuſtior; cùm hi ſalutis hominum, illi ſtudiorum curam agant: & ideò iis quoque extra ordinem ius dici debet. Sed & obſtetrices audiant, quæ vtique medicinam exhibere videntur. Medicos fortaſſe quis accipiet etiam eos, qui alicuius partis corporis, vel certi doloris ſanitatem pollicentur: vt puta, ſi auricularum: ſi fiſtulæ: ſi dentium; noo tamen ſi incantauit, vel imprecatus eſt.

h d. l. 1. & d. l. Medicos.

CXIII. [i] Medicos ea accipere lex patitur, quæ ſani offerunt pro obſequiis: noo ea quæ periclitantes pro ſalute promittunt.

i l. Archiatri. D. d. t. de var. & d. l. Medicos.

CXIV. [k] Si quis cùm iuméti certum morbum curare, mercede in id conſtituta, promiſiſſet, poſt aliquod tempus morbus recurrat, ſiquidem morbi causâ curata ſit, merces debetur: ſin minus, non debetur. [l] Si dubitatur; temporis proximitas morbum minimè curatum fuiſſe, longitudo ex noua cauſa accidiſſe oſtendet.

k Glo. & Bart. in l. Martius. D. h. t.

l arg. l. plerique. D. de rit. nupt. & l. 3. D. de diuort.

CXV. [m] Grammaticos, ſeu oratores decreto ordinis probatos, ſi non ſe vtiles ſtudentibus præbeant, denuo ab eodem ordine reprobari poſſe incognitum non eſt. [n] Medicus quoque à republica improbari poteſt, quamuis ſemel probatus ſit.

m d. l. 2. C. de profeſſ. & med.

n l. 6. §. Philoſophi. D. de excuſ. tuto. l. vt gradatim. §. pen. D. de mu. & hon.

CXVI. [o] [p] In honorariis aduocatorum, ita verſari iudex debet, vt pro modo litis, próque aduocati facundia, & fori conſuetudine, & iudicij in quo erat acturus, æſtimationem adhibeat: dummodo licitum honorarium quantitas nõ egrediatur, licita autem quantitas intelligitur in ſingulis cauſis, vſque ad centum aureos.

o p d. l. 1. §. in honorariis. D. d. t. de var. & extr. cogn.

CXVII. [q] Si quis de lite pactus eſt, pecuniam promiſſam petere non poteſt: ſed hoc ita eſt, ſi ſuſpenſa lite ſocietatem futuri emolumenti cautio pollicetur. Si verò poſt cauſam actam cauta eſt honoraria ſumma, peti poterit vſque ad probabilem quantitatem, etſi nomine palmarij cautum ſit: ſic tamen vt computetur id quod datum eſt, cum eo quod debetur: ne vtrumque compoſitum licitam quantitatem excedat.

q d. l. 1. D. d. t. de var. & extr. cogn.

CXVIII. [r] Aduocationis cauſâ datam pecuniam, ſi per eos qui acceperant, quo minus ſuſceptam fidèm impleant, ſtetiſſe probetur, reſtitueodam eſſe conuenit.

r l. vlt. C. de cond. ob cauſ.

CXIX. [ſ] Ab heredibus aduocati, eo mortuo merces repeti noo poteſt: cùm per ipſum nõ ſtetit quo minus cauſam ageret.

ſ d. l. 1. §. diuus.

CAP. VII.

De ſuffragio & proxeneticis.

CXX. [t] SVffragij cauſâ promiſſæ res, peti poſſunt.

t l. vn. C. de ſuffrag.

CXXI. [u] Proxenetica licito iure petuntur: [x] ſunt autem huiuſmodi hominum in magnis ciuitatibus officinæ. Eſt autem proxenetarum modus, qui emptionibus, venditionibus, commerciis, contractibus licitis vtiles non adeo improbabili more ſe exhibent. De [z] proxenetico, quod eſt ſordidum, ſolent iudices ſic cognoſcere, vt in his modus eſſe debeat & quantitatis & negotij, in quo operula iſta defuncti ſunt, & miniſterium quale quale accommodauerint.

u l. 1. D. de proxen.

x l. vlt. d. tit.

z l. ſallario proxenetarũ.

CXXII. [a] Si proxeneta interuenerit faciendi nominis cauſâ, vt multi ſolent; quaſi mandator non tenetur: quia hîc monſtrat magis nomen, quàm mandat: tametſi laudat nomen. Idem dicitur, & ſi aliquid philanthropiæ nomine accepit, nec ex locato, nec ex conducto erit actio. Planè ſi dolo & calliditate creditorem circumuenerit, de dolo actione tenebitur.

a l. 2. d. t.

CAPVT VIII.

Quibus modis finitur locatio.

CXXIII. [b] FInitur locatio, ſi res locata legata ſit aut vendita à locatore. [c] Sed qui fundum fruendum, vel habitationem alicui locauit, ſi aliqua ex causâ fundum vel ædes vendat, curare debet vt apud emptorem quoque eadem pactione & colono frui, & inquilino habitare liceat: alioqui prohibitus, is aget cum eo ex conducto.

b l. qui fundũ. D. h. t. l. nihil proponi. §. 1. D. de lega. 1.

c l. ſi merces §. qui fundum. D. h. t.

CXXIIII. [d] Si cùm venderetur, aut donaretur fundus, venditor aut donator, vt fieri aſſolet, omne ius ceſſit, quod in re vendita donatáve habuit, agere emptor aut donatarius cùm colooo poteſt actionibus mandatis vt fundum colat. [e] Idémque ſi, cùm fundus venderetur, locationia mercedem acceſſuram conuenerit.

d Bart. in d. l. qui fundum.

e l. inſulam. d. t.

CXXV. [f] Emptorem quidem fundi neceſſe nou eſt ſtare colooo, cui prior dominus locauit, niſi ea lege emit. Verùm ſi probetur aliquo pacto conſenſiſſe, vt in eadem conductione maneat, quamuis ſine ſcripto, bonæ fidei iudicio ei quod placuit parêre cogitur.

CXXVI. [g] Licèt generalis, vel etiam ſpecialis hypotheca locationi acceſſerit, emptor aut donatarius ſtare colono non coguntur: [h] ſed retinere rem tantummodò colono conceditor, donec quod intereſt ab emptore, aut donatario præſtentur.

CXXVII. [i] Si in longum tempus res ſit locata, expelli colonus oon poteſt.

CXXVIII. [k] Si fructuarius locauerit fundum in quinquennium, & deceſſerit, hæres eius in quinquennium non tenetur vt frui præſtet: non magis quàm vt ioſula exuſta teneretur locator conductori. Quid tamen ſi nō quaſi fructuarius locauerit, ſed quaſi fundi dominus? Videlicet tenebitur. Decepit enim conductorem.

CXXIX. [l] Si fructuarij colonus ſumptus fecit in fundum, quaſi quinquennio fruiturus non recipit, quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit. [m] Sed id de iis ſumptibus intelligeodum, qui nullam fundo adferunt vtilitatem.

CXXX. [n] Locationi fundi à marito factæ, modicum ad tempus ſtare mulier ſoluto matrimooio omnino compellitur. Similiter & ei qui in ſacerdotium alicui defuncto ſucceſſit, locationi ab eo factæ; cùm legitima rerum adminiſtratio ad eos legibus pertinoerit.

CXXXI. [o] Si quis in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa miſſus ſit, ſeruabit locationem à debitore factam, etiamſi minoris prædium ſit locatum; niſi in fraudem creditorum hoc fiat. Tunc enim iudex arbitrium dat creditoribus, vt ex iotegro locationem faciant.

CXXXII. [p] Vniuerſalis ſucceſſor ſtare colono tenetur. Ac in conductionibus ſuccedunt hæredes conductòris, & ſiue perpetua

f l. emptorem. C.h.t.
g Car. Molin. in conſ. Pariſ. §.30.nu.95.& ſeq. vbi ſic à ſex decim annis ob ſeruari vidiſſe tradit. & rationē adfert, quod actio perſonalis non amplcat ius hypotheca. l. itē liberatur, in pr. D. quib. mo ius hypoth. ſolu. l. intelligere. cum Glo. C.h.t. perſonalis autē ob locato, actióve ex locato, nō adſtringit omnimodò ad factū: ſed eius loco id quod intereſt præſtatur. l. ſi quis ab alio. in fin. D. de re iud. Bart. & Salyc. in l. qui fundum. D.h.t. idē Bart. & Imola in l. vectigalia. ad fin. D. de publica. Saly. in l. mācipia. C. de reb. alien. nō alien. & d. l. emptorē. C.h.t. Idē Imola, Paul. Romanus & Alex. in l. ſi filioſa §. vlt. D. ſol. matr. Io. Ferrarius in forma libelli ad facti præſtationem in verb. ſoluere neglexerit. Io. Ananias in c. querelā. col. 4. n. 9. ne præla. vic. ſuas Alex. cōſ. 118 lib. 5. Guido Papa deciſ. Delph. 480. contra Bartoli ſententiam, in l. 1. § quod autem. D de ſuperf. & Baldi in d. l. emptorem. & Raphaelis Cumani in d. l. ſi filioſa. § vlt. qui colonum hypothecarium expelli nullo modo poſſe cenſent.

h Io. Imola & Lud Rom. in l. qui abſens. §. 1 D de acq. poſſ. & idem Imola in l filius. § diuus D. de lega præſt. Bart. Io. Porc. & Alex. in d. l. ſi filioſa. d. §. vlt & in d l ſi fundum, D.h.t Bart. in l. 1. D. de ſuperf. Bald. in l. 1. D. de fruct. & lit. exp. Io. Imola in l. filius. § diuus. D. de lega. 3. idque præſertim ſi res conducta ſit ſpecialiter obligata hypotheca: contra eiuſdem Molinæi ſententiam, qui hypothecarium colonum tandiu retinere rem poſſe cenſet, donec damni, eius ve quod coloni intereſt, æſtimatio fiat; non etiam vſque dum illa ab emptore, aut donatario præſtentur: quæ ſi offerant, illico ei cedere loco colonum debere.

i Bart in d. l. emptorem C. hoc tit. & d l. ſi filioſam. §. ſi vir in quinquennium. D. ſol. matr. argum. l. 1. §. quod autem D. de ſuperf. & l 1. & 2. D. ſi ager vect. vel emphy pet. arg. annot. à Felino, in cap. quæ in Eccleſiarum. de conſt.

k l. ſi quis domum. § hic ſubiungi D. hoc tit

l d. § hic ſubiungi ca. cum Adrianus. 62. diſtinct. ca. conuenientibus. 1. quæſt. 7.

m Franc. Connanus libro 7. com. cap. 11. l. videamus. § proſpicere. & l. dominus. § in conducto. D. hoc tit.

n Car. Molinæus in conſ. Pariſ. §. 30. nu. 92. Io Ananias in cap querelam. ne præla. vic ſuas contra Bartoli, Baldi, Pauli, Alexandri & cæterorum DD. communem ſententiam in d. §. ſi vir in quinquennium.

o l. in venditione. §. 1. D. de bon. auth. iud. poſſ.

p l. viam veritatis. C.h.t. §. vlt. Inſt. eo. t. l. ſed addes D. eod. quoque t.

conductio eſt, etiam ad heredes tranſmittitur; ſiue temporalis, intra tempora locationis hæredi quoque onus contractus incumbit: [q] quod & in partiario colono obſeruatur.

CXXXIII. [r] Diſſoluitur locatio, cùm nō paretur legi contractus: veluti, ſi locaui domum ædificandam biennio, & id præterierit, relocare alij faciendam potero: niſi ſtrictiùs tempus fuiſſet præfinitum, quod ad iuſtum tempus reuocabitur ex viri boni arbitrio.

CXXXIIII. [ſ] Si tempus in locatione definitum non ſit, facta locatio in annum in ruſticis prædiis videtur, vt percipi fructus rei locatæ queant, qui ſemel tantùm in agris naſci quotannis ſolent. [t] In vrbanis taodiu, quoad alteruter contractui renuntiet. [u] Quod tamen cum aliquo interuallo & temperamento erit faciendum, vt vſus rei conſtare conductori poſſit: oeque ſubitò commigrare cogatur.

CAPVT IX.

Quibus ex cauſis expelli colonus vel inquilinus poſſit.

CXXXV. [x] Conductor [z] in longum tempus, veluti decennium, ſi non ſoluat penſionem per biēnium, expelli poteſt, niſi in omne tempus penſio vna conſtituta ſit: quam niſi dicto tempore ſoluat, expelli ſtatim poteſt.

CXXXVI. [a] Cùm domini horreorum, inſularúmque deſiderant, diu non apparētibus, nec eius temporis penſionem exſoluentibus, conductoribus aperiri horrea, & ea qoæ ibi ſunt deſcribere, à publicis quoque perſonis quorum intereſt audieodi ſunt. Tempos autem in eiuſmodi re biennij debet obſeruari.

CXXXVII. [b] Si malè re condocta vtatur conductor, expelli poteſt.

CXXXVIII. [c] Si vna conuentione plures res locatæ ſint, quarum vna malè conductor vtatur, expelli omnibus poteſt.

CXXXIX. [d] Malè vti inquilinus conducta domo intelligitur, qui in ea lupanar exercet.

CXL. [e] Si propriis vſibus neceſſaria domus locatori fuerit [f] propter rem quæ inopinatò contigit: aut corrigere dominus eam velit, expelli ea inquilinus poteſt: [g] ac cùm inquilinus dominum ædes reficere volentem

q l. ſi merces. §. vis maior. D.h.t. Veſembecius hoc. t. Contra Panormit. & Accurſij ſententiā in c. 3. h.t. qui ſocietatem conſtituūt inter dominum & colonum partiarium: ideóque alterutrius morte huiuſmodi contractum finiri. l. 4. & l. nemo poteſt. D. pro ſoc. de quo ſuprà v. 9.
r Franc. Cōnanus d. lib. 7. Com. cap. 11. l. inſulam. §. in operis. l. item quæritur § ſi in lege. D.d.t.
ſ Veſembecius. h.t.
t l. item quæritur. § in vrbanis. D.d.t.
u l. in cōmodato. §. ſicut. D. Com.
x cap. 3. h.t. l. cùm domini horreorum & l. quæro. §. inter locatorem. D.h.t. l. Aede. D. eo. t.
z Panor. in d.c. 3. & ibid. Gloſſ. & diſtinguitur inter conductorem in longum tempus, quia ius quoddam in re habere exiſtimatur à nōnullis. l. 2. D. ſi ager vect. vel emphyt. pet. Bart. in l. iuriſperitos in pr. D. de excuſ. tuto. Alex. in l. 2. §. ſi ego. D. de oper. nou. nunt. Spec. in tit. de proprietate. §. in ver. Eſt & alia, quod in cōductore in modicum tempus contra eſt, etiam ſi res hypotheca ſubiecta ſit. Bart. in l. vectigalia. §. vlt. D. de publica.

a d l. cùm domini horr.

b l. Aede. C.h.t. l. quæro. § inter locatorem. D. eo. ti. arg. l. ſi proponas. C. de pact. c Albericus Roſates in d. l. Aede. in pen. col. Andreas Barbatias in Conſ 36. ſec. parte, incip. ſapienter prouidit Propheta. Iaſ in l. ſi quis i-ta. § eadem lege. nu. 5. D. de verb. ſig. Contra Bald. ſententiam in d. l. Aede.

d Hoſtienſ. h.t. nu. 7 arg. c. ſancimus. de lenon. in Auth. can. ſed illud. 45. Diſtin. add l. quæ adulterium. D. ad leg. Iul. de adult. e d. l. Aede arg. cap. quanto. de conſ. f Panorm. in c. 3 h.t. Ludo. Romanus Sing. 322. Iaſ. in l. 2. col. 29. nu. 4. & vlt. C. de iure emphyt.

g l. ſi duo. §. cùm inquilinus. D. uti poſſ.

pro hibet,

prohibet, competere interdictum [vti poſſidetis] placuit: teſtarique dominum, non prohibere inquilinum ne habitaret, ſed ne poſſideret: [h] & refecta domo vti inquilinum dominus ſinet.[i] Sed ſi animi cauſâ reficere ædes dominus velit, aut meliùs ædificare,[k] aut nouas à fundamentis exſtruere, in id quod intereſt tenetur. Quod ſi neceſſariò refici debeant, aut vitiatum ędificium demoliri oporteat, remittere penſionem ſufficiet.

CXLI. [l] Si inter locatorem & conductorem conuenerit, ne intra tempora locationis conductor de fundo inuitus repelleretur, & ſi pulſatus eſſet, pœnam præſtaret, hoc ita intelligendum, ſi penſionibus paruerit; ſi ita vt oportet coluerit, [m] ſi bene re conducta vſus ſit: & niſi refici ædes neceſſe ſit.

CXLII. [n] Qui ædes, quoad viueret, vel vltra decennium conduxit, expelli illis non poteſt, tametſi propriis vſibus domino ſint neceſſariæ: vel eas dominus vendiderit, aut donarit.

h Ludo. Romanus Sing. 238.
i Frāc. Connanus lib. 7. comment c. 11.
k l. qui inſulam D. h. t.
l l. quero. §. inter locatorem. d. t.
m Fran. Connanus d. lib. 7. com c. 11.
n Ang. conſ. 2. col. vlt. Paul. Caſtr. cōſ. 229. dicis 223. in vol. antiquis. Fran. Aretinus cōſ. 55. arg. d. l. de reb. Eccl. non alien.

De ſocietate.

TIT. II.

Hic titulus duodecim capita comprehendit. Primum eſt, Quid ſit ſocietas, & quomodo contrahatur. Secundum, De partibus ſocietatis. Tertium, De ſocietate omnium bonorum. Quartum, De duobus fratribus ſocijs. Quintum, De ſocietate quæſtus. Sextum, De ſocietate vnius negotiationis. Septimum, De ſocietate paſcendorum pecorum. Octauum, De ſocietate vnius rei. Nonum, Quæ præſtare ſocius ſocio debeat, vel non. Cuius prima pars, Quæ præſtare debeat. Secunda, Quæ non debeat. Decimum, Quæ liceant ſocio in rebus communibus, vel non. Cuius prima pars, Quæ liceant. Secunda, Quæ non liceant. Vndecimum, De diſſociatione. Duodecimum, Soluta ſocietate quid fiat.

CAPVT I.

Quid ſit ſocietas, & quomodo contrahatur.

I. [a] SOcietas eſt contractus qui ex conſenſu duorum pluriúmve, [b] communionem damni & lucri pro indiuiſo inter eos inducit honeſtam & iuſtam.

II. [c] Cùm hoc agitur, vt commune ſit lucrum & damnum cuiuſque rei, vel negotij, in ea re, vel negotio contracta eſt ſocietas; dum in commune aliquid ab omnibus afferatur: etſi non idem, nec eodem modo.

III. [d] Conſenſu ſocietas contrahitur. Itaque ſocietatem coire & re & verbis, & per nuntium, [e] & per epiſtolam poſſe nos, dubium non eſt.

IV. [f] Re contrahitur ſocietas, cùm inter aliquos viuendi ratio ita eſt communis, vt animus coeundæ ſocietatis abeſſe nequeat. [g] Veluti, Si qui vnà habitent, & victum, veſtitúmque è communibus fructibus quærant: [h] eóſque communicent, nec alter ab altero rationem repoſcat; ſocietatem ſed in fructibus duntaxat videntur coiiſſe.

V. [i] Si ij qui ſocijs hæredes exſtiterunt, animum inierunt ſocietatis; nouo conſenſu efficietur, vt quod poſtea in ea hæreditate geſſerint, in pro ſocio actionem deducatur.

VI. [k] Si poſt diuiſionem rerum quæ in ſocietate erant, communiter iſdem vſi ſint qui ſocij fuerant, reconciliaſſe videntur ſocietatem.

VII. [k] Si filius, vel qui vis hæres alius inſtitoribus ſocietati præpoſitis poſt alterius ſocij mortem vtatur, noua videtur contracta ſocietas, etiam à pupillo tutorem habente.

VIII. [l] Vt ſit pro ſocio actio, ſocietatem intercedere oportet, [m] tractatu quodammodo habito. [n] Nec enim ſufficit rem eſſe communem, niſi ſocietas intercedat. Communiter autem res agi poteſt, etiam citra ſocietatem: puta, cùm non affectione ſocietatis incidimus in communionem: vt euenit in re duobus legata: item ſi à duobus ſimul empta res ſit *. Nam qui nolunt inter ſe contendere, ſolent per nuntium rem emere in commune; quod à ſocietate longè remotum eſt. Similiter ſi hereditas vel donatio communiter nobis obueniat: aut ſi à duobus ſeparatim emimus partes eorum, non ſocij futuri. [n] Quibus caſibus ſi quid fortè vnus in eam rem impenderit: ſiue fructus, mercedéſve vnus perceperit, vel deteriorem fecerit rem non ſocietatis, iudicio locus eſt: ſed inter cohæredes quidem familiæ erciſcundę iudicio agitur, inter cæteros, communi diuidundo: inter eos quoquę quibus hereditario iure communis res eſt, poteſt communi diuidundo agi.

IX. * Donationis cauſâ, ſocietas rectè non contrahitur.

X. * Si maleficij ſocietas coita ſit, conſtat nullam eſſe ſocietatem. Generaliter enim traditur rerum inhoneſtarum nullam eſſe ſocietatem.

XI. [o] Monopolium & conuentus illiciti negotiatorum, iure prohibentur.

XII. [p] Societas coiri poteſt, vel in perpetuum, id eſt dum viuunt; vel ad tempus, vel ex tempore, [q] vel ſub conditione.

XIII. [r] Nulla ſocietatis in æternum coitio eſt: [ſ] Nec ſocietatem hæredi ſuo parare quiſquam poteſt, vt ipſe hæres ſocius ſit. In hæredem autem ſocij proponitur actio, vt bonam fidem præſtet. Exacti etiam culpam, quam is præſtaret, in cuius locum ſucceſſit, licèt ſocius non ſit. Planè ſi hi qui ſociis hæredes exſtiterint, animum inierint ſocietatis in ea hæreditate, nono conſenſu, quod poſtea geſſerint, efficietur vt pro ſocio in actionem deducatur: [t] hæres autem ſocij, quamuis ſocius non eſt, tamen ea quæ per defunctum inchoata ſunt, per hæredem eius explicari debent, in quibus dolus eius admitti poteſt.

XIIII. [v] Hæc in priuatis ſocietatibus. At

a Iac. Cuiacius Paratitlis in Digeſta.
b l. ſi vnus. D. pro ſocio.
c Fran. Connanus lib. 7. com. c. 13.
d Inſtit. tit. de oblig. quæ ex conſenſ.
e Veſembecius h. t.
f Bart. in l. 4 D. h. t.
g Alex. in add. ad Bart. in l. cum duobus. §. Papinianus d. t. arg. l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. D. de itin. actuq; priu. vbi idem Bart. t. ſi duo fratres. tit. de fratribus. de nouo benef. inueſt. in vſibus feudo. idē Bart. & Ang. in l. vlt. D. de colla. Ang. in l. ſi ex duobus. D. de neg. geſt. Bald. in c. 1. de benef. fratr. in vſib. feud.

h Bart. in l. Titiū §. vlte ro. D. de adm & peric. tuto arg. l. Procula D. de probat.
i l. Plane. D. h. t.
k Ludou. Romanus Conſ. 408.
* Bald. in l. mandatum. in 3. opp. C. mād.
l l. vt ſit pro ſocio. & duab. ll. ſeqq. D. h. t.
m l. nam & cùm tractatu. d. t.
n d. l. vt ſit pro ſocio, & ll. ſeqq.
* id eſt, qui timent ne quis contra liceatur, & ea contentio pretium eet augeat in immenſum, ſolent paciſci cū eo, vt emptio, aut conductio communi vtriuſque nomine per alium trāſigatur, ex quo fiant eiuſdem emptionis aut conductionis participes. Franc. Cōnanus. li. 7. Cōn. cap. 13.
* l. Societat contrahitur. D. h. t.
* l. nec prætermittendum. d. t.
o l. vn. C. de monop. & cōuent. illic. negot.
p l. 1. D. h. t.
q idem l. de ſocietate. C. eo. tit.
r l. nulla ſocietas. D. h. t.
ſ l. nemo poteſt, & duab. ll. ſeqq. l. adeo. l. verum. §. in hæredem. d. t. l. 3. C. eo. t.
t l. hæres. D. d. t.
v d. l. adeò

A in ſorietate vectigalium nihilominus manet, ſocietas etiam poſt mortem alicuius: ſed ita demum, ſi pars defuncti ad perſonam hæredis eius adſcripta ſit, vt hęredi quoque cõferri oporteat; quod ipſum ex cauſa æſtimandum eſt. Quid enim ſi is mortuus ſit, propter cuius operam maximè ſocietas coita ſit, aut ſine quo ſocietas adminiſtrari non poſſit?

B XV. [x] Circa ſocietates vectigalium, [z] cæterorúmque, obſeruamus vt licèt hæres ſocius nnn ſit, niſi fuerit adſcriptus: verumtamen etiam omne emolumentum ſocietatis ad eum pertineat, ſimili modo & damnum agnoſcat: ſiue quòd viuo adhuc ſocio vectigalis contigit, ſiue poſtea. Quod non ſimiliter in voluntaria ſocietate obſeruatur.

XVI. [a] Qui admittitur ſocius, ei tantùm ſocius eſt qui admiſit; & rectè. C Cùm enim ſorietas conſenſu contrahatur, ſorius eſſe mihi non poteſt quem ego ſocium eſſe nolui. Quid ergo ſi ſocius meus eum admiſit? Ei ſoli ſocius eſt. Nam ſocij mei ſocius, ſocius meus non eſt. Et quicquid fuerit de ſocietate noſtra conſecutus, cum illo qui eum aſſumpſit, communirabit: nec cum eo communicabimus. Tenetur verò omnimodò eius nomine quem ipſe admiſit. D Nec ſufficiet mandare ſociis actiones quas aduerſus ſuum ſocium habet, ſed indemnes eos præſtare debet. Quia difficile eſt negare culpâ ipſius admiſſum. Nec verò commodum quod propter admiſſum ſocium acceſſit, compenſatur cum damno quod culpa præbuit: nec poteſt dicere ſocio, Abſtine commodo quod per Titium acceſſit, ſi damnum petis.

CAP. II.

De partibus ſocietatis.

E XVII. [b] SI non fuetint partes ſorietatis adiectæ, æquas eas eſſe conſtat. Si verò placuerit vt quis duas partes, vel tres habeat, conuentio valet: [c] maximè ſi aliquid plus contulerit ſocietati, vel pecuniæ, vel operæ, vel cuiuſcunque alterius rei.

F XVIII. * Si coita ſit ſocietas ex his partibus quas Titius arbitratus fuerit, & Titius antequam arbitraretur, deceſſit; nihil agitur. Nam id ipſum actum eſt, ne aliter ſocietas ſit, quàm vt Titius arbitratus ſit.

XIX. [d] Si ſocietatem mecum coieris ea conditione vt partes ſocietatis conſtitueres, vel Nerua communis amicus, ad boni viri arbitrium ea res redigenda eſt. G Et conueniens eſt, viri boni arbitrio, vt non vtique ex æquis partibus ſocij ſimus; veluti ſi alter plus operæ & induſtriæ, alter plus pecuniæ in ſocietatem collaturus ſit. Arbitrorum autem duo ſunt genera: vnum eiuſmodi, vt ſiue æquum ſit, ſiue iniquum, parére debeamus. Quod

A obſeruatur cùm ex compromiſſo ad arbitrũ itum eſt. Alterum eiuſmodi, vt ad viri boni arbitrium redigi debeat: etſi nominatim perſona ſit comprehenſa, cuius arbitratu fiat: veluti, cùm in lege locationis comprehẽſum eſt, vt opus arbitrio locatoris fiat. In propoſita autem quæſtione arbitrium viri boni ſequendum eò magis, quod iudicium pro ſocio bonæ fidei eſt. B Vnde ſi Neruæ arbitrium ita prauum eſt, vt manifeſta eius iniquitas appareat, corrigi poteſt per iudicium bonæ fidei.

XX. [e] Illud expeditum eſt, vt ſi in vna cauſa pars fuerit expreſſa, veluti in ſolo lucro, vel in ſolo damno, in altero verò omiſſa; in eo quoque quod pręterm:ſſum eſt, eandem partem ſeruari.

XXI. [f] Non poteſt ita ſocietas coiri, vt aliã damni, aliam lucri partem ſocius ferat. C Neque enim lorrum intelligitur, niſi omni damno deducto: neque damnum, niſi omni lucro deducto: ſed poteſt ſocietas coiri ita, vt eius lucri quod reliquum in ſocietate ſit, omni damno deducto pars alia feratur: & eius dãni quod ſimiliter relinquatur, pars alia capiatur.

XXII. [g] Ita coiri tamen quandoque ſocietatem poſſe, vt nullam partem damni alter ſentiat; lucrum verò commune ſit, certũ eſt: D [h] ſed ita ſi tanti ſit opera quanti damnum eſt. Plerumque enim tanti eſt induſtria ſocij, vt plus ſocietati conferat quàm pecunia. Item ſi ſolus nauiget, ſi ſolus peregrinetur; ſi pericula ſubeat ſolus: [i] hor tamen ita intelligi oportet, vt ſi in alia re lucrum, in alia damnum illatum ſit, compenſatione facta, ſolùm quod ſupereſt intelligatur lucro eſſe.

E XXIII. [k] Societas talis coiri non poteſt, vt alter lucrum tantùm ſentiat: alter verò nullum lucrum, ſed damnum ſentiat: háncque ſocietatem Caſſium leoninam ſolitum appellare, Ariſto refert.

XXIIII. [l] Poteſt ſic iniri ſorietas, vt alter pecuniam, alter artem, operámve polliceatur: veluti cùm pecus in commune paſcendum, aut agrum colendum damus in commune quærendis fructibus.

F XXV. [m] Cùm operam vnus ſociorum confert, alter ſolùm pecuniam, in lurro contracta cenſetur ſocietas, ſaluáque ſors eſt ei qui contulit, eadémque ipſius periculo eſt: * niſi ita ronuenerit, ſicut plerunque ſolet, vt ea pecunia communis eſſet.

XXVI. * Sorietatem har lege cùm negotiatore contrahere nõ poſſum, vt ſors quã contuli mihi, omninò ſalua ſit, eiuſq; iacturã

x l. verum. §. in hæredem d. t.
z veluti auri-fodinarum. Gl. in d. §.

a l. qui admittitur. & 4. ll. ſeqq. d. t.

b l. ſi non fuerint & l. ſocietas. D. h. t. Inſt. eo. in prin.
c Quod in l. ſi non fuerint apponitur, conuentio valet, ſi modò aliquid plus contulerit & cætera, ad verba, ſi modò aliquid ſupplendum eſt, maximè ſecundùm DD. ſicut & aliâs in iure plerunque ſuppletur, vt Inſt. h. t. §. manet. & in l. ſcio. D. de reſtit. in integr. & in l. 4. §. ſi duo filij. D. de min. & bono. Clau. Cantiuncula in §. 1. Inſt. h. t.
* l. ſi coita ſit ſocietas. D. h. t.
d l. ſi ſocietatem & l. ſocietatem mecum. & ll. ſeqq. d. t.

e § illud expeditũ d. Inſt. h. t. arg. l. vlt. §. vlt. D. de lega. 3. & l. cũ ſi filia. §. item Pompe. D. fam. erciſc.
f l. Mutius. D. h. t. Azo illa interpretatur vt in ſocietate lucrum & damnũ ſimul eſſe nõ poſſint, ſed fieri poſſe, vt ſit vel lucrũ ſolùm, vel damnum ſimiliter ſolùm.
g l. ſi non fuerint. D. h. tit. Heſtienſ. tit. de vſur. verſ. An aliquid. arg. l. 1. D de-poſ. idem Hoſtienſ in d. l. a nauigante. d. l. illicitum contractum ſentit in quo alter ſociorum periculi expers eſſe debet. Azo expertem damni qui operas confert, poſſe eſſe tradit, vt diſertè d. l. ſi non fuerint.
h d. l. ſi non fuerint. & l. ſocietas. D. h. t. l. mulieris §. 1. D. de verb. ſignif.
i §. de illa. Inſt. h. t. dict. l. Mutius
k d. l. ſi non fuerint. § Ariſto.
l l. cum duobus. §. ſi in coeunda. D. h. t. l. 1. C. eo. 1. §. 2. Inſt. eo. t. ca. per veſtras. de donat. inter vir. & vxor.
m Alciatus in l. ſi paſcenda. C. de pact. arg. d. §. ſi in coeunda. gloſſ. in d. l. ſi non fuerint. §. 1. Contra Angeli ſententiam in tract. de vſur. quæſt. 1 Bald. & Salycet. in l. 1. Cod. hoc t. Ambroſij Vignatis, in ca. Salubriter. de vſur.

* Bald. in d. l. 1. qui tamen. in l. ſi patruus. C. Com. vtriuſque iudicij. in fin. exiſtimat, ſi poſt longum tempus quo ſocietas contracta fuit, cùm vnus pecuniam, alter operas conferret, nihil præter ſortem ſit reliqui, eam communicari debere. arg. d. §. ſi in coeunda. Contra id quod ipſemet Bald. in d. l. 1.

* Bald. in d. l. 1. C. h. t.

nullo modo faciam: ſed vt lucrum & damnũ inter nos commune ſit, coire vtiliter ſocietatem poſſum.

XXVIII. [n] Si cùm ſocietas inita quinquennium fuiſſet, in eam mille vt conferrem conuenerit: ac fortuitò aliquid ex ſorte perierit, amplius vt quicquam conferam, cogi non debeo.

XXIX. [o] Cùm alteri ex duobus colonis fratribus ſociis filij eſſent validi, quorum opera in ſocietate vterentur, pro ratione perſonarum lucrum diuidi debere reſponſum eſt.

CAPVT III.

De ſocietate omnium bonorum.

XXX. [p] SOcietas vniuerſorum bonorũ coitur, ſi hoc ſpecialiter, [q] aut verbis eam vim habentibus declaretur.

XXXI. [r] In ſocietate omnium bonorum, omnes res quæ coeuntium ſunt, continuò communicantur. Quia licèt traditio non interueniat, tamen creditur interuenire: [s] nec hoc attenditur, vtrum vnus plus alio conferat in ſocietatem. [t] Et in ea ſocietate, & hereditas, & legatum, & quod donatum, eſt, aut quacunque ratione acquiſitum, communioni acquiritur. [u] Et quod quis emit, ipſius fit, non commune, ſed ſocietatis iudicio cogitur communicare. [x] Adeò autem omnia conferre debet, vt ſi ob iniuriam ſibi factam, vel ex lege Aquilia, ſiue ipſius, ſiue filij corpori nocitum ſit, conferre debeat. [y] Ea verò quæ in nominibus erant, manent in ſuo ſtatu: ſed actiones inuicem præſtari debent.

XXXII. [a] Si vniuerſorum bonorum tacitè contracta ſit ſocietas, videtur eſſe coita eorum quæ ex quæſtu veniũt: veluti ex emptione, vẽditione, locatione, conductione. Quòd ſi hæreditas aut legatum alteri obueniat, non communicantur; ſed fructus inde percepti.

XXXIII. [b] Si is qui duos reos promittẽdi habet, damnauerit hæredem vt vtroſque liberet, ſi alter ex his capere non poſſit, nec ſocij ſint, delegari debebit is qui nihil capit ei cui hoc commodum lege competit: cuius petitioni vtrunque accedit, vt & hoc commodum ad eum perueniat, & is qui capit, liberetur. Quod ſi ſocij ſint, propter eum qui capax eſt, & ille capit per conſequentiam liberato eo per acceptilationem. Id enim eueniret, etiamſi ſolùm capacem liberare iuſſus eſſet.

XXXIIII. [c] Si alter ex ſociis omnium bonorum vectigalia conduxerit, pœnámque promiſerit, ſiquid cõtra legem conductionis feciſſet, ſi id ſocius fecerit, ſtipulatio non eſt commiſſa.

XXXV. [d] Socius omnium bonorum non cogitur conferre, quæ ex prohibitis cauſis acquiſierit, [e] veluti ex furto, vel ex alio maleficio: quia delictorum turpis, atque fœda cõ-

n Idẽ Bart. in d.l.1. arg l. ſi ſocius pro ſoc.abs. non ſi prior D.h.t.
o Bald. in l. ſi patruus. C. Com. vtr. uſq; iud. arg. l. cùm ea. 9. ſic e-m. in C. de bon. quæ liber.
p d.l.3.§.1.D.h.t.
q Ang. in inſt. de ſocietate.h.t.
r l.1. & ſeq. D. h.t.
ſ arg l. ſi ſocius pro ſoc. d.t. Bald. in d. l. ſi patruus.
t d.l.3.§.1. l. ſi ſocietatem vniuerſorum. D.h.t.
u l. ſi quis ſocietatem. h.t.
x l. ſi patruus Glo. in l. pen. C. h.t. Bald. in l. 1 d.t. & in l. 1. C. ſi quis alteri vel ſibi. & in l. ſi vt proponis. in fin. C. de rei vend. & in l. ſi ſocius. D. de reb. cred. & in d.l. cùm duob. & l. ſi fratres. dict. Papinia. vbi Cyn. D.h.t. & in l. vlt. §. quatuor. D. de lega. 2. Anchar. Cõſ. 138. Ang. Cõſ. 171. Alex. Imola. Conſ. 49. in 1. vol.
y d.l. cùm duobus. §. ſocium. D.h.t.
z d.l.3.
a Alex. Cõſ. 48. in 1. volu. arg. l. coire. & 4. ll. ſeq. D. h. titu.
b l. ſi is qui duos. D. de liber. lega.
c Bald. in d. l. ſi patruus. C. Com. vtriuſ. iud.
d l. ſi fratres. §. vlt. D. h.t.
e l. quod autẽ & 4. ll. ſeqq. d.t.

A munio eſt. Planè ſi in medium collata ſint, commune erit lucrum. Nec aliter recipiet ea ſocius quàm ſi ob maleficium damnatus ſit. Sed ex maleficio conuentus nonnunquã, contulit ſolum; aliâs, cum pœna auferet: Solum, ſi mihi proponas inſciente ſocio etiam in ſocietatis rationem hoc contuliſſe. Quod ſi ſciente eo, etiam pœnam ſocium agnoſcere oportet. Aequum eſt enim, vt cuius parti- B cipauit lucrum, participet & damnum. Nec quicquam intereſt vtrum manente ſocietate præſtiterit ob furtum, an diſſoluta ea. Idémque eſt in omnibus turpibus actionibus, veluti iniuriarum, vi bonorum raptorum, & in omnibus pœnis pecuniarijs, quę ex publicis iudiciis accidunt. Nec prætermitendum tamen, ita demum hoc eſſe verum: ſi honeſtæ & licitæ rei ſocietas coita ſit. Cæterùm ſi maleficij ſocietas coita ſit, conſtat nullam eſſe ſoci- C etatem.

XXXVI [f] Si ſocietatem vniuerſarum fortunarum ita coierint, vt quicquid erogaretur vel quęreretur, cõmunis lucri atque impendij eſſet: ea quoque quę in honorem alterius liberorũ erogata ſunt, vtriſque imputanda ſunt.

XXXVII [g] Socius etiam omnium bonorum, niſi aliter conuenerit, de communi conſtituere dotem filiæ alterius ſociorum non cogitur.

D XXXVIII [h] Impenſæ ab vno ſociorum factæ erudiendi filij ſui cauſâ, ſocietati etiam vniuerſorum bonorum non imputantur, cùm non eas neceſſariò feciſſe videatur: [i] nec ſocietatis commodo cedãt. [k] Hoc ita, niſi aliter conuenerit.

XXXIX [l] Etiam omnium bonorum ſocius teſtamenti habet factionem.

XL [m] Si ob maleficium ſuum damnatus E ſit omnium bonorum ſocius, ipſe tantùm damnum ſentire debebit.

XLI [n] Quod in alea vel adulterio perdiderit ſocius, ex medio non eſt laturus.

XLII [o] Si ſocij omnium bonorum fuerint: deinde vnus, cùm ad iudicium non adeſſet, damnatus ſit, non debet id de communi conſequi

CAPVT. IIII.

De duobus fratribus ſocijs.

F XLIII. [p] SI duo fratres puberes, & ſui iuris, præter hæreditatẽ paternam bona indiuiſa diu poſſederint, ſimul habitarint, vixerint, negotiati ſint, vel rem aliunde auxerint: & in vnas eaſdémque tabulas impenſa, acceptáque retulerint, æquius eſt eos, & emolumentum & damnum in his ſentire communiter. [q] Alioqui ſi talis animus variis rerum argumentis non depre- G hendatur, haud temerè dicendum erit, re ſine verbis contractam exiſtimari ſocietatem.

XLIIII. [r] Si fratres vnà habitent, fructúſ-

f l. ſi ſocietatem vniuerſorum. d.t.
g l. ſi ſocius. iuncta gloſſ. 1. D h.t. Io. Petrus Ferrarius in praxi. cap. forma libelli in cauſa ſocietatis. Ludou. Romanus Cõſ. 145 Bald. in l. vlt. C. de dot. prom. arg. illius l. & l. qui liberos. D. de ritu nupt.
h Ludo. Romanus d. Cõſ. arg. annot. à Bart. in l. de bonis. §. non ſolùm. D. de Carbon. edict.
i l. vlt. C. de inoff. teſtam. l. fori. C. de adu. diuerſ. iud.
k l. ſi ſocietatem vniuerſorum. D.h.t.
l l.1. Cod. qui teſta. fac. poſſ. vbi Cyn. & Iaſon. arg. l. illud in verb. non propriè. D. de ritu nupt. l. duo fratres. D. de acq. hæred. Gloſſ not. in l. id quod noſtrum. D. de reg. iur. Bart. in l. ſeruo electione. §. Labeo. D. de lega. 1.
m l. ſi fratres §. vlt. D. h.t.
n l. adeò. in ſi. d.t.
o d. §. vlt. d. l. ſi fratres.
p Bart. in l. cùm duobus. §. Papinian. D.h.t. & in l. Titium. §. altero D. de adm. tuto. & in tractatu de duobus fratribus. Io. Faber. in §. 1. D. h. tit. Iaſ. in rubr. eiuſd. tit. Phil. Decius Conſ. 21. in 1. parte. Iaſon copioſè in l. 1. C. qui teſtam. fa. poſſ. Alciatus in tract. Præſũp. Reg. 1. Præſ. 25. l. vt ſit & 3 ll ſeqq D. h.t.
q Bald. in d. l. ſi patruus. C. Com. vtri. iud.
r Bart. in l. Titium & Mæuium §. altero. D. de adm. tuto. Salyc. in d. l. ſi patruus. Alex. Imola. Conſ. 24 in 1. Vol. l. ſi fratres. D h.t.

que communis hæreditatis communicent, non tamen omnium bonorum coiiſſe ſocietatem videbuntur, niſi negotientur, ſuáque lucra & commoda quæcunque conferant. [f] Itaque ſi eorum alter prædium acquiſierit, ſiquidem ex fructibus communibus, communicare ſocio debebit: ſi aliunde, non item.

f d.l. ſi fratres.

XLV. [t] Si ioter ſratres voluntarium conſortium initum fuerit; & ſtipendia, cæteráque ſalaria in commune rediguntur iudicio ſocietatis.

t d.l. ſi fratres. §. ſi inter fratres.

XLVI. [u] Si ex his fratribus alter fundum ſuo uomine emerit, ſocietatis iudicio in medium conſeret.

u Cyn. l. cùm duobus. §. ſi fratres. d. t. Iaſ. in l. 1. num. 16. C. qui teſta. fa. poſſ.

XLVII. [x] Filius, debita quæ poſt mortem patris contraxit, fratri ſuo pro parte hæreditaria reputare non poteſt, ſi non in omnibus ſocij ſint: licèt hæreditatem paternam communem habeant.

x l. ex parte. §. ſi filius. D. ſam. erciſc.

XLVIII. [z] Si alter fratrum ex pecunia hæreditaria negotiatus lucrum fecerit, [a] & eum in commune negotiari voluiſſe appareat, lucrum id communicabit. Sed vix eſt, vt tutor fratrum ſocietatem cum minoribus contraxiſſe videatur: [b] niſi fortè cum pater negotiaretur, in negotiatione permanere tutorem voluiſſe appareat.

z Bald. in d. l. ſi patronus. C. com. vtr. iud.

a l. Neſennius. D. de neg. geſt.

XLIX. [c] Altero ex duobus fratribus ſociis bonorum & negotiationis, defuncto hærede filio, tutor patruus venditis omnibus communis negotiationis mercibus, & ſibi redemptis, negotium ſuo nomine exercuit. Quæſitum eſt, vtrum compendium negotij, an vſuras pecuniæ præſtare debeat. Reſponſum eſt, Secundùm ea quæ proponerentur, vſuram non compendium præſtandum.

b argu. l. n. in & Seruius. § ſi viuo d. t. & ibi l. 1. C. de imp. lucr. deſt. & l. ſi filiæ. §. Neratius. D. ſam. erciſ. & l. actione. §. morte. verſic. quod ex re communi. D. h. t.

c d. l. Titium & Meuium. §. altero. D. de adm. & per. tuto.

CAP. V.

De ſocietate quæſtus.

L. [d] COire ſocietatem & ſimpliciter licet: & ſi non fuerit diſtinctum, videtur coita eſſe vniuerſorum quæ ex quæſtu veniunt: id eſt, ſi quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione deſcendit. Queſtus enim intelligitur, qui ex opera cuiuſque deſcendit.

d l. coire & l. ſeq. D. h. t. & l. 2. C. d. t.

LI. [e] Poteſt contrahi ſocieras in acceſſionibus tantummodo, puta fructuum, vel lucri percipiendi. [f] Nec ex lucri, vel ſructuum communione exiſtimatur rem principalem communicari.

e Glo. in l. 1. C. h. t.

f Alex. conſ. 48. in 2. vol.

LII. [g] In huiuſmodi ſocietatem non veniunt hæreditas, vel legatum, vel donatio cauſa mortis. Fortaſſis hoc ideò, quia non ſine cauſa obueniunt; ſed ob meritum aliquod accedunt; & quia plerunque à parente quaſi debita nobis hæreditas obuenit. [h] Sed nec æs alienum, niſi quod ex qoęſtu pendebit, veniet in rationem ſocietatis. [i] Sed etſi adiiciatur, vt & quæſtus & lucri ſocij ſint, verum eſt, non ad aliud lucrum, quàm quod ex quęſtu venit, hanc quoque adiectionem pertinere.

g l. nec adiecit. & l. ſeq. & l. duo ſocietatem. D. h. t.

h l. ſed nec æs alienum. d. t.

i l. ſed etſi adiiciatur. d. t.

A LIII. [k] Si theſaurum ſocius inuenerit, ſiquidem in ſuo, nõ conferet: cùm id ferè perinde ſit, ac ſi rem ſuam perditam, aut ignorans vbi eſſet, poſtea reperiſſet. Si in alieno, debetor ſocietati: cum aliqua ſocij opera in eo interuenerit, idquę ſpeciem quęſtus habere videatur.

k Fran. Conanus. lib. 7. Com. cap. 13.

CAPVT VI.

De ſocietate vnius negotiationis.

B LIIII. [l] SOcietas vnius alicuius negotiationis contrahitur: veluti vectigalis, aut equorum vendendorum, emendorúmque, aut aromatum, aut lanæ, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi, vendendíque.

l Inſt. h. t. in princ. l. ſocietas. D. h. t.

LV. [m] Si quis ſocietatem cum mercatore coierit, ac pecuniam in eam contulerit, cùm operam mercator conferret, non niſi exacto anno agi pro ſocio poterit, vt in mediũ lucrum referatur.

m Bart. in l. neminem. C. de ſacr. prop. & arc. Salyc. in l. ſi aduerſus, & in l. ſi rationes. C. de adm. tuto.

C LVI. [n] Quod ſocius ex alia re quęſiit, quàm ea in qua ſocietatem contraxit, conferre non cogitur.

n l. cùm duobus. §. vlt. D. h. t.

CAPVT VII.

De ſocietate paſcendorum pecorum.

LVII. [a] SI paſcẽda pecora partiaria, id eſt vt fœtus eorũ portionibus, quibus placuit, inter dominum & paſtoré diuidantur, Titium ſuſcepiſſe probabitur, fidem

D pacto præſtare per iudicem compelletur: ſi communicatum ſit dominium, iudicio ſocietatis: ſi dominium tranſlatum, vel retentum præſciptis verbis, actione.

a l. ſi paſcenda C. de pact.

LVIII. [b] In pecorum paſcendorum ſocietate, pacta quæcumque ad arbitrium boni viri redigi debent.

b Azo in tract. de ſocietate. Ambro. Vignates. eo tract. arg. l. nõ fuerint. D. h. t.

LIX. [c] Cùm ſocietas pecorum maiorum paſcendorum contrahitur, nec pactum interuenit, durat quinque annos ſocietas, fructúſ-

E que diuidontur, niſi aliud conſuetudo regionis ferat. In minoribus pecoribus tres tantummodo annos durat ſocietas.

c Ang. in tract.

CAPVT VIII.

De ſocietate vnius rei.

LX. [d] SOcietas vnius rei contrahitur, veluti, ſi hoc actum ſit, vt quaſi commune negotium gereres, fũdum emeres.

F Nam ſocietatis iudicio tenebor, vt tibi deducta parte reliquas præſtem.

d Inſt. h. t. princ. l. ſocietas. l. cùm duobus, iuncta gl. D. h. t. l. 2. & ibi Bart. Conſ. eo t.

LXI. [e] Si quis emat ſibi ac Titio fundum, & inſtrumento venditionis contineatur pretium ab eo ſolutum, de ſua pecunia ſoluiſſe intelligitur: eiúſque partem iudicio ſocietatis conſequetur, ſi commune eſſe prædium Titius velit.

e d. l. 2. & ibi Bart.

CAPVT IX.

Quæ præſtare ſocius ſocio debeat, vel non.

G

Cuius prima pars.

Quæ debeat.

LXII. [f] ACtio pro ſocio, magis ad perſonales inuicem pręſta-

f l. 1. C. d. tit.

tiones

Digitized by Google

tiones pertinet, quàm ad communium rerum diuiſionem.

L X I I I. [g] Agi pro ſocio poteſt vt conferatur pecunia, vel opera quæ promiſſa ſunt: veluti ſi promiſſum ſit vt quiſque mille conferret.

L X I V. [h] Socius actione pro ſocio vel communi diuidundo tenetur omnia commoda, incommodáque diuidere: & altera actione altera tollitur.

L X V. [i] Venit in hoc iudicium pro ſocio bona fides: [k] ſocióſque inter ſe dolum & culpam præſtare oportet.

L X V I. [l] Rei communis nomine cum ſocio etiam furti agi poteſt, ſi per fallaciam, dolóve malo amouit, vel rem communem celandi animo contrectauit. Meritò autem adiectum eſt, ita demum furti actionem eſſe, ſi per fallaciam & dolo malo amouit; cùm enim ſine dolo malo facit, furti non tenetur. Et ſanè pleramque credendum eſt, eum qui partis dominus eſt, iure potius ſuo vti, quàm furti conſilium inire.

L X V I I. [m] Si quis ſocietatem ad emendum coierit, deinde res alterius dolu vel culpa empta non ſit, pro ſocio actionem eſſe conſtat.

L X V I I I. [n] Si in coëunda ſocietate artem operámve pollicitus eſt alter: veluti cùm pecus in commune paſcendum, aut agrum colendum damus in commune quærendis fructibus, nimirum ibi etiam culpa præſtanda eſt.

L X I X. [o] Non ob eam rem minùs ad periculum ſocij pertinet, quòd negligentia eius periiſſet, quòd in pleriſque aliis induſtria eius ſocietas aucta fuiſſet. Et ideò ſi ſocius quædam negligenter in ſocietate egiſſet, in pleriſq; autem ſocietatem auxiſſet, non compenſatur compendium cum negligentia.

L X X. [p] Culpæ nomine tenetur ſocius, id eſt deſidiæ & negligentiæ. Culpa tamen non ad exactiſſimam diligentiam redigenda eſt. Sufficit enim talem diligẽtiam communibus rebus adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet: quia qui parum diligentem ſocium ſibi acquirit, de ſe queri debet.

L X X I. [q] Damnum à ſeruo ſocij factum ita demum alter ſocius feret, ſi eiuſmodi ſeruus fuit, à quo probabiliter timeri debuit.

L X X I I. [r] Socius qui in eo quod ex ſocietate lucrifecerit, reddendo, moram adhibuit, cùm ea pecunia ipſe vſus ſit, vſuras quoque præſtare debet, non quaſi vſuras; ſed quòd ſocij interſit moram eum non adhibuiſſe. Sed ſi aut vſua ea pecunia non ſit, aut moram non fecerit, contrà eſt.

L X X I I I. [ſ] Si quis ex ſociis propter ſocietatem profectus ſit (veluti ad merces emendas) eos duntaxat ſumptus ſocietati imputabit qui in eam rem impenſi ſunt. Viatica igitur, & meritoriorum, & ſtabulorum, & iumentorum & carulorum vecturas, vel ſui, vel ſarcinarum ſuarum gratiâ, vel mercium rectè imputabit.

g Io. Faber in l. ſocietate. §. tandiu C. h. t. vbi actionẽ generalem pro ſocio docet competere cùm finita eſt ſocietas ſpecialẽ, cùm adhuc viget.
h l. pro ſocio arbiter. §. vlt. & l. ſi actum ſit. D. h. t.
i l. cum duobus. §. 2. & l. adeo. in fi. D. h. t. l. cũ in ſocietatis. C. eo. t.
k Idem l. Contractus. D. de reg. iur.
l l. Rei cõmunis. & l. merito. D. h. t. l. ſi ſocius. D. de furt.
m l. ſi fratres. §. ſi ſocietatem. D. h. t.
n l. cùm duobus. d. t.
o l. non ob eam rem. d. t.
p l. ſocius ſocio. d. t. §. vlt. Inſt. d. t.
q Io. Faber in §. vlt. Inſt d. t. arg. l. cum quis. §. vlt. D. loca. l. videamus. D. de non. aſſ.
r l. ſocium qui in eo. D. h. t.
ſ l. ſi fratres. §. ſi quis ex ſociis. l. pro ſocio arbiter. §. vlt. d. t.

L X X I V. [t] Si alter ſociorum ad merces comparandas profectus in latrones incidit, pecuniámque perdidit, damnum commune eſt: ideóque pro ſocio actione damni partem dimidiam agnoſcere debebit, tam pecuniæ, quàm rerum cæterarum quas ſecum non tuliſſet ſocius, niſi ad merces communi nomine comparandas proficiſceretur. Sed & ſi quid in medicos impenſum eſt, pro parte ſocius agnoſcere debebit. Proinde & ſi naufragio quid perierit, cùm non aliâs merces, quàm naui ſolerent aduehi, damnum ambo ſentient. Nam ſicut lucrum, ita damnum commune eſſe oportet quod non culpa ſocij contingit.

L X X V. [u] Si ſocius, quôpiam contra ſocij voluntatem profectus negotiandi causâ ſuo periculo ſe proficiſci dixerit, ac lucri quid fecerit, ſi quidem alter ſociorum participare lucrum velit, damni quoq; ſi quod fortè in ea re factum erit, particeps eſſe debebit. Alioqui damnum omne & commodum ad eum qui periculum ſubierit, pertinebit.

L X X V I. [x] Iure Romano, ſocius qui ceſſantis ceſſantiúmve portiones inſulæ reſtituerit, quamuis aut ſortem cùm certis vſuris intra quatuor menſes, poſtquam opus refectũ erit, recipere poterit, in exigẽdo quoque priuilegio vtetur, aut deinceps propriam rem habebit. Poteſt tamen & pro ſocio agere ad hoc, vt conſequatur quod ſua intererat. Finge enim eum malle ſuum conſequi, quàm dominium inſulæ.

Secunda pars capitis noni.

Quæ præſtare ſocius ſocio non debeat.

L X X V I I. [z] DAmna quæ imprudentibus accidunt, hoc eſt damna fatalia, ſocij non coguntur præſtare. Ideóque ſi pecus datũ ſit, & id aut latrocinio, aut incẽdio perierit, commune damnum eſt, ſi nihil dolo aut culpa acciderit. Quod ſi à furibus ſurreptum ſit, proprium eius detrimentum eſt, quia cuſtodiam præſtare debuit qui accepit.

L X X V I I I. [a] Si pecus æſtimatum in ſocietatem à me collatum, cùm ſocius operas & alimenta conferret, fortuitò perierit, mihi perit.

L X X I X. [b] Damna & lucra contemplatione ſocietatis obuenientia ſunt communicanda: Contrà eſt, ſi contemplatione perſonæ obueniunt, licèt ſocietatis occaſione: veluti, [c] ſi propter ſocietatem hæredem quis inſtituere aliquem ex ſociis deſiiſſet, aut legatum prætermiſiſſet, aut patrimonium ſuum negligentiùs adminiſtraſſet, id ſocius ſocio actione non conſequetur. Nam nec compendium, quod propter ſocietatem ei cõtigiſſet, veniret in medium: veluti ſi propter ſocietatẽ hæres fuiſſet inſtitutus: aut quid ei donatum eſſet. [d] Hęc de ſocietate quęſtus aut negotiationis intelligenda ſunt, non de vniuerſorum bonorum ſocietate, * vt ſuprà relatum eſt.

t l. cum duobus. §. quidam. D. d. t. ita placet, & rectè Vlpiano ex Iuliani ſententia. Contra Põponij Labeonis aſſentientis opinionẽ. l. Secundùm Iulianum. d. t. Fr. Conna. lib. 7. Com. ca. 14.
u Angel. in §. illud. Inſt. h. t. arg. l. quia poterat. D. ad SC. Treb. & d. §. illud.
x l. ſi fratres. §. Idem reſpõdit ſocius qui ceſſantis. D. h. t. l. ſi vt proponis. C. de ædif. priu.
z l. cum duobus. §. damna. D. h. t.
a Bald. in l. 1. D. h. t. Idem Bald. in l. ſi paſcenda. D. de pact. arg. d. l. cũ duobus § dãna fatalia. & l. 1. C. locati. & l. cùm manuſeta. §. nemo. D. de contra. empt. Commune tamen periculum cenſet Bart. in l. ſicut certo. §. nunc vidẽdum. D. Comm. & Alciatus in d. l. ſi paſcenda.
b l. coiri cum multis ll. ſeqq. D. h. t.
c l. Socium. §. vlt. d. t.
d l. 3 § 1. & l. ſi ſocietatem vniuerſorum. d. t. * verſ. 31.

CAP. X.

Quæ liceant ſocio in rebus communibus, vel non.

Cuius prima pars.

Quæ liceant.

LXXX.[e] SOcius inuito ſocio re communi vti ad eam rem, ad quam comparata eſt, poteſt:[f] Veluti, domũ communem locare, cùm ſoleret locari: [g] niſi fortè alter ſociorum habitare eam malit. Quod cùm faciet, omnium bonorum ſocius penſioni ſoluendæ minimè aſtringitur.[h] Præterea ſyluam cæduam in tempore cædere; fundum colere, ac conſimilia, ſocio licere non ambigitur.

LXXXI. [i] Vnus ex ſociis petere ſolidum poteſt: eique rectè ſoluitur, quamuis nouare non poſſit.

LXXXII. [k] Vnus ex ſociis, merces, réſq; venales poteſt alienare, niſi in fraudem hoc faciat, vel cæteri contradicant. [l] Alioqui nemo. ex ſociis plus parte ſua poteſt alienare, tametſi totorum bonorum ſocij ſint.

LXXXIII. * Qui rem communem ſimpliciter vendidit; ſi communem emptor ſciuerit, partẽ ſuam duntaxat vendidiſſe; ſi ignorauerit, totam alienaſſe intelligetur. Si de hoc dubitetur, ex pretij qualitate de hoc ſtatuetur.

LXXXIV. [m] Poteſt rei communis portio indiuiſa vendi etiam alij quàm ſocio.

LXXXV. [n] Si inter ſocios conueniſſet ne intra certũ tempus ſocietas diuideretur, quin vendere liceat ei qui tali conuentione teneretur, non eſt dubium.

LXXXVI. [o] Si plures ſocij diuerſis in locis negotientur,[p] præpoſiti inuicem vidẽtur: [q] ac in ſolidũ omnes obligantur.[r] Idem obſeruatur, ſi eodẽ in loco, ſed diuerſá negotiationẽ exerceant: [s] ſimiliter ſi eãdem, ſed alternis vicibus; veluti cùm abſente vno alter pro ſolido rem tractat. [t] Alioqui pro virilibus portionibus ſocij tenentur, [u] quia tum inuicem præpoſiti non cenſentur.

LXXXVII. [x] Si cõmunes nũmos tibi centũ credidero, poſſum quinquaginta condicere, etiamſi ſingula corpora communia fuerint.

Secunda pars capitis decimi.

Quæ non liceant ſocio in re communi.

LXXXVIII.[z] IN communi prohiberi ſocius ne quid faciat, poteſt. Vt tamen factum opus tollat, cogi non poteſt, ſi cùm prohibere poterat, hoc prætermiſit: & ideò per communi diuidũdu actionem damnum ſarciri poteſt; ſi autem facienti conſenſit, nec pro damno haber actionem. Quòd ſi quid abſente ſocio ad læſionem eius fecit, tunc etiam tollere cogitur.

e Bart. & Iaſ. in l. Seruo electione. §. Labeo. D. de lega. 1.
f Bald. & Ang. in l. duo fratres. D. de acq. hered. Alẽ Bald. in l. 1. ad ſi. C. qui teſta. fac. poſſ. & in c. 1. §. ſi quis de manſo. tit. de contr. inueſt. in vſib. feudo & in c. cùm omnes in 1. col. de cõſt. Bart & Paul. Caſtr. in l. & hac diſtinctio. § cùm fundum. D. loca. Paul. & Iaſ. in d. l. 1. C. qui teſta. fa. poſſ
g Bald in l. duo fratres. arg. illius. l. & in c. 1. §. præterea ducatus. in 1. col. tit. de prohi. feud. alien. per Feder. Ludo. Romanus Cõſ. 168.
h Bald Conſ. 27. quinta partis. incip. quidã Nerius. arg. l. Arboribus. § vnius. D. de vſufr.
i l. ſi vnus ex argentariis. vbi Iaſ. D. de pact. Contra Bart. ſententiam. in l. eandem. per l. ſi tamen plures. D. de exerc.
k Bart. in l. nemo. D. h. t.
l d l. nemo.
* Ang Bald. Paul. Caſt. & Iaſ. in d. l. 1. C. qui teſt fac poſſ. l. vlt. in verb. neſcientis. C. de com. rer. alien.
n Bal & Ale. in l ſi aly §. vl. D. de lega. 1.
o l. 3. C d t de com. rer. alien.
[ ] l. in hoc iudicium. §. ſi inter. D. Com diuid.
[ ] Bart. Iaſ & Alciatus in l. ius quis in pro uincia. in ſi. D de reb. cred ſi cert. pet.
p l. Traditio. D de acq. rer dom.
q arg. l. iure. C. de fabr. lib. 11.
r l. ſi tamen. vbi Bart. & in l. Eandem. naſt. 7 D de duob. reis.
s Paul. Caſtr in l. ſi vnus. in prin. D de pact.
t c. conſtitutus de relig. dom vbi Abbas.
u Iaſ. in l de pupillo. § plurium. D de oper. no nunt.
x l. Nam & ſi fur §. vlt. D de reb. cred. ſi cert pet.
z l. Sabinus. D. Com diuid.

LXXXIX. [a] Si ſocius propriam pecuniam mutuam dedit, omnimodò creditam facit, licèt cæteri diſſenſerint. Quòd ſi communem numerauerit, non aliàs creditam efficit, niſi cæteri quoque conſentiant: quia ſuæ partis tantùm alienationem habuit.

XC. [b] Iure ſocietatis per ſocium ære alieno ſocius non obligatur, niſi in communem arcam pecuniæ verſæ ſint.

XCI. [c] Si ſocij inuicem paciſcantur vt alter alteri ſuccedat, nullius momenti eſt pactio.

XCII. [d] Qui ſocium à vectigalibus immunem habet, pro ſua duntaxat parte vectigali obſtringitur: nec ſocij pars in commiſſum cadit, tametſi merces totas ſuas eſſe mentitus ſit, vt vectigalis lucrum faceret.

XCIII. [e] Si plurium dominorum rei opus noceat, vnius ex ſociis nuntiatio non ſufficit, ſed ſingulis nuntiare eſt neceſſe: quia & fieri poteſt vt nuntiatorum alter habeat ius prohibendi, alter non habeat. Quòd ſi plurium res ſit in qua opus nouum fiat, & vni nuntietur, rectè facta nuntiatio eſt, omnibúſque dominis videtur denuntiatum. Sed ſi vnus ædificauerit, non tenebuntur. Neque enim debet nocere factum alterius ei qui nihil fecit.

XCIIII. [f] Qui rem communem veluti propriam neſcienti vendidit, alienę partis euictione ſecuta tenetur emptori quanti intereſt.

XCV. [g] Nonnunquam neceſſarium eſt & manente ſocietate agi pro ſocio; veluti cùm ſocietas vectigalium cauſa coita eſt: proptérque varios contractus neutri expedit recedere à ſocietate: nec refertur in medium quod vectigalium ad alterum peruenerit.

CAP. XI.

De diſſociatione.

XCVI.[h] SOcietas ſoluitur ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, ex actione. Ideóque ſiue homines, ſiue res, ſiue voluntas, ſiue actio interierit, diſtrahi videtur ſocietas.

XCVII. [i] Intereunt homines quidem maxima aut media capitis diminutione, aut morte.

XCVIII. [k] Adeo morte ſocij ſoluitur ſocietas, vt nec ab initio paciſci poſſimus vt hęres ſuccedat ſocietati.

XCIX. [l] Morte vnius ſocij ſocietas diſſoluitur, etſi conſenſu omnium coita ſit: niſi in coeunda ſocietate aliter conuenerit; nec hæres ſocij ſuccedit: ſed quod ex re communi poſtea quæſitum eſt. Item dolus & culpa in eo quod ex antegeſto pendet, tam ab hęrede quàm hæredi præſtanda ſunt.

C. [m] Hæc in priuatis ſocietatibus. [n] At in ſocietate vectigalium nihilominus manet ſocietas, etiam poſt mortem ali-

a l. ſi ſocius. D. d. t. de reb. cre.
b l. iure ſociet. tis. D. h. t.
c In Petr Ferrarius cap. forma belli in ca ſoc. l. Pacti quod dotali. l licet in prin. tu. C. de pa Cyn in l. vlt. eo. t. l. hære tas. C. de pa com. ſup. d Bart. in l. St latio hoc m concepta. D. verb obl. l. c donatione in C. de tranſ.
d Bald. & S lyc. in l. 3. C nant ſæn Be rus Deciſ. 17 Contra Rebuſ & Plate ſententiam. eos. C. de quod. l. 11 a eius l. & l. § ſin autem. de plus pet.
e l. de pupil §. ſi plurium. D de oper. no. nu
f l. vlt. C. com. rer. alie
g l. Actione § nonnunqua D. h. t.
h l. verum. vlt. l. ſociet. 4. d. t. §. ſoluitur. Inſt. d. t.
i d. §. vlt.
k Adeo. fratres. §. Id reſpondit ſoc tatem. D. h. t.
l d. l. Actione § morte. §. ſi conſenſu. In h. t.
m d. l. Ad
n d. l. verum. in hæredem.

cuius : ſed ita demum ſi pars defuncti ad perſonam hæredis eius adſcripta ſit : de quo ſuprà quoque relatum eſt.

C I. [o] [p] In hæredem tamen ſocij pro ſocio actio competit. Licèt enim ſocius non ſit, attamen emolumenti ſucceſſor eſt.

[o p d.§.]

C II. [q] Res intereunt cùm aut nullæ reliquuntur, ant conditionem mutauerunt. Neque enim eius rei quæ iam nulla ſit quiſquam ſocius eſt, neque eius quæ publicata eſt.

[q d.l. verum. §.vlt.]

C III. [r] Publicatione vniuerſorum bonorum ſocij diſtrahitur ſocietas. Nam cùm in eius locum alius ſuccedat, pro mortuo habetur.

[r d.l. Actione. §. publicatione. Inſt h tit.]

C IV. [ſ] Egeſtate ſoluitur ſocietas: [t] Veluti, ſi quis ex ſociis mole debiti prægrauatos bonis ſuis ceſſerit : & ideo propter publica aut priuata eius debita ſubſtantia eius væneat, ſoluitur ſocietas. Sed hoc caſu ſi adhuc conſenſeriot in ſocietatem, noua videtur incipere ſocietas.

[ſ d.l.§. item bonis. t §. Itē ſi quis. Inſt d.t.]

C V. [u] Cùm ita coita eſt ſocietas; vt ego mille, tu operas conferres; ſi ſortis magna iactura facta ſit, meritò operas magnæ æſtimationis iu rem modicam conferre recuſabis.

[u Bald. in l. 1. C h.t. arg. l. ita autem. D. de adm. tuto.]

C VI. [x] Item ſi alicuius rei ſocietas coita ſit, & finis negotio impoſitus, ſoluitur ſocietas. Quod ſi integris omnibus manentibus alter deceſſerit : deinde tunc ſequatur res, de qua ſocietatem coierunt, tunc eadem diſtinctioue vtemur, qua in mandato: vt ſi quidem ignorata fuerit mors alterius, valeat ſocietas : ſi nota, non valeat.

[x d.l. Actione.]

C VII. [z] Effectu tollitur ſocietas, ſi paciſcatur ſocius ne partem ſuam petat.

[z l. in hoc iudicium. §. vl. D. Com. diuid.]

C VIII. [a] Voluntate diſtrahitur ſocietas Renuntiatiooe. Ita quoque cùm ſeparatim ſocij agere cœperint, & vnuſquiſque eorum ſibi negotietur, ſine dubio ius ſocietatis ſoluitur.

[a l. verum. §. vlt. D. h.t. l. Tandiu. C. eo. t.]

C IX. [b] Renuntiare ſocietati etiam per alios poſſumus, vt per procuratorem. Id autem rectè fit tam per eum procuratorem, cui omnium bonorum adminiſtratio conceſſa eſt, quàm per eum cui hoc ipſum nominatim mandatum eſt: niſi prohibuerit eum dominus ſpecialiter renuntiare.

[b d.l. Actione. §. renuntiare.]

C X. [c] Si verò procuratori meo ſocius renuntiarit, in poteſtate mea eſt, an velim ratam habere renuntiationem.

[c d.§.]

C X I. [d] Si abſenti renuntiata ſocietas ſit, quoad is ſciuerit quod is acquiſiuit qui renuntiauit, in comnnne redigi debet. Detrimentum autem ſolius eius eſt qui renuntiauit. Sed quod abſens acquiſiuit, ad ſolum eum pertinet: detrimentum verò commune eſt.

[d l. Sed & ſocius. §. 1. D. h. t.]

C X I I. [e] Actione diſtrahitur ſocietas, [f] hoc ipſo quod indicium ita dictatum eſt, vt ſocietas diſtrahatur, ſiue totorum bonorum, ſiue vnius rei ſocietas coita ſit.

[e d.l. Actione. in princ. & §. nonnunquā. f l. Verùm §. vlt. D. h. t.]

C XIII. [g] Si intempeſtiuè renuntietur ſocietati, [h] eóque tempore quo interfuit ſocij

[g l. ſi conuenerit. & l. ſed & ſocius. d.t. h d.l. Actione.]

A non dirimi ſocietatem, eſt pro ſocio actio. [i] Et ſi quis callidè in boc renuntiauerit ſocietati, vt obueniens aliquod lucrum ſolus habest : veluti, ſi totorum bonorum ſocius, cùm ab aliquo hæres eſſet relictus, in hoc renuntiauerit ſocietati, vt hæreditatem ſolus lucrifaceret, cogitur boc lucrum communicare. [k] Si quid verò aliud lucrifaciat quod nō captauerit, ad ipſum ſolum pertinet. Ei verò

B cui renuntiatum eſt, quicquid omninò poſt renunciatam ſocietatem acquiritur, ſoli acquiritur.

[i §. manēt autem. Inſt. h. t. k Idem d l. Actione. §. quid ſi quid.]

C XIIII. [l] Si vnus ex ſociis pluribus renuntiauerit ſocietati, à ſe quidem liberat ſocios ſuos : ſe autem ab illis non liberat, ſi quidem doln malo renuntiatio facta ſit.

[l d.l.§. diximus.]

C X V. [m] Si ſocietatem ineamus ad aliquam rem emendam, deinde cùm ſolus voC lueris eam emere, ideo renuntiaueris ſocietati, vt ſolus emeres, teneberis quanti mea intereſt. Sed ſi ideò renuntiaueris, quia emptio tibi diſplicebat, non teneberis quamuis ego emero; quia hîc nulla fraus eſt.

[m d.§.]

C X V I. [n] Si ſocietatis interſit non dirimi ſocietatem, tenetur pro ſocio qui renuntiauit; veluti, ſi emamus iumenta inita ſocietate; deinde renuntiet eo tempore ſocius quo vendere iumenta non expedie-

D bat. Semper autem, non id quod priuatim intereſt vnius ex ſociis, ſeruari ſolet; ſed quod ſocietati expedit.

[n d.§ diximus. & d.l. Actione. §. Labeo.]

C X V I I. [o] Qui ſocietatem in tempus coiit, ante tempus renuntiando, ſocium à ſe, non ſe à ſocio liberat. Itaque ſi quid compendij poſtea factum erit, eius partem non feret. At ſi diſpendij, æquè præſtabit portionem, niſi renuntiatio ex neceſſitate quadam facta ſit.

[o d.l.§. qui ſocietatem.]

E C X V I I I. [p] In ſocietate coeunda nihil attinet de renuntiatione cauere, quia ipſo iure ſocietatis iotempeſtiua renuntiatio in æſtimationem venit.

[p l. Sed & ſocius. in fi. d. t.]

C X I X. [q] Si conuenerit ne intra certum tempus ſocietate abeatur, & ante tempus renuntietur, poteſt rationem habere renuntiatio. Nec tenebitur pro ſocio qui ideo renuntiauit, quia conditio quædam qua ſocietas erat inita, ei non præſtatur. Aut, quid ſi tam iniurioſus & damnoſus ſocius ſit, vt non

F expediat eum pati, vel quòd ea re frui non liceat, cuius gratiâ negotiatio ſuſcepta? Idémque erit dicendum ſi ſocius renuntiauerit ſocietati, qoi reip. cauſa diu & inuitus ſit abfuturus; quamuis ei nonnunquam obiici poſſit, quòd potuit & per alium ſocietatem adminiſtrare, vel ſocio cōmittere : ſed boc non aliâs, niſi valdè ſit idoneus ſocius, aut ſi facilis abfuturo ſit etiam per alium ſocietatis admini-

G ſtratio.

[q l. ſi conuenerit. & 2. l. ſeqq. d. t.]

CAP. XII.

Soluta ſocietate quid fiat.

C X X. [r] OMne æs alienum quod manente ſocietate contractū eſt, de communi ſoluendū eſt; licèt poſteaquàm ſocietas

[r l. omne d. t.]

diſtracta eſt, ſolutum eſt.

f *l. ſi ſocij, d. t.*

CXXI. [f] Si ſocij ſumus, & vnus ex die pecuniam debeat, & diuidatur ſocietas, nõ debet hoc deducere ſocius, quemadmodũ præſens deberet; ſed omnes diuidere, & cauere dum dies venerit, defenſum iri ſocium.

t *l. ſi vnus d. t.*

CXXII. [t] Si vnus ex ſociis rem communem vendiderit conſenſu ſociorum, pretium diuidi debet; ita vt ei caueatur indemnem eum futurum. Quòd ſi iam damnum paſſus eſt, hoc ei præſtabitur. Sed ſi pretium cõmunicatum ſit ſine cautione, & aliquid præſtiterit is qui vendidit, ſi non omnes ſoluẽdo ſint, hoc ad cæterorum onus pertinet, quod ab aliquibus ſeruari non poteſt: quia cùm ſocietas contrahitur, tam lucri quàm damni communicatio initur.

u *d. l. Actione. §. vlt.*

CXXIII. [u] Si vnus ex ſociis maritus ſit, & diſtrahatur ſocietas manẽte matrimonio, dotem præcipere maritus debet, quia apud eum eſſe debet qui onera ſuſtinet. Quòd ſi eo tempore quo diſſoluitur ſocietas, in ea cauſa dos ſit, vt certum ſit eam vel partem eius reddi non oportere; diuidere eam inter ſocios iudex debet.

x *l. verum. § ſi cùm tres. d. t.*

CXXIV. [x] Si cùm tres ſocij eſſent, egerit cum vno ex ſociis ſocius, & partem ſuam integram ſit cõſecutus: deinde alius ſocius cum eodem agat, & partem conſequi integrã non poterit, quia facere ſolidum non poteſt, is qui minus conſecutus eſt, cũ eo agere poteſt qui ſolidum accepit ad communicandas partes, & inter eos exæquandas: quia iniquum eſt ex eadem ſocietate alium plus, alium minùs conſequi.

z *Cyn. & Iac. Aretini in l. 1. C. h. t. Io. Petr. Ferrarius in forma libelli in cauſa ſocietatis, in fi. Contra ſententiam. Gl. & Io. Fabri in d. l. 1.*

CXXV. [z] Si alter ex ſociis operas, alter pecuniam contulerit, diſtracta ſocietate ſi nihil aliud conuenerit, ſors ab eo præcipitur, qui eam contulit, cætera diuiduntur.

a *d. l. Actione § ſi poſt diſtractam.*

CXXVI. [a] Si poſt diſtractam ſocietatem aliquid in rem cõmunem impenderit ſocius, actione pro ſocio id non conſequitur: quia non eſt verum pro ſocio, communitérve id geſtum eſſe, ſed communi diuidundo iudicio huius quoque rei ratio habebitur. Nam etſi diſtracta ſit ſocietas, nihilominus diuiſio rerum ſupereſt.

b *d. l. verum.*

CXXVII. [b] Etiamſi non vniuerſorum bonorum ſocij ſint, ſed vnius rei, attamen in id quod facere poſſunt, quódve dolo malo fecerint, quominus poſſint, condemnari oportet. Hoc enim ſũmã rationẽ habet, cùm ſocietas ius quodammodo fraternitatis in ſe habeat.

c *d. l. verum. §. id quod facere.*

CXXVIII. [c] Non deducitur in æſtimatione eius quod ſocius facere poteſt, æs alienum; niſi ex ipſa ſocietate debeatur.

d *d. l. §. item videndum.*

CXXIX. [d] Non venit in hoc iudicium, eius quod facere ſocius non poſſit, cautio, ſed nuda promiſſio.

e *d. l. §. videndum.*

CXXX. [e] Tempus ſpectamus quantũ ſocius facere poſſit rei iudicandæ.

f *d. §.*

CXXXI. [f] Hoc beneficiũ perſonale eſt, nec fideiuſſori ſocij, nec hæredi, cæteriſque ſucceſſoribus præſtatur.

g *§. ex quibus. Inſt. de pæn. tem litig.*

CXXXII. [g] Pro ſocio actio ab vtraque parte directa eſt: & quilibet ex ſociis eo iudicio damnatus, ignominia notatur.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI, LIBER DVODECIMVS.

De Mandato.

TIT. I.

Hic titulus ſex capita continet: quorum primum eſt, Quid ſit mandatum, & quomodo contrahatur. Secundum, De quibus rebus mandatum rectè contrahatur, vel non. Cuius prima pars, De quibus rebus mandatum rectè contrahatur. Secunda, De quibus rebus mandatum non rectè contrahatur. Tertium, Quibus modis finitur mandatum. Quartum, De mandati actione directa & quibus de cauſis competat, vel non. Cuius prima pars. Quibus ex cauſis competat. Eius partis particula prima, Competit mandati actio directa, ſi non ſit expletum mandatum. Secunda particula, Competit mandati actio directa, ſi fines mandati non ſint diligenter cuſtoditi. Particula tertia: Competit mandati actio directa, vt res ab eo qui mandatum ſuſcepit, reſtituantur. Secunda pars capitis quarti, Quibus ex cauſis mandati actio directa non competit. Sextum. De mandati actione contraria. Cuius prima pars, Quibus ex cauſis competat. Secunda, Quibus ex cauſis non competat. Tertia, Quibus competit mandati actio contraria. Quarta, Aduerſus quos competat mandati actio contraria.

CAPVT I.

Quid ſit mandatum, & quomodo contrahatur.

a *Io. Cuiatius Paratitl. Digeſt. in prin.*

I. [a] MANDATVM eſt conuentio qua roganti fides datur procurandi aliquid ſine mercede.

b *l. 1. §. vlt. D. h. t. Mandati.*

II. [b] Mandatum niſi gratuitum, nullum eſt: nam originem ex officio & amicitia trahit: Contrarium porrò eſt officio, merces. Interueniente enim pecunia, res ad locationem & conductionem potiùs reſpicit.

c *l. ſi remunerandi. in prin. & §. vlt. D. h. t. l. 2. D. de prox. l. 1. in fi. C. h. t.*

III. [c] Si tamen remunerandi gratiâ honor

interue-

A interuenit, erit mandati actio.

IIII. [d] Obligatio mandati conſenſu contrahentium conſiſtit. Ideo & per nuntium quoque, vel per epiſtolam mandatum ſuſcipi poteſt, & apud acta magiſtratus.[e] Ideo ſiue rogo, ſiue volo, ſiue mando, ſiue aliud quodcunque verbum ſcripſerit, mandati actio eſt.

V. [f] Si is cui mandatum eſt, mandatum non ſuſcepit, contractum illud non videtur. B

VI. [g] Si quis initio mandatum ſuſcipere noluerit, poſtea tamen re integra poteſt.

VII. [h] Qui mandati literas recipit, mandatum ſuſcepiſſe, niſi contradicat, intelligitur.

VIII. [i] Cui mandatum non eſt, ſi ſciente & non repugnante domino, illius negotia gerit, obligat dominum, & in eum vtilis mandati actio datur. C

IX. [k] Qui patitur ab alio mandari vt ſibi credatur, mandare intelligitur.

X. [l] Si paſſus ſim aliquem pro me fideiubere, vel aliâs interuenire, mandati teneor.[m] Et niſi pro inuito quis interceſſerit, [n] aut donandi animo, aut negotium gerens, erit mandati actio.

XI. [o] Si quis ratum habuerit quod ſuo nomine geſtum eſt, obſtringitur mandati: [p] etiam ſi falsò, qui geſſit, mandatum ſibi adſcripſerit. D

XII. [q] Mandatum fuiſſe temporis diuturnitate non probatur.

XIII. [r] Mandatum & in diem differri, & ſub conditione contrahi poteſt.

XIIII. [s] Si quis eiuſmodi literas ſcripſerit, Rogare ſe vt cuicunque traderentur, mutuo pecuniam eas deferenti daret, mandati ex his literis obligari poterit: tametſi ignoraret cui traderentur. E

XV. [t] Si quis etiam incertam pecuniam credi alicui mandauerit, mandati tamen actio datur.

d d.l.1.D.eo.t.l. ſi literas.C.d.t.

e Paulus libro 1.Recept. ſentent. t. de procur.

f l.ſi mandauero.§.ſicut.D.h.t.§.mandatū. Inſt. eo. t. l. ſi quis.§.qui ſuſcept. D eo.t.

g Glo.in l.ſi pecuniam.D. de nego. geſt. c.licet de procur.li.6.

h clem.vlt d.t.de procur. & ibi Io. Andreas. Ludo. Romanus Conſ. 315. Panorm. in c. non iniuſtè. de procur. arg. c ex ore. de his quæ fiunt à maio. part. cap. & l. Dotale. D. de fund. dot. Non tamen ſuſcepiſſe mandatum ex eo ſolo Card. exiſtimat, niſi alia re voluntatem ſuam declaret.

i arg.l.qui patitur.& d. l.ſi remunerand.

l.ſi paſſus ſim. D.h.t.l.ſi fideiuſſor. C. eo.t.l. vlt. D. quod cum eo qui in aliena.Inno.& Panorm. in c. ex parte decanu. de elect. & arg. l. Sæpe, D.de re iud.& l.2. C. de filioſa. mino. idem Innoc.in c.inter dilectos. de fid. inſtr. & c.in noſtra. de procur. & in c. cum in iure. de off. deleg Io. Andreas in c. Qui ad agendum. de procur. in 6. & ibid. Ph, Francus. Card.in c.cum olim.1.de off.deleg & in d.c. ex parte. Bald in l.2. §.voluntatem D. Sol.matr & in l Iulia.D. qui ſatiſd. cog.Paul Caſtr.in d.l. Sæpe.& in l.Cauſ.D de pign.act l. Deciſ.Capella Toloſ.272. Contra d. Innocentij ſententiam,in c.Quamuis.de re iud.Cyni.in l.ſi pecuniam.D.de neg.geſt. Aufrerij in d.Deciſ.cap.Toloſ.Bart & Alex.in d.l.Sæpe. Anto. Burrigarij in d.c.quamuis. Imola in d.§.voluntatem.Dominici.in d.c.qui ad agendum.Gulielmi Cuny in l.1.in prin.D.de exerc.

k d.l.qui patitur.l.quicunque.§.1.& ibi Bart. D.de inſtit.

l d.l.ſi remunerandi.§.ſi paſſus ſum.l.qui fidem.D.h.t.l ſi fideiuſſor. C.eo.t.l. ſemper.D.de reg.iur.

m Idem in l.pro te C.h.t.l.3.§.in bello.D.de re iud l.vlt.C.de neg.geſt.

n Idem l.De die.§.1.D.qui ſatiſd.cog.a.

o l.ſemper l hoc iure §.ratihabitio. D.de reg.iur.l.Iulian. vbi Bald. Ang. Caſtr.Fulgoſ & Alex.D qui ſatiſd.cogan.Bald.in c.conſuetudinem.de conſ.Fr. Curtius iunior Conſ.63.nu.6.Vol.2. F

p Gl.in l.ſi mater §.hoc iure D.de execut rei iud. Bar.in l ſi tutor.C.In quib. cauſ.reſt. in int. non eſt nec & in d.§.hoc iure. vbi etiam Aret. Petr & Raph. Bald.in l licet.D de Iud.& in d.l ſi tutor. G

q Felinus in c.ſicut.18.col.verſ.Sextò aduerte.de re iud. Bald.in l.2. C. de reb.alien.non alien. Alex in l.qui in aliena.in prin.D.de acq.vel omitt. her.in l. ſecundum D.de verb.obl. Decius Conſ.215 col.2.Socinus Conſ.254.Vol.2. Aymo Cra Conſ.36 nu.5.Vol 4. r l.1.§.1.D.h.t

ſ Bart.in l.ſi pupilli.§.2.D.de neg.geſt.arg l quidam §.ſi fuerit. D.de reb.dub. l. vnum §.ſi de Falcidia.D.de lega.2. t Bart in l.vlt.C.quod cum eo.

A
CAP. II.

De quibus rebus mandatum rectè contrahatur, vel non.

Cuius prima pars.

De quibus rebus mandatum rectè contrahatur.

B XVI. [u] Mandatum inter nos contrahitur, ſiue mea tantùm gratia tibi mandem: ſiue aliena tantùm: ſiue mea & aliena: ſiue mea & tua: ſiue tua & aliena. u l.2.D.h.t.

XVII. [x] Mea tantum gratia interuenit mandatum: veluti, ſi tibi mandem vt negotia mea geras, vel vt fundum mihi emas, vel vt pro me fideiubeas. x d.l.

C XVIII. [z] Si ij quorum res væneunt, quas pignori dederant, ſuppoſuerint emptores, & eis emendas res mandent, mandatum intelligitur: licèt quantum ad meram rationem mandatum non conſiſtet. Nam cùm rem tuam emas, nulla emptio eſt in tua perſona rei tuæ. z l.ſi mandauero tibi.§.ſi ij quorum.D.h.t.

XIX. [a] Similiter is cuius bona publicata ſunt, mandare alicui poteſt vt ea emat: & ſi emerit, vtilis erit mandati actio, ſi non præ-

D ſtet fidem. Quod ideò receptum eſt, quia publicatis bonis quicquid poſtea acquiritur, non ſequitur fiſcum. a d.§.

XX. [b] Si quis cùm filiumfamiliâs hęredem inſtituere vellet ita, ne ad patrem eius ex ea hæreditate quicquam perueniret, filius cùm patris offenſam vereretur, amicum rogauerit vt ſe pateretur hæredem inſtitui, inſtitutus ita hæres, mandati obligatur. b l.quidam.D. de her.inſt.

XXI. [c] Aliena tantùm gratia interuenit

E mandatum: veluti ſi tibi mandem vt Titij negotia geras, vel vt fundum ei emas, [d] vel vt pro eo fideiubeas, [e] vel vt ei pecuniam credas. c d.l.2.l ſi procuratorem. §. mādati D.h.t. d Idem d.l.ſi remunerād.§. ſi tibi mandauero eo.t. e §.tua autem. Inſt.eo.t.

XXII. [*] Si quis alicui ſcripſerit, vt debitorem ſuum liberet, ſéque eam pecuniam quam is debuerit ſoluturum, mandati actione tenetur. * l ſi quis alicui.D.d.t.

XXIII. [*] Mea & aliena cauſa interuenit mandatum; veluti, ſi tibi mandem

F vt mea & Titij negotia geras: vel vt mihi & Titio fundum emas, vel vt pro me fideiubeas. * d.l.2.

XXIIII. [f] Si quis mandauerit alicui gerenda negotia eius qui ipſe ſibi mandauerat, habebit mandati actionem, quia & ipſe tenetur. f d.l.procuratorem. §.ſi mandauerit.

XXV. [g] Tua & mea cauſa interuenit mandatum, veluti ſi tibi mandem vt Titio qui in rem meam mutuatur, ſub vſuris credas. g d.l.2.

G XXVI. [h] Interdum euenit vt meum negotium geram, & tamen vtilem habeam mandati actionem: veluti, cùm debitor meus periculo ſuo debitorem ſuum mihi delegat, aut cum rogatu fideiuſſoris cum reo experior. Nam quamuis debitum meum perſequar, nihilominus illius negotium gero. h l.ſi mandauero. §. interdum. & l ſi mandatu.§.vl. D.h.t.

XXVII. [i] Si hæreditatem aliter aditurus non eſſem, quàm cautũ mihi fuiſſet damnum præſtari, & hoc mãdatum intetceſſiſſet, mandati erit actio. Et vulgò animaduertere licet mandato creditorũ hæreditates ſuſpectas adiri, quod mandati iudicio teneri proculdubio eſt. Si autem quis mãdauerit alicui, ne legatũ à ſe repellat, lõgè ei diſſimile eſt. Nã legatũ acquiſitum nunquam damno illi eſſe potuit; hæreditas interdum damnoſa eſt.

XXVIII. [k] Si tutores mãdauerint contutori ſuo aliquod negotiũ quod ad tutelã pertineret; veluti, fundũ emẽdum, nec is emerit, mandati habebunt actionem. Contra quoq; tutor qui emit, mandati actionem habet aduerſus contutores ſuos.

XXIX. [l] Tua & aliena gratia interuenit mandatum, veluti ſi tibi mandem vt Titio ſub vſuris credas.

XXX. [m] Si tibi negotium aliquod mandaui, idque poſtea geras, licèt non ſignifices te id meo nomine confeciſſe, tamen mandatum meum expleuiſſe exiſtimaberis, & mihi aduerſus te mandati actio competet.

XXXI. [n] Si quis in ſuo alterius mandatu quid fecit, ſumptus repetit, quatenus rem ſuam pretioſiorem non fecit: Et ait Celſus, hoc reſpondiſſe cùm Aurelius Quintus hoſpiti ſuo medico mandaſſe diceretur, vt in hortis eius, quos Rauennæ habebat, in quos omnibus annis ſecedere ſolebat, ſphæriſterium, & hypocauſta, & quædam ipſius valetudini apta, ſua impenſa, faceret. Deducto igitur quanto ſua ædificia pretioſiora feciſſet, poſſe eum mandati iudicio perſequi.

Secunda pars capitis ſecundi.

De *quibus rebus mandatum non rectè contrahatur.*

XXXII. [o] SI tua tantùm gratia tibi mandem, ſuperuacuum eſt mandatum: & ob id nulla ex eo naſcitur obligatio. [p] Tua autem gratia interuenit mandatum, veluti ſi tibi mandem vt pecunias tuas potiùs in emptiones prædiorum colloces, quàm fœneres[q]: vel ex diuerſo; vt fœneres potius quàm in emptiones prędiorum colloces: [r] cuius generis mandatum, magis eſt conſilium quàm mandatum: & ob id non eſt obligatorium, quia nemo ex conſilio non fraudulento obligatur, etiamſi non expediat ei cui datur: quia liberum cuique eſt apud ſe explorare an expediat ſibi conſilium. [ſ] Nec nocet conſilium habuiſſe, niſi & factum ſecutum fuerit. *Nec qui exhortatur, mandatoris opera fungitur.

XXXIII. [t] Cùm quidam talem epiſtolam ſcripſiſſet, Rogo te commendatum habeas Sextilium Creſcentem amicum meum; non obligabitur mandati: quia commendandi magis hominis, quàm mandandi cauſa ſcripta eſt.

XXXIV. [u] Qui alicuius propoſitum laudat, mandare non videtur.

A

XXXV. [x] Si quis ea quæ procurator & ſeruus ſuus gerebant, ita demum rata eſſe mandauit; ſi interuentu Sempronij geſta eſſent, & malè pecunia credita ſit, Sempronium qui nihil dolo fecit, non teneri. Et eſt verum, eum qui non animo procuratoris interuenit; ſed affectionem amicabilẽ promiſit in mouendis procuratoribus, & in regendis con-

B ſilio, non teneri.

XXXVI. [z] Si proxeneta interuenerit, vt multi ſolẽt, quaſi mandator non tenetur: quia hic monſtrat magis nomen, quàm mandat, tametſi laudet nomen. Idem dicendum & ſi aliquid philanthropiæ nomine acceperit, nec ex locato & conducto erit actum.

XXXVII. [a] Planè ſi quis dolo & calliditate circumuenit conſulendo aut exhortando, de dolo actione tenetur.

C XXXVIII. [b] De dolo actionem non dari placuit aduerſus eum qui affirmauerat, idoneum eſſe eum cui mutua pecunia dabatur. Nec enim ex magna & euidenti calliditate non debet de dolo actio dari. [c] Quod ſi, cùm ſcires eum facultatibus labi, tui lucri gratiâ affirmaſti mihi idoneum eſſe, meritò aduerſus te, cùm mei decipiendi gratiâ alium falsò laudaſti, de dolo actio dabitur.

XXXIX. [d] Rei turpis nullum mandatum

D eſt, [e] veluti ſi quis ædem ſacram ſpoliandam, hominem vulnerandum, occidendúmve ſuſcepit, [f] aut damnum, iniuriámve alicui faciendam: [g] & ideò hac actione non agetur. [h] Nec enim mandatum eſt obligatoriũ, quod contra bonos mores eſt.

XL. [i] Si adoleſcens luxurioſus mandet tibi vt pro meretrice fideiubeas, ídque tu ſciens mandatum ſuſceperis, non habebis mandati actionem: quia ſimile eſt, quaſi perdituro pe-

E cuniam, ſciens credideris. Sed & ſi vlteriùs directò mandauerit tibi vt meretrici pecuniam credas; non obligabitur mandati, quaſi aduerſus bonam fidem mandatum ſit. [k] Quod & de maiore xxv. annis ſtatuendum videtur.

XLI. [l] Si quis mandauerit filiofamiliâs credendam pecuniam, non contra Senatuſconſultum accipienti, ſed ex ea cauſa, ex qua [de peculio, vel de in rem verſo, vel quod

F iuſſu] pater teneretur, erit licitum mãdatum. Hoc amplius; Si cùm dubitarem vtrum contra Senatuſconſultum acciperet, necne; nec eſſem daturus contra Senatuſconſultum accipienti; & interceſſerit qui diceret non accipere contra Senatuſconſultum, & [Periculo meo crede, vel Bene credis] locus erit mandato, & mandati tenebitur.

XLII. [m] Nemini litem, actionémve cedere potentiori permittitur, ac qui contrà fece-

G rit, iactura cauſę affici debebit: vt hoc propoſito metu, iudiciariæ lites potius ſuo Marte decurrant.

i l.ſi hereditatem. d.l.§. tua autem. in fi. Inſt.eo.t.
k d.l.ſi procuratorẽ. §.tutores.
l d.l.2.
m Bart.in l. qui aliena. §.ſi is qui. D.de acq.hæred. arg. illius §. & l. qui ſeruum. D. de int.act.
n l.ſi quis mãdauerit. D.h.t.
o d.l.2.in prin. & d.l.ſi remunerandi. d.§.ſi tibi mãdauero.
p d.l. 2.§.tua.
q Idem in l. Quintus Mutius.§.1 d.t.
r l.Conſilij. D. de reg. iur.
ſ l.ſæpe 53. in fi. D. de verb. ſign.
* l. ob hoc.D. de his qui not. infa.l 1 § idẽ Pompo.quærit. D. depoſ. l. Quintus Mutius. §.1. D h. t.
t d.l. Si verò non remunerãdi.§.cùm quidam. l. vlt. C. quod cum eo qui in alien.
u Bald in l.cũ pater. §. manda. D.de leg.2.

x l. Idemque & in fundo.§. ſi quis ea. D.h.t.
z l. 2. D de prox.
a d.l.2. Azo h.t nu.2. arg.l. 1.d.t. de proxe. & d.l. Conſilij. D. de reg. iur.
b l.& eleganter. §. vlt. D. de dolo.
c l.quod ſi cum ſcires.ibid.
d l.ſi remunerandi.§.rei turpis.d.t. § illud quoque. Inſt.eo.t.l. ſi cum dies. §.compromiſſo. D. de rec.arb. l.Generaliter. & l ſeq. D.de verb.oblig.
e l.ſi mandauero tibi.§.rei turpis. & §. vlt. D.h.t.
f d §. illud quoque.
g huc pertinet l.plus.in fi. D. de cond. & dem. l. qui ex culpa. D. de reg.iur.
h d.§.illud.
i l. ſi verò non remunerãdi.§. ſi adoleſcens luxurioſus. D. h.t.
k arg d.§.ſi adoleſcens. in verb.quaſi aduerſus bonam fidem mandatum ſit.
Contra Azonis ſententiam.h.t. n.6.ſubiunctam. l.quod ſi ſeruus §. nec non illud. D. de in rem verſo. & l. ſi quis cum ſciret. D. pro empt licet eam aduerſari ſuæ ſententiæ fateatur. Contra etiã Dionyſii Gothofredi ſententiam, in d.§.ſi adoleſcens. Ea ratione, quod meretrix nõ ſit incapax donationum. l.affectionis. D. de de don. & commerciorum, & contractuũ. l.4. §.ſed quid meretrici.D de condict ob turp.vel iniuſt. cauſ. Præſertim ſi mandatum ſit à paterfa. arg.l.1.§.quod ſi ſeruus.D.d.t.de in rem verſ.
l d.l.ſi verò non remunerando. §.ſi quis mandauerit.
m l.priori & poſteriori.C.ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare vel actiones in ſe transferre.

XLIII. [n] Redemptotea litium videntur,
qui aliena nomina e di ſibi procurāt. Et ſi no-
men, actióve ceſſa ſit, datis pecuniis, faculta-
tem debitori manere ſtatutum eſt, eadem pe-
conia ſeſe liberandi, qua nomen comparatū
fuiſſe dicetur. Donationea tamen ad hanc le-
gem nō pertinent.[o] Ac ne quis huic legi fran
dem facilè faciat, minimè partem debiti ce-
dere, partem donare, ſiue eidē, ſiue per ſup-
B poſitam perſonam conceditur: & ſi hoc ita a-
ctum ſit, debitor ſolutam pecuniam exſoluē-
do, ab obligatione omninò liberabitur.
XLIIII. [p] Si res in aliam ſpeciem con-
tractus cadat, mandati actio non datur: vt
ecce, ſi quis Titio mandauerit, vt ab actoribus
ſuis mutuam pecuniam acciperet, mandati
non aget, quia de mutua pecuuia eum habet
obligatum.
XLV. [q] Si quis mandatoris negotium ge-
rens, etiam alterius, ſine mandato eius nego-
C tium geſſerit, eum non mādati, ſed negotio-
rum geſtorum, vel in factum actione habet
obligatum.
XLVI. [r] Si cùm putaui à te mibi manda-
tum, negotia geſſi, & hîc naſcitur negotiorum
geſtorum actio ceſſante mandati actione: idē
eſt etiam, ſi pro te fideiuſſero, dum puto à te
mihi mandatum eſſe. Sed & ſi cùm putaui
Titij negotia eſſe, cùm eſſent Sempronij, ea
D geſſi, ſolus Sempronius mihi actione nego-
tiorum geſtorum tenetur.
XLVII. [s] Fideiuſſori negotiorum geſto-
rum eſt actio, ſi pro abſente fideiuſſerit. Nam
mandati actio non poteſt competete, cùm nō
anteceſſerit mandatum.
XLVIII. [t] Si inter noa cōuenerit vt quid
facerem, tu aliud faceres: puta, vt tu à meo
debitore Carthagine exigas; ego à tuo Ro-
mæ, non mandati, ſed præſctiptis verbis a-
E ctio datur.
XLIX. [u] Si poſt creditam pecuniam mā-
dauero creditori credendam, nullum eſſe
mandatum rectiſſimè dicetur.
L. [x] Si quis generaliter ſcripſerit Titio, vt
Mæuio ſuam epiſtolam deferenti fidem ha-
beret, mandatum tamen eare contrahi pro-
tinus non iudicabitur; nec obligare Titium,
aut quid agere quod et damno ſit, Mæuius
poterit:[z] Niſi fortè ex perſonæ qualitate
F manifeſtum fiat, qua in re fidem adhiberi
Mæuio Titius voluit: veluti, ſi eius Inſtitor
fuit: tum enim de negotiatione mandaſſe in-
telligitur. Sed etſi epiſtolà nominatim com-
prehenſum ſit, velle eum qui mitteret, Mæ-
nio fidem haberi in hia quæ certo aliquo in
negotio ad ſe pertinerent; mandatum con-
ſiſtere traditum eſt.
LI. [a] Huiuſmodi autem epiſtola voluiſſe
eum qui ſcriberet, fidem haberi ei cui dedit,
G non inconſideratè omninò, ſed circunſpectè
exiſtimandum eſt: vt pota, ſi ea adferat, quæ
ſit probabile, in rem eius qui ſcripſit, futura:
[b] non etiam ad eiua damnum atque perniciē
manifeſtè pertineant.
LII. [c] Si pro te præſente & vetante fide-
iuſſerim, nec mandati actio, nec negotiorum
geſtotum eſt; ne vtilis quidem.

n l. Per diuerſas C. mād. quæ verò exceptiones his verbis continentur (niſi fortè cohæredes mutuas ſibi actiones cedant: vel creditor à debitore nomen comparet, vel legatarius ab hærede aliud pro alio accipiat) eas à Iuſtiniano nominatī fuiſſe ſublatas tradit Iac. Cuiacius. lib. 16. obſeru. cap. 16. l. vlt. d. t. Græcè ſcripta, quæ in libris noſtris deſideratur: At refertur libris Baſilicōn vbi ſcribitur dictis caſibus, catenus ceſſionem valere, quatenus ei[us] facta eſt, [qui] de ſuo contulit cohæredi, qui ceſſit actionē, vel quatenus creditori aut legatariis donauit debitor vel hæres qui ceſſit actionē, vel quatenus dedit poſſeſſor pro æſtimatione litis.

o l. ab Anaſtaſio. C. h. t.

p l. Idémque §. ſi quis Titio & l. ſi remunerandi. §. apud Iulian. D. h. t.

q l. ſi mandauero. §. curator. d. t. l. ſi mādatum. D. de neg. geſt. item ſi ibi, ſed & ſi cùm. D. eod. t. & l. liberto. §. 1. ibi eo deret, & §. tutore. ibid.

r d. l. item ſi.

s l. ex mandato. in fi. D. h. t.

t l. naturalis. §. ſed ſi facio. D. de præſcr. verb.

u l. ſi verò nō remunerādi. §. ſi poſt creditā. D. h. t. *x arg. l. vlt. vbi Bald. C. quod cùm eo. Bart. in l. Lucius Titius D. de fid. arg. d. l. & l. eleganter. §. vlt. D. de dolo. d. l. ſi verò non remunerandi §. vlt D. h. t. l. 1. in princ. D. quod iuſſ. arg. item eorum quæ annotantur. in l. qui procurator. in prin. D. de procur. l. hoc iure. D. de ſolut.*

z l. Cuicūque §. ſed & cùm fullo. verſic. planè. D. de Inſti. arg. l. Triticū. D. de verb. ſig.

a Bald. in rubr. de conſt. pec. arg. l. Argentum. D. Commo.

CAPVT III.

Quibus modis finitur mandatum.

LIII. [d] REctè quoque contractum mā
datum, ſi dum adhuc integra
res ſit, reuocatum fuerit, euaneſcit.[e] Itaque ſi
mandauero tibi exigendam pecuniam, dein-
de volūtatem mutauero, ceſſat mandati a-
ctio: quia extinctum eſt mādatum finita vo-
luntate.
LIIII. [*] Nemo paciſcenda efficere poteſt,
ne mandatum, procuratorémque reuocare
non liceat, non in rem ipſius conſtitutum.
LV. [f] Si quia alicui mandauerit, vt credi-
tori ſuo ſolueret, re integra reuocare manda-
tum poterit.
LVI. [g] Si tibi mandaſſem, vt pecuniā in-
ſtitori dares, poſtea procurator meus prohi-
buerit, ſiquidem inſtam cauſam habuerit in-
terpellandi: veluti, ſi compererit inſtitorem
falſas rationes confeciſſe, inſidias rebus meis
ſtruere, niſi denuntiationi procuratoris pa-
rueris, teneri te mihi certum eſt. Si verò nul-
la iuſta cauſa procuratori fuit, denuntiandi
ne darea, non poterit tecum agi ſi dederia.
LVII. [h] Si qois rem aliquam mandaue-
rit, atque aliquid fortè obtingat, quod ſi ſciſ-
ſet, probabile eſt, mādaturum non fuiſſe, pro
eo haberi debet, ac ſi reuocatum mandatum
fuiſſet.
LVIII. [i] Si is cui mandatum eſt, capite
minuatur, aut ſtatū, cōditionémve, autmores
mutet in deterius, mandatum pro reuocato
haberi dedet, ſi ea res nota ſit ei qui manda-
tum ſuſcepit.
LIX. [k] Si quis re adbuc integra, qood al-
teri mandauit, ipſe peregerit, mandatum re-
uocaſſe intelligitur.
LX. [l] Si mandaſſem tibi vt fundum eme-
res, poſtea ſcripſiſſem ne emeres, boc, ante-
quam ſcias me vetuiſſe, emiſſes; mandati ti-
bi obligatus ero, ne damno afficiatur is qui
mandatum ſuſcepit.
LXI. [m] Si cui mandauerit debitor, vt quid
ſolueret ſuo creditori, ac in id poſtea con-

b l. creditor. in fi. D. h. t. d. l. vlt. C. quod iuſſ.

c l. ſi pro te. D. h. t.

d §. rectè quoque. Inſt. d. t. l. & quia D. de iuriſd. om. iud. l. quòd ſi minor. §. Scæuola. D. de mino. l. vlt. C. de repud. hæred. l. plerique. D. de ritu. nupt.

e d. l. ſi verò non remunerandi. §. ſi mādauero. D. h. t.

** Bart. in l. cùm precaria. D. de preca.*

f l. ſi cùm Cornelius. D. de ſolut.

g l. ſi hominē. D. h. t.

h c. reſcriptum de decim. Bertrachi. tract. Gabell. 2. parte, quæſt. 5. Andreas Alciatus. Conſ. 203. nu. 24.

i Bart. in d. l. ſi cùm Cornelius. D. de ſol. & in l. libero. D. de pec. l. in confirmando. D. de confir. tuto. & in l. falſus. in fin. & ibid. Cyn. 1. qu. C. h. t. Alex. in l. eum qui. §. quiſibi. D. de verb. oblig. Bart. in l. poſt litem. in prin. & in l. exulo. C. de procur. arg. l. ii qui in prouincia. C. h. t. l. libero. § largius. D. de ann. lega. & l. cum quis. D. de ſol. & ibid. idem Bar. & in Pater hæred. §. vl. & ibi Cyn. & Bald. D. de teſtam. tut. Bart. & Alex. in l. qui ita. §. qui ſibi aut filio. D. de verb. oblig. item Alex. in l. Rogaſti. §. vltim. D. de reb. cred. ſi cert pet. arg. l. ſi quis ſeruo. D. de ſolut. & l. ſi is qui. §. Iulian. D. de furt. Si tamen ad inopiam ſit redactus, is cui mandatum eſt, mandatum non finiri tradit. Bartol. in dicto §. largius, & Dynus in d. l. ſi cùm Cornelius & Alexander. in d. l. eum qui. §. 2. D. de verb. oblig.

k Bald. in l. ſi pater C. h. t.

l l. ſi mandaſſem. D. h. t.

m l. ſi ego. D. de negotiis geſtis. Ioannes Andreas in add. ad Spec. tit. de depoſito. Ang. & Alex and. in l. qui vſumfruct. D. de verb. oblig. & in l. ſi cùm Cornelius. D. de ſol. Hipp. Marſilius ſing. 58. Paul. Caſtr. in d. l. ſi cùm Corn. Bald. in l. vlt. C. de nou.

ſenſerit creditor, renocari id mandatum inuito creditore non poteſt.

LXII. [n] Maodatum reuocatum è ſola temporis diuturnitate non exiſtimatur.

LXIII. [o] Qui mandatum ſuſcepit, ſi poteſt id explere, deſerere promiſſum officium non debet: alioqui quanti mandatoris intereſt, tenetur. Veluti, ſi is cui mandatum eſt, vt aliquid mercaretur, mercatus non ſit, neque renuntiauerit ſe non empturum; idque ſua, non alterius culpa fecerit, mandati actione teneri eum conuenit. Hoc amplius tenebitur ſi eo tempore per fraudem renuntiauerit, cùm iam emere non poſſet. Nam ſi intelligit explere ſe id officium non poſſe, id ipſum cùm primùm poterit debet mandatori nuutiare, vt is, ſi velit, alterius opera vtatur.

LXIV. [p] Sanè ſi valetudinis aduerſæ, vel capitalium immicitiarum cauſa, ſiue ob inanes rei actiones, ſiue nb aliaoi iuſtam cauſam excuſatiooes alleget, audieodus eſt.

LXV. [q] Si debitori meo mandauero, vt Titio pecuniam ſolueret, deinde Titium vetuero accipere, idque igoorans debitor, Titio ſimulanti ſe procuratorem ſoluerit; & debitor liberabitnr, & Titius furti actione tenebitur.

LXVI. [r] Cùm procurator reuocatur, id ei quicum negotium geritur, ſi certa perſona ſit, ootum fieri debet:[1] ſi incerta, publicis denuntiationibus.

LXVII. [s] Si quis prohibuit, vel denuntiauit ex cauſa venditioois rem, quæ ipſius voluntate à procuratore fuerit diſtracta, & is nihilominus tradiderit, emptorem tuebitur Prætor, ſiue poſſideat, ſiue petat rem.

LXVIII. [u] Mandatum io tempus, die adueniente finitur.

LXIX [x] Si is qui aliquid mandaſſet, furere cœperit, mandatum finiri non ambigitur.

LXX. [z] Si adhuc integro mandato mors alterutrius interueniat: id eſt, vel eius qui mãdauerit, vel illius qui mandatũ ſuſcepit, oiandatũ ſoluitur, & ob id hæres eius, licèt executus fuerit mandatum, non habet mandati actionem. Nam oiandatum ſoluitur morte.

LXXI. [a] Si cui, nomine eius adſcripto, qui muneri publico ſit præfectus, quidpiã ſit mandatũ, tametſi dignitatis, aut magiſtratus nomẽ mandato ſit inſertum, in eum, qui illi mortuo in honorem aut magiſtratum ſucceſſerit, mandatum tranſire non videtur.

LXXII. [b] Etiam tutoris morte eius mandatum de re pupilli extinguitur.

LXXIII. [c] Mandatum tamen non finitur morte, quod poſt mortem maodantis collatum eſt: veluti, ſi quis mãdauerit vt poſt mortem ſibi monumentum fieret, hęres eius poterit mandati agere. * Idem eſt & ſi mandaui tibi, vt poſt mortem meam hęredibus meis emeres fundum.

LXXIIII. [d] Ei qui mandato meo ſtipulatus eſt, rectè ſoluitur, quia talis eſt lex obligationis: ideóque etiam inuito me rectè ei ſoluitur. Ei autem cui iuſſi debitorem meum ſoluere, poſt mortem meam non rectè ſoluitur, quia mandatum morte diſſoluitur.

LXXV. [e] Sed vtilitatis cauſâ receptum eſt, ſi eo mortuo qui tibi mandauerat, tu ignorans executus fueris mandatum, poſſe te agere mandati actione: alioqui iuſta & probabilis ignorantia tibi damnum adferet.

LXXVI. [f] Mandatum morte mandaotis ita demum finitur, ſi res adhuc integra ſit.

LXXVII. [g] Mandatum de dote conſtitueoda ſuſceptum, morte maudantis non finiri fauore dotium, receptum eſt.

LXXVIII. [h] Si poſt mandatam iuriſdictionem, ab eo cui id ius fuit, mandator deceſſerit, incepta tamen ab eo cui iuriſdictio mandata fuit, irrita non habetur.

LXXIX. [i] Mandatum morte mandatoris, non etiam maudati actio ſoluitur.

CAPVT. IIII.

De mandati actione directa: & quibus de cauſis competat, vel non.

Cuius prima pars.

Quibus ex cauſis competat.

Eiuſdem partis particula prima.

Competit mandati actio, Si non ſit expletum mandatum.

LXXX.[k] MAndatũ non ſuſcipere cuilibet liberũ eſt: ſuſceptum autẽ conſummandũ eſt, aut quãprimũ renuntiandum, vt per ſemetipſum, aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam niſi ita renuntietur, vt integra cauſâ mandatori reſeruetur eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio locum habet: niſi iuſta cauſa interceſſerit aut non renuntiandi, ant intempeſtiuè renuntiandi.

LXXXI. [l] Ad comparandas merces data pecunia, fidẽ rupta, quanti intereſt mandatoris, tenetur. Et ſi quis recepiſſet ſe mihi empturum, & emptor idcircò ad emptionem rei non acceſſerit, mihi præſtabitur quanti mea ioterfuit emptam rem habere: [m] Vt & ſi tibi mandaui vt equum emeres, & dolo emere neglexiſti (fortè ſi pecunia accepta alij ceſſiſti vt emeret) aut ſi lata culpa, fortè ſi gratia ductus alium paſſus ſis eoiere, teneberis.

LXXXII. [o] Dolus eſt, ſi is cui mandatum eſt, nolit perſequi quod perſequi poteſt.

n DD. in d.l. ſi cùm Cornelius. Paul Caſtr. in l. ſancimus. C. de teſta. o l. ſi quis aliqui. §. qui mandatũ. l. ſi mandauero tibi vt pro me in diẽ. §. vlt. D. h tit. §. mandatum. Inſt eo. t. p l. ſanè & 2. ll ſeqq. D. h. t. d. poſt litem. & 6. ll. ſeqq. D. de proc. cap. 2. eod. l. in 6. q l. ſi quis ſerme l. ſi ſeruus. l. qui hominem. l. cùm quis. §. l. diſpenſatori. l. ſi verò. D. de ſolut. l. ſed etſi. §. 1. D. de iniuſt. r Bart. in l. qui hominẽ. § ſi Titius. D. de ſolut. Bald. in l. mandatum. C mandati. Ang. in l. ſi procuratorem, C. de procur. gl. in l. 1. in fi. D. de contr. emp. s arg. l. ſi quis mancip. §. ſi impubes, & l. ſed etſi pupillus. D de inſti. t l. Papinianus. u l. ard. in cl. t. de procur Spec. §. ratione autẽ formæ. verſic. quod ſi mandatum. eo. t. x l. qui ſeruum. & l. ſi quis alicui. D de acq. vel omit. hæred. z l. item ſi adhuc. Inſt. h. t. l. inter cauſas. l. ſi quis alicui. §. morte. l. ſi verò non remunerandi. §. idem Marcel. D. hoc tit. l. mandatum. Cod. eod. tit. l. more & ſeq. D. de iuriſd. om. iud. c. licet. de off. deleg. cap. ſi cui nulla. ad fin. de præb. lib. 6. a Ann. in c. quoniam Abbas. de off. deleg. DD & Io. Pete in l. qui liberũ. § hac verba. D. de vulg. & pupill. ſub. Ang. in auth vt nulli iud. §. adhoc, contra deciſ Rota 429. incipientem. fuit determinatum. b l. ſi per epiſtolam. D. de acq. vel omitt. hered. c l. ſi verò non remunerandi. §. vl. D. hoc tit. * l. idem eit. d. s.

d l. vlt. D. de ſol. ſecũdùm correctionẽ Iacobi Cuiacij. li. 1. Obſeru. ca. 38. cùm in vulgatis libris multis d. l. vlt. a ſit ſcriptũ et qui mandato meo poſt mortem meam ſtipulatus eſt, & verſus fin. Ei autẽ cui iuſſi debitorem meum poſt mortem meam ſoluere, non rectè ſoluitur. e §. ſi adhuc. Inſt. h. t. & l. inter cau. D. eo. tit. l. hoc iure. §. ſi quis dono dederit. D. de don. f l. mandatum. C. h. t. l. vlt. D. de ſol. d. §. item ſi adhuc. g DD. in l. ſi ego. §. 1. D. de iur. dot. Bald. in d. l. mandatũ. 3. col. & in Auth. ſi qua mulier. C. de ſacr. Eccle. l. 1. §. 1. D. de iur. dot. Bald. in l. ſi cut. in fi. C. de oblig. & act. Lud. Roma. in l. ſi pecuniam. D. de condict. ob cauſ. h l. gratum. & c. licet. de off. deleg. i l. ſi præcedente. D. h. t. k §. mandatum. Inſt. d. t. l. ſi mandauero tibi. §. vlt l. ſi quis alicui. §. qui ſuſcepit. l. ſi remunerandi. §. 1. in fin. l. ſi procuratorẽ. §. ſi tutores & §. dolo autem. D. h. t. l. in cõmodato. §. ſi cui ibi voluntatis. D. Cõm. l. ſi maritus. & l. Procuratorem. C. h. t. l l. Ad comparandas d. t. m d. l. ſi mandauero tibi. §. Iulian. n l. ſi procuratorẽ. §. vlt. D. h. t. l. ſi procurator. C. eo. t. l. 1. C. de adu. diu. Iud. o l. Dolus. & l. ſi negotia. D. h. t. l. procuratorem. C. eo. t.

LXXXIII.

p d.l. ſi mandauero tibi, vt pro me. §. ſi tibi centum.

q d.l. ſi mandauero tibi, vt excuteres. D. h. tit.

LXXXIII. [p] Si tibi centum dedero, vt ea Titio dares; túque non dederis, ſed conſumpſeris; & mandati & furti teneberis.

LXXXIV. [q] Si mandauero tibi, vt excuteres vires hæreditatis, & tu quaſi minoris ſit, eam à me emeris; mandati mihi teneberis. Tantundem & ſi tibi mandaui, vt vires excuteres eius cui etam crediturus, & denuntiaueris idoneum eſſe.

r l. in re mandata. l. cùm per procuratorem. l. à procuratore. C. eo. t.

LXXXV. [r] Suæ quidem quiſque rei moderator & arbiter, pleraque omnia ex animo facere poteſt. Aliena verò negotia exacto officio gerenda ſunt; neque quicquam in eorum adminiſtratione neglectum, culpa vacuum eſt.

Primæ partis capitis quarti particula ſecunda.

Competit mandati actio directa, Si fines mandati non ſunt diligenter cuſtoditi.

ſ l. diligenter. l. ſi quis pro eo ſpoponderit. D. h. t. l. ſi creditor. l. ſi vltra. C. de fideiuſſ. l. ſi maritus l. cum mãdat. C. h. t. §. is qui exequitur. Inſt. eo. t.

t d.l. diligenter. §. 1.

LXXXVI. [ſ] Diligenter fines mandati cuſtodiendi ſunt. Nam qui exceſſit, aliud quid facere videtur: & ſi ſuſceptum non impleuerit, tenetur. Itaque ſi mandauero tibi, vt domum Seianam centum emeres, túque Titianam emeris longè minoris pretij, centum tamen, aut etiam minoris; non videris impleuiſſe mandatum.

LXXXVII. [t] Item ſi mandauero tibi, vt fundum meum centum venderes, túque eum XC. vendideris & petam fundum, non obſtabit mihi exceptio, niſi & reliquum mihi quod deeſt mandato meo præſtes, & indemnem me per omnia conſerues.

u l. 1. §. igitur ibi, vel ſi ad locandum. & ibidem Gul. Cunus. D. de exerc. & Ludo. Pontanus in Sing. in verb. mandatum. contra Bartoli ſententiam in l. ſi filia. D. de ſolut. arg. l. quod ſeruus. D. m. t.

x l. ſi quis pro eo. C. h. t.

z l. 3. d. t.

LXXXVIII. [u] Si cui mandatum ſit, vt rem aliquam venderet, vel locaret, non ei protinus permiſſum videtur; vt pecuniam, penſionémve recipiat.

LXXXIX. [x] Commodiſſimè illa forma in mandatis ſeruanda eſt, vt quoties certum mandatum ſit, à forma recedi non debeat. At quoties incertum, vel plurium cauſarum, tũc licèt aliis præſtationibus exſoluta ſit cauſa mandati, quàm quæ ipſo mandato inerant, ſi tamen hoc mandatori expedierit, mandati erit actio.

XC. [z] In cauſa mandati etiam illud vertitur, vt interdum nec melior cauſa mandantis fieri poſſit, interdum melior, deterior verò nunquam. Et quidem ſi mandaui tibi, vt rem aliquam mihi emeres, nec de pretio quicquam ſtatui, túque emiſti, vtrinque actio naſcitur.

a d.l. Diligenter.

XCI. [a] Melior autem cauſa fieri poteſt: puta, Si cùm tibi mandaſſem, vt Bucephalum equum X. emeres, tu eum minoris emeris, vel tantidem vt aliquid accederit: Vtroque enim caſu non vltra pretium, aut intra fuiſti.

b Dynus in l. ſi fideiuſſor. § mandaſſe. D. de fideiuſſ.

XCII. [b] Si quis vendi rem ſuam mandauerit, iuſto pretio venire eam voluiſſe intelligitur.

c Petrus Gerardus Sing. 87 incip. Ne tu ſi quis dixerit. per text. in l. ſi quis vxori §. apud Labeonem. D. de furt.

d Bald. in l. falſus. col. 3. C. de furt.

e Oldradus. Conſ. 106. Alex. Conſ. 40. vol 5. arg. l. vlt. §. vlt. C. h. tit.

f IacobusCuiacius. lib. 12. Obſeru. c. 34. datur ſcilicet vtilis actio cùm directa locus nõ ſit, quod in poteſtate non poſſit eſſe alterius ex partibus, velit cõtractum eſſe vel non, vt in hac ſpecie.

A XCIII. [c] Si quis alicui mandauerit, vt quiſquis nomine ſuo quid peteret, ei daretur, nõ tamen cuicunque dari debet: niſi is qui petit deberi ſibi, aut voluntate illius qui mandauit, petere demonſtret.

XCIIII. [d] Si is cui mandatum eſt, id faciat quod mandantem facturum fuiſſe probabile eſt, non videtur mandati terminos exceſſiſſe.

B XCV. [e] Si cui mandatum ſit vt de re controuerſa arbitros ſumeret, is ſi tranſegerit, mandatum egreſſus non cenſetur.

XCVI. [f] Vtilis actio datur ei qui mandauit fundum C. emi, ſi CXX. emptus ſit, cùm minoris non poſſet, ſi ratam habere emptionem velit, id eſt, ſi CXX. dare paratus ſit.

Primæ partis capitis quarti particula tertia.

C *Competit mandati actio directa, vt res ab eo qui mandatum ſuſcepit, reſtituantur.*

g l. ex mandato. D. h. t.

h l. ſi procuratorẽ §. vlt. ibi.

i l. dolus. ibi.

k l. Idémque & in fundo. & §. nem Labeo. d.a. l. qui ſem iſſet. §. vlt. D. de vſur.

l l. Procurator. D. h. t.

m §. planè. Inſtit. de Inut. ſtipul. l. qui res ſuas. §. qui ſtipulatur, & §. porro ſi decem. D. de ſol. l. Iulianus. §. qui fundum. ibi. nõ intereſt. D. de verb. oblig.

n d.l. idemque & in fundo. §. ſi procurator.

o l. qui in aliena. §. ſi is qui, & ibi. Bart. Ang. & aly DD. D. de acq. vel amit hered.

p l. ſi mandatu. 45 in prin. ibi. nam & ego. & §. quoties. l. ſi mandatu. 59 in pr. l. ſi procuratorem §. ſi liber homo, ibi. ſed hoc tãtum. & §. vlt. ibi. & ſi cautum eſt. & ll. ſeqq. D. h. t.

q l. cùm ſe. vndum. §. vlt. & l. cùm poſterior. D. de diſtrac. pig. d.l. ſi mandatu. 59. §. 1. & l. 1. C. de dolo malo. l. Paulus. D. de fideiuſſ.

XCVII. [g] Ex mandato apud eũ qui mandatũ ſuſcepit, nihil remanere oportet: [h] dolóq; facere videtur, qui id quod poteſt reſtituere non reſtituit. [i] Proinde ſi tibi mandaui vt equum emeres, eúmque emiſti, teneberis vt mihi reſtituas. Ac dolo item facis, ſi nolis ſoluere quod mandato meo exegeris. [k] Et ſi ex fundo, quem mihi emit procurator, fructus conſecutus eſt, hos quoque officio iudicis præſtare eum oportet.

XCVIII. [l] Procurator, qui non res incluſas ſubtraxit, ſed traditas non reddidit; iudicio mandati, non furti tenetur.

E XCIX. [m] Si cùm quis ſibi aut Titio dari ſtipulatus eſſet, Titius ſtipulatori non reſtituat, mandati actio datur.

C. [n] Si procurator meus pecuniam meam habeat, ex mora vtique vſuras mihi pendet. Sed ſi ex pecunia mea lucrum fecerit, conſequenter dicemus debere eum præſtare quantumcunque emolumenti ſenſit, ſiue ei mandaui illud, ſiue non, quia bonæ fidei hoc cõgruit ne de alieno lucrum faciat. Quod F ſi non exercuit pecuniam, ſed ad vſus ſuos conuertit, in vſuras conuenietur, quæ legitimo modo in regionibus frequentantur.

CI. [o] Si cui mandatum ſit vt certam rem emeret; ídque fecerit, mandatoris nomine emiſſe intelligetur, & cum eo vt rem tradat, mandati agi poteſt.

CII. [p] Si is cui mãdatum eſt, actiones quas ex cauſa mandati nactus eſt, non cedat, datur in eum mandati actio.

G CIII. [q] Si fideiuſſor qui rem pignori à mandatore datam redemit, oblato debito eã non reddat, datur in eum mandati actio.

Secunda pars capitis quarti.

Quibus ex cauſis mandacti actio non competit.

CIIII. [r] MAndati actio tunc competit, cùm cœperit intereſſe eius qui mandauit. Cæterùm ſi nihil intereſt, ceſſat mandati actio: & eatenus competit, quatenus intereſt: vt putà, mandaui tibi vt fūdum emeres; ſi intererat mea emi, teneberis: cæterùm ſi eundem hunc fundum ego ipſe emi, vel alius mihi, neque intereſt aliquid, ceſſat mandati actio.

r l. ſi procuratorem. §. mandato 2. D. h. t.

CV. [ſ] Mandaui tibi vt negotia mea gereres: ſi nihil deperierit, quamuis nemo geſſerit, aut ſi alius idoneè geſſerit, ceſſat mandati actio: & in ſimilibus hoc idem erit probandum.

ſ d. l. § mādati. 2.

CVI. [t] Ex mandato apud eum qui mandatum ſuſcepit, nihil remanere oportet: ſicuti nec damnum pati debet, ſi exigere fœneratam pecuniam non potuit.

t l. ex mandato. d. t.

CVII. [u] A procuratore dolum & culpam, non etiam improuiſum caſum præſtandum eſſe, iuris authoritate manifeſtè declaratur.

u l. A procuratore. C. h. t. l. ſi procuratorem. §. vlt. D. eo. tit.

CAPVT V.

Quibus, & aduerſus quos mandati actio directa detur, vel non.

CVIII. [x] SI quis mandauerit alicui gerenda negotia eius, qui ipſe ſibi mandauerat, habebit mandati actionem; quia & ipſe tenetur.

x l. ſi procuratorem. §. ſi quis mandauerit. D. h. t. l. ſi quis. D. de negotiis geſtis.

CIX. [z] Aduerſus alios, quàm quibus mandatum eſt, mandati actio non competit, cùm ſit perſonalis.

z l. mandati C. de fide.

CX. [a] Si quis duobus mandauit negotiorum adminiſtrationem, vnuſquiſque mandati iudicio in ſolidum tenetur, dummodo ab vtroque non plus ſolido exigatur.

a l. Creditor § duobus. D. h. t.

CXI. [b] Si is cui mandatum eſſet, in fraudem mandatoris quicquam cum aliquo egerit, iſque ſoluendo non ſit, in eum quicum colluſit, mandati actio datur.

b d. l. ſi procuratorem § ſed & ſi per. l. idémque. §. ſi ea quæ in ſi. D. h. t. l. eleganter. §. de dolo. D. de dolo.

CXII. [c] Poteſt & ab vna duntaxat parte mādati iudicium dari. Nam ſi is qui mandatum ſuſcepit, egreſſus fuerit mādatum, ipſi quidē mandati iudicium non competit: at ei qui mandauerit, aduerſus eum competit.

c l. poteſt. D. h. t.

CXIII. [d] In re mandata, non pecuniæ ſolùm, cuius eſt certiſſimum mandati iudicium, verumetiam exiſtimationis periculum eſt.

d l. in re mādata. C. e. t.

CAPVT VI.

De *actione mandati contraria.*

Cuius prima pars.

Quibus ex cauſis competat.

CXIIII. [e] COntrario iudicio experiuntur qui mandatum

e l. ſi verò nō remunerandi. §. contrario. D. h. t.

A ſuſceperunt: vt putà, qui rerum vel vnius rei procurationem ſuſceperunt.

CXV. [f] Si mihi mandaueris vt tibi rem aliquam emam, egóque emero; habebo mandati actionem de pretio recuperandu.

CXVI. [g] Impendia exequendi mandati gratiâ, bona fide facta, reſtitui omninò debent: etiamſi mandator, rem in quam ſumptus facti ſunt, nolit recipere. [h] Nec ad

B rem pertinet, quòd is qui mandaſſet, potuiſſet, ſi ipſe negotium gereret, minùs impendere: [i] nec item ſi res in quam ſumptus facti ſunt, perierit, dummodò ſine culpa eius qui mandatum ſuſcepit. [k] Et ſi procurator meus in negotia mea impenſurus, pecuniam mutuatus, ſine culpa eam perdiderit, rectè hoc nomine mandati, vel negotiorum geſtorum aget.

CXVII. [l] Non omnia quæ impenſurus non fuit, cui mandatum eſt, mandato impu-

C tabit: veluti, quòd ſpoliatus ſit à latronibus, aut naufragio res amiſerit, vel langore ſuo, ſuorúmque apprehenſus quædam erogauerit. Nam hæc magis caſibus, quàm mandato imputari oportet.

CXVIII. [m] Tametſi in legatione, eiúſque occaſione acceptum detrimētum legati ſummo iure imputare non poſſint: [n] tamen id eis præſtari ciuile eſt, niſi fortè legatio affectata, aut emendicata ſit, [o] vel res non neceſſarias

D legatus ſecum detulerit.

CXIX. [p] Si quis certum equum morbo contagioſo affectum ſibi emi mandauerit, damnum ex ea re per ignorantiam acceptum, ei qui tale mandatum ſuſcepit, præſtare compellitur.

CXX. [q] Si is cui mandatum eſt plus quàm cum mandatore conuenit, aut plus quàm deberet impendij fecerit, reſtitui id ſibi non

E iuſtè poſtulabit.

CXXI. [r] Si quid procurator citra mandatum in voluptatem fecit, permittendū ei auferre quod ſine damno domini fiat, niſi rationem ſumptus iſtius dominus admittat.

CXXII. [ſ] Si mandatu meo fundum emeris, [t] etiam antequam dederis pretium, ages mecum mandati in hoc, vt ſuſcipiam obligationem quæ aduerſus te venditori compe-

F tit, ne neceſſe habeas res tuas vendere. Nam & ego tecum agere poſſum, vt præſtes mihi aduerſus venditorem empti actiones, [t] & eſt æquum, ſicut mandante aliquo, actionem nacti, cogimur eam præſtare iudicio mandati;

f d. l. §. ſi mihi.

g l. ſi quis aliam. §. impendia. l. etiā D. h. t. l. qui proprio §. litis impendia. D de procur. l. 1. C. h. t. l. ſi mandauero. 22. § ſi mādauerim. l. ex mandato l. idémque §. idem Labeo. D. h. t.

h d. § ſi mihi.

i l. Etiamſi. C. h. t.

k l. ſeruus. D de in rē verſ.

l l. inter cauſas. §. non omnia. D. h. t. Azo tamen ciuile eſſe, & humanum cēſet, vt damna reſtituantur, & ita fieri ſolere ab honeſtis viris tradit hoc tit. nu 21 & Iaſon nihil e ſuo cu' mandatom eſt deperdere debere. in l. ſi ſeruus Titij. D. de lega. 1. Car. Par. Conſ. 47. nu. 21. vol. 1. & in ſocietate huiuſmodi damnum ab altero ſociorū occaſione ſocietatis acceptum eſt commune. l. cùm duobus. § quidam. D. pro ſoc.

m d. §. non omnia.

n Bart. in d. §. & plenius. in l. ſi ſeruus communis. §. quod verò ad mandati. D. de furt. arg. reg. quod officium nemini eſſe damnoſum debet. l. ſi quis ex ſignatoribus. D. quemad. teſtam. aper. legationis autem munus eſt neceſſarium. l. 1. § 1. l. munerum. § legati. D. de mun. & hono. arg. l. item. l. poſt legatum. § aduocatum. D. de his quib. vt indign. l. cùm poſtulaſſem. in fi. D de dam. inf arg. l. Tria onera. D. de excuſ. tuto. & l. vniuerſi. C. de lega. lib. 10. l. & qui data opera. D ex quib. cauſ. maio.

G

o d. §. non omnia. l. cùm duobus §. damna. & d. §. quidam ſagariam D. pro ſoc.

p l. ſi ſeruus communis. §. quid verò. D. de furt. & ibi Bartol. qui eum text. ſingularem putat.

q Glo. in l. præterea. § vlt. D. h. t. Spec. tit. de iudiciis. § ſpecialiter. nu. vlt. l. qui aliena, & ibi Glo. D. de neg. geſt. Paul. Caſtr. Conſ. 155.

r l. idémque. § idem mi. D h. t.

ſ l. ſi mandatu meo fundum. d. t. l. ſi tutor. D. de contr. tut. & vti act.

t d. l ſi mandatu meo fundum. § quoties.

ita quoque ex eadem cauſa obligatos uos actionem habere vt liberemur.

CXXIII. [u] Poſt ſolutionem à ſe factam, qui dari mutuo mandauit; ab eo pro quo interceſſit, vel ſucceſſoribus eius, quod ſolutum eſt, etiam cum vſuris rectè poſtulet.

u *l. poſt ſolutionem. C. h. t.*

CXXIV. [x] Si cui res duæ mandatæ ſint, quarum explere vnam potuit, alteram non potuit, eius tamen nomine quam impleuerit, habet mandati actionem.

x *Spec. tit. de remiſſ. §. 4. verſ. in ſumma.*

CXXV. [z] Si quis rem ſuam mandatu alterius ignorans vendidit, eo nomine mandati habet actionem.

z *l. ſeruum. D. h. t.*

Secunda pars capitis ſexti.

Quibus de cauſis mandati actio contraria non competit.

CXXVI. [a] SI quis mandati fines exceſſerit, tametſi vtiliter geſſerit; non mandati modò, ſed ne negotiorum geſtorum quidem in id quod exceſſerit, habet actionem: vt puta, [b] Si tibi mandaui vt domum Seianam mihi centum emas, tu pluris emiſti, centum tamen actione mandati conſequi poteris; nec plus vt reddam, vel mandati actione, vel negotiorum geſtorum agere poteris; [c] vt & ſuprà relatum eſt.

a *§ is qui exequitur. Inſt. h. tit. l. diligenter. D. eo. tit. arg. l. vlt. C. de nego. geſt. l. qui aliena §. libertos. l. poteſt. D. eo. tit. Azo hoc tit. nu. 21.*
b *l. ſed & Proculus. D. h. t. d. §. si qui exequitur.*
c *verſ. 86.*

CXXVII. [d] Si cui mandatum ſit vt egentibus pecuniam, frumentúmve eroget, ſibi ipſi ſumere non poteſt.

d *arg. glo. in l. plane. D. quod quiſque iur.*

CXXVIII. [e] Placuit poſſe rem hac conditione deponi, mandatúmque ſuſcipi, vt res periculo eius ſit qui depoſitum vel mandatum ſuſcepit.

e *l. & Ariſto. D. h. t.*

CXXIX. [f] Si mandauero tibi vt pecuniam Titio des cui mandare volebam, & tu ignorans me mortuum, hoc feceris, habebis aduerſus hæredes meos mandati actionem; ſi ſciens, non habebis.

f *l. hoc iure §. ſi quis dederit. D. de donat. l. qui negotia. §. vlt. D. hoc tit.*

CXXX. [g] Si mandatu meo Titio credideris, & mecum mandati egeris, non aliter condemnari debeo, quàm ſi actiones tuas, quas aduerſus Titium habeo, mihi præſtiteris. Sed ſi cum Titio egeris, ego quidem non liberabor, ſed in id duntaxat tibi obligatus ero, quod à Titio ſeruare non potueris.

g *l. ſi quis alium. §. vlt. d. t.*

Pars tertia capitis ſexti.

Quibus competit mandati actio contraria.

CXXXI. [h] ACtio mandati contraria non competit ei qui fideiubet pro alio non rogatus.

h *l. creditor. §. 1. d. t.*

CXXXII. [i] Eum qui mutuam ſumpſit pecuniam, licèt in res alienas creditore non contemplatione domini rerum eam dante, principaliter obligatum remanere oportet.

i *l. cum qui. C. ſi cert. peta.*

CXXXIII. [k] Si is cui mandatum eſt ſuo nomine contraxerit, non obligat dominum creditori: niſi dominus ratum habeat, aut in rem eius pecunia verſa ſit.

k *Gl. & Bart. in l. ſi pupilli. §. 1. D. de negot. geſt. d. l. eſt qui. & l. es qui ſeruo. C. quod cum eo qui in aliena poteſt. & ibi Bald. arg. l. creditor. §. 1. D. hoc tit. idem Bald. in l. litteras. C. h. t.*

Pars quarta capitis ſexti.

Aduerſus quos competit mandati actio contraria.

CXXXIIII. [l] SI literas eius ſecutus, qui pecuniæ actor fuerit, ei à quo tibi literas tradidit, pecunias credidiſti, tam condictio aduerſus eum qui à te mutuam ſumpſit pecuniam, quàm aduerſus eum, cuius mandatum ſecutus es, mandati actio competit.

l *l. ſi literas C. h. t.*

CXXXV. [m] Si præcedente mandato Titium defenderas, quamuis mortuo eo, cùm hoc ignorares, mandati actio aduerſus hæredem Titij competet; quia mandatum morte mandatoris, non etiam mandati actio ſoluitur.

m *l. ſi præcedente. D. eo t.*

CXXXVI. [n] Vnumquemque mandatorum in ſolidum eligi poſſe conſtat, etſi non ſit conceptum in mandato. Poſt condemnationem autem in duorum perſonam collatam, neceſſariò in cauſa iudicati ſingulos pro parte dimidia conueniri poſſe & debere.

n *l. ſi mandato Titij. §. Paulus reſpondit. vnumquemque. d. t.*

CXXXVII. [o] Tametſi plures mandatores in ſolidum teneantur, & eligi ex iis quibuſcum agatur, quiuis queat: tamen eis beneficio epiſtolæ Diui Hadriani vti licet: nempe vt diuidatur actio, ſi omnes ſint ſoluendo. [p] Beneficium verò quod correis datur ex nouis conſtitutionibus, nempe vt ipſo iure in ſolidum non teneantur, ſed pro parte, niſi contractum eſſet, magis placuit in principaliter obligatis locum habere, [q] non in mandatoribus.

o *Petr. Coſtalius. in d. §. Paulus reſpondi.*
p *Auth. hoc ita. C. de duob. reis.*
q *Gloſ. in l. vlt. D. quod iuſſ. & ibi Bald.*

De Procuratoribus.

TIT. II.

HIc titulus in vndecim capita diuiditur. Primum eſt, Quid ſit procurator. Secundum, Qui dare procuratores poſſunt, vel non. Tertium, Qui dari procuratores poſſunt, vel non. Cuius prima pars, Qui poſſunt dari. Secunda, qui non poſſunt. Caput quartum, De datione ſeu conſtitutione procuratoris. Cuius prima pars, Quomodo rectè detur procurator. Secunda, Quibus modis procurator non rectè conſtituatur. Tertia, Quibus modis mandatum procuratoris probetur. Quarta, Si de mandato dubitetur, quomodo admitti procurator poßit. Quinta, Qui agere vel defendere ſine mandato poßint. Caput quintum, De defenſoribus. Sextum, De poteſtate procuratorum. Cuius prima pars, Quæ ſint in poteſtate procuratoris litis. Secunda, Quæ ſint in poteſtate procuratoris negotiorũ. Tertia, Quæ res ſpeciale mandatum exigant. Quarta, Quæ ſint in poteſtate procuratoris totorum bonorum, vel non. Quinta, Quæ ſint in poteſtate procuratoris, cui generaliter aut alio modo libera adminiſtratio rerum commiſſa eſt. Caput ſeptimum, De procuratore in rem ſuam. Octauum, De effectu rerum à procuratore geſtarum. Nonum, Quibus modis mandatum procuratoris finiatur. Decimum, De actione man-

dati directa quæ domino competit aduerſus procuratorem. Vndecimum, De actione mandati contraria quæ procuratori aduerſus dominum datur.

CAP. I.

Quid ſit procurator.

I. [a] PRncuratot eſt, qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat.

II. [b] Procurator à nuntio differt; quòd procurator res iure, locóque domini adminiſtrat; [c] nuntius nudum factum exequitur, [d] ac quaſi epiſtolæ vice fungitur.

III. [e] Vſus procuratoris perquàm neceſſarius eſt: vt qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe vel nolunt, vel non poſſunt, ſaltem pet alios poſſint vel agere, vel conueniri.

IV. [f] Procurator, vel omnium rerum, torúmve bonorum, cui quandoque libera rerum adminiſtratio permittitur, aut vnius rei, ſcilicet litis, negotiíve conſtitui poteſt.

V. [g] Procurator in rem ſuam eſt, qoi alienum negotium mandato domini gerit, ſed ſui tantùm emolumenti causâ: vt eſt is cui dominus vendidit, aut actiones ſuas mandauit.

VI. [h] Actor eſt is, qui vice procuratoris ab eo qui procuratorem dare non poteſt, veluti tutore aut curatore, ſubſtituitur.

VII. [i] Defenſor eſt, qui iudicium rei nomine ſuſcipit, & eandem vicem obit quam reus ſubiturus eſſet: Defenſor autem tantummodò in iudicio appellatur, qui eſt rei procurator, aut actoris, quatenus per reconuentionem reus efficitur.

CAP. II.

Qui dare procuratores poſſunt, vel non.

VIII. [k] CVm quæritur, an alicui procuratorem habere liceat; inſpiciendum eſt, an non prohibeatur procuratorem dare, quia hoc edictum prohibitorium eſt.

IX. [l] Filiusfamiliâs & ad agendum dare procuratorem poteſt, in iis quę ei competunt actionibus: ad defendendum quoque procuratorem dare poteſt.

X. [m] Iure Romano, ſi minor XXV. annis pubes curatorem non habeat, [n] vt habere non cogitur, niſi iudiciò contendat, poteſt in ea negotia quæ ad iudicia non pertinent, procuratorem dare: litium causâ dare non poteſt, cùm eas perſequi ipſe ſine curatore non poſſit.

XI. [o] Popillus procuratorem dare non poteſt: nec minor curatorem habens niſi tutore vel curatore authore.

XII. [p] Mutus & ſurdus per eum modum qui procedere poteſt, procuratorem dare non prohibentur.

XIII. [q] Ab hoſtibus captus procuratorem dare non poteſt; quia ſui iuris non eſt: ſed ei conſtitui plerunque curator ſolet.

a l.1. D. h. t.
b l. nulla. C. h. t. de adm. tuto. vel cur. D. & Cod. & tit. de adm. rer. ad ciuit. pert. D.
c l. ſi pupilli. §. item. vbi gl. D. de negot. geſt. DD. in l. 1. C. per quas perſo. nob. acq. & in l. 1. D. de acq. poſſ.
d Spec. h. t. §. ult. nu. 5.
e d. l. 1. l. ſeruum. § publicè. D. h. t.
f d. l. 1. de procurat. l. mandato. D. hoc tit. Paulus lib. 1. recept. ſent. h. t.
g l. ſeruum §. vlt. & l. ſi quis. D. h. t.
h l. neque. vbi. DD. C. h. t. l. 1. C. de actio. à tutor. ſeu proc. dando. l. tutor. C. quando ex facto tuto. l. ſi actor. C. de appell.
i l. ſed & hæ. § defendere. l. filiusfa. in prin. l. minor. D. h. t. l. 2. §. ſed ſi agant. & l. rectè. D. de iud. l. cùm Papinia. C. de ſent. toto t. de mutuis pet. tit. in decretal.
k l. mutus. §. 1. D. h. t.
l l. filiusfa. d. t.
m d. §. 1.
n Inſtit. de curat.
o l. neque. C. h. t.
p d. l. mutus. D. eo. t.
q l. ab hoſtibus. D. ex quib. cau. maior.

XIIII. [r] Nonnulli, qui procuratorem dare non poſſunt, vt tutores & curatores, actores conſtituunt.

CAPVT III.

Qui dari procuratores poſſunt, vel non.

Cuius prima pars.

Qui poſſunt.

XV. [s] DAri qoicunque procuratores poſſunt: niſi qui legibus prohibentur.

XVI. [t] Filiusfamiliâs procurator dari poterit & ad agendum & ad defendendum, [u] & ad negotia, [x] rametſi cõſenſus patris defuerit.

XVII. [z] Poſt decimum ſeptimum ætatis annum, ad negotia dari ptocurator iure poteſt: ad iudicia non item. [a] Et qui minori mãdauit vt negotia ſua agat, ex eius perſona in integrum reſtitui non poteſt: niſi minor ſua ſponte negotiis eius interuenerit.

XVIII. [b] Milites dari procuratores poſſe, moribus receptum eſt.

XIX. [c] Iute ciuili Romano, infamis dare & dari procurator poteſt. [d] Iure Pontificio, Eccleſiaſticarum perſonarum procurator eſſe non poteſt; aliarum poteſt.

XX. [e] Mutus & ſurdus procuratores dari poſſunt, [f] non quidem ad agendum, ſed ad adminiſtrandum.

XXI. [g] Syndicus dari procuratot, vt priuatus intercedat, poteſt, [h] niſi eius potentia nimium formidoloſa videatur.

Secunda pars capitis tertij.

Qui procuratores dari non poſſunt.

XXII. [i] FOeminæ in exercendis litibus procuratorum officio fungi nõ

r de quo ſupra nu. 6.
s d. l. Mutus §. 2. & ibi gl. c. 1. h. t.
t l. filiusfa. D. h. t.
u c. non indignè. eo. t.
x c. qui generaliter. h. t. li. 6. Spec. d. t.
z c. qui generaliter. §. vlt. d. t.
a Paulus IC. lib. 1. recept. ſent. tit. de mino. xxv. an. l. 4. l. cùm mandata. l. quod ſi minor. D. eo. t.
b Spec. h. t. ca qua ratione ſui & cauſa opponuntur cõtra procuratorem. verſic. iti quod eſt miles, & ibi Io. Andreas. Angel. in d. l. filiusfa §. veterani. D. h. t. Ioann Faber. in § vlt. Inſtit. de except. Bald. in l. milites, D. ex quibus cau. maior. in c. Raynaldus de teſt. Cõtra id quod iure Romano obſeruabatur, vt dari procuratores non poſſent. l. ſi militem. C. de ex-

dict. l. ob cauſ. l. militem. l. qui ſtipendia. & l. ita demum. C. h. t. l. neque D. eo. t. niſi in cauſa ſui numero d. l. qui ſtipendia. & d. §. veterani. item ni effet veteranus. d. §.

c §. vlt. Inſtit. de except. arg. quod pro ſe & aliis quibuſdam rectè poſtulat, l. 1. §. vltim. & ll. ſeqq. D. de poſtul. Nec obſtat quod ab omnibus honoribus & dignitatibus arceatur l. 2. C. de dignita. lib. 12. l. 1. C. de infa lib. 11. Cùm procuratoris officium non ſit dignitas, ſed onus. Gloſſ. in d. l. 2 Panor in cap. Imperatorum. in fin. tit. de iura. calum. num 9. & pro vili, contemptibilique functione à quibuſdam habeatur. Gloſſ. Bart. Ang. & al in l. ſi quis procuratorem. C. de decur. lib. 11. Dyn. in ca. infamibus. de reg. iur. li 6. Panor. in c. poſt ceſſionem. de prob. Ac fuit tempus quo infames, nec dari nec dari procuratores poterant. Paul lib. 1. recept. ſent. t. 2. quod Iuſtinianus ſuſtulit. d. §. vlt. Inſtit. de except.

d Panor. late in d. c. Imperatorum. de iuram. calum. Tiraq. tract. de nobilitate. c. 30. nu 2. cum multis ſeqq.

e l. Mutus D. h. t.

f arg. quod nec poſtulare poſſunt. l. 3. §. D. de poſt.

g Decius in l. factum. 13. de reg. iur. Panormit. & idem Decius. in c. 1 de offic. deleg. l. vlt. vbi DD. D. de iuriſd. Card. in clem. 1. de celebr. Miſſ. arg. tutor D de his quibus vt indig.

h toto tit. ne liceat potent.

i l. Fœmina D. de reg. iur. l. 2. D. ad SC. Velleia l. quia abſente. l. alienam & l. neque. C. h. t. § item 3. quæſt. 3.

poſſunt,

poſſunt,[k] niſi in rem earum, & proprium lucrum mandatæ ſint eis actiones: [l] aut pro parentibus liberiſve, vel etiam captiuo marito intercedant, [m] nec quenquam præſto habeant qui ſe ſupraſcriptorum nomine offerat. [n] Cætera verò negotia adminiſtrare fœminas nihil vetat.

XXIII. [o] Minor quoque XXV. annis procurator in iudicio eſſe non poteſt. Alia verò negotia adminiſtrare, poſt decimum ſeptimum ætatis annum non probibetur.* Idem de muto & ſurdo traditur.

XXIIV. [p] Fiſcus, vniuerſitas, aut ciuitas procuratorum munere fungi non poſſunt, ne potentia vel gratia alterius partis cauſam lædant.

XXV. [q] Rei cauſæ capitalis, [r] redemptores alienarum litium, [ſ] conſortio piorum interdicti, procuratores dari non poſſunt.

XXVI. [t] Non initiatus ſacris dari procurator non poteſt deligendi Antiſtitis ſacerdotiſve cauſâ. [u] Ad conſentiendum verò electioni de ſe factæ, dationive ſacerdotij, dari procurator quiuis etiam incertus poteſt: [x] itidem ad eiurandum ſacerdotium.

XXVII. [z] Iure Romano, Decuriones, Medici, Profeſſores, procuratorum officio fungi non poſſunt.

XXVIII. [a] Is qui reipublicæ cauſa abfuturus eſt, aut initurus magiſtratum, aut qui perpetuo morbo tenetur: denique quicunq; inuitus iudicium pati non cogitur, idoneus procurator non eſt, & repudiari poteſt.

XXIX. [b] Si plures hæredes ſint, & familiæ erciſcundæ, aut communi diuidundo agatur, pluribus eundem procuratorem non eſt permittendum dare: quia explicari res non poteſt citra adiudicationes & condemnationes. [c] Et ſi vnus ex litigatoribus deceſſerit pluribus hæredibus relictis, non poteſt in partes iudicium ſcindi, ſed aut omnes hæredes accipere id debent, aut dare vnum procuratorem in quem omnium nomine iudicium agatur.

XXX. [d] Noſtris moribus, ſi aduerſarius deſideret, vt plures, qui eodem iure ſe tuentur, per vnum procuratorem agant, aut ſe defendant, id à iudice debet impetrare.

XXXI. [e] Iudex ex ſuo officio procuratorem omninò non idoneum,[f] & quicum geſta irrita eſſent,[g] vt minorem, fœminámve[h] quocunque tempore poteſt repellere. *Al. oqui ſi quis exceptionem procuratoriam omiſerit, non poterit ex pœnitentia eam opponere.

XXXII. [i] Si quid cum eo geſtum qui procurator à minore, aut ſimili perſona minus idonea erat datus, eo prætextu non reuocatur in minoris fraudem. Si ex eo lædatur, contrà eſt. [k] Minoribus enim ætas in damnis ſubuenire, non in rebus proſperè geſtis obeſſe conſueuit.

CAP. IV.

De datione ſeu conſtitutione procuratoris.

Cuius prima pars.

Quomodo rectè detur procurator.

XXXIII.[l] PRocurator vel coram, vel per nuntium, vel per epiſtolam dari etiam abſens poteſt: dummodo certus ſit qui datus intelligitur, [m] & is ratum habuerit. Item ad litem futuram, [n] & in diem, & ſub conditione, & vſque ad diem dari poteſt.

XXXIV. [o] Inuitus procurator non ſolet dari. Inuitum autem accipere debemus, non eum tantùm qui contradicit: verùm eum quoque qui conſenſiſſe non probatur.

XXXV. [p] Attamen eum qui mandati literas recipit, nec contradicit, mandatum ſuſcepiſſe intelligi Clemens Pontifex ſanxit.

XXXVI. [q] Licèt procurator ab abſente datus, dixerit oblatum ſibi ſuſcipere nolle mandatum, tamen quoad is qui procuratorem dedit, in eadem perſtiterit voluntate, ſuſcipere mandatum quandocunque poterit.

XXXVII. [r] Si quis videat litem ſuam à falſo procuratore agi, neque contradicat, pro eo erit ac ſi mandauerit.

XXXVIII. [ſ] Geſta ab eo qui ſibi mandatum falsò aſcribit, rata habere quandocunque dominus poteſt.

XXXIX. [t] Et ſi non vero procuratori ſoluero; ratum autem habeat dominus quod ſolutum eſt, liberatio contingit. Rati enim habitio mandato comparatur.

XL. [u] Annus & dies conſtituti procuratoris adſcribi inſtrumento procuratorio debet.

k l. 4. C. h. t. l Deciſ. Neap. 143. Spec. h. t. §. ratione. n. 8. per l. 1. D. de lib. cauſ. Deciſ. Rota 16. h. t. m l. fœminas. D. h. t. l. liber tus. §. 1. D. de neg. geſt. n l. 3. §. 1. d. t. Albatus in praxi. o c. qui generaliter. §. vlt. h. t. lib. 6. Cyn. & Iaſ. in l. exigendi. C. h. t. Pan. in c. non magiſ. glo. 1. h. Maſuerius t. de cur. at. Inſt. l. neque tutor. h. t. l. & 2. C. qui egit. perſ. l. 2. C. de accuſ. l. vlt. C. de leg. uto. l. Mutum. D. h. t. l. 3. & toto t. ne liceat potent. l. Reum. C. h. t. l. litem C h. c. intelleximus de iudic. c. præ‑ſentiâ. §. ſexte de offi. dele. glo. in c. Apoſtolica. de except. Io. Andreas in c. quod ſicut. de reg. Idē Io. Andreas in c. accedens. de præb. & ceteri DD. glo. in clem. de elect. Spec. h. t. §. 1. n. 15. l. ſi quis procurationē. C. de decur. li. 10. l. non tamen. D. h. t. l. licet. §. ſi plures. d. t. l. ſi familiæ. D. fam. erciſ. Io. Papo. 2. Notandū h. t. iure ciuili Rotæ no coguntur rei plures per vnū procuratorē ſe defendere, non actores plures vnum dare procuratorē. l. iam tamē. §. ſi tamen plures. D. Iudic. ſolui. e c. cauſam quæ. de iudic. glo. in c. 2. de elect. in verb. abſentiæ. c. nullus. de accuſ. Philippus Francus in c. 1. hoc t. in 6. l. quos prohibet. D. de poſtul. Bart. in l. ſi cura ſa §. veteran. D. h. t. Idem Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium. D. de dam. inf. c. exceptionem. § vlt. de except. vbi glo. Ludo. Roman. Conſ. 60. f d. §. veteran. l. ita demum. C. h. t. g l. 1. & 2. C. qui legitim. perſ. l. Claram. C. de auth. præſt. l. alienam. C. h. t. h l. licet. C. d. t. etiam poſt litē conteſtatā. Ne ſcilicet fruſtra ad cæteros actus procedatur. gl. ord. in c. 1. de elect. lib. 6. Bald. in l. Exceptionem. C. de probat. Bart. in l. Prætor ait. § defendi. D. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. & in l. ſi finita § Iulia. D. d. t. de dam. inf. & in l. 1. §. vſus. D. h. t. Ludo. Rom. d. conſ. 50. l. ita demū C. h. t. l. ſi quis. D. eo. Contra Iacobi Aretij ſententiam in l. 1. C. vt quæ deſunt ad aduoc. * l. qui pro curatorē. in fi. l. Pomponius. § ratihabitionis. D. h. t. arg. §. ſciendum. Inſt. de ſatiſ. tutor. l. quoties. D. qui ſatiſd. cog.

i l. non eo minus. C. h. t. & ibidem DD. Bart. in d. §. ratihabitionis. k d. l. non eo minus.

l l. 2. 3. & 4. D. h. t. m Idem l. 1. D. manda. l. ſi fi‑deiuſſ. §. inuitus & §. vlt. & l. 1. in verb. conſenſus. l. ſi procurator. & l. licet. D. h. t. n Idem d. l. 1. D. man. o d. § inuitus. p cl. vlt. h. t. & ibi Io. Andreas, Ludo. Roma. cōſ. 315. Panor. in c. non iniuſte. h. t. arg. c. ex ore t. de iis quæ fiunt à maio. parte, cap. Bart. & Iaſ. in l. quæ dotis. D. Sol. matr. Idem Bart. in l. quo enim. §. vlt. D. Rē rat. hab. Panorm. & Felin. in c. nonne. de præſ. arg. l. ſi procuratorē. D. h. t. q c. licet. h. t. r arg. l. Sepe. D. de re iud. & l. 2. C. de fi‑lioſa. min. Inn. in c. ex parte decani. de reſc. in c. inter dilectos. de fide inſtr. in c. in noſtra. h. t. & in c. cum in iure. de offi. deleg. Io. Andreas in c. qui ad agendum de proc. in 6. & ibid. Ph. Francus. Card. in c. cùm olim. 3. d. t. de offic. deleg. & in d. c. ex parte. Bald. in l. 2. §. voluntatem. D. Sol. matr. & in l. Iulianus. D. qui ſatiſd. cog. Paul. Caſtr. in d. l. ſæpe. & in l. Caius D. de pign. act. Deciſ. Capellæ Toloſanæ 271. l. qui patitur. D. Mand. Contra quam Innocentius ſibi non conſtans, in c. quamuis. de re iud. Cynus in l. ſi pecuniam. D. de neg. geſt. Auferrius in d. Deciſ. Toloſ. Ludo. Romanus in l. quæ dotis. D. Sol. matr. Bart. & Alex. in d. l. ſæpe. Anto. Butrigar. in d. c. quamuis. Imola in d. §. voluntatem. Dominic. in c. qui ad agendum. h. t. lib. 6. Gul. Cunius in l. 1. in prin. D. de exerc. ſ l. Semper. D. de reg. iur. glo. in l. ſi mater. § hoc iure. D. de exc. rei iudic. Bart. in l. ſi tutor. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ. & in d. § hoc iure. Iac. Aret. Petr. Ang. & Raph. in d. §. Bald. in l. licet. D. de iudic. & in d. l. ſi tutor. Mynſing. Obſer. 44. Cent. 1. glo. & DD. in l. ſi pecuniam. C. de neg. geſt. Alij rata haberi ea quæ à falſo procuratore geſta ſunt ante rem iudicatam poſſe cenſent, non in ſuum detrimentum. arg. l. 3. §. falſus. D. rem rat. hab. Deciſ. Rotæ 13. in antiq. glo. in l. licet. h. t. Io. Petrus Ferrarius in forma reſp. rei in act. reali. in verb. Simoniſtas Spolta procurator. At Deciſ. ca. Toloſ. 271. traditur contrà, Geſta à falſo procuratore haberi rata poſſe à domino ad ſuum damnum non commodum. vt & Bald. in l. falſus. D. de furt. arg. l. Diſpenſatorem. D. de ſolut. & l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi arg. eius quod vulgò iactatur, Quod nullum eſt, confirmari non poteſt. l. Aurelius § teſtamento. D. de liber. lega. t l. verum ſi. D. de ſolut. u Spec. h. t. § ratione. n. 25. per c. vlt. h. t. c. poſt ceſſionem. de prob. toto tit. Auth. vt nomen Imper.

XLI. [x] Stylus curiæ vbi procurator conſtituitur, ſeruari debet.

XLII. [z] Si quis procuratorem generaliter, ſpecialitérve dederit, non ad præſentes tantùm, ſed & ad futuras lites dediſſe intelligitur.

XLIII. [a] Si plures procuratores vnius negotij cauſa ſimpliciter dati ſunt, vnus ſine altero exequi in iudicio nihil poteſt:[b] niſi quòd iudici magis idoneum eligere permittitur. Quòd ſi generaliter dentur, vnicuique in ſolidum poteſtas data intelligitur. Idem obſeruatur, ſi duo dati ſint, & eorum quilibet, non adiecto in ſolidum.

XLIIII. [c] Attamen ſi duobus quis mandauit negotiorum adminiſtrationem, vnumquemque pro ſolido conueniri debere certum eſt, dummodo ab vtroque non amplius debito exigatur.

XLV. [d] Si duo procuratores ſint in ſolidum dati, illius conditio erit melior, qui per litis conteſtationem negotium primus occupabit. Poſt occupationem autem huiuſmodi alter ſe immiſcere negotio nequibit, cùm ille litis dominus ſit effectus: niſi adſcriptum hoc fuiſſet, Vt non fieret melior conditio occupantis. Tunc enim ſi eum qui occupauit, ægrotare, mori, abſentem eſſe, vel aliàs impediri contingat, poterit alter ſuſcipere ac perficere negotium à priore inchoatũ: dum tamen ab eo non fuerit alius ſubſtitutus. Nam ſi ſit, is præferri debebit eidem. [e] Cæterùm vbi nullo ſubſtituto alter ſuſcipit negotium, is qui primus occupauit, ipſum reſumere poſtea impedimento ceſſante nequibit, niſi fortè illum contingeret impediri.

Secunda pars capitis quarti.

Quibus modis procurator non rectè conſtituatur.

XLVI. [f] SI quis ſic conſtituat procuratorem, vt quæ legitimè acta ab eo fuerint, rata habiturum promittat, non rectè conſtituit.

XLVII. [g] In iudicio, aut omnium litium, aut vnius procurator rectè datur; ſed totius litis, non partis alicuius.

Tertia pars capitis quarti.

Quibus modis mandatum procuratoris probetur.

XLVIII. [h] MAndatũ procuratoris, cùm is conſenſu ſolo conſtituatur, literis priuatis ſeu publicis; tum etiam teſtibus, ac quadátenus argumentis, probatur.

XLIX. [i] Attamen ſi quis procuratorio nomine agat, mandatum literis publicis & inſtrumentis probare debere vero eſt propius, & magis moribus noſtris conueniens.

L. [k] Mandatum quoque ſolutionis recipiendæ causâ ſcripto probari debet: [l] quoniam ſoluentium ſecuritati conſultum eſſe par eſt.

LI. [m] Si mandati agatur, mandatum teſtibus probari nihil obſtat.

Quarta pars capitis quarti.

Si de mandato dubitetur, quomodo admitti procurator poſſit.

LII. [n] SI de mandato dubitetur, [o] vt ſi mandati tabularum ſignum aut ſigillum non bene nota ſint, [o] aut mutilæ ſint ex parte aliqua, vel non amplæ ſatis tabulæ, procurator cum ſatisdatione admitti debet.

LIII. [p] Tametſi quis inſtrumenta litis proferat, mandatum ei eſſe non protinus exiſtimatur; [q] niſi à domino eius rei cauſa tradita ei eſſe appareat. [r] Attamen de rato, cautione interpoſita, admitti debebit.

LIV. [ſ] Vbi mandatum certum eſt, ratihabitio non eſt neceſſaria, [t] niſi fortè defenſionis causâ.

LV. [u] Si nullum omninò mandatum proferre poteſt is qui ſe pro procuratore gerit, ne ſatiſdationem quidem offerens, inuito aduerſario niſi pro coniuncta perſona admittitur.

LVI. [x] Ratihabitionis ſatiſdatio ante litis conteſtationem à procuratore exigitur: cæterùm ſemel lite conteſtata non compellitur ad cautionem.

LVII. [z] Licèt in principio quæſtionis

x l.Semper 34. l.Citra ctus.23. D. de reg. iur. l.ſi fundus.D. de emct. Spec. d.s.ratione.

z Spec.h.t.cap. Quando ratione formæ opponitur contra procur. arg.l.vlt.C.quæ res pign. oblig. poſſ. c. & quæ mandatum. de pig l.quoties.§ vlt. D.de adm tuto. l placet. & ſeq. D. de lib. & poſth. l. ei quoque. D.de penu. lega.l.filiam.D. de aur. & arg. lega.l.Seruitus. D.de ſeruit.vrb. præd. quòd indefinita vniuerſalis æquipolleat. can.1.Diſt. 19. c. quia circa. de priuil.& id moribus receptum Spec confirmat. Contra Gul. Suſa opinionem in l. 3. D.h.t. arg. l de his.D. de rec arb.l.dãnum.§ fin. D.de dam.inf.l.vxori.§. vxori. D. de lega.3. & Dyn. in l.3. D. de tut. qui arg. illius. l.procuratorem aut conſtitutum videri ad lites futuras cõnexas præſentibus. arg.l.4.D. de. 2. l ſi defunctus. l. ad rem mobilem l. ad legatum. D.h.t. l.3. D. de pec.l. nam quod.D de pen. lega. & Dyno adſtipulatur Oldradus Conſ.308.incip. Reuerẽde pater.

a Ang. in l. pluribus. D.h.t. Spec eo.t.cap de formis procuratorum, verſ. quid ſi duo.vbi ita ſeruari in curia Romana teſtatur DD.in c.non iniuſtè h. Hoſt.eo.t.verſ. quid ſi plures.c.ſi duo.h.t.in 6.Contra glo.ſententiam.in d.l.pluribus. & in d.c.non iniuſtè.

b d.c ſi duo.& ibi Io.Andreas glo.in d.c.non iniuſtè.

c l.Creditor.§.duobus.D.mand. d d.c ſi duo h.t.lib.6.

e c.ſi quis procuratores.§.1.d.t lib.6. f Bart.in l.in cauſa.D.h.t.Bald.in rub.de except.& in l.ſi procurator.C.h.t.

g l.non tamen.D h.t.Myſing.Obſeru.46.Cent.1. h c petitio.h.t.§ ſin autem.Inſt.de ſatiſd.l ſi procuratorem.D.h.t.& ibi Bart.Spec h.t.§.ratione.Inſt de oblig.quæ ex conſenſu.ad verb.mand.Paul.lib.1.ſ.;§ procur.Inſt de his per quos ob.acq.obli l.cum inſtrumentis.l.non idcirco.C.de fid.inſtr.l.pacta C.de pact l.4 D.de pign.cum ſimul.

i § fin autẽ per procuratorem. Inſt. de ſatiſd. l. vn in fi. C. eo.t.l.ſi procuratorem. D.h.t. fa. clem. 1. in prin.& fin.h.t. l. ſi qua in fi. C.de Epiſc.& cler.c.poſt. ceſſionem.de prob. cl. cauſam. de elect.Maſuer h. t.Petr. & & Cyn. in l.1. C.h.t.Io.An dreas in Ad ad Spec.h.t.ca Quando ratione formæ oppo nitur contr procurat.A que id in iudi tus obſeruat refert.ſimul.t Ang. in d.l. procuratorẽ. 1.de pec.cler. 1.h t.Cõtra g ſententiam. c.1.eo.t. & maritus. C. e t.Gulielmi d.l. ſi procura torẽ. & An gel.in l.ſed & ha. §. alium D. eo. t. & Conſ. 212. in cip.viſis omni bus. Panor. c.1.eo. Bart.I mola, Alexã dri in l.1.C.eo Butrigary diſtinguentis præſentes teſte in iudicio eſ ſunt, probari teſtibus poſſe quia ea ex eo mora iudicio non fieret ſi abſentes eſſent, contrà eſſe. arg. c. literas de reſti. ſpol. Procuratoris verò ad negotia mandatum ſcripturâ priuata probari poſſe, Io. Andreas loco ſuprascripto refert. Angelus quoque in d.l. ſi procuratorem.mandatu procuratoris ad negotia teſtibus probari poſſe tradit.

k Io. Andreas d.loco. l. ſicut inſtrumenta. C.de lib. cauſ. Bald.in l. ſi falſus 14. col.C. hoc tit.

l l. Plures apochis. C.de fid. inſtr.

m Panorm.in c. cum pro cauſa. hoc t.

n Spec.hoc t. d.§. ratione autem formæ. verſ. Item quòd non ſunt. Io. Fabe in l.1.C.h.t.Glo.in c. ſuſcitata. de reſtit. in integr.l.ſi procuratorem. D.h.t. l.1. C. de ſatiſd. § ſi verò in perſonam Inſtit.de ſatiſd Iac.Cuiac. Obſeru. lib.7. cap. 26. o Glo & DD in d.l.1.C.h.t.Glo.in c.1.in verb.portitoribus eo. t. Glo in l. Non ſolùm §. qui alieno. ad verb.debet. D.h.t. Spec. eo.t.nu. 13. per l. ante. C. de neg. geſt.

i Bald. in d.l.1.C hoc tit. Contra Baldi ſententiam in l. ſi mulier. C. de pact. conuent Ludouici Romani ſing. 643.incip. Nunquid per productionem. & Conſ. 446.in fi. Andreæ Siculi in c.coram. de offic.deleg. Alciati tractatu Præſ reg.1.Præſ 33.nu.4.

q Bald.in l vlt.C.d.t.de pact conuent.

r c.coram.& ibi. Glo.1 Innoc.& Canoniſtæ. de offic.deleg.arg.quòd reddati inſtrumentis, reuocatum mandatum exiſtimatur.l.negotiorum.vbi Angel. iuncta l.Tutor. D.de appell.Bart.in l. vulgo. in fi. D. de adm tuto. & in l.3.§.cauſa D.de Aedil.edict.Bald.Ang.Imol.& Paul Caſtr.in l.ſi quæ per calumniam C.de Epiſc. & cler. Ludo.Romanus Conſ.496.Iaſon in l.Cautio ratihabitionis C.h.t.Contra Baldi ſibi contradicentis, & Salyceti ſententiam.in d. l. Cautio.

ſ l.vn.C.de ſatiſ. t l.ſeruum.§.at Prætor D.h.t.

u l.Sed & hæ.d.1.l.Exigendi.§ maritus.C.eo t.

x l.Pomponius § ratihabitionis.D.h t.

z l.licet.C.h.t.Bart.in d.§.ratihabitionis.

perſona

perſona debeat inquiri procuratoris, an ad agendum negotium mandatum à domino litis babeat, necne: ſi tamen falſus procurator inueniatur, nec dici controuerſiæ ſolent, nec poteſt eſſe iudicium.

L V I I I. [a] Procutatot falſus dicitut, qui nullum babet mandatum; aut quidem habet, ſed in tempus quod nondum venit, aut reuocatum, vel alio modo extinctum; [b] vel non ſufficiens, vel genetale in re quæ mandatum ſpeciale exigit.

Quinta pars capitis quarti.

Qui agere vel defendere ſine mandato poſſint.

LIX. [c] MAtitus de rebus dotalibus, quarum conſtante matrimonio dominus exiſtimatur, ſine mandato vxoris rectè agit, & conuenitur.

L X. [d] Maritus citra mandatum in rebus vxoris cum ſolemni ſatiſdatione intercedendi liberam habet facultatem; ne fœminæ perſequendæ litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris irreuerentet irruant, & conuentibus virorum, vel iudiciis intereſſe cogantur. [e] Sin autem mandatum ſuſcepetit, licèt maritus ſit, id ſolùm exequi debet.

L X I. [f] Paraphernorum cauſa licet marito actiones mouere, nulla cautione ab eo exigenda.

L X I I. [g] Iute ciuili Romano, liberis, parentibus, cæteriſque coniunctis perſonis experiri actionibus ptopinquorum nomine ſine mandato permittitur: ſi ratam rem dominum habiturum caueant, ſed boc eos procuratores non facit.

L X I I I. [h] Epiſcopus ſine Canonicis, & Canonici ſine Epiſcopo agere poſſunt de iis quæ ad eos communiter pertinent, ſi ratam rem haberi caueant, ac defendete quoque interpoſita [iudicatum ſolui] cautione.

L X I V. [i] Vnus è pluribus eiuſdem litis cõſortibus poteſt de re indiuidoa in ſolidum ſine mandato expetiri, ſiue agat, ſiue defendat. [k] Si res diuidua ſit, non poteſt ante litem conteſtatam niſi pro ſua parte iudicio contendere. Commune verò negotium poſt litem legitimè ordinatam, etiam quibuſcunq; abſentibus in ſolidum agi ſine mandato poteſt: ſi præſentes rem tatam dominum habiturum cauere parati ſint, vel ſi quod ab his petitut [iudicatum ſolui] ſatiſdatione firmauerint: [l] hoc ita, niſi cæteri contradicant.

L X V. [m] Qui mandatum babet ad agendum, eidem petmiſſa etiam defenſio tacitè videtur.

C A P. V.

De defenſoribus.

L X V I. [n] PRocutator ad agendum datus, defẽdere dominũ, ſi ab aduerſario recõuenatur, [o] tametſi cõiũcta perſona ſit, debet. [o] Nam ipſe dominus agens, reconuentus defendere ſe cogitur. [p] Itaq; & procurator qui loco eſt domini, in aliis aduerſus alios cauſis, qui agit, defendere non cogitur. [q] Et ei qui abſentis nomine agere vult, ſi eum non defendat, denegatur actio.

L X V I I. [r] Inuitus qui defendere cogitur, is omnium actionum nomine quæ intentantut, ſe ad defenſionem uffetre debet: [s] non tamen alio in loco quàm vbi agit. Qui verò vltrò ad defenſionem certæ tei acceſſit, aliam ſubire non compellitur.

L X V I I I. [t] Si patet agat filij nomine, aut matitus pro vxore iniuriarum actione, videntut ſuam potius quàm alienam iniuriam proſequi: ideo defendere non coguntut.

L X I X. [u] Gallicis moribus reconuentio arctiùs cohibetur, ac in vna tantùm ſpecie vſurpatut: nempe cùm ea vſque adeò actioni propoſitæ cohæret, vt ſeparari nequeat, & aduerſus actoris intentionem, exceptionem pariat, eique præiudicium faciat.

L X X. [x] Iute Romano, vbicunque abſens quis damnari poteſt, ibi quemuis verba facientem, & innocentiam excuſantem audiri ſtatutum eſt, & ordinarium admittere: publicè enim intereſſe abſentes à quibuſcunque defendi. [z] Quod moribus noſtris non coouenit.

L X X I. [a] Defendere, eſt iudicium nomine rei ſuſcipere, & eandem vicem obire quam teus ſubiturus eſſet: defenſorque in iudicio, vulgo appellatur qui eſt rei procuratot, aut actoris, quatenus reus eſt per reconuentionem.

L X X I I. [b] Defendere boni viri arbitratu, [c] & ex bona fide defenſot debet. [d] Nec videtur defendere qui actorem fruſtrando, efficit ne lis ad exitum perducatur.

L X X I I I. [e] Qui ad agendum noo ſunt idonei, nec ſunt ad defendendum.

L X X I I I I. [f] Defenſor non ſolùm tatam rem babeti, [g] ſed & iudicatum ſolui ſatiſdare iure Romano debet: [h] niſi reus ipſe ſatiſdederit, à quo eo iure bec cautio exigitur. Quod eſt à noſtris moribus alienum.

C A P. V I.

De poteſtate procuratorum.

Cuius prima pars.

Quæ ſint in poteſtate procuratoris litis.

L X X V. [k] PRocurator poſt litem conteſtatam quaſi cauſæ dominus efficitur. [l] Et getete omnia ex bona fide poteſt quæ dominus poſſet, nec cautio eius rei caoſâ exigitur.

L X X V I. * Ea etiam de cauſa ab eo dari alius procurator poteſt. Antea verò non poteſt, niſi in rem ſuam ſit datus: vel à domino ſubſtituendi alium, etiam certa non expreſſa perſona, illi ſit conceſſa poteſtas.

a Veſembecius h. s. glo. Bart. Bald. & Saly. in l. falſus. C. de fur. Iaſ. in l. licet. C. h. t.
b c. 5. de procu. lib. 6.
c arg. l. Doce ancillam. D. l. rei vend.
d l. maritus. C. l. aut qui a. liter. §. ſed & Seruius. D. quod vi aut clam.
e d. l. maritus. in fi.
f l. vlt. C. de pact. conuen. tã ſuper dote.
g l. 3. § ſed ſi forte. D. iudi. ſolui. Bald. in l. C. h. t. l. Pomponius. l. ſed & hæ. D. h. t. l. maritus. C. eo. t.
h glo. in c. 1. h. t. arg. c. edoceri. de reſcr. l. municipibus. D. de ad. & dem. l. municipes. D. ad mun. & de incol. l. 2. § hoc iterũ. C. de iur. alimi. ca. non liceat 12. q. 2. c. i qui presbyterorum. de reb. eccl. non alien. c. edoceri de reſcr.
i Bart. in l. 2. C. de conſortibus eiuſdem litis. vbi & in Add. ad eam l. ſi cũ vno. D. ſi ex nox. cauſ. aga.
k d. l. 2. & l. 1. d. t. de conſ. eiuſd. lit.
l l. ſi petitor. D. de iud.
m arg. l. ad legatum. & l. Seruis §. Prætor ait. & §. publicè. D. h. t. l. 1. in fi. quod cuiuſque vniuerſ. nom.
n l. 2. Actionem C. h. t. Papo 2. Notar. c. accedens. c. cõſtitutus. h. t. l. Seruum §. vlt. & pen. D. h. t.
o l. Sed & hæ. in prin. l. non ſolũ. § ſi de dolo. d. t.

o l. 2. § ſed & ſi agat. D. de iudic. l. Cum Papinia. C. de iuris & fact. toto tit. de mutuis petit. Decretalibus.
p l. non ſolùm. §. 1 D. h. t.
q l. Sed & hæ. §. vlt. & l. Mutuis. §. 1. d. t.
r l. Omnium §. ſed & hæ l. non ſolum. d. t.
ſ d. l. Sed & hæ. §. 1. l. neque. eo. t.
t d. l. non ſolũ. §. ſi pater.
u Io. Imbertus Inſtitutionum Forenſium lib. 2. cap. 35.
x l. Seruum. §. publicè. D. h. t. l. 5. in prin. D. de obl. & act. §. 1. Inſt. de obl. quæ ex quaſi contr. l. Pomponius. D. h. t.
z Imbertus Inſt. For. lib. 2. cap. 4.
a l. ſed & hæ. §. defendere. l. filiusfa. in prin. l. minor. D. h. t. l. Recte. D. de iud.
b l. pen. D. h. t.
c d. l. ſed & hæ. § defendere. & §. Prætor cũ ll. ſeqq. d. t.
d l. vlt. ibid.
e l. 4. C. h. t. vbi Bart. Bald. & Saly.
f l. Põpon. d. §. defendere. l. nõ cogendum. l. qui proprio. § qui alium. D. h. t.
g d. l. Pompo. & d. §. defendere.
h Bart. in l. ſi per procuratorẽ. eo. t. per l. vn. C. de ſatiſd.
i Inſt. de ſatiſd. d. l. vn. C. de ſatiſd.
k l. Procuratoribus. l. nulla. l. neque. C. h. t. l. ab executore § vlt. D. de app. l. ſi procurator agit. §. 1. D. de dolo exc. c. 1. §. 1 & c. ſi duo. h. t. l. 6.
l l. ſed & hæ. §. 2. l. qui proprio. § procurator. l. non ſolùm D. h. t. l. ſi fideiuſſor. D. mand. c. 1. vt lite non cont. Petrus Coſtalius in l. Proculus. D. e. t. Bal. in l. cum mandati. C. eo. t. l. Papinianus. D. de publ. in rem act. m d. c. 1. & c. vlt. lib. 6.

LXXVII. [m] In litibus, actus iudiciarij omnes à procuratore, nõ domino ſunt exigendi, [n] ac ordioariæ denũtiationes eidẽ fieri debẽt:

LXXVIII. [o] Procuratores Baronum, Caſtellanorum extra territorium ex munere fungi nõ poſſunt: & quod geſſerint, damnum afferre dominis non debet. [p] Itaque ſi appellauerint, proſequi appellationis cauſam non tenentur; ac dominis, vt iudicio adſint, denuntiandum eſt.

Secunda pars capitis ſexti.

Quæ ſint in poteſtate procuratoris negotiorum.

LXXIX. [q] PRocurator qui gerere negotium cœpit, quaſi negotij dominus efficitur: idque tam extra * iudicium quàm in iudicio.

LXXX. [r] Cum quid mandatur, omnia intelliguntur iniungi, ſine quibus res mandata ad exitum perduci non poteſt.

LXXXI. [ſ] Quamobrem ad rem mobilem petendam, datus procurator ad exhibendum rectè aget. [t] Et ad legatum petendum, procurator datus, ſi interdicto vtatur aduerſus hæredem [de tabulis exhibendis] procuratoria exceptio, quaſi non & hoc eſſet ei mãdatum, nõ obſtat; [u] vt nec cui proprietatis cauſa mandata eſt, ſi poſſeſſionis cauſam proſequatur.

LXXXII. [x] Procuratori negotiorum ſubſtituere alium permittitur.

LXXXIII. [z] Procurator, ex magna cauſa immutare ea quandoque poteſt, quæ à domino nominatim mandata ſunt: Veluti ſi mandauerit alicui, vt equum armáve Titio traderet, quem procurator aduerſus Principem in militiam ire comperiat.

LXXXIV. [a] Si cui mandatum ſit, vt Epiſcopũ aliúmve Antiſtitem, vel magiſtratum deligat, ſeipſum eligere non poteſt. [b] Si tamen pluribus illud mandatum ſit, vnum è ſuo numero deligere non prohibentur.

LXXXV. [c] Si procurator in calculo ſubſcribat reliquatorem ſe alicuius eſſe; ſi re vera non ſit, dominum non obligat.

Tertia pars capitis ſexti.

Quæ res mandatum ſpeciale exigant.

LXXXVI. PRimò: [d] Procuratorem, ſi non ſpecialiter diſtrahendi mandatum accepit, ius rerum domini vendendi non habere certum eſt.

LXXXVII. [e] Procurator vendendi cauſa datus, alij idipſum mandare poteſt: [f] niſi eius induſtriam electam appareat.

LXXXVIII. [g] Si contra mandati præſcriptum vendat procurator, aliúdve quid faciat, nihil agit.

m c.1. vt lite nõ cont. c.1. & 2. de reſcript. lib. 6. l.1. C. de ſent. & interl.
n Io. Faber in l. ſi quis poſtulante. Inſtit. de act. Iudicio curiæ Pariſ. diei 10. Septemb. 1529. relato à Papone. tit. de iudicio & proc.
o Iudicio eiuſdẽ curiæ diei 7. Aug. 1543. relato à Papone d. t.
q l. eum §. vlt. D. de conſt. pec. Bart. in l. 1. C. de ſent. & interl. per l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulã. D. de verb. obl. l. 1. D. de ſtip. ſeruo.
** ſupra v. 75.*
r l. 2. D. de iuriſd. om. iud. l. 2. & vlt. D. de off. eius cui mãd. eſt iuriſ.
ſ l. ad rem mobilem. D. h. t.
t l. ad legatum. d. t.
u Veſembecius d. t.
x c. 1. de procur. lib. 6. c. vlt. eo. t. in antiquis. Bar. in l. ſi procuratorem. §. ſi quis mandauerit. D. mand. Ang. in l. 2. in fi. D. de proc. de procuratore litis. vide ſupra verſ. 75.
z l. ſi hominem. D. manda.
a arg. l. 4. D. de tuto. & cur. datis ab iis.
b c. cùm in iure. & ibi Pan. de elect. l. planè. D. Quod cuiuſque vniu. l. Præſes prouinciæ. & l. vlt. D. de off. præſid. cap. vlt. de inſtit. l. ſi mandauero 2. §. ſi tibi & ibi Bart. D. manda.
c Ita Alciatus interpretatur l. vlt. D. h. t. nec ex ea effici tradit quod DD. putãt, confeſſionem procuratoris extra iudicium factam domino non obeſſe.
d l. Procuratorem. C. h. t. l. Pompo. ſcribit. & l. Procurator totorum bonorum. D. eo. t.
e l. ſi procuratorem. §. ſi quis mandauerit. D. manda.
f l. in vſucapione. §. Item. D. de diu. & temp. præſc.
g l. ſi pretium. & l. ſi procurator. C. h. t. l. cùm mandati. C. mand. l. cùm procurator. § vlt. D. de no oper. nunt. l. cum fundum. §. procurator. D. pro empt. l. non abſtulit. C. de noua.

A LXXXIX. [h] Procurator vendendi cauſâ nominatim conſtiturus, fidem de pretio habere non poteſt, niſi dominus illud permiſerit: multò minùs, ſi prohibuerit. [i] Procurator verò cui libera rerum admioiſtratio permiſſa eſt, illud poteſt.

XC. [k] Procurator cui venditio mandata eſt, rem tradere domino prohibente ne id faciat, antequam pretium ſoluatur, non poteſt.

B XCI. Secundò: [l] Per procuratorem, nec liberari nec liberare quiſquam acceptilatione ſine mandato poteſt: * ſimiliter nec donare.

XCII. Tertiò: [m] Tranſactionis placitum ab eo interpoſitum, cui cauſæ actionem, negotiáve, non deciſiooem litis mandaſti, nihil petitioni tuæ derogauit.

XCIII. Quartò: [n] Procurator, niſi ei nominatim mandatum ſit, committere negotium arbitris non poteſt.

C XCIIII. Quintò: [o] Procurator, niſi id ipſum ſpecialiter mandatum ſit, iuſiurandum finiendæ litis causâ deferre non poteſt.

XCV. Sextò: [p] Ne generaliter quidem mandari ſufficit, vt quæcunque hæreditas tibi fuerit delata, adeatur; ſed ſpecialiter mandari debet, [q] etiamſi inuentarij beneficium imploretur.

D XCVI. Septimò: [r] Hæres, qui ſuſpectam dicat hæreditatem, non eſt compellendus adire, cùm hoc procurator abſentis fideicommiſſarij poſtulauerit, ſi incertum ſit an mandauerit: quamuis ei caueatur propter fragilitatem cautionis. Quòd ſi ſponte adierit hæreditatem, non magna captio eſt: ſed actiones, ſi non mandauit, tranſibunt eo tempore quo ratum habuerit.

XCVII. Octauò: [ſ] Procurator defenſionem euictionis ſuſcipere, niſi nominatim mandatum ſit, non poteſt.

E XCVIII. Nonò: [t] Non omnes actiones per procuratorem inſtitui poſſunt. Denique vt liberi, qui in poteſtate abſentis dicuntur, ducantur, interdictum deſiderare non poteſt, niſi cauſa cognita: id eſt, ſi nominatim ei mandatum ſit, & pater valetudioe, vel alia iuſta cauſa impediatur.

XCIX. Decimò: [u] Procurator quenquam accuſare, eive crimen ohiicere, niſi

F nominatim mandatum ſit, non poteſt. * Attamen comprehenſa mandato eſſe crimina, non eſt neceſſarium.

C. [x] Non facilè per procuratorem quis ſuſpectus accuſabitur, oiſi conſtet ei à tutore nominatim mandatum: aut ſi etiam abſente tutore, quaſi non defeoderetur, prætor erat cogniturus.

G CI. [z] Non poteſt procurator ad agendum vel defendendum, iuſiurandúmque de calumnia & veritate dicenda, & generaliter ad omnia alia, quę ſpeciale madatum exigunt, cõſtitutus (niſi aliud de hoc mãdatũ ſit) electioni cuiuſquã in ſacerdotẽ intercedere,

h l. 1. §. 1. D. de exc. rei vend. l. à diuo Pio. §. ſi poſt aditam. D. de re iud.
i l. quicunque agitur. §. Item ſi mulier. D. de inſt. act. Bar. in l. 1. D. de off. Proc. Cæſ. & in l. eleganter. § ſi vendiderit. D. de pign. act.
k d. l. 1. § 1. D. de exc. rei vẽd. arg. l. 1. §. ſi inſ ſeruũ. & l. Prædia. D. de acq. poſſ. & l. hæredem cum debuerat. D. ad SC. Trebell. ſi pretiũ ſi ſolutũ, prohibitio hæc rata nõ eſt. infra verſ. 169
l l. 3. l. & per iuſiurandum § tutor. D. de acceptil. l. nam & nocere. D. de pact.
** l. pactum. vlt. D. C. de pact. l. 4. C. de noua. l. Præſes. C. de tranſ.*
m l. Tranſactionum. C. de tranſ.
c. contingit. eo. t. c. qui ad agendum. h. t. in 6. l. mãdato. D. h. t.
n c. per tuas. de arb.
o l. ait Prætor. 1. in prin. & l. iuſiurandũ quod ex conuentione. §. vlt. l. 1. l. duobus. l. quòd reus iurauerit. D. de iure. c. qui ad agendum. de proc. lib. 6.
p l. ſi quis mihi bona fide. §. ſed vtrum generaliter. D. de acq. vel omit. hæred.
q arg. l. cũ quis duobus. §. vlt. eo. t.
r l. qui ita. §. 1. D. ad SC. Trebell.
ſ l. ſi ſe non obtulit. in princ. iuncta gl. D. de iud. l. Plautius. inſ. D. h. t.
t l. Pompo. d. t.
u l. ſi cui crimẽ. D. de accuſ. & inſcr.
** Spec. h. t. cap. quæ ratione ſiue & cauſ opp. cõtra proc. verſ. Sed nunquid ſufficiet. arg. c. petitio. h. t. & id moribus receptum Spec. refert.*
x l. non ſolùm. §. vlt. D. h. t.
z dicto c. h. t.

crimenve

crimẽuve vllum obiicere, aut quod ſacerdotij capax non ſit: cùm generali huiuſmodi mandato grauiora non contineantur, vel maiora quàm mandato comprehenſa ſint.

CII. [a] Procurator atque aduocatus, niſi id nominatim mandatum ſit, quicquam dicere aut ſcribere non debent, quo alienam famam inſectari videantur.

CIII. [b] Tutorem nomine pupilli accuſare poſſe [c] ſub periculo calumniæ, non dubitatur.

CIIII. Vndecimò: [d] Iudex à procuratore reiici, niſi id ſpecialiter mandatum ſit, non poteſt.

CV. Duodecimò: [e] Si talis interueniat iuuenis, cui præſtanda ſit reſtitutio, ipſo poſtulante præſtari debet, aut procuratore eius, cui id ipſum nominatim mandatum ſit. Qui verò generaliter mandatum de vniuerſis negotiis gerendis allegat, non debet audiri. [f] Hoc ita, ſi principaliter reſtitutio in integrum poſtuletur, non ex incidenti.

CVI. [g] Cauſam tamen in integrum reſtitutionis, ſi qua competit, etiam per procuratorem agi poſſe placuit.

CVII. Decimotertiò: [h] Procurator interrogationibus quæ in iure fiunt, [i] veluti, an ædes aut locus quæ obnoxia ſolario aut hypothecæ nobis dicimus, eiuſmodi ſint: [k] an hæres quis ſit: [l] de ætate, ſi quadrupes quæ pauperiem fecit, domini ſit, niſi hæc nominatim mandata ſint, rectè non reſpondet.

CVIII. Decimoquartò, [m] Deſcriptum inſtrumenti quod pro recognito habeatur cum procuratore, niſi nominatim mandatum ſit, fieri non poteſt.

CIX. Decimoquintò, [n] Procurator litis, niſi poſt eam conteſtatam alium ſubſtituere non poteſt, niſi nominatim mandatum ſit.

CX. Decimoſextò: [o] Duo procuratores, niſi ſpecialiter mandatum ſit, à ſe inuicem petere non poſſunt.

CXI. Decimoſeptimò: [p] Cliens ſe recipi in fidem à patrono per procuratorem, non rectè poſtulat; niſi valetudine impeditus, aut alia iuſta cauſa procuratori ſpecialiter iſtud mandet.

CXII. Decimooctauò; [q] Procurator non aliter cẽſetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quàm ſi id ei nominatim mandatum ſit. Et quamuis aliâs qui negotiorum conſtituitur procurator, alium dare poſſit; tamen hac in re propter magnum, quod ex re tam ardua naſci periculum poſſet, alium ſubſtituere non poterit, niſi hoc ei ſpecialiter ſit commiſſum.

CXIII. [r] Generali mandato quærendi mariti filiæfamiliâs, non fieri nuptias, rationis eſt. Itaque perſonam eius patri demonſtrari, qui matrimonio conſenſerit, vt nuptiæ contrahantur, rationis eſt.

a l. item apud Labeonem. §. ſi quis libello. D. iniur.
b l. ſi cautiones. D. de iis qui accuſ. poſſ. l. Polla. Tutorem. D. de iis quib. vt indig. Io. Papo. Not. h. t.
c d. l. Polla. & l. Tutorem. l. D. ad Turpil. Papo 2. Notario. h. t. e. ſu... & glo. ... c. 2. vt lite nõ ... l. ſi pari... D. de liber. ... d. l. apud Labeonẽ. §. aut ... rator. verſic. ... edictum.
l. Illud nullũ. ... vlt. D. de ... glo. in c. ... ſtatata. in ... poſtulamus. ... ex literis. ... in integr reſt. l. non ſolùm. ... eſt & alias. ... h. t.
... c. auditis. d. t.
g l. ad rẽ mo... lem. & l. ad ... gatum. l. qui ... proprio. §. item ... vbi ... art. D. h. t. l. ... demũ. C. eo. l. 1. D. an per ... cauſ. appel. ... poſ. l. inde... ubi Bar. ... de cond. ind. ... Bart. in l. C. etiam per ... Idem Bart. & Salyc. in l. illud. §. 1. D. de mino. ... l. vn. C. etiam ... procuratorẽ cauſam in integrum reſtitutionis agi poſſe.
i l. voluit. l. ... pro alio. D. de interr. in iur. fa. & de inter. act.
... l. non alienũ. d. t.
k l. Edictum. l. qui interrogatur. ibid.
l l. ſi quis in iure. ibid.
m Papo. 2. Not. h. t. arg. c. vlt. de fid. inſtr. ... cum dilecta. de confir. vtili vel inut. l. ſi quæ cautiones. D. fam. erciſ.
n l. ſi procuratorem. §. 1. D. Manda. c. vlt. h. t.
o l. qui duos. l. itaque. l. quis proprio. §. vlt. D. h. t.
p Maſuerius h. t.
q c. vlt. h. t.
r l. Generali. D. de ritu nupt. Egreſſus enim mandatum videtur, cui cùm mandatum eſſet vt maritum quæreret, nuptias contraxit.

Quarta pars capitis ſexti.

Quæ ſint in poteſtate procuratoris totorum bonorum, vel non.

CXIIII. [ſ] Qui generaliter conſtituitur ad negotia procurator, agere ac experiri poteſt, exceptis his caſibus qui mandatum exigunt ſpeciale.

CXV. [t] Generali mandato continentur ea, quæ dominus veriſimiliter fuiſſet mandaturus, non alia.

CXVI. [u] Procurator generaliter negotiorum cauſâ datus, ſubſtituere alium procuratorem poteſt. * Certi etiam negotij, certáque forma perficiendi gratiâ conſtitutus, veluti vendendi fundi mille nummis, vbi perſonæ induſtria electa non videtur, alium dare procuratorem poteſt.

CXVII. [x] Procurator quod detulit iuſiurandum, ratum habendum eſt: ſi aut vniuerſorum bonorum adminiſtrationem ſuſtinet, aut ſi id ipſum nominatim mandatum ſit, aut ſi in rem ſuam procurator ſit.

CXVIII. [z] Procurator totorum bonorum, cui res adminiſtrandæ commiſſę ſunt, res domini neque mobiles neque immobiles, ſine ſpeciali domini mandato alienare poteſt, niſi fructus, aut alias res quę facilè corrumpi poſſunt. [a] Si tamen pretium in rem domini verſum ſit, reſtitui ſibi emptor iure deſiderabit.

CXIX. [b] Generali mandatu donatio non continetur.

CXX. [c] Mandato generali non contineri etiam tranſactionem decidendi cauſa interpoſitam; & ideo ſi poſtea is qui mandauit, tranſactionem ratam non habuit, non poſſe repelli eum ab exercendis actionibus.

CXXI. [d] Procurator generalis compromittere de re controuerſa non poteſt, niſi ei libera adminiſtratio, non litis, ſed rerum omnium commiſſa ſit.

Quinta pars capitis ſexti.

Quæ ſint in poteſtate procuratoris, cui generaliter, aut alio modo libera adminiſtratio rerum commiſſa eſt.

CXXII. [e] Si quis plenam cuiquam poteſtatem dederit, liberam dediſſe intelligitur.

CXXIII. [f] Si quis ſe ratum habiturum cauit quod à procuratore geſtum fuerit, liberam poteſtatem permiſiſſe ei non videtur. [g] Itidem ſi gerere procuratorem ſtatuerit quę ipſe præſens poſſet. [h] Ac ne quidem huiuſmodi verbis procuratori poteſtas tranſigendi datur. [i] Sed ſi tranſactio interuenerit, ratam habere eam dominus poteſt.

ſ c. qui generaliter h. t.
t c. generali. de offic. vica. lib. 6. cum ibi annot. clem. 2. h. t. Fa. reg. generali de reg. iur lib 6. l. 1. §. quoties. & ibi glo. D. de vi & vi arm.
u l. ſi procuratorem D. Man. l. 1. §. magiſtratũ. D. de exerci. Bart. in l. vſucapione. §. 1. D. de diuerſ. & temp. præſcr. & in l. quod quis. C. h. t. & ibid. Bald. Saly. Caſtr. & Alex. Iaſ. in l. 1. C. de procur. Caſ.
* l. ſi ego. D. quod vi aut clam c. ſi cui de off. deleg.
x l. iuſiurandũ quod ex conuentione. §. vlt. D. de iureiur.
z l. Procurator totorum. D. h. t. l. Procurator. C. eo t.
a l. ſi pretiũ ibi.
b l. Pactum. C. de pact. l. cõtra. §. 1. D. eo. t. l. 4. C. de non. l. Præſes. C. de tranſ.
c l. mãdato. D. h. t.
d Bart. & Ang. in d. l. Mandato. Idẽ Bart in l. qui bona. §. ſi alieno. D. de dam. inf. c. per tuas. & ibi DD. de arb.
e l. ſi procurator. & ibi gl. C. h. t.
f c. cùm cauſam de iura calum. glo. & DD. in c. contingat. de tranſ. & in c. ex parte Decani. de reſcr. Bar. in l. 1. D. h. t. Lud. Romanus in l. in prouincia li. §. 1. D. de oper. no. nunt. Iaſ. in l. ſi tranſactionis. C de trãſ. l. quam Tuberonis §. 1. D de pec. Citra Angeli ſententiam. in l. ſi procuratorem. D. h. t.
g Io. Oldendorpius Claſſe 4 Act. 24. Contra DD. communem ſententiam à Iaſone relatam. in l. 1. D. de off. Proc. Caſ. per l. Creditor. §. Lucius. D. Mand. cui adſtipulatur Bart. in l. Procurator cui. Spec. h. t. l. libera D. h. t. DD. in c. expoſuit. de dilat. Arch. in c. 1. de reſc. li. 6. Lud. Romanus Conſ. 94. Item Bart. in l. 1. D. de ſolut. Bald. in l. 1. C. de bonis mater. Iaſ. in d. l. in prouinciali. §. ſi ego.
h Spec. h. t. cap. quando ratione ſui & cauſa, & cet. arg. c. 1. h. t. & can. relatio. 21. q. Bart in l. 1. D. de off. Proc. Caſ. Cyn. & Bald. in l. ſi proc. ad vnam C. h. t.
i c. per tuas. de arbitr.

CXXIV. [k] Ferè tãtum efficit libera quam ſpecialis poteſtas.

CXXV. [l] Qui ad agendum, & defendẽdum, & generaliter ad omnia, etiamſi mandatum exigant ſpeciale, conſtituitur procurator; ex vi generalitatis huiuſmodi ad aliquem articulum, in quo ſpeciale mandatum exigitur, admitti non debet: Sed ſi aliquis vel aliqui de articulis ſpecialem mandatum exigentibus relati fuiſſent adiecta clauſula generali, tunc ad non expreſſos etiam admittitur.

CXXVI. [m] Procurator, cui libera rerum adminiſtratio commiſſa eſt, vẽdendi fructus & res quæ facilè corrumpi poſſunt, habet poteſtatem, etiamſi ſpecialiter mandatum non ſit: Cæteras res ita demum, ſi id negotia domini omninò expoſcant, quæ alio modo ſalua eſſe non poſſint.

CXXVII. [n] Procurator, cui generaliter libera adminiſtratio rerum commiſſa eſt, poteſt exigere, nouare, aliud pro alio permutare: ſed & id quoque mandari videtur, vt ſoluat creditoribus.

CXXVIII. [o] Procurator abſque ſpeciali mandato [p] iuramentum deferre, [q] tranſigere, [r] compromittere, [ſ] vel paciſci nõpoteſt, niſi ei bonorum vel cauſç adminiſtratio liberè ſit conceſſa.

CXXIX. [t] Procurator cui libera poteſtas data eſt, donare non poteſt.

CXXX. [u] Si libera cuiquam adminiſtrãdi res ſuas poteſtas detur; plenè quidem, ſed quatenus res ex bona fide agenda eſſet, mandaſſe intelligitur. [x] Et quantumcunque generale ac liberum arbitrariúmve ſit mandatum, tamen ea non comprehendit, ex quibus dominus delicti coargui, aut in pœnam fraudémve poſſet incidere.

CAP. VII.

De procuratore in rem ſuam.

CXXXI. [z] PRocuratore in rem ſuam dato, præferendus non eſt dominus procuratori in litem mouendam, vel pecuniam ſuſcipiendam. Qui enim ſuo nomine vtiles actiones habet, ritè eas intendit, [a] & ſuo nomine libellum rectè concipit: ſibique dari poſtulat. [b] Nam procurator in rem ſuam datus, loco domini habetur.

CXXXII. [c] Procurator in rem ſuam datus à creditore, [d] ſi litem conteſtatus ſit, vel aliquid ex debito acceperit, [e] vel debitori denuntiauerit, efficit vt ſolui amplius creditori non poſſit; alioqui debitor qui ei ſoluerit, liberatur: ſed mandati creditor ei, in quem ius ſuum tranſtulerat, tenebitur.

CXXXIII. [f] Procurator in rem, nõ eum qui actiones ſibi mandauit, ſi is recõueniatur, defendere tenetur.

CXXXIIII. [g] Procurator in rem ſuam damnatus, iudicati actione, non is qui dominus fuit, conuenitur.

CXXXV. [h] Exceptiones in rem, cuiuſmodi eſt compenſatio ex perſona cedentis procuratori, in rem ſuam opponi poſſunt.

CAP. VIII.

De effectu rerum à procuratore geſtarum.

CXXXVI. [i] NOſtris moribus procurator domino, cuius nomine contrahit, acquirit.

CXXXVII. [k] In iudiciis per procuratorem domino actio quæritur, etiamſi non cedat.

CXXXVIII. [l] Procurator conſtitutus ad emendum, aliúdve expediendum, ſi poſtea mandati non facta mentione emat, vel ſtipuletur, aliúdve gerat; non ſuo, ſed procuratorio nomine geſſiſſe cenſebitur: niſi fortè id ipſum longo pòſt interuallo fecerit.

CXXXIX. [m] Confeſſio procuratoris domino nocet, * ſed quoad illud duntaxat iudicium in quo procurator extitit.

CXL. [n] Si quis procuratorio nomine contraxerit, non ſe, ſed eum qui mandauit, aut ratum habuit, obligat. [o] Attamen ſi procurator tam ſuo quàm domini nomine contrahat, vtrunque obligat.

CXLI. [p] Si is cui mandatum eſt, ſuo nomine contraxerit, non obligat dominum creditori, niſi dominus ratum habeat, aut in rem eius pecunia verſa ſit. [q] Et eum, qui mutuam ſumpſit pecuniam, licèt in res alienas, creditore non contemplatione domini rerum eam dante, principaliter obligatum remanere oportet.

CXLII. [r] Si mandatum rei turpis ſit impletum, tam qui mandauit, quàm qui ſuſcepit mandatum, puniuntur.

CXLIII. [ſ] Sicut factum procuratoris mihi prodeſt, ita & nocet.

CXLIIII. [t] Si procuratorio nomine mi-

k c. qui ad agendum h.t li. 6. Bald. in l. illud. §. 1. D. de mino.
l d.c. qui ad agendum. Bart. in l. Procurator cui. D. Man.
m l. Papo. 2. Notario. h.t. ex DD. ſententia.
n l. Procurator cui generaliter. D. h.t.
o d.c. qui ad agendum.
p Idem l. ait Prætor in prin. & arg. l. 1. & l. iuſiurandum. & l. duobus. §. quod reus iurauit. D. de iureiu.
q Idem l. Tranſactionis. C. de tranſ. arg. l. Præſes. C. eo. t. Egui. Baro in l. mandato. D. h.t.
r arg. l. mandato. vbi Bart. & Ang. D. h.t. d.c. per tuas. de arb. Bart. in l. qui bona. § ſi alieno. D. de dam. inf.
ſ d.c per tuas.
t l. pactum. D. de pact.
u l. creditor. §. Lucius Titius. D. Mand. l. Thais ancilla. § ſorore ſua. & l. fideicommiſſa. §. quod ſi rata ſcriptum. D. de fideic. lib. fa. l. ſi in lege in prin. D. loca.
x arg. l. ſi procurator. D de cõdict. indeb. l. 1. §. ſi procurator. D. quod quiſque iur. l. t. §. ſi procurator. D. de his quæ in fraud. cred. l. ſi pater. & l. ſi quis iuſſum. D. de dam. inf. Lud. Romanus Conſ. 60.
z l. Procuratore. C. h.t. l. quæ omnia in fi. D. eo. t.
a Bart. in l. ſi quis in rem. D. mand. l. qui ſtipendia. C eo. t.
b l. ſed ſi tantũ. D. de pact.
c l. 3. C de nou.
d Idem l. poſt litem. D. eo. t. e Idem in ſimili re l. ſi cùm venditor admonuiſſet emptorem D. de euict. f l. ſi quis in rem & ibid. glo. D. Mand. g l. Pianus D. h.t. h Dynus in reg. ſi quis in rẽ. & reg. qui in ius de reg. iur. lib. 6. Bart. in l. ſi quis in rem. D. Manda. & in l. qui duo. D. de lega. 1. Guido Papa Deciſ. 567.

i Iure ciuili Romanorum contra eſt res, niſi procurator cedat actiones l. cum res. C de dona. l. Stipulatio iſta. § alteri. D. de verb. oblig. l. 1. C. per quas perſo. nob. acq. l. certi condictio. D. de reb. cred. ſi cert. pet. niſi quod eo iure per procuratorem non ſolum ſcientibus, ſed & ignorantibus acquiratur poſſeſſio, & per hanc, dominiũ ſi dominus fuit qui tradidit, vel vſucapio, aut lõgi temporis præſcriptio, ſi dominus non ſit. §. vl. Inſt. per quas perſ. nob. acq. l. poſſeſſio quoque. in ſi. D. de acq vel amitt. poſſ. Eodem quoque Romano iure ſi præſente domino ſtipulatur procurator, acquirit domino, nec eſt opus ceſſione. l. ſi procuratori. D. de verb. oblig. Similiter eo iure quod procurator ex re domini mandato non refragante ſtipulatur, dominus inuito procuratore petere poteſt. l. pen. D. ad exh. l. quod procurator. D. mãd. & generaliter eodem iure traditur ſi procurator cõtrahat ex re vel circa rẽ vel de re domini, acquiri actionẽ & obligationẽ domino etiã abſque ceſſione l. certi cõdictio. § numerauit D. de reb. cred. l. ſi ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. D. de verb. oblig. Cyn. in l. multũ intereſt. C. ſi quis alter. vel ſibi. & l. ſi procurator. D. h.t. & ibi Butrig. Glo. in c. quanquã. de vſur. li. 6. & in c. 1. de pact. Glo. vẽ in ca. quoties. 1. qu. 7. Deciſ. Capel. Toloſ. 152. Bart. tamen in l. Iulianus. §. procurator, diſtinguit ſi procuratorio nomine contraxerit, acquiri actionem vtilẽ domino etiam ſine ceſſione: ſi ſuo, contrà. arg d. §. Item Iure ciuili Romano in omnibus caſibus qui ad liberandũ pertinent, domino quæritur per procuratorem l. reſcriptum. D. de pact. vbi ſi procurator meus paciſcatur, doli exceptio mihi proderit. & in eã l Bart & Iaſ. Illo quoque iure militi & pupillo: Iure ipſo quæritur. l. ſi vt proponis. C de rei vend. & generaliter eodem iure Romano cùm procurator, vel alius qui habet actionem quam cedere debet, abeſt, vtilis actio, propter abſentiã procuratoris accommodatur domino. l. damni. §. vlt. D. de dam. inf. Bart. in l. dominus. D. de condict. indeb. vt & ferè obſeruatur cùm qui habet directam actionẽ, ſoluendo non eſt. l. 1. in ſi. cum l. ſeq. D. de inſt. k l. ſi procurator. & l. in cauſa. D. h.t. l Bart in l. Titiũ aut Mæuium. § alter. D de adm. tut & in l. 3. §. vnde quæri poterit. Contra id quod idẽ Bart ſentire videtur in l poſt dotem D. Sol. matr. m Cyn. in l. vn. C de conf. e Suborta. & ibi glo. de re iud. c. 1. cũ ibi annot. vt lite non conteſt. Hoſt. t. de confeſſ. Spec. eo. t. § poſtremo. verſic. ſi vero per procuratorem. Deciſ. Capel. Tolo. 391 * DD. in c. per inquiſitionẽ. de elect. n l. & licet. D. de conſt. pec glo. in l. Ei qui ſeruo. D. quod cũ eo. arg. l. vlt. D. de inſt. act. & l. mulier. D. de don. inter vir & vxor. l. ſi cũ venditor. § diuiſione. D. de euict. vbi dominus ſolus eo quòd ratũ habet geſtum à procuratore mandatũ non habẽte, vbi ſpecialiter deſiderabatur, obligatur. Quod argumento eſt, ſi mandatum fuiſſet, futurum fuiſſe vt ſolus dominus obligaretur vt annotat Bald. in d. l. ei qui ſeruo & in l. ſi ex contractu. C. d. t. quod cũ eo. l. ſi pupilli. §. Item ſi procuratori. D de neg. geſt. o Idem Bald. d. l. ei qui ſeruo. Cynus l. ſi cùm venderem. C. vbi cauſa fiſc. arg. l procurator qui pro euictione. D. h.t. & Angel. p Glo. & Bart. in l. ſi pupilli. §. 1. D. de neg. geſt. l. cũ quis. C. ſi cert. pet. l. ei qui ſeruo. & ibi Bald. C. quod cum eo qui in alien. q d l cum quis. r l. ſi ſolum. § ſi mandato. D. de iniur. ſ l. reſcriptum in ſi D. de pact. t l. ei mandatu. D. de mino.

nor cir-

nor circumſcriptus ſit, imputari debet hoc domino, qui tali commiſit ſua negotia.

CXLV. [u] Procuratoris datio, atque domicilij electio cum alio, aliáve in re facta; alij, aliáve in re non prodeſt.

CXLVI. Falſus procutator dicitur, qui vel nunquam fuit, vel fuit quidem, ſed non fuit cùm pro eo ſe geteret,[x] vel qui mandati fines excedit,[z] qualis eſt, cui mādatum eſt vt veudat, aliúdve quid certo modo agat, & cōtra præſcriptam legem facit. Et quod ab huiuſmodi procuratoribus geritur, irritum eſt.

CXLVII. [a] Si per colluſionem procuratoris abſolutus ſit aduerſarius, mandati procurator tenebitur. [b] Sed ſi ſoluendo non ſit, tunc de dolo actio aduerſus reum qui per colluſionem abſolutus ſit, danda erit. Sed & d[illegible]te quam ſuſcepit exeqoenda, teneri eum conſtat.

CXLVIII. [c] Procuratorem damnatom non debere conueniri, niſi aut in rem ſuam datus eſſet,[d] aut obtuliſſet ſe, cū ſciret cautū non eſſe; omnibus placuit. Idem erit obſeruandum & ſi defenſoris loco cum ſatiſdatione liti ſe obtulerit.

CAPVT IX.

Quibus modis mandatum procuratoris finiatur.

CXLIX. [e] NOſtris moribus morte mandantis finitut procuratoris mandatum: aliúſque in iodiciis dari procurator debet.

CL. [f] Procurator ab Antiſtite, Rectore, vel alio quolibet Eccleſiæ ſuæ, vel ſacerdotij nomine conſtitutus, morte conſtituentis reuocatur: etiam quoad negotia iam cœpta, & cauſas, in quibus per ipſum lis fuit ante eius mortem conteſtata.

CLI. [g] Mandatum tutotis eius morte extingoitur: vt ecce, ſi per epiſtolam tutor cuiquam mandauerit vt pupilli nomine hæreditatem adiret, ſi poſt ſubſcriptam epiſtolam tutor moriatur, antequā ex epiſtola procurator adiret, nemo dicturus eſt obligari poſtea pupillum hæreditati.

CLII. [h] Geſta cum procuratore poſt domini mortem, tametſi eam procurator & quicum agebantur, ignorarint, rata in iudiciis non ſunt. Aliis in rebus vtilitatis cauſâ non infirmantur.

CLIII. [i] Si quid in eius gratiam, cui mandatum eſt, fuerit mandatum, morte mandantis non ſoluitur.

CLIIII. [k] Procutator litium cauſa datus à procuratore, cui generaliter rerum adminiſtratio mandata eſt, procuratoris generalis morte procorator eſſe non deſinit, ſed domini. [l] Ab alio procuratore datus poſt dantis mortem, omni caret poteſtate, [m] niſi alium procuratorem dandi dominus dederit facultatem.

CLV. [n] Morte eius cui mādatum eſt, ſoluitur mādatum: & ob id hæres eius, licèt executus fuerit mandatum, non habet mandati actionem.

CLVI. [o] Iure Gallico, cùm litis inſtrumeota penes actuarium depoſita ſunt, & lis ita conſtituta vt iudicium fieri tantummodò reſtet, ſi vnus è litigatoribus decedat, nihilominus iudex ſententiam ferre debet, ſicut ſi litigatores eſſent ſuperſtites.

CLVII. [p] Ante litem conteſtatam libera poteſtas eſt mutandi procuratoris, vel ipſi domino iudicium accipiendi.

CLVIII. [q] Procutator negotiorum cauſâ datus, quandocunque reuocari poteſt.

CLIX. [r] Etiamſi quis ſe non reuocaturum procuratorem iurauerit, tamē ſi contrà fecerit, reuocatio irrita non habetur: verùm periurij crimine qui hoc egit, ſe obſtrinxit.

CLX. [ſ] Poſt litem conteſtatam, reus qui procuratorem dedit, mutare eum, vel in ſe litem transferre à viuo procuratore, vel in ciuitate manente, non poteſt: niſi cauſâ prius cognitâ. In cauſæ autem cognitione verſantur ætas, [t] religionis beneficium, item ſi ſoſpectus ſit procurator, aut in vinculis, aut in hoſtiū prędooúmve poteſtate, vel iudicio publico, priuatóve, vel maiore re ſua diſtringatur: vel exilio, vel ſi latitet, vel [u] inimicus poſtea fiat, aut affinitate aliqua aduerſario iungatur,[x] vel hæres ei exiſtat, [z] aut longa peregrioatio, & aliæ ſimiles cauſæ impedimento ſint, mutari debebit,[a] vel ipſo procuratore poſtulante. Quæ omnia non ſolùm ex parte rei, ſed etiam in perſooa actoris obſeruabuntur.

CLXI. [b] Sed ſi procurator dicat dominum mentiri, apud iudicem hæc finiri oportet. Nec ferendus eſt procurator qui ſibi

---

u arg. ann. à Bar. & Paul. Caſtr. in l. natu ſaliter. D. de vſuc. Imbertus lib. 1. Inſti. Forenſ. ca. 30. & c. cùm olim de offic. deleg. not. in c. ex parte Decani. de reſcr.

z l. ſi pretiū & l. ſi procurator. C. h. t. l. cùm mandatum C. mand. l. cùm procurator. §. vlt. D. de oper. noui nunt. l. quo ſundus. §. procurator. D. pro empt. l. nō abſolutis C. de nou. l. & ſi tāſum, & l. nam & neceſſe. D. de pact. l. trāſactionis. D. de tranſ. l. Pompo. §. ſed ſi is. D. h. t. l. iuſiurandum. §. vl. & l. ſi itaque. D. de iureiu. l. ſi procurator. D. de dolo ma. & met. exc.

a l. ſi procuratorem. D. manda. d. l. ſi procurator. C. h. t. l. 1. C. de adu. diu. iud.

b Affinia huic ſententia ſunt quæ in l. & elegātur. l. cùm à te. & l. cùm quis. D. de dol.

c l. Plautius. D. h. t.

d Idem l. 1. C. de ſent. & inter. om. iud.

e Ioan. Imbert Inſtit. Forenſium lib. 1. cap. 30. in ann. Iure ciuili Romano ita demum expirat, ſi res ſit integra: ſit, ut mortuo domino qui pro ſuo procuratore præſente iudicatum ſolui cauit, quod moris erat, procurator compellatur ad iudicium ſuſcipiendum: alioqui committitur ob rem non defenſam ſtipulationis clauſula. l. ſi defunctus. D. h. t. l. inter. in prin. l. qui negotia §. vlt. D. manda. §. recte. Inſtit. de mand. l. 5. vbi DD. D. de iuriſd. & in l. diem functo. D. de off. Aſſeſſ.

f cap. vlt. h. t.

g l. ſi per epiſtolam. D. de acqu. vel omitt. hæred.

h Bart. & Ang. in l. ſi procuratorem. D. h. t. Panormit. in cap. mandato. eod. arg. l. penultima. D. de ſent. quæ ſine app. reſcind. l. de qua re. §. ad abſentem. D. de iud.

i l. inter cauſas. in pr. & §. ſi quis debit. D. mand. l. fundi. D. de acq. vel amit. poſſ. l. verò. D. de ſolut. c ſi cui nulla de præb. lib. 6. gloſſ. in verb. cùm res non ſit integra. in c. in cauſis. de elect. & ib. Panor.

k DD. in l. mandatum. C. mand. Io. Faber in §. rectè. Inſtit. de mād. Glo. in l. inter cauſas. D. d. t. mand. Iudicio curiæ Pariſ. relato à Io. Papone. d. t. & à Ioan. Galle. quæſt 63.

l Arch. in c. quamuis de offi. iud. deleg. lib. 6. arg. d. l. c. Deciſ. Capellæ Toloſanæ. 369. arg. c. paſtoralis. d. tit.

m Deciſ. Rotæ. 418. Fa. l. item eorum. §. decuriones. D. quod cuiuſq. vniuerſ. arg. c. mulieres. de ſentent. excom.

n l. ſi quis alicui. § morte. D. manda. l. tā ex contractibus. D. de iud. Vueſembecius h. t. arg. quòd videatur electa induſtria perſona. l. vn. §. vbi autem. C. de cad. toll. in d. §. morte ita demum hoc caſu ſolui mādatum tenditur, ſi res ſit integra, quod moribus noſtris non conuenit, vt & ſuprà verſu 148. relatum eſt Pape. 2. notarie. h. t.

o Conſtitutione regia Franciſci I. Regis, anni 1539. ver. 90.

Iure ciuili Romano procurator cùm litis conteſtatione eiuſdem dominus factus eſſet, mortuo mandāte, nihilominus manebat. l. nulla dubitatio. C. h. t. Tametſi non defendebatur per procuratorem litigator, inefficaciter condemnabatur, quo modo intelligenda l. 2. D. quæ ſent. ſine appel. reſcin. l. de qua re. §. cùm abſentem. D. de iud & l. in ſumma. al. às in iudicio. D. de re. iudic.

p l. Ante litem. D. h. t. §. rectè. Inſtit. de mand. l. ſi verò. §. pen. & l. ſi quid. §. 1. D. mand. l. 5. D. de iuriſd.

q arg. l. ſi cùm Cornelius. D. de ſolut. c. vlt. h. t. lib. 6. Ang. in l. poſt litem. D. h. t. Tamen §. rectè. Inſt. de mand. addit exceptionem, ſi res integra non ſit. Quod à moribus Gallicis diſcrepat. de quo ſupra ver. 148. & 153.

r Glo. in c. vlt. §. vlt. in verb. reuocatus. h. t. lib. 6.

ſ l. poſt litem. & 8. ll. ſeqq. D. h. t. l. ſi poſt datum. l. procuratoribus C. eo. t. c. 2. d. t. lib. 6.

t idem l. filiusfa. in fin. d. t.

u Idem l. filiusfa. §. vlt. d. t.

x Idem l. vel hæreditas. d. t.

z Idem l. aut ſi valetudinem. d. t.

a l. filiusfa. §. vlt. & 2. ll. ſeqq. d. t.

b l. quæ omnia. d. t.

adſerit procurationem. Nam hoc ipſo ſuſpe-
ctus eſt, qui operam ſuam ingerit inuito; niſi
fortè purgare magis conuitium, quàm pro-
curationem exſequi maluit. Et hactenus erit
audiendus, ſi dicat ſe procuratione quidem
carere velle: ſed ita, ſi id illæſa exiſtimatione
ſua fiat. Cæterùm ferendus erit, pudorem
ſuum purgans.

CLXII. [c] In cauſæ cognitione etiam hoc
verſabitur, vt ita demum transferri à procu-
ratore iudicium permittatur, ſi omnia iudicij
transferre paratus ſit: cæterùm ſi velit quæ-
dam transferre, quædam relinquere, iuſtè
procurator hanc inconſtantiam recuſabit.

CLXIII. [d] Geſta cum procuratore reuo-
cato rata habenda ſunt, ſi reuocatio à procu-
ratore, ac eo quicum negotium fuit, ignorata
ſint. Vt ecce, ſi quis mandauerit vt Titio ſol-
uam, deinde vetuerit accipere, ſi ignorans
prohibitum eum accipere, ſoluā; liberabor:
ſed ſi ſciero, non liberabor.

CLXIV. [e] Similiter ſi quis mandauerit a-
licui, vt ipſius ſacerdotium apud eum, cui eius
rei poteſtas fuerit, eiuraret, idque poſtea ve-
tuerit: ſi id procurator, iſque apud quem ea e-
iuratio facta ſit, ignorauerint, eiuratio non fit
irrita.

CLXV. [f] Itidem ſi mandatum litis causâ
datum, aduerſarius vel iudex reuocatum co-
gnouerint, iudicium non ſubſiſtit: [g] tametſi
ante litem conteſtatam reuocatum ſit. Si i-
gnorauerint, contrà eſt.

CLXVI. [h] Hoc iure vtimur, vt qui pro-
curatorem litis reuocat, alium dare debeat;
aliâs fruſtrà reuocetur.

CLXVII. [i] Si incerta perſona ſit, quicum
gerere negotium procurator poſſit, publicè
denuntiari procurationis reuocatio debet.

CLXVIII. [k] Si litigatores litis inſtru-
menta iudicij ferendi cauſa penes actuarium
protulerint, iudicem ferre ſententiam, tamet-
ſi ij procuratores reuocent, nihil impedit.

CLXIX. [l] Rata habere dominus geſta à
procuratore reuocato, poteſt.

CLXX. [m] Attamen ſi procurator matri-
monij contrahendi causâ datus, antequam
contraxerit, à domino fuerit reuocatus, con-
tractum poſtea matrimonium ab eodem (li-
cèt tam ipſe, quàm ea cum qua contraxit, re-
uocationem huiuſmodi penitus ignorarint)
nullius momenti eſt: cùm illius conſenſus
defecerit, ſine quo firmum eſſe matrimo-
nium nequit.

CLXXI. [n] Si quis prohibuit, vel denun-
tiauit ex cauſa venditionis tradi rem, quæ i-
pſius voluntate à procuratore fuerit diſtracta;
& is nihilominus tradiderit, emptorem tue-
bitur iudex, ſiue poſſideat, ſiue petat rem.

CAP. X.

De actione mandati directa, quæ domino competit aduerſus procuratorem.

CLXXII. [o] PRocurator, vt in cæteris ne-
gotiis gerendis, ita & in li-
A tibus bona fide rationem reddere debet. Ita-
que quod ex lite conſecutus erit, ſiue princi-
paliter ipſius rei nomine, ſiue extrinſecus ob
eam rem, debet mandati iudicio reſtituere:
vſque adeò, vt ſi aut per errorem, aut per in-
iuriam iudicis non debitum conſecutus fue-
rit, id quoque reddere debeat.

CLXXIII. [p] Si procuratorem dedero,
nec inſtrumenta cauſæ mihi reddat, manda-
B ti tenebitur. Nec eſt probabilis ſentētia exi-
ſtimantium, ex hac cauſa agi poſſe depoſiti;
vniuſcuiuſque enim contractus & initium
ſpectandum eſſe & cauſam.

CLXXIIII. [q] Procurator non tantùm
eorum ratione quæ geſſit; ſed etiam eorum
quæ gerenda ſuſcepit, & tam propter exa-
ctam ex mandato pecuniam, quàm non exa-
ctam, tam dolum quàm culpam, ſumptuum
C ratione bona fide habita, præſtare neceſſe
eſt.

CLXXV. [r] Si per procuratorem cauſa
tua læſa ſit, mandati actio aduerſus eum tibi
competit.

CLXXVI. [ſ] Si per colluſionem procu-
ratoris abſolutus ſit aduerſarius, mandati pro
curator tenebitur. [t] Sed ſi ſoluendo non ſit,
tūc de dolo actio aduerſus reum qui per col-
luſionem abſolutus ſit, danda erit.

CLXXVII. [u] Falſus procurator depoſi-
D tum recipiendo, vel æs alienum exigendo ci-
tra domini voluntatem, furtum facit.

CLXXVIII. [x] A procuratore dolum &
omnem culpam, non etiam improuiſum ca-
ſum præſtandum eſſe, iuris authoritate mani-
feſtè declaratur.

CLXXIX. [z] Poteſt tamen res hac con-
ditione deponi, mandatúmque ſuſcipi, vt res
periculo eius ſit qui depoſitum vel manda-
tum ſuſcepit.

E CLXXX. [a] Noſtris moribus, ſi iudex ini-
què decernat, appellare procurator non te-
netur, [b] multò minùs appellationis cauſam
proſequi.

CLXXXI. [c] Inuitus procurator defen-
ſionem abſentis ſubire nō compellitur; cùm
fidem ſuſceptam implere ſufficiat.

CAPVT XI.

De actione mandati contraria, quæ
F ### *procuratori aduerſus dominum datur.*

CLXXXII. [d] QVicquid procura-
tor in rem domini
impendit, contrario mandati iudicio repe-
tere poteſt: [e] ſed & reputare cum eo quod
è re domini receperit. [f] Sed & actoris procu-
G rator propter impenſas quas in litem fecit,
poteſt deſiderare vt ſibi ex iudicati actione
ſatisfiat, ſi dominus litis ſoluendo non ſit.

p *l. ſi procuratorem. D. mand.*
q *l. Procurator. C. eo. t. l. ſi lusſa. §. vlt. l. ſed & ha. §. vlt. D. d. t. l. ſi procuratorem. D. mand.*
r *l. cùm per procuratorem. d. t.*
ſ *l. ſi procuratorem. D. d. t. manda. l. ſi procurator. C. eo. t. l. 1. C. de adno. diuerſ. iud.*
t *Affinia huic ſententiæ ſunt, quæ in l. & eleganter. l. cùm à te. & l. cùm quis. D. de dolo.*
u *l. falſus. C. de furt.*
x *l. à procuratore. C. h. t.*
z *l. & Ariſtone. D. h. eo. t.*
a *Maſuerius. h. t. Contra iuris ciuilis Romani præſcripta. l. Inuitus. C. h. t. & Pontificij. c. non iniuſtè. vbi Gl. h. t. vbi appellandū procuratori ſtatuitur, vel certè denuntiandum domino vt de ea re ipſe ſtatuat arg. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cùm debitor. D. mand.*
b *Idem iure ciuili Romano. l. maritus. vbi DD. C. h. t. arg. quod in paucis ſufficit rebus amici eē ſuiſſe l. Tutores. C. de neg. geſt. nec vlterius onerandus eſt quàm quatenus negotiū in ſe ſuſcepit. Suſcepit autem iudicium quod per ſententiam ſoluitur. l. eudem poſteaquam. D. de re iudic.*
c d *l. inuitus. l. ſi ſe non obtulit. in princ. iuncta glo. D. de re iud.* d *De quo ſuprà tit de mandato. hoc libro, ver. 114. 115. & 116.*
e *l. Procurator. C. h. t. Io. Faber. in l. vn. C. etiā ob chirog. pec. pig. ret. poſſe. glo. & Bart. in l. ſi non fortè §. ſi centum. D. de condict. ind. in l. vlt. C. Commo. & in l. qui omnia §. vlt. D. h. t.* f *l. Actoris D. h. t.*

CLXXXIII. [g] Si à latronibus procurator domini negotium gerens ſit ſpoliatus, mero quidem iure dominus id damnum pręſtate non debet: [h] ſed ſummæ æquitatis ratio mouere humaniores homines debet, vt id rependant: [i] quod & de damno in legatione accepto ſtatuendum.

CLXXXIV. [k] Tametſi qui fines mandati egreſſus eſt, actionem tantùm habeat in quantitatem mandato comprehenſam: tamen ſi ſciente domino id fecerit, in reſiduum quoque habet actionem.

CLXXXV. [l] Si remunerandi gratiâ honor interuenit, erit mandati actio. [m] Et ſi quis ſalarium certum promiſerit, peti illud nihil prohibet.

CLXXXVI. [n] Salarium incertæ pollicitationis, nec extra ordinem rectè petitur: nec iudicio mandati, vt conſtituatur.

CLXXXVII. Noſtris moribus, qui procurationem factitant, hócque vitę inſtitutum inierunt, ſalarium rectè petunt.

CLXXXVIII. [o] De lite paciſci procurator, ac ſocietatem futuri emolumenti cum domino coire non poteſt; idque contra bonos mores eſt.

De ſyndico.

TIT. III.

Hic titulus quinque capita habet. Primum eſt, Quis ſit ſyndicus. Secundum, Qui dari ſyndici poſſunt, vel non. Tertium, Quomodo & à quibus ſyndici conſtituantur. Quartum, Quæ & cuiuſmodi ſit ſyndici poteſtas. Quintum, Quibus modis finitur ſyndici poteſtas.

I. [a] SYndicus eſt actor municipij, collegij, aut cuiuſcunque vniuerſitatis non illicitæ, communi mandato datus ad lites & cauſas vniuerſitatis in iudicio perſequendas.

II. [b] Actor ſæpe pro ſyndico, & ſyndicus pro actore appellatur. [c] Sed ſyndicus vt plurimùm appellatur generalis procurator datus ad omnes cauſas tractandas, [d] tam præſentes quàm futuras. Actor autem procurator ſpecialiter ad vnam cauſam peragendam impedito fortè ſyndico conſtitutus.

CAP. II.

Qui dari ſyndici poſſunt, vel non.

III. [e] DEfenſores, quos Græci ſyndicos appellant, & qui ad certam cauſam agendam vel defendendam eliguntur, laborem perſonalis muneris aggrediuntur. [f] Et ideo inuiti dari à ciuitate poſſunt; [g] non etiam ab alia quacunque Vniuerſitate, collegióve.

IIII. [*] Actor ſeu ſyndicus etiam filiusfamiliâs dari poteſt.

V. [*] Ex decurionum ordine deligi ſyndicus poteſt.

VI. [h] Ex ipſa Vniuerſitate deligi ſyndicum par eſt, cùm maiore ſtudio ac fide ſuæ ciuitatis cauſas ſit acturus, quàm extraneus. [i] Tamẽ ex cauſa ac propter neceſſitatem conſtitui etiam extraneus poteſt.

VII. [k] Syndicus ex eorum numero conſtitui poteſt, quibus eius deligendi poteſtas mandata eſt. [l] Attamen is cui hæc poteſtas data eſt, ſe ipſum deligere non poteſt, [m] quia id ei commiſſum non cenſetur.

VIII. [n] Qui procuratores eſſe prohibentur, nec eſſe ſyndici poſſunt.

IX. [o] Qui valetudine aut aliis impedimentis diſtringuntur, quo minus ſupereſſe negotiis poſſint, creandi non ſunt: aut ſi creati ſunt, reuocari ſtatim debent.

CAPVT. III.

Quomodo & à quibus ſyndici conſtituantur.

X. [p] COnſtituuntur ſyndici aut à lege, vel cõſuetudine: aut ab Vniuerſitate: aut ab ordine, aut iis quibus ordo commiſit.

XI. [q] A lege vel conſuetudine conſtituuntur ſyndici, vt cùm lex, conſuetudo, decretũ vniuerſitatis hanc poteſtatem cõcedit: [*] veluti ſi iubeat maiorem natu huic muneri præfici, aut peritia potiorem, aut alium ex certo ordine familiáve hominem.

XII. [r] Syndicus ab vniuerſitate conſtitui poteſt [ſ] cùm duæ ſaltem eius partes adeſſent. Iſque erit [t] quem ex his duabus partibus maior pars delegerit: [u] cùm tamen conuocati ſolenniter omnes fuiſſent.

XIII. [x] In conſtituendo ſyndico potiſſimùm antiqua forma & conſuetudo ſpectãda eſt. [z] Ac plerumque conuocatis ritè omnibus, quod fit à maiori parte præſentium, ratum habetur.

XIIII. [a] Quod diximus, omnes ex Vniuerſitate conuocandos, de iis intelligi debet qui ius ſuffragij habent. [b] Itaque mulieres non cõuocãtur, cùm ab iis omnibus publicis mu-

g De quo ſuprà d. l. mand. verſ. 117.
h De quo latem in ann. d. verſu. glo. in l. inter. §. non omnia. D. mãd.
i Bartol. & Bald. in d. §. non omnia. Panor. in cap. cum pro cauſa hoc t. annotationibus in d. verſum 117.
k cap. cùm olim ibi protinus contradixit. & ibid. Gloſſ. & Panor. de off. deleg.
l l. ſi remunerandi. l. ſi ſalarium. D. mandati.
m l. 1. & l. ſalarium. C. eo. tit. l. qui mutuam. §. ſalarium. D. d. tit. in ind. l. 1. §. ſi cui. D. de variis & extr. cogn. l. 1. Cod. de ſuffr. l. hoc iure. §. 1. D. de dona. Guido Papa quæſt. 102.
n d. §. ſalarium.
o l. ſumptus. D. de pact. d. §. ſi cui. De alia verò re quam ea quæ controuertitur paciſci permiſſum cenſet Baldus in l. ſi quis aduocatorum. D. de poſtul. & Ang. in d. l. ſumptus.
a l. 1. & toto t. D. quod cuiuſcunque vniuerſitatis nomine, vel contra eam aga.
b d. l. 1. §. quib. in verb. & actorem ſiue ſyndicũ. l. nec ciuitatis. D. de procur.
c Gloſſ. in d. l. 1. in verb. ſyndicũ. per l. 1. §. 1. & §. quod ſi actor. l. munerum. §. defenſores. D. de mun. & hon.
d d. l. item. d. §. 1.

e l. munerum. §. defenſores. D. de mun. & hono.
f Ang. in l. filiusfa. §. inuitus. D. de procur. per d. §. defenſores.
g Io. Aretins in l. 1. C. etiam per procur. Io Pratenſis in d. §. inuitus. Spec. h. t. arg. d. l. filiusfa. §. veterani.

f d. l. item eorum. §. vlt. D. quod cuiuſque vniu. arg. quia in publicis habetur ratio patriæ poteſt. in l. ſolẽt. vide Bart. d. t. quod cuiuſq. vniu. quippe. D. & ind. l. filiusf. D. de his qui ſui vel alieni iur. ſunt.
* l. Planè. D. quod cuiuſq. vniu. vbi gl. & Bart. l. in Eccleſiis. C. de Epiſc. & cler. l. Decernim. C. de Epiſc. aud. l. vt gradatim. §. ſed & ſi. D. de mun. & hon.
h c. 1. h. t. d. l. planè.
i Spec. h. t. nu. 20. per c. in pertractandis. de iura. cal. d. c. in Eccleſiis. l. 2. §. 2. D. de cõ. ſur.
k d. l. planè.
l l. Præſes 14. D. de off. præſ. gl. & Bart. in d. l. planè.
m l. qui cùm tutorib. D. de tranſ. l. inquiſitio. C. de ſol. arg. quod ſoli ipſi eum dicere videretur quod non licet. l. qui iuriſdictioni. vbi DD. D. de iuriſd. & quod ſuſpectus videretur ſe ingerens. l. quæ omnia. D. de proc.
n l. 1. §. vlt. D. quod cuiuſ. vni. no.
o d. §. vlt.

p l. nulli. D. d. t. quod cuiuſque vni.
q d. l. * Veſembecius. d. t.
r d. l. nulli. & ibi Bart. l. item eorum. §. 1. D. d. t. quod cuiuſ. vn. nom. Spec. h. t. per c. inter monaſterium. de ſent. & re iud. Contra Baldi & Alex. ſententiam in l. reſcripto. §. vlt. D. de pact.
ſ d. l. nulli. D. d. t. quod cuiuſque vniuer. & l. nominationem. Cod. de decur. lib. 10.
t Sic debet intelligi l. quòd maior. D. ad muni. & cap. 1. de his quæ fiunt à maio. part. cap. de quo gloſſ. in l. aliud refertur. D. de reg. iur. & gloſſ. in d. l. nulli. Bart. in l. omnes populi. D. de iuſt. & iur. Abbas in cap. Cumana in gloſſ. ad verb. ad maiorem partem. c. Eccleſia veſtra. vbi quoque Abbas de elect.
u Bart. in l. 1. D. de alb. ſer. per Auth. ſi omnes. Cod. ſi minor ſe ab hæred. abſt.
x d. l. item eorum. in prin. & ibid. gloſſ. Spec. h. t. nu. 3.
z arg. ann. ad lit. t & v. ſuprà.
a Spec. d. t. de ſynd. nu. 3. & 4.
b l. 2. D. de reg. iur. Belui. lib. 5. cap. 16.

neribus remoueantur: [c]eadem ratione nec minores.

XV. [d]Fœminæ tamen, quibus, vel legibus, vel moribus collegium habere permiſſum eſt, vt in monaſterijs, & multis xenodochijs, aut orphanotrophijs & ſimilibus pijs locis ſyndicum conſtituere non prohibentur.

XVI. [e]Creandi ſyndici poteſtatem plerunque decuriones habent: [f]ac is id munus obtinet, quem pars maior præſentium elegerit, cum duæ partes adeſſent, vel ampliùs quàm duæ, ſi tamen conuocati ritè cæteri fuiſſent: [g]vt & de ſyndicis ab vniuerſitate conſtitutis ſuprà relatum eſt.

XVII. [h]Planè, vt duæ partes decurionum adfuerint, is quoque quem decernent numerari poteſt.

XVIII. [i]Illud etiam notandum, quòd & patris ſuffragium filio proderit, & filij patri: item eorum qui in eiuſdem poteſtate ſunt. Quaſi decurio enim hoc dedit, non quaſi domeſtica perſona. Quod & in honorum petitione erit ſeruandum, niſi lex municipij, vel perpetua conſuetudo prohibeat.

XIX. [k]Si non ex ita multis hominibus vniuerſitas, vel collegium conſtet, nominatim conuocari ſingulos in publicum mos eſt, præfecti, eiúſque cuius iſtud eſt, iuſſu: vel ſi maior, vel propè infinitus ſit numerus, digniores nominatim compellari: ac pręterea omnis vniuerſitas tubæ, vel campani æris ſono accerſi.

XX. [l]Omnes, quibus creandi ſyndici ius eſt, vno tempore in ſuffragium ire debent: [m]nec poteſt hæc ſuffragatio diuidi, aut per ratihabitionem abſentium ſuppleri: [n]vt nec reliqua ſolemnia.

XXI. [o]In numeroſa vniuerſitate, qualis eſt ciuium, nihil neceſſe eſt nomina eorum adſcribi qui ſyndicum conſtituunt, cùm id fieri facilè non poſſit: [p]præterquàm ſi vendendi cauſâ ſyndicus conſtituatur. [q]In paruis verò vniuerſitatibus, vt pagis atque villis, ruſticorum omnium qui præſentes fuerint, cùm cæteri conuocati fuiſſent, nomina ſunt inſtrumento ſyndicatus conſignanda. [r]Sed etſi maiorem partem delegiſſe ſit adſcriptum, inſtrumento credetur, donec contrarium probetur.

XXII. [ſ]Delectus ſyndicus à iudice confirmari ſolet. [t]Sed etſi id prætermiſſum ſit, eius non erit irrita conſtitutio.

A XXIII. [u]Syndicus ratam rem haberi cauere non compellitur: niſi de mandato probabiliter dubitetur.

CAPVT IIII.

Quæ & cuiuſmodi ſit ſyndici poteſtas.

B XXIIII. [x]POſſunt decernere decuriones, vel qui eius rei habent poteſtatem, vt quæcunque incidiſſet controuerſia eius petendæ, negotium Titius habeat.

XXV. [z]Si plures vnà ſyndici deligantur, ſingulis in ſolidum agendi conceſſa poteſtas intelligitur.

XXVI. [a]Syndicus, actórve ciuitatis, procuratoris partibus fungitur.

C XXVII. [b]Syndicus ferè ſemper cum libera poteſtate cõſtitutus intelligitur, tametſi hoc non ſit adſcriptũ. [c]Tutius tamen videtur ſpeciale mandatum dari iis in rebus vbi requiritur.

XXVIII. [d]Syndicus de calumnia iurare poteſt, qui res vniuerſitatis certiùs alijs cognoſcat: [e]procurator non item, niſi id ei nominatim ſit mandatum.

D XXIX. [f]Per ſyndicum vniuerſitas ſe dedere in patroni fidem ſolet rerum clientelarium nomine, earúmque profeſſionem eidẽ ſcripto offerre.

XXX. [g]Conſtitui poteſt actor etiam ad operis noui nũtiationem, & ad ſtipulationes interponendas: veluti legatorum, damni infecti, iudicatum ſolui.

XXXI. [h]Syndicus mutuum accipiendo ciuitatem obligat, ſi id ei nominatim ſit mádatom. [i]Quod vbi factum eſt, acceptæ pecuniæ confeſſio eius, pro veritate habetur.

E XXXII. [k]Syndici confeſſio in iudicio facta nocet vniuerſitati.

XXXIII. [l]Iure Romano, ſyndicus, tutor, vel curator dare in litem procuratorem non poſſunt, antequam conteſtata ſit: * cùm litis domini non fiant, niſi lite conteſtata, * poſt quam ſubſtituere procuratores poſſunt.

XXXIIII. [m]Syndicus ſine mádato ſpeciali vendere res vniuerſitatis non poteſt: [n]itidem

a l. exigendi. vbi DD. C. de proc. l. ad rempublicam. D. de mun. & hon. Decius latè in d. l. 2. contra Spec. ſententiam, hoc tit. num. 3. qui pupillos tantum & impuberes excludit, non puberes, & id obſeruari etiam tradit. arg. quòd puberes ſacramentum præſtare vniuerſitati, aut præfecti poſſint, aut debeant, cap. 1. §. præterea. tit. de alien. feudi per Feder.

d l. placet. C. de epiſc. & cler. Spec. h. t.

e d. l. nulli D. quod cuiuſ. vniu. nom. & l. item eorum §. ſi decuriones d. tit. Bald. in l. ſi ita. Cod. de ſer. reip. l. non ambigitur. D. de legib. l. 2. §. cumque difficilior. D. de orig. iur. l. Procuratores. & ibi. Bart. Cod. de decur. libro 10.

f d. l. nulli & annot. ſupra ver. 12.

g d. verſ.

h l. plane. D. d. tit. quod cuiuſq. vniu. nom. & annot. ſupra ver. 7.

i l. illud. & l. ſeq. d. t.

k Gloſſ. in l. aliud. §. referuntur. D. de reg. iur. Bart. in l. actuarios. Cod. de mun. lib. 10. Alex. in d. l. nulli.

l l. penult. C. de lega. libro 10. Spec. hoc t. & ibi Bald. in ann.

m l. vltim. Cod. de præd. decur libro 10.

n l. obligari. §. vltim. D. de auth. tut. §. vltim. Inſtit. eod. tit. l. continuus. in prin. D. de verb obl.

o Veſembecius tit. quod cuiuſq. vniu. nom.

p l. vltim. Cod. de vend. reb ciu. libro 11. cap. vltim. de proc. l. vltim. Cod. de præd. decur libro 10. Panor. in . ap. 2. de iis quæ fiunt a maio. part. cap.

q Bart in l. 1. D de albo ſcrib. Spec. h. t. per l. vlt C. de lega. libro 10.

r Spec. d. tit. num. 10. & 16. Bart. in d. l. 1. D. de alb. ſcr. vbi & Andr. Sicul. l. optimam. Cod. de contr & com. ſtip.

ſ argum l. 2. Cod. de Irenar. l. 1. & ibi Bart. Cod. de ſeruo reip. Dyn. in l. obligari §. tutor. D de auth. tut.

t Bald. in l. omnes 2. C de epiſc & cler. & in Margar. in verb. Syndicatus. in prin. Bart in l. actor. D. rem rat. hab DD. in l. nulli. D. quod cuiuſ. vniu. & in d. l. 1. C. de ſer. reip. & in l. municipio. D. vt in poſſ. lega. Bal. in Spec h. t.

u Glo. in l. item eorum. § vlt. ad verb de rato. per illũ text. D. quod cuiuſq. vniu. in l. Actor. D. rem rat. hab. arg. quòd vniuerſitas ſoluẽdo eſſe præſumatur. l. 1. D. vt lega. nom.

x d. l. item eorum. §. 1.

z Paul. Caſtr & Alex. in l. 1 §. 1. D. quòd cuiuſq. vniuer. nom. Bald. in cu. 1. §. priuilegia. ad verb finito. t. de pace Conſtan. quod contrà eſt in aliis procuratorib. vt ſuprà relatum eſt.

a d. l. item eorum. §. actor ciuitatis.

b Alex. Conſ. 22. nu. 11. vol. 1 Gloſſ. in d. l. item eorum. d. §. in verb. de rato. Ioann. Prat. in l 1 § . . . pe. in prin. D. de procur. Baldus in l Præſes. C. de tranſ. Alex. item in l. procurator . . . cui. D. d. t. de procur Contra eundem Bald. ſententiam . . . §. damno, tit. de pace Conſtan.

c idem Bald. in l. Polla D. de iis quib. vt indig. c. qui a . . . agendum. de proc. lib. 6. Alex. in l. 1. . . . ſi. D. quod cuiuſq. vniu. nom. 10. Andræas in c. præſentium. de teſtib. lib. 6.

d l. 2. §. hoc etiam. C. de iur. calum. c. in pertractandis. & ſeqq. eo t. l. Municipibus. D. de cond. & dem. l. municipes. D. ad muni. Ioan. Andræas. in c. quæ in cauſis. de proc. arg. l. vlt. C. eo t. c. vlt. de iura. calum. & l. 1. C. quando & quib. quart. pars deb.

e c. vlt. de iur. cal. lib 6.

f Bald. in c. 1. t. quo temp. mil. in vlt. col. & in c. 1 §. vlt. t. per quos fiat in . . . Arch. in ca. tibi domino. 43. diſtinct.

g l. vlt. D. quod cuiuſq. vniu.

h Bart. in l. ciuitas. D. ſi cert. pet. l. ſi is qui. in princ. & ibi gloſſ & Bar D. de pign. & in l. qui filio. D de cond. ind. l. 1. §. non autem. & l. habebas. D. de inſtit. Bald. in l. 1 C. ne fil pro patr.

i Bald. Ang. Salyc. & Alex. in d. l. ciuitas.

k Decius Conſ. 21. Alex Conſ. 68. 2. Vola.

l Veſembecius. d. t. quod cuiuſq. vniu. nom. l. nec ciuitatis. D. de procur neque & l. nulla. C eo. t.

* d. l. neque. vbi glo.

* d. l. Mynſyng. obſer. 43. Cent. 1.

m Bald. in rubr. C. de contr. empt. 3. quæſt. in fi.

n Franciſc. Senenſ. Conſ. incip. quæſtione qua quæritur.

nec

nec legatum repudiare: nec liti renuntiare, tametſi ei libera poteſtas data ſit etiam arbitros deliſe ſumendi.

XXXV. p Syndicus, niſi nominatim ſit mádatum, cuiuſquam nomen deferre in reos non poteſt.

XXXVI. q Si municipes, vel aliqua vniuerſitas ad agendum det actorem, non erit dicendum, quaſi à pluribus datum ſic haberi: hic enim pro republica vel vniuerſitate interuenit, non pro ſingulis.

XXXVII. r Etiam ſine ſyndico contrahere vniuerſitas poteſt.

XXXVIII. ſ Si cum vniuerſitate agendum ſit, in ius vocari ea in loco vbi ſit conſtituta, & id denuntiari iis qui ei præſunt, non ſyndico tãtùm debet. t Et ſi non defendatur, in eum, ſicut in cæteros abſentes & contumaces iudicium fertur.

XXXIX. u Ciuitas vel vniuerſitas criminis cauſà acceſſita per ſyndicum, cauſam dicit, x cùm expediri alio modo res nequeat.

CAPVT V.

Quibus modis finitur ſyndici poteſtas.

XL. z Syndici morte, non eorum qui conſtituerunt, ſyndici poteſtas finitur: cùm vniuerſitas ſemper durare, nec interire intelligatur, tametſi ad vnum reciderit.

XLI. a Actor datus decreto decurionum, prohiberi poteſt.

XLII. b Syndicus, niſi à præfecto datus ſit, reuocari ab eo non poteſt: ſed id tantummodo iis, à quibus datus eſt, licet.

XLIII. c Ex iiſdem cauſis mutandi actoris poteſtas erit, ex quibus, etiam procuratoris.

De adminiſtratione rerum, ad ciuitatem, aliámve vniuerſitatem aut collegium, pertinentium.

TIT. IIII.

Hic titulus duobus capitibus continetur: Quorum primum eſt, Quid ſit vniuerſitas. Secundum eſt, De muneribus & honoribus: Cuius capitis prima pars eſt, Quotuplicia & qualia ſint munera. Secunda pars eſt, Qui ſubire perſonalia munera compellantur.

CAP VT I.

Quid ſit vniuerſitas.

I. a Vniuerſitas eſt hominum in ciuili ſocietate viuẽtium communitas,

Alex. Cõſ. 2.1. parte. Bart. in l. §. vlt. ad fi. in verb. vltimò quæro. D. de accuſ. Saly. in l. 2. C. qui accuſ. non poſſ. Bald. in l. Collu C. de his quib. vt indig. l. 2. & l. ſi … §. 1. D. quod cuiuſ. vniu. nom. Bart in l. § ſin autem. D. ad Trebell. l. Municipibus. D. de ſidei. & dem. Bart. in l. vlt. D. quod cuiuſ. vniu. Bald. in … verb. ſtatio. verſ. … & in auth. … cùm teſta… C. ad leg. … & in c. … 2. col. in verſ. An vniuerſitas. t. de … vaſſ. qui contumax eſt. … in l. etiam. … de exec. rei … Io. Andreas. in c. ſuper eo. de con… prab. gloſ. l. non. D. de … & ibi. … & Alex. Archid. in c. … meſſationes. … diſtinct. l. 1. §. 1. D. … quod cuiuſ. vni. no. … Bart. in l. … §. vlt. D. de … Salic. in l. 3. D. qui accuſ. non poſſ. Bald. in l. Pol … C. de his quib. vt ind. & §. vaſſalli. in verb. damna. t. de pace Conſt. x Spec. h. t. num. 5. & t. de accuſ. verſ. fin. z l. ſicut. §. vlt. D. quod cuiuſ. vniuer. l. an vſusfructus. D. de vſufr. l. proponebatur. D. de iudic.

a l. item eorum. § quod ſi actor. D. d. t. quod cuiuſ. vniu.

b Bart. in d. l. § quòd ſi actor. & in l. Actor. D. rem rat. hab. Idem Bartol. in d § per l. ſi epiſtolam. D. de acq. hæred c. præſentium. de teſt. l. ſi quis mancipus. § ſi pupillus. D. de inſtit. act.

c l. item eorum. § pen.

a Angel. Faber. & aly. in §. vniuerſitatis. Inſt. de rer diuiſ.

A qualis eſt in oppidis & pagis.

II. b Populus conſtitui etiam ex decem hominibus poteſt: c collegium ex tribus.

III. d Attamen ſi vniuerſitas ad vnum redit, magis admittitur nomen vniuerſitatis ſtare, iúſque omnium in vnum recidiſſe, & poſſe eum conuenire & conueniri.

IV. e In decurionibus vel aliis vniuerſitatibus nihil refert, omnes iidem maneant: an

B pars maneat, vel omnes immutati ſint.

V. f Quæ ſocietates & collegia legibus & conſtitutionibus Principum comprobata non ſunt, haberi pro interdictis debent.

VI. g Quod à duobus collegiis, aut vniuerſitatis partibus, cùm omnes ſolemniter conuocati eſſent, geſtum eſt; perinde eſt, ac ſi ab omni collegio, aut vniuerſitate geſtum eſſet.

VII. h Si in inſtrumento ſcriptum reperiatur, quicquam à Canonicis, ciuibus, aut

C incolis quibuſpiam geſtum eſſe, id ab omni collegio, aut vniuerſitate factum ſignificari videtur.

Huc quoque referenda, quæ ſuprà libro tertio, titulo quinto, qui inſcribitur;

[De rebus vniuerſitatis.]

CAPVT II.

D

De muneribus & honoribus.

Cuius prima pars.

Quotuplicia ſunt munera, & qualia.

VIII. i Munus propriè eſt quod neceſſariò obimus lege, more, imperióve eius qui iubendi poteſtatem habet. k

E Vel, Munus publicum eſt officium priuati hominis, ex quo commodum ad ſingulos, vniuerſóſque ciues, rémque eorum extraordinario magiſtratus officio, peruenit.

IX. l Munerum quædam perſonalia dicũtur: quædam patrimoniorum, m & ciuilia & publica appellantur.

X. n Perſonalia ſunt, quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione ſine ali-

F quo gerentis detrimento perpetrantur: veluti tutela, vel cura, ſyndici officium.

XI. o Patrimoniorum ſunt munera, quæ ſumptibus patrimonii, & damnis adminiſtrãtis expediuntur.

G

b Gl can. 1. 10. quæſt. 1 in verb. congregatio, & in l. Neratius. 88. D. de verb. ſign. c d l. Neratius can. vnic. 10 quæſt. 3. v bi glo. in verb mancipia. l. prætor. §. 1 D. vi. bo. rapt. Bald. in auth. quod locum in ſi C de collat. d l. ſicut. in ſi. D. quod cuiuſ. vniu. l. ſi grege. D. de lega. 1. e d. l. ſicut. §. vlt. f l. 1. D. d. t. quod cuiuſque vn. Bart. in l. Omnes populi. D de iuſti. & iur. in l. 1. & l. Collegiũ. C. de hæred. inſtit. & in l. Collegia. § in ſumma. & in l. vlt. D. de collegi. illic. Panor. in c. dilecta. de exceſſ. prælat. Inn. in c. cùm in Eccleſia. eo t. Felin. in c. ex literis. de conſt. g Bald. ad Spec. tit. de ſyndico. Bart. in l. nominatione m. C. de decur. lib. 10. & in l. quòd maior. in princ. D. ad mun. h l. ſi Canonici & ibi Lapus & Domin. & Geminian. de aff. ordin. lib. 6. c. ad decimas. de reſtit. ſpol. Abbas in ca. tertio loco. de proba. Barbatias in c. cùm omnes. de conſti in verb.

Canonici. & in c. quæ in Eccleſiarum in verb. ciues Treuiſani, & in ca. cùm M. Ferrarienſis. d. tit & in d. cap. tertio loco. in 14. col. Contra ſententiam Specul. d. t. de ſyndico. §. vlt. vbi à ſingulis factum conſeri dicit, & Old. Laudenſ. Conſ. 315. DD. in c. quanto de iis quæ fiunt à maio. part. cap. Ioan. Andrea. in c. requiſiſti. de teſtam Oldradi relatam ab Abbate. in c. 2. gloſſ. penult. de conſang. lepros. diſtinguentis, ſi verbum ſit collectiuum, collegium ſignificari, cuiuſmodi eſt capitulum, ciuitas: ſi ſingulare, id ad ſingulos referri. Quas opiniones nonnulli ita cõciliant, vt ſi res ſint cuiuſmodi quæ à collegio expediri ſolẽt, collegium intelligi ſi à ſingulis, contrà.

i Munus 214. l. Munus. 14. D. de verb. ſig l. honorem. & l. honor. §. 1. D de mun. & hon. k l. Pupilius. 239 §. munus. D. d. t. de verb. ſign.

l l. vlt. D. d. t. de muner. & hono. m d. l. § hac omnia.

n d l. & l. 1. D. d. t.

o d. l. § patrimoniorum.

XII. [p] Munera quæ patrimoniis iniunguntur, duplicia ſunt. Nam quædam poſſeſſoribus indicuntur, ſiue municipes ſunt, ſiue non ſunt: Quædam non niſi municipibus, vel incolis. [q] Poſſeſſoribus, veluti viarum munitiones, collationes prædiorum, aliæque contributiones: [r] municipibus, vel incolis, vt exactio tributorum.

XIII. [ſ] Generaliter tenendum eſt, perſonale quidem munus eſſe, quod corporibus labore cum ſolicitudine animi ac vigilantia principaliter exiſtit: patrimonij verò, in quo ſumptus maximè poſtulatur.

XIV. [t] Honor municipalis eſt adminiſtratio reipublicæ cum dignitatis gradu, ſiue cum ſumptu, ſiue ſine erogatione contingens.

p l. reſcriptum, §. vlt. D. t. de mun. & hono. filij. §. vl. & l. vlt. §. vl. D. ad mun. l. forma. D. de cẽſ. l. vlt. C. quemad. ciuil. mun. indic. pro locu. C. de m. & trib.
q l. vlt. § vlt. D. d. t. de mun. & hon.
l. 3. § exactio. d. t. & d. §. patrimoniorum.
ſ l. 1. D. d. t. de mun. & hon.
t l. honor. d. t.

Secunda pars capitis ſecundi.

Qui ſubire munera perſonalia compellantur.

XV. [u] PErſonalia munera iniunguntur ratione [x] originis, iure id quidem ciuili Romano, incolatus, ac priuilegij.

XVI. [z] Propriè quidem municipes appellantur muneris participes, recepti in ciuitate, vt munera nobiſcum facerent. Sed nunc abuſiuè municipes dicemus ſuæ cuiuſque ciuitatis ciues: vt puta Campanos, Puteolanos.

u l. priuilegij. C. de incol. lib. 10.
x d. l. & l. omnes. Cod. de per. o. qui pro mag. inter. lib. 10. l. & 2. l. ciues & l. origine. C. de mun. & orig. d. lib. 10.
z l. 1. D. ad munic.

XVII. [a] Qui ex duobus igitur Campanis parentibus natus eſt, Campanus eſt. Sed ex patre Campano, matre Puteolana, æquè municeps Campanus eſt. [b] Vulgo autem quæſitus, matris originem ſequitur. Et aſſumptio originis quæ non eſt, veritatem naturæ non perimit.

XVIII. [d] Qui ex vico ortus eſt, eam patriam intelligitur habere, cui reipublicæ vicus ille reſpondet.

XIX. [*] Ciues quidem, origo, allectio, vel adiectio: incolas domicilium facit.

XX. [e] In eo demum loco ſingulos habere domicilium non ambigitur, vbi quis larem, rerúmque ac fortunarũ ſuarum ſummá conſtituit. Vnde nõ ſit diſceſſurus, ſi nihil auocet: vnde cùm profectus eſt, peregrinari videtur.

XXI. [f] Qui pluribus locis ex æquo negotiatur, [g] aut vtrobique ſe ita inſtruxit, vt non ideo minùs apud alteros ſe collocaſſe videatur,[h] & neq; hîc, neque illic minus frequenter commoretur, pluribus iis locis incola eſt, aut domicilium habet.

XXII. [i] Sola domus,[k] aut prędij poſſeſſio quæ in aliena ciuitate comparatur, aut alio iure obtinetur, domicilium non facit.

a d. l.
b d. l. in fin. l. eius. d. t.
c l aſſumptio. d. tit. l. origine. C. de mun. & orig.
d l. qui ex vico. d. t.
* l. ciues. C. de incol.
e d. l. & l. ſi in patria. d. t.
f l. Labeo d. t.
g l. aſſumptio. §. pen. d. t.
h l. eius. §. Celſus d. t.
i l libertus. §. ſola. 2. d. t.
k d. l. §. ſola. l. cum neque l. Priuilegio. C. de incol. lib 10.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI, LIBER DECIMVS TERTIVS.

De Depoſito.

TIT, I.

Hic titulus in quinque capita diſtinguitur. Primum eſt, Depoſitum quid, & cuiuſmodi ſit, & quomodo contrahatur, vel non. Cuius prima pars, Depoſitum quid, & quomodo contrahatur. Secunda, Quibus modis non contrahatur depoſitum. Caput ſecundum, Quibus ex cauſis, & ad quid competat actio depoſiti directa, vel non. Cuius prima pars, Quibus ex cauſis actio depoſiti competat. Secunda, Quibus ex cauſis actio depoſiti non competat. Caput tertium, Quibus competat actio depoſiti, vel non. Cuius prima pars, Aduerſus quos competat. Secunda, Aduerſus quos non competat. Caput quartum, Aduerſus quos depoſiti actio competat, vel non. Caput quintum, De contraria depoſiti actione.

CAPVT I.

Depoſitum quid, & cuiuſmodi ſit, & quomodo contrahatur, vel non.

Prima pars.

Depoſitum quid, & cuiuſmodi ſit, & quomodo contrahatur.

I. DEpoſitũ eſt conuẽtio [a] [b] gratis [c] cuſtodiendæ rei cauſâ [d] bona fide, vt repoſcẽti [e] quádocunque reddatur.

a b l. 3. §. 3. D. Nauta, caupon. ſtabul. l. vlt. D. loca. quòd ſi merces interueniat, locatio eſt. l. 1. §. ſi veſtimenta. & §. ſi quis ſeruum. D. depoſ. §. vlt. Inſtitut. mand.

c Si alterius rei gratia datur, veluti inſtrumenta procuratori inſtruendæ litis cauſa, non depoſitum eſt, ſed mandatum. l. ſi procuratorem. D. Manda.

d d. l. 1. D. h. t.

e Depoſitum in hoc ſimile eſt precario, l. 1. §. eſt autem. & §. penultimo, ibid. Nec compenſatio nec doli exceptio opponi poteſt. l. ſi quis. Cod. hoc tit.

II. [f] Rei depoſitæ proprietas apud deponentem manet; ſed & poſſeſſio.

III. [g] Sed ſi apud ſequeſtrum deponitur res, ſi quidem omittendæ poſſeſſionis causâ, [h] & hoc apertè [i] fuerit approbatum, poſſidere ſequeſter videtur; & ad vſucapionem poſſeſſio eius partibus non procedit. At ſi cuſtodiæ causâ deponatur ([i] quod fieri intelligitur, ſi iudex rem deponi apud ſequeſtrum edixerit, ne litigantes ad arma rixámque procedant) ad vſucapionem eam poſſeſſionem victori procedere conſtat.

IIII. [k] Alienam etiam rem deponere quis poteſt.

V. [l m] Die ſponſaliorum, aut poſtea, res oblatas puellæ quę ſui iuris fuit, pater ſuſcepit: hæres eius vt exhibeat rectè conuenietur, etiam actione depoſiti.

VI. Si te rogauero, vt rem meam perferas ad Titium, vt is eam ſeruet, tecum agere mandati poſſum: cum eo verò qui eam recepit, depoſiti. Si verò tuo nomine receperit Titius, tu quidem mandati mihi teneris, ille tibi depoſiti: quam actionem mihi præſtabis mandati iudicio conuentus.

VII. [n] Conſtitutio Caroli IX. Regis, qua ſupra centum Francicos, inſtrumentis, non teſtibus fidem fieri ſanciuit, ad depoſitum quoque pertinet.

Capitis primi ſecunda pars.

Quibus modis non contrahatur depoſitum.

VIII. [o] Neque pignus, neque depoſitum, neque precariũ, neque emptio, neque locatio rei ſuę conſiſtere poteſt: [p] & qui rem ſuam deponi apud ſe patitur, vel vtẽdam rogat, nec depoſiti, nec commodati actione tenetur, ſicuti qui rem ſuam conducit, aut precariò rogat; nec precariò tenetur, nec ex locato.

IX. [q] Si ego quaſi deponens dedero, tu quaſi mutuam accipias, nec depoſitum, nec mutuum eſt. Sed conſumptis nummis, condictioni ſine doli exceptione locus erit.

X. [r] Qui rem apud ſe collocari eſt paſſus, depoſitum contraxiſſe non videtur.

XI. [ſ] Si quis ſponſionis causâ annulum accepit, nec reddidit victori, præſcriptis verbis actio in eum competit.

CAP. II.

Quibus ex cauſis, & ad quid competat actio depoſiti directa, vel non.

Cuius prima pars.

Quibus ex cauſis, & ad quid competat.

f l. bon. §. vlt. & l. Lucius. D. h. t. l. Vedeamus. §. ſi poſſeſſionem. D. de vſur. l. 1. D. de reb. cred. ſi cert. pet. l. Officium. D. de rei vendic. g l. intereſſe. D. de acq. vel amit. poſſ.
h d. §. vlt. d. l. licet.
i Alex. in d. l. intereſſe. Cyn. in l. 1. D. de prohib. ſequeſtr. DD. in l. examinata. de Iudic.
k l. 1. §. ſi prædo. l. Bona fides §. incurrit. D. h. t. l. non à Iudice. D. de Iudic.
l m l. die. D. h. t.
n Molinis edicta anno 1566. verſ. 56. Iudicio curiæ Pariſ. ſolemniter pronuntiato à Seguero Præſide die 13. Aug. 1575. Contra Iacobi Cuiacij ſententiam in Paratitl. in Codicem.
o l. Neque pignus. D. de reg. iur.
p l. qui rem D. h. t.
q l. ſi ego. §. vlt. D. de reb. cred. ſi cert. pet.
r Io. Andreas in Addit. ad Specul. h. t. Cynus & Bald. in l. innitus. D. de procu. Paul. Caſtr. in l. 1. in prin. D. h. t. Alex. in l. quæ dotis. D. Sol. matr. Io. Faber Aretin. & Iaſ. in §. ſequens Inſt. de actio. Marc. Anto. Nat. Conſ. 131. nu 3. Vol. 1.
ſ l. ſi gratuitã. §. vlt. D. de præſc. verb.

A XII. [t] Is apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, tenetúrque depoſiti, quia & ipſe de ea re, quam accepit, reſtituenda tenetur.

XIII. [u] Qui rem depoſuit, ſtatim poteſt depoſiti actione agere. Hoc enim ipſo dolo facit is qui depoſitum ſuſcepit, quòd repoſcenti non reddat. [x] Et ſi ſic depoſuero apud te, vt poſt mortem tuam reddas; & tecum, B & cum hærede tuo poſſum depoſiti agere. Poſſum enim mutare voluntatem, & ante mortem tuam depoſitum repetere. Proinde & ſi ſic depoſuero, vt poſt mortem meam reddatur, potero & ego, & hæres meus agere depoſiti, mutata voluntate.

XIIII. [z] Potes agere cum eo qui tibi non aliter quàm nummis à te acceptis depoſitum reddere voluit, quamuis ſine mora & incorruptum reddiderit.

C XV. [a] Si quis rem depoſitam inuito domino ſciens prudénſque in vſus ſuos conuerterit, [b] vel ſacculum, vel argentum ſignatum contrectauerit, & depoſiti & furti actio in eum competit: [c] & ſi depoſiti agatur, non dubium eſt etiam vſuras præſtari debere.

XVI. [d] Si ſignata ciſta depoſita fuerit reſignata, ſi quidem dolo in litem iuratur de iis quæ comprehenſa in ea dicen- D tur. An autem dolus interuenerit, [e] ex rei atque perſonarum qualitate æſtimabitur: [f] alioqui propius erit vt dolo reſignata videatur.

XVII. [g] Si quis pecuniam numeratam ita depoſuiſſet, vt neque clauſam, neque obſignatam traderet, ſed annumeraret; nihil aliud eum debere relatum eſt, niſi vt tantundem pecuniæ ſolueret: [h] non etiam vſuras, cùm ea res notiſſimos depoſiti terminos egrediatur. E [i] Poſt moram tamen in vſuras condemnari debere non ambigitur.

XVIII. [k] Qui furtum admittit re depoſita vtendo, condictione quoque ex furtiua cauſa obſtringitur, quæ differt hoc ab actione depoſiti, quòd etiamſi ſine dolo malo & culpa eius interierit res, condictione tamen tenetur: cùm in depoſiti actione non facilè vltra dolum malum teneatur is cum quo depoſiti agetur.

F XIX. [l] Si rem depoſitam vendidiſti, eámque poſtea redemiſti in cauſam depoſiti, etiamſi ſine dolo malo poſtea perierit, teneris depoſiti: quia ſemel dolo malo feciſti cùm venderes.

XX. [m] Si res depoſita deterior reddatur, quaſi non reddita, agi depoſiti

t §. præterea & in. Inſt. de oblig. & actio. l. 1. §. ſi quoque. D. eo. t. §. ſequens. Inſtit. de actio.
u l. 1. §. eſt autem. D. h. t. l. pen. C. eo. t.
x l. 1. §. pen. D. h. t.
z l. vlt. D. loca.
a l. 3. vbi Bal. C. h. t.
b l. ſi ſacculum D. eo. t. l. ſi depoſiti. C. d. t.
c l. ſi depoſita. ibid.
d Bald. in Rubr. huius t. C. Innoc. in c. vlt. quod met. cauſ.
e l. 1. §. ſi ciſta. D. h. t. l. ſi ego. §. plane. D. de iur. dot. l. ſi in duobus. §. 1. D. quemad. teſta. aper. glo. in d. §. ſi ciſta, probandum quæ in ciſta comprehenſa ſint, putat: quod durum nimis Bartolo videtur.
f Bart. Paul. Caſtr. & Alex. in d. § ſi ciſta. & idem Bart. in l. 1. D. furti ad verſ. naut. caup. ſtab. fact. l. 2. & l. Videamus. ad fin. D. de in litem iur. Bart. in l. in actionibus in vlt. col. D. de in litem iur.
g l. in nau. §. Idem iuris D. loca. Bal. in l. incendium. C. ſi cert. peta. l. pen. D. de cond. ob cauſ. Glo. in l. 3. in verb. obnoxium eſt. & ibi Salyc. D. h. t. Deciſ. Capell. Toloſ. 169.
G
h l. Lucius. D. h. t.
i l. Die ſponſaliorum. §. 1. l. ſi ſacculum. §. 1. l. Quintus Cæcilius. D. h. t. l. 3. C. eo t.
k l. qui furtum. D. de cond. furt.
l l. 1. §. ſi rem. D. h. t.
m d. l. 1. §. ſi res. l. in rebus. §. ſiue autem. D. Commod. l. qui tabulas. D. ad leg. Aquil.

A poteſt: cùm enim deterior redditur, poteſt dici dolo malo redditam non eſſe.

XXI. [n] Si is qui depoſitum accepit, periiſſe, aut eſſe deperditum caſu dicat, ni id idoneè probet, dolo id facere exiſtimabitur.

XXII. [o] Si quis ſe tabulas teſtamenti apud ſe depoſitas deleuerit, vel pluribus præſentibus legerit, depoſiti agi poteſt. [p] Sed & in factum & iniuriarum agi poteſt, ſi iniuriæ faciendæ cauſa ſecreta iudiciorum publicauerit. B

XXIII. [q] Is qui depoſita inſtrumenta apud alium ab eo prodita eſſe aduerſariis ſuis dicit, accuſare eum falſi poteſt.

XXIIII. [r] Non tantùm præteritus dolus in depoſiti actionem venit, ſed etiam futurus poſt litem conteſtatam.

XXV. [ſ] Illud non eſt probandum, dolum non eſſe probandum, ſi conuenerit. Nam hæc conuentio contra bonam fidem, contráque bonos mores eſt, & ideo nec ſequenda eſt. C

XXVI. [t] Competit etiam condictio depoſitæ rei nomine, ſed non antequàm quid dolo admiſſum ſit. Non enim quenquam hoc ipſo quòd depoſitum accipiat, verùm quòd dolum malum admiſerit, condictione obligari conſtat.

XXVII. [u] Qui depoſitum accepit, dolum ſolum & latam culpam præſtare debet; [x] latior verò culpa dolo proxima eſt. Nam & ſi quis non ad eum modum, quem hominum natura deſiderat, diligens eſt, niſi tamen ad ſuum modum curã in depoſito præſtat, fraude non caret. Nec enim ſalua fide minorem iis quàm ſuis rebus diligentiam præſtabit. D [z] [a] Itaque propius eſt vt ab eo bonam fidem abeſſe exiſtimemus qui res depoſitas amiſit, ſuáſque ſeruauit: [b] niſi fortè pretioſiores illæ fuerint.

XXVIII. [c] Si conueniat vt in depoſito & culpa præſtetur, rata eſt conuentio. Contractus enim legem ex conuentione accipiunt. E

XXIX. [d] Sæpe euenit vt res depoſita vel nummi periculo ſint eius apud quem deponuntur: vt puta, ſi hoc nominatim conuenit. [e] Sed & ſi quis ſe depoſito obtulit, periculo ſe depoſiti alligaſſe videtur: ita tamen vt non ſolùm dolum, ſed etiam culpam & cuſtodiam præſtet, non tamen fortuitos caſus. [f] Sed & ſi merces acceſſit; & culpam & periculum præſtat is penes quem deponitur. F

XXX. [g] Si quis nec cauſam, nec propoſitum fœnerandi habuerit, & tu empturus prædia, deſideraueris mutuam pecuniam, nec volueris crediti nomine, antequam emiſſes, ſuſcipere: atque ita creditor qui neceſſitatem proficiſcendi fortè habebat, depoſuerit apud te hanc eandem pecuniam, vt ſi emiſſes, crediti nomine obligatus eſſes, hoc depoſitum periculo eius eſt qui ſuſcepit. Nam & is qui rem vtendam acceperit, vt pretio vteretur, G

Abbas in c. & c. bona fi- ... in 1. Not. h. Mar. Anto. ... Vat. Conſ. 131. ... 10. Vol. 1. l. ſi ... reditor. D. de ... g actio. arg. l. ... Dolum. C. de ... dolo. & c. 2. de ... emnc. lı. 6. & ... non omnes. §. ... barbarus. D. ... de re milit.

... l. 1 § ſi quis ... tabulas. D. h. t. ... l. ſi quis teſta ... mentum. § ſed ... & ſi quis. D. ... ad leg. Aquil. ... l. 1. §. is qui ... depoſita. D. ad ... leg. Corn. de ... falſ. l. ſi quis a- ... liquid. § inſtru ... menta. D. de ... pœn.

... l. 1. § non tã- ... tum. D. h. t. ... d. l. 1. § ſi con ... uenerit. l. Inſiſ- ... tentium. § aut ... Prætor. & §. ... generaliter. ... § ſi vt ma- ... ficium. & l. ... cõtra iuris. D. ... de pact. l. pacta ... quæ contra. C. ... de pact. l. Cõtractus ... excepto eo. ... D. de reg. iur. ... quod tradi- ... in l. ſi vnus, ... illud nulla. ... d. l. in iſgẽ- ... tum § ſi paciſ- ... D. de pact. ... quis paciſca- ... ne depoſiti ... ipſa vi ... pactũ nõ ... de dolo agat, pa ... quinque profu- ... rum plus ſub- ... latatu habere ... nàm æquitatu ... ximo. Et ... Angelus & ... Alex in d. §. ... de pactione ius ... vindicandæ ... dominium ain ... putant.

... ſi quis inſi ... ciatus. § 1. D. ... h. t. ... l. 1. C. eo. t. ... l. quod Ner- ... ua. D. h. t. ... c. vlt. h. t. ... Abbas in ... c. 2. h. t. ... l. 1. § ſi conue ... nit. D. h. t. l. 1. ... eo. t. c. vl eo. t. ... d. l. 1. § ſæpe. ... D. h. t. l. & A- ... ſtons. D. manda l. ſi vt certo § nunc videndum. ibi. aut ſi hoc ab initio D. Comm.

e Idem c. vlt. h. t. f d. § nunc videndũ. d. l. 1. § ſi veſtimenta. D. h. t. g l. 4. D. ... de reb. cred. ſi cert. pet. l. Titius. D. de præſc. verb. Iuſ. in l. ſi paſcenda. C. de pact.

A periculo ſuo rem habebit. [h] Ac periculi quidem nomine etiam fortuiti caſus comprehenduntur.

XXXI. [i] Quemadmodum quod ex ſtipulatu vel ex teſtamento dari oportet, poſt iudicium acceptum cum detrimento rei petit, ſic depoſitum quoque eo die, quo depoſiti actum ſit periculo, eius apud quem depoſitum fuerit, eſt, ſi iudicij accipiendi tempore potuit id reddere, nec reddidit. [k] Quod & obſeruatur, tametſi ſua natura res interciderit. B

XXXII. [l] Si quis argentum vel aurum depoſitum petat, vtrumque & ſpeciem & pondus complecti debet: ſcyphum fortè, lancem, vel pateram dicendo, & materiam & pondus addendo. Sed & ſi purpura infecta ſit, vel lana, pondus ſimiliter adiiciendum, ſaluo eo, vt ſi de quantitate ponderis incertum eſt, iuranti ſuccurratur. [m] Quòd ſi ciſta ſignata depoſita ſit, & ciſta, & ſingulæ res peti poſſunt, tametſi ignorauerit is qui depoſitam ſuſcipiebat, res ibi eſſe. C

XXXIII. [n] Hanc actionem bonæ fidei eſſe dubitari non oportet. Et ideo fructus in hanc actionem venire, & omnem cauſam & partum dicendum eſt, ne nuda res veniat.

XXXIV. [o] Vſuræ in depoſiti actione ſicut in cæteris bonæ fidei iudiciis ex mora venire ſolent.

XXXV. [p] In depoſiti quoque actione in litem iuratur: & tum [q] non à iudice doli æſtimatio, ex eo quod intereſt, fit: ſed ex eo quod in litem iuratur. Denique & prædoni depoſiti, & commodati ob eam cauſam competere actionem non dubitatur. D

XXXVI. [r] Depoſitum repetenti, compenſatio vel deductio, aut doli exceptio, opponi non poteſt, ne ab eo quidem qui, apud eum qui agit, depoſuiſſe ſe res alias contendit, cui actionibus experiri permittitur. [ſ] Sed nec extrinſecus depoſiti reſtitutionem interdicere quis poteſt: qua ſubſecuta, agere cum eo qui depoſuerat, is qui interdicere volebat, poterit. [t] Nec quis depoſitum retinere eo quòd ius in eo pignoris habere dicat, rectè poteſt. [u] Neque quis rei depoſitæ reſtitutionem recuſare ex ea cauſa poteſt, quòd à non domino depoſitam contendat. [x] Attamen ſi à latrone ablatam rem conſtabit, ac eam dominus repetat, ei reſtituendam non ambigitur: quòd ſi dominus non veniat, ei reſtituenda eſt qui depoſuit, quamuis malè quæſita depoſuit. E F

XXXVII. [z] Ei qui rem apud aliquem æri alieno obnoxium depoſuerit, eſſe eam reſtituendam, cùm dominium apud eum manſerit, non dubitatur, nec quicquam iuris in ea depoſitarij creditores habere. [a] Sed ſi pecuniam numeratam non clauſam, nec obſignatam, vel aliquid conſimile tradiderit, vt tantundem redderetur, contrà eſt. G

XXXVIII. [b] Romano iure, qui depoſitum non reſtituit, ſuo nomine conuentus & condemnatus cum infamiæ periculo vrgetur.

h Aſtatus in d. l. 4. l. ſi rem tibi inſpiciẽdã. D. de præſc. verb. l. cũ proponas. C. de naut fœn. Rubr. de peric. & com rei vẽd. D.

i l. ſi in Aſia. § vlt. & l. ſi plures. § 1. D. h. t. c. vlt. eo. t. l. vlt. § 1. D. de lege Rhod. de iact.

k l. quod te & ibi glo. Bar. & DD. D. de reb. cred. ſi cert. pet. l. ſi filio. § ſi poſt diẽ omniũ. D. ſol. mat. vbi Imola. arg. l. de eo. § ſi poſt. D. ad exhib. Cui tamen ſententia repugnat d. § 1. in d. l. ſi plures. Quẽ DD. ita demum habere locum putant, ſi inſtante litigandi cauſam reus habuerit. arg. l. ſi quis ſolutioni. D. de ſolut. & l. ſi quis inficiatus. D. h. t.

l l. 1. § ſi quis argentũ. D. h. t. in d. l. 1. § ſi ciſta.

n d. l. § hanc autem.

o l. 2. C. h. t. l. in bonæ fidei. C. de vſur. l. Mora. § in bonæ fidei. D. eo. t. § actionum. Inſt. de actio.

p d. l. 1. § in depoſiti. l. 3. § 2. D. com. l. qui reſtituere. D. de rei vend.

q l. non à iudice. D. de iud.

r l. ſi quis. C. h. t. c. 1. & 2. eo. t.

ſ Auth. ſed iã cautum. C. h. t.

t d. l. ſi quis, ibi vel hypothecariam. & ibi Bald.

u d. l. & ibidẽ Bart. Bald. & Salyc. Bart. in l. Commodare. D. com. Alex. Conſ. 85. 4. parte.

x l. bona fides. D. h. t.

z l. ſi venter. § in bonis. D. de priui. cred. Bal. in l. in rebus. 1. col. C. de iur dot. & in l. vlt. C. h. t. a l. in naue. D. loca. Bald. in d. l. vlt. b l. qui depoſitum. D. h. t.

XXXIX. [c] Eo-

XXXIX. [c] Eodem iure, quòd neque tumultus, neque incendij, neque ruinæ, neque naufragij causâ depoſitum ſit in ſimplum: earum autem rerum quæ ſupra comprehenſæ ſunt in ipſum, in duplum: in hæredem eius, quod dolo malo eius factum eſſe dicetur qui mortuus ſit, in ſimplum; quod ipſius, in duplum, iudicium datur. Ac meritò hæ deponendi cauſæ ſeparatæ ſunt, quæ continent fortuitam cauſam depoſitionis ex neceſſitate deſcendentem, non ex voluntate proficiſcentem.

c l.1.q §.1. ibid. §. planè Inſt. de act.

XL. [d] Eodem quoque iure, inficiatione duplicatur actio depoſiti: in confitentem autem, in ſimplum datur.

d §. ſed furti. Inſt. d. t.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis depoſiti actio non competat.

XLI. [e] IS apud quem res aliqua deponitur ex eo ſolo tenetur, ſi quid commiſerit: culpæ autem nomine, id eſt deſidiæ ac negligentiæ non tenetur. Itaque ſecurus eſt qui parum diligenter cuſtoditam rem furto amiſerit, quia qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit, non ei, ſed ſuæ facilitati id imputare debet.

XLII. [f] Qui fortuitò damnum datum dicit, fidem facere eius rei teſtibus debet: [g] maximè ſi eo loco fuerit, vbi teſtes fuerint.

XLIII. [g] Si hæres rem apud teſtatorem depoſitam vel commodatam, diſtraxit, ignorans depoſitam vel commodatã nõ tenebitur de re, ſed de pretio quod ad eum peruenit. Hoc enim ipſo dolo facit, quòd id quod ad ſe peruenit, non reddit. Quòd ſi pretium nondum exegit, aut minoris quàm debuit, vendidit, actiones ſuas tantummodò præſtabit. [h] Planè ſi poſſit rem redimere & præſtare, nec velit, non caret culpa: quemadmodum nec ſi redemptam, vel alia ratione ſuam factam nolit præſtare, cauſatus quòd ſemel ignarus vendiderit.

XLIV. [i] Si is apud quem rem depoſueris, apud alium eam deponat, & ille dolo quid admiſerit, ob dolum eius, apud quem poſtea ſit depoſitum, eatenus teneri apud quem tu depoſueris, vt actiones ſuas tibi præſtet.

XLV. [k] Ad eos qui ſeruandum aliquid conducunt, aut vtendum accipiunt, damnum iniuriâ ab alio datum non pertinere procul dubio eſt. Qua enim cura aut diligentia conſequi poſſumus, ne quis nobis damnum iniuriâ det?

XLVI. [l] [m] Non ſemper videri poteſt dolo facere is qui repoſcenti non reddat. Quid enim ſi in prouincia res ſit, vel in horreis, quorum aperiendorum condemnationis tempore non ſit facultas? vel conditio depoſitionis non exſtitit?

XLVII. Contra bonam fidem & depoſiti naturam eſt, vſuras ab eo deſiderari temporis ante moram, qui beneficium in ſuſ- A cipienda pecunia dedit.

e § præterea. Inſt. quib. mod. re contr. oblig. l. ſi ſine. D. h. t. l. 1. C. eo. t. §. ſi is apud quem. Inſt de obl. quæ ex del.

f Iac. Aretinus in l. ſcire oportet. §. ſufficit. D de exc. tuto. Abbas in c. bona fides. & in c. 2. h. t. ſi cre ditor. D. de pig. act. arg. l. dolũ. C. de dolo & c. de renunc ls. & l. non omnes § à barbaris. D. de re mil. & l. in exceptionibus. §. D. de proba. contra Guilel. in Cunij ſententiam qui id in iurando pro... tradit. arg. l. §. ſufficit fa. l. de naufr. li. C Pan. in c. ult. h. t.

i l. 1. § vlt. cũ ſeq. ll. ſeq. D. & ibi Pan. Caſtr. DD in mater. C. de rei vend. & in l ſi ſeruum. D. de reb. cred. Bart. Cepola in l. Labeo. §. item ſi dominus. D. de verb. ſign.

k idem in l. 1. §. non tantum D. h. t.

l ſi is apud quem d. t.

k l. ad eos. D. Comm.

m l. 1. §. Marcellus. D. h. t.

XLVIII. [n] Depoſitum eo loco reſtitui decet, in quo ſine dolo malo eius eſt apud quem depoſitum eſt: Vbi verò depoſitum eſt, nihil intereſt. Eadem dicenda ſunt communiter & in omnibus bonæ fidei iudicijs. Sed dicendum eſt, ſi velit actor ſuis impenſis ſuóque periculo eò loci, vbi litigatur, rem deferri, vt audiendus ſit, quoniam & in ad exB hibendum actione id ſeruatur.

n l ſi in Aſia. §. 1 D. h. t.

XIX. [o] Si in Aſia depoſitum fuerit vt Romæ reddatur, videtur id actum vt non impenſa eius id fiat apud quem depoſitum ſit, ſed eius qui depoſuit.

o d. l.

CAP. III.

Quibus competat actio depoſiti.

C L. [p] SI prædo vel fur depoſuerit, depoſiti agere poſſunt. Nam intereſt eorum eo quòd teneantur. Sed ſi dominus, cui ea adempta conſtabit, ad ea repetenda veniat, potior eius cauſa erit. Nam bonam fidem non inter eos tantùm, inter quos contractum eſt, nullo extrinſecus aſſumpto, æſtimare debemus; ſed reſpectu etiam aliarum perſonarum ad quos id quod geritur pertinet. Similiter, non ad merum tantùm ius gentium eandem bonam fidem exigimus, ſed ex præceptis D quoque ciuilibus. Ex quo fit, vt ſi bona eius, apud quem res depoſita eſt, publicata ſint, ei qui depoſuit reſtituenda ea non ſit, ſed in publicum deferenda.

p l. Bona fides. D. h. t. l. ſi quis. vbi Bart. Bal. & Salyc. C. eo. t. Idem Bart. in l. Commodare. D. Com. Alex. Conſ. 85. 4. parte.

LI. [q] Si plures depoſuerint, & ambo agant, ſi quidem ſic depoſuerint, vt vel vnus tollat totum, poterit in ſolidum agi. Si verò pro parte, pro qua eorum intereſt, tunc dicendum eſt, in partem condemnationem faE ciendam. [r] Si res ſit quæ diuidi non poſſit, omnibus tradere debebit.

q l. 1. §. ſi duo. D. h. t. Bald. in l. pen. C. de verb. ſign.

r d. l. 1. §. ſi pecunia.

LII. [ſ] Hæc actio bonorum poſſeſſoribus, cæteriſque ſucceſſoribus, & ei cui ex Trebelliano Senatuſconſulto reſtituta eſt, hæreditas competit.

ſ d. l. §. 1.

LIII. [t] Si depoſitor deceſſerit, & duo exiſtant qui inter ſe contendant, vnuſquiſque ſolum ſe hæredem dicens, ei tradenda res, qui paratus eſt aduerſus alterum reum defendere. Quòd ſi neuter hoc ſuſcipiat, commodiſſiF mè dicetur apud ſequeſtrum deponendam, donec de hæreditate iudicetur.

t d. l. 1. §. apud Iulianum & l. ſi ſtipulatus. §. ſi lancem. D. h. t.

LIIII. [u] Si quis certum pondus auri vel argenti confecti, vel in maſſa conſtituti depoſuerit, & plures ſcripſerit hæredes, & vnus ex his contingentem ſibi portionem à depoſitario acceperit, alter ſuperſederit, vel aliâs fortuito caſu impeditus hoc facere non potuerit, & poſtea depoſitarius in aduerſam inciderit fortunam, vel ſine dolo malo depoſiG tum perdiderit, ei contra cohæredem actio non competit, vt partem auellat, quaſi eo, quod cohæres accepit, communi conſtituto, ne induſtriâ pœnas deſidiæ ſoluat.

u l. vlt. C. eo. t.

LV. [x] Si quis res tuas commodauit aut depoſuit, aduerſus tenentem, ad

x l pen. C. ad exh. l. ſeruus tuus. D. h. t.

exhibendum , vel vendicatione vti potes. Quòd ſi pactus ſit vt tibi reſtituatur, ſi ei ſucceſſiſti, iure hæreditario depoſiti agere potes. Si non ſucceſſiſti, vtilis tibi propter æquitatis rationem dabitur depoſiti actio.

CAP. IV.

Aduerſus quos depoſiti actio competat, vel non.

Prima pars.

Aduerſus quos competat.

LVI.[z] IS apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, tenetúrque depoſiti: quia & ipſe de ea re, quam accepit, reſtituenda tenetur.

LVII. [a] Filiumfamiliâs teneri depoſiti conſtat, quia & cæteris actionibus tenetur: ſed & cùm patre eius agi poteſt duntaxat de peculio. At ſi quid per eum captum fraudatúmque eſt, & dolus eius veniet; non tantùm eius, cum quo contractum eſt.

LVIII. [b] In pupillum apud quem doli mali iam capacem, ſine tutoris authoritate depoſitum eſt, agi poteſt, ſi dolum commiſit. Nam in quantum locupletior factus eſt, datur actio in eum, etſi dolus non interuenerit.

LIX. [c] Datur actio depoſiti in hæredem ex dolo defuncti in ſolidum. [d] Quanquam enim aliâs ex dolo defuncti non ſolemus teneri, niſi pro ea parte quæ ad nos peruenit, tamen hic dolus ex contractu reique perſecutione deſcendit: ideóque in ſolidum vnus hæres tenetur: [e] plures verò pro ea parte qua quiſque hæres eſt. [f] Sed ſi ex facto vnius hæredis agatur, in ſolidum tenetur: cæteri cohæredes non tenentur: * ſi ex facto communi omnium hæredum, quilibet pro parte tenetur.

LX. [g] Quòd ſi res, in qua hæredes dolum commiſerunt, diuiſionem non accipiat: vt ſi lancem conflauerint, aut conflari ab alio paſſi fuerint, aliáve quæ ſpecies dolo eorum interuerſa fuerit, in ſolidum conueniri poterunt. Si re non reſtituta ad æſtimationem agatur, condemnatio ſit pro qua parte quis hæres exſtitit.

LXI. [h] Et ſi quis eius qui depoſitum ſuſcepit hæres non ſit, & putauit ſe hæredem, & vendidit, lucrum ei extorquebitur.

Capitis quarti ſecunda pars.

Aduerſus quos depoſiti actio non competat.

LXII.[i] QVi rem ſuam deponi apud ſe patitur, vel vtendam rogat; nec depoſiti, nec commodati actione tenetur: ſicuti qui rem ſuam conducit, aut precariò rogat; nec precariò tenetur, nec ex locato.

LXIII. [k] Si is qui depoſitam à te pecuniam accepit, eam ſuo nomine vel cuiuſlibet alterius mutuò dedit, tam ipſum de implenda ſuſcepta fide, quàm ſucceſſores teneri tibi certiſſimum eſt. Aduerſus eum autem qui accepit, nulla actio tibi competit, niſi nummi extent. Tunc enim contra poſſeſſorem vti rei vindicatione potes.

z [illegible] §. preterea. Inſtit. de actio. & §. is quoque. ibid.
a l. 1. §. filiumfa. D. h. t. l. de poſitis. D. de pecul.
b l. 1. §. an in pupillū D. h. t. arg. in l. Auxilium. D. de mino. c. 1. de homic. & tit. de delict. puero.
c d. l. 1. §. 1. l. ex cōtractibus. D. de oblig. & act.
d Idem in l. in hæredem. D. de dolo malo.
e Idem l. de eo quod tumultus. D. h. t.
f l. in depoſit. & d. l. de eo. D. h. t. fa. l. ſi [illegible] id quod. D. de iuriſd. om. Iud.
* l. ſi duo. D. h. t. in furti actione contra [illegible] l. vulgaris. §. vlt. D. de furt. l. tres tutores. D. de adm. [illegible] l. 1. C. de condict. furt. & [illegible] DD. & in l. ſi familia. D. de iuriſd. om. Iud. Baldus in tract. malefi.
g d. l. ſi duo. arg. quòd hæc obligatio eſt rē [illegible] quæ indiuidua eſt in ſpeciebus. DD. in l. ſtipulationes non diuiduntur 72. & l. in executione 82. D. de verb. oblig.
h l. 4. D. h. t. l. qui rem & l. bona fides. §. vlt. D. [illegible]
[illegible] l. ſi is qui. & deſiderium. [illegible] h. t.

CAP. V.

De contraria depoſiti actione.

B LXIV.[l] SI quæ impenſæ in rem depoſitam factæ ſunt: veluti equi depoſiti causâ, vel depoſiti referendi eò quò dictum fuit, vel aliò, contrarium iudicium datur. [m] Ac depoſitum retineri à depoſitario eius rei causâ poteſt.

LXV. [n] In depoſiti vel commodati iudicio, quanquam dolo aduerſarij res abſit, condemnato ſuccurri ſolet, vt ei actionibus ſuis dominus cedat.

C LXVI. [o] In hoc iudicio meritò in litem non iuratur. Non enim de fide rupta agitur, ſed de indemnitate eius qui depoſitum ſuſcepit.

l 4. l. ſi in Aſia. vbi Bart. l. Actione. D. h. t.
m Glo. Bald. & Salyc. in l. ſi quis. C. h. t. ex ſententia Petri antiqui Gloſſatoris. arg. l. in rebus. §. vlt. D. Com.
n l. in depoſiti. D. h. t.
o l. eſt apud. d. t.

De commodato.

TIT. II.

D *Hic titulus ſex capitibus comprehenditur. Primum eſt, Commodatum quid ſit: & quomodo contrahatur, vel non. Secundum, De actione commodati directa, vel, Quibus de cauſis actio commodati competat, ſeu, Quid præſtare debeat is cui commodatum eſt. Tertium, Quibus ex cauſis commodati actio non competat, ſeu, Quæ præſtare non debeat is qui commodatum accepit. Quartum, Quibus competat actio commodati.* E *Quintum, Aduerſus quos competat commodati actio. Sextum, De contraria commodati actione.*

CAPVT I.

Commodatum quid ſit, & quomodo contrahatur, vel non.

I. [a] COmmodatum eſt conuentio qua res [b] gratis vtenda datur [c] ad tēpus, finem, modúmque certum, [d] ea lege vt eadem ipſa reddatur.

F II. [e] Commodata res tunc propriè intelligitur, ſi nulla mercede accepta vel conſtituta, res tibi vtenda data eſt. [f] Alioqui mercede interueniēte locatus tibi vſus rei videtur. Gratuitum enim debet eſſe commodatum.

III. [g] Is cui res aliqua vtenda datur, id eſt commodatur, re obligatur: & ab eo qui mutuum accepit, longè diſtat. Namque mutuum damus recepturi non eandem ſpeciem G quam dedimus, quæ accipientis facta eſt: cùm in commodato de re ipſa reſtituenda teneatur is cui commodatum eſt; [h] reique commodatæ & poſſeſſionem & proprietatem retineamus.

IIII. [i] Precarium à commodato differt, quòd commodatum certi vſus, tametſi

a Iac. Cuiacius Paratitlis. h. t.
b hoc verbum ſeparat à locatione.
c iſtud à precario.
d hæc verba à mutuo.
e §. Item is cui. Inſt. quib. mod. re contr. obl.
f Idem l. 1. §. ſi quis ſeruum. D. Dep. l. ſi vt. §. nunc videndum. D. h. t. §. præterea. Inſt. de loca. & cōd. l. ſi rem. §. ſi cū vnum. l. ſi operas. D. de praeſ. verb.
g l. 2. D. de reb. cred. ſi cert. peta.
h l. rei commodatæ. & l. nemo. D. h. t. l. 2. §. 1. D. pro hæred.
i glo. & Bart. in l. in cōmodato §. ſicut. D. h. t.

quando-

quandoque taciti ſit; precarium, incerti; [k] ideóque precarium licet quandocunque reuocare; [l] non etiam commodatum.

V. [m] Commodari, ſeu vtendæ dari tam res mobiles, quàm ſoli poſſunt. [n] Amplius habitationem commodari poſſe, receptum eſt.

V I. [o] Non poteſt commodari id quod vſu conſumitur: [p] niſi fortè ad pompam vel oſtentationem quis accipiat. Sæpe enim ad hoc commodantur pecuniæ, vt dicis gratia numerationis loco intercedant.

V I I. [q] Commodatum plerunque ſolam vtilitatem continet eius cui commodatur.

V I I I. [r] Sicut voluntatis & officij magis quàm neceſſitatis eſt commodare, ita modum commodati, finémque præſcribere.

I X. [ſ] Si cùm vnum bouem quis baberet, & vicinus eius vnum, placuerit inter eos vt per denos dies inuicem boues commodarent, vt opus facerent, & apud alterum alterius bos perierit, neque locati, neq; conducti, neque commodati competit actio: quia non fuit commodatum gratuitum: verùm præſcriptis verbis agendum eſt.

X. [t] Si rem tibi dedi, vt creditori tuo pignori dares, ſi merces interueniat; vel in factum, vel ex locato & conducto agendum eſt, ſi non repignoras. Planè ſi ego pro te rem pignori dedero tua voluntate, mandati erit actio.

CAP. II.

De actione commodati directa, vel, Quibus de cauſis actio commodati competat, ſeu, quid præſtare debeatis cui commodatum eſt.

X I. [u] IS cui res aliqua vtenda datur, id eſt commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione de re ipſa reſtituenda.

X I I. [x] Si reddita quidem ſit res commodata, ſed deterior reddita, non videtur reddita, niſi id quod intereſt, præſtetur.

X I I I. [z] Eum qui rem commodatam accepit, ſi in eam rem vſus eſt in quam accepit, nihil præſtare, niſi culpa deteriorem fecit. [a] Itaque ſi commodauero tibi equum quo vteris vſque ad certum locum, ſi nulla tua culpa interueniente in ipſo itinere deterior equus factus ſit, non teneris commodati. Nam ego in culpa ero, qui in tam longum iter commodaui, qui eum laborem ſuſtinere non potuit.

X I I I I. [b] Is qui vtendum accepit, exactam diligentiam cuſtodiendę rei pręſtare iubetur: nec ſufficit ei tantam diligentiam adhibuiſſe, quãtam ſuis rebus adhibere ſolitus eſt, ſi modò alius diligentior poterat eam rem cuſtodire. [c] Vſq; adeo autem diligentia in re commodata præſtanda eſt, vt etiã in ea quę ſequitur rem commodatam, pręſtari debeat: vt puta, equam tibi cõmodaui, quam pullus comitabatur, etiam pulli cuſtodiã præſtare debes.

k l. cùm precario. D. de prec. Contra Panor. ſententiam in c. vl. de preca. qui moderatũ tẽpus à Iudice ſtatuẽdũ dicit ei qui precario accepit, Bartolum ea in re reprehendẽs male.
l l. in cõmodato §. ſicut. D. h. t.
m l. 1. D. h. t.
n l. cum antiquitas. C. de vſufr. Vlpianus in d. l. 1. de quo tamen dubitat. in l. ſi gratuitã. D. de praeſc. verb. vbi ſi gratuitam habitationem dedero, tutius eſſe ita dici agere præſcriptis verbis quàm commodati.
o l. 3. §. vlt. & l. ſeq. D. h. t. Ratio eſt quòd eadem res reſtitui debeat.
p Idem in l. ſi ego pecuniam. D. de reb. cred. ſi cert. pet.
q l. ſi vt certo. §. commodatũ. D. h. t.
r l. in commodato. §. ſicut. d.
ſ § præterea. Inſt. de loca.
t l. ſi vt certo. §. rem tibi. D. h. t.
u §. Item is. Inſt. quib. mod. re contr. oblig. l. 3. §. 1. D. h. t. ſimile in depoſito. l. 1. § ſi rem. D. Depoſ. Bart. in l. 1. D. de ſol. l. cũ quis. in prin. l. in rebus. §. ſiue autem. D. h. t.
x l. eum qui. l. in rebus. § ſiue autem. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. D. h. t. l. vlt & ibi Flo. D. ad leg. Aquil.
a l. vlt. D. h. t.
b d. § Item is & d. §. nunc videndum. c. vn. h. t.
c d. l. ſi vt certo. §. vſque adeò.

A X V. [d] Si de me petiiſſes vt triclinium tibi ſternerem, & argentum ad miniſterium præberem, & fecero: deinde petiiſſes vt idem ſequenti die facerem, & cùm commodè argentum domum referre non poſſem, ibi hoc reliquero, & perierit; periculum eius erit penes quem relictæ res ſunt, niſi aliud nominatim conuenit.

X V I. [e] Si res commodata furto ſublata
B ſit, præſtare id is cui commodata eſt debet: [f] quippe cùm inter fortuitos caſus furtum non annumeretur.

X V I I. [g] Si vtriuſque cauſâ commodata res eſt, veluti cùm communem amicum inuitauerimus, túque eius rei curam ſuſcepiſſes, & ego tibi argentum commodauerim, non tantùm doli, ſed & culpæ fiet æſtimatio, vt in rebus pignori datis & dotalibus fieri ſolet.

X V I I I. [h] Si dum referretur res, periit;
C ſiquidem ego mandauerim per quem remitteret, periculum meum erit: ſi verò ipſe, cui voluit, commiſit, mihi culpam præſtabit, [i] qui non tam idoneum hominem elegit, vt rectè id perferri poſſet.

X I X. * Interdum & mortis damnũ ad eum qui commodatum rogauit, pertinet. Nam ſi tibi equum commodauero vt ad villam duceres, tu ad bellum duxeris, commodati teneberis. [k] Planè ſi ſic commodaui, vt ad bellum duceres, meum erit periculum.

D X X. [l] Qui aliter re commodata vtitur, quàm debeat: [m] veluti ſi alteri commodauerit; non ſolùm commodati, verùm furti quoque tenetur, [n] ſi exiſtimauerit id ſe inuito domino facere.

X X I. [o] In commodato pactio ne dolus præſtetur, rata non eſt.

X X I I. [p] Si quis rei commodatæ periculum in ſe ſuſceperit, [q] vel eius culpa illud acciderit,
E vel in mora reddendæ rei fuerit, etiam caſus præſtabit: [r] idque adeò, etiamſi apud eum qui commodauit, peritura res fuerit.

X X I I I. [ſ] Si res æſtimata commodata ſit, omne periculum ab eo præſtari debet qui ſe æſtimationem præſtaturum [t] nominatim recepit. [u] Sed ſi ſimpliciter res æſtimata data ſit, ea tantùm cauſâ facta æſtimatio intelligetur, vt ſi culpa eius cui commodata eſt periiſſet,
F aut deterior facta eſſet, æſtimatio ſolueretur.

X X I V. [x] Si quis periculum, quod certa ex re aliqua accidiſſet, ac generaliter aliis è rebus in ſe receperit; de ſimilibus caſibus promiſiſſe, non etiam ſi quid maiori ex re contigerit, intelligetur.

d d. l. § ſi de me.
e Hot. in ſuis Commentationibus de iure ciuili. h. t. Iac. Cuiacius Commentariis ad Africanum in l. Rem tibi. D h. t.
f l. cum duobus § damna. D. pro ſoc. l. 4. D. Nautæ, caupo. ſtab.
g l. in rebus. D h. t.
h l. cum qui d. t.
i l. qui non tã. ibid.
* d. l. ſi vt certo § ſed interdum.
k Fa. l. vlt. D. d. t. Innoc. in c. ſicut & infra de iniuri.
l l. ſi vt certo, §. quum mò. D. h. t. Aulus Gellius libro 7. Noctium Atticarum. cap. 15. l. 3. § is verò. & l. qui ſeruum. § ſi is cui rẽ. D. de oblig. & actio. l. qui re. in prin. & l. ſi pignore. D. de furt. l. qui furtum. D. de cond. furt.
m d. l. ſi pignore. & d. l. qui re. D. de furt.
n d. l. qui re.
o l. in commodato. D h. t. l ſi vnus. § illud. D. de pact. l. 1. §. ſi conuenit. D. Depoſ. l. Cõtractus. D. de reg. iur.
p l. 1. C. h. t. l. Rem mihi. §. vlt D. eo. t. d. l. Contractus.
q c. vn. h. t.
r glo. in d. c. vn. arg. l. Cum res. §. vlt D. de leg. 1. quia ſcilicet is qui commodauit ſi id non feciſſet, vel reddita res fuiſſet vendere eã potuit & auth.

de depoſ. & demum. ſ l. ſi vt certo. § nunc videndum eſt. D h. t.
t Franc. Conn. h. t. u Pan. hoc t. & Io. Andreas reiectis diſtinctionibus
G Gloſæ & Bartoli, qui generaliter definiunt, in contractibus qui alienationem naturâ ſua continent, æſtimationem pro emptione eſſe, & periculum ad accipientem pertinere, l. 1. §. vlt. D de æſtimat. in aliis contractibus veluti depoſito commodato, & ſimilibus, in quibus non ſit alienatio, nihil aliud æſtimationem efficere quam vt res pretium ſi forte res pereat, vel deterior fiat, ſit accipientis. l. ſi inter. D de iur. dot. Alex in Add. ad Bart. in d. § nunc videndum eſt. arg. l. vlt. D. de præs ſtipul annotatorum à Bartolo in l. 1. C. h. t. x Pan. in c. vn. h. t. Bart. in l. Sed & ſi quæſitum. D. ſi quis cautio. Nec bene ſenſiſſe videtur Gloſa in d. c. vn. non aliter caſus fortuitos præſtari, niſi nominatim exprimantur.

XXV. [z] Si quis cùm poſſet res commodatas ſaluas facere, ſuas prætulit, commodati tenetur, [a] ſi hæ viliores fuerint. Quòd ſi eiuſdem pretij fuiſſent, non videtur in culpa fuiſſe quòd ſuas ſaluas fecerit, cùm omnes non poſſet.

XXVI. [b] Si rē tibi dedi vt creditori tuo pignori dares, nec repignoras, vt mihi reddas, commodati actio locum habet. Sed ſi à te culpa abſit repignorandi, creditor autem nolit reddere pignus, competit mihi ad hoc duntaxat commodati actio, vt mihi actiones aduerſus eum præſtes. Abeſſe autem culpa à te videtur, ſiue iam ſoluiſti pecuniam, ſiue ſoluere ſis paratus. Sumptum planè litis, cæteráque æquum eſt eum agnoſcere qui commodatum accepit.

XXVII. [c] Prætextu debiti reſtitutio commodati non probabiliter recuſatur.

XXXVIII. [d] Is cui commodatum eſt, tametſi rem alienam ſibi datam contendat, [e] vel ſuam, reddere tamen eam compellitur.

XXIX. [f] In hac actione ſicut in cæteris bonę fidei iudiciis in litem iurabitur, vt rei iudicandę tempus, quāti res ſit, obſeruetur: quamuis in ſtricti iuris iudiciis litis conteſtatę tempus ſpectetur.

A

B

C

CAP. III.

Quibus ex cauſis commodati actio non competat.

Seu,

Quæ præſtare non debeat is qui commodatum accepit.

D

XXX. [g] SIcut voluntatis & officij magis quàm neceſſitatis eſt commodare, ita modum commodati, finémque pręſcribere, eius eſt qui beneficium tribuit. Cùm autem id fecit, id eſt poſteaquàm commodauit, tunc finem præſcribere, & retrò agere, atque intempeſtiuè vſum commodatæ [h] rei auferre, non officium tantùm impedit, ſed & ſuſcepta obligatio inter dandum accipiendúmque.

E

XXXI. [h] Eum qui rem commodatam accepit, nihil præſtare, ſi eam in nulla parte culpa ſua deteriorem fecit, verum eſt. Nam ſi culpa fecit deteriorem, tenebitur.

F

XXXII. [i] In rebus commodatis talis diligentia præſtanda eſt, qualem quiſq; diligentiſſimus paterfamiliàs ſuis rebus adhibet: ita vt tantùm eos caſus non præſtet quibus reſiſti non poſſit: veluti mortes equorum, boúmque, quæ ſine dolo & culpa eius accidunt, latronum hoſtiúmve incurſus, piratarum inſidias, naufragium, incendium.

XXXIII. [k] Quod de latronibus & piratis diximus, ita ſcilicet accipiemus, ſi in hoc

G

commodata ſit alicui res vt eam rem peregrè ſecum ferat. Alioqui ſi cui ideo argentum commodauerim, quòd is amicos ad cœnam inuitaturum ſe diceret, & is peregrè ſecum portauerit, ſine vlla dubitatione etiam piratarum & latronum, & naufragij caſū præſtare debet. Hæc ita, ſi duntaxat accipientis tantùm gratia commodata ſit res.

XXXIV. [l] Ad eos, qui vtendum aliquid accipiunt, damnum iniuriâ ab alio datum, non pertinere proculdubio eſt. Qua enim cura aut diligentia conſequi poſſumus ne quis damnum nobis iniuriâ det?

XXXV. [m] Equum tibi commodaui: in eo cùm tu equitares, vt vnà complures equitarent, vnus ex his irruit in equum, teque deiecit, & hoc caſu crura equi fracta ſunt; tecum nulla actio eſt: ſed ſi equitis culpa factum eſſet, cum equite ſanè, non cum equi domino agi poteſt.

XXXVI. [n] Commodatam rem miſſus qui repeteret, aufugit. Si dominus dari ei iuſſerat, domino perit: [o] ſi commonendi cauſa miſerat vt referretur res commodata; ei cui commodata eſt.

XXXVII. [p] Argentum commodatum ſi tam idoneo ſeruo meo tradidiſſem ad te perferendum, vt non debuerit quis exiſtimare futurum, vt à quibuſdam malis hominibus deciperetur, tuum non meum detrimentum erit, ſi id mali homines intercepiſſent. [q] Nec refert pauperem fuiſſe ſeruum, ſi frugi fuerit exiſtimatus.

XXXVIII. [r] Si equus eunti in militiam commodatus, fuerit in acie cæſus, domino perit.

XXXIX. [ſ] Si ex continenti cuſtos datus ſit ab eo qui commodabat, rei commodatæ, hoc ipſo remiſſa cuſtodia ei qui commodatum accepit, intelligitur.

XL. [t] Interdum planè dolum ſolum in re commodata qui rogauit, præſtabit: vt puta ſi ita conuenit, vel ſi ſua duntaxat cauſa commodauit ſocero fortè, quò ſponſa vel vxor honeſtiùs culta ad ſe deduceretur, vel ſi quis ludos edens, ſcenicis commodauit.

XLI. [u] Si rem inſpectori dedi, ſi quidem mea cauſa dedi: dum volo pretium exquirere, dolum mihi præſtabit tantùm: ſi ſua, etiam cuſtodiam: & ideo furti habebit actionem.

CAP. IV.

Quibus competat actio commodati.

XLII. [x] COmmodare poſſumus & alienam rem quam poſſidemus: ita vt vel fur, vel prædo, ſi commodauerit, habeat commodati actionem; [z] vſque adeò vt & ſi res exigat, in litem iurare poſſit.

XLIII. [a] Cui veſtimenta commodata ſunt, lege Aquilia agere non poteſt, ſed domino competit.

CAP. V.

Aduerſus quos competat commodati actio.

XLIV. [b] SI duobus vehiculum commodatum ſit, vel locatum, dolum &

culpam,

l l. ad eos. D. h. t.
m l. vlt. D. ad leg. Aqu.
n l. ſi mea cauſa. l. cum qui. D. h. t. l. Titia nus. D. quod cū eo. Innoc. in c. prudentia. de off. deleg.
o Fa. l. qui hominem. §. ſi nullo. D. de ſolut. l. 1. C. de mand. Pra. l. 1. C. de ſuperind. gl. & Pan. in c. ſicut. de ſent. excom.
p l. argentum. D. h. t.
q Bart. in l. ſuſpectum. D. de ſuſp. tuto. Alex. in d. l. Argētum Fr. Aretinus in d. l. ſi vt certo. §. ſi me rogaueris. D. h. t.
r Inn. in c. ſicut. & infra. de inr. l. itē quæritur. §. ſi ſeruum. D. loca.
ſ arg. l. ſi ſolututrus. D. de ſolut. l. quēadmodū. D. de acq. rer. dom. glo. in l. pen. D. vſufruct. quēad. cau. Bart. in d. l. ſi vt certo. §. ſi de me. D. h. t. Bald. in l. ex Diui. D. loca.
t d. l. ſi vt certo. §. interdum. l. ſi mea cauſa. l. cū qui. D. h. t. Sed in dote conueniri non poteſt vt maritus dolum ſolūmodò præſtet. l. Pōpo. D. de pact. dot.
u d. l. cum qui. §. 1.
x l. Commodare. & ſeq. D. h. t.
z l. Non à Iudice. D. de Iud.
a l. Item Mela. §. cum cui. D. ad leg. Aquil.
b d. l. ſi vt certo. §. vlt. D. h. t.

… non à Iudice. D. de Iud. g l. In commodato. §. ſicut. D. h. t. Aliud in … l. cū precario. D. de preca. h l. Eū qui. D. h. t. i l. in rebus. l. ſi vt certo. §. … d. t. k d. l. in rebus. & § n cu. Inſt. quib. mo. re cōtrah. obli. & generali… culpa præceſſit caſum vnde damnum accidiſſe veriſimile ſit, caſus præſtatur … culpam admiſit, vt in locato. l. videamus § ſi hoc. D. loca. l. cum proponas. … ſæm in cautione iudicio ſiſti. l. 2. §. ſi tamen. D. ſi quis cautio. in dote ſolu… monio reddenda. l. in his D. Sol. matr. & hoc in commodato. d. l. ſi vt certo. … interdum. D. h. t. l. 3. §. is verò. D. de oblig. & act.

culpam, & diligentiam,& cuſtodiam in totũ vnuſquiſque prçſtare debet:& duo quodammodo rei habentur: & ſi alter conoentus præſtiterit, liberabit alterum,& ambobus competet furti actio: & alterutro agente, altetius actio contra furem tolletur.

XLV. [c]Alioqui ſi commodati aut depoſiti contra plures agatut, reddendæ rei commodatæ diuiduæ cauſa pro parte conueniendi ſunt: [d]vt cùm plures promittunt; neque adiectum eſt, vt rei ſint promittendi;[e] aut plures vna ſententia coudemnantur, tametſi vnus rem promiſſam receperit. [fg]Attamen ſi is conueniatur, qui rei totius reſtituendæ facultatem habet, in ſolidum rectè conuenitur. [h]Idem obſeruatur, & ſi actum ſit vt in ſolidũ conueniri poſſent,[i] vel vt duu rei promittendi fierent.

XLVI. [k]Hæres eius qui commodatum accepit, pro ea parte qua hæres eſt, conuenitur: * niſi fortè habeat facultatem totius rei reſtituendæ, nec faciat.[l]Tunc enim condemnatur in ſolidum, quaſi hoc boni iudicis arbitrio conueniat, ſed & ſi facto hæredis agatur, commodati in ſolidum cõdemnatur, licèt ex parte hætes eſt.

XLVII. [m]Non conſiſtit commodatum in pupilli perſona ſine tutoris authoritate: vſque adeò vt etiam ſi pubes factus dolũ aut culpam admiſerit, hac actione non teneatur, quia ab initio non conſtitit.[n o] Nec in furioſum commodati actio danda eſt, ſed ad exhibendum aduerſus eos dabitur, vt res exhibita vindicetur. [p]Et ſi locupletior pupillus factus ſit, datur vtilis commodati actio.

CAPVT. VI.

De contraria commodati actione.

XLVIII. [q]POſſont iuſtę cauſæ interuenire, ex quibus cum eo qui commodaſſet agi deberet, veluti de impenſis in morbũ iumenti commodati factis: nam cibariotum impenſæ naturali ratione ad eum pertinent, qui vtendum accepiſſet.[r]Sed tamẽ quòd de impenſis diximus, ad maiores impẽſas pettinere debet. Modica enim impendia veriùs eſt, vt ſicuti cibariurum, ad eum pertineant.[ſ] Modica verò impendia videntur, ſi minora ſint vſu è re commodata percepto, non maiora.

XLIX. [t]Si ad fulciendam inſulam tigna cõmodaſti, deinde ſubſtraxiſti, aut etiam ſciens vitioſa cõmodaſti, teneberis. Adiuuari quippe nos, non decipi beneficio oportet. [u]Ergo & qui ſciens vaſa vitioſa commodauit, ſi infuſum ibi vinum, vel oleum corruptum effuſúmve eſt, condemnandus eo nomine eſt:[x] nou item ſi neſciens.

L. [z]Rem commodatam perdidi, & pro ea pretium dedi, deinde res in poteſtatem tuam venit: contrario iudicio aut rem mihi præſtare debes, aut quod à me accepiſti, reddere.

LI. [a]Quod contrario iudicio conſequi quiſque poteſt, id etiam recto iudicio quocum agitur, poteſt ſaluum habere iure penſationis: quia fieri poteſt vt amplius ſit quod inuicem aliquem conſequi oporteat, aut iudex penſationis rationem non habeat, aut ideò de reſtituenda re cum eo non agatur, quòd ea res caſu intercidit, aut ſine iudice reſtituta eſt, dicemus neceſſariam contrariam actionem.

c arg. l. cùm apparebit. & l. ſi diuiſa. D. loca.
d l. reos. §. cùm in tabulis D. de duobus reis.
e l. Paulus de iud.
fg l. ſi non ſinguli. C. ſi cert. peta.
h l. 3. §. hæret. D. h. t.
i d. l. ſi non ſinguli.
k l. 3. § hæres eius. D. h. t. l. pro hæreditarus. C. de hæred. act.
l idem in rei vendicatione. l. ſi poſſeſſor. D. de rei vendic. in actione pro ſocio. l. actione. § ſi cõmunis. D. pro ſoc. in prætoriis ſtipulationib. l. 2. §. incerti. D. de prato. ſtipul. quod eſt fauore bonæ fidei introductum ſingulari iure. Alioqui actio perſonalis in poſſeſſorem ſummo iure nõ datur. l. 1. § ſin hæres percepto. D. ad SC. Trebel.
m l. 1. § 1. D. h. t.
n o l. nec in furioſum. d. t.
p l. ſed mihi. & l. 3. ibid. l. naturaliter. D. de condict. ind. l. eatenus. D. de inſtito. l. Pupillus. in prin. & §. pupillus. D. de auth. tuto.
q l. in rebus. D. h. t.
r De hoc quoque Bart. in l. Diuortio. §. impendia in 1. oppoſ. D. ſol. matr. Bald. hic, & in l. vlt. C. h. t.
ſ arg. l. 1. §. vlt. D. de pig. & hyp.
t l. in commodato. §. ſicut. D. h. t.
u d. l. in rebus. § item qui ſciens. l. penult. h. t.
x Franciſcus Connanus hoc l. Contra Bartoli ſententiam exiſtimantis eum qui commodauit, culpa nemini teneri, ſi non inquiſierit vaſa vitioſa eſſent, necne.
z d. l. in commodato. §. vlt.

a d. l. in rebus § poſſunt.

De Mutuo.

TITVLVS III.

HIc titulus in ſex capita diuiditur. Primũ eſt, Mutuum quid ſit, & quomodo contrahatur, vel non. Cuius prima pars, Quid ſit mutuum, & quomodo contrahatur. Secunda, Quomodo mutuum non contrahatur. Caput ſecundũ, Qui dare mutuum poſſunt, vel non. Cuius prima pars, Qui poſſunt. Secunda, Qui non poſſunt. Caput tertium, Quibus dari mutuum poſſit, vel non. Cuius prima pars, Quibus poſſit. Secunda, Quibus non poſſit. Caput quartum, Quid veniat in condictionem ex mutuo, vel non. Cuius prima pars, Quid veniat. Secunda, Quid non veniat. Caput quintum, Quibus detur condictio ex mutuo, vel non. Cuius prima pars, Quibus detur. Secunda, Quibus non detur. Caput ſextum, Aduerſus quos competat condictio ex mutuo, vel non. Cuius prima pars, Aduerſus quos competat. Secunda, Aduerſus quos non competat.

CAP. I.

Mutuum quid ſit: & quomodo contrahatur, vel non.

Prima pars.

Quid ſit mutuum, & quomodo contrahatur.

I. [a]RE contrahitur obligatio mutui datione.

II. [b]Mutuum eſt creditum quantitatis datæ, ea lege, vt eadem ipſa quantitas reddatur in genere, non in ſpecie eadem.

III. [c]Mutui datio conſiſtit in his rebus, quæ pondere, numero, menſuráve conſtant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata: quas res in hoc damus vt fiant accipientis; poſtea aliâs recepturi, eiuſdem generis & quantitatis.

IIII. [d]Mutuum damus recepturi, non eandem ſpeciem quam dedimus, ſed idem genus. Nam ſi aliud genus, veluti ſi pro tritico vinum, non erit mutuum.

V. [e]Creditum à mutuo eo differt quo genus à ſpecie. Nam creditum conſiſtit extra eas res quæ pondere, numero, menſuráve

a l. 1. § re cõtrahitur. D. de oblig. & act.
b Iac. Cuiacius. lib. 11. Obſeruationũ c. 37. vbi ſe vero quantitatis vocabulo dicit, quòd quæ pondere, numero, menſuráve conſtant, quib. in reb. conſiſtit mutuũ, quantitate valent potius quàm corpore. l. 1. §. non ſolùm. D. ad leg. Falc. l. ſi is qui nummos. D. de ſolu. Corpora autem apponũtur quantitati.
c d. l. 1. § mutuum. D. d. t. de obl. & act. §. 1. Inſt. quib. mo. re contr. obblig. l. 2. §. 1. D. de reb. credit. ſi cert. pet.
d d. l. 2. in pri.
e d. l. 2. §. vlt.

continentur: ſicuti, ſi eandem rem recepturi ſumus, creditum eſt. Item mutuum non poteſt eſſe niſi proficiſcatur pecunia. Creditum autem fit interdum, etiamſi nihil proficiſcatur: veluti ſi poſt nuptias dos promittator.

VI. [f] Is cui res aliqua vtenda datur, id eſt commodatur, re quidem obligatur, ſed ab eo qui mutuum accepit longè diſtat. Namque non ita res datur, vt eius fiat, & ob id de ea re ipſa reſtituenda tenetur.

VII. [g] Quælibet res æſtimata pro pecunia dari mutua poteſt.

VIII. [h] Si pro pecunia quam mutuo dediſti, tibi vinum ſtipulanti, qui debuerunt, ſpoponderunt, negotij geſti pœnitentia cootractum rectè habitum non conſtituit irritum.

IX. [i] Maior ſumma deberi ex cauſa mutui non poteſt, quàm re ipſa numerata ſit: vt puta, Si tibi decem dedero, vt nouem debeas, non ampliùs ipſo iure debebis quàm nouem. Sed ſi decem dedero, vt vndecim debeas, ampliùs quàm decem condici non poſſunt.

X. [k] Numeraui tibi decem, & hæc alij ſtipulatus ſum: condicere decem poſſum quaſi duobus contractibus interuenientibus: vno, qui re factus eſt, id eſt numeratione: alio, qui verbis, ídque inutiliter: quoniam alij ſtipulari non potui. Idem erit ſi à pupillo fuero ſine tutoris authoritate ſtipulatus, cui tutore authore credidi. Nam & tunc manebit mihi condictio ex numeratione.

XI. [l] Eadem ratione ſi quid tibi numeraui ſub impoſſibili conditione, cùm nulla ſit ſtipulatio, manebit condictio.

XII. [m] Benignè receptum eſt, vt ſi pecuniam apud te depoſitam conuenerit vt creditam habeas, credita fiat: quia tunc nummi qui mei erant, tui fiunt, [n] etiam antequam moueantur: Animo enim cœpiſti poſſidere. [o] Quòd ſi ab initio cùm deponerem, vti tibi, ſi voles, permiſero, credita non erit antequam mota ſit; quoniam debitum iri non eſt certum.

XIII. [p] Receptum etiam illud eſt ſingulariter, vt ſi debitorem meum iuſſero dare pecuniam, obligetis mihi quamuis meos nummos non acceperis. [q] Quod igitur in duabus perſonis recipitur, hoc & in eadem perſona recipiendum eſt: vt cùm ex cauſa mandati pecuniam mihi debeas, & conuenerit vt crediti nomine eam retineas, videatur mihi data pecunia, & à me ad te profecta.

XIV. [r] Si quis pecuniam hac conditione accepit, vt mihi in creditum daret, acceptam dederit, non eſſe creditam videri poteſt: quia exſoluendi cauſa magis daretur, quàm alterius obligãdi: ſed benignius eſt, vt vtrumque valeat.

XV. [s] Si & me & Titiũ mutuam pecuniam rogaueris, & ego meum debitorem tibi promittere iuſſerim, tu ſtipulatus ſis, cùm putares eum Titij debitorem eſſe, an mihi obligeris quæſitum eſt, cùm nullum negotium mecum contraxeris. Sed propiùs eſt vt obligeris, nõ quia pecuniã tibi credidi (hoc enim niſi inter conſentientes fieri nõ poteſt) ſed quia pecunia mea ad te peruenit, eam à te mihi reddi bonum & æquum eſt.

XVI. [t] In mutui datione oportet dominũ eſſe dantem. [u] Quòd ſi fur nummos tibi credendi animo dedit, accipientis nõ facit, eóſque vendicare non prohiberis. Sed conſumptis eis naſcitur condictio; & ſi per partes conſumpti ſint, per partes condici poterunt, quia nondum toti conſumpti comperti ſunt.

XVII. [x] Si pecuniam non conſumptam dominus non vendicet, is qui alienam pecuniam ſuo nomine credidit, eámque reddi ſibi ſtipulatus ſit, ius ſibi obligationis quæſiſſe videtur. [z] Nec vnde originem pecunia quæ mutuo data fuerit, habuerit, ſed qui cõtraxit, ſi vt propriam numerauit, in huiuſmodi obligationibus requiretur.

XVIII. [a] Si pupillus ſine tutoris authoritate crediderit, aut ſoluendi cauſa dederit, conſumpta pecunia cõdictionem habet; vel liberatur non alia ratione, quàm quod facto eius intelligitur ad eum qui accepit perueniſſe.

XIX. [b] Si tu quaſi mutuam pecuniam dederis, ego quaſi commodatam oſtentandi gratiâ accepi, nec mutuum, nec commodatum eſt: ſed conſumptis nummis condictioni ſine doli exceptione locus erit.

XX. [c] Omnia quæ inſeri ſtipulationibus poſſunt, poſſunt etiam numerationi pecuniæ, & ideò & conditiones. [d] Proinde mutui datio interdum pendet, vt ex poſtfacto confirmetur: veluti ſi dem tibi mutuos nummos, vt ſi conditio aliqua exſtiterit, tui fiant, ſíſque mihi obligatus.

Secunda pars capitis primi.

Quomodo mutuum non contrahatur.

XXI. [e] SI nudo pacto non numerata pecunia de mutuo conuenerit, mutuum contractum non videtur. [f] Et qui pecuniam creditam accepturus ſpopondit creditori futuro, in poteſtate habet ne accipiendo ſe ei obſtringat. [gh] Quòd ſi pœnam ſtipulatus fuero, ſi pecuniam mihi non crediſſes, certa eſt & vtilis ſtipulatio, moribus quidem Galliæ, quatenus modum eius, quòd veriſimiliter intereſſe potuit, non excedit. Quod ſi ita ſtipulatus fuero, pecuniam te mihi crediturum ſpondes, incerta eſt ſtipulatio: quia id venit in ſtipulatione quod mea in-

f §. item is cui. Inſtit. d.t. quib. mod. re contr. obl. l. 1. §. is quoque cui. D. de obl. & actio.

g l. ſi pro mutua. Cod. ſi cert. peta. in venditione ſimiliter res loco pretij dari poteſt. l. pretij cauſa. C. de reſc. vend. Alciatus in l. ſingularia. D. d. tit. de rebus cred. ex ſententia Iacobi, Salyceti, Socini, & Purpurati.

h l. eo quod. Cod. ſi cert. pet.

i l. rogaſti. §. 1. D. d. tit. de reb cred. l. ſi tibi decem in prin. D de pact. l. hactenus in fin. D. de conſt. pec. l. cum vltra. C. de non num. pec.

k l. certi condictio. §. quoniam. D. d. tit. de reb. cred. l. 3. C. de contr. ſtipul.

l d. §. quoniam.

m l. qui negotia. D. manda. d. l. certi condictio. §. vlt.

n d. §.

o l. quod ſi ab initio d. t.

p l. qui negotia. & l. ſingularia. D. d. tit. de reb. cred. ſi cert. peta. Et hæc introducta ſunt fictione breuis manus, de qua verſus ſi. in d. l. & l. licet. §. 1. D. de iur. dot. Et celeritate coniungendarum actionum fit ſæpe vt vna occultetur & ſurripiatur. l. 3. §. ſi debitorem. D. dona. inter vir. & vxor.

q Huic Vlpiani ſententiæ aduerſatur Africanus in d. l. qui negotia. Sed recepta eſt Vlpiani ſententia, quam adiuuat regula, quòd facilius eſt à ſe ipſo exigere quàm ab alio. & eam quoque adiuuat l. ſi ex pretio. Cod. ſi cert. petat. Vt doctè annotat Iacobus Cuiacius tractatu ad Africanum in d. l. qui negotia.

r l. ſi tibi pecuniam. D d. titu. de rebus creditis. l. qui id. §. ea lege. D. de donat.

s l. ſi me & Titium. D. d. t. de reb. cred.

t l. 1. §. in mutui. d. t.

u l. Nam & ſi fur. l. rogaſti. l. ſi ſocius. ibid.

x l. 2. Cod. ſi cert. pet. Bart. in l. nam & ſi fur. D. d. t. de reb. cred.

z l. non vnde. C. d. t. ſi certum pet.

a l. non omnis. §. 1. D. d. t. de reb. cred. l. apud Celſum. §. ſi quis pupillo. D. de oblig. & act.

b l. ſi ego pecuniam. D. de reb. cred. ſi cer. pet.

c l. Omnia. d. t.

d l. Proinde. ibid.

e l. 2. §. item mutuum. d. t. l. qui negotia. D. manda.

f l. qui pecuniam. D. d. t. de reb. cred.

gh l. ſi pœnã. D. de verbor. oblig.

tereſt,[i] & niſi ſtipulator ſua intereſſe docuerit, nulla ſequetur condemnatio.

XXII. [k] Si quis ſciens perdituro pecuniam crediderit, veluti adoleſcenti luxurioſo eam in meretrices impenſuro, mutui condictio ei non datur.

XXIII. [l] Rogaſti me, vt nummos mutuos darem: ego cùm non haberem dedi tibi rem vtendam, vt pretio vtereris. Si non vendidiſti, aut vendidiſti quidem, pecuniam autem non accepiſti mutuam, tutius eſt præſcriptis verbis agere, quaſi negotio quodam inter nos geſto proprij contractus.

i arg. l. ſi quis ſtipulatus. eo. t.
k l ſi verò. §. ſi adoleſcens. D. manda. Io. Andreas in add. ad Specul. in rubr. de oblig. & ſol. Alex. Ang. & DD. in l. ſi quis cùm ſciret. D. pro empto. contrà eſt, ſi debitor ſoluat creditori in malos vſus conſumpturo. Alex. in d. l. ſi quis cùm ſciret. Io. Imola. in l. ſi cùm dotem. §. 1. D. ſol. matr.
l l. rogaſti. D. de præſc. verb.

CAP. II.

Qui dare mutuum poſſunt, vel non.

Prima pars.

Qui poſſunt.

XXIV. [m] IN mutui datione oportet dominum eſſe dantem.

XXV. [n] Si communes tibi nummos credidero centum, quinquaginta condicere poſſum, etiamſi ſingula corpora communia fuerint.

m l. 1. §. in mutuo. D. d. tit. de reb. cred.
n l. nam etſi ſur. §. vlt. l. ſi ſocius. l. ſi ſeruus. d. t. l. ſi non ſuus in prin. D. de ſol.

Secunda pars.

Qui non poſſunt.

XXVI. [o] PVpillus, furioſus, prodigus mutuum dare non poſſunt: ſed eis, ſi nummi conſumpti ſint, vel locupletiores ex his facti ſint, condictio datur.

o l. pupillus. l. ſi à furioſo. D. de oblig. & act. l. l. nam & ſi. §. ſi pupillus. l. ſi furioſo. D. d. tit. de reb. cred. l. apud Celſum. §. ſi à furioſo. D. de doli mal. & met. exc.

CAP. III.

Quibus dari mutuum poſſit, vel non.

Prima pars.

Quibus poſſit.

XXVII. [p] [q] CIuitas mutui datione obligari poteſt, ſi ad vtilitatem eius pecuniæ verſæ ſunt: alioqui ipſi ſoli qui contraxerunt, non ciuitas, tenebuntur. Idémque de Eccleſia ſtatuendum. [r] Sed creditori qui principiò vtiliter geſſerit, ſi pecunia fortuito caſu perierit antequam in eam cauſam verteretur, imputari periculum non debet.

p q l. ciuitas. D. d. tit. de reb. cred. quod conſtitutum ac adminiſtratorum culpa periculū ciuitas ſubeat. l. vlt. C. de vend. reb. ciu. Alciatus in d. l. ciuitas.
r . Barth. Brixianus quæſt. 145. glo. 12.

Secunda pars.

Quibus non poſſit.

XXVIII. [s] PVpillus mutuam pecuniam accipiendo, ne quidem iure naturali obligatur,[t] niſi quatenus ex ea re locupletior factus eſt.

XXIX. [u] Si pecuniam quam mutuam minor accepit, diſſipauit, denegare debet Prętor creditori aduerſus eum actionem. Quòd ſi egenti minori eam crediderit, vlteriùs procedendum non eſt, quàm vt iubeatur iuuenis actionibus ſuis, quas habet aduerſus eum

s l. pupillus. D de oblig. & act.
t l. apud Celſum. §. ſi pupillus. D. de doli mal. & met. exc.
u l. patri §. ſi pecuniam. D. de mino.

A cui ipſe crediderit, cedere creditori ſuo. Prædium quoque ſi ea pecunia pluris quàm oporteret emit, ita temperanda res eſt, vt iubeatur venditor, reddito pretio cùm vſuris quas ex pecunia percepit, vel percipere potuit, recuperare prædium, & fructus quibus locupletior iuuenis factus eſt recipere.

CAPVT IIII.

B

Quid veniat in condictionem ex mutuo, vel non.

Prima pars.

Quid veniat.

XXX. [x] ALiud genus pro alio reddi inuito creditori non poteſt: ve-
C lut pro tritico vinum, æs pro auro, plumbum pro argento, vel quid argento ſimile, pro vino acetum. [z] Sed nec pro nouo frumento vetus reddi poteſt: [a] nec eroſa pecunia, vel edicto publico improbata, cùm proba data ſit.

XXXI. [b] Si cùm ex mutui cauſa aurei deberentur, eorum æſtimatio, lege aut conſtitutione Principis imminuta ſit, præſtari hoc detrimentum à debitore debet: ſi aucta, de-
D ducere illud incrementum debitor poterit. Idem obſeruabitur, etiamſi creditor ſtipulatus ſit aureos tot quot mutuos dederit ſibi reddi: niſi alia mente fuiſſe eum appareat: veluti id feciſſe, quòd aureorum æſtimationem imminui vereretur, eóque conueniſſe, vt eadem ſpecies ſibi aurei redderetur.

XXXII. [c] Si quis aureos centum mutuos dederit, eóſque reddi ſimpliciter ſit ſtipu-
E latus, alio nummi genere ei ſolui poteſt.

XXXIII. [d] Si aurei æſtimati mutui dati ſunt, in eorum æſtimationem ſolùm tenetur qui accepit.

XXXIIII. [e] Vinum quod mutuum datū

x l. 2. D. d. t. de reb. cred.
z l. 2. Cod. de cond. in publ. horr. lib. 10.
a l. Creditor. 102. D. de ſolut.
b Caro. Molinæus tract. de vſur. verſ. 702. & ſequētibus. Franciſ. Curtius Iunior. in l. cùm quid. D. d. t. de reb. cred. l. 1. D. de cōtrah. empt. in verb. Eaq; materia forma publica percuſſa vſum dominiúmque non tā ex ſubſtantia prębet quàm ex quātitate. Quantitas enim eſt valor impoſitus. arg. l. nummis. D. de in lit. iur. Vt dicitur certam nummi æſtimationem eſſe. Quod fieri non poteſt, niſi per iudicaturam. arg. l & ideò. D. de eo quod cert. loc. & l. 2. ibi perpetua æſtimatio. D. d. t. de contr. empt. & l. 1. D. de condict. tric. & arg. l. quòd extrinſecus D. de verb. obl. arg. Item. l. Rutilia Polla. D. d. t. de contr. empt. ex qua intelligimus, verba ad tempus contractus referri debere, & arg. l. cùm quid. D. d. t. de reb. cred. Contra Bartoli ſententiam in l. 1. & l. cùm certum. D. de auro & arg. lega. arg. d. l. cùm quid. & l. Paulus. D. de ſol. Alberici, Baldi, Alexandri, Fulgoſij, Pauli, & Iaſonis, in d. l. cùm quid. Marinus Laudunenſis tract. monetarum. Iacobi Putales de mutatione monetarum. Calcanei Conſ. 14. & contra communem DD. opinionem. Sed
F receptam in Gallia Molinæi ſententiam teſtatur Ioan. Faber in Auth. hoc niſi. C. de ſol.

c Socinus Conſ. 6. lib. 1. Curtius Iunior Conſ. 24. Bart. in d. l. Paulus, & ibid Imola. D. de ſol. idem Bart. in l. 1. in fin. D. de auro & arg. lega. Bald. in l. ſi quis argentum. in princ. Cod. de donat. & in l. libera. C. de ſent. & interl. om. iud. Bart. Alex. Socinus Aretinus, Purpuratus in l. 2. §. 1. D. dicto titulo de rebus creditis. Antonius Butrigarius. Panorm. Ioann. Vicomercatus in cap. quanto. de iureiurand. Boerius Deciſion. Burdegal. 327. Carolus Molinæus. d. tract. vſurarum, num. 702. Et id conſuetudine obſeruari Curtius tradit. tract. monet. Tamen ſi probabiliter intereſt, eodem nummi genere creditori ſolui, contrà eſſe Alciatus tradit in l. mutuum damus. §. 1. D. d. t. de rebus creditis. in verb. In genere ſuo. communem verò opinionem & vſum adiuuat, etiam illud quod creditori imputari debeat, quòd
G contractus legem apertiùs non dixerit. arg. lege Arrianus. D. de obligationib. & actionib. Et arg. quòd pretia rerum non ex affectu aut vtilitate ſingulorum ſed communiter funguntur. l. pretia rerum. D. ad legem Falcidiam.

d l. ſi vini. D. de vſufruct. earum rerum quæ vſu conſu. l. 1. in fin. D. de æſtim. l. ſi propter. D. rer. amo. Arreſto curiæ Pariſ. relato à Luco lib. 10. Plac. 6 num. vlt.

e l. Vinum. D. d. t. de reb. cred.

fuit, ſi per iudicem petitum ſit, ſi dictum ſit, quo tempore redderetur, eius temporis æſtimatio fiet, quanti tunc fuerit; ſi non quanti tunc fuerit, cùm petitum ſit.

XXXV. [f] Si pecunia, vel oleum, vinum, frumentum, vel aliæ ſpecies, mutua data ſuo die reddita non ſint, in id omne, quod creditoris intereſt, debitor condemnatur: veluti ſi pœnam creditor debuit, eáque commiſſa ſit: vel pignus ipſius viliori pretio ſit diſtractum: vel negotiari ſolitus, lucrum facturus fuit, ſi pecunia reddita fuiſſet.

XXXVI. [g] Eius verò quod intereſt ita demùm ratio habetur, ſi in mora debitor fuerit. [h] Ac tametſi inter ſtricti iuris contractus mutuum numeretur, tamen citra litis conteſtationem, ſi ad diem dictam redditum mutuum non fuerit, vel ſi debitor rectè etiam extra iudicium interpellatus ſit, committi mora intelligitur.

XXXVII. [i] Si conuenit, vt certo loco mutuum redderem, eius loci pretium ſequi oportet: ſi dictum non ſit vbi fuerit petitum.

XXXVIII. [k] Si quis pecuniam ſimpliciter crediderit, ex qua merces comparata ſit, priuilegium in merce non habebit. [l] Si emendæ rei cauſâ priuilegium habebit, ac cæteris creditoribus actione perſonali agentibus præferetur: [m] multò magis ſi cùm mutuum daret rei emendæ cauſa, nominatim cauerit vt merces ſibi pignori eſſet. [n] Ac licèt iiſdem pignoribus multis creditoribus diuerſis temporibus datis priores habeantur potiores, tamen eum, cuius pecuniâ prædium comparatum probatur, quod ei pignori eſſe ſpecialiter obligatum ſtatim conuenit, omnibus anteferri ioris authoritate declaratur.

XXXIX. [o] Quod quis nauis fabricandæ, vel armandæ cauſâ, vel inſtruendæ quoquo modo crediderit, vel ob nauem venditam petat, habet priuilegium poſt fiſcum. [p] Idem obſeruatur ſi ob emendam nauem crediderit.

XL. [q] Qui redemptori inſulæ exſtruendæ pecuniam domino mandante dedit, pignori eam habet obnoxiam.

XLI. [r] Creditor qui ob reſtitutionem ædificiorum pecuniam dedit, in pecuniam quam credidit priuilegium habet, [ſ] eíque ædificia tacitè pignori obligantur. [t] Ac non tantùm creditoribus perſonalem actionem habentibus, [u] ſed & expreſſam hypothecam, præfertur. [x] Idem obſeruatur ſi ob nouam ædificationem quis credidit.

XLII. [z] Si acceptam in res ſupraſcriptas pecuniam debitor in alios vſus prodegerit, [a] vel res non extet, priuilegium creditor non habebit.

XLIII. [b] Is qui mutuum accepit, ſi quolibet fortuito caſu amiſerit quod acceperit, veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronū hoſtiúmve incurſu, nihilominus obligatus remanet: [c] nec incendium ac ſupraſcripti caſus ære alieno exuunt debitorem.

XLIV. [d] Si quis nec cauſam, nec propoſitum fœnerandi habuerit, & tu empturus prędia, deſideraueris mutuam pecuniam, nec volueris crediti nomine antequam emiſſes ſuſcipere, atque ita creditor, qui neceſſitatem fortè proficiſcendi habebat, depoſuerit apud te hanc eādem pecuniam, vt ſi emiſſes, crediti nomine obligatus eſſes; hoc depoſitum periculo eius eſt qui ſuſcepit. Similiter qui rem vendendam acceperit vt pretio vteretur, periculo ſuo rem habebit.

XLV. [f] Eum à quo mutuam ſumpſiſti pecuniam, in ſolutum nolentem ſuſcipere nomen debitoris tui, compelli iuris ratio non permittit.

XLVI. [g] Is qui certam pecuniæ ſummam credidit, partem accipere, niſi hoc nominatim conuenerit, cogi non poteſt. [h] Attamen ſi debiti cuiuſpiam pars liquida ſit, pars controuerſa, litium finiendarum cauſâ inductum eſt, vt in liquidum reus ſtatim condemnetur: quò ſcilicet citiùs exſoluat, cùm pars duntaxat ſuperfuerit.

Capitis quarti ſecunda pars.

Quid non veniat in condictionem ex mutuo.

XLVII. [i] CVm quid mutuum datum eſt, tametſi quandocunque reddi conuenerit, tamen ineſſe congruum tempus intelligitur ex perſonarum & negotij qualitate, quo debitori vti mutuo

Carol. Molinæus d. tract. de vſur. nu. 31. g l. nummis. D de in lit. iur. 3. §. pen. D. de quod cert. nec inter nummos & alias ſpecies differentiam ſtatuit contra communem DD. ſententiam. g l. lecta. in verſi. ſed num fortis petitio dicta ſit in ver. non enim D d. de reb. cred. in hoc in fin. D. de conduct. Anto Burgarius & in cap. Salubriter de vſur. Paulus in l. Interdum. § ex vē 10. D. de act. empt.

h Car. Mol. d tract. ex communi opinione Gl & DD in d.l. vinum. vbi latè Iaſon & Purpuratus contra Socinum in d l. num. 8. & Decium, ibid. & Ludou. Gomeſſan §. actionum nu. 19. & 20. Inſtit. de actio. & Alciatum in d.l. vinum.

i d.l. vinum.

k l. procuratoris § planè. D. de trib. act. l. licet C. qui potio. in pign. hab.

l l. quod quis. D de priu. cred. ind l. licet, Bar. in l. interdum. D d.t. qui potio in pign. hac priuilegia quoque approbantur in d l. procuratoris. §. ſi plures. l. 1. D. quib. mod. tac hyp. contr. & l. creditor qui ob reſtit. D d. tit. de reb. cred. Ludou. Romanus in ſing. in verb mutuum, verſic. quidam. Bald in l. vltim. Cod. de pign. Alex. in l. ſi cum dotem. ver. fin. D ſol. matr. per l quod quis. D de priu. cred. Glo in auth. quo iure. vbi tacit. an hypothecam habere eum tradit, & Alex. ibid. & in d l. quod quis. vbi quoque Bart Bald. in l. in rebus. Cod. de iur. dot. & in l. ſuper. Cod. de pign.

n d.l. licet.

o l. quod quis. D. de priu. cred.

p l. qui in nauem. eod. tit.

q l. 1. D. in quib cauſ. pign. vel hyp. tac. contr. l. ſi ventri. §. 1. D de priu. cred.

r l. creditor qui ob reſtitutionem. D. d. tit. de reb cred. l. 1. D. de ceſſ. bono l. interdum. D qui potior. in pign. hab.

ſ l. 1. D. d. tit. in quib. vel hyp. tac. contr.

t d.l. interdum. l. ſi ventri. §. 1. D. de priu. cred.

u Bart. in d.l. interdum.

x arg. l. quod quis. D. d. tit. de priu. cred.

z Iaſon in d.l. interdum. Contra Alciati ſententiam. in d. l. Creditor, vbi vtitur arg. l. vlt. D. de exerc. act.

a Glo. in l. 1. D. de ceſſ. bono.

b §. item is cui. inſt. quib. mo. re contr. oblig. l. 1. §. is quoque. D. de oblig. & act.

c l. incendiū. C. ſi cert. pet. l. in ratione. § diligenter. ibi. incerta. D. ad leg. Falc.

d l. ſi quis nec cauſam. D. d. t. de reb. cred.

e d. l. & l. Rogaſti. d. t.

f l. cum à quo D. de ſolut. Nec obſeruatur in Gallia, Auth. hoc niſi debitor. Cod. d. t.

g Carolus Molinæus in l. 2. § & harū. D de verb. oblig. per l. Tutor. §. 1. D. de vſur. fa. l. Planè. in princ. D. fam. erciſc. Contra opinionem Alciati in l. quidam exiſtimauerūt. D. d. t. de reb. cred. qui regulariter particularem ſolutionem admittendam cēſet, nec incommodam, niſi à pluribus perſonis exigendum fuerit. d.l. Planè, aut ſi per nimias minutias fieret. l. cùm hi. §. cauſa. D. de tranſ. incommodum autem particularis ſolutionis non verſari in eo quod ſolutum eſt, dicit, ſed quod reliquum ſolui detrectatur: quam ſuam ſententiam confirmat Alciatus, quòd ſtipulatio dandi omninò & ſic ſolutione quoque ſit diuidua. d. § & harum. Item quòd lex xij. tabul. pro portionibus hæreditariis æs alienum defuncti diuidit, quæ aliàs iniqua fuiſſet, ſi ſque creditorem ſuſtul ſſet, niſi particularis ſolutio in defuncti perſona admitti potuiſſet. l. 2. Cod. de hæred. act. l. Pacto ſucceſſorum. Cod. de pact. arg. l. ſi teſtamento. §. 1. D. de fideicommiſſ. & d. l. 2. §. ex his arg. item. l. placuit. C. de colla fund patr. lib. 11. qui Alciati ſententiæ adſtipulatur, Ioan. Coraſius in d. § & harum.

h d.l. quidam exiſtimauerunt, Car. Molin. tract. de diuid. & indiuid. parte 2. num. 21.

i arg. l. interdum. in princ. D. de verb. oblig. l. in commodato. §. ſicut. D. Com. l. qui ſic. D. de ſolut. Carolus Molinæus. d. tract. de vſur. num. 82. Quippe cùm adiuuari nos, non decipi beneficio oporteat. d. l. in commodato. §. cùm autem, & § idem. & ſi illicò repeteretur, non eſſet mutuum nec commodatum, ſed depoſitum. l. 1 §. 1. D. Depoſ Glo. Bart. Alex. & Iaſ in l. ſi pœnam. D. de verborum obligat. Decius in l. Vinum num. 15. D. de reb. cred. Purpuratus in l. Rogaſti §. ſi tibi. nu. 13 d.t. l. in omnibus obligationib. D. de reg. iur. Eccleſ. cap. 20. verſ. hodie fœneratur quis, & cras expetit, & eſt odibilis homo huiuſmodi. Duarenus in d. l. interdum. DD. in l. quod diximus. D. de ſolut. Bald. in l. 2. in fin C. Com. Alex. in l. cum qui in ſi D. de verb. obl.

liceat. [k] Quod & obſeruatur, tametſi pœnam creditor fuerit ſtipulatus, niſi quandocunque mutuum redderetur.

XLVIII. [l] Pecuniæ creditæ vſuræ noo debentur.

CAPVT V.

Quibus detur condictio ex mutuo, vel non.

Prima pars.

Quibus detur.

XLIX. [m] CReditor qui non idoneum pignus accepit, non amittit exactionem eius debitæ quantitatis, in quam pignus non ſufficit.

L. [n] Si quis alterius nomine mutuum det eo præſente, non ſibi, ſed ei cuius nomine dat mutuum, acquirit condictionem. [o] Quod ſi abſentis nomine dederit, ac is ratum habuerit, vtilis coodictio datur.

LI. [p] Si quis communem pecuniam credidit, non niſi pro parte ſua habet condictionem.

LII. [q] Cùm filiusfamiliâs viaticum ſuum mutuum dederit, cùm ſtudiorum cauſa Romæ ageret, reſponſum eſt [r] extraordinario iudicio eſſe illi ſubueniendum.

LIII. [ſ] Tutor pupillo, curator iuueni, procurator militi, mutui condictionem, & fideiuſſorem acquirere poſſunt.

Capitis quinti ſecunda pars.

Quibus condictio ex mutuo non detur.

LIIII. [t] SI alienam pecuniam dás, mutuam ſibi eam reddi ſit ſtipulatus, domino vindicáti reſtitui potiùs quàm ſtipulatori debet.

CAPVT VI.

Aduerſus quos competat condictio ex mutuo, vel non.

Prima pars.

Aduerſus quos competat.

LV. [u] EI qui mutuum acceperit, condici poteſt.

LVI. [x] Si inſtitorem ſeruum dominus habuerit, poteſt dici etiam cõdici ei poſſe, qoaſi iuſſu eius contrahatur à quo præpoſitus eſt.

Secunda pars.

Aduerſus quos non competat.

LVII. [z] QVi mutuum accepit, læſus creditur; & ei in integrum reſtitutio datur, ſi eiuſmodi perſooa ſit quæ in integrũ reſtitui ſoleat:* nec alia probatione rei deperditæ aut malè impenſæ oneratur.

LVIII. [a] Mutuæ pecuoiæ quam aliis dedit creditor citra ſolemnitatem, inſtrumento te non habet obligatum.

k Idem Molinæus num. 81. quia ſtipulatio intelligitur ſecundũ naturã actionis quo interpo[...] l. ſi ſtipulatus D. de vſur. l. ſi legato ſerui nomine. D. de lega. 1. l. damni infecti quidẽ. in prin. D. de dam. inf. l. inter ſtipulantẽ. in prin. D. de verb. oblig. l. 2. §. belliſſimè. D. vt lega. nom. caue. l. 2. §. paruu. D. de priuil. cred.
l l. Titius. D. de praſcrip. verb. niſi in ſtipulationem deducta ſint, [...] quidem [...] Roma[...], quod more [...] noſtris nõ [...]
n l. Creditor qui non idoneum. D. d. t. de reb. cred.
o l. Certi cõ[...]ctio. §. num[...] d. t. l. 2. §. [...]mutui, ibi [...] enim tale [...] l. ſi ita. Chryſog. D. [...] verb. obl[...]ig. l. 2. C. per [...] perſo.
p l. ſi abſen[...] C. ſi cert. [...] l. 3. Cod. de [...] & conſ.
q l. nam & [...] §. ult. D. d. t. de rebus creditis.
r l. cùm filiusfa. d. t. l. ſi [...] actum. D. de oblig. & act.
ſ Idem, ver[...] l. ſi longius. D. de iud.
t l. ſi pecuniam. D. d. t. de reb. cred.
u Alciatus in l. nam etſi fur. d. t. l. 2. §. [...] D. de ſtipu. ſeruo. & l. bona fides. D. de [...] l. ſi opera. D. de dolo ma[...]
x §. 1. in fin. Inſt. quib. mo. re cont. oblig.
z l. ſi inſtitor[...] D. d. t. de reb. cred. Alciatus in l. ſingularia. d. t.
z l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. cred. l. ciuitas. D. d. t. de reb. cred.

TIT. IIII.

De Senatusconſulto Macedoniano.

Hic titulus tribus capitibus continetur. Quorum primum caput eſt, Cuiuſmodi ſit SC. Macedonianum. Secundum eſt, Quando, & quibus in perſonis SC. Macedonianum locum habeat. Tertium, Quando ceſſet SC. Macedonianum.

CAPVT I.

Cuiuſmodi ſit Senatuſconſultum Macedonianum.

I. [a] SEnatuſconſulto Macedoniano cauetur, ne cui qui filiofamiliâs pecuniam dederit, etiam poſt mortem parentis eius, cuius in poteſtate fuerit, [b] actio petitióque detur: vt ſcirent qui peſſimo exemplo fœnerarent, nullius poſſe filiifamiliâs bonum nomen, expectata patris morte, fieri. [c] Quod Senatuſcõſultum ad nepotes & pronepotes porrigitur. [d] Sed & ad filias quoque pertinet, ſi affirmetur, ornamenta ex ea pecunia comparaſſe. [e] Quorum tamen vindicatio, domino non videtur deneganda, [f] nec intereſt, coonſumpti ſint nummi, an extent in peculio.

CAP. II.

Quando, & quibus in perſonis Senatuſconſultum Macedonianum locum habeat.

II. [g] IN filiofamiliâs nihil dignitas facit, quominus Senatuſconſultum locum habeat. [h] Sed nouis conſtitutionibus, ſumma Patriciatus dignitas, & Epiſcopatus filium à patria poteſtate liberant: [i] ideóque in iis ceſſat Senatuſconſulti auxilium.

III. [k] Si patri, non mors, ſed alia cauſa inciderit, quominus ſit in ciuitate, dicendum Senatuſconſultum locum habere.

IIII. [l] Creditor filiifamiliâs, mortuo eo fideiuſſorem accipere non poteſt: quia nulla obligatio aut ciuilis, aut naturalis ſupereſt, cui fideiuſſor accedat.

V. [m] Moribus Galliæ, literæ à Principe impetrari ſolent, quibus exceptione hac vti permittat.

CAP. III.

Quando ceſſet SC. Maced.

VI. [n] SI filius ſit emancipatus, [o] aut ſeorſum à patre habitet, negotia-

* l. Mutua. C. ſi cert. pet.
a l. 1. D. ad SC. Mac.
b Non datur actio, ſi prætori conſtet de filiifa. qualitate: ſi de ea ambigatur, datur quidem actio, ſed cum exceptione. l. nam poſteaquam. D. de iureiu.
c l. pen. C. h. t. l. filiũ. D. eo. t.
d l. ſed ſi paterfa. §. hoc SC. D. h. t.
e Io. Papo ſecundo Notario, c. 9. de exceptione peremptoria SC. Macedoniano.
f d. §. hoc SC.
g l. 1. §. vlt. D. h. t. Arreſto Curia Pariſienſis in cauſa Corbini Senatoris, dici 2. April. 1526.
h §. filiusfa. Inſt. quib. mo. ius patr. pot. ſolu. l. vlt. C. de Conſ. lib. 12. noua Cõſt. 80.
i Citra Salyceto ſententiam in Auth. Sed Epiſcopalia, & Bartoli in l. item Vlpianus. D. de excuſ. tuto. & in l. 3. D. de his qui ſui vel alien. iuris ſũt, qui eximit prædictas perſonas patria poteſtate conſentique ad damna nõ commoda. l. Municeps. D. ad munic.
k l. item ſi. §. ſed & ſi. D. h. t.
l l. Creditorem. d. t. l. qui citra, & ſeq. D. de fidei.
m Io. Papo. 3. Notario, ca. de exceptione peremptoria.
n l. 1. in verb. in cuius poteſtate fuiſſet. l. vlt. D. h. t. d. quid ſi filius. D. de capt. & poſtl. reuer. ſ. t. de patr poteſt. Inſt. l. vlt. D. de inoff. teſt. ibi donec in ſacris parentũ conſtitutus ſint. l. vlt. §. vl. D. de bo. quæ liber.
o Papo. 2. Notario. lib. 9. tit. de exceptione peremptoria SC. Macedoniani. arg. l. Iulianus. D. h. t.

tionémve exerceat, ceſſat ſenatuſconſultum.

VII. [p] In filiis ex non legitimo matrimonio natis (qoos ſpurios appellamus) ſenatuſconſultum locum non habet.

VIII. [q] Si miles filiusfamiliâs pecuniam creditam acceperit, etiam ſine mandato patris, ſtare oportet contractum, nulla differentia introducenda ob quam cauſam pecuniæ creditæ, vel vbi conſumptæ ſint. In plurimis enim iuris articulis filiifamiliâs milites, non abſimiles videntur hominibus qui ſui iuris ſunt: & ex præſumptione omnis miles non creditur in aliud quicquam pecuniam accipere, nec expendere, niſi in cauſas caſtrenſes. [r] Aduocati autem in quaſi caſtrenſi peculio militibus comparantur.

IX. [ſ] Si quis patremfamiliâs eſſe credidit, non vana ſimplicitate deceptus, nec iuris ignorantia, ſed quia publicè ſic agebat, ſic contrahebat, ſic muneribus fungebatur, ceſſabit ſenatuſconſultum. [t] Quod in eo qui vectigalia conducta habebat, ſæpe conſtitutum eſt. [u] Et ſi filiusfamiliâs cùm in poteſtate patris eſſet, mutuam pecuniam à te accepit, cùm ſe patremfamiliâs diceret, eiuſque affirmationi credidiſſe te iuſta ratione edocere potes, exceptio ei denegabitur: [x] nec ſenatuſconſulti Macedoniani exceptio vlli obſtat, niſi qui ſcit, aut ſcite potuit filiumfamiliâs eſſe cui credidit.

X. [z] Si ipſe pater filium præpoſuit merci ſuæ, vel peculiarem exercere paſſus ſit, ceſſat ſenatuſconſultum: quoniam patris voluntate contractum videtur. Nam ſi ſcit eum negotiari, etiam hoc permiſiſſe videtur, ſi non nominatim prohibuit mutuum accipere.

XI. [a] Et generaliter in eo qui negotiatur, aut mercimonia exercet, ſenatuſconſulto locus eſſe oon videtur.

XII. [b] Si filiusfamiliâs acceperit pecuniam: & in rem patris vertit, ceſſat ſenatuſconſultum. [c] Idem ſi iuſſu patris datum mutuum probetur, [d] aut eo ſciente datum ſit, [e] vel ſi ignorauerit quidem ab initio, ſed poſtea ratum habuerit. [f] Quod & feciſſe videbitur ſi ſoluere cœperit, [g] aut cùm ſciuit, teſtationem non interpoſuerit contrariæ voluntatis.

XIII. [h] Generaliter in filiofamiliâs ſenatuſconſultum ceſſat, ſi in neceſſarias cauſas filius mutuam pecuniam acceperit, tametſi eam perdiderit.

XIV. [i] Itaque ceſſat ſenatuſconſulti authoritas, ſi filiofamiliâs ſtudiorum, vel legationis causâ alibi degenti ad neceſſarios ſumptus, [k] intráqoe probabilem modom, quos patris pietas non recuſaret, pecunia credita eſt: [l] vel ſi filiusfamiliâs mutuam accepit pecuniam, vt dotem pro ſorore daret.

- p Ioan. Papo d. cap. de exc. perempt.
- q l. vlt. Cod. hoc tit. l. 1. §. vlt. & l. ſeq. D. eod tit. l. erat. C. de caſtr. pecul. libro 10.
- r l. fori. Cod. de aduo. diu. iud.
- ſ l. ſi quis. in prin. D hoc tit. l. 2. in prin. C. eod. tit. quod verò Bartolus in l. Labeo. D. de ſuppel. lega Baldus in l. 2. Cod. ſi aduerſ. rem iudic. & Alex. in d. l. ſi quis, neceſſarium putant ſiliumfam. ſe pro patrefam. decem annos egiſſe, recipiendum non puto. argum l. 1. C. hoc tit. & infra ſcriptarum ad literam v.
- t d. l. ſi quis.
- u d. l. 1. Cod. h. t. l. quis cùm. D. de iud. l. apud Celſum. §. contra SC. D. de dolo mal. & met. exc.
- x l. penult. D. hoc tit.
- z l. item ſi. §. interdum. eod. tit.
- a Bald. in l. Macedonian. Cod hoc titu. argum. l. 3. D. eod. tit. & l. ſi à muliere. D. de inſtit.
- b d. §. interdum.
- c d. l. Macedonian.
- d l. ſi tamen. D. hoc tit. l. 2. l. ſi permittente. Cod. eod tit. l. quidam D. de euict.
- e l. vlt. Cod. hoc t.
- f l. item ſi §. penult. D. eod tit.

XV. [m] Si paterfamiliâs factus ſoluerit partem debiti, [n] vel nouatione facta fidem ſuam obligauit, [o] aut debitum alio modo agnouit, ceſſabit Senatuſconſultum: [p] nec repeti ſolutum poteſt.

XVI. [q] In eo qui ſcire non potuit, an filiusfamilias ſit, ceſſat Senatuſcōſultum, vt in pupillo: ſed & alia ratione quòd mutua pecunia non ſit, quam ſine tutoris authoritate pupillus dat. [r] Minori quoque viginti quinque annis cauſa cognita ſuccurritur, vt magis ætatis ratio quàm ſenatuſconſulti habeatur.

XVII. [ſ] Si filiusfamiliâs crediderit, ceſſat ſenatuſconſultum, quòd mutua pecunia non ſit, quamuis liberam peculij adminiſtrationem habuit. Non enim perdere ei peculium pater concedit, cùm peculij adminiſtrationem permittit, & ideo vindicatio nummorum patri ſupereſt.

XVIII. [t] Mutui dationem numeratæ pecuniæ, non etiam cæterarum rerum quæ mutuæ dari poſſunt, ſenatuſcooſultum improbat.

XIX. [u] Is etiam ſolus ſenatuſconſultum offendit, qui mutuam pecuniam filiofamiliâs dedit, non qui aliâs contraxit: puta, vendidit, locauit, [x] vel etiam fideiuſſit, [z] vel quod alij mutuo datum ſit, nouandi animo ſtipulanti promiſit, vel alio modo contraxit: ex quibus cauſis & ſi quis in creditum abiit filiofamiliâs, eritque mutua pecunia, tamen quia pecuniæ numeratio non concurrit, ceſſat ſenatuſconſultum. [a] Quod ita demum erit dicendum, ſi non fraus ſenatuſconſulto fuerit cogitata: vt qui credere non potuit, magis ei vēderet, vt ille rei pretium haberet in mutui vicem: [b] vel color ſenatuſconſulto quæſitus ſit, vt filiusfamiliâs qui mutuam pecuniá accepturus erat, fideiuberet: qua in re & reo, & filiofamiliâs ſuccurritur, [c] vt & ſi duos reos creditor acceperit filiumfamiliâs & Titium, cùm ad filiumfamiliâs eſſet peruentura pecunia.

XX. [d] Non ſolùm filiofamiliâs, [e] & hæredi eius, [f] ſed & patri ipſius, [g] etiam aduerſus eū qoi de peculio agit, exceptio datur. [h] Præterea & fideiuſſori & mandatori eius; quia & ipſi mandati habent regreſſum, niſi fortè donandi animo interceſſerint. Tunc enim cùm nullum regreſſum habeant, ſenatuſconſultum locum habebit.

XXI. [i] Interdum etſi ſenatuſconſulto locus ſit, tamen in alium datur actio: vt puta, filiusfamiliâs inſtitor mutuam pecuniam accepit, ipſe quidem inſtitor exceptione ſenatuſconſulti vtitur ſi conueniatur: ſed inſtitoria actio aduerſus eum qui præpoſuit, competit.

XXII. [k] Si hi qui hac exceptione vti poterant, non oppoſita ea condemnati ſunt, vtentur ſenatuſconſulto, exemplo mulieris intercedentis.

XXIII. [l] Non ſolùm ei qui mutuum de-

- m d. l. item ſi §. vlt. D. h. t.
- n l. 2. C. eo. t.
- o l. 2. Contra Accurſii ſententiā qui exiſtimat, ſi pars debiti ſit ſoluta, in reliquā partem ſenatuſconſulto locum eſſe: quā ſententiam & Bulgarus improbat.
- p l. ſed ſi. §. vlt. D. h. t.
- q l. ſi quis patremfa. eo t.
- r Idem l. Verum. §. itē quæritur. D. de mino. l. Regula. §. 1. D. de iur. & fact. igno.
- ſ d. l. ſi quis patremfa.
- t d. l. item ſi §. mutui. D. h. tit.
- u d. l. ſi quis patremfa. §. ſi autem. l. ſi filiusfa. C. eo. t.
- x d. l. item ſi. in prin. l. ſed ſi. § non ſolùm. D. h. t.
- z l. ſi quod alij. eo. t.
- a Secundùm hæc iudicatum in curia Pariſ. pridie Natal. Domini anno 1526. Fa. l. ſi pro mutua C. ſi cert. peta. l. Rogaſti. D. de reb. cred. l. Rogaſti. D. de praſc. verb. Conſtit. Caroli IX. Regis in Concilio Galliæ Aurelcano anno 1561. n. 142.
- b l. ſi filiusfa D. h. t.
- c l. item ſi filiusfa. §. 1. d. t.
- d l. ſed ſi. §. nō ſolùm. d. t.
- e l. 3. §. quāquam. ibid.
- f d. §. & l. ſi filius. eo. t.
- g l. pen. D. eo. t.
- h d. §. non ſolùm.
- i d. l. item ſi. §. interdum.
- k l. Tamen. D. h. t. & hoc licèt regulariter peremptoria exceptiones ante ſententiam proponi debeant. l. Peremptorias. C. ſent. reſc. non poſſ.
- l d. l. item ſi. §. non ſolùm.

g l. ſi filiusfam. d. tit. arg. l. vn. in fin. D furti aduerſ. naut. caupo. ſtab. in verb. inhabit. iures perpetuos elegit quos non reiecit. & l. 1. §. magiſtratum. ibi. imputare. D. de exerc. act.
h l. in pupillo, verſus finem. D. de ſol. l. 2. ibi. aut in eam rem. Cod. hoc tit. d. l. Macedonian, in princ.
i d. l. Macedon.
k d. l. item ſi. §. quod dicitur.
l l. filiusfa. D hoc tit. l. item ſi. §. ſed ſi filiusfam. D. de iur. dot. d. l. item ſi. §. 1. D. hoc tit.

dixerit,

A dediſſet, ſed & ſucceſſoribus eius deneganda eſt actio.

De vſuris.

TIT V.

Hic titulus duo tantum capita continet. Primum eſt, Vſura quid ſit. Secundum, Qui contractus vſuræ cauſa improbentur, vel non. Cuius prima pars, Qui improbentur. Secunda, Qui contractus vſuræ cauſa non improbentur.

B

CAP. I.

Vſura quid.

I. [a] VSura eſt ſortis acceſſio, quę propter mutuæ datæ pecuniæ vſum, vel etiam moram percipitur.

C II. [b] Augeri ſors mutuò dando non poteſt, imminui poteſt: Vt puta, ſi tibi decem dedero vt nouem debeas, non amplius ipſo iure debes quàm nouem. Sed ſi decem dedero vt vndecim debeas, amplius quàm decem condici non poſſunt.

III. [c] Quatuor in mutuo requiruntur, Pecuniam fieri accipientis: gratis eam mutuam dari: ius vtendi ea ad aliquod tempus concedi: accipientem ad idem genus ſeu tantundem reddendum obligari.

D

CAP. II.

Qui contractus vſuræ cauſa improbentur, vel non.

Prima pars.

Qui improbentur.

IV. [d] VSura ac fœnus iure diuino ac noſtris moribus improbantur.

E V. [e] Si mercator qui ex negotiatione lucrum facere ſolebat, pecuniam quam in merces impenſurus fuit, egenti mihi mutuam dederit, mecum conuenire, quo indemnis ſit, vt aliquid vltra ſortem reddam, vtiliter non poteſt, ne ex ea re via fraudibus aperiatur.

VI. [f] Si quis fructus immaturos vili pretio emerit, qui veriſimiliter maiore pretio ſubducta impenſarum & periculi ratione vęnire potuiſſent; quoniam ex tempore emolumentum quæſiiſſe videtur, fœneratitium contractum iniiſſe exiſtimatur.

B VII. [g] Si vinum, vel frumentum, aut quid eorum quę mutuo dari ſolent, eo pretio quod fuit contractus tempore, væneant; hoc pacto interpoſito, Vt ſi intra tempus futuræ meſſis aut vindemiæ pluris vendantur, eo pretio ſoluantur; huiuſmodi contractus improbabitur.

VIII. [h] Ἀντίχρησις eſt ſpecies pignoris ita dati, vt donec pecunia ſoluatur, pignore creditor vtatur fruatur in vicem vſurarum. [i] Quæ pactio noſtris moribus quaſi fœneratitia improbatur, fructúſque re pignori obligata ſortem extenuant.

C IX. [k] Fiducia eſt pignus quod creditori mancipatur, aut in iure creditur, ea lege vt ſoluta ad diem pecunia, remancipetur: non ſoluta, creditori pleno iure committatur; ſeu fiducia eſt pignoris lex commiſſoria. [l] Eam infirmari Conſtantino Imperatori placuit, propter eius captiones & aſperitatem, & in poſterum eius memoriam aboleri.

D X. [m] Creditor qui prædium pignori nexum detinuit, fructus quos percepit vel percipere debuit, in rationem exonerandi debiti computare neceſſe habet: [n] & ſi ex fructibus debitum conſecutus eſt, ipſo iure pignus ab obligatione liberatur.

XI. [o] Pœnæ ſtipulatio ab eo facta qui pecuniã credebat, niſi ea certo die redderetur, eſt inutilis, ac in fraudem vſurarum facta exiſtimatur: niſi quatenus intereſt, aut probabiliter poteſt intereſſe creditoris.

E XII. [p] Pœna etiam certæ pecuniæ

a Alciatus in l. vſura. D de verb. ſign.
b l. Rogaſti §. ſi tibi decem. D. de reb. cred. ſi cert. pet.
c l. 2. § mutui datio. d. l. Rogaſti. §. ſi tibi. D. d. t. l. ſi tibi. decem. in prin. D. de pact. Caro. Mol. hoc tractatu n. 17.
d Exodi c. 22. Deut. 23. Leuit. 25. Pſalmo Dauidico 15. Quis habitabit in tabernaculo tuo, verſ. vlt. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. & Pſalmo 55. verſ. 11. Ezech. 18. cap. Nehe. 5. Lucæ 6. ibi. Mutuum date nihil inde ſperantes. Quod autem d. cap. 23. Deutero. dicitur, Alieno fœnerabis, non fratri tuo: intelligendũ ius eſſe vſuræ, vt belli fuit ca. ab illo. 24. q. 4. ex Ambroſii interpretatione. Vſuram etiam contra ius naturæ eſſe Ariſtoteles lib. 5. Ethicorum tradit. Suidas ex Ariſtophane ait, vſuram eſſe feram quandam beſtiam ἔγγονα τόκον, quæ per menſes & dies amplius argenti fen[us] pergignit ſerpente tempore. Similis eſt morſui aſpidis, inquit Chryſoſtomus in Matthæũ. c. 5. Percuſſus enim ab aſpide, quaſi delectatus carpitur à ſomno, & per ſuauitatem ſoporis moritur cùm venenum labitur, & per omnia membra decurrit. Iure verò ciuili Romanorum vſura fuit permiſſa, toto tit. de vſur. D. Sed vſuræ vltra ſortis quantitatem extendi non poterant, nec ſupra duplum peti l. ſi non ſortem §. ſupra duplum. D. de condict. indeb. l. nihil intereſt. § quod in ſingulos. D. d. t. de vſuris & l. pen. C. eo t. Noua Conſt. Iuſtiniani 121. Ac certus modus earum pro perſonarum qualitate conſtitutus. l. Eos. C. h. t. quam Conſtitutionem defendit Carol. Molinæus hoc tract. nu. 33. & ſeqq.
e Innoc. in c. in ciuitate h. t. Salyc. in auth. ad hæc. C. eo t. Io. Andreas & Io. Lignanus in c. Salubriter. h. t. Conſt. Philippi Pulchri Regis diei Sabb. ante feſtum Purif. beatæ Mariæ facta Montargis 1311. Senatuſconſulto Pariſienſi diei 8. Iulij 1565. Quo capite & publicatione bonorum vindicari illud ſtatuitur quam ſeueritatem aduerſus grauiores fœneratores idem Rex ſanxerat Conſtitutione Pictauenſi diei 8. Decemb. an. 1312. minoribus verò pœnis cæteros coërceri. Contra Archidiaconi ſententiam in ca. vſura 14. qu. 3. Romani Conſ. 517. Alexandri Conſ. 211. can. precaria. 10. q 2. Scoti in 4. ſententiarum 15. q. 5. Art. 5. Thomæ Aquinatis in ſecunda ſecundæ q. 5. art. 2. Franciſci Grimoaldi de hoc tract. li. 1. c. 8. Qui tamen tum demum petitioni vſurarum locũ eſſe cenſet cùm intereſſe cœperit & Caroli Molinæi d. tract. n. 24. qui licere putat mutuam dati pecuniã ſtipulari id quod intereſt ſi id vſuræ obtegendæ cauſa nõ fiat, neque negotiandi animo, vel quo locupletior fiat è mutuo ſed ne dãno afficiatur, vel lucro conſueto & veriſimili fraudetur, veluti accidit ſi mercator fuit. Panormitani in c. conqueſtus. & c. nauiganti. h. t. Ambarani in reg. Peccati venia de reg. iur. in 6. & clem. 1. § ſané h. t. Cyni in Auth. ad hæc. pen. q. u h. t. & Baldi ibidem Pauli Caſtrenſis in l. 3. § ſiur. D. de eo quod certo loco. Bartoli in l. vn. in verb. vanio ad vlt partem. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt & Baldi quoque ibidem & in l. Nam-mu. D. de in lit. iur. & in l. in inſulam. §. vſura. D. Sol. matr. Ac id quod intereſt æſtimari ex eo quod mihi obeſt quantumque lucrari potui, cenſet Molinæus ſupraſcr. l. ſi commiſſa. Rem rat. hab. l. 3. in fi. D. de eo quod certo loco. d. l. vn. ad finem. C de ſent. quæ pro eo. l. quicquid. C. Arb. tut. l. ſi in lege. § colonus d. ſi fundus. § vlt. D. loca. l. ſi mulier. D. rer. amot. & eiuſdem Molinæi d. tract. nu. 10. Qui quod Lucæ 6. præcipitur, mutuum dari à non ſperantibus, reddi non modò ſine vſuris, credi pecuniam egentibus, ſed etiam dari, tametſi ſpes non ſit, fortè reſtitutum iri, præcipi à Domino tradit.
f c. nauiganti. h. t. arg. l. 1. in princ. D. de flum. l. cùm de lanionis. § aſinã. D. de fund. inſtr. arg. item l. Nam ad ca. § .. quia verò. in Auth. vt ſint prob. matres. item arg. c. conſuluit. in c. in ciuitate & c. vlt. h. t. Ambroſ. Vignates in c. Salubriter. d. t. nu. 83. & ſeqq. Conſt. Lud. XII. Regis Car. Mol. d. tract. n. 470. Bal. in l. ſingularia col. 4. verſ. D. ſi cert. pet. & in l. 1. in fi. D. de calum.
g arg. l. pen. C. de ſol. l. qui bona § ſi quis. D. de dam. inf. Archid. 4. q. 4. § 1. & Hoſt. in ſum fa. l. ſi non fuerint. § Ariſto. D. pro ſoc. Nam hoc tempus venditur ab eo cuius non eſt. Item de lucro ſibi in omnem caſum cauet.
h Iac. Cuiacius lib. 3. Obſerua. c. 35. l. ſi ſeruum D. quod cum eo.
i c. 1. & c. conqueſtus h. t. Iure autem ciuili Romanorum erat permiſſa ἀντίχρησις. l. ſi ea lege & l. ſi ea pactione. C. h. l. ſi is qui bonam. D. de pig. Atque adeo propter incertum fructuum prouentum excedere legitimum modum vſurarum poterat. l. Oleo. C. h. t.
k Paulus lib. 2. Sententiarum, t. 13.
l l. vlt. C de pact. pign.
m l. 2. & 1. C. de pig. act. l. 1. C. de diſtra. pign.
n d. l. 1 C. de diſt. pig.
o arg. l. Iulianus. § ibidem Papinia. D. de act. empt. Caro. Molin. tract. vſurar. nu. 25. l. Cùm allegas. C. h. t. Annotatur in l. Rogaſti. § ſi tibi. D. de reb. cred. & in l. Iulianus § Papinianus. vbi Glo. notabilis. & l. ſi quis. § vlt. D. ſi quis cautio l. Pecuniæ fœnebris l. Pœnam D. h. t. Cyn. in l. Seruus ea lege. D. de ſeru. export. Bald. in l. Cunctos populos. C. de ſum. trin. & fid. Cath. Idem & Salyc. in Auth. ad hæc C. h. t. Albericus in l. vlt. D. de per. & com. rei vend. Notatur in c. cùm dilecti de arbit. & id quod intereſt peti, nec ſol. eſſe videtur antequam mora à debitore adhibeatur. l. Stipulationes non diuiduntur. D. de verb. obl. l. 2. § vlt. D. de eo quod cert. loc. l. Mora D. h. t. l. Quod te. & l. Vinum. D. de reb. cred. Notatur in l. Curabit. & l. ſi traditio. C. de act. empt. Alex. in l. Stipulatio iſta. § alteri. D. de verb. obl. & Conſ. 49. lib. 4. Iaſo. Romanus Conſ. 510. c. ſuam. de pœn. Iure verò ciuili Romanorum pœna committebatur, tametſi ſtipulantis non intererat l. vl. D. de præte. ſtipul. d. § alteri. l. cum pœna. D. de recep. arb.
p c. ſuam. de pœn. Alex. Conſ. 51. n. 72. Vo. 4. Petr. Anchara. in c. pen. de teſt. glo. in c. fraternitatis 12. q. 2. Fr. Grimoaldus lib. 1. huius tra. c. 9. Io. Papo lib. 22. tote tit. 9.

promiſſa, ſi quid aliter factum ſit, noſtris moribus exigi non ſolet: ſed ad id quod veriſimiliter intereſt, reducitur: niſi quòd ob contumaciam nonnunquam infligitur.

XIII. [q] Si culpa debitoris ingens damnum paſſurus fuerit creditor, ſi ad diem pecunia ſibi non ſolueretur: veluti, ſi redhibiturus prędia vendita intra certum tempus fuerit, vel cogi ad ſolutionem carcere poſt certum diem potuerit, déque ea re debitorem mutuam dans pecuniam commonuerit, ſtipulari pœnam poterit, quæ ad id quod intereſt, etiam nonnunquam vltra legitimum modum vſurarum redigetur.

XIIII. [r] Pœnam pecuniæ ab arbitro dictam, ſi non certa die pecunia ſolueretur, vel quid aliter fieret, exigi cõtumacię causâ placuit:[ſ] & pœnam compromiſſis adijci vtiliter litium finiendarum causâ non dubitatur.

XV. [t] Similiter in emphyteuſi conuenire vtiliter poſſumus, vt ſi ad diem canon non ſoluatur, ſuo iure emphyteuta decidat.

Capitis ſecundi pars ſecunda.

Qui contractus vſuræ cauſa non improbentur.

XVI. [u] SI cùm quid mutuum darem, pactus ſim vt mihi viciſſim, cùm opus eſſet, mutuò dares; ſi & quatenus cõmodè poſſes, inutilis pactio non videtur. At ſi pactus ſim vt certam pecunię ſummam mutuam dares, fœneratitium id eſſe videbitur.

XVII. [x] Mutuum dantem ciuitati cum ea conuenire vtiliter poſſe, vt donec reddatur immunis ſit à tributis, placuit.

XVIII. [z] Generum à ſocero ſtipulari non inutiliter poſſe, vt quoad dotem ſocer non ſoluerit, annuũ, mẽſtruúmve aliquid præſtet, receptum eſt.[a] Quin & ſi dos ad certum diem promiſſa ſit, aliquid interim propter alimenta promitti poteſt.[b] Nec genero poſſeſſiones pignori obligatæ dotis causâ ſorti imputãtur.

XIX. [c] Sed ſi ſoluto matrimonio, mariti hæredes donec dotem reddant, fundum vtendum fruendum ei tradãt,[d] vel mulier prędium hypothecæ ſuppoſitum retineat, cùm onera matrimonij nõ ſuſtineat, fructus ſortem imminuent. [e] Attamen ali à viri hæredibus mulierem, donec dotem reſtituerint, non iniquum videtur.

XX. [f] Qui fundum vendidit, eúmque emptori tradidit, ſi ad diem pretium non ſoluatur, iure fundum pignori ſibi obligare potuit, eiúſque fructus ſuos facere. Similiter ab initio cùm fundum venderet, nec debitor pretium ſolueret, paciſci vt fructus interea haberet, vel locationis penſionẽ, rectè potuit.

XXI. [g] Fideiuſſor pro reo ſoluere compulſus, ſi fœnori accipere pecuniam ſit coactus, iure eam à debitore repoſcet.[h] Similiter quicquid vltra ſortem ſoluere fideiuſſionis causâ coactus fuerit,[i] quaſi quod intereſt, reſtitui ſibi iure poſtulabit. [k] Idem erit ſi iureiurando vſuris aſtrictus eas exſoluerit,[l] tametſi alioqui ab eo exigi non poſſent.

XXII. [m] Sciendum eſt, tutorem & poſt officium finitum vſuras debere in diem quo tutelam reſtituit:[n] ipſæque vſuræ pupillaris pecuniæ cùm ad curatores transferuntur, in ſortem computantur, & vniuerſæ ſummę vſuras curatores debent.

XXIII. [o] Si Princeps vel ciuitas, quę id iuris habeat mutuum à ciuibus exigat, vſuráſque promittat, peti eas accipique rectè poſſe, placuit.

XXIV. [p] Moribus receptum eſt, vt collegio mercatorum, veluti Pariſienſi, aut Lugdunenſi, cui id iuris à Principe ſit tributum, pecunia ſine fraude dari accipiq; ea lege poſſit, vt annuatim, vel ſingulis trimeſtribus aliquid pecuniæ vltra ſortẽ pendatur.

XXV. [q] Permutatio nummorum aureorum cum minutiore pecunia, etiamſi paruulum aliquod emolumentum ex ea re accipiatur, pro fœnore haberi nõ debet: cùm ea res cum mutuo commune nihil habeat.

q Indicio conuentuum Molinenſium de vlt. Sept. 1550. relato à Io. Papon. lib. 2. tit. 9. arr. 2. Carol. Molin. hoc tract. q. 99. nu. 577. & in tract. diuidui & indiuidui, part. 1. nu. 72. l. ſed ſi quid. D. ſi quis cautio. Sed id quod intereſt expreſſum pactione ſatis non eſt, ſed probari liquidò debet. l. Cùm quis decedens. § codicillis. & §. Titia. & ibi Bart. D. de lega. 3. l. ſi forte. & ibi Paul. Caſtr. D. de pec. l. quis teſtamentum. & ibi Bart. D. de prob. l. cùm allegas. C. h. t. l. Iulianus. §. Idẽ Papinia. D. de act. empt. l. cùm quidam. D. h. t. nõ habetur verò ratio eius quod intereſt, niſi poſt morã. l. lecta. verſ. non enim. D. de reb. cred. l. in hac. in fi. D. de cond. trat. Anto. Butrigarius, & alij in c. Salubriter. h. t. Paul. in l. Iulianus § ex vendito. D. de act. empt. Mol. d. tract. de vſur. n. 32. Atque hæc quidem mora etiam citra litis conteſtationem, ipſa dio & congrua interpellatione etiam extra iudicium facta committi intelligitur. glo. & DD in l. vinum D. de reb. cred. vbi latè Iaſon & Purpuratus.

r l. liber homo §. vlt. D. de verb. obl. Cyn. & Salyc. in l. cùm allegas. C. h. t.

ſ l. Quamuis C. de tranſ.

t Id enim ineſt natiua contractus. l. 1. C. de iur. emphyt. l. Iulianus. §. ibidem Papin. D. de act. empt. Bald. & Salyc. in d. l. cùm allegas.

u Hoſtienſ. h. t. verſ. quid ſi tibi arg. c. ſignificetur. de preb. & c. ſignificaſti. de elect. Nam cui mutuò datur, ad antidora naturaliter obligatur. l. Sed ſi lege. § conſuluit D. de pet. hæred. Expreſſio autem eorum quæ tacitè inſunt nihil operatur l. 3. D. de lega. 1. cap. dudum. de præſumpt. Ang. Clauaſ. h. t. in verb. vſura. 1. §. 4. Fr. Purpur. in l. Rogaſti. § ſi tibi. D. de reb. cred. Car. Molin. h. tract. nu. 27. & Carol. Bauin. eod. tract. n. 54. Contra opinionem Baldi in rubr. de vſur. C. col. 1. Salycet. in Auth. ad hæc. quæſt. 18 eo. t. Ancharanus in rep. c. venia. col. 13. quæſt. 8. de reg. iur. in 6. Ludouici Romani Conſ. 160. Philippi Decij in d. §. ſi tibi. glo. vlt. in ſi fœneraueris & ibid. Arch. 14. quæſt. 3. Card. Flor. quæſt. 20. de vſuris. Thomæ Aquinatis ſecunda ſecundæ q. 78. Art. 2. & contra communem Theologorum & DD ſententiam.

x Spec. h. t. in ſi arg. quòd multum intereſt de ſuo lucrum non capere & damno afficere l. Proculus. D. de dam. inf. l. ſi cui commodata §. vlt. D. de furt. Et aliud eſt acquirere, aliud non amittere. l. 3. §. ſi is qui bona. D. de colla. bo. & aliud lucrum, aliud ſumptus quos quis facturus fuit. l. ſi meliores. & l. rem D. de lega. 3. Aliud item pœnam euadere & lucrum percipere. l. Imperatores. D. h. t.

z Bart. Bald. & Ang. in l. inſulam. § vſuras. D. Sol. matr. Io. Calder. in c. Salubriter. h. t. Carol. Molin. hoc tract. nu. 4. l. cùm poſt. in verb. mulier. & §. dotem. D. de iur. dot.

a Ambroſ. Vignates ind. c. Salubriter in verb. Salubriter. n. 14.

b d. c. Salubriter.

c d. Titia. D. de ſolut. c. 1. h. t. Hoſt. eo. t. ca. 8. arg. l. Falcinius. D. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. l. 1. §. vlt. D. de vent. in poſſ. mit. l. in cm. §. quæro. D. vt in poſſ. lega. l. filius. § apud Marcellũ. D. de leg. 1. At imputari debere mulieri Hoſtienſis cenſet, cur fundum in ſolutum non ſuſceperit, vt ſimiliter Panor. poſt Innoc. in d. c. Salubriter.

d Panor. in d. c.

e Glo. & Bar. in l. 1. §. dotis exactio. C. de rei vxo. act. Spec. in tit. qui legit. Carolus autem Molinæus hoc tract. nu. 525. poſſe mulierem cœpiſſe fructus pignorum ſuos facere intra legitimũ modum.

f glo. in c. conqueſtus. hoc ſp. arg. l. 1. & l. Curabit. C. de act. empt. l. 1. D. eo. l. 2. C. h. t. Molinæus hoc tract. nu. 545. l. Iulianus. §. ex vendito. D. de act. empt. vbi glo. & Bart. Paul. Caſtr. Conſ. 19. incipiente, Præſens dubium. Abbas in d. c. conqueſtus. DD. in l. Socium qui in eo. D. pro ſoc. Alex. Conſ. 52. 4. parte. & in l. inſulam. §. vſuras. D. Sol. matr. Decius Conſ. 39. col. 2. Bart. in d. l. 2. C. de vſur. & in d. l. Curabit. Contra Gabrielis Bielly opinionem in 4. ſententiarum. arg. ſcriptorum ab Hoſtienſi. h. t. § 3. verſ. ſeptimò ſecundum.

g c. dilecti. & quod ibi annotatur. de foro competenti. c. peruenit. de fidei.

h Albericus in l. Cunctos populos. C. de ſum. trin. & fid. Cath. Iacob. Aretinus in l. Conſtitutionibus. C. h. t. arg. d. c. peruenit. Innoc. in c. 1. & c. Salubriter. h. t.

i l. ſi mandato § ſi fideiuſſor. D. de adm. rer. ad ciuit. pert.

k c. 1. § debitores. de iur. quippe cùm pudori ſuo conſulere potuerit. l. ſi quis alias Quintus Mutius. & l. fideiuſſor. D. Manda. & cùm lites execraretur eas ſe ſuſcipere propter præſtitum officium compellendus non fuit l. 3. D. de alien. mut. iud. cauſ. fact. Præterea ei non expediebat vexari litibus arg. l. minor. xxv. annis. D. de [illegible] & officium fideiuſſionis cuiquam eſſe damnoſum non debet. l. ſi ſeruus communis. §. quod verò. D. de furt. c. 2. de fideiuſſ.

l d. § debitores.

m l. Tutor qui repertorium. §. vlt. D. de adm. & per. tuto. & cur.

n l. qui negotiationem §. vlt. & §. ex duobus. d. t.

o Albericus Roſates in rubr. huius t.

p Angel. in l. ſi tibi x. D. de pact.

q arg. l. Rogaſti. §. ſi tibi x. D. de reb. cred.

XXVI. [r] Si

XXVI. [r] Si creditor contra communes terminos in ſe ſortis vel eius partis periculum ſuſcipiat, aliquid vltra ſortem ſtipulari non inique poterit.

XXVII. [ſ] Si Lutetiæ centum aureos numerem, vt mihi Romæ nooaginta quiuque tantummodò reddantur, fœnus contraxiſſe non videbor.

XXVIII. [t] Ea lege coiri ſocietas poteſt, vt vnus è ſociis pecuniam ſolus conferat, ex qua alter negotietur, hac pactione interpoſita, vt lucri partem, qui dat pecuniam, ſicut & damni ferat: nec is cootractus fœneratitius debet exiſtimari.[u] Vt verò ſortis periculum, qui dat pecuniam, non ſentiat, & tamen lucrum ferat, conueniri rectè non poteſt.[•] Obſtringi tamen ſortis periculo is qui ſolam pecuniam confert, ſolus poteſt.

XXIX. [x] Socius qui in eo quod ex ſocietate lucri fecerit, reddendo, moram adhibuit, cùm ea pecunia ipſe vſus ſit, vſuras quoque præſtare debet, non quaſi vſuras, ſed quod ſocij intereſt moram eum nō adhibuiſſe. Sed ſi aut vſus ea pecuoia non ſit, aut moram non fecerit, contrà eſt.

XXX. [z] Creditor tametſi longiſſimo tempore penſionem præſtatioo&ciacute;nve aliquam fœneratitiam exegerit: tamen quandocunq; de contractus vitio conſtabit, exceptione ſubmoueri poterit.

XXXI. [a] Sed qui fundum vult vindicare aduerſus longiſſimo tempore poſſidentem, quòd in eius alienatione interueniſſe vitium dicat, præſcriptione triginta annorum, quæ pleniſſimam poſſidenti dat ſecuritatem, repellitur.

XXXII. [b] Si fœneratitius contractus iudicis ſententia confirmatus videatur, refert, an ſi cùm de fœnore lis fuiſſet, probatum vitium non fuerit, & litem deciſam reſuſcitari inciuile eſſet:[c] an debita necne eſſet pecunia, fuerit controuerſum; & exceptioni ſupraſcriptæ locus ſupererit.

XXXIII. [d] Vſuras creditori ſolutas ſi ſpoote debitor eas remiſerit, reſtitui non debere placuit:[e] Sed ſi non ſponte remiſerit, ſed quoad aliud fœnus creditorem incitaret, aut aliam eiuſmodi ob cauſam, contrà eſt.

XXXIV. [f] Si non ſortem quis, ſed vſuras indebitè ſoluit, repetere non poterit ſi ſortem debuit, ſed ſorti imputabit: & ſi poſtea ſortem ſoluit, ſortem quaſi indebitam repetet. Proinde & ſi ſors antè ſoluta fuerit, vſuræ quaſi ſors indebita repetetur.

XXXV. [g] Indiciis & argumentis fœneratitius contractus probatur.

XXXVI. [h] Si bona fœneratorum publicè væneant, iis à quibus fœnus exegere, pro rata ſatisfieri conuenit; [i] niſi cùm ex fœnebri pecunia extorta, ab aliquo prædia, vel quæ aliæ res comparatæ fuerint, in quibus is cuius pecuniâ emptæ res fuerint, eſt potior.

XXXVII. [k] Vſuræ vitium purgari à creditore, ſortémque repeti poſſe receptum eſt, ſi debitori denuntiet ſeſe vſurarum petitioni renuntiare.

De reditibus hypothecariis.

TIT. VI.

Hic titulus tria tantùm capita habet. Primum eſt, Quid ſit reditus hypothecarius: & quomodo contrahatur, vel non. Cuius prima pars, Quid ſit reditus hypothecarius, & quomodo contrahatur. Secunda, Quibus ex cauſis reditus hypothecarij non rectè conſtituantur. Secundum caput, De redhibitione ſeu redemptione horum redituum. Caput tertium, Pro quibus partibus hæredes in hos reditus teneantur.

CAP. I.

Quid ſit reditus hypothecarius, & quomodo conſtituatur.

Prima pars.

Quid ſit, & quomodo conſtituatur.

I. [a] REditus hypothecarius eſt ius emptione præſenti pecunia, vel quaſi præſente facta, vel donatione aut teſtamento quæſitum, certæ penſionis ſiue præſtationis ex bonis alterius tam mobilibus quàm immobilibus intra legitimum modum annuatim, vel menſtruatim percipiendæ: qua ſe liberare debitor ſortis & reliquiarum exſolutione perpetuò poſſit.

---

[s] Carol. Molin. tract. de vſur. nu. 26. arg. l. Lucius. 1. D. loca. l. Periculi pretium. D. de naut. fœn. Bal. in l. cunctos populos. col. 4. C. de ſum. trin. Idem Molin. d. tract. nu. 95. & ſeq. neque leges Romanas tum ... de nautico fœnore corrig... c. nauigantis. ... exiſtimat ... Butriga... in l. 1. C. de naut. fœ. & nonnulli Theologi intelligunt d. c. Nauigantis, quādo creditor periculum pecuniæ prætexit ...; nec vult pecuniam credere, quàm ... lege, vt eo ... exigat vltra ſortem quaſi quod intereſt. Paul. Caſtr. in l. in naue Saphus. D. loca. Laurent. Rodolphus in repet. ... conſuluit. par. 3. quæſt. 3. de vſur. Alex. in ... Titio. D. de verb. oblig. Iaſ. ... l. ea ſtipulatio. an prin. d. s. arg. l. Rogaſti. § ſi tibi. x. D. de reb. cred. Bald. in c. 2. de plus petit. Nam ſub eo periculo vita nō ... tunm penſiones & inſtitorum pendentur. DD. in l. Periculi pretium. & l. Traiectitia D. de naut. fœn. & hic induſtria accedit rei licita. l. ſi hæres. D. ad leg. Falcid.

[t] c. per veſtras. de don. int. vir. & vxo. Moli... hoc tract. nu. 96.

[u] Panorm. in d. c. per veſtras. cano. plerique inuſta glo. 14. quæſt. 4. Hostienſis tamen exiſtimat ſocium conferentem pecuniam paciſci poſſe, vt ſibi ſemper vt ſors ſalua ſit, & id pactum quaſi præter, non aduerſus contractus naturam valere. l. 1. D. Depo. c. vn. de commo. Sed id ſocietatis videtur repugnare, & eiuſmodi ſocietas leonina dici poſſet. l. ſi non fuerint. §. Ariſto. D. pro ſoc. glo. in d. can. plerique. Accidere enim poſſet vt qui operas confert, eas cum ſorte vnà perderet. Et ſic intelligendus § de illo. D. pro ſoc. Ludo. Romanus conſ. 238.

[x] l. Socium qui in eo. D. pro ſoc. Et hoc caſu etiam iure Canonico vſuras poſſe peti Bart. cenſet in l. vſuras C. h. t.

[z] Carol. Molinæus d. tra. nu. 191. Nam quando lex continuo prohibet & reſiſtit, ceſſat vſucapio. l. vbi lex. in prin. & ibi DD. D. de vſuc. c. vlt. de conſuet. Bart. in l. ſed & ſi lege. §. ſcire. D. de pet. hæred. Io. Plateanus in l. vniuerſi. C. de fund. rei priu. lib. 12. can. veritate. 8. Diſtinct. c. cludum. de decim. l. vlt. D. de vſuc. Ph. Decius in l. Petens. col. 3. C. de pact. Franciſ. Balbus in tract. de præſcr. in 3. quæſt. 4. partis in prin. Alex. Conſ. 17. incip. Viſo themate, col. vlt. Vol. 2. Andr. Tiraquellus. § 1. glo. 2. de retractu conuention. n. 9. Alber. in rubr. de vſur. c. vlt. de conſt.

[a] l. vlt. § vlt. C. de ædifi. diui Hadr. toll. arg. l. 1. D. de vſuc. ne ſcilicet dominia rerum maneant diu in incerto. Car. Mol. præd. loco. Fr. Grimoaldus hoc tract. lib. 1 cap. 24.

[b] arg. l. ille à qu. §. ſi de teſtamento. D. ad SC. Trebell. glo. in cl. ſæpe. §. & quia in verb. non obſtante. ad ſi de re iud.

[c] Ang. & Imola in l. 4. §. condemnatum D. de re iudic. Lapus Alex. 33 incip. An oporteat. Car. Molin. hoc tract. q. 15. n. 105.

[d] Glo. in c. peccatū in verb. reſtituatur. in prin. de reg. iur. in 6. & ibidē Ancharanus & Ph. Francus. Hoſtienſ. li. 2. §. vl. verſ. quod ſi fœner. Feder. Senenſ. Conſ. 18. Alex. conſ. 91. lib. 2. Andreas Tiraq. de retractu quæſt. 28. Caro. Molin. d. tract. de vſur.

[e] Io. Andreas in Add. ad Spec. 3 de vſur. Io. Calder. in 2. Bald. in l. Rogaſti. nu. 14. D. de reb. cred. arg. l. ſi ego D. h. t. ibi exceptione vti non poterit, quia ſecundum intentionem dantis.

[f] l. ſi non ſortem & ibi Iaſ. D. de cond. ind.

[g] c. cum dilecti. h. t. ibi. ſi tamen argumentis. Bald. in rubr. de off. iud. in 6. Io. Andreas in c. ex literis. de iureiur. Ancharanus, Imola & Panorm. in c. ad noſtram. de empt. & vend.

[h] Arch. in ca. Sanè 14. quæſt. 2. glo. & Anto. Butrius & communiter DD. in c. quāquam. h. t. Et hoc quia bona fœneratorum ipſo iure aut tacitè non ſunt obligata. Quippe cum iure cautum non reperiatur.

[i] Hoſtienſ. & Butrius in c. tua h. t. Io. Andreas in nou. d. c. quanquam & ibi Io. Ignæus.

[k] Franc. Grimoaldus lib. 1. de vſur. cap. 16. Quippe cùm in exactione magis ſcelus admittatur quàm ſtipulatione. l. improbum. D. ex quib. cauſ. infa. irrog. l. Impuberem. §. ſed & ſi. D. ad leg. Corn. de falſ. & ſortis obligatio vtilis per inutilem vſurarum non vitiatur. l. 1. §. ſed & ſi lege. D. de verb. oblig. c. vtile. de reg. iur. in 6. Bart. in l. qui ea mente. verſ. ſecundo caſu. D. de furt. l. 1. C. de crim. ſtell. l. 1. C. Tutorem vel curat. veſtig. cond. non poſſe.

[a] Hæc definitio confirmatur ſequentibus huius tituli verſibus.

II. [b] Emptiones redituum hypothecariorum, ſi iuſto pretio fiant, non improbantur.

III. [c] Reditus hypothecarij inter immobilia numerantur.

IV. [d] Legare teſtameoto reditum hypothecarium qui redimi ab hærede queat, eum qui teſtamenti factionem habeat rectè poſſe, [e] vel legare certam ſummam, & quoad ſoluatur, reditum, non dubitatur.

B V. [f] Vir & vxor inter quos bonorum eſt ſocietas, reditum vendere rectè poſſunt: nec mulier pro parte dimidia Senatuſcooſulti Velleiani auxilio iuuabitur, niſi coutractus vel numerationis tempore, cooſtaret virum ptofuſurum pecuniam, vel in res ſuas aut alienas, non in ſocieratis cauſam impenſurum, cuius rei creditor non eſſer neſcius.

VI. [g] Etiam ouda fide pauperis debitoris, ſine vlla hypotheca præſenti, conſtitui hi reditus poſſunt.

C VII. [h] Si cùm ex mutui, depoſiti, legati, aliáve iuſta è cauſa pecunia deberetur, conuenerit, vt ſi ad diem ſoluta non eſſet, reditus ex eo die conſtitutus eſſet, cùm ſors alienata ſit, nō inutilis ea pactio videtur. Sed ſi quoad in mora debitor fuerit, pecuniæ promiſſio fiat, in vſuram huiuſmodi pactionem cadere non dubitatur.

D VIII. [i] Emptot prædij reditum venditori, quoad pretium exſoluat, non inutiliter conſtituit.

IX. [k] Reditus hypothecarius pro reliquiis reditus ſolarij rectè conſtituitur.

X. [l] Reditus intra legitimum modum pro locati fundi penſionis reliquiis, non omninò inutiliter conſtituitur, ſi nihil aliud vitij ſubſit: veluti ſi maiore pretio locatus fundus initio fuiſſet, vel frugum penuria contigerit. Sed prudentis iudicis officio incumbit, diem colono præſcribere, intra quam penſiones E exſoluat: quod niſi faciat, ex eo die reditui obſtringatur.

Capitis primi ſecunda pars.

Quibus ex cauſis reditus hypothecarij nō rectè conſtituantur.

XI. [m] E Penſionum reditus hypothecarij reliquiis, reditus alius non rectè conſtituitur: [n] Fundum tamen pro reliquiis F penſionum dari in ſolutum nihil prohibet.

XII. [o] Annua & eiuſdem modi præſtatio A reditus, pluribus annis atque adeò longiſſimo tempore facta, non inducit obligationem eiuſdem rei in futurum tempus præſtandæ, niſi de cauſa conſtiterit.

XIII. [p] Quòd ſi præſtationes ex cauſa per decennium factas, illarum ſcripturâ contineatur, inducitur ex ea re tituli argumentum atque opinio, contra quam admittitur debitoris legitima probatio.

B XIIII. [q] Continuæ prẹſtationes annuæ, quarũ cauſa expreſſa eſt à maiore, factæ loogiſſimo tẽpore, præſcriptionẽ inducunt, *cõtra quá de alio titulo probatio nõ admittitur.

XV. [r] Solutio reditus eiuſdem generis, rei, ac iiſdem temporibus, eodémque modo facta, ex eo tempore cuius initij memoria non extat, iure conſtituti loco habetur.

XVI. [ſ] Reditus in dubio pecuniâ conſtitutus cenſetur.

C XVII. [t] Tria hæc reditus hypothecarij, vt rectè conſtituti dici poſſint, requiruut, vt ſors perpetuò abalienetur ab emptore; vt annua earum præſtatio non excedat duodecimam ſortis partem; & vt redimi perpetuò ab emptore poſſint.

XVIII. [u] Iuſtum tamen pretium horum redituum Normanorum moribus eſt, cùm annuæ præſtationes decẽ, ſortẽ centũ ẹquant.

XIX. [x] Sex clauſulas, ſeu pactiones vitiare omninò horum redituum cooſtitutionem, D traditum eſt.

[z] Prima, ſi cõueoerit vt intra certum tempus redimantur.

[a] Secũda, Lex cõmiſſoria pignori appoſita.

[b] Tertia, Si decimam ſortis partem penſio præſtatióve annua excedat.

Quarta, Si maiore ſumma pecuniæ, quàm ſors fuit, redimi eos conuenerit.

Quinta, Si pactum fuerit, ne niſi poſt cerE tum tempus redimantur.

Sexta, Si conuenẹrit, vt cœpti annui penſio, cùm reditus redimetur, tota exſoluatur.

XX. [c] Clauſulæ verò, ſeu pactiones, quæ per ſe ſingulæ non vitiant reditus conſtitutionem, ſed vitiantur ipſæ, decem ferè numerantur.

Prima, Si debitor laudimia, tributáve, aut alia eiuſmodi tatione contractus quibuſdam F fortè in regionibus debita, ſoluere pepigerit, [d] hæc emptorem ſequantur.

Secunda, Si conſtitutus acceſſerit reditus obligationi, vel conuenerit vt ſolutionis reditus cauſâ, emptor in poſſeſſiooem bonorum venditoris, per ſe, ſuóque iure eat, vel omnium, vel certorum vſque ad reditus debiti æſtimationem. Debet enim horum redituum debitor prædiis ſui liberè vti fruiq;: & eorum

a Extrauagã. 1, Regimini. 1. & 2. de empt. & vend. Carolus Mol. tract. de vſur. n. 19. & ſequentibus. Quod a mutuo differunt, & ab his abſint quæ mutui ſunt propria, nempe nõ obligatur eorũ debitor in ſortẽ, nec vltra eam, quia ſortem reſtituere non obligatur, nec quicquam vltra eam percipitur, ſed aliud loco ſortis prorſus alienata accipitur, videlicet annua præſtatio & ſors nõ abit in creditum, vt in mutuo, ſed omnino abalienatur, & recipientis acquiritur, & reditus obuentione annua eſt vera merx: ideóque empta nõ vſuraria. Bald. in repet. l. iuſiurandum. col. 40. & ſeqq. & col. 44. de iureiur. Ancharanus in diſputatione incipiẽte, Antiquis & modernis temporibus. & in rep. c. peccatis veniã. col. 20. de reg. iur. in 6. Pau. in diſputatione incipiente, Augerio.

c Bald. in l. etiam C. de exec. rei iud. l. hac edictali. §. his illud C. de ſec. nupt. l. vn. in fi. C. vti poſſid. c. 1. §. ſecundũ de feud. cogn. in vſibus feud. c. cũ M. Ferrarienſis de coſt. c. querelã. in glo. vlt. de elect. Alex. in l. ſi conſtante in fi. D. ſolut. matr. Andr. Tiraquellus latè in tractatu retractus proxim. §. 2. glo 6. Car Mol. in Conſ. Par. §. 57. & tract de vſur. n. 275.

d Idem Mol. d. tract. n. 481. e Mol d. tra. n. 283. f Mol. n. 291. g Car. Mol. d tract. n 22 quia quicquid alleuat debitor, & creditorẽ onerat, minuit ſuſpicionẽ vſuræ Contra Philippi Melanclonis opinionẽ in Epitome philoſophiæ moralis.

h Idẽ Mol. d. tract. n. 241. i Molin d. tra. n 42 l. curabit. D. de act. emp. l. 2. C. de vſur. & vtrobique Bart. k Mol. d. tract. n. 234. l Mol. d. tra. n 233. arg. quod iure ciuili Romanorũ tardius illatarum penſionum vſuræ debentur etiã ſine interpellatione l. quæro. in prin. D. loca. l. cùm quidã §. ex locato. D. de vſur. l. Præſes C. de loca. m Conſt. nouis Iuſtin. Ne quis dans mutuum agric. l. neque. D. de vſur. n Iudicio curiæ Pariſ. menſis Nouemb. anni 1548. Fr. Grimaldus li. 1. de vſur. c. 4. o Bart. in l. cùm de in rem verſo. D. h. t. Bal. in l. ſi certis annis. C. de pact. & ibid. Salyc. & in rep. d. l. cùm de in rem verſo & Alex. Raph. Cumanus & Ludo. Romanus in l. qui aliena. in prin. D. de acq. hæred. Idem Alex Conſ. 113 arg. quod præſtatiò vel alius actus non probet, niſi quatenus inde ex neceſſitate aliquid conficitur aut arguitur. l. ad probationẽ. C. de locis l. neque natales. C. de proba.

c. in præſtatio. C. eo. t. l. pe. D. de his quæ in vel alien. in. ſunt. Sed præſtatio cauſa nõ expreſſa poteſt eſſe facta ex cauſa liberalitatis vel obligationis temporalis iam finita, & non debiti perpetui cauſa.

p DD. in d. l. cum de in rem verſo. & in l. litibus. C. de agr. & cẽſ. lib. 11. per illum text. ar. l. Publia §. vlt. D. Depoſ. l. cum de indebito. §. vlt. D. de prob. l. Generaliter. C. de non num. pec. l. vn. C. de conf. c. cum ſuper. c. ex parte. eo. t. cum ſimil arg. Item l. plures apochas. C. de ſid. Inſt. & itẽ quod verba enuntiatiua in contractibus aſcripta plenè probant inter eaſdem partes. l. Optimam. C. de cõtr & com. ſtipul. præterea verba enuntiatiua per modum cauſa prolata diſponunt: ergo multò magis probant. l. Emptor. §. ancillã. D. de rei vend. & arg. l. ſi proponas. §. 1. & ibi Bart. & Ang. D. de inoff. teſta. & l. cum fundũ. C. de nõ num. pec. & tempus non eſt modus inducendæ vel tollendæ obligationis. l. Obligationũ ferè. §. placet. D. de oblig. & actio.

q Mol. d. tra. n. 206.

* Nam præſcriptio diſponit contra veritatẽ in re quæ præſcriptionem recipit. Idem Mol. in Conſuet. Pariſ. t. 4. in prin. Rubr. r DD. in d. l. cũ de in rem verſo. & d. l. ſi certis annis. per l. hoc iure. §. ductus aquæ. D. de aqua quot. & æſt.

G ſ Molinæus d tract. n. 213. arg quod ita frequentiſſimè accidit. l. certi cõdictio. §. ſi nummos. D. de reb. cred. & quod in obſcuris, quod minimũ eſt, ſequimur. l. ſemper in obſcuris D. de reg. iur. t Mol d. tract n. 351. u Hæc ratio approbatur Extra. Regimini. h. t. x Mol d tract. n. 354. z Hac enim pactio recidere facit in mutuum huiuſmodi contractum. Bald Purpur & Alciatus in l. Rogaſti. § ſi tibi. D de reb cred. a toto t. de pact pign. b l. ſi tibi decem. D de pact. c. illos de pign. Molin d. tract. n. 139. c Molin. loco ſupraſcr. d Capola de ſimulatis contractib. in q Caſ. Præſ 6.

emptor

emptor eum ad ſolutionem, recepto more ac via, compellere.

Tertia, Si Antichriſis ipſo contractu facta ſit, & inductus emptor in fundi poſſeſſionem pignoris loco fuerit, vt in præſtationes annuas fructus percipiat ad legitimum modum, aut locando, aut ipſe percipiendo, habitandóque.

e Paul. Caſtr. Conſ. 144. incip. pactũ ſtud. arg. l. pen. D. de pact. Tametſi id repugnat l. ſi creditor. §. pen. D. de pign.

Quarta, e Si pactum ſit, ne debitori vendere, aut alio modo alienare bona ſua, vel res hypothecæ ſuppoſitas, etiam cum eius iure, ſine conſenſu creditoris liceat.

Quinta, Si carcere cogi ad reditus ſolutionem debitorem eius conuenerit.

Sexta, Si dictum ſit, vt penſio paulò ante tempus legitimum, vt puta decem, quindecímve dies, repræſentetur.

Septima, Si conuenerit, vt debitor non alio nummi genere quàm ſit venditus, redimere reditum poſſit, etiamſi nummorum æſtimatio creuerit.

Octaua, Si modicum quid annuum vltra duodecimæ ſortis partem, ſed intra decimæ tamen annuatim ſolui conuenerit.

Nona, Si in reditibus fructuum, veluti vini, olei, frumenti pactum ſit, vt quanti plurimi à tempore moræ ſoluantur.

Decima, Si debitor, propinquos ſuos iure gentilitio non redhibituros hos reditus in iis regionibus, vbi id iuris eis competit, promiſerit.

Quæ clauſulæ pactionéſve, ac conſimiles ipſo iure pro non ſcriptis haberi debent; vel à iudice temperari, ita vt ſi quid iuris creditor vltra legitimum ſortis modum conceſſerit, id compenſet cum eo onere cui ſe debitor aſtrinxerit.

f Molin. loco ſupraſcr.

XXI. f Pactum, quo ſors retinetur quoad hypothecæ priores debitoris luantur, contractum propriè non vitiat, neque vitiatur ipſum: ſed reditus præſtationem in ſuſpenſo tenet.

g Molin. ibid.

XXII. g Sunt autem quinque potiſſimùm pactiones, quibus leuior à creditore fieri atq; conſtitui reditus poſſit.

Prima, Si minorem præſtationem annuam duodecima parte ſortis ſtipuletur; veluti quindecimam aut viceſimam.

Secunda, Si paciſcitur, reditum niſi ex anno vel alio tempore cedere cœpturum.

Tertia, Si ſe partem reditus penſioníſve remiſſurum promittat, ſi debitor ad diem legitimum, vel poſt modicum tempus, veluti infra triduum ſoluat.

Quarta, Si reditum non ſemel, ſed per partes redimi concedat.

Quinta, Si minore pretio quàm ſors ſit, redimi reditum permittat.

h Idem Molin d. tract. nu. 249.

XXIII. h Si debitor reditus fideiuſſori ſuo promittat ſeſe eum intra congruum aliquod tempus liberaturum, ea pactio non improbatur.

i Arreſto die vlt. Iunij 1557

XXIV. i Reditum, pecunia minorum, ea lege conſtitutum, vt intra certum tempus redimeretur, conſiſtere Senatus Pariſienſis cenſuit.

k Molinæus d. tract. n. 259. qua debitor vltra duodecimam annuam onerari nō poteſt. Iure quidẽ Romanorũ non eſt prohibita ſimplex Antichriſis etiam in debito vſurario. l. ſi is qui bona §. 1. D. de pign. l. ſi ea pactione l. ſi ea lege. l. per retentionẽ. l. pen. C. de vſur. quæ tamen ſunt intelligendæ, ſi iuſto pretio debitor rem locaret, nec eſſet ei aliàs damnoſa locatio.

XXV. k Reditu duodecimi denarij annui, pretio denûm denariorum conſtituto, Antichriſis non poteſt accedere.

l Mol. d. tract. nu. 266.

XXVI. l Si reditus vnius denarij annui, maiore pretio quàm duodecim denariorum ſit venditus, Antichreſin poſſe accedere prudentibus placuit.

m Molin. ibi. n. 260. & ſeq.

XXVII. m Reditu duodecimi denarij annui pretio denûm conſtituto, ſi accedat Antichriſis, & fructus communi æſtimatione decimam ſortis annuatim excedāt, contractus huiuſmodi prorſus eſt fœneratitius, & fructus ſortem imminuunt. Quòd ſi fructus annui vtplurimùm ad decimā redeāt, non excedant verò duodecimā, in Francia ad quindecimi denarij præſtationē reditus redigetur.

n Mol. ibid. n. 150.

XXVIII. n Reditu vnius denarij annui, denûm denariorũ pretio conſtituto in Francia ad legitimum modum, vel ad quindecimum denariũ annuum, præſtationes rediguntur: o non verò ſortem diminuunt, nec vltrò præſtitæ penſiones repetuntur.

o Fr. Grimaldus lib. 1. de vſuris c. 16. l. cum quidam D. d. t.

p Molinæus d. tract. n. 235. arg. quòd iure ciuili Romanorũ pœna dationis quantitatis appoſita ſiue in cōtractibus, ſiue teſtamento eſt efficax, dummodo non excedat legitimum modum vſurarũ. l. pœnam. D. de vſur. l. Iulianus. §. Idẽ Papinianus D. de act. emp. l. 3 in fi. D. de ann. lega. l. cum allegas. C. de vſur.

XXIX. p Reditus conſtitui ita rectè poteſt, vt emptor pœnam ſtipuletur, ſi ſua die exſolutæ annuatim penſiones non fuerint: dummodo annua quæque præſtatio vnà cum pœna, duodecimam ſortis partem non excedat; & pœna ſingulis præſtationibus ſit adiecta.

q Idem Mol. d. tract. n. 259.

XXX. q Reditu vnius denarij pretio vicenûm cōſtituto, ea lege appoſita, vt ſi quandoque annua aliqua præſtatio ſua die ſoluta non fuerit, præteritæ ſoluantur ad rationem duodecimæ partis annuæ: tamen pœna non committitur niſi in eum annum quo rectè ſolutum non fuerit.

r Mol. ibid. nu. 220. Conſt. Caroli IX. Regis menſ. Nou. 1565.

XXXI. r Tametſi quis iuſto pretio, vt emptionis tempore res erant, reditum olei, frumenti, vini, rerúmque conſimilium comparauerit: tamē ſi res ita reciderit, vt annuæ præſtationis cuiuſpiam æſtimatio duodecimam ſortis partem excedat, ad eius rationem redigi ea debebit.

ſ l. 1. l. licet. D. de pec. & com. res vend. Paul. Caſtr. in l. ſtenoſella D. de cōſt. pec. Mol. d. tract. qu. 9. nu. 197.

XXXII. ſ Reditus frumenti, vini, oleíve debitor comportare domum creditoris ea nun cogitur: t Sed pecuniarij reditus debitor penſiones domum creditoris eodem in territorio ſitam perferre debet: u ſi in mora fuerit, etiam extra territorium: x & ſi de iuſto pretio nihil in conſtitutione reditus fuerit diminutum, inutiliter domum ſuam perferri penſiones emptor ſtipulabitur, ſi ſumptus fieri in id debeant: z Etiam cùm ea conuentio ſubſiſtet, ſi aliò longiùs creditor emigrauerit, eò penſionem annuam debitor perferre non tenebitur.

XXXIII. a Reditus emptor, vt compellere carcere ad eius ſolutionē debitorem poſſit, inutiliter ſtipulatur.

t Fr. Grimoaldus lib. 1. de vſuris & contract. lib. hypothecarin. c. 12. l. 4. §. domũ. D. de dam. inf. l. 1. §. 1. D. de lib. agnoſ. u Paul. Caſtr. vbi ſuprà. l. qui Romæ. §. Seia. D. de verb. obl. l. ſi dictũ. §. ad. D. de euict. x l. quarumus Boſſa. D. de vſur. z l. ſi filiusfa. D. de verb. obl. l. vſuras. & ibi glo. in verb. cōmittere C. de ſolut. a Eſſet enim hæc perpetua quædam ſeruitus cui ſe liber homo obligare non poteſt l. 2. D. de lib. hom. exh. l. Titius. § Titio. D. de codicil. & dem. glo. & DD. in l. antiquitas. C. de vſufr. l. poſt certi. C. de liber. cauſ. Io. Faber, Aug. Aret. in §. per. Inſt. de iur. perſ. Guido Papa Deciſ. Delph. 61 arg. annotatorum in l. ob æs. C. de obl. & act. Mol. d. tra. n. 171.

CAP. II.

De redhibitione, ſeu redemptione redituum.

XXXIIII.[b] REditus hypothecarij perpetui redhiberi poſſunt, tametſi contrà conueniſſet.

XXXV. [c] Reditus pecunia comparatus, tametſi vnius denarij annui pretio vicenûm, eóve amplius, pactione redimendi appoſita, etiá poſt triginta annos redhibitioni eſt obnoxius. [d] Tametſi apochis contineatur, redimibilem non eſſe.

XXXVI. [e] Reditus frumentarij, triticariíve, aut leguminum debitor, eo pretio redimere illum poteſt, quo comparatus fuerit.

XXXVII. [f] Solam ſortis vnà cum reliquiis oblationem re ipſa & exprompta pecunia, etiám extra iudicium, ſed non nudis verbis, congruo loco & tempore factam, efficere vt reditus penſiones in reliquum tempus deberi ipſo iure deſinant, etiamſi depoſiti nummi non fuerunt, prudentibus quibuſdam placuit.

XXXVIII. [g] Debitor, reditum cùm vult redhibere, domum vſque creditoris, tametſi alio in loco ſitam, pecuniam ſuis ſumptibus debet comportare.

XXXIX. [h] Reditum, cùm venditor redhibet, ſortem eodem communi genere quo conſtitutus fuit, reddere non cogitur: ſed eadem æſtimatione qua tum nummi fuere.

XL. [i] Si fundus redhibendi reditus causâ in ſolutum creditori ſit datus, venditus videtur: nec in integrum reſtitutio poſt decennium, Conſtitutione Ludouici XII. Regis, intra quod demum reſcindi venditiones, minore parte media iuſti pretij factæ, poſſent, conſtitutum, poſt id tempus datur. Si in Antichreſim poſſeſſio creditori data eſt, contrà eſt.

XLI. [k] Si reditus fœnoris vitio laboret, iure creditor poſtulabit vt pecunia ſibi reſtituatur. vel ad æquum modum reditus redigatur. Et annuæ penſiones debitæ ad conſtitutum à iudice modum æquari debent.

CAP. III.

Pro quibus partibus hæredes in hos reditus teneantur.

XLII.[m] SI lege municipali vni ex hæredibus duæ hæreditatis partes deferantur: veluti Cœnomanorum, Andiúmque primogenito nobili gente orto, hypothecarij reditus à defuncto conſtituti, ſolui ab hæredibus pro hæreditariis portionibus, non pro hæredum numero debent. [n] Diuerſum eſt, ſi quæ prærogatiua cuiquam hęredum certi generis fundi ratione competat: veluti, in ſupraſcriptis prouinciis, tametſi primogenitis, non nobilibus duæ nobilis prædij partes competant, tamen omnes hęredes cùm ex æquo aliis in bonis ſuccedant, pro numero perſonarum onera hæreditaria ſuſtinent.

XLIII. [o] Si quis reditum hypothecarium ex poſſeſſionibus ſuis omnibus, ac nominatim certo è fundo percipiendum vendiderit, id oneris ex æquo ferri ab omnibus hæredibus debet: nec quicquam amplius, cui ex hæredibus is fundus obuenerit, cæteris præſtat. [p] Non idem iuris eſt, ſi è certo tantùm fundo percipiendus reditus ſit venditus, tametſi aſſueta bonorum omnium hypotheca contractui acceſſerit. [q] Ná cui is fundus obuenerit, præſtationi totius reditus obſtringetur.

XLIIII. [r] Si fundi emptor reditum hypothecarium, cui venditor erat obnoxius, luere promiſerit, hæredes pro iis partibus quas ex eo fundo ferent, ei rei obligabuntur.[ſ] Diuerſum eſt, ſi pretium empti fundi defunctus debuerit. Id enim quaſi æs alienum inter omnes hæredes diuidetur.

b *Idem Molin. d. tract. nu. 125. & 195. l. Sed ſi manente. D. de precal. Purè. §. vlt. D. de except. Bart. in l. Pignoris. D. de vſur. Ang. Aret. in § actionum. Inſt. de act. l. Paulus, aliàs Sempronius. D. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu. l. ſi creditrices. C. de vſur.*

c *Idem Molin. d. tract. nu. 201. Quia poſſeſſio ſequens intelligitur ſecundùm titulū. glo. not. in l. quedā mulier. in fi. D. de rei vend. glo. & Bart. l. 2. C. de acq. & retin. poſſ. Idem Bart. in l. cum ſolus. in fi. D. de vſur. Ang. conſ. 160. Soci. conſ. 15. lib. 4.*

d *Quia illa verba enunciatiua ſunt quæ non diſponunt. Molin. in Cōſ. Pariſ. § 1. glo. 5 nu. 30.*

e *Conſt. Caroli IX. Regis menſis Nouembris anni 1565.*

f *Car. Molin. d. tract. nu. 296. arg. quod eiuſmodi oblatio actionem parit, etiam quoad fructus. l. 2. C de pact. inter empt. & vend. igitur multò magis exceptionem. l. cui damus. D de reg. iur. Probatur. l. Qui Romæ. § Seia. D. de verb. oblig. l. ſi creditrici. D. de vſur.*

g *l. Quod niſi. D. de oper. libert. Franciſc. Grimoaldus. de vſur. lib. 1. cap. 22.* h *Idem Grimoaldus lib. 3. d. tract. de vſur. cap. 8. l. ideo. D. de eo quod certo loco. Contra Io. Fabri ſententiam in Auth. hoc niſi. C. de ſolut.*

i *l. ſi pecuniam. D. de pign. l. ſi debitor. eo. t. Iudicio curiæ Pariſ. diei 18. 1574. Fran. Grimoaldus lib. 2. de vſur. & contr. pignor. cap. 8.*

k *Fran. Grimoaldus lib. 1. de vſur. & contr. pign. cap. 26. l. Certi condictio. §. quoniam. D. de reb. cred. l. Iulianus. §. ſi quis. D de act. empt. arg. cap. dilectus. de preb. Quia certi condictio nata ex numeratione manet, quamuis ſtipulatio vſurarum ſit inutilis. Steph. Bertrand. Conſ. 356.*

l *l. Placuit. D. de vſur. Contra Molinæi ſententiam qui eo modo ſolui debere cenſet ex eo demum tempore quo moderatio facta à Iudice fuerat. arg. l. in quantitate. § in diē. D. ad leg. Falc.*

m *Idem Grimoaldus lib. 1. d. tract. cap. 17. l. 2. C. de hered. act. Socinus Conſ. 74. incipiente, facti narratione. col. 4. Carol. Molin. in 1. parte conſ. Pariſ. §. 11. col. 8. & ſeq. l. ſi fideicommiſſum. § tractatum. D. de Iud. l. 1. & 2. C. de anno. & trib. lib. 10. Ia. Corius lib. de primogen. cap. 5. Tiraquellus de iure primog. queſt. 35.*

n *l. vlt. D. de vſufr. lega. l. 1. C. ſi cert. peta.*

o *l. fideicommiſſum. § tractatum. D. de Iudic. Nam reditum præcipuè venditor obligatur & hypotheca accedit obligationi. §. 1. Inſt. de act. Nec immutat hypotheca obligationis qualitatem, l. Tutor. D. de fideiuſ. l. quid id. D. de dona. l. Item quæritur §. qui impleto. D. loca. & quòd diſcuſſio fieri ſpecialis hypothecæ prius debeat quàm ad generalem deueniatur, id ad creditores pertinet. l. quamuis. C. de pign. & creditori aliòquin perſequi quam libuerit hypothecam permittitur. l. Creditores. D. de diſtr. pigno. Car. Molin. in primam partem conſ. Pariſ. §. 2. nu. 15. in princ. Iudicio curiæ Pariſ. diei 28 Februar. anni 1538.*

p *l. Dolia. §. vlt. D. de contr. empt. l. ſi tibi x. D. de pact. Molin. præd. loco. §. 11. in prin.* q *d. § qui impleto.*

r *Car. Molin. in d. § 11. nu. 17. l. ſi filia. § ſi pater. l. ſi vni. §. Idem Papin. D. fam. erciſc. l. Seruo. § ſi teſtator. D. de leg. 1.*

ſ *l. 1. C. ſi cert. peta. l. ſi fideicommiſſum. § tractatum. D. de Iud.*

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER DECIMVSQVARTVS.

De pignoribus & hypothecis.

TIT. I.

Hic titulus tredecim capitibus continetur. ¶ Primum eſt, Quid ſint pignus & hypotheca: & quibus modis contrahantur, vel non. Cuius prima pars, Quid ſint pignus & hypotheca. Secunda, Quibus modis contrahantur pignus vel hypotheca, vel non. Eius partis particula prima, Quibus modis contrahantur. Eius particula ſectio prima, Quibus modis expreſſe. Secunda, Quibus modis tacitè. Tertia, Quibus ex cauſis res quaſi iure pignoris retineri poſſint. Particula tertia prima partis capitis primi, Quibus ex cauſis pignus non contrahatur. ¶ Caput ſecundum, Quæ quibuſdam rebus pignori aut hypothecæ datis contineri intelligantur. ¶ Tertium, Qui pignori aut hypothecæ dare poſſunt, vel non. Prima pars, Qui poſſunt. Secunda, Qui non poſſunt. ¶ Quartum, Quibus dari pignori aut hypothecæ poſſit, vel non. ¶ Quintum, Quæ res pignori, vel hypothecæ obligari poſſunt, vel non. Prima pars, Quæ poſſunt. Secunda, Quæ non poſſunt. ¶ Sextum, Quod ius habet creditor, vel debitor in pignore. ¶ Septimum, De actione hypothecaria, ſeu quaſi Seruiana, aut Seruiana actione. Prima pars, Quid & cuiuſmodi ſint eæ actiones. Secunda, Quando, quibúſque ex cauſis actio hypothecaria, ſeu quaſi Seruiana competat creditori, vel non. Eius partis particula prima, Quando competat. Secunda particula, Quando & quibus ex cauſis non competat. Tertia pars eiuſdem capitis ſeptimi, Quibus competat actio Seruiana aut non. Particula prima eiuſdem partis, Quibus competat. Secunda particula, Quibus non competat. Quarta pars capitis ſeptimi. Aduerſus quos actio hypothecaria, ſeu quaſi Seruiana competat, vel non. Prima particula eius partis, Aduerſus quos competat. Secunda particula, Aduerſus quos non competat. Quinta pars capitis ſeptimi, Quid veniat in actionem hypothecariam, ſeu quaſi Seruianam. ¶ Caput octauum, De Saluiano interdicto. ¶ Caput nonum, De diſtractione pignorum. Eius capitis prima pars, Quibus ex cauſis, & quomodo pignora diſtrahantur. Secunda pars, Quibus ex cauſis non liceat pignora aut hypothecas diſtrahere. Tertia pars, De euictione venditi pigaeris. ¶ Caput decimum, Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur. Eius capitis prima pars, De prioribus in pignore aut hypotheca. Secunda pars, De priuilegiis creditorum. Eius partis particula prima, De dote. Particula ſecunda, De priuilegiis eorum qui in tutela vel cura ſunt, vel fuerunt. Particula tertia, De priuilegiis fiſci. Particula quarta, De priuilegiis eorum qui res fabricanda, reſtituenda, aut conſeruanda cauſa crediderunt. Particula quinta, De priuilegiis eorum, quorum pecunia res empta eſt. Particula ſexta, De priuilegiis dominorum in fructibus res locata, vel in emphyteuſim data. Particula ſeptima, De priuilegiis habentium tacitam hypothecam. Particula nona, De priuilegiis reſp. aut ciuitatum. Particula dceima, De priuilegiis eorum qui inſtrumentis publicè confectis nituntur. Particula vndecima, De priuilegiis eorum qui pecunias depoſuerunt. Particula duodecima, De priuilegiis habentium pignora, eorúmque qui à dominis eas acceperunt, & diligentiorum. Particula tredecima, De iis qui in priorum creditorum locum ſucceſſerunt. Particula decima quarta, De poſſeſſoribus rerum mobilium à debitore alienatarum. Particula decimaquinta, De iis qui concurrunt in hypotheca. Particula decimaſexta, De ſeparatione bonorum. ¶ Caput vndecimum, Quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur, vel non. Prima pars, Quibus modis ſoluitur. Secunda, Quibus modis non ſoluitur. ¶ Caput duodecimum, De pigneratitia actione directa. Prima pars, Quibus detur. Secunda, Quibus non detur. ¶ Caput tredecimum, De actione pigneratitia contraria. Prima pars, Quibus ex cauſis detur. Secunda, Quibus ex cauſis non detur.

CAP. I.

Quid ſint pignus & hypotheca, & quibus modis contrahantur: vel non.

Prima pars.

Quid ſint pignus & hypotheca.

I.[a] PIGNVS, propriè eſt contractus quo res aliqua creditori traditur propter crediti reſtituendi fidem. Hypotheca, eſt pactio nuda qua A iure honorario à debitore obligatur aliquid in crediti vicem, vt rectè dici queat pignus re contrahi; hypothecam, nudo pacto. Ac pignoris appellatione, eam propriè rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur cre-

a Iac. Cuiatius Paratit. in Dig. h. t. l. Pignus eſt. § pignus. D. de verb. ſign. §.

inter pignus. Inſt. de actio. l. res hypothecæ. D. h. t. l. ſi rem alienā §. 1. D. de acq. vel amit. poſſ

A ditori; maximè ſi mobilis ſit. At eam, quæ ſine traditione nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus. Tametſi inter pignus & hypothecam, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil interſit. Nam de qua re inter creditorem & debitorem conuenerit, vt ſit pro debita obligata, vtraque hac appellatione continetur.

II. [b] Pignus manente proprietate debitoris B ſolam poſſeſſionem transfert ad creditorem. Poteſt tamen & precariò, & pro conducto debitor re ſua vti: [c] ſed dici poteſt poſſeſſionem quidem corporalem apud creditorem eſſe: ciuilem, ad cauſam vſucapionis apud debitorem.

III. [d] Sed qui pignori rem dat, vſucapit quandiu res apud creditorem eſt. Si creditor eius poſſeſſionem alij tradiderit, interpellabitur vſucapio. Planè ſi creditor nuda conuentione hypothecam contraxerit, vſucapere debitor perſeuerab.t. C

Secunda pars capitis primi.

Quibus modis contrahantur pignus vel hypotheca, vel non.

Secundæ partis particula prima.

Quibus modis cotrahantur.

Particulæ huius ſectio prima.

Quibus modis expreſſè.

IV. [e] Pignus, vt dictum eſt, contrahitur non ſolùm traditione, ſed etiam nuda conuentione, ſi traditum non eſt: [f] ac ſine E ſcriptura quidem, [g] & inter abſentes, [h] & teſtamento quoque: [i] nec intereſt quibus verbis; [k] ac etiam ſub conditione contrahi poteſt.

V. [l] Si tabularius in inſtrumento omiſerit hypothecæ obligationem, aut errore, aut imperitia, tamen pro aſcripta haberi debet.

VI. [m] Res hypothecæ dari poſſunt pro quacunque obligatione: ſiue mutua pecunia F datur, [n] ſiue dos; ſiue emptio & venditio contrahitur, vel etiam locatio & conductio, vel mandatum; & ſiue pura eſt obligatio, vel ſub conditione; & ſiue in præſenti contractus eſt, ſiue etiam præcedat. Sed & futuræ obligationis nomine dari poſſunt: [o] & non ſolùm ſoluendæ omnis pecuniæ causâ, verumetiam de parte eius, & vel pro ciuili obligatione, vel honoraria; [p] vel tantùm naturali. Et non G tantùm ob pecuniam, ſed ob aliam cauſam pignus dari poteſt: veluti ſi quis pignus alicui dederit, vt pro ſe fideiubeat: [q] & dare quis hypothecam poteſt, ſiue pro ſua obligatione, ſiue pro aliena.

b l. cùm ſortis. §. 1. l. ſi creditor. D. de pign. act. l. per ſeruum. D. de acq. rer. dom.
c l. ſi debitor. §. 1. D. de pign. act. l. penult. §. creditor. D. qui ſatiſd. cog. l. cùm notiſſimi. §. ſed cum. C. de praſc. 30. vel 40. ann. l. ne pignoris. & l. qui pignoris. D. de acq. vel am. poſſ.
d l. non ſolùm. §. qui pignori. D. de vſuc.
e l. 1. in princ. D. de pign. act.
f l. 4. D. h. t. l. ſi tibi dotem. §. pignore. D. de pact. l. 2. D. de fide inſtr.
g l. creditor. D. hoc tit.
h l. non eſt mirum. D. d. t. de pig. act.
i d. l. 4. D. hoc tit. l. cùm tabernam. §. 1. eod. tit.
k l. grege §. ſi ſub conditione. D. h. t.
l Boerius deciſ. 182. Capola in l. quòd ſi nolit §. quia aſſidua pr ædilium text. D. de Ædil. ed. l. & quæ nondum. § quod dicitur. C. de pig. Paul. Caſtr. & Iaſ. in l. errore. Cod. de teſtam.
m l. res hypotheca D. h. t.
n Idem in l. quod autem. §. ſi vxor. D. de don. int. vir. & vxo. Gl. in l. 1. Cod. ne fideiuſſ. dot. den. Bart. in l. quamuis. D. de ſol. & in l. ſi conſtante. §. quoties. D. ſol. matr. contra Baldi, Ludouici, & Alex. ſententiam in d. §. quoties.
o Idem in l. Pompo. § item illud. D. in quib. cauſ. pign. vel hyp. tac. contr. l. quæſitum. in fin. D. de pign. l. naturaliter. D. de cond. ind. p l. ſi rem. §. 1. D. de pig. act. q d. l. res hypotheca §. vlt.

VII. [*] Si curator prædium minoris ſine decreto diſtraxerit, venditio reſcinditur. Pignora tamen quæ ob euictionis periculum ex rebus propriis obligauit, perſequi emptor non prohibetur.

Particulæ primæ ſecundæ partis capitis primi ſectio ſecunda.

Quibus modis pignus vel hypotheca tacitè contrahantur.

Primum genus tacitæ hypothecæ in inuectis & illatis in prædium vrbanum, ſeu ruſticum.

VIII. [r] Quoniam conuentiones tacitę valent, placet in vrbanis habitationibus locandis inuecta illata pignori eſſe locatori, etiamſi nihil nominatim conuenerit. [ſ] Et non ſolùm pro penſionibus, ſed & ſi deteriorem habitationem fecerit culpa ſua inquilinus, quo nomine ex locato cum eo erit actio, inuecta & illata pignori erunt obligata.

IX. [t] Si horreum fuerit conductum, vel diuerſorium, vel area, tacita conuentio de inuectis & illatis etiam in his locum habet. [u] Ac ſtabula quæ non ſunt in continentibus ædificiis, tametſi vrbanorum prædiorum non ſint, tamē quod ad cauſam taciti pignoris pertinet, non multùm ab vrbanis prædiis differunt.

X. [x] Si res cuiuſpiam meo ſciente ac conſentiente ab inquilino in prædium vrbanum inferantur, tacitè quoque videntur obligatæ.

XI. [z] Res bona fide poſſeſſæ, & quarum nomine quis Publiciana vti potuit, inuectæ vel illatæ pignori tacitè obligantur.

XII. [a] Si pater filio negotiationem aliquā exercere permiſerit, ac filius in tabernam ex eius rebus aliquas inuexerit, ac intulerit eius voluntate, ea quoque pignori tacitè videntur obligatæ.

XIII. [b] Si domum conduxeris, & eius partem mihi locaueris, in eam duntaxat ſummam inuecta mea & illata tenebuntur, in quā cœnaculum conduxi. Non enim credibile eſt hoc conueniſſe, vt ad vniuerſam penſionem inſulæ friuola mea teneantur.

XIV. [c] Tametſi domus conductionem alia re quàm pecunia ſolui conuenerit, tamen inuecta illatáque in eam tacitè, pignori obli-

* l. Etſi n. C. de præ.
r l. 4. in prin. D. de pact. l. vlt. C. in quib. cauſ. pig. vel hyp. tac. contr.
ſ l. 2. d. t.
t l. 3. D. eo t.
u l. 4. §. ſtabula. ibid.
x glo. not. & ſing. in l. Certi iuris. in verb. quoque. C. de loca. & cond. Bart. in l. quæ dotis. D. ſolut. matr. arg. quòd tacitur nitas eius qu actum impedire potuit, ei ob eſt. l. ſæpè conſtitutum. verſ. cur autem. D. de ra indic. gl. not. in l. fideiuſſor. §. pater. in verb. manifeſtum eſt. ad fi. D. h. t. gl. alt. in l. Caius. ſi in verb. ne obeſſe. verſ. ... dium. D. de pign. act. Ang. & Alex. Imola. in l. item quia. D. de pact. Contra ſententiam C... Areti... Baldi & Salyceti. in d. l. Certi iuris, & eiuſdem Baldi in d. l. item quia, Io. Fabri, & Angeli in §. item Seruiana. Inſtit. de act. qui admittunt tacitam hypothecam: ita ... nùm ſi dol... interuenerit, eius cuius ... inuecta illata fuerint: vel ſi id fecerit, dominus ... locandum ſ... ſiliùs induc... vetur: ... conductor p... ſente eo cur... ras fuerunt a... ſeruerit ſuas eſſe. arg. l. ſi ſine. C. ad SC. Velleia. & l. 2. C. ſi res alien. pig. data ſ...
z l. ſi ab eo. D. h. t. Bald. in d. l. Certi iuris. Angel & Iaſ. in d. §. item Seruiana. §. ſed iſta. Inſtit. d. t. de act. Bart. in l. rem alienam. in 1. oppoſ. D. de pig. act. Contra Baldi ſibi aduerſantis ſententiam in d. §. item quia. D. de pact.
a arg. l. ſi permittente. C. ad SC. Velleia. Iaſ. in d. §. item Seruiana, & ibid. Io. Faber. b l. ſolutum. § ſolutam. D. de pign. act.
c glo. ordin. & ſing. in d. §. item Seruiana. Bald. in l. 1. D. loca. gl. in l. lic... l. exceptè C. eo. ea propter ſterilitatem. eo. t. l. ſi gratuitam. D. in quib. cauſ. pig. vel hyp. tac. contr. iuncta glo. & text. exiſtimatur ſingul. Fa. reg. l. naturalis. ſed ſi facio. D. de praſc. verb. Contra opinionem Specul. e. de locato. §. poſtq... porro. in ſec. arg. quod ea non ſit locato, l. 2. §. ſi quis ſeruum. D. Depoſ. & l. ... D. loca. & l. ſi olei. C. eo. t.

gata,

gata intelliguntur.

XV. [d] Quamuis maioris pretij ſint res inuectæ & illatæ quàm domus penſio, tamen omnes obligatæ tacitè intelliguntur.

XVI. [e] Tametſi quis nominatim, cùm domum conduceret, certas res pignori dederit, tamen inuecta & illata in eam, tacitè obligata quoque pignori videntur.

XVII. [f] Eſt differentia obligatarum propter penſionem, & eorum quæ ex conuentione manifeſta pignoris nomine tenẽtur: quòd vendere res pignori conuentione manifeſta obligatas non poſſumus: tacita autem vendimus, ſcilicet antequam penſionis nomine [g] præcludantur.

XVIII. [h] Non omnia illata, vel inducta, ſed ea ſolùm quæ vt ibi ſint, illata fuerunt, pignori ſunt. [i] An autem eo animo inducta illatáve ſint, vt ibi perpetuo eſſent, è variis rerum circunſtantiis iudicabitur.

XIX. [k] Merces, réſque vænales, necnon pecunia; inductę, illatęve in prædia, tacitè pignori obligatæ non videntur.

XX. [l] Inuecta & illata tacitè obligata pignori non videntur, quæ veriſimile ſit nominatim aliquem obligaturum non fuiſſe; veluti veſtes, vel lecti, réſque quotidiano vſui neceſſariæ.

XXI. [m] Si minor XXV. annis domum conduxerit, inuecta & illata in eam tacitè non videntur pignori obligata.

XXII. [n] Si gratuitam habitationem conductor mihi præſtiterit, inuecta à me domino inſulæ pignori non ſunt: [o] niſi quatenus culpa mea deteriorem fecero habitationem.

XXIII. [p] Eo iure vtimur, vt quæ in prædia vrbana inducta illata ſunt, pignori eſſe credantur, quaſi id tacitè conuenerit: nec in iis neceſſaria eſt ſcientia domini. In ruſticis prędiis contrà obſeruatur. Nam ea modò quę voluntate dominorum coloni in fundum conductum induxerunt, pignoris iure dominis prædiorum tenentur.

Secundum genus tacitæ hypothecæ.

XXIV. [q] IN prędiis ruſticis, fructus qui ibi naſcuntur, tacitè intelliguntur pignori eſſe domino fundi locati, etiamſi id nominatim non conuenerit.

A XXV. [r] Si colonus locauerit fundum, res poſterioris conductoris domino non obligantur: ſed fructus in cauſa pignoris manent, quemadmodum ſi primus colonus percepiſſet.

XXVI. [ſ] Si cùm locaſſem tibi fundum, fructus pendentes vendideris, & emptor eos deportauerit, in furtiuam cauſam incidunt.[t] Et ſi fructus rei locatæ venduntur à conducto-

B re, tamen cauſa pignoris durat.

XXVII. [u] Qui impleto tempore conductionis remanſit in conductione, non ſolùm reconduxiſſe videbitur, ſed & pignora videtur durare obligata: ſed hoc ita verum eſt, ſi non alius pro eo in priore conductione res obligauerat; huius enim nouus conſenſus erit neceſſarius.

C

Tertium genus tacitæ hypothecæ.

XXVIII. [x] DOs tacitam habet hypothecam, [z] ſiue ex parte mariti pro reſtitutione dotis, ſiue ex parte mulieris pro ipſa dote præſtanda, vel rebus dotalibus euictis, ſiue ipſæ principales perſonæ dotes dederint, vel promiſerint, [a] vel ſuſceperint, ſiue aliæ pro his perſonæ, & dos ſiue aduentitia, ſiue profectitia ſit. Et id quidem, etiam ſi ſine ſcriptis dos data ſit, vel ſuſ-

D cepta.

XXIX. [b] Etiam rerum extra dotem conſtitutarum cauſâ, (quæ parapherna vocant) tacitè videntur bona viri eſſe mulieri obligata.

XXX. [c] Donationis propter nuptias cauſâ mulieri quoque bona viri tacitè obligata intelliguntur, ſic tamen vt anterioribus creditoribus non præferatur.

XXXI. [d] Alimentorum quoque ſuorum

E cauſâ mulieri bona mariti tacitè videntur obligata.

XXXII. [e] Dotalium quoque fructuũ cauſâ mulieri tacita hypotheca datur.

XXXIII. [f] Siue cùm matrimonium cõtraheretur, ſiue poſtea quis bona ſua, aut generaliter, aut ſpecialiter doti obligauerit,

---

d Bar. in l. Moſchis. D de iur. fiſc. & in d. l. item quia. D. de pact. & d. l. certi iuris. C. de loca. l. quamdiu. C. de diſtr. pig. & l. creditoribus. D. eo. t. Iaſ. in d. §. itẽ Seruiana. D. de acti. nu. 60. contra Io. Fabri ſententiam in d. §. qui exiſtimat ex inuectis & illatis ſolum obligari quantum penſionis ſoluendæ ſuffi ciat, arg. d. l. Moſchis. §. Æmilius. D. de iur. fiſ. & l. 2. C. de debitor. ciuita lib. 11. & auth. ei qui. C. de bon. auth. iud poſſ.

e Io Faber in d. §. item Seruiana. per l. itẽ quia. in prin. in verb. etiamſi nihil conuenerit D. de pact. & l. fundus. D. de ann. lega. Bald. in l. certi iuris. C. de loca. Ang. in d. §. item Seruia. & in l. vlt. D. de pact. conu. arg. Gl. magna ver ſus mediũ in l. 2. C de iure em phyt. vbi Cyn. & Bart. Bald. in d. l. vlt & ibidem Bart. & in l. ſi cùm datõ in prin. D. ſol. matr. vbi ex ea gloſa dicunt prouiſionem homi nis tollere prouiſionem legis extraordinariã non ordinariam.

f l. eſt differentia. D. in quib. cauſ. pign. vel hyp. ta contr. g id eſt, deſcribantur. h l. Pompo. D. d. t. in quib. cauſ. l. id veſtimentum. D. de pec. l. ex facto. l. debitor. D. hoc tit. i pred. ll. & l. malum §. vlt. D. de verb. ſign. l. fundi. §. Labeo. D. de act. empt. l. cùm ita legatur. D. de lega. 2.

k Iaſon in d. §. item Seruiana. Inſtit de actio. nu. 2. 2. & ſeq. ex opinione Gloſa in d. §. & Angelus ibid. Baldus in l. certi iuris. C. de loca arg. l. generali. §. vxori. D de vſufr. lega. idem Bald. in rub. C. de verb. ſign. in 4. quæſt. & in l. vlt. D. de comp. ſa. l. vxorem. §. legauerat. D. de lega. 3. Ludou. Rom. in l. ſi conſtante. D. ſol. matr. contra Bartoli ſententiam, in d. l. ſi conſtante. in tertia quæſt. tertiæ partis principalis & euſdem Baldi ſibi contrarij, in l. vbi adhuc. in 8. col. Cod. de iur. dot per l. cùm tabernam. §. vltim. D. hoc tit. vbi idem Baldus.

l l. obligatione generali. D. hoc t. l. 1. vbi Bart. Cod. quæ res pign. obli. poſſ. Bald. in d. l. certi iuris. Iaſ. in d. § item Seruiana. nu. 63. m Glo Bart, Bald. Ang. & alij in l. item quia. D. de pact. idem Bart. in l. ſi conſtante in prin. D. ſol. matr. Cyn. Bald. Ang. & Salyc. in d. l. certi iuris. Io. Faber in d. §. item Seruiana. & ibidem Iaſon nu 57. n l. Pompo. 2. D. in quib. cauſ. pign vel hyp. l. ſi in lege §. colonus. D. loca. o Ioan. Oldendorp. argum. l. 2. D. d. tit. in quib. cauſ. p l. eo iure. d. tit. & ad l. certi iuris. Cod. de loca. q l. in prædiis. D. dict. tit. in quib. cauſ. & d. l. eo iure. l. ſi non inducta. l. Sancimus, de inuectis. Cod. eod. tit. l. interdictum. C. de interd. l. ſi in lege. C. de loca.

r d. l. ſi in lege. §. colonus. ſ l. ſi ſeruus. §. locaui. D. de furt. t arg. l. quod vendidi. D de contr. empt. §. vendita. Inſtit. de rer. diuiſ. Gloſſ. & Bart. in d. l. ſi ſeruus. § locaui. u l. item quæritur. §. qui impleto. D. loca. l. legem. C. eo. t. x l. vn. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio.

z De qua præterea Bart in l. 1. in ſi prima col. D ſol. matrim. & in l. poſt dotem. in 6. quæſt. principali. D. ſolut. matr. Contra opinionẽ Angeli, Dyni & Baldi in d. §. fuerat. d. l. & Salyceti in d. l. vni. §. 1. in verb. tũ quæro ſi extra. C. de rei vxor. act.

a De quo etiam glo. magna in l. Aſſiduis. in verb. ſint ante ſi. C. qui potior. in pign. hab. per l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. D. ſolut. matr Iaſon in d. §. fuerat. nu. 168. & ibid. Io. Faber. nu. 3. & glo. in Auth. de æqualitate dotis. § illud. b l. vbi adhuc. l. in prin. & ibi gloſſ. in verb. ſuppoſitas. C. de iur. dot Io. Platcanus, & Iaſon, in d. §. fuerat. Inſt de actio. Azo in ſumma. t. quo modo pignus tacitè contrah. Contrà quàm videatur gloſa eſſe opinio in l. ſi ego. §. dotis. in verb. ſed conditio. D. de iur. dot.

c d. l. vbi adhuc, & ibi glo. in verb ſuppoſitas. alia glo. in l. Aſſiduis, verſ. fin. C. qui potio. in verb. tempore. Fa. Bald. in l. 2. arg. illius text. C. de bon. quæ liber. l. vl. in prin. in verb. ſtipulatione, vel lege. C. com. vtriuſque iudic. Io. Platcanus, Ang. & Iaſ in d. §. fuerat. Contra opinionem Dyni in d. § ſubnixam. d. l. Aſſiduis. d Gla. Dyn Bart. Ang. & Imola. in l. ſi cùm dotem. § ſi autem in ſeuiſſimo. D ſol. matr. Cyn. Bald. & Salyc. in l. quod in vxorẽ. C. de neg geſt. Ang. in d. §. fuerat. in 11 & 12. col. & ibidem Iaſon num. 42. Contra Bartoli ſibimet contradicentis opinionem in l. Lucius. D. de alim. & cib. lega. & in tract. ſuo Alimentorũ: & Speculatorem tit. de donat. inter vir. & vxor. & Ioan. Andrea ibidem, & Ioan. Imola in d. §. ſin autem in ſæuiſſimo. e Ioann. Aretius & Bald. in d. l. vni § & vt plenius. C. de rei vxor. act. Spec. tit. de donat. inter vir. & vxor. Iaſ in d. §. fuerat. nu. 69. f Gl. in l. vlt. C. de pact. conu. vbi Cyn. arg. l. ſi vnus. § quòd in ſpecie. D de pact. l. de die. D. de pact. dot. Bald. Ang. & Salyc. in d. l. vlt qui hanc communem eſſe opinionem tradunt: idem Salyc. in d. l. Aſſiduis. arg. quòd nihil contradicit ſpeciali obligationi antecedens. l. 2. Cod. hoc tit. fa. l. qui res ſuas, in princ. & ibidem Bartolus, Alber. & Paulus Caſtrenſis D. de ſolut. Bald. & Salyc. in l. libera quidem Theodora. C. de ſent. & interl. om. iud. Bart. & DD. in l. ſi quis aliam. D. d. t. de ſolut. Boetius Deciſ. 332.

mulieri tacita hypotheca in cæteris bonis manet.

XXXIV. [g] Etiamſi matrimoniũ iure non conſtiterit, ſed in exiſtimatione hominum, mulieri dotis causâ tacita hypotheca datur.

XX'XV. [h] Eriam bona viri minoris xxv. annis tacitè pignori ob dotem obligata eius vxori cenſentur.

XXXVI. [i] Filiis mulieris ex alio matrimonio natis tacitę etiam hypothecæ ius competit. [k] Ac ad extraneos quoque hæredes id ius pertinere verius eſt. [l] Quin & tacitę hypothecæ priuilegium habet is in quem mulier ius ſuum tranſtulit. [m] Sed anterioribus creditoribus hi potiores non ſunt, [n] vt nec mulieris ipſius creditores.

XXXVII. [o] Bona hæredis viri, tacitè mulieri in dotem obligata non videntur, pręter ea quæ ex ſucceſſione viri obuenerunt.

Quartum genus tacitæ hypothecæ.

XXXVIII. [p] PRo officio adminiſtrationis tutoris vel curatoris, bona, ſi debitores exiſtant, tanquam pignoris titulo obligata, minores ſibimet vendicare minimè prohibentur. Idem eſt & ſi tutor vel curator conſtitutus res minorum non adminiſtrat.

XXXIX. [q] Bona patris tacitè filiifamiliâs pignori obligata ob res aduentitias intelliguntur. [r] Non tamen filiifamiliâs hypothecam aduerſus res patris viuentis adhuc, ſed iam mortui ſperare poſſunt, nec ratiocinia ei ſuper adminiſtratione inferre: ſed parens vti frui his poteſt quæ filiofamiliâs acquiruntur, alienatione tamen, vel hypotheca ſuo nomine patribus interdicta.

XL. [ſ] Huius autem hypothecę tempus inchoatur ex initio gerendę, vel deferendę adminiſtrationis, non etiam tantùm ex quo malè aliquid geſtum fuerit.

XLI. [t] Bona ſacerdotio præfecti, ad exemplum patris ac tutoris tacitè pignori Eccleſiæ ob malam adminiſtrationem obligata intelliguntur.

Quintum genus tacitæ hypothecæ.

XLII. [u] BOna matris ſecundas nuptias ineuntis, pręſentia, ac futura filiis prioris mariti tacitè pignori hypothecæve obligata cenſentur, ob eas res quæ ex è prioris mariti bonis acquiſitę ſunt, ex eo die quo eædem res ad eam peruenerint.

XLIII. [x] Si mater legitimè liberorum tutela ſuſcepta ad ſecundas aſpirauerit nuptias, antequam eis tutorem alium fecerit ordinari, eiſque quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ perſoluerit, mariti quoque eius præteritæ tutelæ ratiociniis bona iure pignoris tenebũtur obnoxia.

Sextum genus tacitæ hypothecæ.

XLIIII. [z] LEgatariis & fideicommiſſariis non ſolùm perſonalis actio datur; ſed & in rem, & vtilis Seruiana, id eſt hypothecaria, ſuper his quæ fuerint cuique derelicta, [a] non etiam quæ alteri.

Septimum genus tacitæ hypothecæ.

XLV. [b] CErtum eſt, eius qui cum fiſco contrahit, bona veluti pignoris titulo obligari, quamuis id ſpecialiter non exprimatur.

XLVI. [c] Simile priuilegium fiſco nulla ciuitas habet, niſi nominatim id à Principe datum ſit.

XLVII. [d] Vniuerſa bona eorum qui cēſentur, vice pignorum tributis obligata ſunt.

Octauum genus tacitæ hypothecæ.

XLVIII. [e] VEnditor pignoris loco quod veodidit, retinet quoad emptor ſatisfecerit.

Nonum genus tacitæ hypothecæ.

XLIX. [f] SI in rem conſeruandam, veluti nauem reficiendam, aut ædes, pecuniam dedero, eæ res mihi tacita obligatione pignori eſſe videntur. [g] Sed ſi amplior ſumma credita ſit quàm neceſſarium eſſet, domus in id quod excurrit, non erit obligata.

Decimum genus tacitæ hypothecæ.

L. [h] REm ſua pecunia emptã cùm vindicare pupillus poſſit, in ea ius pignoris habere non dubitatur.

LI. [i] Quinetiam rem cuiuſcunque pecunia emptam, ei tacitè eo nomine manere obligatam, nonnulli exiſtimarunt.

Vndecimum genus tacitæ hypothecæ.

LII. [k] MErces quas quis vehendas cũduxit, in vecturam tacitè videntur eſſe obligatæ.

Duodecimum genus tacitæ hypothecæ.

LIII. [l] SI quid annuum, penſióve aliqua, aut reditus, ex certo prædio percipienda, relicta vel vendita ſint, id prædium tacitè pignori hypothecæve obligatum iudicatur. [m] Diuerſum obſeruatur, ſi quid ſemel ſit ſoluendum.

g Glo. Bart. & alij DD in l. 3. ſi cùm dotem. §. vlt. D. ſol. matr. quem textum ſingularem Bart. autumat. Glo. magna in d. l. aſſiduis. in verb. ſint, ad ſi. C. qui potio. in pign. hab. & ibid. Bart. Bald. in l. 1. in ſi. Cod. de cond. ob cauſ. Iaſ. in d. §. fuerat.

h Io. Faber in d. §. fuerat arg. l. vlt. C. de legit. tuto.

i Glo. in l. vl. D. qui potio. in pig. hab. ibi vnica eſt facienda. & in l. etiam in prin. D. ſol. ma. & in l. fideiuſſor. D. de re iud. Gl. vlt.

k l. in omnibus & l. prim leg. D. de reg. iur. & l. priuilegia. D. de priu. cred. l. forma. §. quamquam. D de cenſ. & l. 1 §. permittitur D de aqua quot. & aſt Bart in l. 1. D ſol matr. arg. d. §. fuerat. Inſtit. de act. & in d. l. vn. §. & vt plenius in verb. in huiuſmodi actione. C. de rei vxor. act. contra opinionem Bald. & Io. Fabri in d. §. fuerat & eiuſdem Baldi in l 1. in 1 col. D. ſol. matr.

l Bart. in l. poſt dotem nu. 34. D ſol. mat.

m d §. fuerat. vbi. Glo. & Iaſ. nu. 69. Inſt. de act. l. vn. C. de priu cred. Cyn. in l aſſiduis. C. qui potior. in pig hab.

z l. 1. Cod. Com de lega.

a Glo. ſing. Bald. & Paulus Caſtrenſis. in l ſi certarũ. §. vlt. D. de teſta. mil.

b l. 2. C. in quib. cauſ. pig. vel hyp. l. 3. C. de prim. ſiſ. l. Aufertur. §. fiſcus. D. de iur. fiſc.

c l. ſimile. D. ad munic. & de incol. l. 2. C. de iure reip. lib. 10.

d d. l. 1. C. d. t. in quib. cau. d. §. fiſcus. certa. C. de iure fiſc. lib. 10.

e l. quod ſi nolit. §. idem Marcellus. D. de Aed. ed. l. hareditatis. D. de hared. vel act. vend.

f arg. l. 1. D de ceſſ. bono. l. ſi venirt. §. 1. D. de priu. cred. l. interdum. D. qui potior. in pign. hab.

g Zazius in l. 1. D. de ceſſ. bon.

h l. 2. D. quãd de ex fa tuto. l. ſi ve prepo. nu. C. de rei vind. l. idémq. D. qui potio. in pign. hab.

i Gl. in Auth. quo iure. Cod. d. t. qui potio. Alex. in l. ſi cùm dotem. §. vlt. D. ſolut. matr. Sunt qui id negant per l. licet. C. d. t. qui potior. & l. quamuis. ea. C. h. t. ac obligatam tũ demum rem dicunt, ſi id generaliter vel ſpecialiter conuenerit. l. ſi ex pecunia. C. de rei vend.

k arg. l. huius enim. D. qui potio. Iac. Cuiacius lib.

n Ang in auth. vt ex actio dotis. col. 7. Ioan. Faber in d. §. fuerat. argum. l. ex pluribus. D. de adm tuto & l. quòd ſi minor. D. de mino.

o Io. Faber in d. §. fuerat l Paulus D. hoc tit. p l. pro officio. C de adm tuto. noua conſtit. Iuſtin. 118. §. ſed multi. in fin. l. ex pluribus l. quo nominibus. D. admin. tuto l. 4. D de priu. cred. l. vltim D. de tut. & rat. diſtrah. l. vni § & vt plenius. Cod de rei vxor. act d. l. aſſiduis. § adhuc q l. cùm oportet. §. vltim. Cod. de bon qua liber. r d. l. §. non autem. ſ d. §. vltim. t ca. illud. §. vltim 12. quæſt 2 ca. lator. 3. quæſt. 2. c. ex præſentium. hoc tit. u l hac edictali. § omnibus. Cod. de ſec. nupt. x l. ſi mater. C. in quib. cauſ. pig. vel hyp. l. omnem matri. Cod ad SC. Tert. §. ſi autem tutelam. Inſt. de nupt. l. matres C. quando mul. off. tut. fun. poſſ.

0. Obſerua. c. 8. l Guido Papa quæſt. 432. arg. l. hactenus alias vſufructu legato. § quoniã. D. de vſuf. Hoſtienſ in ſumma. t. de loca § qua actio. Spec. eo t. § nunc aliqua nu. 85. Petr. Iac. t. de act. pro re emphyt. data. qua cœdit in commiſſũ verſ. & idẽ fortè in anniuerſarin. Cyn. de vſuf. idem Guido Papa, quæſt. l. 1. C. Comm. de lega l. vlt. C. qua res pign. obl poſſ ſa. l. cùm te. C. ne vxor. pro marito. m l. vlt. C. d. t. qua res pign.

Tredecimum

Tredecimum genus tacitæ hypothecæ.

LIIII. [n] EOrum qui rem alicui reddendam ſuſceperunt, aut delictũ admiſerunt, bona ex eo die obligari pignori incipiunt, tametſi id nominatim non conuenerit.

n *Legibus municipalibus Britanniæ Armoricæ. verſ. 178.*

Decimum quartum genus tacitæ hypothecæ.

LV. [o] ETiam tacitè pignori obligatæ res videntur, quæ poſt contractum, ex quo obligatio pignorum naſcitur, ſunt quæſitæ.

o *l. hac edictali. § illud, in verb. omnibus. C. de ſec. nup. vbi Bald. quem textum exiſtimat ſingularẽ Ludo. Romanus ſingular. 145. & in hoc expreſſa hypotheca exequatur tacita. l. vlt. Cod. t. quæ res pign. obl. poſſ.*

Particulæ primæ ſecundæ partis capitis primi ſectio tertia.

Quibus ex cauſis res quaſi iure pignoris retineri poſſunt, vel non.

Prima cauſa.

LVI. [p] PRopter retentionem dotis petitio minuitur. Nam ob impenſas in res dotales factas, marito quaſi retẽtio conceſſa eſt, quia ipſo iure neceſſariis ſumptibus dos minuitur. [q] Vtilium autem nomine fit deductio, ſi voluotate mulieris factæ ſint. Iniquum enim eſſet compelli mulierem vendere rem, vt impenſas in eam factas ſoluat, ſi aliunde ſoluere noo poteſt.

p *§. item ſi de dote. Inſtit. de act. toto tit. de Imp. in res dot. fa. D.*
q *l. Vtiliũ. d. t.*

Secunda cauſa.

LVII. [r] IN ſumma debiti computabitur etiam id quod propter poſſeſſiones pignori datas ad collationem viarũ muniendarum, vel quodlibet aliud neceſſarium obſequium præſtitiſſe creditorem cõſtiterit.

r *l. in ſumma. Cod. hoc t. Bald. ibid.*

Tertia cauſa.

LVIII. [ſ] SI fundus ducentorum per errorem datus ſit, cùm centum taotùm deberentur, condici poteſt; nec fit confuſio partis rei cum pecunia. Nemo enim inuitus compellitur ad communionem: obligatio verò manet incorrupta. Ager tamen retinetur donec debita pecunia ſoluatur.

ſ *l. ſi vti ſortem. §. ſi.*

Cauſa quarta.

LIX. [t] PRocurator citra voluntatem domini domum rémve aliam fruſtrà pignori dedit; ſi tamen peconiam creditoris in rem domini verſam conſtabit, non inotilis erit exceptio, duntaxat quod numeratum eſt, exſolui deſideranti.

t *l. 1. C. ſi per alium. pign. da. ſit.*

Cauſa quinta.

LX. [u] OB impenſas in rem commodatam, aot depoſitam factas retẽtionem habet is cui commodata, aut apud quem depoſita eſt.

u *l. Creditoris. D. de furt.*

LXI. [x] Debitoris abſentis amicus negotia geſſit, & pignora citra emptionem pecunia ſua liberauit: ius priſtinum domino reſtitutum videtur. Igitur qui negotium geſſit, A vtilem Seruianam dari ſibi non rectè deſiderabit.

x *l. 1. in prin. D. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu.*

Primæ partis capitis primi particula tertia.

Quibus ex cauſis pignus non contrahatur.

B LXIII. [b] MOribus Gallicis pignus rei mobilis efficax ferè non eſt, niſi traditio re ipſa interuenerit. Qua de cauſa clauſulæ conſtituti, precarij in pignore ſunt inutiles.

LXIIII. [c] Si pignoris conuentionem pecuniæ numeratio ſecuta non ſit, contractum pignus non videtur.

LXV. [d] Si antequam pecunia numerata eſſet futoro debitori, is pignus, de quo C conueniſſet, vendiderit, pignus non conſiſtit.

LXVI. [e] Neque pignus, neque depoſitũ, neque precarium, neqoe emptio, neqoe locatio rei ſuæ conſiſtere poteſt.

LXVII. [f] Si quis pro muliere quæ interceſſit dederit hypothecam, aut pro filiofamiliàs, cui contra ſenatuſconſultum creditum eſt; eis ſuccurritur.

D LXVIII. [g] Cùm vitioſè, vel inutiliter cõtractus pignoris intercedit, retentioni locus non eſt; nec ſi bona creditoris ad fiſcum perueniant.

LXIX. [h] Pignos è turpi cauſa noo rectè conſtituitur, & vindicari à domino poteſt.

LXX. [i] Si de matrimonio contrahendo actio interueniat, eo uomine pignus non rectè datur.

LXXI. [k] Lex commiſſoria in pignoribus eſt, cùm ita inter creditorem & debitorẽ con E uenit, vt non ſoluta intra certum tempos pecuoia pignus creditori addicatur. Ea lex in pignoribus improbatur, & creditores re amiſſa recipiunt quod dederunt.

LXXII. [l] Quamuis ſtipulanti vxori vir ſpoponderit, dirempto matrimonio, prædia quæ doti erant obligata in ſolutum dare, tamen ſatis eſt offerre dotis quaotitatem.

F LXXIII. [m] Si creditor, cùm fundum è patronali prædio, quod feudum dicimus, profectum hypothecæ daret, ſtipulatus ſit à creditore, vt niſi intra certum tempus pecuniã ſolueret, fundum illum creditor clientelari iure poſſideret; ea conuentio quaſi commiſſoriæ legi ſimilis improbabitur.

LXXIIII. [n] Nec ſi iureiurando quis ſe pactioni legis commiſſoriæ aſtrinxerit, confirmari ea pactio poteſt.

G LXXV. [o] Creditor pignus emere à debitore poſt pignoris contractum non prohibetur.

LXXVI. [p] Poteſt etiam ita fieri pignoris datio, hypothecæve, vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia, iure emptionis

b *Nicolaus Valla de rebus dubijs. h. tit.*
c *l. 1. & 2. C. ſi pign. con. nu. mer. pecu. ſecut. non fuer. l ſi ſolutum. §. 1. D. de pign. actio.*
d *l. 4. D. quæ res pign. oblig. poſſ.*
e *l. neque. D. de reg. iur.*
f *l. 2. D. d. t. quæ res pign. obl. poſſ.*
g *l. cùm vitioſè. D. h. t.*
h *Bart. in l. iuriſgentium. § ſi ob maleficiũ. D. de pactis, & ibidem Alex. Gloſſ. & Cyn. in l. 2. eo. t.*
i *Auferius in quæſt. cap. Toloſ. 292. Auto & Clauaſ. ad Specul. t. de ſponſa. § ſponſalia. nu. 13.*
k *l. 3. C. de pact. pign. l. penult. h. t. l. quamuis. D. de ſolut. iudicio Pariſ. curiæ diei. 1. Iunij anni 1552. relato à Ioa. Papone. Areſt 3. h. t.*
l *d. l. quamuis. D. de ſolut.*
m *c. 1. de fundo dato in vicem legis commiſſo. in vſibus feudorum. arg. ca. ad noſtrã, de rebus Eccleſ. non alien.*
n *l. non dubium. C. de legib. Contra Guidonis Papæ ſententiam Deciſ. 6. & Bartoli in l. Seius & Augerius. Digeſt. ad legem Falcidiã. niuos. c. cùm contingat de iureiu.*
o *Petrus Coſtalius, ad l. Titius. D. de pign. act. Nicolaus Valla, de rebus dubijs. h. t. per d. l. Titius.*
p *l. ſi fundus. § vlt. D. h. t. l. vlt. in prin. D. de contr. empt. Panor. in c. ſignificauit. h. t. fa. l. non dubium. ad ſi. D. de lega. 3.*

A poſſideat rem creditor, iuſto pretio tunc æſtimandam. Hoc enim caſu videtur quodammodo conditionalis eſſe venditio.

LXXVII. [q] Inter debitorẽ & fideiuſſorem hoc pactum non improbatur, etſi fideiuſſori reus promiſerit ſe intra certum tempus eum liberaturum; & [r] ſi id non feciſſet, ac fideiuſſor debitum creditori ſoluiſſet; iuſſerit prædia empta eſſe quæ creditori obligauerat, ſub conditione emptio facta videtur.

B LXXVIII. [r] Cùm fundus pignori lege commiſſoria datus eſſet, Senatus Pariſienſis cenſuit, vt niſi intra breue tempus pignus lueretur, creditori iuſto pretio veniret.

LXXIX. [ſ] Si conuenerit, vt rei pignoratæ fructus lucro cedant creditori, cùm ea conuentio vſuram ſapiat, rata non eſt: [t] ſed fructus, ſi conſumpti ſunt, ſ. rem minuent: [u] ſi extent, pignori accreſceut.

C LXXX. [x] Si conuenerit, ne debitori luere pignus liceat, huiuſmodi conuentio inutile pignus non reddit: ſed non impedit quominus lui poſſit. [z] Tantundem dicendum eſt ſi, ne intra certum tempus luere liceat, conuenerit. [a] Itémque ſi debitor iuri luendi pignoris renuntiauerit, [b] vel ea de re iuſiurandum interpoſuerit, [c] aut pœnam, ſi contrà factum eſſet, promiſerit.

D

CAP. II.

Quæ quibuſdam rebus pignori, aut hypothecæ datis contineri intelligantur.

LXXXI. [d] FRuctus pignori datorum prędiorum, etſi id apertè non ſit expreſſum; & ipſi pignori creduntur tacita pactione eſſe. [e] Sed id intelligendum ſi extent, vel ex quo lis inchoata fuit.

E LXXXII. [f] Si pecora in cauſam pignoris ceciderunt, ea quoque quæ ex his nata ſunt, eodem iure habenda ſunt.

LXXXIII. [g] Domo pignori data; & area eius tenebitur: eſt enim pars eius, & contra ius ſoli ſequitur ædificium. [h] Quòd ſi domus pignori data exuſta ſit, & eam aream emit aliquis, ius ſoli ſuperficiem ſecutum videtur, id eſt cum iure pignoris. Sed bonæ fidei poſ-

F ſeſſores non aliter cogendi erunt creditoribus ædificium reſtituere, quàm ſumptus in extructione erogatos, quatenus prętioſior res facta eſt, recipetent.

LXXXIV. [i] Si nuda proprietas pignori data ſit, vſusfructus qui poſtea accreuit, pignori cedit. [k] Eadem cauſa eſt alluuionis.

G LXXXV. [l] Cùm tabernam debitor creditori pignori dederit, etiamſi per tempora merces diſtraxerit, & aliàs intulerit quæ in taberna inuenta fuerint, ad mortis vſque tempus obligata eſſe videntur.

q l. vltim. in prin. D. de cont. empt.
r Iudicio curiæ Pariſ. diei 19. May 1552. relato a Io. Papone hoc t. de hypoth. Arr. 2. l. ſi fundus. §. vlt. D. hoc t. l. vlt. in prin. D. de cont. empt.
ſ c. 1. & vlt. de vſur.
t l. ſi dominium. D. h. t.
u l. ſi conuenerit. ibid.
x Hoſtienſ. h. t §. 4. arg. l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. D. de iureiu.
z arg. l. cùm precario. D. de preca. c. precarium. eo. t.
a arg. c. ſi diligenti de foro comp. in 6 l. 1. §. ſed quia veremur. C. de iure. l. quos prætor. D. de poſtul.
b arg. l. non dubium. C. de legi. l. iuriſgentium. §. ſed etſi quis paciſcatur. l. ſi unus §. pactaque contra. D. de pact. c. ſignificauit. de pign.
c arg. c. Gemma de ſponſ. c. 2. de prec. l. cum allegas. C. de vſur. l. Iulianus. §. idem. & §. Papinianus D. de act. empt l. eleganter. §. penult. D. de cond. ind.
d l. 3. Cod. in quib. cauſ. pign. vel hyp. tac. contr.
e l ſi fundus. § interdum. D. hoc tit. l. 1. §. cùm prædium. ibid. l. 4. § poſt litem. D. fin. reg.
f l. Paulus reſpondit. §. 1. l. Grege D. hoc tit. l. 1. Cod. de part. pign. l. 1. in prin. D. de ſalu. interd.
g l domo. D. de pign. actio l. ſolum. D. de rei vend. l. cum qui ædes. D. de vſuc.
h l. Paulus. § domus.
i l. ſi conuenerit. § ſi nuda. D de pign. act.
k Idem in l. ſi fundus. D hoc tit.
l l. cùm tabernam. ibid.

A LXXXVI. [m] Generali hypotheca debitoris rerum ſuarum, etiam bona futura obligata intelliguntur.

LXXXVII. [n] Si creditor pignori accepit à debitore quicquid in bonis haberet, habiturúſve eſſet, corpora pecuniæ quam idem debitor ab alio mutuauit, cùm in bonis eius facta ſint, obligata creditori pignori eſſe cœperunt.

B LXXXVIII. [o] Obligatione generali rerum quas quis habuit, habiturúſve ſit, ea iure Romano non continentur, quæ veriſimile eſt, quenquam ſpetialiter obligaturum non fuiſſe; vt putà ſuppellex: item veſtis relinquẽda eſt debitori. Sed in Gallia vix eſt vt inopi ſuppellex relinquatur.

C LXXXIX. [p] Si creditor ſemel conſenſit alienationi hypothecæ, & legitimo quodam modo poſtea res ad debitorem peruenerit, iure Romano renouatur hypotheca propter verbum [futurarum rerum] quod in generalibus hypothecis poni ſolitũ eſt: & indignus creditor exiſtimatur, qui ſuum ius reſpuit, eandem rem vt pote ab initio ei ſuppoſitam vendicare, vel tenentem inquietare. Sed id Gallicis moribus non puto conuenire.

D XC. [q] Si debitor pactus ſit, vt quæcunque in prædia pignori data, inducta, inuecta, importata, ibi nata, paratáve eſſent, ea duntaxat quæ hoc animo à domino inducta fuerint, vt ibi perpetuò eſſent, non temporis cauſã accommodarentur, obligantur. Itaque ſi pars eorum prædiorum ſine iumentis fuit, eáque actori ſuo colenda debitor tradidit, non obligabuntur.

E XCI. [r] Si quis cauerit vt ſylua pignori ſibi eſſet, nauis ex ea materia facta non erit pignoris: quia aliud eſt materia, aliud nauis. Itaque adiciendum, Quæ ex ſylua facta, natáve ſint.

CAP. III.

Qui pignori aut hypothecæ dare poſſunt, vel non.

Prima pars.

Qui poſſunt.

F XCII. [ſ] SI procurator meus vel tutor rem pignori dedit, agi pigneratitia poteſt. Quod in procuratore ita procedit, ſi mandatum fuit vt pignori daret: vel vniuerſorum bonorum adminiſtratio ei permiſſa eſt ab eo qui ſub pignoribus ſolebat mutuas pecunias accipere. [t] Si tamen (vt & ſuprà memoratum eſt) procurator citra voluntatem domini rem pignori dederit; & pecuniam in rem eius verſam conſtabit, non

G inutilis erit exceptio exſolui pignus deſideranti.

XCIII. [u] Tutor, lege non refragante, ſi dederit rem pupilli pignori, tuendum erit, ſcilicet ſi in rem pupilli pecuniam accipiat. Idem eſt & in curatore adoleſcentis, vel furioſi.

m l. 1. C. quæ res pign. oblig. poſſ. Noua Conſt. Iuſtiniani, 136. § inſuper de hoc.
n l. cùm tabernã. §. vlt. D. h. t.
o l. Obligatione generali. D. h. t. l. 1. Co. quæ res pign. oblig. poſſ. c. in generali.
p l. vlt. C. de remiſſ. pign.
q l. Debitor D. h. t.
r l. ſi conuenerit. §. ſi quis D. de pig. act.
ſ l. ſolutum §. vlt. cum ſeq. D. de pig. act. l. 2. & l. 1. C. ſi res alien. pign. dat. ſit.
t d. l. 1.
u d. §. vlt. d. l. ſolutum. 3. C. d. 1. ſi r. alien. pig. dat. ſit.

XCIIII. [z] Si is qui bona reipublicæ adminiſtrat, mutuam pecuniam pro ea accipiat, poteſt rem eius obligare. Ciuitas enim mutui datione obligari poteſt, ſi ad vtilitatem eius pecuniæ verſæ ſunt: alioqui ipſi ſoli qui contraxerunt, non ciuitas, obligabuntur.

XCV. [z] Sacerdotio præfectus rem eius pignori dare poteſt.

XCVI. [a] Filiusfamiliâs, rem peculiarem ſi pignori dedit, tuendum eſt, ſi liberam peculij adminiſtrationem habuit. Nam & alienare eas res poteſt.

XCVII. [b] Socius, vel cohæres rem communem pignori dans, portionem tantùm ſibi competentem obligat.

XCVIII. [c] Alienare prohibitus, pignori tamen obligare rem poteſt: [d] niſi in tantam pecuniam pignoraret, vt luiturum eum veriſimile non ſit.

Secunda pars capitis tertij.

Qui pignori dare non poſſunt.

XCIX. [e] PRocurator rem domini citra eius voluntatem pignori obligare non poteſt, [f] etiamſi libera ei negotiorũ adminiſtratio mandata eſt: [g] niſi dominus ſub pignoribus accipere mutuas pecunias ſoleat. [h] Multò minùs colonus, actor, ſiue conductor vllum præiudicium poſſeſſioni inuito vel inſcio domino poſſunt imponere.

C. [i] Curator adulti, vel tutor pupilli propriam rem mobilem eius cuius negotia tuetur, pignoris iure obligare non poteſt: niſi in rem eius (vt & ſuprà dictum eſt) pecuniam accipiat.

CI. [k] Pupillus ſine tutoris authoritate hypothecam dare non poteſt.

CII. [l] Mulier ſine mariti authoritate pignori rem obligare non poteſt.

CIII. [m] Si minor xxv. annis emit prędia, vt quoad pretium ſolueret, eſſent pignori obligata venditori, pignus non valet: niſi à fiſco emerit. In priuato principali beneficio opus eſt vt pignus confirmetur.

CIV. [n] Si filiusfamiliâs pro alio rem peculiarem obligauerit, dicendum eſt eam non teneri, licèt liberam peculij ſui adminiſtrationem habeat: ſicut nec donare ei conceditur. Non enim vſquequaque habet liberam adminiſtrationem. Facti tamen eſt quæſtio, ſi quæratur, quouſque ei permiſſum videatur peculium adminiſtrare.

CV. [o] Nec ſi maior xxv. annis fuiſſet filius tuus qui in poteſtate tua erat, pignori obligare rem potuit.

CVI. [p] Socius partem ſocij pignori obligare non poteſt.

CVII. [q] Si communem rem cum alio fiſcus habeat, [r] tametſi totam vendere poſſit, pignori tamen obligare non poteſt.

CVIII. [ſ] Si mulier res ſuas pro aliena obligatione pignori dederit, habet ſenatuſconſulti Velleiani auxilium.

CAP. IIII.

Quibus dari pignori aut hypothecæ poſſit, vel non.

CIX. [t] EI cuius nomine pecunia credita eſt, veluti à procuratore, & condictio & hypothecaria actio, vel pignus ipſo iure, & ſine aliqua ceſſione domino contractus acquiritur.

CX. [u] Pupillo capienti pignus propter metum pignoratitiæ actionis, neceſſaria eſt tutoris authoritas.

CAP. V.

Quæ res pignori vel hypothecæ obligari poſſunt, vel non,

Prima pars.

Quæ poſſunt.

CXI. [x] GEneraliter bona omnia pignori hypothecæve dari poſſunt. [z] Et conuentio generalis in pignore dando bonorum, vel poſtea quęſitorum recepta eſt. * Item & quę nondum ſunt, futura tamen ſunt, hypothecæ dari poſſunt: vt puta, fructus pendentes, fœtus pecorum, & ea quæ naſcuntur.

CXII. * Quod emptionem venditionémque recipit, etiam pignorationem poteſt recipere.

CXIII. [a] Nomen quoque debitoris pignorari & generaliter & ſpecialiter poſſe iampridem placuit: & ille, cuius nomen pignori datum eſt, niſi ei cui debuit ſoluit, nondum certior de obligatione factus, vtilibus actionibus ſatisfacere vſque ad id quod deberi à creditore eius probatum fuerit, compelletur: quatenus tamen ipſe debet.

CXIIII. [b] Etiam vectigale prædium pignori dari poteſt, [c] vt & ſuperficiarium ſine deminutione mercedis ſoli.

CXV. [d] Vſusfructus pignori hypothecæve dari poteſt, ſiue dominus proprietatis conuenit, ſiue ille qui ſolum vſumfructum habet.

CXVI. [e] Viæ, itineris, actus, aquæductus pignoris conuentio propter vtilitatem contrahentium recipienda eſt: veluti ſi talis pactio fiat; Quandiu pecunia ſoluta non ſit, his ſeruitutibus creditor vtatur; ſcilicet ſi vicinum fundum habet: & ſi intra diem certũ pecunia ſoluta non ſit, vẽdere eas vicino liceat.

---

z l. ſi is qui bona. D. h. t. l. 4. D. quod iuſſ. l. 4. D. de vi & vi arm. l. Præſes, & ibi Bald. C. de tranſ.

z Iaſ. in d. l. Ciuitas. d. l. ſi is qui bona. Contra Abbatis ſententiam in ... mil. de rebus eccleſ. non alie. ... l. Bene à Zenone. C. de quadr. præſcr.

... l. ſolutum. §. ... it. D. de pign. act.

... l. ſi conuenerit. §. vlt & ſeq. D. de pig. act. l. Naturaliter. D. de cõd. ind.

... l. 1. C. ſi com. res pign. data ... l. Nemo. 2. ... pro ſoc. l. 2. ... com. diuid. ... ſi fratres. C. ... com. vtrinſ. iud. ... §. vlt. D. ... potio. in ... pig. hab. l. 2. D. ... Salu. in... d.

... Bart. in l. in ... orum D. hoc

... Idem Bart. ... l. legata. §. ... D. de ſupp. ...

... l. 3. D. quod ... l. 1. C. ſi a... res pig. l. ... res. §. ſi pro ... ator. D. de ... cred. l. procurator tutorũ. ... de procur. l. ... C. de reb. ... n. non a...

... Alciatus ... 4. Diſpunct. ... 4. per l. ... editor. §. ... ucius. D. ... and.

... l. Solutum. ... vlt. & l. ... q. D. de pign. act.

... l. vlt. C. d. t. ... res alien. ... gn.

... l. 3. C. d. t. ſi ... ali. l. Tu... D. de pign. ...

... l. 1. in prin. ... quæ res ... gn. oblig. poſſ.

l legibus munic. Pariſ. verſ. 223.

m l. 1. §. vlt D. de eo qui ſub tuto. & l ſeq.

n l. 1. §. 1. D. d. t. Quæ res pign. oblig. non poſſ.

o l. 1 C. d. t Si res alien. pign. da. ſit. l. Item ſi. §. ſi filiusfa. ibi patris ta... n. D. ad SC. Maced.

p l. vn. C ſi com. res pign. data ſit. l. Nemo. D. Pro ſoc. l. 2. C. com. diuid. l. ſi fratres. C. com. vtrinſque iud. l. 3. §. vlt. D qui potio. in pign. hab. l. 2. D. de Salu. inter.

q Repenſis in l. 1. D. h. t. Contra Azonis ſententiam d. l. ſi com. res pign. data ſit.

r l. 2. C. de com. rer alien. l. 1. C. de non alien. reb. fiſc.

ſ toto t. ad SC. Velleia. D. & C.

t l. 1. C. per quas perſ. nob. acq. l. ſi inter. D. h. t.

u l. pupillo. D. de pign act.

x l. 1. l. Paulus reſpondit. D. h. t.

z d. l. 1.

* l. & quæ nõdum. & d. l. 1. d. t.

* l. ſed & quod. D. h. t.

a l. 4. C. quæ res pign. oblig. poſſ. l. ſi conuenerit. D. de pig. act. l. cùm conuenit. & l. Grege. §. cum pignori. D. h. t.

b l. Tutor. §. vlt. cum l. ſeq. D. de pig. act. l. lex vectigali. D. h. t.

c Idem in l. Grege. §. in ſuperficiarium. d. t. & l. etiam. D. qui potio. in pign hab.

d l. ſi is qui bona. §. vſusfructus. D. h. t.

e l. ſed an via. d. t.

[f] Iura verò vrbanorum prædiorum pignori aut hypothecæ dari non poſſunt.

CXVII. [g] Ius percipiendi decimas pignori dari poteſt, non ipſæ decimæ. [h] Fructus etiam cæteri ſacerdotiorum pignori poſſunt obligari.

CXVIII. [i] Iuriſdictiones quoque pignori dari poſſunt.

CXIX. [k] Si quis rem,quam cum alio communem habet,pignori dederit, pro parte dimidia pignoris perſecutio datur.

CXX. [l] Iure Romano,ſi quis communis rei partem pro indiuiſo dederit hypothecæ, diuiſione facta cum ſocio, non vtique ea pars creditori obligata eſt quæ ei obtingit qui pignori dedit: ſed vtriuſque pars pro indiuiſo pro parte dimidia manet obligata. Quod moribus Gallicis non puto conuenire.

CXXI. [m] [n] Aliena res pignori dari voluntate domini poteſt.[o] Sed & ſi ignorante eo data ſit,& ratum habuerit, pignus valebit. [p] Idem erit ſi cùm alicuius res pignori daretur, ſciẽs diſſimulauerit.

CXXII. [q] Cùm res, quæ nondum in bonis debitoris eſt,pignori data ab eo,poſtea in bonis eius eſſe incipiat, ordinariam quidem actionem ſuper pignore non competere manifeſtum eſt:ſed tamen æquitas facit,vt facilè vtilis perſecutio exemplo pignoratitię detur. [r] Et ſi Titio,qui rem meam ignorante me creditori ſuo pignori obligauerat,hæres exſtitero, ex poſtfacto pignus directò quidem non conualeſcit, ſed vtilis pignoratitia dabitur creditori.

CXXIII. [ſ] Aliena res vtiliter poteſt obligari ſub conditione. [t] In ſpeciem verò alienæ rei collata conuentione, ſi non fuit ei qui pignus dabat,debita,[u] difficiliùs creditori qui non ignorauerit alienum,vtilis actio dabitur: ſed facilior erit poſſidenti retentio.

CXXIV. [x] Si ab eo qui Publiciana vti potuit,quia dominium non habuit,pignori accepi; ſic tuetur me per Seruianam Prætor, quemadmodum debitorẽ per Publicianam.

CXXV. [z] Pignori rem pignoratam accipi poſſe placuit. [a] ſcilicet,vt ſequẽti creditori detur vtilis actio: tandiúque eum is qui ius repræſentat,tueatur;quandiu in cauſa pignoris manet eius qui dedit.

e l.ſi is qui bona. §.vlt.D.h. Differentiæ verò inter ruſticas ſeruitutes & vrbanas hanc rationem adſerunt, quod ſeruitutes ruſticæ alij fundo veluti intermedio pignorari & vendi poſſunt: quod ſi non licet, pignorationem res non recipit, qua ratione prædiorum vrbanorũ non ſit pignoratio. de quo Iacob. Cuiacius li.15 Obſeruat. cap.6. & Fr. Duarenus li.2. Diſputat.c.13.

g Iaſ.in §.Item Seruiana Inſt. de act n.109. poſt Io Fabrũ. ibid. arg. d. l. Grege.§ in ſuperficiariis. & l ſi qui.§.vſuſfructus. & §.vlt. & l.ſeq. D.h t.Spec.hoc eo t.§.vlt.in fi.

h Idem Spec. t de her. verſ. in fauorem autem fidei. ad fi.

i Iaſ.& Io Faber.præd locis. arg.l. Nomen. C. quæ res pig. obli poſſ. Bald. in c.1.in 2. col. de feu.Marcb.

k l.1 in fi.D. de Sal.interd.l. vn. C. ſi res com. pig. data ſit. l. ſi fratres. C.Com-triuſque iud.l.2. C. com. diuid.l.3. §.vlt.in fi. D. qui potior. in pign.hab.

l l.ſi cõſenſit §. vlt. D. quib. mo pig.vel hyp ſol.

m n l.Aliena.& l.Petens.D.de pig act. o Idem l. ſi fundus.§.1.D.h.t. p l.2.C.ſi alien res pig.data ſit.l.Mulier.C.de diſtr.pig.

q l Cùm res.C.d.t.ſi res alie.l.Item ſi filiusfa.§.ſed & ſi filiusfa. D. de SC. Maced. r l.ſi Titio.D.h.t.Cui contradicit l.Rem alienam D.de pig act. Sed illa videtur æquior eſſe ſententia. ſa.l.ſi fundus. § aliena. D.h.t.d.l cum res. & d § ſed & filiusfa.De hoc dubitalnnde loquitur.l.1.D.h.t.

ſ l.ſi fundus.§ aliena.D h.t.

t l.1.d.t.

u hoc verbum Bart. & Ang.in d. l. 1. ita interpretantur,vt omnino actio denegetur creditori. Quibus adſtipulatur Duarenus lib.2. Diſp.cap.2.& Dionyſius Gothofredus in d.l.1 Cum creditori ipſius ſcientia obeſſe debeat. Ac Angelus ne pignus quidem conualeſcere putat res aliena, quam ſciens ſcienti dederit ſi debitor res poſtea dominus fiat. Carondas d. verb. difficiliùs interpretatur cum cauſæ cognitione.

x l.ſi ab eo.& l.ſi inter D.h.t.

z l.Grege.§.cum pignori d.t.

a l.1.C. ſi pign. pign. dat. ſit. Ter verò pignori dari poſſe à creditore exiſtimat.Spec.h t.in prin.in verb Sed cùm pignus.Glo.in rubr.de arb. Quandocumque verò.Alex.in d.l.1.& in l.1.§.vlt.D.de dam. inf.

A CXXVI. [b] Res eadem obligari pignori pluribus poteſt.[c] Sed ſi quis rem alieoam mihi pignori dederit ſciens prudénſque,oec me de hoc certiorauerit,ſtellionatus oomine plectetur. Planè ſi ea res ampla eſt, & ad modicum æris fuerit pignorata,dici debebit ceſſare non ſolùm ſtellionatus crimen, ſed etiam pignoratitiam,& de dolo actionem, quaſi in nullo captus ſit qui pignori ſecundo loco

B accepit.

Capitis quinti pars ſecunda.

Quæ res obligari pignori non poſſunt.

CXXVII.[d] EAm rem quam quis emere non poteſt, quia commer-

C cium eius non eſt,iure pignoris accipere non poteſt

CXXVIII. [e] Res ſacras,veluti ſacra vaſa, vel veſtes, cæteráque donaria, neque venire,neque obligari à quoquam, prohibente iuris ratione, in dubium non venit: niſi redemptionis captiuorum & famis cauſâ. Prętera ſi habeat eccleſia ſuperflua vaſa, cùm debitrix ſit,ne quid immobile alienetur, vel diſtrahatur, integra ea vel aliis locis venera-

D bilibus, vel cõflata cuilibet alij vẽdi poſſunt.

CXXIX. [f] Iura patronatus eccleſiæ, cùm ex iis commodum non percipiatur,pignorationem non recipiunt.

CXXX. [g] Stipendia militiæ aut Doctorum videntur obligari pignori non poſſe.

CXXXI. [h] Si prędium quis litigioſum,aut rem mobilem litigioſam pignori acceperit, exceptione ſubmouetur.

CXXXII. [i] Sine voluntate mulieris, res

E eius à marito pignori datæ,non tenentur. Si conſenſerit obligationi ſciente creditore,auxilio ſenatuſconſulti Velleiani vti poteſt. Si patientiam præſtitit, vt quaſi ſuas res maritus obligâret,decipere voluit mutuam pecuniam dantem: & ideo ei non ſuccurritur ſenatuſconſulto,quo infirmitati,non calliditati mulierum conſultum eſt.

CXXXIII.[k] Pignorum gratiâ,aliquid quod ad agriculturam pertinet,[l] veluti boues ara-

F torij,vel inſtrumenta ruſtica,pignori non rectè obligantur.

CXXXIV. [m] Iura prædiorum vrbanorum pignori aut hypothecæ dari non poſſunt,[n] vt & ſuprà relatum eſt.

CXXXV. [o] Neque pignus,neque depoſitum,neque precarium, neque locatio rei ſuæ conſiſtere poteſt.

CXXXVI. [p] Teſtator res hæredis obligare pignori non poteſt.

G CXXXVII. [q] Per alium res aliena inuito domino pignori obligari non poteſt.

CXXXVIII. [r] Pignus in bonis pupilli ſine iudicis decreto non rectè conſtituitur.

b l.ſi debitor. D.h t.l ſi fundus. §.ſi dom. D.de pign.act.

c l.ſi quis.§ ſed & ſi.d.t.

d l.1. §. cum rem. l.Sed & quod d.t. Abbas in c. 1. de his quæ fiunt à præla.ſine conſ. Cap.Bart.in l. qui habebat in prin. D de le ga. 3. & ibid. Alex. Bal.in l Voluntas. C. de fidei.& in l. manumiſſiones D. de iuſt. & iur.

e l. Sancimus nemini.l. 2. C. de rel g. & ſumpt. funerũ.

f e cùm Bertholdus.vbi annotatur de re iud. Iaſ.in §.Item Seruiana. Inſt.de act. nu. 109.

g l.4.C.de re iud.

h l.1.§.tum rem.D.h.t.

i l.ſi ſine. C.ad SC.Vellei.

k l.Pignorum. C.quæ res pign. oblig poſſ.

l l.executores. d.t.

m l ſi is qui bona §.vlt. D.h. t. in ruſticis prædiis contra eſt.l. Sed an viæ.D.h.t.

n verſ.116.

o l. neque pignus.D.de reg iur.

p Io.Faber in § fuerat. Inſt. de act. arg. l. Seruo. C.de teſta.mil.

q l.quæ prædium.l.ſi in rẽ. & l. vlt. C.ſi res ali.pig. dat. ſit. l.qui filios. C.quæ res pig. obli. poſſ. l. ſi quidem.C.de dona.inter vir & vxor.l. 2 D.de pign.act.

r Glo.& Bar.in l.1. D.d.t. quæ res pign.obl.poſſ.

CAP. VI.

Quod ius habeat creditor vel debitor in pignore.

CXXXIX.[f] PIgnus, [t] tametſi traditum fuerit manente proprietate debitoris, poſſeſſionem transfert ad creditorem: niſi quòd (vt & ſuprà memoratum eſt) quoad vſucapionem attinet, qui pignori dedit, poſſidere intelligitur.

f l. Seruis nomine D de vſuc. l. Pignus. D h. tit.
t Nicol. Vall. c. de reb. dub. tra. 11. de pign. & hypoth.

CXL. [u] Quicquid commodi ſiue incommodi fortuito pignori acceſsit, ad debitorem pertinet.

u l. ſi inter. §. quicquid.

CXLI. [x] Res pignori hypothecæve, iure creditoribus obnoxias, citra conſenſum eorum, debitores alienantes, præcedentem non diſſoluũt obligationem: [z] ſed dominium cum ſua cauſa transferunt ad emptorem, aut eum cui alio modo alienatunt.

x l. Res pign. C. de rem pign. l. Debitorẽ. D. h. t.
z l. ſi debitor. C. de diſtr. pig. nona Conſ. Iuſtinian. 112. §. ab hac vrbe. ibi. ſin debitor.

CXLII. [a] Ex caoſa, qui dedit pignus vendere poterit: veluti, ſi multò minus ſit quod debeatur, & hodie pluris vænire pnſsit pignus quàoi poſtea. Ac tum creditor neceſsitatem habebit oſteodere rem pignoratam; ſi inobilis ſit, priùs idonea cautione à debitore pro indemnitate ei præſtanda.

a l. Quamuis. D. de pign. act.

CXLIII. [b] Creditori, cui pignoris nomine prædium tenetur, permittendum eſt de iure, id eſt de ſeruitute opus nouum nuntiare. Nam ei vendicatio [c] vtilis ſeruitutis datur.

b l. creditori. D. de nouum oper. nunt.
c l. ei qui. D. de ſeruit. directa enim ſoli domino compe. l. 2. D. ſi ſeru. vend.

CXLIV. [d] Creditor prædia ſibi obligata ex cauſa pignoris, quæ tradita fuerint, locare poteſt: Sed qui prædium pignori nexum detinuit, fructus quos percepit, vel percipere debuit, in rationẽ exonerandi debiti computare neceſſe habet: & ſi agrum deteriorem conſtituit, eo quoque nomine pignoratitia actione obligatut.

d l. creditor. in rin. D. h. t. l. 3. & 2. C. de pig. act.

CXLV. [f] Si pignus mihi traditum locaſſem domino, per locationem retineo poſſeſſionem: Quia antequam conduceret debitor, non fuerit eius poſſeſſio: cùm & animos mihi retinendi ſit, & conducenti non ſit animus poſſeſſionem adipiſcendi.

f l. ſi pignus. D. eo. t.

CXLVI. [g] Creditores, ſi aduerſus debitores ſuos agant, per iudicem id quod deberi ſibi putant, repoſcere debent: Alioqui ſi in rem debitoris nullo concedente intrauerint, iure crediti mulctari poſſunt. [h] Qui verò creditores non reddita ſibi pecunia conuentionis legem ingreſſi, poſſeſſionẽ exercent, [i] vim quidem facere non videtur: attamen authoritate iudicis poſſeſsionem adipiſci debent.

g l. Creditores. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. in poſſeſſionẽ. D. ad leg. Iul. de vi priu.
h l. 1. C. h. t.
i Idẽ l. Pignorum. D. d. t. de pign. act.

CXLVII. [k] Si inter debitorem & creditorem conuenerit vt creditor onos tributi prædij pignerati non agnoſceret, ſed eius ſoluendi neceſsitas debitorem ſpectaret, talis conuentio quantum ad fiſci rationem ſeruanda non eſt. Pactis etenim priuatorum formam iuris fiſcalis conuelli non placuit. [l] Sed id quod creditor eo nomine aut ob collationem viarum, aliúdve obſequium præſtiterit, in ſumma debiti computabitur.

k l. inter debitorem. D. de pact.
l l. in ſumma. C. h. t.

CXLVIII. [m] Creditor, cui pignoris nomine prædium, cui ius patronatus eſt anne-

m c. cùm Bartholdus de re iud.

A xum, obligatum eſt: tamen eo iure patronatus, cùm in eo commodum non verſetur, vti non poteſt.

CXLIX. [n] Creditor cædere arbores, præterquam ſyluæ cæduę, fundi pignoratitij non poteſt: & id quod ceciderit, furti imputabit. [o] Refectionis tamen neceſſariæ ædium pigneratarum cauſâ, id ei cauſâ cognita videtur permittendum.

n l. Credi. 2. vbi Bald. d. t. de pig. act.
o Bald. pra leo. DD. in l. Vinnio. §. fundum D. ſo. matr.

B CL. [p] Creditor rem pignori datam, [q] cùm eam alieno nomine poſsideat, vſucapere non poteſt: ne ſi triginta vel qoadraginta quidem annis poſsideat.

p gloſ. in l. Pignori. D. de vſuc. & ibi lac. Cuiac. in Bald. vel ſi ſ ne. C. ad SC. Velleia. Idem Bald. & Ang. in l. vlt. C. de praeſcr. longi tẽporis.
q d. l. Pignori l. non ſolum. §. qui pignori. l. ſeruo nomine. D. de vſuc. l. qui pignoris D. de acq. vel amit. poſſ. l. pen. §. creditor. D. qui ſatiſd. cog.

CLI. [r] Quæ fortuitis caſibus accidunt, cùm præuideri nõ potuerint (in quibus etiam aggreſſura latronum eſt) nullo bonæ fidei iudicio præſtantur: & ideo creditor, pignora quæ huiuſmodi caſu interierint, præſtare non compellitur: nec à petitione debiti ſubmo-

C oetur, niſi inter contrahentes placuerit, vt amiſsio pignorum liberet creditorem. [ſ] Dolum verò & culpam, ſed & cuſtodiam exhibere cogitur.

r l. quæ fortuitus & l. ſi creditor. C. d. t. de pig. act. l. ſicut C. h. t.
ſ d. l. ſicut.

CAP. VII.

De actione hypothecaria, ſeu quaſi Seruiana, & Seruiana actione.

D

Prima pars.

Quid, & cuiuſmodi ſint actiones.

CLII.[t] SEruiana & quaſi Seruiana (quæ etiamſi hypothecaria vocarur) ex ipſius Prætoris iuriſdictione ſubſtantiam rapiunt. Seruianâ autem experitur quis de rebus coloni, quæ pignoris iure pro mercedibus fundi ei tenentur. Quaſi Seruiana autem

E eſt, qua creditores pignora hypothecáſque perſequuntur.

t §. Item Seruiana. Inſt. de act.

CLIII. [u] Pignoris ſeu hypothecæ perſecutio in rem eſt.

u l. ſi pignor. C. h. t. l. ſi cum venditori. in prin. D. de euict.

Secunda pars capitis ſeptimi.

Quando, quibúſque ex cauſis actio hypothecaria, ſeu quaſi Seruiana competat creditori, vel non.

F

Eius partis particula prima.

Quando competat.

CLIIII.[x] SI nondum dies penſionis venit, è medio tamen tempore perſequi pignora permittitur; qoia creditoris intereſt.

x l. quæſitum. D. h. t.

G CLV. [z] Intelligere debemus vincula pignoris durare perſonali actione ſublata.

z l. 2. C. de luit. pig. l. qui occidit. §. 1. D. ad leg. Aquil. l. Seruum. D. h. t.

CLVI. [a] Præterea quamuis perſonali actione expertus creditor aduerſus reum, vel fideiuſſores, ſeu eius mandatores fecerit condemnationem, pignoris, tamen adhuc habet perſecutionem.

a l. quamuis. C. h. t.

Secunda particula ſecundæ partis capitis ſeptimi.

Quando & quibus ex cauſis actio hypothecaria, ſeu quaſi Seruiana non competat.

CLVII. [b] SI paciſcatur creditor ne intra annum pecuniam petat, intelligitur de hypotheca quoq; idem pactus eſſe.

CLVIII. [c] Qui pignoris iure rem perſequuntur, à vindicatione remoueri ſolent, ſi qualiſcunque debitor offerre debitum velit.

CLIX. [d] Cùm prædium pignori daretur, ſi nominatim, vt fructus quoque pignori ſint, conuenit, eos conſumptos bona fide emptor vtili Seruiana reſtituere non cogetur, qui nunquam debitoris fuerunt.

Tertia pars capitis ſeptimi.

Quibus competat actiò hypothecaria, ſeu quaſi Seruiana, aut non.

Prima particula eiuſdem tertiæ partis.

Quibus competat.

CLX. [e] SI quis alterius nomine pecuniam crediderit, pignúſq; pactus ſit, actio quæritur ei pignoris perſequendi cauſâ, cuius nomine pecunia credita eſt. [f] Quòd ſi quis non ſuam, ſed alterius pecuniam ſuo nomine dedit, ac pignus accepit, ei pignoris obligationem quærere non potuit.

CLXI. [g] Si quis actionem principalem ceſſerit, etiam hypothecariam videtur tranſtuliſſe, [h] ſed quæ eo tempore competebat, non quæ poſtea ſit quæſita.

CLXII. [i] Si duo pariter de hypotheca paciſcantur, pro quantitate debiti, non pro partibus dimidiis pignus habent obligatum, & vterque cum poſſeſſore agere de toto poteſt, quaſi vtrique in ſolidum res obligata ſit, vtique ſi eadem die pignus vtrique datum eſt ſeparatim. Sed ſimul illi & illi, ſi hoc actum F eſt, vterque rectè in ſolidum aget; ſin minùs, vnuſquiſque pro parte.

CLXIII. [k] Defuncto creditore, multis relictis hæredibus, actio quidem perſonalis inter eos ex lege XII. tabul. diuiditur; pignus verò in ſolidum vnicuique tenetur.

CLXIV. [l] Contra principalem debitorem, & res quas penes ſe habere dignoſcitur, omnis creditori facultas datur, ſiue perſonalibus extemplò, ſiue hypothecariis, ſiue vtriſque actionibus vti maluerit.

CLXV. [m] Vt creditor pignoris defenſione

A ſe tueri poſſit, extorquetur ei neceſſitas probandi debiti: vel ſi debitor, aliúſve teneat per vindicationem pignoris, hoc idem inducitur. [n] Item probandum eſt actori, rem pertinuiſſe ad debitorem eo tempore quo conuenit de pignore, aut cuius voluntate hypotheca data ſit. [o] Vel certè poſſeſſorem eum fuiſſe. Idem dicendum, & ſi contra eum agatur qui ius habet à debitore. [p] Sed id ad eam
B conuentionem pertinet quæ ſpecialiter facta eſt, non ad illam quæ quotidie ſolet cautionibus inſeri, vt ſpecialiter rebus hypothecę nomine datis, cætera etiam bona debitoris teneantur, quæ nunc habet, & poſtea acquiſierit, perinde atque ſpecialiter hæ res fuiſſent obligatæ.

CLXVI. [q] Agens hypothecariâ contra extraneum rei poſſeſſorem, probare debet priùs rem ſibi fuiſſe obligatam, quàm poſſeſ-
C ſori alienatam, [r] niſi fiſcus hac actione cum priuato experiatur, qui huius probationis onus transfert in aduerſarium.

Particula ſecunda tertiæ partis capitis ſeptimi.

Quibus hypothecaria actio, ſeu quaſi Seruiana non competat.

D CLXVII. [ſ] DEbitoris abſentis amicus negotia geſſit, & pignora citra emptionem pecuniâ ſua liberauit, ius priſtinum reſtitutum domino videtur: Igitur qui negotium geſſit, vtilem Seruianam dari ſibi non rectè deſiderabit. Si tamen poſſideat, exceptione doli defendetur.

CLXVIII. [t] Non omnimodò ſuccedunt in locum creditoris hi quorum pecunia ad
E creditorem tranſit. Hoc enim tunc obſeruatur, cùm is qui pecuniam poſtea dat, ſub hoc pacto credat, vt idem pignus ei obligetur, & in locum eius ſuccedat.

Quarta pars capitis ſeptimi.

Aduerſus quos actio hypothecaria, ſeu quaſi Seruiana competat, vel non.

Prima particula eius partis.

Aduerſus quos competat.

CLXIX. [u] DIſtractis à debitore pignoribus, creditores in poteſtate habent, vtrúmne perſonali actione obligatos ſibi, an pignora poſſidentes conuenire
G velint.

CLXX. [x] Actio quidem perſonalis inter hæredes pro ſingulis portionibus quæſita

b l. Soluitur §. ſi paciſcatur. D. quib. mo. pign. vel hyp. ſolu.
c l. Paulus reſpondit. §. vlt. & l. 2. in prin. d. l. ſi fundus. §. in vindicatione. D. h. t. l. ſi pro mi. D. de ſolut.
d l. cùm prædium D. h. t.
e l. 1. C. per quas perſo. nob. acq.
f l. & ſi frater. D. h. t. l. pen. C. de diſtr. pig.
g l. ſi in ſolutũ, D. de oblig. & actio. glo. & Bart. in l. ſi pignori. D. fam. erciſc.
h Bald. in d. l. ſi in ſolutum. & in l. heredẽ. C. de hered. actio. & in l. cũ oportet. §. vlt. D. de bon. quæ liber. Spec. t. de ceſſione actionis. verſ. Sed quid ſi ceſſit gl. & Bart. in l. ſi heres. D. ad SC. Trebell. & in l. heres à debitore. D. de fideic. Alex. in l. ſi vnus. in prin. D. Sol. matr.
i l. ſi fundus. §. ſi duo. D. h. t.
k l. 1. C. ſi vnus ex plur. hæred. cred. vel deb. part. ſuam. | l §. enimuero Non Conſilia. ut credit. pign. Dyn. in c. nullus pluribus. de reg. iur. Io. Ferrar. in forma actionis hypothecariæ.
m l. inter creditores. in ſi. C. de pign. actio.

n l. Ante omnia. D. de prob. l. ſi ſuperatus. D. h. t.
o l. ſi pignore § ſi præd. & §. ſi creditor. & l. Rem alienam D. de pign. act. Guido Papa. q. 28. Innoc. in c. illud. de præſ. arg. quòd incidenter ea probatio fiat non principaliter. l. vlt. D. de rei vend. Contra ſententiam Io. Fabri & Iaſonis in §. Item Seruiana. Inſt. de actio. qui probandum dominium fuiſſe debitoris putãt, vel rem in bonis eius fuiſſe & iuſto titulo, & bona fide poſſediſſe.
p l. & quæ nondum. §. 1. D. h. t. Bald. in Conſ. incip. in Dei nomine. Bart. in d. l. Rem alienam. & in l. cum res. C. ſi res alien. pign. data ſit. Spec. t. de probat. §. 2.
q l. in rebus. & ibi DD. C. de don. ante nupt. Ludo. Romanus ſing. 254.
r l. 1. vbi Bart. C. de iur. fiſ. lib. 11. & in d. l. in rebus. & in l. quæ nondum. § quod dicitur. D. h. t. Alex. in d. § & conſ. 207.
ſ l. 1. D. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu. l. Ariſto. D. quæ res pign. oblig. poſſ.
t l. 1. C. de his qui in prio. cred. loc. ſucced. l. Ariſto. D. quæ res pign. oblig. poſſ.
u l. Diſtractis & l. debitorem. C. hoc tit.
x l. 2. C. ſi vnus ex plur. hæred. cred. vel deb. Iudicio curiæ Pariſ. in lite Galope relato à Io. Papo. lib. 10. cap. 4. Arr. 25. & Iudicio eiuſdem curiæ diei 8. Martii 1553. l. vnus ex multis. C. de diſtr. pign. l. mulier. in ſ. a glo. C. qui pot. in pign.

ſcinditur:

ſcinditur: pignoris autem iure, multis obligatis rebus quas diuerſi poſſident tenentes, non pro modo ſingularum rerum ſubſtantiæ conueniuntur, ſed in ſolidum: vt vel totum debitum reddant, vel eo quod detinent, cedant.

CLXXI. [z] Aduerſus hæredes, legatarios, aut fideicommiſſarios, à quibus aliquid relictum eſt, in rem & hypothecaria actio datur, in quantum quidem aduerſus eos perſonalis actio cōpetit: & iure Romano hypotheca eſt non ipſius hęredis, vel alterius perſonæ quæ grauata eſt fideicommiſſo rerum: ſed tantummodò earū quę à teſtatore ad eū peruenerūt.

z Bar. & DD. in l. legatorum. in prin. D. de lega. 2. Aliàs autem actio hypothecaria datur in ſolidū. l. 2. C. de l. ſi vnus ex plurib. & l. 1. vbi Bar. C. de hæred. actio.

CLXXII. [a] Creditori non obeſt ſententia aduerſus debitorem dicta, ſi colluſiſſe cum aduerſario, aut non cauſa cognita, ſed præſcriptione ſuperatum eſſe conſtiterit.

a l. Præſes. D. h. t.

CLXXIII. [b] Creditor, pecuniam quam defunctus debitor debuit, ab hæredibus eius, etiam cohæredibus ſuis pro eorum parte petere poteſt: & ſi quę res ob idem debitum obligatæ ſint, perſequi non prohibetur.

b d. l. 1. C. de hæred. act.

CLXXIV. [c] Si contra debitorem actione hypothecaria agatur, non rectè excipiet rem in ſuis bonis non eſſe, ſi ſpecialiter eam pignori obligauerit. [d] At ſi omnia bona generaliter obligauerit, ea exceptione vti poterit.

c l. ſi pignore. §. ſi prædo. & § ſi creditor. D. de pign. act.
d arg. l. Titia. in prin. D. de ſolut. Iaſ. in §. item Seruiana. Inſt. de act. nu. 89.

Secunda particula quartæ partis capitis ſeptimi.

Aduerſus quos non competat actio hypothecaria, ſeu quaſi Seruiana.

CLXXV. [e] IN vindicatione pignoris quæritur, an rem, de qua actū eſt, poſſideat is cum quo actum eſt: nam ſi non poſſideat, nec dolo fecit quominus poſſideat, abſolui debet.

e l ſi fundus §. in vindicatione. D. h. t. l. ſi debitor. C. de diſtr. pign.

CLXXVI. [f] Perſecutione pignoris omiſſa, debitores actione perſonali conuenire creditor vrgeri non poteſt: [g] hoc, ſi debitor poſſideat. Alio verò poſſidente, inhibetur hypothecaria, donec perſonaliter actum ſit cum reo & interceſſore. Et ſi nec ex hypothecis debitoris ſatisfiat, tunc demùm interceſſoris hypothecæ, ſi quæ ſunt, petantur; quod ius & in hæredibus locum habet. [h] Et antequā contra extraneos pignorum poſſeſſores agatur, debitoris ac fideiuſſorum facultates excuſſas eſſe, iudicis ſententia pronuntiatū fuiſſe conuenit. [i] Tamen & lite pendente id quoq; fieri poſſe obtinuit. Iure tamē Normano, perſequi pignus aut hypothecā non excuſſis debitoris aut fideiuſſorum facultatibus creditor poteſt. Attamen ſi debitorū bona offerāt quæ ipſorū periculo creditor perſequatur, audiri ſolent.

f l. Perſecutione. C. h. t.
g Auth. hoc ſi debito. d. t. auth. Sed hodie. C. de oblig. & act. auth. Conſt. in. de fideiuſſoribus. §. neque enimverò.
h Iac. Butrig. & Iac. Areuino in d. auth. Hoc ſi debitor. & ibidē Ang. Guido Papa. q. 432. idque obtinere putant, tametſi notum dicatur nullas eſſe debitoris facultates. Ang. in d. auth. de fideiuſ. §. 1. & Butrig. in d. Auth. hoc ſi debitor.
i Ang in d. auth. de fid. & Papa d. quæſt.

Quinta pars capitis ſeptimi.

Quid veniat in actionem hypothecariam, ſeu quaſi Seruianam.

CLXXVII. [k] SI res pignorata nō reſtituatur, lis aduerſus poſſeſſorē erit æſtimanda: Sed vtique aliter aduerſus debitorem; aliter aduerſus quemuis poſſeſſorem. Nam aduerſus debitorem, non pluris quàm debet: quia non pluris intereſt. Aduerſus cæteros poſſeſſores, etiam pluris: quia quod amplius debito conſecutus creditor fuerit, debitori debet reſtituere pignoratitia actione.

k l. ſi inter. §. vlt. & l ſi fundus § ſi pluris. D. h. t.

CLXXVIII. [l] Interdum etiam de fructibus arbitrari debet iudex, vt ex quo lis inchoata ſit, ex eo tempore etiam fructibus cōdamnet. Quid enim ſi minoris ſit prædium quàm debetur? Nam [m] de antecedentibus fructibus nihil poteſt pronuntiare, niſi extent, & res non ſufficit.

l d. l. ſi fundus. §. ſi inter.
m id eſt ante litem inchoatā. l. 1. §. cùm prædium pignori. D. h. t. l. 4. §. poſt litem. D. fin. reg.

CLXXIX. [n] In conuentionalibus pignoribus vel hypothecis, non ſolùm tenens creditor adiuuatur, ſed etiam ſi ab ea poſſeſſione cadat ſine ſua culpa, ſiue non ſine fortuito caſu.

n l. 2. C. de præt. pig. & ibi Bart.

CLXXX. [o] Seruiana actio, etſi in rem eſt, nudam tamen poſſeſſionem auocat.

o l. ſi cùm venditor. D. de euict. d. l. 2. vbi quoque Bald.

CAP. VIII.

De Saluiano interdicto.

CLXXXI. [p] INterdictum (quod appellatur Saluianum) adipiſcendæ poſſeſſionis cauſâ comparatum eſt, eóque vtitur dominus fundi de rebus coloni quas is pro mercedibus fundi futuras pepigiſſet. [q] Quod quidem interdictum aduerſus debitorem ſeu conductorem tantùm competit, non etiam aduerſus alium poſſeſſorem. [r] Vtile tamen interdictum etiam aduerſus extraneum poſſeſſorem datur. [ſ] Et probare poſſeſſionem, non etiam dominium oportet, vt Saluianum interdictum detur.

p §. interdictū Inſt de actio.
q l. 1. C. de prec. l. 2. in fi. D. de ſalu. int.
r l. 1. in prin. D. d. t. de ſalu. int.
ſ l. 1. C. eo t. Alex. & DD. in l. rem alienam. D. de pign act. Cyn. & Salyc. in l. cùm res. D. de prob.

CAP. IX.

De diſtractione pignorum.

Prima pars.

Quibus ex cauſis & quomodo pignora diſtrahantur.

CLXXXII. [t] DEbitores præſētes priùs denuntiationibus conueniendi ſunt, & ſi conuenti debito nō ſatisfecerint, pignus ſolemniter vendere creditori licet.

t l. Debitores. C. h. t. l. 4. & l. quæ ſpecialiter. C. de diſtr. pig.

CLXXXIII. [u] Quandiu non eſt integra pecunia creditori numerata, etiamſi pro parte maiore eam conſecutus ſit, diſtrahendi rem obligatam non amittit facultatem. [x] Et cùm pignus vęnire poteſt, non ſolùm ob ſortem non ſolutam vænire poteſt: ſed ob cæteras quoque acceſſiones, & quæ in id impenſa ſunt.

u l. quādam. C. de diſtr. pign. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. D. de pign. act.
x d. l ſi neceſſ. §. vlt.

CLXXXIV. [z] Et ſi non conuenerit de diſtrahendo pignore, hoc iure vtimur, vt liceat diſtrahere ſi modò non conuenit ne liceat. Vbi verò conuenit ne diſtraheretur, creditor, ſi diſtraxerit, furti obligatur: niſi debitori ter fuerit denuntiatum vt ſoluat; & ceſſauerit.

z l 4. D. de pig. act. l. 1. C. de pact. pign. Attamen. l ſi creditor. §. vlt. D. de diſtr. pig. ſimpliciter ſtandum pactionē dicit.

CLXXXV. [a] Iure Romano veteri ſi nihil de vendendo pignore conuenerat, nihilominus creditor poterat poſt moram ſolutionis: [b] iure nouo, non niſi denuntiatione debitori à creditore facta: aut à iudice ſoluẽdi iuſſu facto, poſt biennium vendere: vel ſi emptorem res nõ inueniebat, ius dominij licebat impetrare, alio exinde biẽnio cõceſſo ad luitionẽ.

CLXXXVI. [c] Creditoris arbitrio permittitur, excuſſis tamen priùs debitoris & fideiuſſorum facultatibus ([d] vt ſuprà relatũ eſt) ex pignoribus ſibi obligatis, quibus velit diſtractis ad ſuum commodum peruenire.

CLXXXVII. [e] Tametſi arbiter diuidendæ hæreditatis, cùm corpora hæreditaria diuiſiſſet, nomina quoque communium debitorum ſeparatim aſſignauerit: tamen debitoribus non ſatisfacientibus, pignus pro ſolido vendere quiſque poteſt.

CLXXXVIII. [f] Cùm ſecundus creditor oblata priori pecunia in locum eius ſucceſſit, venditionem ob pecuniam ſolutam & creditam rectè facit.

Secunda pars capitis noni.

Quibus ex cauſis non liceat pignora, ſeu hypothecas diſtrahere.

CLXXXIX. [g] Cum ſoluendæ pecuniæ dies pacto conſertur, conueniſſe videtur ne priùs vendendi pignoris poteſtas exerceatur.

CXC. [i] Si priuſquàm diſtraheretur pignorata poſſeſſio, pecuniam creditori debitor obtulit, eóque non accipiente, conteſtatione facta eam depoſuit, & in eadem cauſa hodie quoque permanet, pignoris diſtractio non valet. Quòd ſi priuſquam offerret debitor, legem venditionis creditor exercuit; quod iure ſubſtitit, reuocari non poteſt.

CXCI. [k] Fundum pignori obligatum ſi creditor ex fructibus debitum conſecutus eſt, cùm ipſo iure pignus ab obligatione liberatum ſit, diſtrahere minimè poteſt.

CXCII. [l] Mulier licèt res ſpecialiter pignori dederit pro alio, creditor eas diſtrahendi non habet facultatem: niſi diſſimulatione marito obligante velut proprias, creditoris ignorantiam circumſcripſit.

CXCIII. [k] Si mulier rem à ſe pignori datam per interceſſionem recipere velit, fructus etiam liberos recipit. Et ſi res deterior facta fuerit eo nomine, magis eſt vt æſtimetur. Et ſi creditor hoc alij vẽdidit, petitio mulieri datur, & aduerſus bonæ fidei emptorem: ne melioris conditionis emptor ſit quàm fuerit venditor.

Tertia pars capitis noni.

De euictione venditi pignoris.

CXCIV. [l] Obligata pignoris iure, creditore rectè diſtrahente, pòſt debitor pretium offerens, vel creditori quod debuit euincere non poteſt.

CXCV. [m] Venditor pignoris emptori euictionem non præſtat, niſi de euictione promiſit, vel dolum admiſit: cùm ſciens, prudénſque eſſet, rem ſine vitio non eſſe, vænundedit.

CAP. X.

Qui potiores in pignore habeantur.

Prima pars.

De prioribus in pignore aut hypotheca.

CXCVI. [n] Potior eſt in pignore, qui priùs credidit pecuniam & accepit hypothecã, quamuis cum alio antè conuenerit, vt ſi pecuniam ab eo accepiſſet, res eſſet obligata, ſi ab hoc poſtea acceperit. [o] Poterat enim, licèt ante conuenit, non accipere ab eo pecuniam. Contrà eſt, ſi ſub conditione ſtipulatione facta hypotheca data ſit: qua pendente alius credidit purè, & accepit eandem hypothecam, ſi conditio exiſtat. Nam perinde habetur, ac ſi illo tempore quo ſtipulatio interpoſita eſt, ſine conditione facta eſſet.

CXCVII. [p] Si prior creditor partem pecuniæ numerauit, & poſterior interim pecuniam dederit, priùs quàm prior reliquã partem adnumeraſſet, nihilominus prior in hypotheca eſt potior.

CXCVIII. [q] Etiam prior creditor eius pecuniæ cuius dies ceſſit, ſed nondum venit, eo eſt potior cui res eſt poſtea pignori obligata.

CXCIX. [r] Si pignus ſpecialiter reſpublica acceperit, dicendum eſt præferri eam fiſco debere, quia & priuati præferuntur.

CC. [ſ] Qui generaliter bona debitoris pignori accepit, eo potior eſt cui poſtea prædium ex his bonis pignori datur, quamuis ex cæteris pecuniam ſuam redigere poſſit.

CCI. [t] Quamuis æquale ius in omnibus creditor habeat, iuriſdictio tamen temperanda eſt; ideóque ſi certum eſt, poſſe eum ex his quæ nominatim ei pignori obligata ſunt, vniuerſum redigere debitum, ea quæ poſtea ex iiſdem bonis pignori accepit, interim debitori non auferri iudex iubebit.

CCII. [d] Si colonus conuenit vt inducta in fũdum, illata, ibi nata pignori eſſent, & antequàm inducat, alij rem hypothecæ nomine obligauerit, tunc deinde eam in fundum induxerit, potior erit qui ſpecialiter purè accepit: quia non ex conuentione priori obligatur, ſed eo quòd inducta res eſt. Quod poſterioris factum eſt.

CCIII. [e] Si dominus rei ſuæ ab alio pignori datæ obligationem ratã habuerit, id ei oberit: [f] creditoribus qui medio tempore contraxerint, non oberit.

CCIV. [g] Creditor qui venditioni pignoris aut hypothecæ conſenſerit, non remittens obligationem, cæteris creditoribus poſterioribus erit inferior.

a l. ſi conuenerit. D. de pign. act. l. cùm ſoluenda. D. de diſtr. pign.
b l. vlt. C. de iure dom. imp.
c l. Creditoris. C. d. t. de diſtr. pign. Nec verum videtur quod in eam l. annotat Bart. creditorem cogi à debitore poſſe vt vendat eam rem quam ex pluribus indicauerit per l. quãuis. §. 1. D. de pign. act. & Auth. Item poſſeſſor. C qui potior. in pign. hab. nec id quod Glo. & Bald. in d. l. quandiu, tradunt: impetrare à Iudice debitorem cauſa cognita debere, vt res minoris pretij, quibus de bito ſatisfieri poſſit, priùs vẽdantur.
d verſ. 175.
e l. Arbiter. D. de diſtr. pig.
f l. cũ ſecundus. D. de diſtr. pign. l. Creditor. §. ſciendum D. qui potio. in pign. hab. l. ſecundus. D. h. t.
g d. l. Cùm ſecundus. l. creditor. §. ſciendũ. D qui potio. in pign. hab d. l. Secundus.
i l. ſi priuſquã. C. d. t. de diſtr. pig l. 2. C. De debitor. vend. pig. imp. non poſſe. Azo verò hoc t. exiſtimat, vẽditionem pignorum impediri ſola oblatione, & id probari l. Reſiduũ. C. d. t. de diſtr pign.
k l. 1 d. t.
l l. mulier. d. t. l. Redemptores. §. vlt. & l ſeq. D. de rei vend.
k l. vlt. §. 1 D. ad SC. Velleia.
l l. 1. C. ſi antiq. cred. l. ſi ceſſante. C. d. t. de diſtr. pign.

m l. ex empto §. ſententiam D. de act. empt. l. 1. C. Credit. euict. pign. non deb. l. ſi pignora. D. de euict. l. & ſi. in princ. D d. t. de euict. pign.
n l. Potior & l. 2. 3. 4. & l. Diuerſis C. qui potio. in pign. hab. l. 2. C. de pri. fiſc. l. 3. C. vt in poſſ lega. l. t. D. de diſtr. pig. l. cum quis. l. 1. l. qui balneũ. l. ſi creditor. D. d. t. qui pot. in pign. l. cũ prior. C. d. t. de diſtr. pign.
o d. l. Potior. l. 1. l. qui balneũ. D. d. t. qui potio. d. l. 1. C. e. t.
p d. l. 1. D qui potio.
q l. Lucius Titius d. t.
r l. ſi pignus d. t.
ſ l. 2. d. t. l. ſi generaliter. C. eo. t.
t l. quamuis. d. t. Iudicio Pariſ. curiæ dies 21. Aug. 1558. & dies 6. Dec. relatis à Io. Papone h. t. Arr. 3. Fr. Cremẽſis ſing. 53. vbi memorat vtilitatis ſpecialem hypothecam quondam bonorũ annexam generali ait, quàm ſi generalis ſimpliciter interueniſſet. Idẽ Alex. conſ. 118. circa fi. pen. col. 5. Vol. l. 2. vbi Bal. & Bart. C. h. t.
d d. l. Potior. §. 1. D. qui potio. e glo. in l. aliena res. D. de pig. act. l. ſi fundus. D. h. t. l. Donationes C. de don. inter vir. & vxor.
f arg. l. ſi partẽ. §. ſi per fundũ. D. quemad. ſer. amit. d. l. potior. §. 1. Io. Aretius in l. cũ x. mihi. §. 1. D. de ſolut. glo. in l. ſi indebitum §. vlt. vbi Bart. D. rem rat. hab. prior. § ſi tecum. D. d. t. qui potior. Io. Papo lib. 11. t 3. Arr. 3.
g l. Creditor qui

Secunda

Secunda pars capitis decimi.

De priuilegiis creditorum.

Eius partis particula prima.

De dote.

CCV. [h] IN rebus dotalibus, ſiue mobilibus, ſiue immobilibus, ſeu ſe mouentibus (ſi tamen extant) ſiue æſtimatæ, ſiue inæſtimatæ ſint, mulier in iis vindicandis omnem habet poſt diſſolutum matrimonium prerogatiuam, [i] & antiquioribus creditoribus præfertur, [k] ac priuilegiis dotalibus vti poteſt, aduerſus omnes viri creditores, etiamſi eorum pecuniâ res empta, vel refecta ſit: exceptis creditoribus quorum pecuniâ militia empta eſt: ac generaliter iure Romano habetur mulier potior omnibus creditoribus, ſiue expreſſam, ſiue tacitam hypothecam habeant.

CCVI. [l] Eodem Romano iure, licèt res dotales, vel ex iis aliç comparatç non extent, ſed quocunque modo, vel diſſipatç, vel conſumptæ ſint, ſi tamen re ipſa fuerint parti mariti datç, priuilegium mulier habet, ſiue liberos habeat mulier, ſiue ab initio non habuit, ſiue penitus amiſit. Duabus verò dotibus ab eadem ſubſtantia debitis, ex tempore prerogatiua manet.

CCVII. [m] Etiam nuptiis non ſecutis, cùm ſponſæ dos data eſt, mulier priuilegium habet.

CCVIII. [n] Conſtante quoque matrimonio mulier dotem, viro vergente ad inopiam, dotem repetens præfertur antiquioribus creditoribus.

CCIX. [o] Si mulier rem immobilem in bonis non habeat, ſed augmentum dotis in mobilibus conſcribat, priuilegium non habebit niſi in priſtina dote duntaxat, non item in ſimultaneo fortè aogmento. Nam quod initio exſtitit, hoc in vniuerſum omni ſuſpicinne ſolutum eſt.

CCX. [p] Hypotheca dotis causâ verbis contracta, aut literis, non tantùm ea quæ tacitç interueniſſe intelligitur, priuilegium habet ante anteriores creditores.

CCXI. [q] Dotis hypothecam, ex tempore matrimonij contracti, vel celebrati locum capere receptum eſt: non ex tempore numerationis ipſius: idque ſiue expreſſè contracta ſit, ſiue tacitè.

CCXII. [r] Si duo contractus eodem die initi reperiantur, vnum matrimonij, dotiſve conſtitutæ: alterum à fiſco profectum, mulier priore loco cenſebitur.

CCXIII. [ſ] Tametſi mulier ſecundas nuptias inierit, priuilegia dotis omnia obtinet.

CCXIIII. [t] Si mulier neceſſitate cogente ſuas actiones in alium tranſtulerit, priuilegiis mulieris vtetur; non ſi ſponte id ea fecerit.

CCXV. [u] Priuilegium dotis quo mulieres vtuntur in actione de dote, ad hæredem non tranſit: [x] niſi heres ſit filius, vel nepos defunctæ mulieris, vel ex eo matrimonio nati.

CCXVI. [z] Si pater viua filia dotis cauſâ actionem inſtituat, priuilegia eadem quæ illa habebit; non, ſi mortua.

CCXVII. [a] Dotis potiorem cauſam magis eſſe conuenit, quàm reipublicæ in idem maritus obnoxius factus eſt.

CCXVIII. [b] Si maritus aut quis alius donare prohibitus dotem ſibi numeratam, vel quid aliud debere fateatur, de quo minimè alio modo conſtet, id obeſſe creditoribus non debet.

CCXIX. [c] Hypotheca quæ tacitè dotis cauſâ contracta intelligitur, expreſſè contracta non eſt potior.

CCXX. [d] Fiſci debitor, ſi nubenti mulieri poſſeſſionem dederit, fiſcus erit potior.

Particula ſecunda partis ſecundæ capitis decimi.

De priuilegijs eorum qui in tutela aut cura ſunt, vel fuerunt.

CCXXI. [e] NOn ſolùm tutelæ priuilegium datur in bonis tuto-

h *l. in rebus. Cod. de iur. dot. l. ſi cum dotem. §. vlt. D. ſol. matr. noua cõſt. 91. §. itaque in controuerſiis.*

i *noua conſt. 109.*

k *Ex ſententia Martini per d. l. in rebus. & l. aſſiduis §. his conſequens. C. d. tit. qui potio.*

l *l. aſſiduis. Cod. d. t.*

m *l. 2. §. vlt. cum duab. ll. ſeqq. D. de priuileg. credit.*

n *l. vbi adhuc. Cod. de iur. dot.*

o *Noua conſtit. Iuſtin. 97. §. caeterùm ſi mulier.*

p *Ang. in §. & conſequenter. in auth. de æqual. dotis. vbi id conſuetudine receptum dicit. d. l. aſſiduis. Cod. qui potio. in pign. hab. §. fuerat. Inſtitut. de actio. argument. quòd idem omnis ſit tacitis & expreſſis. l. cum quid. D. de rebus cred. ſi cert. petat. Et quòd priuilegia conſiderantur ex cauſa, non ex tempore. l. priuilegia. & l. quod quis. D. de priui. cred. Et quòd alioqui lex eſſet illuſoria. cap. ſi ciuitas. de ſent. excom. in 6. Gloſſ. not. in cap. quanquam. de vſur. in 6. l. 1. §. ſi pecuniam. D. de calum. Iaſ. in l. dotis cauſa. D. ſol. matr. contra ſententiam Gloſſ. magnę, in dict. l. aſſiduis. & in dict. §. fuerat. & Gloſſ. 2. in cap. ex literis, hoc titulo. & Baldi Nouelli ſibi contrarij in tractat. de dote, argument. quòd lex dat priuilegium hypotheca tacita, non expreſſæ. Idem quòd fiſcus qui habet eadem ferè priuilegia quæ dos, non præfertur anterioribus creditoribus. l. ſi pignus. Cod. qui potior. Salycetus in dict. l. aſſiduis. In quam quoque ſententiam videtur inclinare Bart. in dict. l. dotis cauſa. Contra item Baldi ſententiam, & Albericus in d. l. & Io. Fabri in d. §. fuerat. Qui mulierem præfert in bonis poſtea quæſitis, non in iis quæ exſtabant cùm matrimonium iniretur, tradit. arg. l. ſi is qui vit. D. de iur. fiſc. Nicolaus etiam Valla h. t. d. l. aſſiduis. & hoc priuilegium locum non habere tradit, contra eos qui pignori incumbunt.*

q *Iudicio c… ria Rothoma… genſis dies 1… Nouemb. an… Decemb. 1534 & dies 24. I… ly 1551. Bo… tum Decſ. 3… Cyn. in d. l. aſ… ſiduis. arg. l… cùm oporte… §. vlt. C. de bo… quæ liber. l. … D d. t. qui po… tio. in pig. fac… Aretius, … d. l. Aſſiduis … & Ia. Butrig… Bart. Alber. … Roſates, Sa… lyc. & Io. Fa… ber. Socinus … cõſ. 109. Paul. … Caſtr. cõſ. 299 … Bald. conſ … 196. arg. quò… traditio no… facit dotẽ ſe… promiſſæ. l. 3 … & l. Tali. … prin. D. de iur … dot. Ang. cõſ … 76. Bald. Na… uellus tract. de … dote, part. vlt … Fac. Lud. Ro… manus. in l. 1 … D ſolut. matr … Paul. Caſtr. i… l. res quæ. C … Com. de lega… Io. Lupus in … rep. c. per ve… ſtras, de dona… int. vir. & v… xor. Contra ſẽ… tentiam glo. in … d. l. Aſſiduis, … quam ſequitur … ibi Baldus & … Ludo. Bologni… nus in primis … interpret. & … Spec. t. de ſo… lut. §. ante om… nia. & ibi … Bal. in Annot. … quidi cit id verũ eſſe in expreſſa hypotheca, non in tacita.*

r *Bal. in d. l. dotis … C. de iur. dot. Bart. poſt Dyn. in l. non puto per illum text. D. de iur. dot. Bald. in … l. ad exactionem. C. de dot. prom. Bart. in l. 1. arg. illius l. D. ſol. matr. & in l. in … ambiguis. arg. illius l. D. de iur. dot.*

ſ *Aretius & Bart. in l. nuptam … in prin. D. ſol. matr. Bart. in d. l. Aſſiduis. l. etiam in prin. D. d. t. ſol. matr. Ang. … & Iaſ. in d. § fuerat. Inſt. de actio.*

t *Bart. in l. poſt dotem. in … vlt. col. D ſol. matr. Iaſ. in d. § fuerat. num. 122. Contra Ioan. Imolæ ſententiam. in d. l. poſt dotem arg. Auth. de exact. dot. circa prin.*

u *l. vn. C. de priu. dot. d. § fuerat, vbi glo. Cyn. in d. l. Aſſiduis.*

x *Noua conſt. Iuſtin. 91. §. ſi verò nihil. in fin. Bart. in d. l. Aſſiduis. in 1. Not. per illum text. in verb. exceptis, & in fin. d. l. Idem Bart. Cyn. Bald. & Ang. in l. etiam. D. d. t. ſol. matr. Contra Gla. ſententiam, in d. l.*

z *Glo. in l. vn. §. & vt plenius, in verb. ex vtroque latere. C. de rei vxor. act. Io. Plateanus. in d. §. fuerat, & ibid. Iaſ. nu. 139. Bart. in l. 1. in fi. D. d. t. ſol. matr. Contra opinionem Dyni in d. l.*

a *l. Dotis. C. de iur. fiſc.*

b *Io. Faber in l. ſcripturas. C. qui potior. & in l. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nupt. l. 1. C. de dote caut. non num. Iaſ. conſ 227. colum. 3. in fin. & 4. Iudicio curiæ Pariſ. relato à Ioan. Papone. lib. 10. cap. 2. Arr. 3. & lib. 11. cap. 3. Bart. in d. l. Aſſiduis.*

c *Bald. & DD. in d. l. aſſiduis. Bart. in l. idémque. D. d. t. qui potior. Spec. t. de don. inter vir. & vxor. §. 3. verſ. an mulier.*

d *l. vlt. C. de iur. fiſc.*

e *l. vlt. D. de tut. & rat. diſtr. l. ſi negotium. D. de priu. cred.*

ris, ſed etiam eius qui pro tutelæ negotium geſſit, vel ex curatione pupilli, pupillæve; furioſi, furioſæve debebit, ſi eo nomine cautum non ſit. [f] Nec intereſt ipſe debeat qui geſſit, ſiue hæres eius, cęterique ſucceſſores.

CCXXII. [g] Si pupillus poſt puhertatem rationibus à tutore acceptis reliquationem eius ſecutus, vſuras acceptauerit, priuilegium ſouin non amittit in bonis eius venditis.

CCXXIII. [h] Ipſe pupillus habet priuilegium, ſed eius ſucceſſores non habent. Et ſi ex pluribus tutoribus in ſolidum vnum tutorem pupillus condemnauit, in rem ſuam procurator datus, priuilegium pupilli non habebit; quod nec hęredi pupilli datur. Non enim cauſę, ſed perſonæ ſuccutritur quę meruit præcipuum fauorem.

CCXXIV. [i] Æquiſſimum erit, ad cætetos quoque, quibus curator, quaſi debilibus vel prodigis datur, vel ſurdo, vel muto, vel fatuo, idem priuilegium competere.

CCXXV. [k] Si ventri curator datus ſit, nec partus editus, priuilegium ceſſabit.

CCXXVI. [l] Si bonis datus ſit curator, vel abſentis, vel ab hoſtibus capti, vel dum deliberant ſcripti hęredes de adeunda hęreditate, non oportet priuilegium dari.

f l. 4. §. 1. D. d. t. de priu. cred.
g l. ſi pupillus. D. de adm. tuto.
h l. ex pluribus. D. d. t.
i l. 4. § vlt. cum 2. ll. ſeqq. D. d. t. de priu. cred. l. & mulieri. D. de cura. fur.
k l. ſi ventri. D. d. t. de priu. cred.
l l. dubitari ſ. que d. t.

Particula tertia ſecundæ partis capitis decimi.

De priuilegiis fiſci.

CCXXVII. [m] Fiſcus ſemper habet ius pignoris. [n] Et locando vectigal, vniuerſa quę habet, habuítque conductor eo tempore quo ad conductionem acceſſit, pignoris iure tenentur.

CCXXVIII. [o] Si is qui mihi obligauerat quę habet, habiturúſque eſſet, cum fiſco contraxerit, ſciendum eſt in re poſtea acquiſita fiſcum potiorem eſſe debere. Præuenit enim cauſam pignoris fiſcus.

CCXXIX. [p] Fiſcus aliis creditoribus qui ius tacitæ hypothecæ habent præfertur.

CCXXX. [q] Omnium fiſcalium pœnarum petitio creditoribus poſtponitur. [r] Quod eò pertinet, vt priuilegium in pœna contra creditores exerceatur, non vt ius commune priuatorum fiſcus amittat.

CCXXXI. [ſ] Si mulcta cuiquam dicta ſit eius loco quod eius interfuit, mulctę fiſco eadem ſententia ęſtimatę preferetur.

CCXXXII. [t] Mulctam alicui dictam fiſci procurator exigens, non prefertur anterioribus creditoribus: ſed ſequentibus, ſeu pignoris iure, ſeu mera in perſonam obligatione ſubnixis.

CCXXXIII. [u] Rem ſuam perſequentibus pœnę exactio poſtponitur. Sicut itaque in ſortis quantitate fiſci perſecutio potior eſt: ita in triplo quod pœnæ nomine adiectum eſt, propria forma obſeruanda eſt.

m l. aufertur. § fiſcus. D. de iur. fiſ.
n l. 3. Cod. de priu. fiſ.
o l. ſi is qui D. d. t. de iur. fiſ. vbi Bart. Bald. in l. ſi fundum. C eo. t. in primatis contra eſt.
p Ren. Choppinus lib. 3. de domanio. t. 29. nu. 3. per l. 3. C. d. t. de priu. fiſ.
q l. in ſumma. D. d. t. de iur. fiſ.
r l. quod placuit. l. Statius Florus. §. vlt. d. t.
ſ Ren. Choppinus lib. 3. de doma. tit. 29. l. vn. C. pœnis fiſcalib. creditor præferri.
t Iudicio Senatus Pariſ. anno 1300 Dualibus Io. Gallus de ciſ 73. 256. Choppinus d. t. 29.
u d. l. vn.

CCXXXIIII. [x] Non poſſunt vlla bona ad fiſcum pertinere, niſi quę creditoribus ſuperfutura ſunt. Id enim bonorum cuiuſque eſſe intelligitur, quod æri alieno ſuperfuit.

CCXXXV. [z] Si pignus ſpecialiter Reſpublica accepit, dicendum eſt præferri eam fiſco debere; quia & priuati præferuntur.

CCXXXVI. Si quis, priuſquam fiſci rationibus obligaretur, perfectam prædiorum donationem feciſſe fuerit probatus, quod citra fraudem creditorum geſtum eſt, non reſcindetur. [b] Et ſi debitor fundum priùs diſtraxit quàm fiſco aliquid debuit, inquietandus non erit.

CCXXXVII. [a b] Si poſteriori creditori fiſcus ſucceſſit, eo iure vtitur quo is vſurus erat cui ſucceſſit.

CCXXXVIII. [c] Si de tempore hypothecæ dubitetur, fiſci cauſa erit potior.

x l. Nõ poſſunt. D. d. t. de iur. fiſc.
z l. ſi pignus. D. qui pot. in pign. l. ſi quis poſthac. § ſed in in. C. de bo. proſcr.
a b l. 3. § ſi poſteriori. D. d. t. de iur. fiſc.
c l. 1. C. d. t. de iure fiſc. Bald. in l. ſi debitor. C. d. t. de priu. fiſc.

Particula quarta ſecundæ partis capitis decimi.

De priuilegiis eorum qui rei fabricandæ, reſtituendæ, aut conſeruandæ cauſa crediderunt.

CCXXXIX. [d] Quod quis nauis fabricandæ, vel inſtruendæ cauſa, vel quoquo modo crediderit, vel ob nauem venditam petat, habet priuilegium poſt fiſcum. [e] Idem erit & ſi in cibaria nautarum fuerit creditum, ſine quibus nauis ſalua peruenire non poterat. Item ſi quis in merces ſibi obligatas crediderit, vel vt ſaluæ fiant, vel vt naulum exſoluatur, potentior erit, licèt poſterior ſit Nam & ipſum naulum potentius eſt. Tantundem dicetur, & ſi merces horreorum, vel areæ, vel iumentorum debetur: nam & hic potior erit.

CCXL. *Creditor qui ob reſtitutionem ædificiorum crediderit, priuilegium exigendi habebit: quod ad eum quoque pertinet qui redemptori, domino mandante, pecuniam ſubminiſtrauit.

CCXLI. [f] Si mulier dotem repetat, etiam ei præfertur qui in rem conſeruandam credidit.

CCXLII. [g] Qui expendit in pignus, anterioribus creditoribus videtur præferendus.

CCXLIII. [h] Si poſterior creditor pignus ab hoſtibus redemerit, in eo potior erit.

CCXLIIII. [i k] Stabularij, in eo quod in equorum cibaria impenderunt potiores ſunt antiquioribus creditoribus: Similiter qui merces aliáſve res vexerunt, priuilegiarij ſunt.

CCXLV. [l] Cùm res ſub haſta væneunt à creditoribus, impenſarum cauſa cæteris omnibus creditis eſt potior.

d l. quòd quis nauis. l. quod in nauem. D. de priu. cred.
e l. interdũ, & ſeq. D. qui potio. in pign. hab.
* l. ſi ventri. §. 1. D. d. t. de priu. cred. l. 1. D. in quibus cauſ. pign. vel hyp. tac. contr. l. 1. D. de ceſſ. bon. l. Creditor. D. de reb. cred.
f Noua Cõſt. 47.
g Bart. in d. l. interdum. in 1. Vol. Bald. in l. in reſtituenda. C. de pet. her.
h l. in bello. §. ſi pignore. D. de capt. & poſtl. reu.
i k lege municipali Pariſ. verſ. 175.
l lege municipali Meldarum. v. 119.

Quinta particula ſecundæ partis capitis decimi.

De priuilegiis eorum quorum pecunia res empta eſt.

CCXLVI. [m] POtentior erit pupillus, ſi ex eius nummis res fuerit empta.

CCXLVII. [n] Quod ſi duorum pupillorum nummis res fuerit comparata, ambo in pignus concurrent pro his portionibus quæ in rei pretium fuerint expenſæ. [o] Quod ſi pecuniâ alterius pupilli pupillo fundus ſit comparatus, magis eſt vt ſaluum ſit ius pignoris pupillo, cuius pecuniâ comparatus eſt fundus.

CCXLVIII. [p] Licèt iiſdem pignoribus, multis creditoribus diuerſis temporibus datis, priores potiores habeantur: tamen eum, cuius pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori eſſe ſpecialiter, [q] vel generaliter ſtatim conuenit, omnibus anteferri iuris authoritate declaratur.

CCXLIX. [r] Si res non in totum ex nummis cuiuſdam comparata eſt, erit concurſus vtriuſque creditoris: id eſt, & antiquioris, & eius cuius nummis comparata eſt.

CCL. [s] Is cuius nummis res empta eſt, priuilegium habet inter perſonales creditores. [t] Et ſi ſpecialiter ſibi is rem obligarit, ſpecialem hypothecam habentibus præfereur.

CCLI. [u] Si rem vendidero, & tradidero ea lege vt pignori, vel hypothecæ mihi eſſet, donec pretium mihi ſolueretur, potior ero in pignore eius rei eo cui emptor generaliter bona ſua præſentia futuraque obligarit; quia ab initio venditionis pignus rei inhæſit.

CCLII. [x] Fiſco, vel Regi, is cuius nummis res comparata eſt, præfertur.

CCLIII. [z] Vtilis in rem vindicatio ei cuius nummis res empta eſt, accommodatur, atque adeò hypothecaria, ſi emptor ſoluendo non ſit. [a] Alioqui in ea priuilegium hypothecæ non habet, niſi ſibi eam obligarit.

Particula ſexta ſecundæ partis capitis decimi.

De priuilegiis dominorum in fructibus rei locatæ, vel in emphyteuſim datæ.

CCLIV. [b] ETiam ſuperfices in alieno ſolo poſita pignori dari poteſt: ita tamen vt potior cauſa domini ſoli ſit, ſi non ſoluatur ei ſolarium.

CCLV. [c] Is qui fundum locauit, in fructibus eius extantibus priuilegium hypothecæ etiam ante fiſcum habebit.

Particula ſeptima ſecundæ partis capitis decimi.

De priuilegiis eorum qui in funus crediderunt.

CCLVI. [d] IMpenſa funeris ſemper ex hæreditate deducitur, quæ etiam omne debitum ſolet præcedere cùm bona ſoluendo non ſunt.

Particula octaua ſecundæ partis capitis decimi.

De priuilegiis habentium tacitam hypothecam.

CCLVII. [e] QVibus tacitæ hypothecæ ius legibus datū eſt, hi antiquioribus creditoribus in bonis poſtea quæſitis præferuntur.

Particula nona ſecundæ partis capitis decimi.

De priuilegiis reipublicæ aut ciuitatum.

CCLVIII. [f] REſpublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur.

CCLIX. [g] Simile priuilegium fiſco nulla ciuitas habet in bonis debitoris, niſi nominatim id à Principe datum ſit.

Particula decima ſecundæ partis capitis decimi.

De priuilegiis eorum qui inſtrumentis publicè confectis vtuntur.

CCLX. [h] IS qui inſtrumentis publicè confectis vtitur, chirographariis creditoribus præfertur.

CCLXI. [i] Chirographarij debitoris res exinde pignori aut hypothecæ eſſe intelliguntur, cùm in ius vocatus debitor manum ſignúmve ſuum agnouerit. [k] Nec eſt cauſa eius potior qui coram regio quàm qui coram alio quouis iudice aut tabulario ſignum agnouerit.

CCLXII. Res eius qui in expenſas litis alicui condemnatur, regiis conſtitutionibus hypothecæ obligari incipiunt ex die ſententiæ iudicitiuæ. [l] [m] Normanorum moribus, à die litis inchoatæ.

Particula vndecima ſecundæ partis capitis decimi.

De priuilegiis eorum qui pecunias depoſuerunt.

CCLXIII. * QVoties foro cedunt nummularij, ſolet

m l. Item potentior. D. qui potio. in pign. hab.
n d. l.
o l. 3. D. de reb. eor. qui ſub tut.
p l. licet. C. d. t. qui pot. in pign. nona conſtit. in ſim. 136. §. 3.
q l. quamuis ea. C. h. t. denegatur tacita hypotheca ei qui pecuniam crediderit agro comparandi cauſa: nec eam habet, niſi eam pactus ſit generaliter vel ſpecialiter, d. l. licet. & d. l. quia. Tametſi tacita hypotheca detur ei qui in ædificationem, aut reædificationem crediderit, verſ. 238. & 239. ſupra: tamen cum pecunia res empta eſt, hypothecam habere Gl. ait in auth. quo iure. C. qui potior in pign. hab. & Alex. in l. ſi cum dotem. §. v l. D. ſol. matr. Præferri etiam cæteris creditoribus cenſet Bar. in l. ſi ventri. §. eorum. in fi. D. de priuil. cred. & in l. Imperator. §. cuius autem. ad fi. D. de leg. 2. Paul. Caſtr. in l. vlt. §. in comparatione. C. de iur. delib. in hypotheca verò rem non ſuccedere, loco pretij exiſtimat Iaſon in §. item Seruiana. Inſt. de act. nu. 39. nec contra. per text. in l. 1. iſta Glo. D. de diſtr. pig. & eum text. habet pro ſing. Bart. in l. qui à debitore. in princ. D. quæ in fraud. cred. & ſimiliter Ang. in l. ſi rem. in princ. D. de pet. hered.
r l. idemque. §. quod ſi. D. d. tit. qui potior.
s Auth quo iure. Cod. d. tit. qui potior.
t l. licet. Cod. eod. tit.
u Iacob. Cuiacius tract. ad Africanum. in l. qui balneum. Cod. d. tit. per l. 1. § vltim. & l. ſeq. D. de rebus eor. qui ſub tut.
x l. vltim. §. vltim. d. tit. qui potior.
z l. vxor marito, D. de don. int. vir. & vxor. Iacob. Cuiacius in d. l. qui balneum.
a l. quidam fundum. D. de in rem verſ. l. procuratoris. §. plane. D. de trib. Bart. in l. ſi cum dotem. §. vltim. D. ſol. matr. Bald. in d. l. licet.
b l. etiam. D. d. tit. qui potior.
c Bart. in l. 1. Cod. de pign. dot. Iudicio curiæ Rothomagenſis dies 24. May 1534 lege municip. Meldarum. verſ. 182.
d l. pen. & l. 2. D. de priu. cred.
e l. Titius. D. d. t. qui potior. Franciſ. Connanus lib. 4. Commentariorum iuris ciuilis, ca. 17. indiſtincte præferri cæteris creditoribus cenſet Iaſ. in §. item Seruiana. Inſtit. de act. & Bart. in l. 1. ad fi. D. d. t. qui potior. l. interdum. ibi.
f l. penult. in fi. D. de priu. credito.
g l. ſimile. D. ad munic. & de incolo. l. Antiochenſium. D. de bo. auct. Iud. poſſid.
h l. Scripturas. C. d. t. qui potio. in pign. hab.
i lege municip. Britanniæ Armoricæ. v. 177. conſt. regia.
k Iudicio curia Rothomagenſis dies 23. Decemb ann. 1503. aut 1504.
l m Iudicio ſd. curiæ Roth. dies 6. Iulij 1512. 23. Iunij. 1545. 19. Octobris 1540. 18 Martij 1549.
* l. ſi hominem § quoties. D. Depoſ.

primo loco ratio haberi depoſitariorum; hoc eſt, eorum qui depoſitas pecunias habuerunt, non quas fœnore apud nummularios, vel cum nummulariis, vel per ipſos exercebant. [n] Eorum verò qui depoſuerunt, ita ratio habetur, vt ſimul omnes admittantur, nec ordo ſpectetur.

Particula duodecima partis ſecundæ capitis decimi.

De priuilegiis habentium pignora: eorúmque qui à dominis, vel non dominis ea acceperunt, & diligentiorum.

CCLXIV. [o] EOs qui acceperunt pignora, cùm in rem habeant actionem, priuilegiis omnibus quæ perſonalibus actionibus competunt, præferri conſtitit.

CCLXV. [p] Si non dominus rem duobus diuerſis temporibus pignorauerit, prior potior eſt: quamuis ſi à diuerſis non dominis pignus accepimus, poſſeſſor melior ſit.

CCLXVI. [q] Inter eos quibus ex eadem cauſa debetur, occupantis melior conditio eſt.

Particula decimatertia ſecundæ partis capitis decimi.

De iis qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.

CCLXVII. [r] SCiendum eſt ſecundo creditori rem teneri etiam inuito debitore, tam in ſuum debitum, quàm in primi creditoris, [ſ] ſi conuenerit vt ſibi eadem res eſſet obligata. [t] Sed id de chirographario creditore intelligi debet. Nam hypothecarius oblata pecunia ſuccedit. [u] Quod ſi creditor poſterior, nolente anteriore oblatam accipere pecuniam, eam obſignet & deponat, nec in vſus ſuos conuertat, pignus ſuum confirmabit.

Particula decimaquarta ſecundæ partis capitis decimi.

De poſſeſſoribus rerum mobilium à debitore alienatarum.

CCLXVIII. [x] MOribus Galliæ receptum eſt, vt ſi mobilia à debitore alienata fuerint, ac ab alio poſſideantur, pignoris ius amittatur.

Particula decimaquinta ſecundæ partis capitis decimi.

De his qui concurrunt in hypotheca.

CCLXIX. [z] PRiuilegia non ex tempore æſtimantur, ſed ex cauſa: & ſi eiuſdem tituli fuerint, concurrunt: licèt diuerſitates temporis in his fuerint. [a] Et qui pari cauſa eodémque tempore contraxerũt, concurrunt, aut actiones æquè priuilegiarias habent.

CCLXX. [b] Creditorum qui nullam, neque expreſſam, neque tacitam hypothecam habent par cauſa eſt: & pariter ad bona debitoris pro portione debiti admittuntur: neque ordo temporis ſpectatur.

Particula decimaſexta ſecundæ partis capitis decimi.

De ſeparatione bonorum.

CCLXXI. [c] IVre Romano ſolebat ſeparatio bonorum impetrari à creditoribus decreto Prætoris ex his cauſis: vt puta, debitorem quis Seium habuit, hic deceſſit; hæres ei extitit Titius, hic non eſt ſoluendo; patitur bonorum venditionem, creditores Seij dicunt bona Seij ſufficere ſibi; creditores Titij, contentos eſſe debere bonis Titij: & ſic quaſi duorum fieri bonorum venditionem.

CAPVT. XI.

Quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur, vel non.

Prima pars.

Quibus modis ſoluitur.

Primus modus, ſolutione.

CCLXXII. [d] PIgnoris cauſa res obligatas ſolutu debito reſtitui debere pignoratitiæ actionis natura declarat. Et ſi pro me quis ſoluerit creditori meo, licèt ignorante me, acquiritur mihi actio pignoratitia.

CCLXXIII. [f] Creditor qui prædium pignori nexum detinuit, fructus quos percepit, vel percipere debuit, in rationem exonerandi debiti computare neceſſe habet. [g] Eadem ratione quod ex penſionibus domus, quæ pignori detinebatur, perceptum eſt, debiti quantitatem releuat, [h] vt & ſi creditor domum pignori datam inhabitet.

CCLXXIIII. [i] Imputatur creditori pignus poſſidenti, ſiue mobilis res ſit, ſiue immobilis, vel ſe mouens, ſi eam à domino locari ſolitam non locarit: [k] ac item non ſolitam, ſi quis præſtita cautione velit conducere.

CCLXXV. [l] Si prædo rẽ pignori dederit, cõpetit ei & de fructibus pigneratitia actio, quãuis ipſe fructus ſuos non faciet. A prædone enim fructus & vindicari extãtes poſſunt,

n d.l. §. vlt.

o l. eos. & l. pro debito. C. d. t. qui potio.

p l. ſi non dominus. D. d. t. qui potio.

q l. inter eos. D. de re iudic.

r l. creditor qui prior. §. ſciendum. & §. à Titio. & l. potior §. vl D. d. tit. qui potio in pign. l. cum tibi. C. eo. tit. l. 3. D. de diſtr. pign. l. ſi potiores. C. de his qui in prio. cred. loc. ſuc.

ſ l. Ariſt. D. quæ res pign. oblig. poſſ.

t Caro. Mol. tract. de vſur. nu. 276 l. 1. & vlt. C. d. tit. de his qui in prio. l. 1. C. eod. d. t. qui potio in pign. l. potior. in fin. D. eod. t.

u d. l. 1. & l. Prior. C. d. tit. qui potio.

x lege municipali Pariſiorum, verſ. 171.

z l. priuilegia. D. de priu. cred.

a l. idémque. D. d. t. qui potio. in pign.

b arg. l. ſi ſtimta. §. plures. D. de damn. inf. Bart. in l. Pupillus. D. quæ in fraud. cred. l. ſi hominẽ. §. quoties. D. Depoſ. Oldendorp. claſ. 3. Actio. 1. qui potior. in pign. num. 8.

c l. 1. & toto t. D. de ſepar. l. ſi vxor. C. de bon. auth. iud. poſſ.

d l. Pignoris. C. de pign. act. l. item liberatur. in prin. D. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. l. ſolutum. §. ſi in ſortem. D. d. t. de pign. act. & l. Debitor. § vlt. ibid. l. creditor. C. h. t. l. ſi creditor. C. de luit. pig.

e l. ſi pro me. D. de ſolut. l. 1. & l. Paulus. D. d. t. quib. mod. pig. l. ſi fundus. §. in vindicatione. D. h. t.

f l. 1. 2. & vlt. C. d. t. de pign. act. l. ex prædijs C. de vſur. l. ſi is qui bona. § 1. D. h. t. l. Reſcriptũ. ibi. nam & mutres. D. de diſtr. pign. l. Paulus reſpondit. in fi. D. de fidei. l. ſi mandatu. §. 1. D. manda. Bald. in l. 2. per illũ text. Cod. de pact. pign. Alex. in l. ſi ſeruos. D. d. t. de pign. act. l. 1. D. de diſtr. pig. l. 2. C. de part. pign. l. quominus. C d. t. de pign. act.

g d. l. 2. C. d. t. de pign. act.

h Spec. hoc t. verſ. quod ſi obligaſti. vbi Bald. in add. nu. pen. Glo & DD. in l. ſi is qui §. 1. D. h. t.

i arg. c. illo. h. t. Hoſtienſ. ibidem h. t.

k arg. l. ſi nauis D. de rei vendic. l. in venditione §. 1. & l. prætor ait. §. is. & § præterea. D. de bon. auct. iud. poſſed.

l l. ſi pignore. §. ſi prædo D. d. t. de pign. act.

consumpti

conſumpti condici. Proderit igitur ei quòd creditor bona fide poſſeſſor fuit.

CCLXXVI. [m] Omnis pecuuia exſoluta eſſe debet, aut eo nomine ſatisfactum, vt naſcatur pigneratitia actio. [n] Et qui pignori plures res accepit, non cogitur vnam liberare, niſi accepto vniuerſo quantum debetur, [o] Ac ſi vnus ex hæredibus debitoris portionem ſuam ſoluerit, tamen tota res pignori data vænire poterit, quemadmodum ſi ipſe debitor portionem ſoluiſſet.

Secundus modus quo pignus ſoluitur: Satisfactione.

CCLXXVII. [p] LIberatur pignus ſiue ſolutum ſit debitũ, ſiue eo nomine ſatisfactum. [q] Satisfactio enim pro ſolutione eſt. [r] Satisfactum autem accipimus quemadmodum voluit creditor, licèt non ſit ſolutum, ſiue aliis pignoribus ſibi caueri voluit vt ab hoc recedat, vel nuda conuentione. Et generaliter dicendum erit, quoties recedere voluit creditor à pignore, videri ei ſatisfactum, ſi vt ipſe voluit ſibi cauit, licèt in hoc deceptus ſit.

CCLXXVIII. [ſ] Qui paratus eſt ſoluere, meritò pignus videtur liberaſſe. Qui verò non ſoluere, ſed ſatisfacere paratus eſt, in diuerſa cauſa eſt. [t] Et tametſi expromiſſorem dare velit, nihil ei prodeſt: niſi creditor ſatiſfactionem admittat.

Tertius modus quo pignus ſoluitur: Oblatione & ſolemni depoſitione pecuniæ debitæ.

CCLXXIX. [u] OBlatio & ſolemnis depoſitio pecuniæ debitæ; recuſante ſolutionem creditore, pro ſolutione habetur.

Quartus modus quo pignus ſoluitur: Remiſſione pignoris.

CCLXXX. [x] OBligatio pignoris cõſenſu & contrahitur & diſſoluitur.

CCLXXXI. [z] Donans rem debitam, intelligitur pignus remittere, tametſi donatio ſit inutilis.

CCLXXXII. [a] Filiusfamiliâs, ſi peculiariter hypothecam acceperit, & habeat liberam peculij adminiſtrationem, paciſci poteſt ne res pignori ſit, ſcilicet ſi pretium pro pactione accipiat, quaſi vendat.

CCLXXXIII. [b] Licet mulieribus & pro suo contractu, ſeu pro vna vel certis perſonis ſeu rebus, iuri hypothecarum ſibi competenti per conſenſum proprium renuntiare: quódque ita geſtum ſit, firmum illibatúmque cuſtoditur.

m l. ſi rem. §. omnis. d. t. l. in executione. §. item ſi ita. in fi. D. de verb. oblig. l. 2. ibi. nam ſi vel modicum C. debitor. vẽd. pig. imp. non poſſe. l. hæredes. §. idem iuris ibi idem obſeruatur. D. fam. erciſ. l. 1. in fi. C. de fideiuſſ. toto ti. ſi vnus ex plurib. hæred. credit. vel debit. part. ſua deb. ſolu. vel acc.

n l qui pignori. C. h. t.

o l. ſi neceſſarias. §. ſi vnus. C. d. t. de pign. act. l. 1. C. de luit. pig. l. vnus ex multis. C. de diſtr. pign. toto d. t. ſi vnus ex plur.

p l. item liberatur. D. d. t. quib. mod. pign. l. ſi is qui bona. D. h. t. l. Creditor. C. eo. t. l. ſolutum. §. ſi in ſortem. & l. Debitor. §. vlt. l. ſi rem §. omnis D. de pign. act. l. Gregge. § etiam ſi. D. h. t.

q l. ſatisfactio.

r d. §. omnis. d. l. item liberatur. §. qui paratus. l. quod ſi. D. d. t. de pign. act.

ſ d. §. qui paratus.

t l. quòd ſi nõ ſoluere. d. l. itẽ liberatur. §. vlt. l. Gregge. §. etiam. D. h. tit.

u l. Acceptam. C. de vſur. l. nec creditores. in fin. & l. ſi reddita. & l. qui minor. C. d. t. de pign. act. l. Aliena. §. ſi per D. eo. t. l. muicem. C. de cõpenſ. l. qui potior. §. vlt. & l. ſi debitor. D. qui potio.

x l. 2. in fi. l. cùm ex cauſa. in fi. C. de remiſſ. pign. l. maior annu. C. h. t. l. ſi rem alienam. §. & generaliter D. de pign. act. l. ſi tibi x. §. de pignore D de pact. l ſoluitur. D. d. t. quib. mo. pign. z l. 1. §. cùm venditor. d. t.

a l. ſicut. § an paciſci. D. d. tit. quib. mod. pign.

b l. Iubemus. C. ad SC. Vell. Nam hæc renuntiatio non eſt interceſſio. l. ſi pignus. C. quæ in fraud. cred. l. vn. §. & cùm lex. C. de rei vxor. act. l. 3. §. vlt. D. de lega. 3.

CCLXXXIIII. [c] Si cum debitoris procuratore conuenit ne res ſit obligata, dicendum eſt, id debitori per doli exceptionem prodeſſe.

CCLXXXV. [d] Si conuenerit, ne pars dimidia pro indiuiſo pignori ſit, quæcunque eius fũdi pars à quolibet poſſeſſore petatur, dimidia non rectè petetur.

CCLXXXVI. [e] Si plures dederint pro indiuiſo, & cum vno creditor paciſcatur ne hypothecę ſit: deinde ab eo petat, etiamſi hic cum quo pactus eſt, ſolidum fundum poſſideat pro indiuiſo, quia de parte conueniſſet, non repellet eum à toto.

Quintus modus quo pignus aut hypotheca ſoluitur.

CCLXXXVII. [f] SI debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos conueniſſe ne peterem: profuturámque ei conuentionis exceptionem placuit. Poſtquàm verò pignus debitori reddatur, ſi pecunia ſoluta non fuerit, debitum poſſe, dubium non eſt: niſi ſpecialiter contrarium actum eſſe probetur.

Sextus modus quo pignus vel hypotheca ſoluitur: Venditione pignoris, conſenſu creditoris, aut per officium facta.

CCLXXXVIII. [g] CReditor qui permittit rem vænire, pignus dimittit, [h] niſi ſalua cauſâ pignoris ſui coõſenſerit. [i] Quod & feciſſe iudicabitur, ſi ſciente & conſentiente eo res vendita ſit: [k] vel ſi fortè in tabulis emptionis ſubſcripſerit, niſi manifeſtè appareat eum deceptum eſſe. [l] Sed contractui pignoris non obeſſe, ſi debitor teſtamentum creditoris, in quo ſe emiſſe pignus expreſſit, ſignaſſe proponebatur, reſponſum eſt.

CCLXXXIX. [m] Si debitor vendiderit rem, nec tradiderit, tametſi dici poſſit rem adhuc in bonis eius eſſe, tameo cũm teneatur ex empto, actione pignus extinguitur. Tantũdem poteſt dici, ſi pretium venditor conſecutus non ſit, nec paratus ſit emptor dare.

CCXC. [n] Veoditionis appellationẽ generaliter accipere debemus, vt & ſi legare permiſerit, valeat quod conceſſit. Quod ita intelligemus, vt & ſi legatum repudiatum fuerit, conualeſcat pignus.

CCXCI. [o] Si permiſerit creditor vendere, debitor verò donauerit; facti eſt quæſtio, nunquid ideò vænire voluerit, vt pretio accepto ipſi quoque res expediat: quo caſu non nocebit conſenſus. Quod ſi in dotem dederit, vendidiſſe hoc caſu rectè videtur, propter onera matrimonij. In contrarium, ſi cõceſſerit donare, & vendiderit debitor, repelletur creditor: niſi quis dicát ideò conceſſiſſe donari, quòd amicus erat creditori is cui donabatur.

CCXCII. [p] Si debitori conceſſum ſit, &

c l. ſi conſenſit. §. 1. l. ſicut. § ſi procur. D. d. t. quib. mod. pign.

d d. l. ſicut. § ſi plures.

e d. § ſi plures.

f l. 3. D. de pact. l. creditorem. C. de remiſſ. pign. l. quod debitori. C. de ſolu. arg. l. verbum. D. de verb. ſign.

g l. Creditor. D. de reg. iur. l. ſideiuſſors §. 1. l. Titius. §. vlt. l. Lucius. l. Paulus. D. d. t. quib. mod. pign. aut hyp. ſol. l. 2. & l. cùm ee. §. 4. C. de remiſ. pign.

h l. 1. §. 1. D. d. t. quib. mod. pig. l. Creditor. §. ſi tecum. D. qui potio. in pign.

i l. 2. & 4. C. d. t. de remiſ. pign.

k l. ſicut. §. non videtur. ibi. ſed ſi ſubſcripſerit. l. Titius. §. vlt. & l. 4. ibi. ſed & ſi non. D. d. t. quib. mo. pign.

l l. Caius Seius. D. de pign. act. l. penult. D. de teſt.

m d. §. non videtur.

n d. l. ſicut. §. venditionis.

o d. l. § ſi permiſerit.

p d. l. §. ſi debitori.

hæres eius vendiderit, poteſt facti quæſtio eſſe, quid intellexerit creditor. Sed rectè væniſſe dicendum eſt. Hę enim ſubtilitates à iudicibus repelluntur.

q d. l. § ſi debitor.

CCXCIII. q Si debitor fortè conceſſa venditione deſierit poſſidere, & nouus poſſeſſor vendiderit, an duret pignus quaſi perſonæ permiſerit creditor: quod magis eſt.

r l. ſi conſenſit. in prin. D. d. t. quib. mo. pig.

CCXCIV. r Si conſenſit venditioni creditor, liberatur hypotheca. Sed in his pupilli conſenſus non debet aliter ratus haberi, quàm ſi præſente tutore conſenſerit, aut etiam ipſe tutor: ſcilicet ſi commodum aliquod, vel ſatis ei fieri ex eo iudex exiſtimauerit.

ſ d. l. ſicut §. ſi voluntate.

CCXCV. ſ Si voluntate creditoris fundus alienatus eſt, inuerecundè ſibi applicare eum creditor deſiderat, ſi tamen effectus ſit ſecutus venditionis. Nam ſi non vænierit, nõ eſt ſatis ad repellendum creditorem quod voluerit vænire. t Tantundem dicendum eſt, ſi venditio rei ſpecialiter obligatæ oon valeat. u Similiter ſi voluntate creditoris pignus debitor vendidit, & poſtea placuit inter eum & emptotem vt à venditione diſcederetur. Nam ſicut debitori, ità & creditori priſtinum ius reſtituitur. Et ſi iudicio quoque accepto venditor abſolutus, vel quia non tradebat, in id quod intereſt condemnatus ſit, ſaluum fore pignus creditori dicendum eſt. Hæc enim accidere potuiſſent, etſi non voluntate creditoris vendidiſſet.

t l. 4. §. vlt. d. t.

u l voluntate. d. t.

x l. reſcriptum. D. de diſtr. pig. l. Titius. D. d. t. quib. mod. pig. l & qu. §. ſi debitore. C. d. t. de diſtr. pign. l. 2 & 3. C. ſi in cauſ. iud. pign. capt. ſit l. à diuo Pio. § ſi pig. D. de re iud. l. ordo. D. de except. rei iud. l. & qu. Cod. de diſtr. pign.

CCXCVI. x Creditnr à debitore pignus emere poteſt: vel cum per officium vænundatur, quia in dominio manet debitoris.

CCXCVII. z Si eo tempore quo prædium diſtrahebatur, programmate admoniti creditores, ius ſuum executi non ſunt, pignoris obligationem amittunt.

z l. ſi eo tempore. & l. ſi hypothecas. C. de remiſſ. pign. l. 1. C. ſi propter publ. penſit.

Septimus modus quo pignus ſoluitur: Nouatione.

CCXCVIII. a NOuatione legitimè facta, & hypotheca liberatur & pignus.

a l. nouatione. & l. Paulus D. de noua. l. ſolutum. D. de pig. act. l. vn. C. etiam ob. chirogr. pec. pign. ten.

CCXCIX. b Solutum non videtur, ſi lis conteſtata cum debitore ſit de ipſo dehito, vel fideiuſſor conuentus ſit. c Et quamuis perſonali actione expertus aduerſus reum, vel fideiuſſores, ſeu eius mandatores creditor fecerit condemnationem, pignoris tamen adhuc habet perſecutionem.

b l. ſolutum. C. h. t.

c l. quamuis. C. h. t. l. grege. §. etiam. D. eo. t.

CCC. d Si obligatio nouetur, pignus repetitum non videbitur, niſi id nominatim conuenerit: quod ſi factum fuerit, initium hypothecæ ex tempore obligationis initę, non nouationis, numerabitur.

d d l nouatione. l. 3 vbi Bar. D qui potior. d. l. vn. C. etiam ob chirogr. pec.

Octauus modus quo pignus ſoluitur: Iureiurando delato.

CCCI. e SI deferente creditore, iurauit debitor ſe dare non oportere, pignus liberatur: quia perinde habetur atque ſi iudicio abſolutus eſſet. Nam etſi à iudice, quamuis per iniuriam, abſolutus ſit debitor, tamen pignus liberatur.

e l. ſi deferente & l. ſoluitur. §. vlt. D. d. tit. quib. mod. pign. l. iuſiurandum D. de iureiur.

Nonus modus quo pignus vel hypotheca ſoluitur: Reſolutione iuris hypothecam dantis.

CCCII. f SI res diſtracta fuerit ſic, Niſi intra certum diem meliorem conditionem inueniſſet; fuerítque tradita, & fortè emptor, antequam melior conditio offerretur, hanc rem pignori dederit, finitur pignus ſi melior conditio fuerit allata: quanquam vbi ſic res diſtracta eſt, niſi emptori diſplicuiſſet, pignus non finiatur.

f l. ſi res. D. d. t. quib. mo. pig. l. vbi autem §. ſed & Marcellus. D. de in diem. add.

Decimus modus quo pignus vel hypotheca ſoluitur: Dominio rei pignoratæ quæſito creditori.

CCCIII. g NOn poteſt pignus perſeuerare dominio rei acquiſito creditori: actio tamen pigneratitia poteſt competere, ſi ſatisfactum non ſit. h Et ſi rem alienam bona fide emeris, ac mihi pignori dederis, deinde me hæredem dominus inſtituerit, deſinit pignus eſſe.

g l. pen. D. de excep. rei iud.

h l. ſi rem alienam. D. de pign. act. l. ſi duo. §. vlt. D de ſol. d. l. penult. in fi.

Vndecimus modus quo pignus aut hypotheca ſoluitur: Rei pignoratæ interitu, ſeu conſumptione.

CCCIIII. i SIcut re corporali extincta, ita & vſufructu extincto, pignus, hypothecáve perit.

i l. ſicut. D. d. t. quib. mod. pig. l. 1. §. cùm prædium. D. h. tit.

CCCV. k Cùm prædium pignori daretur, nominatim vt fructus quoque pignori eſſent, conuenit: eos conſumptos bona fide emptor vtili Seruiana reſtituere non cogetur.

k d. §. cùm prædium. Iudicio curia Rothomagenſis dici 18. Iulij ann. 1539.

Duodecimus modus quo pignus aut hypotheca ſoluitur: Rei mobilis quauis alienatione.

CCCVI. l MOrihus Galliæ, mobilibus alienatis à debitore, pignoris cauſa non manet.

l Legibus municipalibus Pariſiorum. verſ. 170. Meldarum. ver. 143. Melodunenſium. verſ. 322. Mantenſium. verſ. 64. Catalaudunenſium, ver. 273. Turon. 220.

Secunda pars capitis vndecimi.

Quibus modis pignus aut hypotheca non ſoluitur.

CCCVII. m SOlutione partis debiti, pignus non liberatur.

m ll. relatu ſuprà ver. 275.

CCCVIII. n Qui reprobos nummos ſoluit creditori, pigneratitia agere non poteſt, neque liberatur, reprobis videlicet nummis reddendis.

n Eleganter. §. qui reprobos. D. de pig. act.

CCCIX. o Si pignus vir vxori, vel vxor viro remiſerit, verior ſententia eſt nullã fieri donationem exiſtimãtium. Quod ſine dubio ſi in fraudem creditorum fiat, actione vtili reuocabitur. Idémque eſt & ſi quis debitorum, in fraudem creditorũ pignus omiſerit.

o l. & ſi pignus. D. de his quæ in fraud. cred.

CCCX. p Si pignus reddatur, tamen ſi pecunia ſoluta non fuerit, debitum peti poſſe dubiom non eſt, niſi ſpecialiter contra-

p l. 3. D. de pact. dotal. in c. 2. de fide. inſtrum.

rium

rium actum eſſe probetur.

CCCXI. [q] Si fundus pigneratus vænierit, manere cauſam pignoris conſiſtit, quia cum ſua cauſa fundus tranſeat.

CCCXII. [r] Debitor à creditore pignus quod dedit, fruſtrà emit, cùm rei ſuæ nulla emptio ſit. Nec ſi minoris emerit, & pignus petat, aut dominium vendicet, ei non totum debitum offerenti poſſeſſionem reſtituere cogetur.

CCCXIII. [ſ] Debitor qui pignoribus profitetur ſe creditoribus cedere, nihilominus liberatur.

CCCXIIII. [t] Iure Romano, ſi quis communis rei partem pro indiuiſo dederit hypothecæ, diuiſione facta cum ſocio, non vtique ea pars creditori obligata eſt, quæ ei obtigit qui pignori dedit. ſed vtriuſque pars pro indiuiſo, pro parte dimidia manebit obligata.

CCCXV. [u] Si ſuperatus ſit debitor qui rem ſuam vindicabat, quòd ſuam non probat, æquè ſeruanda erit creditori actio Seruiana probanti res in bonis eo tempore, quo pignus, contrahebatur, illius fuiſſe. Sed & ſi victus ſit debitor vindicans hæreditatem, Iudex actionis Seruianæ neglecta de hæreditate dicta ſententia, pignoris cauſam inſpicere debebit. [x] Scientibus tamen, ſententia quæ inter alios dicta eſt, obeſt, cùm quis de ea re, cuius actio vel defenſio primùm ſibi competit, ſequenti agere patiatur: veluti, ſi creditor experiri paſſus ſit debitorē de proprietate pignoris; aut maritus ſocerum vel vxorem de proprietate rei in dotem acceptæ, aut poſſeſſor venditorem, de proprietate rei emptæ.

CCCXVI. [z] Si dies compromiſſi ſub pignoribus facti prolata eſt, pignorum obligationem durare verius eſt.

CCCXVII. [a] Qui impleto tempore conductionis remanſit in conductione, nō ſolùm reconduxiſſe videbitur; ſed & pignora videntur durare obligata. Sed hoc ita verum eſt, ſi non alius pro eo in priore conductione res obligauerat: huius enim nouus conſenſus erit neceſſarius.

CCCXVIII. [b] Si inſula, quam tibi ex pacto conuento licuit venundare, combuſta eſt: deinde à debitore tuo reſtituta, idem in noua inſula iuris habes: [c] tantundem dici debet, & ſi poſt inſulam combuſtam aream quis emerit. Nam pignoris perſecutio perſeuerat, & ius ſoli ſuperficies ſecuta videtur, id eſt, cum iure pignoris. Sed bonæ fidei poſſeſſores non aliter cogendi ſunt creditoribus ędificium reſtituere, quàm ſumptus in extructionem erogatos, quatenus pretioſior res facta eſſet, reſtituere.

CCCXIX. [d] Si res hypothecæ data poſtea mutata fuerit, æquè hypothecaria actio competit: veluti de domo data hypothecæ, & horreo facto: item ſi de loco conuenit, & do-

q l. ſi conuenerit. §. ſi fundus. D. de pign. act. l. Diſtractis. & l. debitorem C. h. t. l. ſi pignoratę. C. de rem. pign. l. res pignori. & l. ſi debitor. C. de diſtr. pign. noua Conſt. Iuſtiniani 112. §. hoc verò ibi. ſiu debitor hoc.
r l. 1. C. ſi antiq. cred.
ſ l. debitor. D. de pig. act.
t l. ſi conſenſit. §. vlt. D. de pig.
u l. ſi conſenſit. §. vlt. D. qui. mod. pig. l. ſi quis putans. §. ſi fundus. D. Com. diuid. l. 3. §. vlt. D. qui potior. Bar. in l. Iulianus. §. Idem Celſus. D. de act. emp. l. ſi quis fundū. D. de vſufr. legat. l. debitor. D. quæ in fraud. cred. Nicol. Valla h. t. cūſol dauſionem rei pignoratæ factā a debitore poſſidente nocere creditori: non ſi creditor poſſideat.
x l. 3. D. h. t. l. adiecta. §. vlt. D. de exec. rei iud. l. Præſes prouinciæ. C. h. t. l. ab executorem. §. quæ conſtitutio. D. de appel.
z l. ſæpe. D. de re iudic.
z Nicol. Neap. l. in Titius. D. de exec. tut. in prin. in verbo, in pignoribus.
a l. item quæritur. §. qui impleto. D. loca. l. legem. C. eod.
b l. vlt. D. h. t.
c l. Domus. d. t.
d l. ſi fundus. §. ſi inde res. D h. t.

A mus facta ſit: item de loco dato, deinde vineis in eo poſitis.

CCCXX. [e] Grege pignori obligato, quæ poſtea naſcuntur, tenentur: ſed & ſi prioribus capitibus decedentibus totus grex fuerit renouatus, pignori tenebitur.

CCCXXI. [f] Cùm tabernam debitor creditori pignori dederit, ſi mercium ſpecies mutatę ſint, & res aliæ illatæ, eæ pignori obli-

B gatæ eſſe videntur.

CCCXXII. [g] Intelligere debemus vincula pignoris durare perſonali actione ſublata: [h] Veluti, Si debitori ſub pignore duo hæredes exſtiterunt, qui tenentur ſinguli actione perſonali pro hæreditariis portionibus ex lege XII. tabularū; hypothecaria in ſolidum: & ideo ſi vnus ſoluerit pro ſua parte, tollitur quidem omni iure actio perſonalis, non autem hypothecaria: ſed ipſa remanet [i] propter

C indiuiſam pignoris cauſam.

CCCXXIII. [k] Diuturnum ſilentium longi temporis pręſcriptione corroboratum creditoribus pignus perſequentibus inefficacem actionem cōſtituit: præterquàm ſi debitores, vel qui in eorum iura ſucceſſerunt, obligatæ rei poſſeſſioni incumbant. [l] Vbi autem creditori à poſſeſſore longi temporis præſcriptio obiicitur, perſonalis actio aduerſus debito-

D rem ſalua ei competit.

CCCXXIV. [m] Aduerſus pupillos huiuſmodi præſcriptio locum non habet, & longiſſima tempora contra Eccleſiam vſucapienti requiruntur.

CCCXXV. [n] Notiſſimi iuris eſt, actionem hypothecariam in extraneos quidem ſuppoſitæ rei detentatores, annorum triginta finiri ſpatiis, ſi non interruptum erit ſilentium, vt lege cautum eſt; id eſt, etiam per ſo-

E lam conuentionem, aut ſi ætas impubes excipienda monſtretur. In ipſos verò debitores aut hæredes eorum, non vltra quadraginta annos, ex quo competere cœpit, prorogatur; niſi conuentio, aut ætas, ſicut dictum eſt, interuenerit.

CCCXXVI. [o] Creditor anteriora iura prætendens, poteſt poſteriorem creditorem hypothecam tenentem etiam vltra triginta annos inquietare, vtpote imaginem debito-

F ris obtinentem, donec quidem debitor communis viuit: ſed quadraginta demum annorum præſcriptione repellitur ita computatione ineunda, vt ex perſona quidem ſua poſterior creditor triginta annos, per quos ipſe poſt mortem debitoris poſſedit, opponat. Siu autem coniungere voluerit ſuæ poſſeſſioni, quam poſt mortem debitoris habuit, etiam tempus quo viuente debitore, vel ipſe creditor, vel communis debitor deti-

G nuit, tunc quadraginta annorum exceptionis iura tractentur.

CCCXXVII. [p] Creditori triginta annorum præſcriptio non prodeſt, ſi in rem debitor experiatur, quippe cùm ſibi creditor non poſſideat.

e l. Grege. d. t.
f l. cùm tabernam. d. t.
g l. 2. C. de luit. pign. hanc regulam eſſe contra iuris principia tradit Iac. Cuiacius lib. 5. obſeru. cap. 32. cuius hæc ſunt verba qui pro parte hæres extitit, niſi debitum exſoluat, ſuam portionē ex pignoribus recipere nō poteſt: nec aliud ferè exemplum poſſe tradit, quàm quod apponit.
h Cuiacius d. cap.
i l. rem. D. de euict.
k l. prio. & poſter. C. ſi aduer. cred. præſc. opp. Glo. ordin. in l. cùm notiſſimi. in prin. C. de præſc. 30. vel 40. an. Glo. Item & Bart. in l. 1. §. cùm prædium. D. h. t. Paulus Caſtr. conſ. 125. in fi. Oldradus conſ. 19. l. ſi à creditore. de obli. & act.
l Idem in l. Seruo. C. hoc tit.
m Guido Papa quæſt. 432. arg. l. quas actiones. iuncta l. vlt. C. in quib. cauſ. reſt. in integ. non eſt neceſſ.
n d. l. Cùm notiſſimo. C. de præſc. 30. vel 40. an.
o d. l. §. ſed cùm illud.
p Glo. in l. Pignus. D. de vſuc. & ibid. Iacob. Cuiacius.

CCCXXVII. q Ius luendi pignoris, triginta vel quadraginta annorum præſcriptione tolli poſſe non videtur.

CCCXXVIII. r Si cui res in emphyteuſim data ſit, & eius venditæ pretium ſolario debito præteritorum annorum exſoluendo non ſufficiat, cætera bona generaliter obligata non liberantur. ſ Sed in fututum tempus ſolarium deberi deſinet.

CAP. XII.

De pigneratitia actione directa. Quid ſit & quibus detur.

CCCXXIX. t Directa pigneratitia actio, eſt u actio ciuilis, x perſonalis, z bonæ fidei, quæ ei qui rem oppignerauit, a ſi vel creditori ſoluta pecunia eſt, b vel per eũ factum eſt quominus ſolueretur, conceditur aduerſus creditorem, vt aut rem ipſam reſtituat, ſi eam in ſua poteſtate habet, aut quantum illum eo nomine ex bono & æquo facere oportebit, tibi damnetur.

CCCXXX. Omnis pecunia exſoluta eſſe debet, c vt ſuprà relatum eſt, d aut eo nomine ſatisfactum, vt naſcatur pigneratitia actio. Soluta autem pecunia intelligitur, e ſi oblatum & conſignatum ſit debitum, f vel à creditore ſit venditum, g vel etiam, vt dictum eſt, ſi per creditorem ſteterit quominus ſolueretur.

CCCXXXI. h Creditor qui pignus accepit re tenetur: qui & ipſe de ea ipſa re quam accepit, & poſſeſſione quæ corporalis apud eum fuit, reſtituenda tenetur.

CCCXXXII. k Si medio tempore pignus creditor pignori dederit, domino ſoluẽte pecuniam quam debuit ſecundi pignoris, neq; perſecutio datur, neque retentio relinquitur.

CCCXXXIII. l Si hypotheca væniert, pecunia ſoluta recuperare eam nõ licet. m Ius

q *Iac. Cuiacius in l. Pignor. D. de vſur. Nã quod dicitur in l. Omnes. C. de praſcr. longiſſ. temporis 30. vel 40 ann. omne ius tolli praſcriptione quadraginta annorum, de actionis non luitionis iure accipiendum eſt. Pignoratitia autem actio tolli non poteſt antequam nata ſit. Quod non ſit antequam debitor pignus repignorauerit. arg. l. 1. §. vlt. C. de ann. exc. vbi, non obſtat praſcriptio filiofa. quia à patre, vt ageret, impetrare non poterat. Et creditoris poſſeſſio ad praſcriptionẽ prodeſt. d. l. cum notiſſimi. § ſed cum illud. C. d. t. de praſcr. longiſſ temp. vnde abſurdum eſſet dicere praſcriptionem ei nocere, quominus cum creditore actione pigneratitia experiatur. Non obſtat d. l. cum notiſſimi. §. eod. d. t. Quæ non dicit ius liberandi pignoris praſcriptione tolli, ſed hypothecariam actionem, quam poſterior creditor contra priorem habet. Nec etiam obſtat. l. nec creditores & l. vlt C. de pign. act. quæ loquitur de iam nata actione pigneratitia, eamque longo tempore tolli negant. & eam Io. & Græcus interpres longiſſimo tempore tolli aiunt.* r *arg. l. quamuis & l. 1. C. de pign l. ſi aduerſus. C. de oblig. & act. Iudicio curiæ Burdegalenſis dies 7. Iuly 1531. Boerius Deciſ. 309. § ſi vere in perpetuum. in Auth. de non alien. aut perm reb. eccl. col. 2. Auth. qui res iam dictas. C. de ſacroſ. eccl. l quæ ſpecialiter. C. de diſtract pign. l. hypothecas. C eo. t.* ſ *Glo. in §. ſcire autem emphyteutas. d. t. de non alien. in Auth. glo. in d. Auth. qui res in verb temporis ſcilicet præteriti non futuri: quam ſequuntur ibi Albericus Roſates, Paulus Caſtr. & Purpura arg c. Propter ſterilitatem §. verum ibi. emiſſa pro reſiduo temporis penſione. ex. t. Iac Butrig in l. 2. C. de iur emphyt. Fa. l. magis puto. §. item Prætor. ibi. ac plus accipiatur ſub obligatione creditorũ. & ibi ne propter modicum æs alienum poſſeſſio magna diſtrahatur Et ita obſeruatur noſtris moribus quicquid d Iudicio Burdegalenſi contrà ſit iudicatum.*

t *Fr. Hothomanus commentationibus in ius ciuile t. de pig. act.* u *l. 1. in fi. D. de pact.* x *l. vlt. C. de diſtr. pig. l. petens. D. h. t. l. Actionũ. D. de obl. & act. Tametſi cũ res extat in rem competa actio l. Officium. D. de rei vend. l. nec creditorem D. d. t. de pig. act.* z *§. actionũ. Inſt. de actio. l. 5. C. h. t.* a *l. ſi pro me D. de ſolut.* b *l. 3. C. de luit. pig. l. acceptã. C. de vſur. l. potior. §. vlt. D. qui potio in pign. hab.* c *verſ 275.* d *ſupra. v. 276.* e *l. 1. C. de luit. pig. l. nec creditores. C h t.* f *l. Reſcriptum. §. 1. D. de diſtr pig.* g *l. vlt. C. de luit pig. l. acceptam. C. de vſur. l potior §. vlt D. qui potio. in pign. hab.* h *l. 1. §. creditor quoque. D. de oblig. & act. l. cum liberatur. D. quib. mod. pig. hyp ſol. l. ſi is qui bona §. 1. D. h t. l ſolutum. § ſi in ventem. & l. debitor. §. vlt. D. de pig act. l 3. C. de luit. pignoris. l nec creditores. & l. ex pignoris. C d. t de pig act.* i *l. Debitor. §. vlt. D. de pig. l. 2. C ſi pig. pig dat ſol. poſſeſſio verò eiuſdem ad cauſam vſucapionis manet penes debitorem. l. 3. §. vlt. D. de acq. poſſ.* k *d l. debitor. in d. § vlt. & d l. 2. & toto. t. C. ſi pig. pig. dat. ſit.* l *l. ſi creditor. §. illud. D. de diſtr. pign. l. ſi ceſſante. C. eo. t.* m *d §. illud.*

A Romanum eam exceptionem addit, niſi minor annis viginti quinq;, aut pupillus, aut abſens Reipublicæ causâ, vel in aliqua earum cauſarum erit, ex quibus edicto ſuccurritur. Sed noſtris moribus ſi res ſolemniter væmierit, non recuperatur.

CCCXXXIV. n o Res pignori data condici poteſt. Et fructus ex iniuſta cauſa percepti condicendi ſunt.

B CCCXXXV. p Qui ante ſolutionem egit pigneratitia, licet non rectè egerit, tamen ſi offerat in iudicio pecuniá, debet rem pignoratam & quod ſua intereſt, conſequi.

CCCXXXVI. q Is non tenetur ad reddendum pignus qui gerit negotia debitoris: cùm pecunia ei debeatur, nec fuerit quod ſibi poſſit exſoluere.

CCCXXXVII. r Si in poſſeſſione pignoris fueris conſtitutus, niſi ea quoque pecunia C à debitore reddatur, vel offeratur, quæ ſine pignore debetur, eam reſtituere propter exceptionem doli mali non teneris Quod in ſecundo creditore locum non habet: Nec enim ei neceſſitas imponitur chirographarium etiam debitum priori offerre.

CCCXXXVIII. ſ Emptor, prædiũ quod à non domino emit, exceptione doli poſita non aliter reſtituere dominu cogitur, quàm ſi pecuniam creditori eius ſolutam, qui pignori D datum prædium habuit, vſurarúmque medij temporis ſuperfluum recuperauerit, ſcilicet ſi minus in fructibus ante litem perceptis fuit. Nam eos vſuris nouis compenſari ſumptuum in prædium factorum exemplo æquum eſt.

CCCXXXIX. t Debitor actione pigneratitia rectè agit, vt creditor perceptos fructus in ſortem imputet.

CCCXL. u Cùm vitioſè vel inutiliter E contractus pignoris intercedit, retentioni locus non eſt; nec ſi bona creditoris ad fiſcum perueniant.

CCCXLI. x Is qui promiſit tibi aut Titio, ſolutum quidem Titio repetere non poteſt: ſed pignus ei datum & ante ſolutionem repetit.

CCCXLII. z Procurator citra domini voluntatem rem eius pignori fruſtrà dat. Si ta- F men pecuniam creditoris in rem domini verſam cõſtabit, non inutilis erit exceptio duntaxat quod numeratũ eſt exſolui deſideranti.

CCCXLIII. a Quicquid pignori commodi vel incommodi fortuitò acceſſit, id ad debitorem pertinet.

CCCXLIV. Si creditor theſaurum inuenerit, in alieno videbitur inueniſſe.

CCCXLV. b c Venit in hac actione & dolus & culpa, vt in commodato: venit & cuſtodia: vis maior non venit. Ea igitur quæ dili- G gens paterfamiliâs in ſuis rebus præſtare ſolet, à creditore exiguntur.

CCCXLVI. d Furtum præſtat creditor, quod patrifamiliâs diligẽti nõ fit. e Quæ verò fortuitis caſibus accidũt, cùm præuideri non potuerint f (in quibus etiã aggreſſura latronũ eſt) nullo bonæ fidei iudicio præſtãtur: & ideo

n o *l. 4. §. in pignore. D. de reb. cred. ſi cert. peta.* p *l. ſi rẽ §. vlt. D. de pig. act.* q *l. domino. § 1. D. de neg. geſt.* r *l. vn. C. etiam ob chirog. pe. pign. ten. poſſ.* ſ *l. Emptor. D. de rei vend.* t *l. 1. C. de parte pign. l. 1. C. de diſtr. pig. l. 1. cum ſeq. & l. quominus. C. de pig. act. l. ex prædiis. C. de vſur. l. fin §. 1 D. h. t l. Reſcriptum. §. ſi diuerſa. D. de diſtr pign l. Paulus in fi. D. de fideiuſ.* u *l. cum vitioſè. D. h. t.* x *l. is qui promiſit. d. t.* z *l. 1. C. ſi alie res pig. dat ſit.* a *l. ſi inter. § quicquid. D. h. t. l. ſi pignori. in prin. D. de pig act. l. Creditor D. de furt. l Pœna. D. de cond ind.* b c *l. ſi cũ venderet. § vlt & l. ſeq. D de pig. act. l. ſi vt certo. §. nunc videndum D. com. d arg. l. cũ duobus. § damna. D. pro ſoc.* e *l. quæ fortuitis. & l pignus C. de pig act §. vl. Inſt. qui. mod. re contr obl. l. ſi inter. §. quicquid. D. de pign. l. ſed de damno. D. loca. l. à procuratore. C. manda. l. quæret. D. de verb. ſign. l. nulla. §. vlt. & l. vlt. §. vlt. D. de pign. act.* f *Idem l ſi ei res. D. de act. empt.*

creditor pignora quæ ex huiuſmodi cauſa intetierint, præſtate nō cōpellitur: necà petitione debiti ſubmouetur, niſi inter contrahētes placuerit, vt amiſſio pignorum liberet debitorem.

CCCXLVII. g Si creditor ſine vitio ſuo argentum vel rem aliam pignori datam perdidit, reſtituere id non cogitur, h & cùm pignus in bonis debitoris permaneat, ipſi perire in dubium non venit. Sed ſi culpæ teus deptehenditur, vel non probet manifeſtiſſimis probationibus ſe perdidiſſe, quantum debitoris intereſt, condemnari debet.

CCCXLVIII. i Creditur pigneratitia actione cōuentus, pignus amiſſum, aut peremptum probare debet. Quo probato, ſimul etiam credetur aſſerenti ei ſine culpa amiſſum aut peremptum eſſe pignus. k E contrario debitor probare culpam debet, per quam cauſatur amiſſum aut peremptum fuiſſe pignus.

CCCXLIX. l Si non ex conſenſu debitoris, ſed ſua auctoritate creditor pignus abſtulerit, etiam caſum præſtat.

CCCL. m Furtum fit cum quis intercipiendi cauſa rem alienam amouet: ſed generaliter cùm quis alienam rem inuito domino contrectat. Itaque ſiue creditor pignore, ſiue is apud quem res depoſita eſt ea re vtatur: ſiue is qui rem vtendam accepit, in alium vſom eam transferat, quàm cuius gratia ei data eſt, furtum committit.

CCCLI. n Si agrum, domum, rémve aliam pignori datam creditor deteriorem conſtituit, eo quoque nomine pignetatitia obligatur.

CCCLII. o Creditor cùm pignus reddit, de dolo debet debitori repromittere: & ſi prædium pignoratum eſt, etiam de iure eius repromittendum, ne fortè ſeruitutes, ceſſante vti creditore, amiſſæ ſint.

CCCLIII. p Mulier quæ intercedens fundum pignori dedit, quamuis à creditore diſtractum, poteſt in rem actione petere: quia nullum pignos creditor vendidiſſe videtur.

CCCLIV. q Is quoque qui rem alienam pignori dedit, ſolutâ pecuniâ ſolet pigneratitia experiri.

CCCLV. r Si pro me quis ſoluerit creditori meo, acquiritur mihi actio pigneratitia.

g l. 4 C. de pign. act. l. ſi cum §. vlt. & l. ſeq. D. eo. t. §. vlt. Inſt. Quib. mo. re contr. oblig. l ſi vt certo. §. nunc videndum D. com l. ſi creditor. C. h. t.

h l. Pignus C. d. t.

i l. ſi creditor. d. t. arg l. Teſtium. in fi. C. de teſtib. l. ſicut. C. de fid. Inſtr. l. vlt. C. qui milit. non poſſ. lib. 12. Hoſtien. t. de pig §. 9. arg. d. l. ſi creditor. & l ſi nulla. C. de pig. act. l. quoties. §. qui dolo. D de prob.

k Io. Fab. in d. l ſi creditor ex ſententia Glo. Martinus, Ioannis, Azonis & Hug. ſemper probandam à debitore culpā cenſet, & eam probari teſtibus & coniecturis ex opinione Petri Bellapertiicenſis in l. non omnes. § à barbaris. D. de re mil.

l l. qui retiario. C. de pign. act.

m §. furtum. Inſt. de obl. quæ ex dol. naſc.

n l creditor. D. de pig. act. l. creditor qui fundos. C. eo. t.

o l. creditor cū pignus. D. d. t.

p l. Redemptores. § vlt & l. vlt. D. de rei vend.

q l ſi rem § pen. l. ſi pignore. §. ſi prædo. D. d. t. de pign. act. l. Reſcriptum. § ſed & eum. D de diſtr. pign.

r l. ſi pro me. D. de ſol. l. 1. D. quib. mo. pig. vel hyp. ſol.

CAP. XIII.

De actione pigneratitia contraria.

Prima pars.

Quibus ex cauſis detur.

CCCLVI. f ACtio pigneratitia contraria, eſt actio ciuilis, perſonalis, bonæ fidei, quæ liberato pignore datur creditori contra creditorem, vel aliâs, ex omni iuſta cauſa, vt quantum illum dare facere æquom videbitur, tanti damnetur.

CCCLVII. t Si debitor in dando pignore pro auro æs ſubiecit, vel cùm æs pignori daret, affirmauit eſſe aurum, datur creditori hæc actio.

CCCLVIII. u Si rem alienam mihi debitor pignori dederit, aut malitioſè in pignore verſatus ſit, dicendum eſt locum habere contrarium iudicium. x Quin & ſtellionatus crimine tenetur, ſi ſciens alienam pignorauerit. Quantum verò ad contrarium iudicium, ignorantia eum non excuſat.

CCCLIX. z Si quaſi ſoluturus pecuniam debitor pignus receperit, nec ſoluat, pigneratitia contraria datur.

CCCLX. a Creditor neceſſarios ſumptus, quos circa res pigneratitias fecit, exigere non prohibetur, b Sed & pignus retinere poteſt donec ſumptus exſoluti ſint: veluti ſi equos aluit, b vel inſulam fulcit, vel refecit. c In ſumma etiam debiti computabitur etiam id quod propter poſſeſſiones pignori datas ad collationem viarum muniendarū, vel quodlibet aliud obſequium præſtitiſſe creditorem conſtiterit.

Secunda pars capitis tredecimi.

Quibus ex cauſis non detur contraria pigneratitia actio.

CCCLXI. d SI ſciens creditor accipiat vel alienum, vel obligatum, contrarium ei iodicium non competit.

CCCLXII. e Si qois rem alienam mihi pignori dederit ſciens prudénſque, vel ſi quis alij obligatam mihi obligauit, nec me de hoc certioraoerit, ſtellionatus nomine plectetur, vt & ſuprà relatum eſt. Planè ſi ea res ampla eſt, & ad modicom æris fuerit pignerata, dici debebit ceſſare non ſolùm ſtellionatus crimen, ſed etiam pigneratitiam, & de dolo actionem: quaſi in nullo captus ſit qui pignori ſecundo loco accepit.

f Hothomannus Comm. in inſtitula. h. t.

t l ſi quis in pignore. & l. 1. D. d. t. de pign. act.

u l. ſi rem alienam. d. l ſi quis in pignore. §. 1. d. t. l. ſi Titio. D. h. t. l. 2. & l. quæ prædium. C. ſi res ali. pig. dat ſit.

x l Tutor. § 1. D. h. t.

z l. 3. D. d. t de pign. act.

a l. Creditor. §. 1. C. d. t. de pig. act. l. ſi neceſſarias. D. eo. t.

b d. l. ſi neceſſ.

c l. in ſumma. C. h. t.

d l. Tutor. §. 1. D. d. t. de pign. act.

e l ſi quis in pignore. §. 1. d. t.

IVRIS CIVILIS ROMANI,

GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER DECIMVSQVINTVS.

De verborum obligationibus.

TIT. I.

Hic titulus viginti capita complectitur. Caput primum eſt, Quid ſit verborum obligatio, ſeu ſtipulatio; & quomodo contrahatur, vel non. Cuius capitis prima pars, Quid ſit ſtipulatio. Secunda, Quomodo verborum obligatio ſeu ſtipulatio contrahatur, vel non. Caput ſecundum, Quæ perſonæ ſtipulari poſſint, vel non. Caput tertium, Quæ perſonæ promittendo ſtipulanti obligari poſſint, vel non. Caput quartum, Cui quis ſtipulari poſſit, vel non. Caput quintum, Quæ quis pro alio promittere ſtipulanti poſſit, vel non. Caput ſextum, Quibus de rebus ſtipulationes rectè concipiantur, vel non. Cuius prima pars, Quibus de rebus ſtipulationes rectè concipiantur. Secunda, De quibus rebus ſtipulationes non rectè concipiantur; Seu, de inutilibus ſtipulationibus. Caput ſeptimum, Diuiſiones ſtipulationum. Caput octauum, De ſtipulationibus quæ in dando conſiſtunt. Caput nonum, De ſtipulationibus quæ in faciendo conſiſtunt. Cuius prima pars, De ſtipulatione Rem tradi. Secunda, De ſtipulatione Habere licere. Tertia, De ſtipulatione Per ſe non fieri. Quarta, De ſtipulatione Alium facturum. Quinta, De ſtipulatione doli. Sexta, De ſtipulatione Inſulam fieri. Septima, Generale de faciendi obligationibus. Decimum caput, De ſtipulationibus purè conceptis. Caput vndecimum, De ſtipulationibus in diem. Caput duodecimum, De ſtipulatione ſub conditione. Caput decimum tertium, De pœnali ſtipulatione. Caput decimum quartum, De ſtipulatione ſub modo concepta. Caput decimum quintum, De tertia diuiſione ſtipulationum, ſcilicet, De ſtipulationibus certis & incertis. Caput decimum ſextum, De eo quod certo loco dari oportet. Caput decimum ſeptimum, De condictione triticaria. Caput decimum octauum, De quarta diuiſione ſtipulationum. Cuius ſecunda pars, Interpretationes quarundam ſtipulationum conuentionalium. Caput decimum nonum, De diuiduis & indiuiduis ſtipulationibus. Cuius prima pars, Communia de diuiduis & indiuiduis ſtipulationibus. Secunda, De indiuiduis ſtipulationibus. Tertia, Quibus in ſolidum obligatis detur beneficiũ diuiſionis. Caput vicesimum, Quibus modis liberetur ex ſtipulatu obligatus, vel non. Cuius prima pars, Quibus modis liberetur. Secunda, Quibus modis non liberetur.

CAPVT I.

Quid ſit verborum obligatio ſeu ſtipulatio: & quomodo contrahatur, vel non.

Prima pars.

Quid ſit.

A

I. [a] STIPVLATIO eſt verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturũ facturúmve ſe quod interrogatus eſt, reſponderit.

B

II. [b] Obligationum firmandarum gratiâ ſtipulationes inductæ ſunt, quæ quadam verborum ſolemnitate concipiuntur: ſic appellatę, quòd per eas firmitas obligationum cõſtringitur. Stipulum enim veteres firmum appellauerunt. [c] Pactis autẽ omnibus ſtipulatio ſubiici debet, vt ex ſtipulatu actio naſci poſſit.

C

III. [d] Verius eſt ſtipulationem iuris ciuilis cautionem eſſe: cùm ea nudo conſenſu vt contractus iuris gentium non peragatur. [e] Inducta etiam vt in negotiis bonæ fidei ſtricta actio ſuppeteret, ſi quis mallet ea vti.

Secunda pars.

Quomodo verborum obligatio ſeu ſtipulatio contrahatur, vel non.

Particula prima.

Quomodo contrahatur.

IV. [f] STipulatio non poteſt concipi, niſi vtroq; loquente. Et ideò neq; mutus, neque ſurdus, neque infans ſtipulationem contrahere poſſunt: nec abſens quidem, quoniam exaudire inuicem debent.

V. [g] Si quis ita interroget, Dabis? reſponderit, Quid ni? In ea cauſa eſt vt obligetur: contrà, ſi ſine verbis adnuiſſet. Non tantùm autem ciuiliter, ſed nec naturaliter obligatur qui ita adnuit. Et ideò rectè dictum eſt, non obligari pro eo nec fideiuſſorem quidem.

VI. [h] Continuus actus ſtipulantis & promittẽtis eſſe debet: vt tamẽ aliquod momẽtũ naturę interuenire poſſit, & comminus reſpõderi ſtipulanti oportet. Cęterùm ſi poſt interrogatio-

a l. Stipulationum. §. ſtipulatio. D. h. t. Inſt. eo. t. in prin. l. 1. §. verbis. l. Obligamur. §. verbis. D. de oblig. & actio.

b Paulus lib. 5. receptarum ſententiarum tit. 7. Id autem uſitũ eſt hominibus vt ad promittẽdum, paciſcendumque ſint procliues, quo fit vt ſi iure publico ad promiſſũ ſeruandum adſ gerentur data actione, magno incommodo afficerẽtur: nec eſſet latum ius. Fr. Duarenus in hunc t.

c Idem Paulus lib. 2. rec. ſent. t. 22.

d Iac. Cuiacius in d. l. 1. §. eadẽ D. h. t. l. 1. §. pen. D. de contr. emp. l. 1. D. loc.

e Paulus d. lib. & t. & lib. 5. t. de oblig. & act.

f d. l. 1. in prin. D. h. t.

g d. l. 1. §. ſi quis ita. D. h. t. nutus ſignificatio eſt voluntatis d. ſenio. §. ſ. pupillo. D. ad SC. Trebell. nõ tamẽ obligatur ciuiliter quaſi ex ſtipulatione qui adnuit quia ſtipulatio ſit vtroque loquẽte, non vno loquente, altero adnuente. Per epiſtolam, per nuntium nõ ſit: multò minus nutu, vel ſignis. Nutu aliòqui pleraque conſiſtunt. l. obligamur. § vlt. D. de obl. & act. fideicommiſſa l. nutu. D. de lega. 3. l. & in epiſtola. C. de fideic. delegationes. l. delegare. 2. D. de nouat. iubere nutu poſſumus, vt adeatur hæreditas. l. Pater. §. 1. D de acq. hæred. d. § ſi pupillo. Hic verò qui annuit non obligatur naturaliter, quaſi ex pacto & cõſenſu: quia nõ paciſcendi, ſed ſtipulãdi animus fuit Iac. Cuiac. in d. §. ſi quis ita.

h l. Continuus. D. h. t.

rogationem [i] aliud acceperit, nihil proderit, quamuis eadem die ſpopondiſſet.

VII. [k] Inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis ad ea quæ interrogatus fuerit non reſpondeat: veluti ſi quis decem aureos à te ſtipuletur, tu quinquē promittas, vel contra: [l] aut ſi ille purè ſtipuletur, tu ſub conditione promittas, vel contrà; ſi modò ſcilicet id exprimas: id eſt ſi cui ſub conditione, vel in diem ſtipulanti tu reſpondeas [Præſenti die ſpondeo.] Nam ſi hoc ſolùm reſpondeas [Promitto] breuiter videris in eandem diem vel conditionem ſpopondiſſe. Neque enim neceſſe eſt in reſpondendo eadem omnia repeti, quæ ſtipulator expreſſerit.

VIII. [m] Stipulatio etiam imperſonaliter concipi rectè poteſt: veluti [Promittis? Promittuntur. Dabis? Dabuntur.]

IX. [n] Si ſtipulanti mihi decem, tu viginti reſpondeas, non eſſe contractam obligationem niſi in decem, traditum eſt. Ex contrario quoque, ſi me viginti interrogante, tu decem reſpondeas, obligatio niſi in decem non erit contracta. [o] Quod intelligendum ita, ſi diuerſitas iſta illicò placuerit: licèt enim oportet congruere ſummam: attamen manifeſtiſſimum eſt, viginti & decem ineſſe. Sed ſi mihi Bucephalum ſtipulanti, tu Bucephalum & Pegaſum ſpoponderis, Pegaſi adiectio pro ſuperuacuo habenda eſt. Nam ſi tot ſunt ſtipulationes quot corpora, duæ ſunt quodammodo ſtipulationes, vna vtilis, alia inutilis: neq; vitiatur vtilis per hanc inutilem.

X. [p] Si ſtipulante me, Bucephalum, aut Pegaſum equum, tu vnum te daturum ſpoponderis, conſtat non teneri te, nec ad interrogatum eſſe reſponſum. Diuerſa eſt cauſa ſummarum: veluti [Decem aut viginti dare ſpondes?] Hic enim, etſi decem ſpoponderis, rectè reſponſum eſt: quia ſemper in ſummis id quod minus eſt, ſponderi videtur. Itē ſi plures res ſtipuler, Bucephalum puta, & Pegaſum, licèt vnum ſpopōderis, teneris. Videris enim ad vnā ex duabus ſtipulationibus reſpōdiſſe.

XI. [q] Si ita fuero ſtipulatus, [Mihi aut Titio?] & tu mihi daturum te ſpoponderis, ſecundùm omnium opinionē ad interrogatum te reſpondere: quia conſtat mihi ſoli acquiri obligationem: Titio autem duntaxat rectè ſoluitur.

XII. [r] Si in locando, conducendo, vendendo, emēdo, ad interrogationem quis non reſponderit, ſi tamen conſentiat in id quod reſponſum eſt, valet quod actum eſt. quia hi contractus non tam verbis quàm conſenſu confirmantur.

XIII. [ſ] Si de alia re ſtipulator ſenſerit, de alia promiſſor, perinde nulla contrahitur obligatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum non eſſet: Veluti, ſi Bucephalum equum à te quis ſtipulatus fuerit; tu de Pegaſo ſenſeris, quem Bucephalum vocari credideris.

XIIII. [t] Si id quod aurum putabam, cùm æs eſſet, ſtipulatus de te fuero, teneberis mihi huius æris nomine; quoniam in corpore conſenſerimus: ſed ex doli mali clauſula tecum agam ſi ſciens me fefelleris.

XV. [u] Si in rei, quæ promittitur, appellatione varietur, non obeſt ſtipulationi. Nam ſtipulanti denarios eiuſdem quantitatis, aureos ſpondendo obligaberis.

XVI. [x] Si in nomine eius rei quam ſtipularemur dari, erratum fuiſſet; cùm de corpore conſtitiſſet, ſtipulatio valet.

XVII. [z] Falſa cauſa non obeſt ſtipulationi. Itaque ſi diuortio facto, ea quę nihil in dote habebat, vel minùs; cētum dari ſtipuletur; centum in ſtipulationem venient. ſicuti cùm filiæ, aut matri, vel ſorori, vel alij cuilibet legaretur, vtile legatum eſſet. [a] Sed ſi per errorem promiſſum eſſet, indebiti promiſſi condictio eſt.

XVIII. [b] Qui quinque in arca habebat, ita legauit, vel ſtipulanti promiſit, [Decem quæ in arca habeo] & legatum & ſtipulatio valebit: ita tamen vt ſola quinque vel ex ſtipulatione, vel ex teſtamento debeantur.

Secunda particula ſecundæ partis capitis primi.

Quomodo non contrahatur ſtipulatio.

XIX. [c] Stipulatio nō valet in rei promittēdi arbitrium, collata cōditione. [d] Et nulla promiſſio poteſt conſiſtere, quæ ex voluntate promiſſoris ſtatum capit.

XX. * Si ita ſtipulatus fuero, [Cum vo-

i *Id eſt, aliud negotium ſuſceperit, atque ita ſtipulationi alienum interruperit, ſic videtur ea l. concilianda cum d. l. 1. §. qui præſens. D. d. t. In vulgatis codicibus legitur aliud agere cœperit. Charondas. Idque ideo induci ne promiſſor oblitus ſuæ interrogationis eſſet, aut de ea non cogitaſſe cauſaretur. Iac. Cuiacius in d. §. qui præſens.*

k *§ præterea. Inſt. de inut. ſtipul. & quod dicitur hic inutilem eſſe ſtipulationē, etiam in quinque ſic accipiendum, quia illico non placuit diverſitas reſponſionis, ut intelligendum l. eam placuiſſe. in d. l. 1. § ſi ſtipulanti. D. h. t. Iac. Cuiacius in d. §. ſi ſtip.*

l *Idem in d. l. 1. §. ſi ſimpliciter.*

m *Ia. Cuiacius in l. 5. D. h. t. And. Alciatus lib. 2. Parerg. c. 18. ubi adfert Plauti locum, in quo legitur ita concepta ſtipulatio Dabin? Dabūtur. Atque idē eſt in conſtituta pecunia. Cui res non refragatur noua Conſtitutio Iuſtiniani 25. Ubi ſi quis conſtituerit ſatiſfactum iri promittēdo, ita ſatiſfiet, non recte conſtituit, quod feciſſet ſi promiſiſſet, ita ſatisfit vel cōſtituetur quod ſatiſfiet, male explicat Alciatus præd. loco, ut & Accurſ. Contra Matthæus Veſembecy ſententiam in hanc l. qui huiuſmodi ſtipulationem imperſonaliter conceptam inutilem eſſe autumat.*

n *d. l. 1. § ſi ſtipulanti. D. h. t. Regula autem maioris ſummæ mineorem ineſſe, habet locum non ſolùm in contractibus, ut hic. Nec ad liberandum tantùm l. ſi unus §. ſed cùm mihi. D. de pact. Sed etiam ad obligandum, ut hic & l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. D. h. t. & in mandatis. l. ſi quis mihi bona § ſed ſi mandatu. D. de acq. hæred. §. is qui iuſſit de manda. l. Rogatus. D. manda. l. cū ultra C. de fideiuſ. & in teſtamētis. l. quis quartam D. de lega. 1. l. 3. §. ſi quis plus quàm. D. de adim. lega. & in iudiciis. l. ſi quis cùm totum in princ. l. cùm ex ſextante. in princ. D. de exc. rei iudic. & in ſententiis iudicum l. inter pares. D. de re iudic. & arbitrorum l. dicto proferre. § ſi plures. D. de recept. arb. c. 1. de arbitr. in 6. idque non tā ob hāc regulam, quàm quòd in deciſiuis reo fauemus magis quàm actori: quod intelligendum, ſi de ſuo iure remittere velit actor. Alioqui ſuperior iudex eſt adeundus. l. duo iudices. D. de re iudic. qui in ancipiti poterit eligere fauorabilius d. l. inter pares. Prædicta etiam regula locum habet, non ſolùm in quantitate diſcreta ſeu numerata, ut hic & d. §. ſi ſtipulāte: ſeu quæ pondus menſuramve poſſit recipere d. l. quis quartā. ſed continua d. l. quis quartā. & l. ſi quis cùm totū. in prin. D. d. t. de except. rei iudi. l. in toto D. de reg. iur. & in incorporalibus & actionibus l. qui concubinam §. 1. D. de lega. 1. l. ex ſextante D. d. t. de except. rei iudic. & in omni ſumma etiam quæ in iure conſiſtit d. l. ſi quis cùm totū & l. in eo quod plus. D. de reg. iur. c. plus ſemper de reg. iur. in 6. l. quis bis idē. in ult. l. qui uſumfructū. D. h. t. & in tēpore. l. ſi ita 12. & l. ſi ita 109. D. h. t. Car. Mol. in d. §. ſi ſtipulanti.*

o *Accurſ. in verſ. 8. ſupra ad lit. k.*

p *d. l. inter ſtipulantem. 83. §. ſi ſtipulante. D. h. t.*

q *l. ſi ſeruus 141. §. ſi ita. D. h. t.*

r *l. ſi ſtipuler. 35 §. ult. d. t.*

ſ *§. ſi de alia Inſtit. de inut. ſtipul. l. Labeo § ... à libero D. de ſuppel. lega. l. 3. D. de reb. dub. l. Sancimus in princ. C. ad SC. Trebell. l. de ætate. §. quod autem. D. de interrog. act. l. Continuus 137. §. 1 d. l. inter ſtipulantem. 83 § 1 D. h. t. Non obſtat l. ſi in emptione. in princ. D. de contr. empt. Quæ de diſſenſu de re acceſſoria venditionis loquitur. Et interpretandū de qua re cōſenſiſſe, de qua ſenſerit emptor, quomodo legendum cenſet Ia. Cuiacius (pro venditor) ad hanc l. ſcribens. Ubi & diſſenſum in materia dicit vitiare emptionem, non ſtipulationem.*

t *l. ſi id quod aurum 22. D. h. t. Idem de pignore proditum. quod de ſtipulatione l. 1. D. de pign. act. l. Cum æs. D. de furt. ſimilites de legato l. 4. D. de lega. 1. l. demonſtratio D. de cond. & dem. non idem in venditione l. in venditionibus. D. de contr. empt. Ratio differētiæ quod intereſt creditoris & ſtipulatoris ſaltem æs habere. Quod non eſt in emptore: cuius intereſt omninò non falli. Quod ſi fortè interſit ipſius, idem erit quod in ſtipulatione. Iacobus Cuiacius ad d. l. 22.*

u *l. Quæ extrinſecus. 65 & l. ſi ſub una. 136. D. h. t.*

x *l. ſi in nomine. 32. d. t.*

z *l. ſi diuortio 22. D. h. t.*

a *l. pen. §. mulier. D. Sol. matr. l. 1. C. de cond. ind. Venditio verò fundi venditi quanti à teſtatore emptus eſt, nulla eſt ſi is ei donatus ſit. l. ſi quis fundum. D. de cont. empt. quia certum pretium non habet.*

b *l. ſi ſeruus §. qui quinque. D. de lega. 1. l. ſi ita 120. D. h. t. ſecundùm interpretationem Fr. Duaren.*

c *l. Stipulatio. 17. D. hoc tit. l. hæc venditio. D. de cont. empt. l. ſub hac conditione. D. de oblig. & act.*

d *l. à Titio in ſi D. h. t.*

* *l. centeſimis 46. §. ult. d. t.*

lueris] inutilis eſt ſtipulatio, ſi antequam conſtituas, moriaris: illam autem ſtipulationem [ſi volueris dari] inutilem eſſe conſtat.

XXI. [e] Si quis arbitratu, putà Lucij Titij reſtitui ſibi ſtipulatus eſt, deinde ſtipulator ipſe moram fecerit, quominus arbitretur Titius; promiſſor quaſi moram fecerit, non tenetur. Quid ergo ſi ipſe qui arbitrari debuit, moram fecerit? magis probandum eſt à perſona non eſſe recedendum eius cuius arbitrium inſertum eſt. Et ideò ſi non arbitretur, nihil valet ſtipulatio: adeò vt & ſi pœna adiecta ſit, ne ipſa quidem committatur.

XXII. [f] Si euidens arbitrij iniquitas appareat, exploratum eſt in bonæ fidei iudiciis corrigi hanc iniquitatem debere. [g] Idémq; in ſtrictis iudiciis receptum eſt, propter contrahentium veriſimilem voluntatem: cuius nullo non in iudicio habetur ratio.

XXIII. [g] Gener à ſocero dotem arbitratu ſoceri certo die dari, non demonſtrata re vel quantitate, ſtipulatus fuerat: arbitrio quoque detracto ſtipulationem valere placuit. Nec videri ſimile, quòd fundo non demonſtrato nullum eſſe legatum vel ſtipulationem fundi conſtaret, cùm inter modum conſtituendæ dotis, & corpus ignotum magna differentia ſit. Dotis etenim quantitas pro modo facultatum patris & dignitate mariti conſtitui poteſt.

XXIIII. [h] Si equum quis generaliter promiſerit, equus debebitur quem promiſſor volet: [i] cùm in eiuſmodi ſtipulatione non tanta incertitudo quàm in fundo verſetur.

XXV. [k] [Si nauis ex Aſia cras venerit, hodie dare ſpondes:] præpoſtera ſtipulatio nuncupatur: eámque non eſſe inutilem conſtitutum eſt.

XXVI. [l] Ita ſtipulatus ſum, [Te ſiſti in certo loco: ſi non ſteteris, quinquaginta aureos dare ſpondes?] ſi dies in ſtipulatione per errorem omiſſus fuerit, cùm id ageretur, vt certo die ſiſteres, imperfecta erit ſtipulatio, non ſecus ac ſi quod pondere, numero, menſura continetur, ſine adiectione ponderis, numeri, menſuræ ſtipulatus eſſem: [m] vel inſulam ædificari, non demonſtrato loco: vel fundum dari, non adiecto nomine. Quòd ſi ab initio id agebatur vt [n] quocunque die ſiſteres, & ſi non ſtetiſſes, pecuniam dares: quaſi quælibet ſtipulatio ſub conditione concepta vires habebit: nec antè committetur, quàm fuerit declaratum reum promittendi ſiſti non poſſe.

XXVII. [o] Qui ex pluribus fundis, quibus idem nomen impoſitum fuerat, vnum fundũ ſine vlla nota demonſtrationis ſtipulatur, incertum ſtipulatur: id eſt, eum fundum ſtipulatur, quem promiſſor dare voluerit. Tandiu autem voluntas promiſſoris in pendenti eſt, quandiu id quod promiſſum eſt, ſoluatur.

XXVIII. [p] Quæ extrinſecus, & nihil ad præſentem actum pertinentia adieceris ſtipulationi, pro ſuperuacuis habebuntur, nec vitiabunt obligationem: veluti ſi dicas [Arma virúmque cano; vel ſpondeo] nihilominus valet.

XXIX. [q] Si ſcriptum in inſtrumento fuerit, promiſiſſe aliquem: perinde habetur, atq; ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit. [r] Et generaliter ſciendum eſt quòd ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe, videri omnia ſolemniter acta.

XXX. [ſ] Si librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet, nihil nocere, quominus & reus & fideiuſſor tenerentur.

XXXI. [t] Si ſtipulatus ſit aliquis poſt mortem, aut cùm moreretur, aut pridie quàm moreretur, valere ſtipulationem conſtitutum eſt: vt & legatum eo modo ſcriptum.

XXXII. [u] Tametſi verbis ſolemnibus concepta ſit ſtipulatio: tamen ſi cauſa obligandi non ſubſit, nec aliquod negotium, non valet quod actum eſt: vel ſi petatur, ex ea ſtipulatione doli mali obſtat exceptio.

XXXIII. [x] Si ſtipulationem formæ vitium inutilem efficiat, ſi tamen pactum rectè contractum ſubſit, inutilis ſtipulatio non eſt, ſi de conſenſu non dubitetur.

CAP. II.

Quæ perſonæ ſtipulari poſſint, vel non.

XXXIV. [z] IS qui fari poteſt, licèt non intelligat quod agat, ſtipulari poteſt. Et in negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum qui fari poſſunt, quamuis actum rei non intelligerent. Nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt; pupillus omnia tutore authore agere poteſt.

XXXV. [b] Quodcunque ſtipulatur is qui in alterius poteſtate eſt, pro eo habetur, ac ſi ipſe eſſet ſtipulatus.

XXXVI. [c] Si filiusfamiliâs ſub conditione ſtipulatus, emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur quo contrahimus.

CAP. III.

Quæ perſonæ promittendo ſtipulanti obligari poſſint, vel non.

XXXVII. [d] PVberes ſine curatoribus ſuis poſsũt ex ſtipulatu obligari.

Marginal notes:

e l. ſi quis arbitratu. 43. & ſeq. d. t. Idem in ſocietate. l. ſi cœta. D. pro ſoc. Emptione. l. vlt. C. de contr. emp. locatione. l. ſi merces. D. loca.

f Fr. Duarenus in d. l. ſi quis arbitratu. & ſeq. l. & ideo l. Arbitrorũ. & ſeq. l. ſocietatem. l. d. ſi ſocietatem in l. propoſita. & ſeq. D. pro ſoc. d. l. Hac venditio. D. de contr. emp. l. cõtractus. D. de reg. iur. l. ſi in lege. D. loca.

g l. ſi libertus ita iurauerit. D. de oper. libert. Cõtra Iac. Cuiacij ſententiam in d. l. ſi quis arbitratu.

g l. cum poſt. §. gener. D. de iur. dot.

h l. cũ poſt. D. de opt. leg.

i Fundus enim ex deſtinatione patrisfamiliâs conſtituitur. l. quod in verũ. D. de lega. 1. At videtur promiſſor fundi vel palmã terra dando liberari poſſe. Fr. Duarenus ad l. inter ſtipulantem 15. D. h. t.

k §. Itẽ ſi quis ita. Inſt. de inut. ſtipul. l. Præpoſteri. C. de teſta. l. huiuſmodi 64. D. h. t.

l l. ita ſtipulatus. 115 d. t.

m Idẽ in l. qui inſulam 95. d. t. Conſtare tamẽ de loco poteſt etiam cõiecturis. l. quæ conditio in fi. D. de cõd. & dem. vel, ſi tractatus de loco inter contrahentes habitus fuiſſet.

n Id perinde eſt ac ſi aliquo die ſiſtere promiſiſſet: eritque in arbitrio promiſſoris quo die ſiſti velit, ex reg. l. qui pluribus. D. h. t. Alciatus li. 3. Parerg. c. 12.

o l. qui ex pluribus 106. D. h. t.

p l. quæ extrinſecus 65. d. t.

q §. ſi ſcr. pũ. Inſt. de inut. ſtipul. Paulus li. 5. ſententiarũ t. de oblig. l. Titia, 134. §. pen. D. h. t. l. .. C. de contr. ſtip. l. ea quæ. D. de don. int. vir. & vx.

r l. ſciendũ, 30. D. h. t. §. vlt. Inſt. de fid. fideiuſſio nõ fit, niſi per ſtipulationẽ Iac. Cuiacius in d. l. ſciendũ. & fideiuſſio ſcriptura probatur. d. §. vlt.

ſ l. ſi librarius 92. D. de reg. iur.

t l. ſcrupuloſam. l. ſecundum & l. vlt. C. de cõtr. & com. ſtipul.

u l. 2. §. circa. D. de doli mal. excep. vbi Bar. & alij Alex. Conſ. 4. col. 4. & ibidẽ Melanaus in anno.

x Car. Mol. in l. 1. §. ſi quis ita. D. h. t. quẽ §. qui hanc regulã obſtare videtur, de eo actu intelligendum cẽſet, in quo deerat conſenſus, vel de eo dubitabatur. hæc confirmatur l. ſi vnus. §. pen. D. de pact. l. an inutilis. l. ſi accepto. D. de accept. l. cũ emptor. D. de reſc. vẽd. vbi inutilis ſtipulatio habet pactum, & valet cùm pacto inueatur acceptilatio, & ſimus fauorabiliores liberationi quã obligationi. l. Arrianus. D. de obl. & actio.

z Idẽ Molin. in d. l. in prin. l. 1. in negotiis. D. de reg. iur. l. 1. § furioſum. D. de oblig. & act. Nec diſtinguendum exceſſerit ſeptennium necne. l. quamuis. §. infans. D. de acqui. vel amitt. poſſ. Ibi nam iudicium infantis ſuppletur auctoritate tutoris: nam alioqui nullus ſenſus ſit. l. Pupillus. D. de acq. vel omitt. hered. l. ſeruum. D. Rem pupilli ſaluam fore, vbi vtilitatis cauſa fore receptum dicitur, vt pupillus qui fari poſſit, Rem pupilli ſaluam fore ſtipuletur, & d. §. furioſum. Benignius acceptum in pupillo quam furioſo, vt qui loqui poſſit, & ſtipulari & promittere rectè poſſit. l. ſi ſeruus 141. §. 1. D. h. t. Contra ſententiam Philippi Decij in d. l. in negotiis, & aliorum DD. & Iacobi Cuiacij in d. l. 1. h. t. & Franciſci Duareni ibid. b l. quodcunque 45. D. h. t. c l. ſi ſtipulatus ſit. 78. D. h. t. d l. Puberes 101. D. h. t. Poſſunt matrimonium iure ſine curatore iure Romano l. ſciendũ. D. de ritu nupt. Eiſdẽ ſine curatore rectè ſoluitur, tametſi debitor eis ſoluere non cogatur ob metum reſtitutionis in integrum. l. ait Prætor. D. de minor: defert pubes rectè iuſiurandum ſine curatore, tametſi rectè iudiciũ non inſtituatur ſine curatore l. nã poſtea. §. ſi minor. D. d. t. de minoribus. Pubes etiã ſoluit & reſtituit rectè ſine curatore, non etiã impubes. l. Pubes. § fin. D. ad SC. Trebell. Similiter adit rectè hereditatẽ non impubes. l. cùm in vna. §. vlt. D. de appell. Iac. Cuiacius in d. l. 101.

in iis quidem quæ ad perſonas ſuas ſpectant. [e] Res verò ſuas, veluti prædia, aut mobilia, ſoli ſine curatorum authoritate non adminiſtrant.

XXXVIII. [f] Pupillus ſine tutoris authoritate ciuiliter non obligatur. [g] Ac ne naturaliter quidem, niſi quatenus locupletior eſt factus.

XXXIX. [h] Puhes qui in parentis poteſtate eſt, perinde ac paterfamiliâs obligatur.

XL. [i] Qui cum filiofamiliâs contrahit, duos obligatos habet; filium in ſolidum, & patrem de peculio.

XLI. [k] Is cui bonis interdictum eſt, ſtipulando ſibi adquirit: tradere verò non poteſt, vel promittendo obligari. Et ideò nec fideiuſſor pro eo interuenire poteſt; ſicuti nec pro furioſo.

CAPVT IIII.

Cui quis ſtipulari poſſit, vel non.

XLII. [l] Alteri ſtipulari nemo poteſt, præterquã ſi filius patri ſtipuletur. Inuentę ſunt enim huiuſmodi obligationes ad hoc, vt vnuſquiſque ſibi adquirat, quod ſua intereſt. Cæterùm vt alij detur, non intereſt mea. Planè ſi velim hoc facere, pœnam ſtipulari conueniet: vt ſi ita factum non ſit, vt comprehenſum eſt, committatur ſtipolatio etiam ei cuius nihil intereſt. Pœnam enim cùm ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, quid interſit: [m] ſed quæ ſit quantitas, quęque conditio ſtipulationis.

XLIII. [n] Intereſſe autem noſtrâ intelligitur, ſi quid ad commodum noſtrum, incommodúmve pertineat, non ſi quoquomodo interſit, puta propinquitas neceſſitudinis, amicitiæ, aut poſtremò humanitatis ratione.

XLIV. [o] Si quis promiſerit Titium pro

e l.3.C.de in integ.reſt.

f Iac. Cuiacius in l.ſi pupillus 127.D h.t. l.pupillus.D.de oblig. & actio. l.quod pupillus. D.de cond.indeb.

g Ita Cuiacius interpretatur l.1. D de nouat. l ſi eius pupill. D. ad SC.Treb.l. ſi pupillus. D.ad leg.Falc.confirmat hanc ſententiam.l.naturaliter.& l.ſeq. D d.t. de condict.ind. Et pater ex eius obligatione naturaliter quoque obligatur, quatenus peculium factum eſt locupletius.l.1. §. ſi cum impubere. D de pec.& ratio ponenda ſpecies in d.l.1.D. de nouat.de impubere qui rem ſuam anxit, vt in ſeruo ponitur in l. in perſona. §.1.D.de pact. & cùm ex naturali obligatione non daretur actio, interuenit decretũ Pij Imper. ex quo actio vtilis in pupillum datur. l.pupillus.D.de autho. tuto.l 3. D.com.l.3 §. ſi pupillus. D. de nego.geſt. Non obſtat l.cùm illud § heres. D.quando dies lega.ced. vbi traditur cùm pupillus mutuam ſumpſiſſet pecuniam, nec locupletior factus eſſet, obligari eum naturaliter. Nam in archetypo Florentino deeſt negatio (nec) & intelligendum. accepiſſet, Et locupletior factus eſſet. Nec item l Stichum. §.aditio. D. de ſolut. Vbi legendum, vt in d.codice Florentino Conſequeretur, non Conſequitur, hoc modo, Non enim quanto locupletior factus pupillus eſt, conſequeretur, ſed in ſolidum ex datum ſuum ex hereditate retinet.

h l. ſi ſeruus. 142. D. hoc tit.

i l.1.D.de pecul l.cùm filiusfa.49. D.hoc tit.

k l.is cui bonis.6.D.hoc tit. l.3.D.de acq. vel omitt hered. l. is cui lege. D.qui teſtam. fac.poſſ.l.1.D.de cur.fur.naturaliter non obligatur prodigus, quia videtur mente carere, & luxus amentia videtur. l. his qui.in fin. D. de tuto. & cur.datis ab his.l.contrà.§. ſi curator. D de pact.l. furioſi. D.de reg.iur. Franc. Duarenus in d.l.6 non obſtat l. Marcellus. D de fideiuſſ. quia ſubuenire non vult fideiuſſori, qui pro pupillo ſine tutoris authoritate obligato, prodigóve vel furioſo fideiuſſerit, quòd ei mandati actio non competat, quoniam poſt hæc verba, Prodigóve, vel furioſo, repetenda vox antecedens Obligato, quæ explicatio convenit.l. ſi à reo.§ ſi à furioſo.D.d.tit.de fideiuſſ iure autem obligatur furioſus, vel prodigus ex delicto, vel quaſi contractu.l. furioſus. D. de oblig. & act.

l l.ſtipulatio iſta habere licere.38.§.alteri. D.hoc tit. quæcunque. D. de oblig.& act.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus. D.hoc tit l. ſolutum. D.de pign. act.l.qui tutel.§.vltim.D.de reg.iur. § ſi quis alij. Inſtit.de inut. ſtipul.poſſeſſio tamen & dominium per quamuis perſonam nobis acquiritur. l.ea quæ. D. de acq. rer.dom.

m id eſt. quid ſit pœna nomine promiſſum, quæ eſt conditio ſtipulationis, videlicet, an ea néne impleta ſit.

n Franc.Duarenus in d.§.alteri.per eum tex & ll.præd.d l ſtipulatio iſta.§. ſi ſtipuler. & §. ſi quis inſulam.& §.ſi quis ergo.

o l.quid autem.§ ſed etſi quis.D.de conſt. pec.l.quoties 81 §.vlt.D.h.t.

A ſe fideiuſſurum, factum ſuum promittere videtur perinde quaſi ſe daturum Titium fideiuſſorem diceret.

XLV. [p] Si quis alij, quàm ei cuius iuri ſubiectus ſit, ſtipuletur, nihil agit. [q] Planè ſolutio etiam in extraneam perſonam conferri poteſt: veluti ſi quis ita ſtipuletur [Mihi aut Titio dare ſpondes] Vt obligatio quidem ſtipulatori adquiratur, ſolui tamen Seio, etiã
B inuito eo rectè poſſit, vt liberatio ipſo iure contingat; ſed ille aduerſus Seium habeat mandati actionem.

XLVI. [*] Si mihi & Titio, in cuius poteſtate non ſim, ſtipuler decem, non tota decem, ſed ſola quinque mihi debentur. Pars enim aliena in obligatione deducitur, vt quod extraneo inutiliter ſtipulatus ſim, non augeat partem meam.
C XLVII. [r] Eum qui ita ſtipulatur [Mihi & Titio decem] veroſimilius eſt ſemper vnà decem communiter ſibi & Titio ſtipulari: ſicuti qui legat Titio & Sempronio, nõ aliud intelligitur quàm vnà decem communiter duobus legare.

XLVIII. [ſ] [Fundus ille eſt mihi & Titio emptus,] perſona Titij ſuperuacuò accipiẽda eſt. Ideò totius fundi emptio ad me pertinet.

XLIX. [t] Sciendum eſt, quod dari ſtipule-
D mur, non poſſe per nos vni ex hæredibus adquiri, ſed neceſſe eſſe omnibus adquiri. At cùm quid fieri ſtipulemur, etiam vnius perſonam rectè comprehendi.

L. [u] Vni tamen hæredum liberationem acquirere poſſumus: vt puta, Auus neptis nomine quam ex filio poteſtate habebat, dotẽ promiſit, & pactus eſt ne à ſe, néve à filio ſuo dos peteretur: ſi à cohærede filij dos peteretur, ipſe quidem exceptione conuentionis tuen-
E dus non erit; filius verò exceptione conuentionis rectè vtetur, quippe hæredi conſuli conceſſum eſt: nec quicquam obſtat vni tantùm ex hæredibus prouidere, ſi hæres factus ſit, cæteris autem non conſuli.

LI. [x] Qui ſibi aut filio ſuo dari ſtipulatur, manifeſtè perſonam filij in hoc complectitur, vt ei rectè ſoluatur. Neque intereſt ſibi, aut extraneo, an ſibi aut filio ſuo quis ſtipuletur. Quare vel manenti in poteſtate, vel emancipato filio rectè ſoluitur. Quod ſi ſoli filio ſuo
F qui in poteſtate ſua ſit, dari quis ſtipulatus ſit, non rectè filio ſoluetur: quia filij perſona obligationi magis quàm ſolutioni applicatur.

LII. [z] Ei qui iuri tuo ſubiectus eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi adquiris: quia vox tua tanquam filij ſit, ſicuti & filij vox tanquam tua intelligitur in iis rebus quæ tibi adquiri poſſunt.

LIII. [a] Quod dicitur patrem filio vtiliter ſtipulari, quaſi ſibi ille ſtipularetur; hoc in
G his verum eſt, quæ iuris ſunt, quæque adquiri patri poſſunt. Alioquin ſi factum conferatur in perſonam filij, inutilis erit ſtipulatio: veluti, vt tenere ei, vel ire agere liceat. Contrà autem filius, etiam vt ire patri liceat, ſtipulando adquiret ei. Imò & quod in ſuam

p § ſi quis alij. Inſtit. de inut. ſtipul l. vlt.§. vlt. D h.t.

q Idem. l cùm quis.§.d t.l. ſi ſtipulatus. D. de ſol.

** l.ſi mihi 110 D.h.t. §.quod ſi quis. Inſtit de inut. ſtipul*

r l. eum qui ita.56.D.h.t.

ſ l. Fundus. D. de contr. empt.

t l.Cõtinuus. 137.§. vlt D. h.t.non obſtat. l.Auus.D.de pact. quæ non d acquirẽda obligatione vni ex hæredibus loquitur, quod fieri nequit, ſed exceptione pacti quæ vni poteſt acquiri.

u d.l.Auus. D. de pact.l. Auus.D.de pact. dotal.l. & hæredi. §. 1.d.t. de pact. Cuius rei hæc ratio eſt quòd ſimus faciliores ad liberãdum l. Arrianus. D. de oblig & act.

x l. Eũ qui 56.§. qui ſibi. D.h.t.

z §.Ei verò Inſt.de inut ſtipul. l. Dominus 39. D.h.t. l.1.C.de contr. & com.ſtipul.

a l.Quod dicitur.130. D.h. tit.

perſonam conferte non poteſt, hoc patri adquiret.

L I V. [b] Ea quæ ciuilitet adquituntur, pet eos qui in poteſtate noſtra ſunt, adquirimus, veluti ſtipulationē. Quod natutalitet adquiritur, ſicut eſt poſſeſſio, per quemlibet, volentibus nobis poſſidere, adquitimus.

L V. [c] Si ita quis ſtipulatus ſit [Poſt mortem meam filiæ meæ dabis?] vel ita [Poſt mortem filiæ meæ mihi dari?] vtiliter erit ſtipulatus: ſed ptimo caſu filiæ vtilis actio competit, licèt ei hæres non exiſtat.

L V I. [d] Si tabularius rem pupilli ſaluam fore ſit ſtipulatus, vtilis ex ſtipulatu actio datur. [e] Idem dicendum, ſi auus ſtipuletur nepti, diuortio facto, dotem reddi.

CAP. V.

Quæ quis pro alio promittere ſtipulanti poſſit, vel non.

L V I I. [f] INter ſtipulantem & ptomittentem negotium conttahitur. Itaque alius pro alio promittens daturum, factutúmve eum, non obligatur. Nam de ſe quemque ptomittete oportet.

L V I I I. [g] Sed ſi quis effectutum ſe, vt Titius daret, ſpoponderit, obligatur.

L I X. [h] Qui ſpondet dolum malum abeſſe, abfuturúmque eſſe, non ſimplex abnutiuum ſpondet, ſed cutatutū ſe, vt dolus malus abſit. Idémque in illis ſtipulationibus [habere licete.] Item [neque pet te, neque per hæredem tuum fieri quominus fiat.] Et quoties quis alium ſiſti promittit, nec adiicit pœnam, Id quanti ſiſti continetur: nam hoc ptomittit, ſe acturum vt ſiſtat.

L X. [k] [Te & Titium hætedem tuum dare ſpondes?] Titij perſona ſupetuacua comprehenſa eſt. Siue enim ſolus hetes exſtitetit, in ſolidum tenebitur; ſiue pto parte, eodem modo quo cæteri cohęredes eius obligabitur: & quamuis conueniſſe videatur, ne ab alio hærede quàm Titio peteretur: tamen inutile pactum conuentum cohętedibus eius etit.

CAPVT VI.

Quibus de rebus ſtipulationes rectè concipiantur, vel non.

Cuius prima pars.

Quibus de rebus rectè concipiantur.

L X I. [l] SI quis cùm rem vendetet, ſtipulatus ſit, ne ea alienaretur,

A alienatio tamen contra huiuſmodi conuentionis legem facta, ittita non erit: ſed ex ſtipulatu actio in eum qui contrà fecetit, dabitur, vel condictio ob cauſam, vt rem aut æſtimationem præſtet, quæ rei poſſeſſorem oon ſequitur.

L X I I. [m] Cohætedes, cùm prædia hæreditatia diuiſerant, vnum prædium commune reliquerunt ſub hoc pacto, vt ſi quis eorum partem ſuam alienate voluiſſet, eam vel co-

B hætedi ſuo, vel eius ſucceſſori venderet centum viginti quinque. Quod ſi quis aliter feciſſet, pœnam centum inuicem ſtipulati ſūt. Quæſitum eſt, cùm cohætes mulier cohæredis liberorum tutores ſæpius teſtatò conuenerit, & denuntiauetit, vt ſecundùm conuentionem aut emant, aut vendant, hique nihil tale fecerint: an ſi muliet extero vendiderit, pœna ab ea centum exigi poſſit. Reſponſum

C eſt, ſecundùm ea quæ proponerentur, obſtatutam doli mali exceptionem.

L X I I I. [n] Viam ptomittere & is poteſt qui fundum non habet.

Secunda pars capitis ſexti.

De *quibus rebus ſtipulationes non rectè concipiantur:*

D *Seu,*

De *inutilibus ſtipulationibus.*

L X I I I I. [o] GEneralitet nouimus turpes ſtipulationes nullius eſſe momenti: veluti, ſi quis homicidium vel furtum ſe facturum ptomittat: ſed & officio quoque iudicis continetur, ex huiuſmodi obligationibus actiones denegari. [p] Et ſi flagitij faciendi vel facti cauſâ concepta ſit ſtipu-

E latio, ab initio non valet.

L X V. [q] De ſucceſſione futura ſtipulatio interpoſita, quaſi contta bonos mores, nullius eſt momenti: veluti ita concepta, [Si hęredem me non feceris, tantum dare ſpōdes?] [r] Nec valet conuentio inter duos facta de mutua ſucceſſione, niſi inter commilitones. [ſ] Nec valet item conuentio, ſi duo vel plures qui ſpetant tettij cuiuſpiam ſucceſſionem, eo viuo, nec conſentiente, præmaturè inter

F ſe de eius diuiſione intet ſe paciſcantur.

L X V I. [t] Motibus tamen Galliæ receptū eſt, vt nubentes filiæ renuntiare hæreditati poſſint, vel in certam eius partem ſuccedant.

L X V I I. [u] Libera matrimonia eſſe placuit, oec vinculo pœnæ obſtringi, ſiue futura, ſiue iam contracta: nec pœna, ſi filia non nupſiſſet certæ perſonæ, promiſſâ, ex ſtipulatu peti poteſt.

G L X V I I I. [x] Si ſtipulatio facta fuetit, [Si culpa tua diuortium factum fuerit, dari?] Nulla ſtipulatio eſt: quia contenti eſſe debemus pœnis legibus comprehenſis: niſi ſi ſti-

pulatio

Marginal notes, left column:

[a] l. ea quæ. D. de acq. rer. dom. ſingulari iure receptum eſt, vt credita pecunia, ſi quis ſuam, vel noſtram pecuniam credat, noſtro nomine nobis competat condictio ex numeratione. l. cer... § ſi nummos. D. de reb. cred. l. 2. C. per quas perſo. nob. acq.

[c] l. quodcunque 45. § ſi ita quis. D h. t. l. pater. D de pact. dot. quod tributum ſummis parentū affectionibus in illos l publia. in prin. D depoſ. l. pater. l pactum C. de pact. conu.

[d] Iac. Cuiacius in d. l. ſtipulatio iſta habere licere. 38. § in ſtipulationibus.

D h. t. l. 2. 3. 4. D. rem pup. ſal. fur.

[e] l. Caius. D. ſol. matr.

[f] l inter ſtipulantem 83. D

[g] d. l. ſtipulatio iſta hab. lic. l. ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Titius. d. l. § ſi quis a... Inſt. de inut. ſtip. l. ſicut reus. D. de fideiuſ. ſcilicet, ne homines quibus promiſſiones huiuſmodi ... graue aliquod damnū crebro inciderēt, ... quemque ita demum obligari, ſi de ſe, non de alio promitterent. Fr. Duar. in d. l. ſtip. iſta hab. lic.

[h] d. § ſi quis ... dum.

[h] d. l. inter ſtipul. ... item.

Marginal notes, right column:

[m] d. l. qui Romæ, 122 § cohæredes. D h. t.

[n] l hæredes § an ea. D. fam. erciſc.

[o] l. Generaliter, & ſeq. D. h. t. §. quod turpi. Inſtit. de de inut. ſtipul. l. 5. C. de con dict. ob turp. cauſ. l. Iuſiſſi lium. §. ſi vt maleficiū. D. de pact. l. 1. & pen. D. d. t. de cond. ob turp. cauſ. Quæ honeſtè non poſſumus, ea nec facere nos poſſe credimus. l. filius. D de cō dit. Inſtit. l. ſi flagitij. D. h. t. Nec verò dubium eſt quin omnibus cæteris contractibus noceat talis cōditio, nedum ſtipulationi. l. non ſolum D. de oblig & act. Teſtamēto verò adſcripta non nocet. l. 3. D de condit. & dem. l. 1. D. de condit. Inſtit. §. impoſſibilis. Inſtit. de hæred. Inſtit. Fr. Duarenus in l. impoſſibilis. 7. D. h. t.

[p] d. l. ſi flagitij. 123 D. h. t.

[q] l. Ex eo. C. de inut. ſtipul. l. cùm donationis. C. de trāſ. l. hæreditas. C. de pact. conu. l. Pactū quod dotali. C. de pact.

[r] l. licèt. eo. t.

[ſ] l. vlt. eo. t. Eſt enim certiſſima huiuſmodi de conuentio. Iac. Cuiacius. in d. l. Generaliter. 26. D. h. t.

[t] Et his moribus conuenit nouā Conſt. Leonis. 19. nec abrogatum per d. l. Pactū quod dotali. Et conuenit iura Feudorum. t. ſi de feudo defen. contr. ſit. § filij; in quo deeſt negatio & in l. de filijs natural. ex matr. ad Morganat. contracto.

[u] l. Titia 134. D h. t.

[x] l. Stipulatio. 19. eo. t. l. 2. C. de inut. ſtipul.

Footnotes, left column:

[i] l. quoties quis alium. D. hoc tit.

[k] l. eum qui. 53. § 1. D. hoc tit. Titius enim vltra portionem hæreditariam habetur pro extraneo. l cùm a matre. Cod. de rei vend. l ſi adulta. C. de hæred. act.

[l] Franciſc. Duarenus in l ſi ita 135 §. ea lege. D. hoc tit. Iacob. Cuiacius in l. qui Romæ. 122. §. cohæredes D. eod. tit. argum. d. d. ll & l. ſi ſterilis §. ſi tibi. D de act. empt l. quis vendum. 2. D. de contr. empt. l. vltim. Cod. de reb. alien. non alien. l 3. Cod. de cond. ob cauſ. l vltim. Cod. de pact. inter empt. & vend. Sed ſi creditor paciſcatur, ne debitor pignus vel hypothecam vendat, non eſt pactio irrita, quòd ei paciſcatur ius retinet ius in re. l. ſi creditor. §. vltim. D. de diſtr pign. Prohibitio autem alienationis facta teſtamento, non valet, niſi in gratiam fideicommiſſarij fiat, & ... dum huiuſmodi præceptum pro conſilio habetur. l. filiusfa. §. diui. D. de lega. 1. l. cùm pater. §. Iulianus Agrippa. D. eod. tit. Si in gratiam fideicommiſſarij facta ſit, alienatio cōtra præceptum valet, ſed fideicommiſſario perſecutio competit, non in hæredem tantum, ſed & in emptorem. Quod non fit ex pactis. l. qui ſo... dum §. vltim. D. de lega. 2. l. pater. §. . . D. de lega. 3. l. ſi quando. §. heres. D. de lega. 1.

pulatio tantundẽ habeat pœnę, quanta in lege ſit comprehenſa. [z] Pœnæ autem legitimæ diuortij, ſunt dotis, aut rerum propter nuptias donatarum amiſſio.

z l. conſenſu C. de repud.

LXIX. [a] Mulier ab eo, cuius in manum conueniebat, ſtipulata fuerat ducenta, ſi tempore matrimonij concubinę conſuetudinem repetiiſſet. Nihil cauſę eſſe reſponſum eſt, cur ex ſtipulatione quę ex bonis moribus concepta fuerat, mulier impleta conditione aſſequi non poſſit.

a l. ſi ita ſtipulatus fuero §. 1. D. h. t.

LXX. [b] Tametſi nuptię pœna conſtringi non poſſint, eas tamen promiſſis allici nihil vetat. Et ſtipulatio ita concepta [Si quę mihi nupſerit, decem dotis eius nomine dare ſpõdes?] non eſt inutilis: cùm conditio etiam ex incertę perſonæ facto parere obligationem poſſit: veluti [Si quis à me x. petierit, tut dare ſpondes?]

b l. ſi ita 97. §. ult. vbi Lac. Cu iacius. D. h. t. l. 3. §. & ſi ſtipulanti. l. cùm hic ſtatus. §. ſi ſponſus. D. de dona. int. vir. & vxo. l. à Titio 108. D. h. t.

LXXI. [c] Ea duntaxat quæ natura ſui poſſibilia ſunt, deducuntur in obligationem: déque iis rebus negotium rectè gerimus, quæ ſubiici vſibus dominióque noſtro ſtatim poſſint. Ideóque ſacram rem, vel vſibus publicis in perpetuum relictam, vt forum, aut baſilicam inutiliter ſtipulor: quamuis res ſacra profana fieri, aut vſibus publicis relicta, in priuatos vſus reuerti poſſit. Nam cùm quis rem profanam dare promiſit, liberatur, ſi ſine facto eius res ſacra eſſe cœperit. [d] Nec ſtatim ab initio talis ſtipulatio valebit, [Sacram rem cùm profana fiet date ſpondes?] & ſimilia.

c l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. eo. t.

d §. item contra Inſt. de inut. ſtipul. l. continuus. §. cùm quis. D. h. t.

LXXII. [e] Fundus hoſtium, cùm eius commercium non ſit, in ſtipulatum deduci non poteſt. [f] Receptum tamen eſt, vt res captæ ab hoſtibus in commercio ſint propter ſpem poſtliminij.

e l. liber homo. 103. eo. t.

f l. ult. D. de act. empt. l. id quod. l. ſeruus. D. de lega. 1.

LXXIII. [g] Si ſtipulor vt id fiat, quod natura fieri non concedit, non magis obligatio conſiſtit, quàm cùm ſtipulor vt detur quod dari non poteſt; niſi per quem ſtetit quominus facere id poſſim.

g l. ſi ſtipulor. 35. D. h. t.

LXXIV. [h] Omnis res quæ dominio noſtro ſubiicitur, in ſtipulationem deduci poteſt, ſiue mobilis ſit, ſiue ſoli. At ſi quis rem, quæ in rerum natura non eſt, aut eſſe non poteſt, dari ſtipulatus fuerit, veluti Bucephalum equum qui mortuus ſit, quem viuere credebat: aut hippocentaurum qui eſſe non poſſit, inutilis eſt ſtipulatio.

h Inſt. de inut. ſtipul. in prin.

LXXV. [i] Etſi non habens prędium, ſeruitutem vtiliter promittat: [k] tamen prædium non habenti inutiliter ſeruitus promittitur.

i Fran. Duarenus in l. multũ intereſt 34. D. hoc t. l. heredes. §. an ea. D. fam. erciſc.

k l. 1. D. com. præd.

LXXVI. [l] Si ab eo ſtipulatus ſim qui efficere non poſſit, cùm alij poſſibile ſit, iure factam obligationem conſtat: nec facit inutilem ſtipulationem difficultas præſtationis.

l l. 2. §. ex his. D. h. t. l. ult. D. de act. empt. l. cùm heres §. 1. D. de ſtatul.

LXXVII. [m] Stipulatio acceſſoria tametſi ſit inutilis, quia res impoſſibilis in eam deducta ſit, non vitiat principalem: [n] veluti ſi ita ſtipulatus fuero [Te ſiſti, & niſi ſtiteris, hippocentaurum dari?] perinde erit atque ſi te ſiſti ſolũmodò ſtipulatus eſſem. Contra tamen acceſſoria ſtipulatio & pœnalis vitiatur propter principalem quæ impoſſibile continet.

m Fr. Duarenus in l. ſi ita 97. D. h. t. per illum text. & l. ſi ita 126. §. ult. eo. t.

n d. l. 97.

LXXVIII. [o] Nemo rem ſuam vtiliter ſtipulatur; ſed pretium rei ſuæ, non inutiliter. Sanè rem meam mihi reſtitui rectè ſtipulari videor. [p] Et ſi rem meam ſub conditione ſtipuler, vtilis ſtipulatio eſt, ſi conditionis exiſtentis tempore mea non ſit.

o l. Nemo rẽ ſuam. 82. & l. Stichum. 16 eo. t. § 1. Inſt. de inut. ſtipul.

p l. ſi rem meam. D. h. t.

LXXIX. [q] Si dari ſtipuler id quod mihi iam ex ſtipulatu debeatur, cuius ſtipulationis nomine exceptione tutus ſit promiſſor, obligatur ex poſteriore ſtipulatione: quia ſuperior quaſi nulla ſit, exceptione obſtante.

q l. ſi dari 25. eo. t.

LXXX. [r] Si quis ſine cauſa ab aliquo fuerit ſtipulatus, ſi ex ea ſtipulatione experiatur, doli mali exceptio ei nocebit: & licèt eo tempore quo ſtipulabatur, nihil dolo malo admiſerit, tamen dicendum eſt dolo facere, ſi perſeueret ex ea ſtipulatione petere, ſi iuſtã cauſam non habeat cùm litem conteſtatur. Proinde & ſi crediturus pecuniam ſtipulatus eſt, nec credidit: & ſi certa cauſa fuit ſtipulationis, quæ tamen aut non eſt ſecuta, aut finita, dicendum erit nocere exceptionem.

r l. 2. §. circa. D. de doli mali & met. exc.

LXXXI. [ſ] Si quis, cùm aliter eum conueniſſet obligari, aliter per machinationem obligatus eſt, erit quidem ſubtilitate iuris obſtrictus, ſed doli exceptione vti poteſt. Qui enim per dolum obligatus eſt, competit ei exceptio. Idem eſt, etſi nullus dolus interceſſerit ſtipulantis, ſed ipſa res in ſe dolum habeat. Cùm enim quis petat ex ea ſtipulatione, hoc ipſo dolo facit quod petit.

ſ l. ſi quis cũ aliter. 36. D. h. t. l. & elegãter. D. de dolo. Hinc patet dolum dantem cauſam cõtractui ſtricti iuris eum non vitiare: cùm ei exceptio opponi debeat: Quod contrà eſt in bonæ fidei iudiciis. l. pen. C. de inut. ſtipul. in contractibus bonæ fidei, ſi euidens & intollerabilis fraus fuerit in re ipſa: ipſo iure nihil agitur, quia exceptio doli bonæ fidei iudiciis ineſt. l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. D. de lega. 1.

CAP. VII.

Diuiſiones ſtipulationum.

Prima diuiſio.

LXXXII. [t] STipulationum quædam in dando, quædam in faciendo conſiſtunt.

t l. 2. D. h. t.

Secunda.

LXXXIII. [u] Obligationum ferè quatuor cauſæ ſunt. Aut enim dies in his eſt, aut conditio, aut modus, aut acceſſio.

u l. Obligationum ferè. D. de oblig. & act. §. omniũ. Inſt. de verb. oblig.

Tertia.

LXXXIIII. [x] Stipulationum quædam certæ ſunt; quædam incertæ.

x l. Stipulationum. 74. D. h. t.

Quarta.

LXXXV. [z] Stipulationum aliæ iudiciales ſunt, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes, Prætoriæ & iudiciales.

z l. Stipulationum. §. eo. t. Inſti. de diuiſ. ſtipul. in prin.

Quinta.

LXXXVI. [a] Stipulationum quædam diuiduæ ſunt: quædam indiuiduæ.

a l. 1. §. & harum. D. h. t.

CAPVT VIII.

De ſtipulationibus, quæ in dando conſiſtunt.

LXXXVII. [b] HÆc ſtipulatio [fundum Tuſculanum dari] oſtendit ſe certi eſſe: continétque vt dominium omnimodo efficiatur ſtipulatoris quoquomodo.

b l. ubi autẽ §. ult. eo. t.

perſonam conferre non poteſt, hoc patri adquiret.

L I V. b Ea quæ ciuiliter adquiruntur, per eos qui in poteſtate noſtra ſunt, adquirimus, veluti ſtipulationē. Quod naturaliter adquiritur, ſicut eſt poſſeſſio, per quemlibet, volentibus nobis poſſidere, adquirimus.

L V. c Si ita quis ſtipulatus ſit [Poſt mortem meam filiæ meæ dabis?] vel ita [Poſt mortem filiæ meæ mihi dari?] vtiliter erit ſtipulatus: ſed primo caſu filiæ vtilis actio competit, licèt ei hæres non exiſtat.

L V I. d Si tabularius rem pupilli ſaluam fore ſit ſtipulatus, vtilis ex ſtipulatu actio datur. e Idem dicendum ſi auus ſtipuletur nepti, diuortio facto, dotem reddi.

C A P. V.

Quæ quis pro alio promittere ſtipulanti poſſit, vel non.

L V I I. f INter ſtipulantem & promittentem negotium contrahitur. Itaque alius pro alio promittens daturum, facturúmve eum, non obligatur. Nam de ſe quemque promittere oportet.

L V I I I. g Sed ſi quis effecturum ſe, vt Titius daret, ſpoponderit, obligatur.

L I X. h Qui ſpondet dolum malum abeſſe, abfuturúmque eſſe, non ſimplex abnutiuum ſpondet, ſed curaturū ſe, vt dolus malus abſit. Idémque in illis ſtipulationibus [habere licere.] Item [neque per te, neque per hæredem tuum fieri quominus fiat.] Et quoties quis alium ſiſti promittit, nec adiicit pœnam, Id quanti ſiſti continetur: nam hoc promittit, ſe actorum vt ſiſtat.

L X. k [Te & Titiom hæredem tuum dare ſpondes?] Titij perſona ſuperuacua comprehenſa eſt. Siue enim ſolus heres exſtiterit, in ſolidum tenebitur; ſiue pro parte, eodem modo quo cæteri coheredes eius obligabitur: & quamuis conueniſſe videatur, ne ab alio hærede quàm Titio peteretur: tamen inutile pactum conuentum coheredibus eius erit.

C A P V T V I.

Quibus de rebus ſtipulationes rectè concipiantur, vel non.

Cuius prima pars.

Quibus de rebus rectè concipiantur.

L X I. i SI quis cùm rem venderet, ſtipulatus ſit, ne ea alienaretur,

b l. ea quæ. D. de acq. rer. dom. ſingulari iure receptum eſt, in credita pecunia, vt ſi quis ſuam, vel noſtram pecuniam credat, noſtro nomine nobis competat ćōdictio ex numeratione. l. certi § ſi nummos. D. de reb. cred. l. 2. C. per quas perſo. nob. acq. c l. quodcunque 45. § ſi ita quis. D. h. t. l. pater. D. de pact. dot. quod tribuitur ſummis parentū affectionibus in filios. l publia. in prin. D depoſ. l. pater. l pactum C. de pact conu. d Iac. Cuiacius in d. l. ſtipulatio iſta habere licere. 38 § in ſtipulationibus. D h. t. l. 2. 3. 4. D. rem pup. ſal. for. e l. Caius. D. ſol. matr. f l inter ſtipulantem 83. D h t d. l. ſtipulatio iſta hab. lic. l. ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Titius. d. t. § ſi quis alium. Inſt. de inut. ſtip. l. ſicut reus. D. de fideiuſ. ſcilicet, in hominis qui ob promiſſiones huiuſmodi in graue aliquod damnū crebrò incideret, placuit, quemque ita demum obligari, ſi de ſe, non de alio promitterent. Fr. Duar. in d. l. ſtip. iſta hab. lic. g d. § ſi quis alium. h d. l. inter ſtipulantem.

i l. quoties quis alium. D. hoc tit. k l. eum qui. 53. § 1. D. hoc tit. Titius enim vltra portionem hæreditariam habetur pro extraneo. l. cùm à matre. Cod. de rei vend. l ſi adulta. C. de hæred. act. l Franciſc. Duarenus in l ſi ita 135 §. ea lege. D. hoc tit Iacob. Cuiacius in l. qui Romæ. 122. §. cohæredes D. eod. tit. argum. dd ll & l ſi ſterilis §. ſi tibi. D de act. empt l. qui fundum. 2. D. de contr. empt. l. vltim. Cod. de reb. alien. non alien. l 3. Cod de cond. ob cauſ. l vltim. Cod. de pact inter empt. & vend. Sed ſi creditor paciſcatur, ne debitor pignus vel hypothecam vendat, non eſt pactio irrita, quod a paciſcatur qui retinet ius in re. l. ſi creditor. §. vltim. D. de diſtr pign Prohibitio autem alienationis facta teſtamento, non valet, niſi in gratiam fideicommiſſarij fiat, & nudum huiuſmodi preceptum pro conſilio habetur. l. filiusfa. §. diui. D. de lega. 1. l cùm pater. §. Iulianus Agrippa. D. eod. tit. Si in gratiam fideicommiſſarij facta ſit, alienatio cōtra preceptum valet, ſed fideicommiſſario perſecutio competit, non in heredem tantùm, ſed & in emptorem. Quod non ſit ex pactis l qui ſolidum §. vltim. D. de lega. 2. l pater. §. . . D. de lega. 3. l. ſi quando §. heres. D. de lega. 1.

A alienatio tamen contra huiuſmodi conuentionis legem facta, irrita non erit: ſed ex ſtipulatu actio in eum qui contrà fecerit, dabitur, vel condictio ob cauſam, vt rem aut æſtimationem præſtet, quæ rei poſſeſſorem non ſequitur.

L X I I. m Cohæredes, cùm prædia hæreditaria diuiſerant, vnum prædium commune reliquerunt ſub hoc pacto, vt ſi quis eorum partem ſuam alienare voluiſſet, eam vel cohæredi ſuo, vel eius ſucceſſori venderet centum viginti quinque. Quod ſi quis aliter feciſſet, pœnam centum inuicem ſtipulati sūt. Quæſitum eſt, cùm cohæres mulier cohæredis liberorum tutores ſæpius teſtatò conuenerit, & denuntiauerit, vt ſecundùm conuentionem aut emant, aut vendant, hique nihil tale fecerint: an ſi mulier extero vendiderit, pœna ab ea centum exigi poſſit. Reſponſum eſt, ſecundùm ea quæ proponerentur, obſtaturam doli mali exceptionem.

L X I I I. n Viam promittere & is poteſt qui fundum non habet.

Secunda pars capitis ſexti.

De *quibus rebus ſtipulationes non rectè concipiantur:*

Seu,

De *inutilibus ſtipulationibus.*

L X I I I I. o GEneraliter nouimus turpes ſtipulationes nullius eſſe momenti: veluti, ſi quis homicidium vel furtum ſe facturum promittat: ſed & officio quoque iudicis continetur, ex huiuſmodi obligationibus actiones denegari. p Et ſi flagitij faciendi vel facti cauſâ concepta ſit ſtipulatio, ab initio non valet.

L X V. q De ſucceſſione futura ſtipulatio interpoſita, quaſi contra bonos mores, nullius eſt momenti: veluti ita concepta, [Si heredem me non feceris, tantum dare ſpōdes?] r Nec valet conuentio inter duos facta de mutua ſucceſſione, niſi inter commilitones. ſ Nec valet item conuentio, ſi duo vel plures qui ſperant tertij cuiuſpiam ſucceſſionem, eo viuo, nec conſentiente, præmaturè inter ſe de eius diuiſione inter ſe paciſcantur.

L X V I. t Moribus tamen Galliæ receptū eſt, vt nubentes filiæ renuntiare hæreditati poſſint, vel in certam eius partem ſuccedant.

L X V I I. u Libera matrimonia eſſe placuit, nec vinculo pœnæ obſtringi, ſiue futura, ſiue iam contracta: nec pœna, ſi filia non nupſiſſet certæ perſonæ, promiſſa, ex ſtipulatu peti poteſt.

G L X V I I I. x Si ſtipulatio facta fuerit, [Si culpa tua diuortium factum fuerit, dari?] Nulla ſtipulatio eſt: quia contenti eſſe debemus pœnis legibus comprehenſis: niſi ſi ſti-

m d. l. qui Romæ, 122. § cohæredes. D h. t. n l hæredes. §. an ea. D. fam. erciſc. o l. Generaliter, & ſeq. D. h. t. §. quod turpi. Inſtit. de de inut. ſtipul. l. 5. C. de condict. ob turp. cauſ. l. Iuriſgentium. §. ſi ob maleficiū. D. de pact. l. 1. & pen. D. d. t. de cond. ob turp. cauſ. Quæ honeſtè non poſſumus, ea nec facere nos poſſe credimur. l. ſi filius. D. de cōdit. Inſtit. l. ſi flagitij. D. h. t. Nec verò dubium eſt quin omnibus cæteris contractibus noceat talis cōditio, nedum ſtipulationi. l. non ſolùm D. de oblig. & act. Teſtamēto verò adſcripta non nocet. l. 3. D. de condit. & dem. l. 1. D. de condit. Inſtit. §. impoſſibilis. Inſtit. de hæred. Inſtit. Fr. Duarenus in l. impoſſibilis. 7. D. h. t. p d. l. ſi flagitij. 123. D. h. t. q l. Ex eo. C. de inut. ſtipul. l. cùm donationi. C. de trāſ. l. hæreditas. C. de pact. conu. l. Pactū quod dotali. C. de pact. r l. licèt. eo. t. ſ l. vlt. eo. t. Eſt enim contra iura huiuſmodi conuentio. Iac. Cuiacius. in d. l. Generaliter, 26. D. h. t. t Et his moribus conuenit noua Conſt. Leonis. 19. nec abrogatur per d. l. Pactū quod dotali. Et conueniūt iura Feudorum. t. ſi de feudo defun. contr. ſit. § filij, in quo deeſt negatio & tit. de filijs natural. ex matr. ad Morganic. contracto. u l. Titia 134. D h. t. x l. Stipulatio. 19 eo. t. l. 2. C. de inut. ſtipul.

pulatio tantundé habeat pœnę, quanta in lege ſit comprehenſa. [z] Pœnæ autem legitimæ diuortij, ſunt dotis, aut rerum propter nuptias donatarum amiſſio.

LXIX. [a] Mulier ab eo, cuius in manum conueniebat, ſtipulata fuerat ducenta, ſi tempore matrimonij concubinę conſuetudinem repetiiſſet. Nihil cauſę eſſe reſponſum eſt, cur ex ſtipulatione quę ex bonis moribus concepta fuerat, mulier impleta conditione aſſequi non poſſit.

LXX. [b] Tametſi nuptię pœna conſtringi non poſſint, eas tamen promiſſis allici nihil vetat. Et ſtipulatio ita concepta [Si quę mihi nupſerit, decem dotis eius nomine dare ſpődes?] non eſt inutilis: cùm conditio etiam ex incertę perſonæ facto parere obligationem poſſit: veluti [Si quis à me x. petierit, tot dare ſpondes?]

LXXI. [c] Ea duntaxat quæ natura ſui poſſibilia ſunt, deducuntur in obligationem: déque iis rebus negotium rectè gerimus, quæ ſubiici vſibus dominióque noſtro ſtatim poſſint. Ideóque ſacram rem, vel vſibus publicis in perpetuum relictam, vt forum, aut baſilicam inutiliter ſtipulor: quamuis res ſacra profana fieri, aut vſibus publicis relicta, in priuatos vſus reuerti poſſit. Nam cùm quis rem profanam dare promiſit, liberatur, ſi ſine facto eius res ſacra eſſe cœperit. [d] Nec ſtatim ab initio talis ſtipulatio valebit, [Sacram rem cùm profana fiet dare ſpondes?] & ſimilia.

LXXII. [e] Fundus hoſtium, cùm eius commercium non ſit, in ſtipulatum deduci non poteſt. [f] Receptum tamen eſt, vt res captæ ab hoſtibus in commercio ſint propter ſpem poſtliminij.

LXXIII. [g] Si ſtipulor vt id fiat, quod natura fieri non concedit, non magis obligatio conſiſtit, quàm cùm ſtipulor vt detur quod dari non poteſt; niſi per quem ſtetit quominus facere id poſſim.

LXXIV. [h] Omnis res quæ dominio noſtro ſubiicitur, in ſtipulationem deduci poteſt, ſiue mobilis ſit, ſiue ſoli. At ſi quis rem, quæ in rerum natura non eſt, aut eſſe non poteſt, dari ſtipulatus fuerit, veluti Bucephalum equum qui mortuus ſit, quem viuere credebat: aut hippocentaurum qui eſſe non poſſit, inutilis eſt ſtipulatio.

LXXV. [i] Et ſi non habens prędium, ſeruitutem vtiliter promittat: [k] tamen prædium non habenti inutiliter ſeruitus promittitur.

LXXVI. [l] Si ab eo ſtipulatus ſim qui efficere non poſſit, cùm alij poſſibile ſit, iure factam obligationem conſtar: nec facit inutilem ſtipulationem difficultas præſtationis.

LXXVII. [m] Stipulatio acceſſoria tametſi ſit inutilis, quia res impoſſibilis in eam deducta ſit, non vitiat principalem: [n] veluti ſi ita ſtipulatus fuero [Te ſiſti, & niſi ſtiteris, hippocentaurum dari?] perinde erit atque ſi te ſiſti ſolùmodò ſtipolatus eſſem. Contra tamen acceſſoria ſtipulatio & pœnalis vitiatur propter principalem quæ impoſſibile continet.

z l. conſenſu C. de repud.
a l. ſi ita ſtipulatus fuero §. 1. D. h. t.
b l. ſi ita 97. §. ..ls. vbi Iac. Cu..acius D. h. t. l. .. §. & ſi ſtipu..antis. l. cùm hic ..atus. §. ſi ſpon..s. D. de dona. ..t. vir. & vxo. .. à Titio 108. D. h. t.
c l. inter ſtipu..antem. 83. §. ſacram. eo. t.
d §. item con..a Inſt. de inut. ..ipul. l. conti..ms. §. cùm ..ms. D. h. t.
e l. liber homo. ..03. eo. t.
f l. vlt. D. de ..ct. empt. l. id ..uod. l. ſeruus. D. de lega. 1.
g l. ſi ſtipulor. ..5. D. h. t.
h Inſt. de inut. ſtipul in prin.
i Fran. Duarenus in l. multū intereſt 34. D. hoc t. l. hæredes. §. an ea. D. fam. erciſc.
k l. 1. D. com. præd.
l l. 2. §. ex his. D. h. t. l. vlt. D. de act. empt. l. cùm hæres §. 1. D. de ſtatul.
m Fr. Duarenus in l. ſi ita 97. D. h. t. per illum text. & l. ſi ita 126. §. vlt eo. t.
n d l. 97.

LXXVIII. [o] Nemo rem ſuam vtiliter ſtipulatur; ſed pretium rei ſuæ, non inutiliter. Sanè rem meam mihi reſtitui rectè ſtipulari videor. [p] Et ſi rem meam ſub conditione ſtipuler, vtilis ſtipulatio eſt, ſi conditionis exiſtentis tempore mea non ſit.

LXXIX. [q] Si dari ſtipuler id quod mihi iam ex ſtipulatu debeatur, cuius ſtipulationis nomine exceptione tutus ſit promiſſor, obligatur ex poſteriore ſtipulatione: quia ſuperior quaſi nulla ſit, exceptione obſtante.

LXXX. [r] Si quis ſine cauſa ab aliquo fuerit ſtipulatus, ſi ex ea ſtipulatione experiatur, doli mali exceptio ei nocebir: & licèt eo tempore quo ſtipulabatur, nihil dolo malo admiſerit, tamen dicendum eſt dolo facere, ſi perſeueret ex ea ſtipulatione petere, ſi iuſtā cauſam non habeat cùm litem conteſtatur. Proinde & ſi crediturus pecuniam ſtipulatus eſt, nec credidir: & ſi certa cauſa fuit ſtipulationis, quæ tamen aut non eſt ſecuta, aut finita, dicendum erit nocere exceptionem.

LXXXI. [ſ] Si quis, cùm aliter eum conueniſſet obligari, aliter per machinationem obligatus eſt, erit quidem ſubtilitate iuris obſtrictus, ſed doli exceptione vti poteſt. Qui enim per dolum obligatus eſt, competit ei exceptio. Idem eſt, etſi nullus dolus interceſſerit ſtipulantis, ſed ipſa res in ſe dolum habeat. Cùm enim quis petat ex ea ſtipulatione, hoc ipſo dolo facit quod petit.

CAP. VII.

Diuiſiones ſtipulationum.

Prima diuiſio.

LXXXII. [t] STipulationum quædam in dando, quædam in faciendo conſiſtunt.

Secunda.

LXXXIII. [u] Obligationum ferè quatuor cauſæ ſunt. Aut enim dies in his eſt, aut conditio, aut modus, aut acceſſio.

Tertia.

LXXXIIII. [x] Stipulationum quædam certæ ſunt; quædam incertæ.

Quarta.

LXXXV. [y] Stipulationum aliæ iudiciales ſunt, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes, Prætoriæ & iudiciales.

Quinta.

LXXXVI. [z] Stipulationum quædam diuiduæ ſunt: quædam indiuiduæ.

CAPVT VIII.

De ſtipulationibus, quæ in dando conſiſtunt.

LXXXVII. [b] HÆc ſtipulatio [fundum Tuſculanum dari] oſtendit ſe certi eſſe: continétque vt dominium omnimodo efficiatur ſtipulatoris quoquomodo.

o l. Nemo rem ſuam 82. & l. Stichum. 16. eo. t. § 1. Inſt. de inut. ſtipul
p l. ſi rem meam. D h. t.
q l. ſi dari 25. eo. t.
r l. 2. §. circa. D. de doli mali & met. exc.
ſ l. ſi quis cū aliter. 36. D. h. t. l. & eleg. 3 ter. D. de dolo. Hinc patet dolum dantem cauſam cōtractui ſtricti iuris eum non vitiare: cùm ei exceptio opponi debeat: Quod contrà eſt in bonæ fidei iudiciis. l. pen. C. de inut. ſtipul. in contractibus bonæ fidei, ſi euidens & intollerabilis fraus fuerit in re ipſa: ipſo iure nihil agitur, quia exceptio doli bonæ fidei iudiciis ineſt. l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. D. de lega. 1.
t l. 2. D. h. t.
u l. Obligationum ferè. D. de oblig. & act. §. omnium. Inſt. de verb. oblig.
x l. Stipulationum. 74. D. h. t.
z l. Stipulationum §. eo. t. Inſt. de diuiſ. ſtipul. in prin.
a l. 1. §. & harum. D. h. t.
b l. vbi autē §. vlt. eo. t.

LXXXVIII. [c] Non videntur data, quæ eo tempore quo dentur, accipientis non fiunt.

LXXXIX. [d] Cùm fundum ſtipulatus ſum, non veniunt fructus qui ſtipulationis tempore fuerint.

XC. [e] Stipulatio ſeruitutis in dando conſiſtit.

CAP. IX.

De ſtipulationibus quæ in faciendo conſiſtunt.

XCI. [f] STipulationes in faciendo cùm dicimus, eas etiam comprehendimus quæ ſunt in non faciendo.

Prima pars.

De ſtipulatione Rem tradi.

XCII. [g] SI rem tradi ſtipulamur, non intelligimur proprietatem eius dati ſtipulatori, ſed tantùm tradi.

XCIII. [h] Si quis vacuam poſſeſſionem tradi promiſerit, non nudum factum hæc ſtipulatio continebit, ſed cauſam bonorum. [i] Vulgò autem receptum eſt, vt quamuis in perſonã actum ſit, poſt litẽ tamen cõteſtatam cauſa præſtetur. Cuius opinionis ratio redditur; quoniã qualecunque eſt cùm petitur, tale dari debet: ac propterea poſtea captos fructus, partúmque editum reſtitui oportet.

Secunda pars capitis noni.

De ſtipulatione habere licere.

XCIV. [k] STipulatio iſta [habere licere ſpondes?] hoc continet vt liceat habere, nec per quenquam omninò fieri, quominus nobis habere liceat. Quæ res facit vt videatur reus promiſiſſe, per omnes futurum vt tibi habere liceat. Nemo autem alienum factum promittendo obligatur: Sed ſe obligat ne ipſe faciat, quominus habere liceat. Ohligatur etiam ne hæres ſuus faciat, vel quis cæterorum ſucceſſorum efficiat, ne habere liceat. At ſi quis velit factum alienum promittere; pœnam, vel quanti ea res ſit, poteſt promittere. Habere autem licere videbitur, ſi nemo controuerſiam faciat, neque hæredes eius, neque hæredum ſucceſſores.

XCV. [l] Sicut autem ex parte rei ſucceſſores eius cum ipſo tenentur: ita etiam ex parte actoris committitur ſtipulatio ipſi ſtipulatori, cęteriſque quicunque ei ſuccedunt, ſcilicet ſi rem ipſi habere non licuerit. Cæterùm ſi alij rem habere non licuit, certo certius eſt non committi ſtipulationem: & nihil intererit, vtrum ita ſtipuler, [habere licere, an mihi habere licere.]

XCVI. [m] Non propriam tantũ rem, ſed & alienam promitti poteſt habere licere. Quæ res ita effectum habebit, ſi propria eſſe promiſſoris cœperit. Quare ſi perſeuerauerit aliena, dicendum erit, ſtipulationem nõ committi, niſi pœna adiecta ſit: cùm neque per eum, neque per ſucceſſorem eius quicquam factum ſit.

c l. non videntur 167. D. de reg. iur.
d l. ſi filiusfa. 78. in ſi D. h. t.
e l ſi vnus. & l. vlt. D. de ſeruit. ruſt. præd. l. vltim. D. com. præd.
f Iac. Cuiacius in l. 1. §. ſi in facto. D. h. t.
g l. ſi rem 28. eod. t. hæc ſtipulatio factũ continet, ſtipulatio dari proprietatẽ. l. vbi autem. §. vlt. eo. t.
h l. in conuentionalibus 52. in fi. eo. t.
i l. 2. D de vſur. Iac. Cuiacius in d. l. 28. duas ſententias diuerſas Pomponij & Papiniani profert de hac quæſtione, an fructus in hac ſtipulatione vacuam poſſeſſionem tradi veniat: Pomponij in l. 3 quæ incipit Ratio, alias Traditio, aliàs Datio. D. de act. empt. vbi in eiuſmodi ſtipulationẽ non venire fructus tradit: tamen actione ex empto peti poſſe: Papinianus in l. 4 D. de vſur. vbi venire fructus cenſet. Veriorẽ autem Pomponij ſententiam, Cuiacius putat: Papinianũ autem ait, haſitanter loquutum, quietem, Poteſt dici, id eſt, tentari: & relatã eã à Papiniano ſententiam, in libris quæſtionũ annotat, vbi nõ tam vera quam veriſimilia plerũque traduntur.
k l. ſtipulatio iſta habere licere 58. D h. t.
l d. l.
m d. l. 38. §. quæſitum.

A XCVII. [n] Si quis fortè non de proprietate, ſed de poſſeſſione nuda controuerſiam fecerit, vel de vſufructu, vel de vſu, vel de quo alio iure eius quod diſtractum eſt; palam eſt committi ſtipulationem.

XCVIII. [o] Hahere licere rem videtur emptor, & ſi is qui emptorẽ in euictione rei vicerit, ante ablatam, vel abductam rem ſine ſucceſſore deceſſerit, ita vt neque ad fiſcum B bona peruenire poſſint, neque priuatim à creditoribus diſtrahi. Æquè dicẽdũ eſt, ſi ab eo qui vicerit, donata, legatáve res fuerit emptori, ex ſtipulatu actionem non naſci: ſcilicet ſi antequam abduceret vel auferret, donauerit, aut legauerit: alioqui ſemel commiſſa ſtipulatio reſolui non poteſt.

XCIX. [p] Qui ſpondet [habere licere] non ſimplex abnutiuum ſpondet; ſed curatorum C vt habere liceat.

C. [q] Habere duobus modis dicitur; altero iure dominij, altero obtinere ſine interpellatione id quod quis emerit.

CI. [r] Tenere eſt propriom naturalis poſſeſſionis; habere & poſſidere, ciuilis. Et ideò habere & poſſidere ita plerunque iunguntur, [Sibi h..bere & poſſi..ere]

Tertia pars capitis noni.

D *De ſtipulatione Per te non fieri.*

CII. [ſ] IN illa ſtipulatione [Per te non fieri tu?] non hoc ſignificatur nihil te facturum, ſed curaturum vt facere poſſim.

CIII. [t] Si ſtipulatus fuero [Per te non fieri quominus illa domo vti liceat] an etiam ſi me non prohibeas, vxorem autem meam prohibeas; vel cõtrà, vxore mea ſtipulata me prohibeas, an committatur ſtipulatio? & ſatiùs eſt hæc verba ſic accipi. Nam & ſi ſtipulatus E fuero Per te non fieri quo minus mihi via, itinere, actu vti liceat: & ſi non me, ſed aliũ nomine meo ingredientem prohibeas, ſciẽdum erit committi ſtipulationem.

CIIII. [u] Si ſtipulatus ſim [Per te non fieri, quo minus mihi ire agere liceat] & fideiuſſorem accepero: ſi per fideiuſſorem ſteterit, neuter tenetur; ſi per promiſſorem, vterque. Competit tamen actio iniuriarum aduerſus fideiuſſorem, quòd ſtipulatorem re ſua vti prohiheat.

F Quarta pars capitis noni.

De ſtipulatione Alium facturum.

CV. [x] INter ſtipulantem & promittẽtem negotium contrahitur. Itaque alius pro alio promittens daturum, facturúmve eum, non obligatur. Nam de ſe quemque promittere oportet.

G Quinta pars capitis noni.

De ſtipulatione doli.

CVI. [z] QVi ſpondet dolum malum abeſſe, abſuturumque

n d. l. 38. § ſi quis fortè. l. Etiam. D. de ſolut. l. 3. § ſi red dita. D. Commo.
o l. Habere licere. D. de euict.
p l. inter ſtipulantem. 83. D h. t.
q l. Habere 188. D. de verb. ſign.
r Iac. Cuiacius. in d. l. 38. §. hi qui ſunt. l. Pater § quindecim. D. de lega. 3. l. Cam. §. Titius. D. de lega. 2.
ſ l. in illa. 50. D. h. t.
t l. ſi ſtipulatus fuero. 101. eo. t.
u l. cùm filiusfa. 49. §. 1. eo. t.
x l. inter ſtipulantem 83. in prin. eo. t.
z d. l. 83. idẽ in ſtipulationibus Habere licere. Item neque per te, neque per hæredem tuum fieri quo minus. eat. d. t.

rúmque eſſe, non ſimplex abnutiuum ſpondet; ſed curaturum ſe vt dolus malus abſit.

CVII. [a] Stipulationes commodiſſimum eſt ita componere, vt quæcunque ſpecialiter compreheodi poſſint, contineantur: Doli autem clauſula ad ea pertineat quæ in præſentia occurrere non poſſunt, & ad incertos caſus.

CVIII. [b] Filia quæ de inofficioſo agere inſtituit, poſtea cum hæredibus ſtipulatione interpoſita, & ſubiecta doli clauſula, ſi de falſo teſtamento poſtea egit, nec probauit, ex doli clauſula conueniri non poteſt: quia nihil ad eam ſtipulationem id quod poſtea actum eſt, pertinet.

CIX. [c] Ex facto rei promittendi duli ſtipulationem hæredem eius tenet: ſicut ex cæteris aliis contractibus; veluti mandati, depoſiti.

a *l. Stipulationes 53. l. doli 119. eo. t.*

b *l. Si ita quis. 135. eo. t.*

c *l. Ex ea parte 121. eo. t. l. ſi fine. §. ſi in ſtipulatione. D. Rem rat. hab.*

Sexta pars capitis noni.

De ſtipulatione Inſulam fieri.

CX. [d] SI quis inſulam fieri ſtipuletur, & locum non adiiciat, non valeat ſtipulatio.

d *l. 2. §. ſi quis inſulam. D. de eo quod cert. loco.*

Septima pars capitis noni.

Generale De *faciendi obligationibus.*

CXI. [e] SI quis promiſerit prohibete ſe ne quod dánum ſtipulator patiatur, & faciat, facit quod promiſit. Sin minus, quia non facit quod promiſit, in pecuniam numeratam condemnatur: ſicut euenit in omnibus faciendi obligationibus.

e *l. ſi quis ab alio. §. 1. D. de re iudic.*

CAPVT. X.

De ſtipulationibus purè conceptis.

CXII. [f] QVoties in obligationibus dies non ponitut, præſenti die pecunia debetur: niſi ſi locus adiectus ſpatium temporis inducat, quo illò poſſit perueniri.

CXIII. [g] Nihil peti poteſt ante id tempus quo per rerum naturam perſolui poſſit. [h] Itaque ſi fundum dari ſtipuleris, vel equum: non poteris continuò agere, niſi tantum ſpacium præterierit quo traditio fieri poſſit.

CXIIII. [*] Si inſulam fulciri quis ſtipulatùs ſit, non eſt expectandum, vt inſula ruat, ſic deniqueagi poſſit. [Nec inſulam fieri] vt tantum temporis prætereat, quanto inſula fabricari poſſir, ſed vbi iam cœpit mora faciendæ inſulæ, fieri tunc agetur, diéſque obligationi cedit.

CXV. [i] Item qui inſulam fieri ſpopondit, non vtique cõquiſitis vndique fabris & plurimis operis adbibitis feſtinare debet: nec rurſus vno aut altero contentus eſſe. Sed modus adhibendus eſt ſecundùm rationem diligentis ædificatoris, & temporum locorúmque, itē ſi non inchoetur opus, id tantũ æſtimetur quod in illo interuallo effici potuit: tranſactóque tempore quo inſulam cõſummare oportuerit, ſi poſtea ædificetut, liberetur reus: ſicut liberatur qui ſe daturum ſpopondit, ſi quandoque tradit.

f *l. Eum qui. 41. §. quoties. D. h. t. l. in omnibus. 14. D. de reg. iur. l. ſi dies. D. quando dies legã. cred. §. omnis. Inſt. h. t.*

g *l. Nihil 186. & l. vbi pugnantia 188. D. de reg. iur.*

h *§. vlt. Inſtit. de inut. ſtipul.*

* *l. Stipulationes. 72. §. vlt. D. h. t. Cui ſententiæ repugnat l. ſi rata. 14. eod. quæ l. eſt Celſi, qui Proculianus fuit, & in d. l. 72. refert Vlpianus ſententiam Sabini, & in ea re diuerſa ſentire Proculianos & Sabinianos exiſtimat Iac. Cuiacius. ad d. l. 72.*

i *l. Continuus. 137. §. item qui inſulam. eo. t.*

CXVI. [k] Ex duobus reis promittendi, alius purè, alius ſub conditione obligari poteſt, nec impedimento erit dies, aut conditio, quo minus ab eo qui purè obligatus eſt, petatur.

k *l. ex duobus D. de duobus reis. Inſti. eo. t. in prin.*

CAPVT XI.

De ſtipulationibus in diem.

CXVII. [l] QVod in diem ſtipulamur, ſtatim quidem debetur, ſed peti priuſquam dies venerit non poteſt. Ac ne eo quidem ipſo die, in quem ſtipulatio facta eſt, peti poteſt. Quia totus is dies arbitrio ſoluentis tribui debet. Neque enim certum eſt, eo die in quem promiſſum eſt, datum non eſſe, priuſquam is præterierit.

CXVIII. [m] Cedere diem ſignificat, incipere deberi pecuniam. Venire diem, ſignificat, eum diem veniſſe quo pecunia peti poſſit. Vbi purè quis ſtipulatus fuerit, & ceſſit, & venit dies, vbi in diem ceſſit dies, ſed nódum venit, vbi ſub conditione neque ceſſit, neque venit dies pendente adbuc conditione.

CXIX. [n] Qui hoc anno, aut hoc menſe dari ſtipulatus ſit, niſi omnibus partibus præteritis anni vel menſis, non rectè petit. [o] Et qui certarum nundinarum diebus dari ſtipuletur, quandiu vel exiguum tempus ex nundinarum ſpatio ſupereſt, peti nõ poteſt. [o] Itē qui ita ſtipulatur [Ante Calendas proximas dari ſpondes?] nihil diſtat ab eo qui Calendis dare ſtipulatur.

l *§. omnis ſtipulatio. Inſtit. h. t. l. Obligationum fere in verb. cuius natura hæc eſt. D. de oblig & act. l. certi condictio. in prin. D. de rebus creditn. l. eum qui Calendis. §. quoties. D. h. t. l. nihil petit. 186. D. de reg. iur.*

m *l. Cedere diem. 213. D. de verb. ſig.*

n *l. qui hoc anno 42. D. h. t. l. vbi lex. 101. D. de reg. iur.*

o *l. Eum qui ita. 55. §. qui ita. 2. l. qui ante 13. D. h. t.*

CXX. [p] In illa ſtipulatione [Si Calendis Bucephalum non dederis, decem dare ſpondes?] mortuo equo non ante Calendas agi poteſt, ſed dies eſt expectandus. Tota enim obligatio ſub cõditione & in diem collata eſt: & licèt ad conditionem committi videatur, dies tamen ſupereſt. [q] Et hoc iure vtimur vt ex hac ſtipulatione [Si Lucius Titius ante Calendas Maias in Italiam non venerit, decem dare ſpondes?] Nõ ante peti quicquá poſſit quàm explurarum ſit ante eam diem in Italiam venire Titium non poſſe, neque veniſſe, ſiue viuo ſiue mortuo id acciderit. [r] Sed cum eo qui ita promiſit [Si intra Calendas digito cœlum non tetigerit,] agi protinus poteſt.

p *l. in illa 8. eo. t.*

q *l. hoc iure. 10. eo. t.*

r *d. l. in illa.*

CXXI. [s] Tali facta ſtipulatione [Decem in anno proximo dotis nomine dare ſpondes?] annus non ex die ſtipulationis factæ, ſed ex eo die quo dos eſſe potuiſſet, id eſt nuptiarum, numerari debet: ne ſi aliter obſeruaremus, ſi intra annum nuptiæ factæ non ſint, videri poſſit dos ex ea obligatione deberi.

s *l. Tali. D. de iur. dot.*

CXXII. [t] Inter ſtipulationem in annos ſingulos, vel quotánis, & eiuſmodi legatum, multum refert. Prima differentia hæc eſt, [u] quòd ſtipulatio in annos ſingulos pura eſt: & ideò ex ea confeſtim agi poteſt; & dein-

t *Io. Cuiacius. in l. ſi Stichũ. 16. D. h. t.*

u *l. Eum qui ita §. qui ita. eo t. §. at ſi ita. Inſt. eo. t. §. at ſi ita. Inſt. de verb. obl.*

ceps initio cuiuſque anni: [x] legatum verò primi quidem anni eſt purum: cæterorum, vi ipſa conditionale, nempe ſi is viuat cui legatum eſt.

CXXII. [z] Secunda differentia hęc eſt, Quòd ſtipulatio in annos ſingulos vel quotānis, vna eſt: [a] legatum verò tale multiplex. Et ideo in ſtipulatione ſemel, in legato quotannis ius capiendi inſpicitur.

CXXIII. [b] Tertia differentia; Huiuſmodi ſtipulatio incerta eſt, & infinitum tempus, atque adeò infinitam quantitatem continet: & ideo ex ea non eſt certi condictio: at ſingula legata certa ſunt.

CXXIV. [c] Quarta differentia eſt; Quòd ſtipulatio in annos ſingulos, vel quotannis, perpetua eſt; & ad hæredem tranſit. [d] Legatum verò eiuſmodi morte eius cui legatum eſt, finitur.

CXXV. [e] Si fundum certa die pręſtari ſtipuler, & per promiſſorem ſteterit quominus ea die præſtetur, conſecuturum me quanti mea interſit, moram factam non eſſe.

CXXVI. [f] Quod certa die, vel in diem promiſſum eſt, vel ſtatim, dari poteſt. Totum enim medium tempus ad ſoluendum promiſſori liberum relinqui intelligitur. [g] Et in diem debitor adeò debitor eſt, vt ante diem ſolutum repetere non poſſit. [h] Quin & ſi cùm moriar dare promiſero, & antea ſoluam, repetere non potero. [i] At qui promiſit [Si aliquid factum ſit, vel cùm aliquid factum ſit,] niſi cùm id factum fuerit dederit, non videbitur feciſſe quod promiſit.

CXXVII. [k] In inſulam deportato reo promittendi ſtipulatio ita concepta [Cùm morieris dari?] non niſi moriente eo committitur.

CXXVIII. [l] Quoties in diem, vel ſub conditione oleum quis ſtipulatur, eius æſtimationem eo tempore ſpectari oportet, quo dies obligationis venit. Tunc enim ab eo peti poteſt: alioquin [m] aliàs [n] rei captio erit.

CXXIX. [o] Idem erit, & ſi Capuę certum olei pondo dari quis ſtipulatus ſit. Nam eius temporis fit æſtimatio cùm peti poteſt. Peti autem poteſt, quò primùm in locum perueniri potuit.

CXXX. [p] Si Calendis fieri aliquid ſtipulatus ſum, nempe quādocunque poſt Calendas accepto iudicio, tanti tamen æſtmanda lis eſt, quanti interfuit meâ Calendis id fieri. Ex eo enim tempore quicque æſtimatur, quo nouiſſimè ſolui potuit.

x l. 4. l. in annos ſingulos. D. de ann. leg.

z Iacob. Cuiacius in d. l. 16. in fi. Non obſtat quod l. pen. §. 1. h. t. traditur in ſtipulatione annua, bima, trima die dari, tres eſſe trium ſummarum ſtipulationes, quia ibi certa tempora certæ ſummæ expreſſa ſunt. Hic tractatur de ſtipulatione facta infinitè, in annos ſingulos decem dabis. Nec obſtat l. ſancimus. § pen. & vlt. Cod. de dona. Quæ plures donationes eſſe ait, ſi quis ſtipuletur annuā quantitatē. Sed ibi Iuſtinianus de tēporalibus: hoc eſt de infinita & perpetua. Quod Iuſtinianus admittit in d. §. vlt. in quo corruptè legi Cuiacius ait, Vel adiiciatur tempus vitæ: quomodo ſi legatur, pugnabit §. vl. cum pen cùm ſit legendū, Vel non adiiciatur, vt patet ex Baſilicōn libro Iſidori. Similiter non obſtat l. ſi ſeruus communis § cùm ſeruus. D. de ſtipul ſeruo. vbi infinita non fuit ſtipulatio, ſed in annos quinque.

a l. Senatus §. vlt. D. de donat. cauſ mort. l. 4. l. cùm in annos. D. de ann. lega. l. 1 §. ſi in annos D. ad leg. Falcid. l. cùm in annos. §. 1 & 2. D quando dies lega. ced.

b d. l. ſi Stichum vbi Cuiacius. Et hæc quidem ſtipulatio incerta eſt, quid vna ſit. Nam ſi plures eſſent, vna quæque certa eſſet, & certam quantitatem contineret: ſed quia infinitum eſt, atque incertum tempus præſtationis ex hac ſtipulatione, incerta dicitur. l. vbi autem non apparet 75. D. hoc tit. Franciſ. Duarenus in d. l. ſi Stichum.

c d. l. ſi Stichum. vbi Cuiacius.

d l. veteris. Cod. de contrah & comm ſtipul. Quæ omnes ſtipulationes, ſiue in dando, ſiue in faciendo conſiſtunt, ad hæredem tranſeunt.

e l. ſi fundum 114. D. hoc tit.

f l. quod certa. D. de ſolut. l. continuus 137. §. cum ita. D. hoc tit.

g l in diem. D de condict indeb.

h l. Nam ſi cùm moriar. eod tit.

i l ſtipulatio iſta habere licere 38. D. hoc tit.

k l. ex ea 21. § in inſulam. eod tit.

l l. quoties 59. eod tit. l. vinum. D. de reb cred ſi cert. pet. l. pen. & vlt. D. de condict. trit.

m Id eſt, alio tempore.

n Id eſt promiſſoris.

o l idem erit 60. D h. t.

p l. ſi Calendis. D. de re iud. l. qui autem. in fi. D. ſi quis caut. l. hominem. in fi. D. mand.

A CXXXI. [q] Si merx aliqua quæ certo die dari debebat, petita ſit, veluti vinum, oleum, frumentum, tanti lis æſtimanda eſt, quanti fuit [r] eo die quo dari debuit, [ſ] & quāti poſtea pluris quoque anno communiter merx fuerit. Si de die nihil conuenit; quanti tunc cùm iudicium accipitur, & quanti poſtea pluris eo anno communiter merx fuerit.

CAP. XII.

De ſtipulatione ſub conditione.

B CXXXII. [t] SVb conditione ſtipulatio fit, cùm in aliquem caſum differtur obligatio: vt ſi aliquid factum fuerit, committatur ſtipulatio: veluti [Si Titius Conſul factus fuerit, quinque aureos dare ſpondes?]

CXXXIII. [u] [x] Si à Titio ita ſtipulatus ſum, [Si qua mihi nupſerit, decem dotis eius nomine dare ſpondes?] talis ſtipulatio cōſiſtit.

C CXXXIIII. [z] Stipulatio ſub conditione etiam ſine cauſa valet: & conditio pro cauſa habetur. Quod & in ea conditione locum habet, cuius euentus nullam vtilitatem affert: [a] cuiuſmodi eſt hæc conditio [Si quis in Capitolium aſcenderit: ſi Rex Parthorū viuit.]

CXXXV. [b] Conditio in præteritum non tantùm in præſens tempus relata, ſtatim aut [c] perimit obligationem, aut omnino non differt.

D CXXXVI. [d] Qui ſub conditione ſtipulatur, quæ omnino exſtitura eſt, purè videtur ſtipulari.

CXXXVII. [e] Sub hac conditione [Si volam,] nulla fit obligatio. Pro non dicto enim eſt, quod dare niſi veliſ, cogi non poſſis. Nam nec hæres promiſſoris eius qui nunquam dare voluit tenetur, quia hæc conditio nunquam exſtitit.

E CXXXVIII. [f] Si ita ſtipulatus fuero [Cū volueris] ita inutilis erit ſtipulatio, ſi antequam conſtituas, moriaris.

CXXXIX. [g] Non ſolùm ſtipulationes impoſſibili conditioni applicatę nullius momenti ſunt: ſed etiam cæteri quoque contractus (veluti emptiones, locationes.) Impoſſibili conditione interpoſita æquè nullius momenti ſunt: quia in ea re quę ex duorum pluriúmve conſenſu agitur, omnium voluntas ſpectatur: quorum proculdubio in huiuſmodi F actu talis cogitatio eſt, vt nihil agi exiſtiment poſita ea conditione, quam ſciunt eſſe impoſſibilem.

CXL. [h] Cùm quis ſub hac conditione ſtipulatus ſit, Si rem ſacram aut religioſam Titius vendiderit, vel forum, vel baſilicam, & huiuſmodi res quæ vſibus publicis in perpetuum relictæ ſint, vbi omnino conditio iure impleri non poteſt, & ſi velit facere, ei non liceat; nullius momenti fore ſtipulationem, G perinde ac ſi ea conditio, quæ naturâ impoſſibilis eſt, inſerta ſtipulationi eſſet. Nec ad rē pertinet quòd ius mutari poſſit, & id quod nunc impoſſibile eſt, poſtea poſſibile fieri. Nō enim ſecundùm futuri temporis ius, ſed ſecundùm præſentis æſtimari debet ſtipulatio.

q l. vlt. D. de condict. trit. d. l. vinum. D. de reb. cred.

r l. Cùm fundus. eo. t. Petr. Coſtalius. in d. l. Vinū. ll. ad ſcriptis ad ver. 128. l. 3. § vlt. D de neg. em.

ſ Iudicio curia Pariſ. dien 4. Febr. 1548. & 4. Dec. 1529. & 19. Febr. 1534. & dies 22. Ianua. 1548. relatis à Coſtalio ad d. l. Vinū. & diei 16. Febr. 1530. relato à Ioa. Papone li. 18. cap. 4. Arr. 16.

t § ſub conditione. Inſt. h. t.

u x l. à Titio 108. D. h. t.

z d. l. vbi Frāciſc. Duarenus. l. ſi quis cum debitore. D. de iureiu. Aliâs ſtipulatio ſine cauſa ad agendum efficax nō eſt. l. 2. §. circa. D. de doli mali except.

a l. cùm ad præſens. D. de reb. cred.

b l. Conditio 100. D. h. t.

c ſi ita nō ſit.

d l. Pupillus. §. 2. D. de noua.

e l. ſub hac conditione. D. de oblig. & act. l. ſtipulatio 17. d. l. à Titio. in fi. D. h. t. l. hac venditio. D. de act. em.

f l. Centeſimis 46. §. vlt. D. h. t.

g l. non ſolùm. & l. 1. §. idem iuris. D. de obl. & act. §. ſi impoſſibilis. Inſt. de inut. ſtipul. l. ſi homo 65. D. h. t.

h l. Continuus 137. §. cùm quis ſub hac. eo. t.

A CXLI. De ſtipulationibus contra matrimonij libertatem: veluti, ſi pœnam parens ſtipulatus eſſet,;ſi quis impedimento nuptiis filiæ cum aliquo fuiſſet. Item ſi diuortium fieret, ſcriptum eſt ſuprà cap.6. verſ.69.& ſequentibus.

CXLII. Similiter de ſtipulatione ita concepta[Si hęredem me non feceris] d.cap. ver. 68.& ſeq.

B CXLIII. [i] Si ſtipulatus hoc modo fuero [Si intra biennium Capitolium non aſcenderis, dari?] nonniſi præterito biennio rectè petam. Nam etſi ambigua verba ſunt, ſic tamen exaudiuntur, ſi immutabiliter verum fuit te Capitolium non aſcendiſſe.

CXLIV. [k] Si quis ita ſtipulatus ſit[Si ante Calendas Martias primas opus perfectum non erit, tum quanti id opus erit tantam pecuniam dari?]diem promiſſionis cedere non C ex quo locatum eſt opus, ſed poſt Calendas Martias, quia nec conueniri ante Calendas Martias reus promittendi poterat.

CXLV. [l] Quicunque ſub conditione obligatus curauerit ne conditio exiſteret, nihilominus tenetur.

CXLVI. [m] Ex conditionali ſtipulatione tantùm ſpes eſt debitum iri: eámque ipſam ſpem in hęredē tranſmittimus, ſi priùs quàm D conditio, extet mors. [n] Similiter ſi pendente conditione promiſſor moriatur, relinquet hæredem obligatum.

CXLVII. [o] Attamen ſi tale eſt factum vt perſonæ cohæreat, nec promiſcuè à quouis impleri poſſit, conditionis implementum ad hæredem non tranſit: veluti in Capitoliū aſcendere: liberalibus ſtudiis imbui: vxorem ducere:& cętera id genus innumerabilia.

E CXLVIII. [p] Si decem cum petiero, dari fuero ſtipulatus, admonitionem magis quandam quò celeriùs reddátur & quaſi ſine mora, quàm conditionem habet ſtipulatio. & ideo licèt deceſſero prius quàm petiero, non videtur defeciſſe conditio.

i l. veluti 27. l. quod quid aſtimendæ 99. in fi. D. h. t.
k l. Stipulationes non diuiduntur 72. §. 1. eo. t.
l l. in executione 85. §. vlt. ibid.
m §. ex conditionali. Inſt. h. t.
n l. ſi quis ſi Titius 57. D. h. t. Fr. Duarenus in l. qui Romæ 122. §. Augerius. d. t.
o Idem Duarenus in d. §. in fi. l. vn. §. ne autem, C. de cad. toll. l. vlt. D. de cond. Inſt.
p l. ſi decē 48 D. h. t.

CAP. XIII.

De pœnali ſtipulatione.

CXLIX. [q] NOn ſolùm res in ſtipulatum deduci poſſunt, ſed etiam F facta: vt ſi ſtipulemur aliquid fieri, vel nonfieri. Et in huiuſmodi ſtipulationibus optimum erit pœnam ſubiicere, ne quantitas ſtipulationis in incerto ſit, ac neceſſe ſit actori probare quod eius interſit.

CL. [r] Si pœnam ſtipulatus fuero [ſi mihi pecuniam non crediſſes]certa eſt & vtilis ſtipulatio. Quòd ſi ita ſtipulatus fuero [Pecuniam te mihi crediturum ſpondes]incerta eſt G ſtipulatio: quia venit in ſtipulationem quod meâ intereſt.

CLI. [ſ] Si quis promittat per alium non fieri præter hæredem ſuum: dicendum eſt, inutiliter promittere factum alienum. At ſi quis velit factum alienum promittere, pœnam vel quanti ea res, eſt, poteſt promittere.

CLII. [t] Si homo mortuus ſiſti non poteſt, nec pœna rei impoſſibilis committetur. Quemadmodum ſi quis Bucephalum mortuum dare: ſi datus non eſſet, pœnam ſtipuletur.

q §. non ſolùm. Inſt. h. t. l. vlt. D. de præt. ſtip.
r l. ſi pœnā 68. D. h. t.
ſ l. Stipulatio iſta habere licere. 38. in prin. ibid.
t l. ſi homo. 69. D. h. t.

CLIII. [u] Ita ſtipulatus ſum[Te ſiſti in certo loco: ſi nō ſtiteris quinquaginta aureos dari ſpondes?] Si dies in ſtipulatione per errorem omiſſus ſit, cùm id ageretur vt certo die ſiſteres; imperfecta erit ſtipulatio, non ſecus ac ſi quod pondere, numero, menſura continetur, ſine adiectione ponderis, numeri, menſuræ ſtipulatus eſſem, vel inſulam ædificari non demonſtrato loco: vel fundum dari non adiecto nomine. Quòd ſi ab initio id agebatur vt quocunque die ſiſteres, & ſi non ſtitiſſes, pecuniam dares: quaſi quælibet ſtipulatio ſub conditione concepta vires habebit: nec ante committetur, quàm fuerit declaratum, reum promittendi ſiſti non poſſe.

CLIV. [x] Sed ſi ita ſtipulatus fuero [Si in Capitolium non aſcenderis, vel Alexandriam non ieris, centum dari ſpondes?] non ſtatim committetur ſtipulatio, ſed cùm certum eſſe cœperit, te Capitolium aſcēdere, vel Alexandriam ire non poſſe.

CLV. [z] Stipulatione pœnali principalis obligatio nouari non videtur: [a] quia pœna in fauorem creditoris adiecta, nō debitoris cenſetur. [b] Proinde non prohibetur creditor, id quod in principalem ſtipulationem deductum eſt, petere ſi velit. [c] Cuius rei crebrò exempla occurrunt in iuris auctorum libris de ſocietate, venditione, & aliis huiuſmodi contractibus. Quod tamen ita eſt accipiendum, niſi cautū ſit, vt ſola pecunia petatur. [d] Quod nequaquam præſumendum eſt, niſi probatum fuerit. [e] Excipiuntur quoque ſtipulationes quæ factum cōtinent, in quibus poſt moram fit transfuſio obligationis faciendi in obligationem pecuniæ, etiamſi pœna nulla promiſſa ſit. [f] Vnde mirum non eſt poſt moram, quaſi nouatione quadam facta, pœnam ſolam deberi. [g] Vera tamen nouatio hæc dici non poteſt: quia poſt morā reus facultatem habet facti pręſtandi, donec lis conteſtata nō fuerit.

CLVI. [h] Sed quod diximus ſtipulationem pœnalem non impedire, quominus res principaliter promiſſa petatur; ſic accipiendum eſt, vt electionem habeat ſtipulator, non vt ei exigere vtrunque liceat.

CLVII. [i] Item ſi ex principali obligatione actum ſit, poteſt quod amplius eſt in pœnali ſtipulatione peti; & contra. [k] Quinimo interdum quicquid vtraque obligationē continetur, promiſſor rectè exigit, cùm videlicet id actum probatur.

CLVIII. * Si quis certo tempore facturum ſe aliquid vel daturum ſtipuletur, vel quæ ſtipulator voluerit, promiſerit; & adiecerit, Quod ſi ſtatuto tempore minimè hæc perfecta fuerint, certam pecuniā dabit; ſciat minimè ſe poſſe debitor ad euitandam pœnam adiicere, quòd nullus eum admonuit: ſed etiam citra vllam admonitionem eidē pœnæ pro ſtipulationis tenore fiet obnoxius: cùm ea quę promiſit, ipſe in memoria ſua ſeruare, non ab aliis ſibi manifeſtari debeat poſcere.

CLIX. [l] Pœnæ ſtipulatio ab eo

u l. ita ſtipulatus. 115. D. h. t.
x d. l.
z Fr. Duarenus in d. l. in fi.
a §. non ſolum Inſt. h. t. l. vlt. D. de præto ſtipul.
b l. duo ſocietatem. D. pro ſoc.
c l. ſi quis, ſocio. d. tit. l. Prædia. C. de act. empt. l. qui Romæ 122 §. Flauius Hermes. D. h. t. l. Reſcriptum. § pacto. D. de pact. l. apud Celſum §. Labeo. D de dol. except.
d l. vlt. C. de nouat.
e l. Stipulationes non diuiduntur 72. in fi. vbi idem Duarenus. D h. t. l. ſi quis a ſocio. D. de r. iud.
f l. Obligationum ferè. §. vlt. D. de oblig. & act.
g l. ſi inſulam 84. D. h. t.
h Duarenus in d. l. ita ſtipulatus. d. §. Chellonius & d. §. ſi pacto.
i Idem Duarenus in d. l. ſi quis à ſocio. & d. l. Prædia & ibid. ſo. Coſtalius.
k d. l. ita ſtipulatus. l. qui ſi d. D. de tranſ.
* l. magnam C. de contr. & comm. ſtipul.
l ll. & auctoribus aſcriptis. tit. de vſu verſ. 12.

facta qui pecuoiam credebat, niſi ea certu die redderetur, eſt inutilis : acio fraudem vſurarum facta exiſtimatur : niſi quatenus intereſt, aut probabiliter poteſt intereſſe creditoris, vt & ſuprà commemoratum eſt.

CLX. [m] Pœna etiam certæ pecuniæ promiſſa, ſi quid aliter factum ſit, noſtris moribus exigi non ſolet: ſed ad id quod veriſimiliter intereſt, redigitur, niſi quòd oh contumaciam nonnunquam intelligitur. Quod & ſuprà relatum eſt.

CAP. XIV.

De ſtipulatione ſub modo concepta.

CLXI. [n] MOdus obligationis eſt, cùm ſtipulamur decem, aut equum. Nam alterius ſolutio totam obligationem interi[illegible]: nec alterum peti poteſt, vtique quandiu vtrumque eſt.

CLXII. [o] Si ita ſtipulatus fuero [Decem aut quindecim dabis?] decem debentur. Item ſi ita [Poſt annum aut biennium dabis?] poſt biennium debentur: quia in ſtipulationibus id ſeruatur, vt quod minus eſſet, videretur in ohligationem deductum.

CLXIII. [p] Ei qui loco plus petere intelligitur, proximus eſt is qui cauſa plus petit. Vt ecce ſi quis ita à te ſtipuletur, [Equũ Bucephalum, aut decem aureos dare ſpondes?] deiode alterum petat, veluti equum tantùm, aut decem aureos tantùm. Ideo autem plus petere intelligitur, quia in eo geoere ſtipulationis promiſſoris eſt electio, vtrum pecuniam an equum ſoluere malit.

CLXIV. [q] Si quis ſtipulatus ſit Pegaſum aut Bucephalum equos, vtrum ipſe vellet, quem elegerit petet: & hic erit ſolus in obligatione. An autem mutare voluntatem poſſit, & ad alterius petitionem tranſire, quærentibus reſpiciendus erit ſermo ſtipulationis, vtrúmne talis ſit [Quem voluero, ao quem volam.] Nam ſi talis fuerit [Quem voluero,] cùm ſemel elegerit, mutare voluntatem non poterit. Si verò tractum habeat ſermo illius, & ſit talis, [Quem volet,] dunec iudicium dictet, mutandi poteſtatem habebit.

CLXV. [r] Cum purè ſtipulatus ſim [Illud ante illud dari] licebit tibi quoties voles, mutare voluntatem in eo quod præſtaturus ſis: quia diuerſa cauſa eſt voluntatis [ſ] expreſſæ, & eius quæ ineſt.

CLXVI. *Si ſtipulatus fuerim [Illud aut illud quod ego voluero] hæc electio perſonalis eſt: & ideo filio talis electio cohæret. [t] In hæredes tamen tranſit obligatio, etiam ante electionem mortuo ſtipularore.

CLXVII. [u] Extranei quoque perſona ſi comprehenſa fuerit, veluti hoc modo [Vtram earum Titius elegerit] non aliter ſtipulator alterutrius petendæ facultatem habet, quàm ſi Titius elegerit.

CLXVIII. [x] Qui domum vendebat, excepit ſibi habitationem donec viueret; aut in ſingulos annos decem, emptor vno aono decem præſtare; alio, habitationem poteſt: ſinguliſque annis alterutrum præſtare.

CLXIX. [z] Non vtique ea quæ tacitè inſunt ſtipulationihus, ſemper io rei ſunt poteſtate, ſed quid debeat eſt in eius arbitrio; an debeat, non eſt. Et ideo is qui Bucephalum aut Pegaſum equos promittit, eligere poteſt quod ſoluat. Cæterùoi vbi alter deceſſit, extinguitur eius electio: ne ſit in arbitrio eius an debeat, dum non vult vnum præſtare, quem ſolum debet.

CLXX. [a] Si Bucephalum aut Pegaſum equos mihi debeas, & alter ex eis meus factus ſit ex aliqua eauſa, reliquus debetur mihi à te.

CLXXI. [b] Bucephalum aut Pegaſum equos ſtipulatus ſum cùm eſſet meus Pegaſus: nec ſi meos eſſe deſierit, liberabitur promiſſor Pegaſum daodo. Neutrum enim videtur in Pegaſo equo cooſtitiſſe, oec obligatio, nec ſolutio.

CAP. XV.

De tertia diuiſione ſtipulationum.

Scilicet,

De ſtipulationibus certis & incertis.

CLXXII. [c] CErtum eſt, quod ex ipſa pronuntiatione apparet, quid, quale, quantum cunque ſit. Vt ecce, aurei decem, fundus Tuſculanus, equus Bucephalus, tritici Africi optimi modij centum, vini Campani optimi amphoræ centum.

CLXXIII. [d] Certum eſt, cuius ſpecies vel quantitas, quæ in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione, quæ nominis vice fungitur, qualis, quantáque ſit oſtenditur. Nam in ſtipulationibus oihil refert proprio oomine res appelletur, an digito oſtendatur, an vocabulis quibuſdam demonſtretur: quateous mutua vice fungantur, quæ tantundem pręſtent.

CLXXIV. [e] Hæc ſtipulatio [Fundum Tuſculanum dari?] oſtendit ſe certi eſſe: continétque vt dominium omnimodo efficiatur ſtipulatoris quoquomodo.

CLXXV. [f] Qui vinum, aot oleum, vel triticum quod in horreo eſt, ſtipulatur, certum ſtipulari intelligitur: [g] Vt & qui à

Titio

m d.l. verſ. 13.

n l. Obligationum fere §. modus. D. de obli. & act.

o l. ſi ita ſtipulatus fuero decem aut quindecim 109. & l. ſi ita ſtipulatus fuero decẽ aut quinque. D. h. t.

p §. huic autẽ. Inſt. de actio.

q l. ſi quis ſtipulatus 112. D. h. t. in legatis autem receptum eſt, vt electione ſemel facta non mutetur voluntas quibuſcumque verbis teſtator vſus ſit. Cuius diuerſitatis hæc ratio eſt, quia fauor vltimarũ voluntatum exigit, vt non ſuſpendantur, ſed primo quoque tempore exitum habeãt. Non enim, inquit Paulus. l. vlt. D. Comm. præd. ſicut viuentium ita defunctorum actus ſuſpendi receptum eſt. Adde quòd ſi res fuerit teſtatoris dominium eius ſtatim trãſit in legatariũ facta electione, ut mirum non ſit mutari voluntatem non poſſe, cùm res integra non ſit. Hinc Labeo lib. 2. Poſter. Omne, inquit, ius legati prima teſtatione, qua ſumere ſi dixiſſet, conſumpſit. Quinetiam continuò res eius ſit, ſimul ac dixerit eam ſe ſumere. Fr. Duarenus in d. l. 12.

r l. eum qui certarum 138. D. h. t.

ſ veluti ſi quis ita ſtipuletur [Pegaſum aut Bucephalum equos, vtrum voluero]. Nam tum ſemel ea conſumitur prima electione, aut ſaltem conteſtatione litis ſecundùm diſtinctionem ſuperioris verſus. Mutare autem voluntatẽ poteſt qui promiſit illud aut illud, quia non habet electionem, niſi cùm ſoluit re ipſa: alioqui transferret periculum in creditorem quod ſuum eſſe debet quoad ſoluat, vel congruenter offerat. Car. Mol. in l. 1. § ſi quis ſimpliciter. D. h. t.

* l. ſi ſtipulatus 76. & l. ſi ſeruus 141 in prin. D. eo. t.

t Idem in l. fi. §. vlt. D de lega 1.

u d. l. ſi ſeruus

x l ſi ſterilis. §. vlt. D. de act. empt.

z l. 2. §. Scæuola. D. de eo quod cert. loco.

a l ſi Stichum 16. D. h. t.

b l. qui decem. § Stichum. D. de ſolut. l. ſi duo 128. D. h. t.

c l. Stipulatorum 74. D. h. t.

d l. Certum D. de reb. cred.

e l. vbi autem 75. §. vlt. D. h. t.

f d. l. §. illud.

g d. l. §. qui verò. ſecundùm interpretationẽ Iac. Cuiacij in eum §. qui ob loci particulam quàuis corrigere annotat ex ſententia Ioannis, vt in l. 2. §. incertũ. D. de præt. ſtipul. & l. Tigni. §. ſi quis cum. D. ad exhib.

Titio ita ſtipulatur,[quod mihi Seius debet, dare ſpondes? Quod ex teſtamento mihi debes, dare ſpondes?] ſi modò certum debeatur.

CLXXVI. [h] Fundi certi ſi quis vſumfructum ſtipulatus fuerit, incertum intelligitur in obligationem deduxiſſe.

CLXXVII. [i] Si quis id quod ex equa certa natum erit, aut fructus qui in fundo Tuſculano nati erunt, dari ſibi ſtipulatus ſit, ipſa naturâ manifeſtiſſimum eſt incerti eſſe hanc ſtipulationem.

CLXXVIII. [k] [Decem mihi aut Titio, vtrum ego velim dare ſpondes?] ex eo quod mihi dandum eſt, certi ſtipulatio eſt: ex eo quod illi ſoluendum, incerti: finge meâ intereſſe, Titio potius quàm mihi ſolui: quoniam pœnam promiſeram, ſi Titio ſolutũ non eſſet.

CLXXIX. [l] Qui id quod in faciendo, aut non faciendo ſtipulatur; incertum ſtipulari videtur. In faciẽdo, veluti foſſam fodiri, domum ædificari, vacuam poſſeſſionem tradi. In non faciendo, veluti, Per te non fieri quominus mihi per fundum tuum ire agere liceat: per te non fieri, quominus mihi equum Bucephalum habere liceat.

CLXXX. [m] Cùm factum quis ſtipulatur, poteſt videri nonnunquam ſtipulatio certa eſſe: Vt ſi quis quantitatem exprimat domus, vel foſſę, aliáque huiuſmodi, ex quibus poteſt apparere quod, quale, quantúmque opus fieri velit ſtipulator. [n] Sed quia non ſubſiſtunt facta in rerum natura antequam fiant, & incertum eſt an futura ſint, incerta dicuntur. [o] Pręterea talis ſtipulatio id quod intereſt cõtinet: [p] in quo magna incertitudo verſatur.

CLXXXI. [*] Si rem tradi ſtipulamur, non intelligimur proprietatem eius dari ſtipulatori, ſed tantùm tradi.

CLXXXII. [q] Si quid fieri ſtipulemur, ſi non fuerit factum, pecuniam dari oportet. [r] Itaque ſi quis promiſerit prohibere ſe ne quid damni ſtipulator patiatur, & faciat; ne ex ea re damnum ſtipulator patiatur, facit quod promiſit. Si minùs, quia non facit quod promiſit, in pecuniam numeratam condemnabitur, ſicut euenit in omnibus faciendi obligationibus.

CLXXXIII. [ſ] Si pœnam ſtipulatus fuero, ſi mihi pecuniam non crediſſes: certa eſt & vtilis ſtipulatio. Quòd ſi ita ſtipulatus fuero, [Pecuniam te mihi crediturum ſpondes?] incerta eſt ſtipulatio, quia venit in ſtipulationem quod mea intereſt.

CLXXXIIII. [t] Si quis certum ſtipulatus fuerit, ex ſtipulatu actionem non habet: ſed illa cõdictitia actione id perſequi debet, per quam certum petitur.

CAP. XVI.

De eo quod certo loco dari oportet.

CLXXXV. [u] CVm ita ſtipulatus ſum [Epheſi dari?] Ineſt tempus. Quod autem accipi debeat, quæritur. Et magis eſt vt totam eam rẽ ad iudicem, id eſt ad virum bonum remittamus, qui æſtimet quãto tempore diligens paterfamiliâs conficere poſſit quod facturum ſe promiſerit: vt qui Epheſi daturum ſe ſpoponderit, neque duplomate, diebus ac noctibus, & omni tempeſtate contempta iter continuare cogatur: neq; tam delicatè progredi debeat, vt reprehenſione dignus appareat: ſed habita ratione tẽporis, ætatis, ſexus, valetudinis, cùm id agat vt maturè perueniat, id eſt eo tempore quo pleriq; eiuſdem conditionis homines ſolent peruenire, eóq; tranſacto quamuis Romæ remanſerit, nec poſſit Epheſi pecuniam dare, nihilominus ei rectè condemnetur, vel quia per ipſum ſteterit quominus Epheſi daret, vel quia vbique poteſt ſoluere. Nam & quod in diem debetur, ante ſolui poteſt, licèt peti non poteſt. Quòd ſi duplomate vſus, aut felici nauigatione maturiùs quàm quiſquam peruenerit Epheſum; confeſtim obligatus eſt: quia in eo quod tempore atq; facto finitum eſt, nullus eſt coniecturæ locus.

CLXXXVI. [x] Contraxiſſe vnuſquiſque in eo loco intelligitur, in quo vt ſolueret, ſe obligauit.

CLXXXVII. [z] Is qui certo loco promittit, nullo alio loco, quàm in quo promiſit ſoluere inuito ſtipulatore poteſt.

CLXXXVIII. [a] Qui certo loco ſeſe ſoluturum pecuniam obligat, ſi ſolutioni ſatis non fecerit; arbitraria actione & in alio loco poteſt cõueniri, in qua venit æſtimatio, quod alterutrius interfuit ſuo loco potius, quàm in eo in quo petitur ſolui.

CLXXXIX. [b] Ideo in arbitrium iudicis refertur hæc actio, quia ſcimus quàm varia ſint pretia rerum per ſingulas ciuitates, regionéſq;, maximè vini, olei, frumenti, pecuniarum quoque, licèt videatur vna & eadem poteſtas vbiq; eſſe, tamen aliis locis faciliùs & leuibus vſuris inueniuntur; aliis, difficiliùs & grauibus vſuris.

CXC. [c] Arbitraria actio vtriuſque vtilitatem continet tam actoris quàm rei. Quòd ſi rei intereſt, minoris ſit pecuniæ condemnatio quàm intentatum eſt: aut ſi actoris, maioris pecuniæ ſit.

CXCI. [d] In actionem arbitrariam venit vtilitas tam actoris quàm rei, [e] non vtriuſque ſimul: ſed [f] actoris, ſi per reum mora fuerit quominus Capuæ daret: Et rei, ſi per reum mora non fuerit: [g] vel ſi per actorem mora fuerit quominus Capuæ oblatam pecuniam acciperet.

CXCII. [h] Interdum iudex qui ex hac actione cognoſcit, cùm ſit arbitraria, abſoluere reum debet, cautione ab eo exacta de pecunia ibi ſoluenda vbi promiſſa eſt. Quid enim ſi ibi vel oblata pecunia actori dicatur, vel depoſita, vel ex facili ſoluenda? nónne debebit interdum abſoluere? In ſumma, æquitatem ante oculos habere debet iudex, qui huic actioni additus eſt.

CXCIII. [i] Adiectio loci actionem quæ erat certa facit arbitrariam, & eadem ratione adiectio temporis. Rectè igitur arbitraria appellatur. Hæc enim duo opponũtur,

h d.l. vbi autem. §. 1. — *i d.l. § illud.* — *k l. liber homo 118. § vlt. D. h. t.* — *l d.l. vbi autẽ. § quod quo d.* — *m Fr. Duarenus in d. §.* — *n l. 1. D. de oper. ſeru.* — *o l. ſi quis ab alio. D. de re iudic.* — *p l. vlt. D. de praet. ſtipul. l. quatenus. D. de reg. iur.* — ** l. ſi rem 28. D. h. t.* — *q l. ſtipulationes non diuiduntur 72. in princ. eo. t.* — *r l. ſi quis ab alio, in fi. D. de re iudic.* — *ſ l. ſi pœnam 68. D. h. t.* — *t l. ſi quis certum. D. de reb. cred.* — *u l. continuus 137. § cùm ita. D. h. t. l. 1. & 2. § quis ita. D. de eo quod cert. loco. l. contraxiſſe. D. de obl. & act.*

x d. l. contraxiſſe. — *z l. is qui certo. D. de eo quod cert. loc.* — *a l. vn. C. vbi conu. qui certo loc. dar. promiſ.* — *b l. 3. D. d. t. de eo quod cert. loc.* — *c l. 2. d. t.* — *d Iac. Cuiacius tract. ad Africanum ad l. Centum Capuæ. d. t.* — *e vt Placentinus & Irnerius ſenſiũt rectè.* — *f d. l. Centum l. vlt. § cum ita. D. h. t.* — *g l. 1. C. vbi conuen. qui certo loco. in verb. alterutrius. & quod in d. l. 2. d. t. de eo quod certo loco tradi tur vtriuſque eandem vim habet, ac ſi dixiſſet alterutrius, vt in l. vl. § ipſum. C. de bon. quæ liber. acq. d. l. Cẽtum. dic. eius vel actoris, non eius & actoris. Cuiacius in d. l. Centum.* — *h l. quòd ſi Epheſi. § 1. D. d. t. de eo quod cert. loc.* — *i Iac. Cuiacius in tract. ad Africanũ ad d. l. Cẽtum Capua.*

certa & arbitraria.

CXCIIII. [k] In condictione certi iudex ſeruit ſcripturæ contractus. Qua de cauſa plerique malunt, omiſſa actione bonæ fidei, & arbitraria, quæ ex eadem re competant, agere certi condictione, quia periculoſum eſt ſe committere arbitrio iudicis. Actiones bonæ fidei & arbitrariæ ſunt incertæ omnes, & poſitę in arbitrio & religione iudicantis, vt ipſe æſtimet quantum ferre actorem oporteat.

CXCV. [l] In arbitraria actione iudex qoantitati contractus ſeruire non debet: ſed vel excedere vel minuere quantitatem; vt ſi interfuiſſet rei Epheſi potius ſoluere, quàm eò loci quò conueniebatur, ratio eius habeatur. Etiam actotis ratio habetur, cuius interdum poteſt intereſſe Epheſi recipere. Quid enim ſi traiectitiam pecuniam dederit, Epheſi recepturus, vbi ſub pœna debebat pecuniam vel ſub pignoribus; & diſtracta piguota ſunt, vel pœna commiſſa mora tua? vel fiſco aliquid debebatur, & res ſtipulatoris viliſſimo pretio diſtracta eſt? In hanc arbitrariam quod interfuit veniet, & quidem vltra legitimum modum vſuratum. Quòd ſi merces ſolebat comparare, non ſolius damni, ſed & lucri ratio babebitur.

CXCVI. [m] Ei qui Epheſi ſibi aut Titio dari ſit ſtipulatus, ſi Titio alibi ſoluatur, condictio competit in id quod intereſt ſolùm.

CXCVII. [n] Si hęres à teſtatore iuſſus ſit certo loco quid dare, arbitraria actio competit: [o] aut mutua pecunia ſic data fuerit, vt certo loco reddatur.

CXCVIII. [p] Fideiuſſor conuenitur hac actione: ſed ob moram rei, eius obligatio non augetur.

CAP. XVII.
De condictione triticaria.

CXCIX. [q] QVi certam pecuniam nomeratam petit, illa actione vtitur, [Si certum petatur] Qui autem alias res; per triticariam condictionem petet. Et generaliter dicendum eſt, eas res per hanc actionem peti, ſi quæ ſint præter pecuniam numeratam; ſiue in pondere, ſiue in menſura conſteot, ſiue mobiles ſint, ſiue ſoli. Quare fundum quoque per hanc actionem petimus, et. ſi vectigalis ſit, ſiue ius ſtipulatus quis ſit, veluti vſumfructum, vel ſeruitutem vtrorumq; prædiorum.

CC. [r] In condictione certi veniunt pecunia numerata, & res omnes corporales, non incorporales. In condictione triticaria, res corporales & incorporales, non tamen pecunia numerata. Cuius rei hæc eſt ratio, Quòd condictio triticaria datur eius rei quæ petitur æſtimandæ cauſâ. [ſ] Pecuniæ autem vna & certa æſtimatio eſt, non indiget igitur æſtimatione. Cæterarum rerum varia & mutabilis ęſtimatio eſt pro diuerſitate locorum & temporum.

CCI. [u] Condictio triticaria arbitraria eſt, & admittit rationem loci, temporiſq;. [x] Tanti enim lis æſtimatur officio iudicis, quanti merx vel res debita fuit eo die, vel eo loco quo dari debuit.

k Cuiacius ad d.l.
l d.l.2.§.vlt. d.t.
m d.l 1.§.Iulianus.
n l ſi heres.d.t.
o l.aut mutua. ibid.
p d.l.centū Capue & l.vlt d.t.de qua re fu ſsis t. de fideiuſſo.
q l.1.D.de cōdict. trit. quæ certi condictio à Iureconſulto appellata eſt, quoniam ſub edicto Prætoris inſcripto, Si certum petatur. locata eſt, Alciatus lib. 1. Parerg.c.vlt. Cōdictionis autem triticariæ nomē inditū eſt caſu quodam, vt Stephanus Græcus interpres tradit, quia in aliqua formula huiuſce condictionis tritici mentio facta erat.
r Iac.Cuiacius in d l.Centum Capua & Paratitl.h t.
ſ l.2.D.de in lit. iur. l 3. D. h t.
t d.l.7.l Pretia rerum. D.ad leg. Falcid.
u Cuiacius in d.l Centum.
x l vlt D.de condict trit. l. quoties in diē. & l ſeq.D.de verb.oblig.l.vinū D. de reb. cred qua leges accipiendæ ſunt de condictione triticaria, nō de condictione certi Condictio certi eſt ſtricta, Condictio triticaria eſt arbitraria.

CCII. [y] Rem ſuam per hanc actionem nemo petet, niſi ex cauſis ex quibus poteſt: veluti ex cauſa furtiua, vel re mobili vi abrepta.

CCIII. [z] Quoties in diem vel ſub conditione oleum quis ſtipulatur, eius ęſtimationem eo tempore ſpectari oportet, quo dies obligationis venit. Tunc enim ab eo peti poteſt, quo primùm in locum peruenire potuit.

CCIV. [a] Idem erit & ſi Capuæ certum olei pondo dari quis ſtipulatus ſit. Nam eius temporis fit æſtimatio cùm peti poteſt. Peti autem poteſt quo primùm in locum peruenire potuit.

CCV. [b] In condictione triticaria (vt & in cæteris arbitrariis iodiciis obſeruari retulimus) Iudex non ſeruit naturæ contractus: ſed rem æſtimat ex ſuo officio die vel loco adiecto, quanti fuit eo die vel loco quo dari debuit. Modò igitor pluris quàm fuit contractus tempore; modò minoris, non adiecto die vel loco quanti fuit litis conteſtatæ vel rei iudicandæ.

CCVI. [c] Aut quis ſtipolatus eſt purè, aut cum adiectione diei, vel conditionis, vel loci. Si cum adiectione diei, ſumetur ęſtimatio eius diei, quo ſcilicet dari debuit, quóque agi potuit, ſed & eius loci tantùm ęſtimatio, id eſt, quanti ſit vinum in eius loci foro quo dari debuit, ſpectabitur. [d] Nec eſt hac in re differentia inter iudicia ſtricta & bonę fidei. Si nec dies, nec locus obligationi additus ſit, in iudiciis bonę fidei rei iodicatę tempus ſpectatur: in ſtrictis, petitionis tempus ſpectatur.

CCVII. [e] Sed quod in bonę fidei iudiciis rei iudicatæ tempus ſpectari diximus, ita habet, niſi moram fecerit venditor vini in tradendo vino. Quo caſu ſi vinum pluris fuerit contractus tempore; quo & mora fecit, quàm rei iudicatæ, reducenda erit ęſtimatio ad tempus cootractus ſiue moræ: ſin minoris, rei iudicatę tempus erit intuendum: & in ſumma, ſpectādum erit tempus quo rea voquam plurimi fuit. [f] Sed Galliæ moribus ita res temperatur, vt qui triticum ſua die non ſoloerit, in ęſtimationem eius damnetur quę communiter quoque anoo fuerit.

CCVIII. [g] Addenda & alia exceptio, Niſi emptor moram fecerit in accipiendo vino. Quo caſu ſi agat ex empto, à iudice eius temporis & eius loci fiet ęſtimatio, quo minoris fuerit.

CCIX. [h] Adiungenda quoque alia exceptio, Niſi fideioſſor pro reo equum ſoluit; & agat mandati. Nanque eo iudicio id conſequetur, quanti fuit equus cùm ſolutus eſt: & ideo ſi poſtea depretiatus fuerit, non ideo minus conſequetur.

CCX. [i] Præterea quod diximus in ſtricti iuris iudiciis tempus litis cooteſtatæ ſpectari, perpetuum non eſt. Nam eadem exceptio addenda, Niſi ante litem conteſtatam debitor moram fecerit; quo caſu debitor condemnabitur vtro tempore res pluris fuerit, vel quo

y l.1.§.vlt.D. d.t.de condict. trit.
z l.quoties 59. D.h.t.
a l.Idem erit. 60.d t.
b Cuiacius in d l.Centū Capue.
c Idem Cuiacius in d.l.quoties.
d l.vlt. D.de condict. trit. l. vinum. D de reb. cred.l. qui autē D. ſi quis caut.l.ſi Calendis.D.de re iudic.l.3.in fi. D. de act. empt l. hominem. D. Manda.
e Cuiacius in d l quoties l.3. §.vlt.l. ſi ſterilis. §. cum per venditorē. D. de act. empt.
f de quo ſupra. n.134. ad lit ſ.
g Cuiacius ad d.l.quoties. d. §.vlt.d.l.3. D. de act.empt.
h Cuiacius ad d l. quoties. l. hominem. D. Manda.
i Cuiacius ad d.l. quoties. l. pen. D. de eo quod cert. loco. l.in re furtiua. §.1.l.ex argēto. D.de cond. furt.l. pen. D. Rer. am.quibus oſtēditur in conditione furtiua quæ aduerſus furem qui ſemper moram facere intelligitur, tempus ſpectari, quo res vnquam plurimi fuerit. Nec obſtat. l. 2.§. queſitū. D. de priu delict.quæ ſpectat tempus litis conteſtatæ: quoniam id ita procedit, vt Stephanus interpretatur 22. Baſilicōn.t.6.ſi poſt furtum res furtiuæ æſtimatio mutata non fuerit: quod & notat. 60 Baſil.t.10.& 11

moram fecit, vel quo res iudicata eſt.

CAP. XVIII.

De quarta diuiſione ſtipulationum.

CCXI. [k] STipulationum aliæ iudiciales ſunt, aliæ prætoriæ, aliç conuentionales, aliæ communes, aliæ prętoriæ & iudiciales.

CCXII. [l] Iudiciales ſunt duntaxat, quæ à mero iudicis officio proficiſcuntur, veluti de dolo cautio.

CCXIII. [m] Prætoriç ſtipulationes ſunt, quç à mero Prætoris officio proficiſcuntur, veluti damni infecti: Prætorias autem ſtipulationes ſic audiri oportet, vt his contineantur etiam Ædilitiæ. Nam & hç à iuriſdictione veniunt.

CCXIIII. [n] In conuentionalibus ſtipulationibus, contractui formam contrahentes dant. Enimverò Prętoriç ſtipulationes legem accipiunt de mente Prætoris qui eas propoſuit. Denique Prætoriis ſtipulationibus nihil immutare licet, neq; addere, neq; detrahere.

CCXV. [o] Communes ſunt ſtipulationes, veluti, Rem ſaluam fore pupilli. Nam & Prętor iubet rem ſaluam fore pupillo, caueri; & interdum iudex, ſi aliter expediri hçc res non poteſt. Item duplæ ſtipulatio venit à iudice, aut ab Ædilis edicto.

CCXVI. [p] Conuentionales ſtipulationes ſunt quæ ex conuentione reorum fiunt: quarum totidem genera ſunt, quot penè dixerim rerum contrahendarum. Nam & ob ipſam verborum obligationem fiunt; & pendent ex negotio contracto.

CCXVII. [q] Scire debemus, in ſtipulationibus tot eſſe ſtipulationes, quot ſummç ſunt, tótque eſſe ſtipulationes, quot ſpecies ſunt. Secundùm quod euenit, vt mixta vna ſumma, vel ſpecie quç non fuit in prçcedenti ſtipulatione, non fiat nouatio; ſed efficit duas eſſe ſtipulationes.

CCXVIII. [r] Quamuis autem placuerit tot eſſe ſtipulationes, quot res: tamen ſi pecuniam quis, quç in conſpectu eſt, ſtipulatus ſit, vel aceruum pecuniæ: non tot ſunt ſtipulationes, quot nummorum corpora, ſed vna ſtipulatio. Nam per ſingulos denarios ſingulas eſſe ſtipulationes abſurdum eſt. Stipulationem quoque legatorum conſtat vnam eſſe, quamuis plura corpora ſint, vel plura legata. Itémque quadrigç & lecticariorum ſtipulatio vna eſt. At ſi quis illud & illud ſtipulatus ſit; tot ſtipulationes ſunt, quot corpora.

CCXIX. [ſ] Qui ſortem ſtipulatur, & vſuras quaſcunq;, certum & incertum ſtipulatus videtur: & tot ſtipulationes ſũt, quot res ſunt.

CCXX. [t] Quoties pluribus ſpecialiter pactis, ſtipulatio vna omnibus ſubiicitur; quamuis vna interrogatio & reſpõſum vnum ſubiiciatur; tamen perindè haberi, ac ſi ſingulæ ſpecies in ſtipulationem deductæ fuiſſent.

CCXXI. [u] Si mihi Bucephalum ſtipulanti, tu Bucephalum & Pegaſum equos ſpoponderis, Pegaſi adiectio pro ſuperuacuo habenda. Nam ſi tot ſunt ſtipulationes quot corpora; duç ſunt quodammodo ſtipulationes, vna vtilis, alia inutilis: neque vitiatur vtilis per hanc inutilem.

CCXXII. [x] Si ita ſtipulatus fuero, Te ſiſti; & niſi ſtiteris, aliquid dari quod promittenti impoſſibile eſt, [z] veluti hippocentaurum dari: detracta ſecunda ſtipulatione prior manet vtilis, ac perinde erit, ac ſi te ſiſti ſtipulatus eſſem.

CCXXIII. [a] Quod dicitur, Tot ſtipulationes eſſe quot res; ibi locum habet vbi res exprimuntur ſtipulatione. Cæterùm ſi non fuerint expreſſæ, vna eſt ſtipulatio.

CCXXIV. [b] Si ita ſtipulatus fuero [Decem aut quindecim dabis?] decem debentur. Item ſi ita [Poſt annum aut biennium dabis?] poſt biennium debentur: Quia in ſtipulationibus id obſeruatur vt quod minus eſſet, quòdque longius, eſſe videatur in obligationem deductum.

CCXXV. [c] Qui bis idem promittit, ipſo iure ampliùs quàm ſemel non tenetur.

CCXXVI. [d] Quoties in ſtipulationibus ambigua oratio eſt, commodiſſimum eſt id accipi, quo res, de qua agitur, in tuto ſit.

CCXXVII. [e] Plerumque in ſtipulationibus verba ex quibus obligatio oritur, inſpicienda ſunt. Ratò autem ineſſe tempus vel conditionem ex eo quod agi apparebit, intelligendum eſt; perſonam nunquam, niſi expreſſa ſit.

CCXXVIII. [f] Quicquid aſtringendæ obligationis cauſâ dictum eſt, id niſi palam verbis exprimitur, omiſſum eſſe intelligendum eſt: ac ferè ſecundùm promiſſorem interpretamur, quia ſtipulatori liberum fuit verba latè concipere. Nec rurſum promiſſor ferendus eſt, ſi eius intererit, de certis potius vaſis fortè, aut equis actũ: [g] & ſi ſenſiſſe ſe aliud dicat, quàm quod verbis planè aut probabiliter continetur.

CCXXIX. [h] Plerunque ea quæ in [i] prçfationibus conueniſſe creduntur, etiam in ſtipulationibus repetita creduntur: ſic tamen vt non ex ea repetitione inutilis efficiatur ſtipulatio.

CCXXX. [k] Stipulationes commodiſſimum eſt ita componere, vt quæcunque ſpecialiter comprehendi poſſint, contineantur: doli autem clauſula ad ea pertineat quæ in prçſentia occurrere non poſſint, & ad incertos caſus pertinent.

CCXXXI. [l] Omnem ſtipulatiõnẽ ſiue in dando, ſiue in faciendo, ſiue mixta ex dãdo & faciendo inueniatur; & ad hæredes, & contra hçredes tranſmittitur, ſiue ſpecialis hçredum fiat mentio, ſiue non. Cur enim quod in principalibus perſonis iuſtum eſt, non ad hçredes & aduerſus eos tranſmittatur? Et quare cùm penè ſimilis omnium hominũ natura eſt, non etiam facta omnes vel plus, vel paulò minus adimplere poſſint; ne ex huiuſmodi ſubtilitate cadant hominum voluntates?

CCXXXII. [m] Cum ſtipulamur, quicquid te

k l. Stipulationum 5. D. h. t. de diuiſ. ſtip. Inſt.

l d. l. 5. Pompo. autem. d. l. author in hac diuiſione ſtipulationum, non originem à qua introductæ sũt, ſed exercitium videlicet corã quo proponãtur perpendit. Nã de dolo cautio iudicialis eſt, vt hic. & l. 1. §. ait Prætor. in ſi. D. de dolo. Et tamen ab edicto Prætoris deſcendit non ſolùm generaliter quod oſtendit titulus de dolo. D. ſed etiã de perſequendo ſeruo qui in fuga eſt, reſtituẽdóque pretio. Inſt. de diuiſ. ſtipul. Alciat. lib. 1. Parad. c. 1. Iudiciales autem eas exiſtimat intelligi idem Alciat. in d. l. 5. quæ nõ coram Prætore, ſed coram aliis iudicibus expeditionem naciſcebantur: veluti ſub duumuiris, magiſtratibuſque municipalibus: itémque ſub delegatis & ſimilibus: quo in numero cautio de dolo eſt; quæ licet ex Prætoris Edicto ſit inuecta, ſub aliis tamen iudicibus interponebatur.

m d. l. 5. Prætoriæ ſtipulationes videntur Alciato d. loco quæ ſolius Prætoris iuriſdictioni relinquebantur, quarũ aliis iudicibus notio nõ erat, quo in numero aliæ erãt quæ dationem tutelarũ reſpiciebant. idẽ & in cautione dãni infecti, quã ſuæ iuriſdictioni reſeruare Prætores erant ſoliti. l. 1. l. 4. §. duo. D. de damn. inf.

n l. in conuentionalibus 52. D. h. t.

o d. l. 5.

p d. l. 5.

q l. ſcire debemus. 29. D. h. t.

r d. l.

ſ l. ubi autem 75. §. pen. D. h. t.

t l. Titius 134. §. vlt. & ſ pen. d. t.

u l. 1. § ſi ſtipulanti. d. t.

x l. ſi ita. 126. § vlt. d. t.

z l. ſi ita. 97. d. t.

a l. quod dicitur 85. d. t.

b l. ſi ita. 109. d. t.

c l. qui bis idẽ 18. D. h. t.

d l. quoties in ſtipulationibus 8. ibid.

e l. ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Titius 126. ibid.

f l. quicquid aſtringendæ 99. l. Stipulatio iſta habere licere 38 § in ſtipulationibus, ibid. l. cũ quæritur. D. de reb. dub. l. cùm in lege. & l. Labeo. D. de adſt. empt. l. Veteribus. D. de pact.

g Fr. Connan. lib. 6. com. iuris ciu. c. 3. d. l. quicquid. §. vlt. l. illæ aut ille 21. D. de lega. 3. l. Pluribus. D. de accept. l. ſi mihi aut Titio 110. §. vlt. D. h. t.

h l. Titius 134. §. 1. D. h. t.

i id eſt primis pactionib. quibus ſubiectæ ſunt ſtipulationes.

k l. Stipulationes 53. & l. doli. 119. d. t.

l l. Veteris. C. de cont. & com. ſtipul.

m l. cum ſtipulamur 123. D. h. t.

dare, facere oportet, nihil aliud in ſtipulationem deducitur, quàm quod præſenti die debetur: hoc enim ſolùm hæc ſtipulatio demonſtrat. [n] Itaque ſi à colono, cui fundum in quinquennium locau eram, poſt tres annos ita ſtipulatus fuero, [Quicquid te dare facere oportet?] non ampliùs in ſtipulationem deducitur, quàm quod iam dari oportet. Si autem adiiciatur [oportebitve:] etiam futura obligatio deducitur.

CCXXXIII. [o] Si ſic ſtipulatus fuero, [Per te non fieri quominus equum ex his quos habes ſumam] electio mea erit, [p] & hæredis, me mortuo.

CCXXXIV. * Si Titius & Seius ſeparatim ita ſtipulati eſſent, [Fundum illum ſi illi non dederis, mibi dare ſpondes?] finem dandi alteri fore, quoad iudicium acciperetur: & ideo occupantis fore actionem.

CCXXXV. [q] Si ego decem ſtipulatus à Titio, deinceps ſtipuler à Seio quanto minùs à Titio conſequi poſſim; ſi decem petiero à Titio, non liberatur Seius; alioquin ne quicquam mihi cauetur. At ſi iudicatum fecerit Titius, nibil vltra Seius tenebitur. Sed ſi cum Seio egero, quantumcunque eſt quominus à Titio exigere potuero, eo tempore quo iudicium inter me & Seium acceptum eſt, tantò minus à Titio poſtea petere poſſum.

CCXXXVI. [r] Si quis ſtipulatus fuerit, [Pro centum aureis ſatiſdabis?] & reum dederit in iſtam ſummam, ſemper in ſatiſdationis ſtipulatione veniet quod intereſt ſtipulantis; vt aliâs tota ſors inſit: veluti, ſi idoneus promiſſor non ſit, aliâs minùs, ſi in aliquid idoneus ſit debitor: aliâs nihil, ſi tam locuples ſit, vt noſtra non intersit ſatis ab eo accipere: niſi quòd plerunq; idonei non tam patrimonio quàm fide quoque æſtimantur.

CAP. XIX.

De quinta diuiſione ſtipulationum, quæ eſt, De diuiduis & indiuiduis ſtipulationibus.

CCXXXVII. [s] Obligationem eſſe diuiduam, nihil aliud eſt quàm diuidi poſſe: indiuiduam, quàm diuidi non poſſe. [t] Ac officiũ ſeu poteſtas diuiduæ obligationis eſt, quòd diuidi poſſit, & præſtari pro parte, ſiue ſolutione, ſiue compenſatione quæ ab homine fiat, vel lege inducatur. [t] Et in iure ciuili nulla res dicitur diuidua, vel ſeparabilis, niſi commodè diuidi ſeparatiue poſſit.

CCXXXVIII. [u] Diuiduæ obligationis officiũ, poteſtas & effectus eſt, vt ipſo iure actio diuidatur inter debitoris hæredes, vt vnus iure non debeat, nec conueniri poſſit, niſi pro parte: indiuiduæ, vt nec ipſo iure, nec effectu obligatio diuidatur inter plures hæredes debitoris: ſed tota in ſolidum quencunq; hęredem obliget.

CCXXXIX. [x] Diuiduorũ quędã partis diuiſioně pro diuiſo recipiũt: alia, pro indiuiſo.

CCXL. [z] In ſtipulationibus quæ diuiſionem recipiunt varia diuidendi ratio prodita eſt à veteribus iuris authoribus ad vtilitatem hominũ, & rei cuiuſq; naturam accõmodata. [a] Itaque quantitas diuiditur numero. veluti ſi quis ſtipulatus ſit centum, & deceſſerit duobus hęredibus relictis. Nihil enim ęquius cõſtitui poteſt, quàm vt ſinguli quinquaginta auferant ex hæreditate. [b] Alia eſt ratio ſpeciei certæ diuidendæ, puta Bucephali. Nam ſi is qui ſtipulatus eſt Bucephalũ, deceſſerit duobus hęredibus relictis, nihil eſt quod numero diuidi queat vtiliter: ſed diuiſio rei fiet in partes quæ intellectu habentur magis quàm corpore; quoniam hac ratione æqualitas commodiſſimè ſeruatur inter hæredes.

CCXLI. [c] In ſtipulationibus aliâs ſpecies, aliâs genera deducuntur. Cùm ſpecies ſtipulamur, neceſſe eſt inter dominos & inter hæredes ita diuidi ſtipulationem, vt partes corporum cuiq; debeantur. Quoties autem genera ſtipulamur, numero fit inter eos diuiſio: Veluti, cùm Bucephalum & Pegaſum quis ſtipulatus, duos hęredes æquis partibus reliquit: neceſſe eſt vtriq; partem dimidiam Bucephali & Pegaſi deberi. Si idem duos equos ſtipulatus fuiſſet, ſinguli equi hęredibus eius debentur.

CCXLII. [d] Stipulationũ quędã in dando, quędã in faciendo cõſiſtunt. [e] Et harum omniũ quędam partium ſtipulationẽ recipiunt, veluti cùm decẽ dari ſtipulamur: quædã non recipiunt; vt in iis quę [f] naturâ diuiſionẽ non admittũt: veluti, cùm viã, iter, actum ſtipulamur: * quędã partis quidẽ dationẽ naturâ recipiunt, ſed niſi tota dentur, ſtipulationi ſatis non fit: veluti, cùm equum generaliter ſtipulor, aut lancem, aut quodlibet vas. Nam ſi Bucephali pars ſoluta ſit, nondum in vlla parte ſtipulationis liberatio nata eſt: ſed aut ſtatim repeti poteſt, aut in pendenti eſt donec alius detur. Eiuſdem conditionis eſt hæc ſtipulatio [Bucephalum aut Pegaſum dari?]

CCXLIII. [g] Si centum equos, quos ego, hæréſve meus elegiſſet ſtipulatus, antequam eligerem, duos hæredes reliquero, numero diuiditur ſtipulatio. Diuerſum erit ſi iam electis equis ſucceſſerint.

CCXLIIII. [h] Toties obligatio, ſiue ex ſtipulatione, ſiue ex alio contractu, vel quaſi teſtamento, vel alia cauſa deſcendens, diuidua eſt; quoties debitum pro parte pręſtari poteſt. [i] Et generaliter niſi de contrario conſtet, vel ex neceſſitate, vt in ſeruitutibus pręᴅiorum; vel ex natura rei, vt ſi certa opera, vel conſtructio certæ domus debeatur; vel ex fine & deſtinatione, vt ſi mille legata ſint vel promiſſa ad conſtructionem operis curâ debitoris.

CCXLV. [k] Pro hæreditariis partibus, hęredes onera hæreditaria agnoſcere etiam in fiſci rationibus placuit, niſi intercedat pignus vel hypotheca: tunc enim poſſeſſor obligatæ rei conueniendus eſt.

a l. ſi centum l. cum Stichum D. de ſolut.
b l. ſi ſeruus communis. D. de ſtipul ſeru. l. Maximus. § ſi duobus. D. de leg. 2.
c d. l. in ſtipulationibus 54. D. h. t.
d l. 2. D. h. t.
e His quatuor exempla proponuntur. Primum, obligationis ſimpliciter & omnino diuiduæ ſcilicet ſtipulationis decem dari. Secundum, obligationis omnino indiuiduæ, ſcilicet dandæ vel conſtituendæ ſeruitutis prædialis: puta viæ, itineris, actus. Tertium & quartum, obligationis natura diuiduæ, ſed ſolutione indiuiduæ, ſcilicet cùm quis ſtipulatus eſt ſpeciẽ aliquam generaliter, veluti equum, vel disiunctiuè illud aut illud. Molinæus in d. §. & harum.
f Diuiſio naturalis, de qua hic textus loquitur, debet accipi ciuiliter: ſcilicet quando res debita poteſt vtiliter præſtari, & obligatio impleri, ſiue diuiſa, ſiue indiuiſa non corrupta eſſentia, nec forma rei debitæ. Et ſic natura accipitur hic pro aptitudine & capacitate, quã res ex ſeſe ſiue ſubſtantia ſiue forma corruptione habet ad vtilitates hominum & ciuiles actus.
* Idem l. Stipulatus. §. 1. D. de ſolut.
g l. ſi centum 117. D. h. t.

h Molinæus in d. l. 2. §. Item ſi in facto. & 2. parte huius tractatus de diuiduis vel indiuid. n. 200. & 355. l. pro hæreditariis. C. de hæred. act. l. pen §. 1. D. de cond. & dem i d. fideicommiſſa. §. pen D. de lega. 1. k d. l. Pro hæreditariis.

CCXLVI. [l] Si debitum eſſet priuilegiriū, & quis mutuatus eſſet in redemptionem, vel ex mutuo vehemēter opes eius auctæ eſſent, & conſeruatæ eius fortunæ ex alterius pecunia, quiſque hęredum pro ſolido teneretur, vno effecto non ſoluendo.[m] Idem obſeruatur ſi hæres in dolo aut culpa fuerit perperam diuidendo, & cùm ſibi de indemnitate à cohęrede pręſtanda nnn cauerit.

CCXLVII. [n] Omnes obligationes faciendi vel non faciendi, diuiduæ ſunt, niſi quando & quatenus apparet eſſe indiuiduas. Tunc autem & eatenus apparet indiuiduas eſſe, quando & quatenus diuiſio, hoc eſt partis pręſtatio, vel impoſſibilis eſt, vel corrumpit ſtipulationem vel obligationem, ac tollit implementum obligationis, & fidei.

CCXLVIII. [o] Sipulatio operarum, veluti foſſam fodi, domum ędificari, & ſimilium factorum eſt diuidua contractu, & poteſt in ſtipulatum pro parte deduci, & poſt ſtipulationem pro parte remitti vel ſolui.

CCXLIX. [p] Obligatio plurium operarum diuidua eſt numero, licèt ſingulæ obligationes ſint indiuiduæ.

CCL. [q] Obligatio [rem tradi, vel reſtitui] diuidua eſt obligatione & ſolutione: niſi ex natura rei debitę aliter appareat, veluti debitum ipſum pro parte præſtari, vel fieri non poſſe. Cùm ergo fundus diuiduus ſit, etiam pro partibus diuiſis, vel indiuiſis obligatio [fundum tradi] prorſus diuiſa eſt, & inter hæredes promiſſoris, ſeu debitoris pro partibus hæreditariis obligatione & ſolutione diuiditur, & quiſque eorum pro parte ſua offerendo tradere, ſatisfacit obligationi. Et id ſiue fundus ex cauſa venditionis tradendus erat, ſiue etiam ex alia obligatione etiam nudæ poſſeſſionis tradendæ.

CCLI. [r] Attamen ſi qui fundum ea lege emerat, vt ſoluta pecunia traderetur ei poſſeſſio, duobus hæredibus relictis deceſſerit, ſi vnus omnem pecuniam ſoluerit, partem familiæ erciſcundę iudicio ſeruabit: nec ſi partem ſoluat, ex empto cum venditore aget.

CCLII. [s] Si is qui duplam ſtipulatus eſt, deceſſerit pluribus hæredibus relictis: vnuſquiſque ob euictionem ſuę partis pro portione ſua habebit actionem. [t] Idémque eſt in ſtipulatione quoque fructuaria, & damni infecti,[u] & ex operis noui nuntiatione. Reſtitui tamē opus ex operis noui nūtiatione pro parte non poteſt: hęc vtilitatis cauſa ex parte ſtipulatorū recepta ſunt. Ipſi autem promiſſori pro parte, neque reſtitutio, neque defenſio contingere poteſt.

l Molin. in d. 2. parte huius tract. nu. 91.

m Idem Mol. d. 2. parte num. 93. & in conſ. Parſ. §. 180.

n Car. Molin. d. loco. contra opinionem Glo. & DD. omnium tam antiquorum, tam recentiorum tradentium omnem obligationem facti indiuiduam eſſe, niſi de contrario appareat, vt in paucis quibuſdam caſibus exceptis, vt in l. eadem. 4. §. Cato. D. hoc tit. quam opinionē Glo. & DD. nulla ratione neque naturali, neque ciuili fundatam idem Molin. dicit, nec etiam vlla [...] & vnde infinita abſurda occurrerentur. Et quæ ſi vera eſſet, Si quis promiſiſſet certam domum vendere, omnes hæredes in ſolidum quiſque vendere tenerentur: vt ſimiliter, Si idē duobus ſociis eſſet promiſſum. [l.] filius. D. de condit. inſtit.

o Molin. d. parte 2. huius tract. nu. 355. l. in ſtipulationibus 54. §. operarum. D. hoc tit.

p Idem Molin. d. loco.

q Idem Molin. d. parte 2. num. 276. Et quod in l. ſtipulationes non diuiduntur 72. traditur, ſtipulationem fundū tradi, eſſe indiuiduam, non de [...]ponus fundo intelligendum Molineus admonet, ſed de eo quod ſit indiuiduum, vt [ſ]i quis ſtipulatus ſit locum aliquem proximum ædificandæ domui, vel proximum [ſ]uis vineis vindemiæ faciendæ cauſa, vel promiſſus ſit certus locus ex fundo ad aquæductum ſtipulatione debitum.

r l. fiſtulas. §. qui fundum. D. de contr. empt.

s l. 4. §. ſi is qui. D. hoc tit.

t In hanc ſtipulationem venit quod intereſt. l. 1. D. vſufr. quem. cau. Itaque mirum non eſt ſi diuiſionem inter plures ſtipulatoris hæredes recipere hic dicatur: inter vſum & vſumfructum hoc intereſt, quòd vſusfructus diuiſionem recipit, vſus non item. l. 4. D. de vſufr. l. 1 § ſi vſusfructus. D. ad leg. Falcid. l. vſus pars. D. de vſu & hab.

u Nempe ſi quantitas petatur, non ſi petatur reſtitutio operis. Nam vtrunque peti poteſt ſtipulatoris arbitrio. l. ſtipulatio. §. ſiue autem. D. de oper. no. nunt.

A CCLIII. [x] Frui pro parte indiuiſa poſſumus, cùm vſusfructus dominium fructuum cōtineat quod diuiſionem recipit. vti autem nō magis pro parte indiuiſa poſſumus, quàm ire aut agere: quia vſus in actu tantùm corporali conſiſtit, ſine dominij acquiſitione.[z] Non enim vſuarius fructus ſuos facit, atque ideò nec vendere, nec legare, nec gratis concedere poteſt.

B CCLIIII. [a] Vſusfructus ab initio pro parte indiuiſa vel diuiſa conſtitui, & legitimo tempore ſimiliter amitti, eadémque ratione per legem Falcidiam minui poteſt. Reo quoque promittendi defuncto in partes hæreditarias vſusfructus obligatio diuiditur.

CCLV. [b] In illa ſtipulatione [Te, hæredémque eius ratum habiturum] & ſolus tenebitur qui non habuerit ratum: & ſolus aget à quo fuerit petitum, quamuis ipſe dominus pro parte ratum habere non poteſt.

C CCLVI. * Multum autem refert an in concipienda ſtipulatione [Titium ratum habiturum] hæredum ſit facta mentio, nécne. Nam ſi quis promiſerit ratum habere quod à ſuo procuratore geſtum fuerit; & ſi id factum non fuerit, pœnam; iſque deceſſerit duobus hæredibus relictis, omnes hæredes qui in locum eius ſubſtituuntur, pro vna perſona habendi ſunt. [c] Cùm autem nominantur hæredes à promiſſore hoc modo [me, hæredémque meum ratum habiturum] promiſſor ad vitandam pœnam non poteſt pro parte ratum habere. Singuli verò ipſius hæredes pro parte tantùm ſua tenebuntur: quia cùm eorum mentio facta ſit in concipienda ſtipulatione, diuiſa iam inde ab initio videtur eſſe ſtipulatio.

E CCLVII. [d e f] Pœna certæ pecuniæ promiſſa, ſi quid aliter factum ſit, mortuo promiſſore, ſi ex pluribus hæredibus vnus cōtrà quàm cautum ſit, fecerit: aut ab omnibus hæredibus pœna committitur pro portione hæreditaria, aut ab vno pro portione ſua. Ab omnibus [g] (diſtributiuè tamen pro parte hæreditaria) [h] ſi id factum, de quo cautum eſt, indiuiduum ſit, veluti iter fieri, quia quod in partes diuidi poteſt, ab omnibus quodammodo factum videtur. At ſi de eo cautū ſit quod diuiſionem recipiat, tum is hæres qui contrà facit pro portione ſua ſolùm pœnam committit.

F CCLVIII. [i] Stipulationes non diuiduntur earum rerum quę diuiſionem non recipiunt: veluti viæ, itineris, actus, aquæductus, cæterarúmque ſeruitutum. Idem etiam dici poſſe videtur & ſi quis faciendum aliquis ſtipulatus ſit: veluti, fundum tradi, vel foſſam fodiri, vel quid his ſimile. Attamen vbi quid fieri ſtipulamur, ſi non fuerit factum, pecuniam dari oportet. ideóque etiam in hoc ge- G

x Franciſc. Duarenus. in l. ſtipulationes non diuiduntur. 72. D. h. t.

z §. 1. Inſtit. de vſu & habit.

a l. 5. D. de vſufr.

b l. 4. §. Cato. D. h. t. l. inter hæredes. § ſi ſtipulatus. D. fam. erciſc.

c In hac diuidua ſolutio particularis nō admittitur à principali debitore, quāuis ſtipulator teneatur eā admittere ab eius hæredibus pro eorum partibus. Carolus Molinaeus 2. parte diuidui & indiuidui. nu. 564. quòd autē dominus pro parte ratum habere nō poſſit, non eò eſt quòd diuidua res non ſit, ſed quòd non admittitur particularis ſolutio qua ſi incongrua, idem Molin. nu. ſeq.

* Franciſc. Duarenus in l. ſtipulationū. 5. §. ſi autem. D. h. t. l. cum fundus. & l. pen. D. de cōd. & demonſtr.

d e f d. §. Cato.

g Caro Molin. in d. §.

h Factum diuiduum appellat quod pro parte præſtari poteſt, contra verò indiuiduum.

i l. Stipulationes non diuiduntur 72. D. h. t. in faciendi obligationibus poſt moram ſuccedit obligatio in id quod intereſt quod pecunia numerata æſtimatur, & hoc recipit diuiſionem. Stipulatio autem viæ, aquæductus, vel alterius ſeruitutis, quia in dando conſiſtit, & ius continet, nec poſt moram committitur in id quod intereſt, ſed ipſa ſeruitus venit in condemnationem: litis tamen æſtimatio fit poſtea in executione, ſi ſeruitus non poteſt à debitore præſtari. Nicolaus Valla. lib. de rebus dubijs, tract. 18. num. 3. l. ſi quis ab alio. §. vlt. D. de re iudic.

A nere diuiditur ſtipulatio.

CCLIX. [k] In factis indiuiduis licèt ſtipulatio committatur in ſolidum,[l] & vnus facto vel culpa omnes teneantur: [m] tamen ſinguli ad æſtimationem non tenētur in ſolidum, ſed pro parte tantùm hæreditaria.

CCLX. [n] Legatorum petitio aduerſus hęredes pro hęreditariis portionibus competit: nec pro bis qui ſoluendo non ſunt onerari B cohęredes oportet.

CCLXI. [o] Vnus hęredum conditoris exactam pattem ſuam non tenetur cohęredi communicare, etiamſi mox debitor factus ſit non ſoluendo. [p] Similiter vnus hęredum debitoris non tenetur in cohæredis partem non ſoluendo effecti.

CCLXII. [q] Si non ſinguli in ſolidum, ſed generaliter tu & collega tuus vna & certa quantitate condemati eſtis; nec additum eſt, C Vt quod ab altero ſeruari non poſſet, id alter ſuppleret; effectus ſententiæ pro virilibus portionibus diſcretus eſt: ideóque pro tua patte ſententię, ob ceſſationem alterius ex cauſa iudicati conueniri non debes.

CCLXIII. [r] Similiter quoties à tutoribus ſingulis procuratoribus datis ſequitur in omnium perſona condemnatio; periculum ſententiæ videtur eſſe diuiſum: ideóque quod ab vno ſeruari non poterit, à cæteris exigi non D poſſe, explorati iuris eſt.

CCLXIV. [ſ] Certi iuris eſt, cùm ſinguli eandem rem promiſerunt, vel ſtipulati ſunt, vt duo rei debendi, aut ſtipulandi, poſſe illos agere, vel conueniri in ſolidum. Pactum quoque vnius ex reis alteri prodeſt, ſi in rem factum ſit, ſiue ſocij ſint, ſiue non. [t] Nocere autem alteri non debet, niſi ſocij fuerint, & in eam rem conceptum ſit, cuius nomine inter eos contracta erat ſocietas. [u] Interru- E ptionem tamen per vnum ex reis promittendi factam prodeſſe, aut nocere alteri certum eſt.

CCLXV. [x] Sed cùm duobus certa quantitas credita eſt, & ab vnoquoque ſeparatim creditor diuerſis orationibus eam quantitatem ſibi reddi ſtipulatus eſt; dubitatum eſt, an cenſeantur duo rei debendi in ſolidum, ita vt ab vno totum peti, atque exigi poſſit; quod verius eſt. Sin autem ſimul eadémque oratione id promiſerunt, tenentur in viriles, niſi F expreſſè dictum ſit, Vt ſinguli in ſolidum obnoxij ſint: quod perraró omittitur in contractibus qui ſcripto conficiuntur, ac in tabulis; idque ſiue obligatio in dando conſiſtat, ſiue in faciendo: [z] quia ſtatim à contractu, atque ab initio ipſa obligatio enumeratione perſonarum diuiſa videtur. Nec obſtat quòd res tradi pro parte, vel opus fieri pro parte non poteſt; quia ex eo non efficitur illos eſſe duos reos debendi in ſolidum: ad hoc enim ſe non G obligauerunt. Et licèt propter qualitatem ipſius rei, vel naturam contractus, ſtipulatio non diuidatur, tamen non ſunt duo rei. Nam ſi poſt morá ſuccedit obligatio ad id quod intereſt, vel ad pœnam ſubiectá, quilibet tenetur pro parte iuxta numerum perſonarum. In

k *Fran. Duarenus in d. l. 4. §. eadem. D. h. t. l. hæredes. §. in illa. D. fam. erciſc.*
l *l. in executione. D. h. t.*
m *l. ad ea 157. §. vlt. D. de reg. iur.*
n *l. legatorum. D. de lega. 2. l. ſolent. D. de alim. & ciba. lega.*
o *Car. Molin. in l. 2. §. & harum. D. hoc. tit. nu. 74. l. vlt. in fi. C. depoſ.*
p *d. l. legatorum & d. l. ſolent. Claud. Seyſſellus in d. §. & harum, num. 2. Ang. Peruſ. conſ. 230. l. 1. & 2. C. ſi plures vna ſententia.*
q *d. l. 1.*
r *d. l. 2.*
ſ *Nico. Valla. d. tract. de reb. dubijs. nu. 5. & ſeqq.*
t *l. & hæredi. §. vlt. cum ll. ſeqq. & l. ſi vnus. D. de pact. vbi annotatur.*
u *l. vlt. C. de duob. reis.*
x *Valla dicto tract. l. 2. C. d. t. de duob. reis.*
z *l. cui fundus. D. de cond. & dem.*

A duobus verò reis debendi totum in bis rebus exigi poſſet.

CCLXVI. [a] Si duo vel plures certũ fundum dare promiſiſſent, vel quantitatem, puta centum amphoras vini, ſub conditione,[b] vel ob cauſam, ſi certa pecunia vel aliud eis datum fuiſſet; & obligatio & conditio diuiditur ex numero perſonarum.

CCLXVII. [c] Ergo cùm de hoc quæſitũ B eſſet; fundus quibuſdam legatus eſt, ſi pecuniam certam in funus, impenſamque perferendi corporis in aliam regionem dediſſent, num niſi vterque dederit, neutri ſit legatum: quoniam conditio niſi per vtrumque expleri non poteſt; humaniùs interpretari debere viſum eſt, vt cùm duobus fundus legatus ſit, ſi decem dediſſent, & alteri dando partem, legatum quoque debeatur. [d] Nam quamuis C ſumma vniuerſæ cōditioni ſit adſcripta, enumeratione perſonarum poteſt videri eſſe diuiſa.

CCLXVIII. [e] Sed ſi vni fundus legatus eſt, ſi decem dederit, partem fundi conſequi non poteſt, niſi totam pecuniam numerarit; nec ſcindi ex accidenti conditio debet: ſed omnis numerus eorum qui in locũ eius ſubſtituuntur, pro ſingulari perſona eſt habendus.

CCLXIX. [f] Si quis Titio & Seio fundũ D tot pedum legauerit, ſi ex ſuo tot pedes darent, Seius pro parte ſua, Titio nolente vel facultatem non habente, implere conditionem poteſt, partémque legati cōſequi. Quin & ſi velit, totam implere conditionem vnus poterit.

CCLXX. [g] Si teſtator duobus decem legauerit, ſi equum, veſtem, vel aliquod vas dediſſent, vnus partem conſequi non poteſt.

CCLXXI. [h] Si teſtator fundum legaue- E rit filiis vel hæredibus Plantij, ſi decem dederint, diuidi res poteſt, cùm ab initio plures legatarij fuerint, vnúſque eorum repudiare, alter ſuſcipere legatum poteſt,[i] ac inter eos iuri accreſcendi locus eſt. Sed ſi vnicus filius vel hæres fuiſſet, ex perſona hæredum eius conditio non ſcindetur.

CCLXXII. [k] Qui duobus hæredibus decem dare iuſſus eſt, & fundum ſibi habere, verius eſt vt conditionem ſcindere non poſſit, ne etiam legatum ſcindatur. Igitur quamuis F alteri quinque dederit, nullam partem fundi vindicabit, niſi alteri quoque adeunti hæreditatem altera quinque numerauerit; aut, illo omittente hæreditatem ei qui ſolus adierit hæreditatem, tota decem dederit.

CCLXXIII. [l] Cui vſusfructus legatus eſſet, donec ei totius dotis ſatisfieret, cùm ei hæres pro parte ſua ſatiſdediſſet, quamuis reliqui ſatis non darent, tamen pro ea parte G vſumfructum deſinere habere mulierem placuit. Idem fieri & ſi per mulierem mora fieret, quo minùs ſatis acciperet.

CCLXXIIII. [m] Si teſtator fundũ duobus legauerit, ſi domum vel hypothecam idoneam in platea vbi commercia exercebātur, dederint, vnus partem dando, partem rei

a *Nic. Valla. d. tract. nu. 34. d. l. cui fundus.*
b *l. vlt. D. de condict. cauſ. data.*
c *l. Tales cōditiones. §. 1. D. de cond. & dem.*
d *d. l. cui fundum.*
e *d. l.*
f *Car. Molin. 2. parte diuidui & indiuidui. nu. 390. l. ſi quis legata. §. duobus. D. d. t. de cond. & dem.*
g *Idem Molin. d. parte 2. nu. 396. Lancelotus Politianus in l. re coniunctis. col. 14. verſ. ſed hoc. D. de lega. 3.*
h *Idem Molin. d. part. 2. nu. 197. & ſeq. l. qui hæredi. §. ſi duorũ ſeruo. D. de cond. & dem. contra Socini ſententiam Conſ. 107. nu. 11. lib. 1.*
i *l. qui quartam. §. vlt. D. de lega. 1. & in l. re coniunctis. D. de lega. 3.*
k *l. qui duobus. D. de cōd. & dem.*
l *l. cum vſusfructum. d. t.*
m *Car. Molin. d. parte 2. d. uid. & indiuid nu. 396*

legatæ conſequi nou poteſt: cùm non ſit veriſimile teſtatorem voluiſſe hæredem ſuum paratum totum fundum dare, hac etiam incommoda diuiſione prægrauare.

n l. in executione 85. D. h. t.

CCLXXV. [n] In executione obligationis ſciendum eſt quatuor cauſas eſſe. Nam interdum eſt aliquid, quod à ſingulis hæredibus diuiſim conſequi poſſumus: aliud, quod totum peti neceſſe eſt, nec diuiſim pręſtari poteſt: aliud, quod pro parte petitur, ſed ſolui niſi totum non poteſt: aliud, quod ſolidum petendum eſt, licèt in ſolutione admittat ſectionem.

Prima ſpecies pertinet ad promiſſorem pecuniæ certæ. Nam & petitio & ſolutio ad portiones hæreditarias ſpectat.

Secunda, ad opus quod teſtator fieri iuſſerit. Nã ſinguli hæredes in ſolidum tenentur: quia operis effectus in partes ſcindi non poteſt. Quòd ſi ſtipulatus fuero [Per te hæredémve tuum non fieri, quominus eam, agam: ſi aduerſus ea factum ſit, tantum dari.] Et vnus ex pluribus hæredibus promiſſuris me prohibeat: verior eſt ſententia exiſtimantium vnius facto omnes teneri. Quoniam licèt ab vno prohibeor, non tamen in partem prohibeor, ſed cæteri familię erciſcundæ iudicio ſarcient damnum.

Pro parte autem peti, ſolui autem niſi totum non poteſt, veluti cum ſtipulatus ſum equum incertum. Nam petitio eius ſcinditur: ſolui verò niſi ſolidus non poteſt: alioquin in diuerſis equis rectè partes ſoluentur: quod non potuit defunctus facere, ne quod ſtipulatus ſum conſequar. Idem iuris eſt & ſi quis decem millia, aut equum promiſerit.

In ſolidum verò agi oportet, & partis ſolutio adfert liberationem, cùm ex cauſa euictionis intendimus. Nam auctoris hæredes in ſolidum denuntiandi ſunt, omnéſque debent ſubſiſtere, & quolibet deſugiente omnes tenebuntur; ſed vnicuique pro parte hæreditaria præſtatio iniungitur. Item ſi ita ſtipulatio facta ſit [Si fundus Titianus datus non erit, centum dari?] niſi totus detur, pœna committitur centũ. Nec prodeſt partes fundi tradere ceſſante vno: quemadmodum non prodeſt ad pignus liberandum partem creditori ſoluere.

o Car. Molin. 2. parte diuidui & indiuidui, nu. 84.
p l. vlt. in fin. D. de contr. empt. l. 1. §. ſi hæres. D. ad SC. Trebell l. 1. C. com. vtri. iu. diu.
q l. 2. §. ſed ſi vnus. D. de præto ſtipul. l. duſiſſimè. D. de Ædil. edict.
r l. ſi ſuperatus. D. de pign. l. ſæpe. D. de re iud.

CCLXXVI. [o] Si certa res, vel ſpecies à defuncto debebatur, ob quam conueniri actione perſonali poterat, [p] mero quidem iure hæredes pro portionibus hęreditariis tenentur: tametſi diuiſione hęreditatis facta eorum alicui ea res obtigerit. Sed ſi rei vendicatio cõpetebat, actione in rẽ ſcripta, aut interdicto poſſeſſor conueniri debet. Quod ſi res extet, cuius cauſa actiune perſonali agi poterat, æquius eſt, vt agi in poſſeſſorẽ quoque eius rei nomine poſſit: [q] tum quia ante diuiſionem omnes vocari in ius ob eam rẽ poterant, ac poſtea executio fieri in eũ qui rẽ poſſideret: tum quia, tametſi primitiua actio ſit perſonalis, [r] tamẽ iudicati actio & executio in rẽ ſcripta eſt, & fieri poſſet in poſſeſſorẽ quẽcũque ius etiã ex cauſa oneroſa habentem à condemnatis.

Capitis decimi noni pars ſecunda.

De *indiuiduis*.

ſ Car. Molin. hoc tract. diuidui & indiuid. in §. nõ ſi in facto. nu. 269. & 276. & 3. parte d. tract. nu. 51. §. ſi familia. §. eadem. Inſtit. de off. iud. l. 2. D. fin. reg. l. ad officium. C. Comm. diuid. l. Plerunque, & l. Aediles. §. cùm autem. & §. ſeq. D. de Aedil. ed. l. ſi ſponſus. §. generaliter. D. de don. int. vir. & vxor. l. non ampliùs. in fi. D. de lega. 1. l. ſancimus. §. ne autem. C. de don.
t Idem Carol. Molin. parte 3. d. tract. nu. 55. Contra Petri Bellapertica ſententiã, Bartoli & Claudij Seyſſelly in l. ſtipulationes nõ diuiduntur. D. h. t.
u l. Maximus. in fi. D. fa. erciſc. l. Maximus. §. in fundo. D. de lega. 2.
x d. l. non ampliùs. in fi.
z l. quòd ſi nolit. §. idem ait D. de Aedil. edict.
a l. ſi duo. in fi. D. Depo.
b Molin. in d. 3. part. nu. 14. l. 2. §. ex his. & l. in executione 85. D. h. t. l. ea quæ. D. de reg. iur.
c d. l. Ea quæ.

CCLXXVII. [ſ] INdiuiduũ id dicitur, quod pro parte dari vel fieri non poteſt: ídque ſiue rei neceſſitas impedimento ſit, veluti ſi quis prædialem ſeruitutem dare, patíve aliquem ea vti promiſerit, vel quid aliud quod ſcindi in partes ſiue diuiſas, ſiue indiuiſas non puſſit: quod ſimul dari, fietíve neceſſe ſit, alioquin nihil dari fieríve intelligatur: ſiue rei debitæ natura repugnet, vt non verè ſolui, & ex bona fide pars vna poſſit, veluti ſi quis ædificare domum, nauem aut ſtatuam facere, aut aliquod aliud opus promiſerit.

CCLXXVIII. [t] Res non eò dicitur indiuidua, quòd pro parte præſtita non adferat tantam vtilitatem reſpectu partis, quantam totum reſpectu totius.[u] Nam fundi, domúſve, imò etiam pecuniæ pars non tanti eſt, nec tantum commodum adfert per ſe quàm cum ſuo toto. Et tamen hoc non efficit rem indiuiduam. Idem dici poteſt de iis quæ non recipiunt diuiſionẽ niſi pro indiuiſo. [x] Vt equus, cùm pars prope nullam vtilitatem adferat: cuius generis res naturaliter indiuiſæ dicuntur, [z] nec vidẽtur diuiſionem poſſe recipere, [a] & niſi pro ſolido reſtitui poſſunt: tametſi res ſint inanimæ, veluti lanx aut vas quodpiam.

CCLXXIX. [b] Indiuiduum id dicitur quod nec ipſo iure, nec effectu inter plures hæredes debitoris diuiditur: ſed totũ deſcendit ad hæredes, & eorum quemlibet obligat. [c] Ea enim quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur.

CCLXXX. [d] Stipulationes non diuiduntur, [c] vt & ſuprà relatum eſt, earum rerũ quæ diuiſionem non recipiunt, veluti vię, itineris, actus, aquæductus, cæterarúmque ſeruitutũ. Idem eſt, & ſi quis faciendum aliquid ſtipulatus ſit: vt putà [e] fundum tradi, vel foſſam fodiri, vel inſulá fabricari, vel operas, vel quid his ſimile: [f] horum enim diuiſio corrumpit ſtipulationem. Verumtamen vbi quid fieri ſtipulemur, ſi non fuerit factum, pecuniam dari oportet: ideóque etiam in hoc genere diuiditur ſtipulatio, iuſtáque æſtimatione facti datur petitio.

d *l. Stipulationes non diuiduntur. 72. D. h. t.*

e *Stipulatio [fundum tradi] non indiſtinctè eſt indiuidua, ſed tantummodò quatenus ex natura & qualitate negotij concurrit aliqua ratio cur diuidi non debeat. Vt ſi venditor fundi moriatur relictis pluribus hæredibus, antequam eum tradidiſſet, pro parte tradi fundus ab vna partem pretij offerenti non poteſt. l. Iulianus. §. offerri. D. de act. empt. Et idem è conuerſo in venditore. l. quòd ſi nolit. §. idem Marcellus. D. de Aedil. edict. Quod non accidit propter naturam obligationis quæ ſit indiuidua, cùm diuidua ſit. l. 1. C. de reb. cred. l. cùm à matre. C. de rei vend. Sed hoc eſt propter pignus quod non diuiditur. Carolus Molinæus parte 2. huius tract. nu. 204. & ſeqq.*

f *Quod dicit text. horum (ſcilicet diuiduorum) diuiſio (id eſt partis tantùm præſtatio) corrumpit ſtipulationem (id eſt implementum ſtipulationis quæ ne in parte quidem impletur.) Idem Molin. parte 3. d. tract. nu. 54.*

CCLXXXI. [g] Ex hac ſtipulatione [Per te non fieri] vno hærede promiſſoris prohibente omnes tenentur: quoniam prohibitio illa indiuidua eſt; Id eſt, dum ab vno prohibeor, non in partem, ſed in totum prohibeor. Omnes igitur vidētur prohibuiſſe, & omnes tenentur. Cæterùm non tenentur in ſolidum: ſed ad id quod intereſt, tenentur, vel ad pœnam pro parte hæreditaria. [h] Quod tamen ij qui non prohibuerunt, præſtiterint; id à cohærede qui prohibuit repetent iudicio familię erciſcundæ, ne eius facto damnum ſentiant.

CCLXXXII. [i] Alia eſt ratiu ſtipulationis quę in faciendo conſiſtit, veluti domum ædificari. Quia ex hac ſtipulatione ſinguli promiſſores in ſolidum tenentur: niſi ſtipulationi ſubdita ſit pœna Sed id ita, ſi res integra ſit: id eſt, ſi opus fieri adhuc poſſit, & ſi velit actor, tenentur omnimodò, nec liberantur oſferendo quod intereſt: [k] Sed ſi res non ſit iotegra, in id quod intereſt, fit condemnatio.

CCLXXXIII. [l] Plures, [m] penes quos res eſt depoſita, vel [n] duo eiuſdem rei locatores, [o] vel venditnres eam quiſque cuſtodiam & culpam quam ex cuiuſque contractus natura & qualitate præſtare debent, prę́ſtant ſinguli in ſolidum: propterea quòd congruè & bona fide prę́ſtari ea pro parte non poſſunt: qua ratione indiuidua ſunt, & plures prnmiſſores ab initio ex eiuſmodi contractibus cuſtodiæ culpæque obligantur in ſolidum, & plures hæredes eius qui ei cuſtodię fuerit obſtrictus. Idem & in contractibus ſtricti iuris obſeruatur: veluti [p] commodato, [q] mutuo, nempe ſi rem tibi vendendam dederim, vt pretio vtęreris, & in ſimilibus quibuſcunque quæ cuſtodiæ aliquem obligant. Atque id quidem, tametſi verè non ſint duo rei promittendi, ſed tamen eorum inſtar; conuentúſque vnus alterum non liberat. [r] Sed vnius dolus vel culpa, quam prę́uidere, & à qua prę́cauere non potuit, alteri non nocet: quod vltimum in correis contrà eſt.

CCLXXXIV. [ſ] Si duobus vehiculum commodatum ſit, vel locatum, duo quodammodo rei habebuntur, & ſi alter conuentus prę́ſtiterit, liberabit alterum: & ambobus competit furti actio, vt alterutro agente alterius actio contra furem tollatur. [t] Idem dicendum ſi apud duos ſit res depoſita.

CCLXXXV. [u] Sed ſi duo depoſuerint, & ambo agant, ſiquidem ſic depoſueruot, vt vel vnus tollat tntum, poterit in ſolidum agere. Sin verò pro patte pro qua eorum intereſt, tunc dicendum eſt in partem coodemnationem faciendam.

CCLXXXVI. [x] Duo tutores, tametſi à dolo abſint, tamen in ſolidum reddere rationes tenentur.

CCLXXXVII. [z] Vię, itineris, actus, aquę ductus pars in obligationē deduci nō poteſt: quia vſus eorum indiuiduus eſt: & ideo ſi ſtipulator deceſſerit pluribus hæredibus relictis, ſinguli ſolidam viam petunt: & ſi promiſſor deceſſerit pluribus hæredibus relictis, à ſingulis hæredibus ſolida petitio eſt.

g *Iac. Cuiacius in l. 4. §. Cato. D. h. t. ex ſententia Accurſij, in verb. et heredes. contra interpretationē Bartoli. Nec obſtat quod dicitur in l. heredes. §. nilla. D. fa. erciſc. & in d. § Cato in ſolidum committi ſtipulationem: quia id ita accipiendum eſt, vt omnes teneantur, non tamen ſinguli in ſolidum.*

h *d. l. in executione. 85. §. quod ſi ſtipulatus. D. hoc t. l. inter. §. quod ex facto. D fam. erciſc.*

i *Cuiacius præd. loco. l. ſtipulationes non diuiduntur 72. & d. l. in executione. § 2. D. h. t. l. 11. § pen. D. de lega. 3.*

k *l. ſi quis ab alio. §. vlt. D. de re iudic. l. ſi quando. D. de oper. libert l. ſi fundus. D h. t.*

l *Molinæus d. 3. parte diuid. & indiuid. nu. 155. & ſeq. l. in commodato. § ſi ex facto. D. com.*

m *l. in depoſiti. D. depoſ.*

n *§. 1. Inſtit. de loca*

o *Venditores ante rem traditam eius cuſtodiā præſtant, tametſi periculum ſit emptoris l. 1. § ſed & cuſtodiā. D de per. & com rei vēd. l. quod ſæpe. §. ſi res vendita. l. ſi ea res & l. vēditor domus. D. de contr. empt. l. cùm emptor D de dam inf.*

p *d. § ſi ex facto. l ſi vt certo § ſi duobus. D. comm*

q *l. ſi gratuitam. §. ſi margaritam D. de præſc. verb*

r *l. ſed & de damno. D loca. l. ad eos. ibi quatenus cura aut diligentia. D. comm.*

ſ *d. § ſi duobus.*

t *l. 1. §. ſi apud. D depoſ.*

u *d. l. §. ſed ſi duo.*

x *Car. Molin. tract. diuid. & indiuid. 3. parte nu. 166.*

z *l. via. D. de ſeruit.*

CCLXXXVIII. [a] Omninò quæ pro parte expediri non poſſunt, ſi vnus ex hæredibus cogente neceſſitate fecerit, familiæ erciſcundæ iudicio locus eſt.

CCLXXXIX. [b] Rectiùs faciet iudex antequàm vnū ex hæredibus cōdēnet in ſolidū, ſi tēpus præſtituat cæteris cohæredibus, intra quod ſeruitutem, vel quid ſimile quod diuiſionem non recipiat, omnes præſtent.

CCXC. [c] In factis indiuiduis licèt ſtipulatio committatur in ſolidum, [d] & vnius facto vel culpa omnes teneantur: [e] tamen ſinguli ad æſtimationem non tenentur in ſolidum, ſed pro parte tantùm hæreditaria.

CCXCI. [f] Frui, vt & ſuprà relatum eſt, pro parte diuiſa poſſumus: vti, non magis quà in ire agere, cùm vſus in actu corporali conſiſtat, qui nec vendi, nec legari, nec gratis concedi poſſit, ſicut vſusfructus poteſt.

CCXCII. [h] Si fundi venditor aote eū traditum deceſſerit relictis pluribus hæredibus, vnus eorum partem pretij nnn rectè petit, partem tantummodò fundi offerens, [i] tametſi ſtipulatio [ſundum tradi] diuidua ſit. [k] Cōtráque ſi empror, antequam fuodus traderetur deceſſerit, plures hæredes relinquens, vnus ex his partē ſundi petere non poteſt, partē pretij offerens. Quod non accidit eò quòd diuidua res non ſit, [l] ſed quòd vēditor totam rem retinere pignoris quaſi iure poſſit, donec integrum pretium ſoluatur.

CCXCIII. [m] Propriè hypotheca diuidua eſt, tam ex parte creditoris quàm debitoris, ſed non diniditur: quia tametſi [n] lex duodecim tabularum diuidat nomina, tamen [o] vt non diuidit conditiones, [p] ita nec diuidit pignus aut hypothecam, eorúmve luitionem, eóque modo iodiuiſa ea remanent.

CCXCIIII. [q] Pignus tamē conſtitui pro parte diuiſa, vel indiuiſa, & in pattem debiti poteſt: & pacto, ſiue ſucceſſionē, vel acquiſitione, vel alia confuſione ſolui tam pro parte debiti, vel adhuc integri, vel pro parte remiſſi, quàm pro parte pignoris ſiue diuiſa, ſiue indiuiſa: vtque ſola debiti parte ſublata, totū pignus manet obligatum pro reſiduo duntaxat: ita ſola parte pignoris exempta, reſiduū obnoxium remanet in rotum debitum, niſi aliud nominatim conuenerit, prout cuique liberum eſt.

CCXCV. [r] Cōmunis rei pars dari pro indiuiſo hypothecę poteſt, & diuiſione facta cū ſocio non vtique ea pars creditori obligata eſt quæ ei obtigit qui pignori dedit: ſed vtriuſque pars pro indiuiſo pro parte dimidia manebit obligata.

CCXCVI. [ſ] Non prodeſt ad pignus liberandum pattem creditori ſoluere: [t] &

a *l. Heredes. § ſi vnus. D. fam. erciſc.*

b *l. Fideicommiſſa. 11. § ſi on opere. D. de lega. 1. Franciſc. Duarenus in l. 2. §. ex his. D. h. t. l. vlt. in fin D. de act. empt. l. ſi domus. § ſi pecunia. D. d. 3. de lega. 1.*

c *Duarenus. in l. 4. § eadē. D h. t. d. l. hæredes. § in ſi la.*

d *l. in executione. 85. eo. t.*

e *l. ad ea 157. §. vlt. D. de reg. iur.*

f *Duarenus in l. ſtipulationes non diuiduntur. D. h. t. Inſtit. de vſu. & habit. in prin.*

h *Molinæus 2. parte diuid. & indiuid. num. 205. & ſeqq. l. Iulianus. §. offerri. D. de act. empt.*

i *l. 1. C. de reb. cred. l. cū à matre. C. de rei vendic.*

k *l. quod ſi nolit. § Marcellus. D. de Aedil. edict.*

l *d. § offerri.*

m *Molin. d. tract. parte 3. num. 28. l. ſi conſenſit. §. vlt. D. quib. mo. pign. vel hyp. ſol. l. Rem hæreditariā. D. de euict.*

n *l. Ea quæ. C. fam. erciſc.*

o *l. cui fundus. D. de cond. & dem.*

p *l. Heredes. §. idem obſeruandum. D. fam. erciſc. l. in executione 85. ad fi. D. h. t. l. 1. C. de luit. pign. l. ſolutum §. ſi creditori. D. de pig. act. l. quandiu. C. de diſtr. pign. d. § offerri.*

q *Molinæus d. 3. parte. d. tract. nu. 26. d. l. ſi conſenſit §. vlt. & § ſi conuenerit & d. l. Rem hæreditariam.*

r *d. §. vlt.*

ſ *d. l. in executione.*

t *d. § idem obſeruatur. in d. l. heredes. d. l. quandiu.*

niſi

niſi vniuerſum quod debetur, offeretur; pignus creditor vẽdere poteſt.[u] Et qui pro parte hæres exſtitit, niſi totum debitum exſoluat, ſuam portionem ex pignoribus recipere non poteſt;[x] neque creditori nocet ſi debitoris hęredes, portiones debiti acceptas conſumpſerunt.

CCXCVII. [z] Si quis id quod ſine pignore debuit, teſtamento agnouerit, ſoluique iuſſerit: tamen hæredes pro portionibus hæreditariis tantummodò obligantur: tametſi hæredes pro diuiſo hęreditaria bona poſſidere incipiant, atque generaliter bona eſſe in teſtamenti cauſam obligata, in fine teſtamẽti eius executionis cauſâ pro more adiectum ſit. Sed ſi nominatim teſtator bona ſua in id debitum pignori eſſe ſtatuerit, contrà eſt.

CCXCVIII. [a] Si quis promiſerit ſe ratum habiturum, & deceſſerit antequam ratũ haberet, vel moratus ſit ratihabitionem, omnes hæredes ratum habere tenentur, cùm [b] generaliter omnes faciendi obligationes, vel ſtipulationes ad hæredes & contra hæredes tranſmittantur. Sed [c] in perſona hæredum diuiditur obligatio, videlicet inter omnes, ſi commiſſa ſit aduerſus defunctum; vel aduerſus omnes, ſi detrectent ratihabitionem: alioqui, aduerſus eum tantùm ex hæredibus qui non vult habere ratum, & pro eius parte.

CCXCIX. [d] Cùm quis promiſerit ſe ratũ habiturum, non poſſunt hæredes ex cauſa hæreditaria contrà facere, veluti fundum petere: ſed iure proprio poſſunt. [e] Qua de cauſa vtile eſt in hac ſtipulatione etiam hæredes comprehendere.

CCC [f] Qui promiſit ſe ratum habiturum, pro parte ratum habere non poteſt: ſicut qui ſolidum debet, pro parte rectè non ſoluit. At cùm procurator dominum ratum habiturum promiſit, dominum pro parte ratum habere nihil vetat: ac in partem ſtipulatio committitur.

CCCI. [g] Conditio tum demum indiuidua eſt, cùm rei indiuiduæ adiicitur. Aliâs diuidua eſt, [h] non tamen diuiſa, ſed indiuiſa, niſi pro ratione materiæ ſubiectæ. [i] Quinetiam in diuiduis ſæpius non diuiditur, ne creditor damno afficiatur: vt quando pœna loco vſuræ, vel eius quod intereſt, promiſſa eſt; vel cum initio actum eſt, vel expreſſè, vel tacitè, vt ſolutio ſimul & non diuiſim fieret;[k] idque etiamſi puta eſſet obligatio, ac diuiſioni locus eſſet.

CCCII. [l] In ſtipulatione quæ conſiſtit [m] in danda pecunia, vel re certa, [n] cuiuſmodi eſt ſtipulatio [fundum Titianum dari] ſi ſubiecta pœna ſit: ſi quid aduerſus eam fiat, cõmittit etiam pœnam hæres qui ſuam partem ſoluit,[o] quoniam ſtipulatoris intereſt ſibi per partes non ſolui.

CCCIII. [p] Sola conditio quoad pœnam indiuidua eſt, nec tamen efficit principalem obligationem indiuiduam, nec quin pro parte ſolui poſſit.

CCCIIII. [q] Promiſi rem ratam, vel amplius non peti, adiecta pœna; hæres qui pro ſua parte rem ratam habet, euitat pœnam, & ille ſolus eam committit, qui ratum non habet. Et cùm ratihabitio explicari non poſſit niſi per partes, nihil intereſt niſi pro parte eius qui ratum non habet: quod contrà eſt in dandi obligationibus.

CCCV. [r] Si condirio contineat diuiduum, diuidua eſt: ſed lex ea non diuidit, niſi is, cuius intereſt, eam diuidat.

CCCVI. [ſ] Si quis aliam rem pro alia volenti ſoluerit, & euicta fuerit res, manet priſtina obligatio. Et ſi pro parte fuerit euicta, tamen pro ſolido obligatio durat. Nam non accepiſſet re integra creditor, niſi pro ſolido eius fieret. Sed & ſi duos fundos, verbi gratiâ, pro debito dederit euicto altero fundo, remanet integra obligatio. Tunc ergo res pro re ſoluta liberationem præſtar, cùm pro ſolido facta eſt ſuſcipientis. Sed & ſi quis per dolum pluris æſtimatum fundum in ſolutum dederit, non liberatur, niſi id quod deeſt repleatur.

CCCVII. [t] Si centum debens, quaſi ducenta deberem fundum ducentorum ſolui, competit repetitio, & centum manet ſtipulatio: licèt enim placuit rem pro pecunia ſolutam parere liberationem, tamen ſi ex falſa debiti quãtitate maioris pretij res ſoluta eſt, non fit confuſio partis rei cum pecunia. Nemo enim inuitus compellitur ad communionem, ſed & condictio integræ rei manet, & obligatio incorrupta. Ager autem retinebitur donec pecunia ſoluatur.

CCCVIII. [u] Sed ſi pecuniam debens, oleum dederit pluris pretij, quaſi plus debens; vel cùm oleum deberet, oleum dederit, quaſi maiorem modum debens, ſuperfluum olei eſt repetendum, non totum, & ob hoc perempta eſt obligatio.

CCCIX. [x] Si cùm fundi pars mihi deberetur, quaſi totus deberetur, æſtimatione facta, ſolutio pecuniæ ſolidi pretij fundi facta ſit, repeti poteſt, non totum pretium, ſed partis indebitæ pretium.

CCCX. [z] Cùm eiuſdem generis plures res ſimul væneant, refert an in ſingulos pretium conſtituatur; vt ſcilicet interdum vna, interdum plures venditiones contractæ intelligantur. Quod vel eò quæri pertinet, vt ſi quod fortè pecus morboſum vel vitioſum ſit, vel omnia ſimul redhibeantur: interdum etſi in ſingula capita pretium conſtitutum ſit, tamen vna emptio eſt, vt propter vnius vitium omnia redhiberi poſſint, vel debeant. Scilicet cùm manifeſtum erit, non niſi omnia quem empturum vel venditurum fuiſſe, vt plerumque circa quadrigas vel mulas pares accidere ſolet, vt neutri non niſi omnes habere expediat.

u l. 1. C. de luit. pign. l. ſolutum. § ſi creditore. D. de pign. act.
x Molinaeus prima parte d. tract. in prin. l. hæredes. § igitur. & eta l.
z Carol. Molin. d. tract. & ſudim. parte 3. nu. 89. Bart. in l. cùm pater decedens. codicillos. D. de lega. 3. Ver obſtat quod bonorum teſtatoris legato pignori eſſe lex ſtatuat: cùm ad portiones hæreditarias ſit referendum, & ad perſonalis actiones termines. l. 1. C. Com. de lega. D. in l. 1. D. de lega. 1. Antonius Negusantius tract. de pign. & hyp. in membro ſecunda partis.
a Nic. Valla de rebus dubiis. tract. 18. num. 30.
b l. Veteris C. de contr. & com. ſtipul.
c l. 4. §. Cato, & §. ſi quis ſtipulatus.
d Valla. d. tract. nu. 31. & l. cùm à matre. C. de rei vend. l. vlt. C. de euict.
e l. ſi ſine. § ſi in ſtipulatione. & l. Procurator. D. rem rat. hab. & d. §. Cato.
f Valla. d. nu. 32. d. §. Cato. l. ſi procurator. D. Rem. rat. hab.
g Car. Molin. hoc tract. part. 2. num. 386. l. 2. § vlt. ſi in falſo. & l. 4. d. §. Cato. D. h. t.
h l. ſi ita fuerit. 1. D. de manu. teſta.
i Idem Molin. d. part. nu. 387. l. ſtipulationum. 5. § ſi ſortem. l. in executione. § ſi ita. D. h. t. l. cui fundus. D. de condit. & dem. k l. Fiſtular. §. qui fundum. D. de contr. empt. l Iac. Cuiacius in l. 4. §. Cato. D. h. t.
m l. Stipulationum. 5. §. ſi ſortem. d. 8.
n l. in executione 85 § ſi ita. ibid.
o l. 3. D fam. erciſc. d. l. 5. § vlt. D. h. t. ibi. nec enim aliud in his ſtipulationibus ſine iniuria ſtipulatoris conſtitui poteſt.
p Car. Molin parte 2. huius tract. no. 8
q Cuiacius in d. §. Cat in verb. ſoluit pœnam committere.
r Molin. parte 3. d. tract. nu. 33.
ſ l. ſi quis aliam. D. de ſol.
t d. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. D de condict. ind.
u d. l. §. idem Marcellus ait.
x d. l. §. idem Marc. adiicit.
z l. cùm eiuſdem. D. de Aedil. edict.

CCCXI. [a] Si domus, aut fundus ea pactione à pluribus vænierint, vt redimere ea vẽditori liceat, vnus in ſolidum totum redimere inuito emptore nõ poteſt: cùm partem ſuam quiſque vendidiſſe cẽſeatur: quemadmodum ſi pretium debeatur, totius petitionem non habet: ſed ſuæ partis tantummodò: contráque, partem fundi vel domus redimere non poteſt, ſi emptor reddere totum velit.

CCCXII. [b] Si cùm ab vno res vendita fuiſſet, ſuprascripta pactione vnus è pluribus hęredibus redimere eam velit, toto oblato pretio, cùm cohęredes vti pacto nollent, vel ob inopiam non poſſent; emptor partem eius duntaxat, aut totum reſtituere ei, prout elegerit, poteſt.

CCCXIII. [c] Quoddam eſt indiuiduum neceſſariò: quoddam naturaliter: quoddam ex accidente.

CCCXIV. [d] Neceſſariò ſunt indiuidua, quæ huiuſmodi ſunt ex re ipſa, eiúſque natura & qualitate; idque incommutabiliter, veluti, ſeruitutes prædiorum, quæ tametſi naturà ſua ſunt indiuiduę, tamen habent aliquid amplius.

CCCXV. [e] Naturaliter tantummodò atque ſimpliciter indiuidua dicimus, quæ ex natura, formáque rei promiſſę & pactionis genere, ac modo indiuidua ſunt: cuius generis res ab initio ex parte creditoris recipere diuiſionem poterant: ſed non debitoris, ac hęredum ipſius poſt contractum per partes pręſtari rectè poſſunt: cuiuſmodi ſunt obligatio certę domus faciendę, vel foſſę certa forma fodiendę: quę ex forma ſua & conſummatione perfectionem habent: cuiuſmodi obligationes in ſui ortu & ſine adiectione aliquarum circunſtantiarum indiuiduę ſunt.

CCCXVI. [f] Ex accidenti indiuidua ſunt, quando obligatio ex ſe ſuáque natura diuidua eſt, ſed non ſimpliciter, verùm circunſtantia quædam adiecta indiuiduam eã effecit. Qualis eſt obligatio [Fundum tradi] ad torcular extruendum prope vineam meam, vel cocleam iuxta ędes meas certo in loco: cùm pars eorum locorum mihi ad eas res inutilis futura ſit.

CCCXVII. [g h] Diuiduũ vel indiuiduum aliquid, eſt vel contractu, vel obligatione, vel ſolutione: vel eorum aliquo, vel duobus, vel omnibus.

CCCXVIII. Diuiduum & contractu, & obligatione, & ſolutione, vt fundum tradi, vel reſtitui: rem ratam haberi, quę quidem diuidua ſit.

CCCXIX. [i] Diuiduum contractu & obligatione, ſed ſolutione indiuiduum: vt cùm quid debetur in genere, vel diſiunctiuè illud, aut illud: [k] impropriè etiam, veluti reſtitutio certi vaſis.

CCCXX. [l] Diuiduum contractu, ſed non obligatione & ſolutione, veluti promiſſio certæ foſſæ, certa formâ faciendæ, vel etiam non faciendę certo loco & die, puta qua vindemiam, vel ligna euecturus ſim. Poteſt enim conueniri ab initio vt fiat, vel non fiat foſſa

a Car. Molinæus d. parte 3. huius tract. nu. 580. l. reos. §. cum in tabulis. D. de duob. reis. l. intra vtile. in fi. l. tutor. §. curator. D. de mino. l. quod ſi nolit. §. idẽ Marcellus D. de Æd. edict. vbi Raph. Fulgoſ. Idẽ Molin. in cõſ. Pariſ. §. 13. Glo. 1. quæſt. 6. nu. 31. & ſeq. Socinus conſ. 7. nu. 41. & conſ. 16 Iaſ. in d. l. ſtipulationes nõ diuiduntur, col. 12. nu. 31. D. h. t. Caro. Ruinus conſ. 82. lib. 1. Hieronym. Canog. in repet. l. 2. Cod. de pact. int. empt. & vend. quæſt. 20. Hermanort. Detus in d. §. Cato. Paulus Caſtr. in l. ſi quis aliam, per eum text. D. de ſol. Iudicio curiæ Pariſ. dati. 7. Februar. 1346. relato à Io. Papone lib. 12. t. 5. Arr. 8.
b Mol. d. loco.
c Car. Mol. d. 3. parte nu. 57.
d Molin. ibid. l. pro parte. D. de ſeruit.
e Mol. d. loco.
f Molin. ibid.
g h Molin. 2. parte d. tract. nu. 38.
i Mol. ibid l. 2. § & harum. l. in executione. D. h. t.
k l. ſi duo. D. depoſ.
l Mol. d. loco. l. fideicõmiſſa §. pen. D. de lega. 3. l. ſi ita fuerit 1. D. de man. teſta. l. ſi ut qui. in fi. D. ad leg. Falcid. l. ſemper verſ. opus. D. quod vi aut clam.

A certæ profunditatis vel altitudinis pro parte, ſed poſt conuentionem ſinguli hæredes promiſſoris tenentur in ſolidum.

CCCXXI. [m] Indiuiduum & contractu, & obligatione, & ſolutione, vt ſeruitus operis faciendi, vel ſtillicidij recipiendi, vel tigni immittendi, vel altiùs tollendi: poſitio certi termini in confinio, eradicatio vel plãtatio certæ arboris.

CCCXXII. [n] Quicquid eſt indiuiduum B contractu; eſt etiam obligatione, ſolutione & per omnes gradus vel ſtatus indiuiduum. Contráque quicquid diuiduum eſt ſolutione, multò magis diuiduum eſt contractu & obligatione, ac per omnes gradus diuiduum.

CCCXXIII. [o] Indiuiduorum natura eſt, vt obligent ſingulos in ſolidum diſtributiuè, id eſt pro partibus hæreditariis.

C CCCXXIIII. [p] Tametſi ſeruitutes indiuiduæ ſint, tamen vnà cum prædio diuiſionẽ recipiunt quoad commoditatem vel onus, atque contributionem: & veniunt in iudiciũ familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo inter plures hæredes eius cui cõpetunt, vel promiſſæ ſunt, & inter plures quibus ab initio promiſſæ ſunt vel conſtitutę, vt etiãſi fundus, cui ſeruitus debetur, non diuidatur, ſed cõmmunis maneat, ſiue etiã diuidatur, poſſit D vſus & commoditas ſeruitutis menſuris vel tẽporibus diuidi. [q] Poteſt etiã ſeruitus diuidi pro modo & pro portionibus fundi cui ſeruitus debetur vel æqualiter, vel inęqualiter, [r] non ſolùm actiuè, ſed paſſiuè contribuendo inter dominos fundi debentis ſeruitutem, vel debitoris alterius rei indiuiduæ.

CCCXXV. [s] Porro tametſi ſeruitus ſit indiuidua, eáque tota in toto ſit, & tota in qualibet parte: tamen ciuili modo ea vtendum E eſt, & per id loci ex quo minùs incommodi redeat ad fũdum debentem ſeruitutem. Qua de cauſa electio loci exercendæ ſeruitutis non eſt creditoris, ſed debitoris etiam in teſtamentis; dummodo ſine captione & ciuiliter id fiat.

CCCXXVI. [t] Si partem fundi mei certã tibi vendidero, aquæductus ius, etiamſi alterius partis cauſa plerunque ducatur, te quoque ſequetur. Neque ibi aut bonitatis agri, F aut vſus eius aquæ ratio habenda eſt, ita vt eã ſolã partẽ fundi quæ pretioſiſſima ſit, aut maximè vſum eius aquæ deſideret, ius eius ducendæ ſequatur, ſed pro modo agri detenti, aut alienati fiat eius aquæ diuiſio.

CCCXXVII. [u] Iter nihil prohibet ſic conſtitui, vt quis interdiu duntaxat eat. Quod ferè circa prædia vrbana etiam neceſſarium eſt.

CCCXXVIII. [x] Sicut iter, actus, via, pluG ribus cedi vel ſimul vel ſeparatim poteſt: ita aquæducendæ ius rectè cedetur. Sed ſi inter eos quibus aqua ceſſa eſt, non conuenit quẽadmodum vtantur, non erit iniquum vtile iudicium reddi: ſicut inter eos ad quos vſusfructus pertinet, vtile communi diuidundo iudicium reddi pleriſque placuit.

m Idem Molin. d. 2. parte num. 384. l. ſeruitutes l. ſi domus. l. cùm debere. D. de ſeruit. vrb. præd.
n idem Molin. 3. parte. d. tract. nu. 79.
o Idem Molin. parte 2. d. tract. nu. 458. & ſeqq. l. hæredes. § an ea. D. fam. erciſ. l. eaqua. D. de reg. iur. l. 4. §. Cato. D. h. t. & in l. 3. in fi. D. de duobus reis ibi omnes tenẽtur, id eſt, ſinguli.
p Molin. parte 3. d. tract. nu. 82. l. 4. §. interualla. D. de ſeru. l. Lucio cum l. ſeq. D. de aqua quoti. & æſt.
q l. ſi partẽ. D. de ſeruit. ruſt. præd.
r l. mortuo. §. vlt. D. de lega. 2. l. fideicõmiſſa. §. pen. D. de lega. 3.
ſ Molinæus. d. parte 3. num. 87. l. ſi cui. D. de ſeru. l. quo ſella. in fi. D. de ſer. ruſt. præd. l. venditor. in fin. D. Com. præd. l. 2. in fi. ibi ſi tamen non vltra modũ noceat. D. de aqua pluu. arc. & ibi Ludo. Roma. num. 3. l. Præſes prouincia. C. de ſeru. & aqua.
t l. ſi partem. D. de ſeru. ruſtic. præd.
u l. Iter. D. Com. præd. l. 4. §. interualla. D. de ſeru.
x l. Lucio. D. de aqua quoti. & æſt.

CCCXXIX. [a] Si contra vnum, ex eius, qui ſeruitutem promiſiſſet, & deceſſiſſet pluribus relictis hæredibus agatur, ac is ſatisfacere obligationi quoad ſe paratus ſit, eò amplius præſtare non compelletur, tametſi ſeruitus non poſſit pro parte præſtari: [a] nec tenetur à cohæredibus emere promiſſam ſeruitutem, aut eam commutare. Ac magis imputari debet actori, quòd cæteros cohæredes omnes vnà in ius non vocauerit. Sed ſi ſponte vnus ex hæredibus iudicium ſuſceperit, ac victus ſit, in ſolidum etiam totam æſtimationem ſoluet, quæ, ſi plures victi eſſent, inter eos diuideretur.

CCCXXX. [b] In his quæ indiuidua ſunt, & ſeparationem non recipiunt, quod vtile eſt per inutile non vitiatur: in cæteris contrà.

CCCXXXI. [c] Si vnus hæredum ob cohęredis culpam qui contra rei indiuiduæ ſtipulationem, veluti non prohibendi ire agere feciſſe dicatur, conuenitur; duo ei remedia competunt. Primum eſt, vt conuocet hæredem cuius culpâ arguitur, quò defenſionis cauſis atque ſumptus ſubminiſtret, vel ſatiſfaciat; vtque eodem iudicio damna rependere damnetur. Secundum, vt cuius de facto agitur, ſolus iudicium ſuſcipiat ipſo ſatiſdante ſe iudicatum pro parte hæreditaria ſoluturum.

CCCXXXII. [d] Non licet ei qui certam pecuniæ ſummam ſtipulanti promiſerit, eius partem nolenti exſoluere, niſi hoc nominatim conuenerit.

CCCXXXIII. [e] Attamen ſi debiti cuiuſpiam pars liquida ſit, pars controuerſa, litium finiendarum cauſa inductum eſt, vt in liquidum reus ſtatim condemnetur: [f] ſcilicet quò reſiduum citiùs exſoluat, cùm pars duntaxat ſuperfuerit.

CCCXXXIV. [g] Si plures ſocij ſub nomine ſocietatis contrahant, ex titulo ſocietatis inſerto contractui tacitè cenſetur actum, vt vnum ſit debitum, nec particularis ſolutio admittatur.

CCCXXXV. [h] Si duo in ſolidum ſe obligauerunt, vnum eſt debitum: cuius ſolutionem particulatim accipere creditor non cogitur.

CCCXXXVI. [i] Si plures opus aliquod integrum facere, quaſi artifices, vel abſolutè, ac ſimpliciter promiſerint, veluti nauem vel domum conſtruere, veſtémve conficere, ſed non in ſolidum quiſque, vnus ſolus non rectè conuenitur.

CCCXXXVII. [k] Si quæ obligatio ex perſona hæredum diuiſa ſit, cùm ab initio vnum eſſet debitum, vnúſq; creditor vel debitor, & ad vnũ res reciderit, veluti ſi trium hęredum ſucceſſio vni obuenerit, res ad priorẽ naturã redibit, nec pro parte ſolutio rectè fiet.

Pars tertia capitis decimi noni.

Quibus in ſolidum obligatis detur beneficium diuiſionis.

CCCXXXVIII. [l] DVobus reis qui ſoluendo ſunt, & præſentes, beneficium diuiſionis datur: ſimiliter & fideiuſſoribus; Vt fuſiùs titulo De duobus reis, & titulo De fideiuſſoribus referetur.

CCCXXXIX. Duo tutores, tametſi à dolo abſint, in ſolidum in id quod eſt indiuiduum, veluti rationes reddere tenentur, nec diuiſionis eis beneficium datur. Idem obſeruatur cùm rem ab iis repetunt quibus eſt commodata, vel penes quos eſt depoſita. [m n o] Sed nihilominus cõuento dilatio ad contutorem aut ſocios conuocandos datur. Quod ſi tutorum dolus arguatur, & diuiduæ rei cauſa cõueniãtur, veluti ſolutionis reliquorum, ſiquidem ex dolo communi beneficium diuiſionis eis non competit. Sed cum dolus abeſt, beneficium eis diuiſionis tribuitur, cædendarúmque actionum.

CAP. XX.

Quibus modis liberetur ex ſtipulatu obligatus, vel non.

Prima pars.

Quibus modis liberetur.

CCCXL. [p] SI ex ſtipulatu, aut legati cauſa Bucephalum equum, vel ſpeciem quancunq; certam aliam mihi debeas, eius interitu liberaris: niſi per te ſteterit quominus eam rem mihi dares: veluti, ſi interpellatus Bucephalum non dediſti, aut eum occidiſti. [q] Quoties enim culpa interuenit debitoris, perpetuatur obligatio, ſic vt res promiſſa quæ interierit, adhuc peti poſſit. [r] Nec referre videtur an apud creditorẽ peritura res fuiſſet, cùm ſi eam accepiſſet diſtracturus fortè fuerit, & pretium lucraturus. *Sed qui moram fecit in ſoluẽdo fortè Bucephalo, poteſt emendare eam moram poſtea offerẽdo. Nam dum quæritur de damno, & par vtriuſq; cauſa ſit, quare nõ potentior ſit qui teneat quàm qui proſequitur?

---

z Molinæus d. parte 3. d. tract. l. per fundum D. de ſeru. ruſt. præd. l. vlt. D. Com. præd.

a l. mutum. D. de contr. empt. l. nec emere. D. de ver. delib. nõ obſtat prædictis l. hæredes § an ea. D. fa. erciſ. quæ nõ dicit ex hæredibus eò quod hæres teneatur ſolidam ſeruitutem conſtituere, ſed ſub conditione loquitur, ſi præſtiterit, repetiturum à cohærede partem ipſius: poteſtque plerumque contingere, vt ad eam rem teneatur, ſed alia ex cauſa, veluti ſi fundus in quo ſeruitus conſtitui debeat ei obtigerit: ideóque lex mouet hæredes, vt inter ſe proſpiciãt cautionibus quò repetant quod pro aliis cohæredibus quidã præſtiterint.

b Fr. Duarenus in l. 1. §. ſed & ſi mihi. D. de verb. obl. l. 1. §. Trebatius. D. de aqua quot. & æſt.

c Molinæus parte prima d. tract. nu. 19. & ſeqq.

d Idem Molinæus in l. 2. §. & harum. D. h. t. per l. Tutor. §. 1. D. de vſur. fa. l. planè. in prin. D. fam. erciſc. l. vlt. D. quib. mo. pign. vel hyp. ſolu. Contra opinionem Alciati in l. quidam exiſtimauerit. D. de reb. cred. & Io. Coraſii in d. §. & harum

e d. l. quidam exiſt.

f Molinæus part. 2. d. tract. nu. 21.

g Molinæus d. 2. part. nu. 25.

h Molin. ibid. l. ſi rem quæ. § 1. D. de euict. l. 3. in fi. D. de duob. reis.

i Molinæus parte 3. d. tra. l. nemo eſt qui neſciat. D. d. 1 de duob. reis.

k Idem Molinæus parte 2. d. tract. nu. 18. & ſeqq. per l. ſi plures. D. de pact. Nec obſtat quod lex duodecim tabularum diuidat credita & debita, quod eò fit vt commodiùs res expediantur l. ea quæ. C. fam. erciſc. Nec debet fauore inductum in odium retorqueri.

l Auth. hoc ita. C. de duob. reis. Auth. præſente. C. de fideiuſſ.

m n o l. fideicommiſſa. §. pen. D. de lega. 3.

p l. ſi ex legati cauſa 23. & l. ſi Stichus 33. D. h. t.

q l. ſi ſeruum. 91. § ſequitur. ibid.

r d. d. ll. & l. nemo 82. & l. ſi pupillus 127. eo. l. l. ſi in Aſia §. vlt. D. Depoſ. l. quod te. D. de reb. cred. l. Cùm res 47. §. vlt. & l. ſi ſeruus 108. §. ſi ſeruus legatus. D. de lega. 1. l. ſi duo. §. vlt. D. de conſtit. pecu. l. electio. §. ſi is quem. D. de nox. act. Quæ ſententia fuit Proculianorum. Sabinianis autem contra placuit, ſi res omnino apud creditorem peritura fuit, debitorem poſt moram etiam liberari. l. ſi plures. §. vlt. Depoſ. l. ſi homo. D. de re iudic. iuncta l. vtique. D. de rei vendic. arg. l. inter omnes. D. de furt. l. 1. §. rectiſſimè. & l. merito. D. de vi & vi arm. At iureconſultos ita diſſidentes ſic conciliat Franciſc. Hothomanus libro illuſtrium quæſtionum cap. 28. vt fruſtrator, id eſt qui mala fide recuſat, naturalem etiam rei interitum præſtet: cunctator, id eſt qui iuſtam litigandi cauſam habeat, rei interitu liberetur.

* Idem l. ſi ſeruum 91. §. ſequitur. D. h. t. l. cùm par 154. D. de reg. iur. l. 2. D. vt qui in ius voca.

CCCXLI. [f] Si ſtipulatus ſum Bucephalum aut Pegaſum dari, & cùm Bucephalum dares, ego quominus acciperem in mora fui, ac poſt Bucephalus moriatur, debito liberor.

CCCXLII. [t] Si equum ſtipulatus fuero, & nulla mora intercedente equus interierit, ſiquidem occidat eum promiſſor, expeditum eſt. Si autem negligat infirmum, culpa, quod ad ſtipulationem attinet, in faciendo accipienda eſt; non in non faciendo: quia qui dare promiſit, ad dandum, non faciendum tenetur.

CCCXLIII. [u] Si in odium promiſſoris equum promiſſum alius occiderit, ita tenetur debitor, ſi aliqua eius culpa arguatur.

CCCXLIV. [x] Mora rei fideiuſſori quoque nocet.

CCCXLV. [z] Cùm quis rem profanam dari promiſit, liberatur, ſi ſine facto eius res ſacra eſſe cœperit: nec reuocatur in obligationem ſi rurſus lege aliqua res ſacra profana eſſe cœperit: quoniam vna atque eadem cauſa & liberandi & obligandi eſſet, quòd aut dari poſſit, aut dari non poſſit.

CCCXLVI. [a] Si rem, quam ex cauſa lucratiua ſtipulatus ſum, nactus fuero ex cauſa lucratiua, [b] veluti, ſi rem quam ex cauſa donationis ſtipulatus ſum, ex cauſa euaneſcit ſtipulatio, legati conſequar. Sed & ſi hęres extitero domino, extinguitur ſtipulatio. Si verò à me hærede defunctus eam legauerit, poteſt agi ex ſtipulatu.

CCCXLVII. [c] Ex promiſſione dotis non videtur cauſa lucratiua eſſe, ſed quodammodo creditor aut emptor intelligitur qui dotem petit.

CCCXLVIII. [d] Efficitur inutilis ſtipulatio, ſi in eum caſum reciderit à quo incipere non poteſt: Vt puta: [e] Si qui viam ad fundum ſuum dari ſtipulatus fuerit, poſtea fundum, partémve eius ante conſtitutam ſeruitutem alienauerit, euaneſcit ſtipulatio.

CCCXLIX. [f] Tamen id quod meum eſt, ſub conditione ſtipulari poſſum. Item viam ſtipulari ad fundum poſſum, quanquam interim fundus non ſit meus.

CCCL. [g] Item ſtipulari viam, iter, actum ad fundum communem ſocius non poteſt: & tamen ſi is qui ſtipulatus fuerat, duos hęredes reliquerit, non extinguitur ſtipulatio: & per partem dominorum ſeruitus acquiri non poteſt, acquiſita tamen conſeruatur, & per partem domini hoc euenit, ſi pars prædij ſeruientis, vel cui ſeruitur, alterius domini eſſe cœperit.

CCCLI. [h] Si quis cum vno ex pluribus obligato egerit, cæteri liberantur: Veluti, Si plures mihi in ſolidum pro euictione teneantur, deinde poſt euictionem cum vno fuero expertus, ſi agam cum cæteris, exceptione repelli poſſum, [i] cùm pro parte actio nec defenſio competeret.

CCCLII. [*] Solutione & acceptilatione rei promiſſæ ſoluitur obligatio. Et cùm ſtipulatus fuero decem, aut Bucephalum; pacto conuento de vna re non petenda tota obligatio ſubmouetur, niſi actum inter nos ſit ne decem mihi, ſed Bucephalus præſtetur; aut contrà. Sed ſi generaliter mihi equum debeas, & paciſcar ne Bucephalum petam, Bucephalum quidem petendo pacti exceptio mihi opponetur; alium autem equum ſi petam, rectè agam.

CCCLIII. [k] Promiſſor facti liberatur litis æſtimationem præſtando.

CCCLIV. [l] Si inſulam fieri ſtipulatus ſim, & tranſierit tempus quo potueris facere: quandiu litem conteſtatus non ſim, poſſe te facientem liberari placet. Quod ſi iam litem cõteſtatus ſim, nihil tibi prodeſſe ſi ædifices.

CCCLV. [m] Si dari aliquid oportere petatur, & poſt litem conteſtatã reus det ipſum, aut dare paratus ſit; vel ſi diſtrictè agatur fieri oportere, & reus faciat quod petitur, vel facere paratus ſit, non eſt dubium iudicium ſolui, cùm iudicia omnia abſolutoria ſint.

CCCLVI. [n] Debitor moram purgat intra modicum ab ea tempus quod debet præſtando.

CCCLVII. [o] A pœna liberatur debitor ſi pura ſit obligatio; & ante litem cõteſtatam offerat. Vbi iam cœpit agi, tarda nimis ſeráque oblatio eſt: [p] Si obligatio ſit in diem, ex die ſtatim pœna cõmittitur: nec is qui offert poſt diem, euitat pœnam: quia id inter contrahentes agi intelligitur.

Secunda pars capitis vigeſimi.

Quibus modis non liberetur ex ſtipulatu obligatus.

CCCLVIII. [q] QVicunq; ſub conditione obligatus, curauerit ne conditio exiſteret, nihilominus obligatur.

f l. Stipulatus ſum 105. D. d. tit.

t l. ſi ſeruum. 91. in prin d. t. Tametſi ceſſatio à faciendo culpa ſit, tamen promiſſor eam non præſtat: ſed eam modo quæ conſiſtit in faciendo. Cur ita? Cùm poſſeſſor cum quo actũ eſt, vindicatiõe culpam præſtet. Scilicet quia in re aliena cuſtodienda, cuius vindicatio alteri cõpetit, debemus eſſe diligentiſſimi: in ea quæ non niſi noſtro facto alteri quæri poteſt, licet nobis verſari negligenter quaſi in re noſtra, modò abſit dolus & lata culpa. Quæ ratio etiam differentiam induxit inter legata & fideicommiſſa. l. cũ res. §. pen. D. de lega. 1. l. mulier. § ſed enim. D. ad SC. Trebel.

u Fr. Duarenus in l. ſi ex legati 23. D. h. t. l. ſi merces. § culpæ. D. locati cõducti l. pen. D. Sol. matr.

x l. mora 88. D. h. t. d. l. ſi ſeruum §. nunc videamus.

z l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. d. t. §. item contra. Inſt. de inu. ſtip.

a d. l. inter ſtipulantem § ſi rem. l. in perpetuum. D. de ſolut.

b § ſi res. Inſt. de lega. l. inter omnes. D. de obl. & actio.

c l. ſi ex promiſſione & l. ſi is qui. D. de obl. & act.

d l. 2. l. exiſtimo 98. & l. pen d. §. 1. D. h. t.

e l. ſi ſub vna 136. §. 1. ibid. l. pro parte D. de ſeruit. Hoc ideo quia in emptorem ſtipulatio non tranſit, quæ tamen tranſit ad heredes. Cuiacius in d. l. 2.

f d. l. Exiſtimo. & l. ſi rem 36. D. h. t.

g l. Pluribus 140. d. t. l. ſi in metallum. inſ. D. de his quæ pro non ſcr. hab.

h l. ſi per imprudentiam. §. vlt. D. de euict. l. in executione. 85. l. cùm ex cauſa. 139. D. h. t.

i l. 4. inf. d. t.

* l. ſi vnus. §. ſed & ſi ſtipulatus. D. de pact.

k l. Stipulationes non diuiduntur 72. D. h. t. l. ſi quis ab alio. §. 1. D. de re iud.

l l. ſi inſulam 84. D. h. t. l. ſed & ſi. D. de conſt. pec. vbi verba illa ad tempus iudicij ſignificant ante litem conteſtatam. vt in l. ſi quis iuſſum §. vlt. D. de dam. inf. ante iudicium, id eſt ante litem conteſtatam. Cuiacius in d. l. ſi inſulam.

m Idem Cuiacius in d. l.

n l. ſi ita quis 135. § Seia. D. h. t. l. quod dicimus. D. de ſolut. l. ſi debitori. D. de iudic. d. l. ſed & ſi. l. Diuus Antoninus. D. de in int. reſt. l. Sancimus. C. de ſideiuſ. l. & ſi poſt tres. D. ſi quis caut.

o Ia. Cuiacius in d. l. ſi inſulam. l. ſi cum dies. §. vlt. D. de rec. arb. l. qui Romæ 122. §. Flauius Hermes. D. de verb. oblig.

p l. Traiectitiæ. D. de oblig. & act. l. Celſus. in prin. D. de rec. arb. l. ſi fundus. §. vlt. D. de lege com. idque Accurſ. ſupplet rectè ad l. Lucius. D. de act. empt. in verb. exhibuerit. Stipulatio autem pœnalis oblatione poſtea facta non reſoluitur quia ipſo iure poſt diem committitur. l. ad diem. vbi Cuiacius D. h. t. Stipulatio vero quanti ea res eſt non intelligitur commiti, niſi ex ea lis fuerit conteſtata, & ideo oblatione facta ante litem conteſtatam reſoluitur. l. & ideo 15. D. h. t. Non obſtant quæ initio huius verſus referuntur. l. 3. §. vlt. & l. 4. D. iudic. ſolui. vbi abſoluitur fideiuſſor [iudicatum ſolui,] cum quo actum eſt ob rem non defenſam, ſi poſt litem conteſtatam reus defenſionem ſuſcipere paratus ſit: quia ibi non dicitur fideiuſſorem liberari, ſi defenſionem ſuſcipere paratus ſit. Nihil enim ageret, ſe defenſionem poſt litem conteſtatam offerendo. Sed quod per ſe non poteſt, per reum conſequitur, quod ſæpe ita fit. l. 3. D. quæ res pign. oblig. poſſ. Duarenus in d. l. ſi inſulam. Non obſtat item l. fideiuſſor. D. de doli except. In cuius ſpecie offertur rectè poſt condemnationem, & euitatur actio iudicati, quia offertur non res ſolum, ſed & quod intereſt. Non obſtat ſimiliter l. hoc edicto. D. de publi. Vbi poſt litem conteſtatam reſtitutione euitatur pœna edicti. Nam id eſt ex edicti ſententia quod pœnam infligit ſub hac conditione, niſi reſtitutum ſit. his conueniunt d. §. Seia. in d. l. ſi ita quis 135. D. h. t.

q l. l. in executione. 85. §. vlt d. t.

CCCLIX. [q] Si duo rei ſtipulandi ita exſtitiſſent, vt alter vtiliter, alter inutiliter ſtipularetur, ei qui non babet promiſſorem obligatum, non rectè ſoluitur: quia non alterius nomine ei ſoluitur, ſed ſuæ obligationis, quæ nulla eſt.

q l.ſi duo 128. ibid.

CCCLX. [r] Eadem ratione ei qui Bucephalum aut Pegaſum equos ſtipulatur, ſi in vnum conſtiterit obligatio, quia alter ſtipulatoris erat: etiamſi deſierit eius eſſe, non rectè ſoluitur: quia vtraque res ad obligationem ponitur, non ad ſolutionem.

r d.l.

CCCLXI. [ſ] Cùm quid ad ſolutionem magis ponitur quàm ad obligationem, ſolui poteſt vſque ad litis conteſtationem: Vt puta, Si

ſ l.ſi quis ſtipulatus. D. de ſolut.

A quis ſtipulatus fuerit decē in melle, ſolui quidem mel poteſt antequā ex ſtipulatu agatur. Sed ſi ſemel actum ſit, & petita decem fuerint, amplius mel ſolui non poteſt.

CCCLXII. [t] Item ſi mihi aut Titio ſtipulatus fuero dari, deinde petam, ampliùs Titio ſolui non poteſt, quamuis ante litem conteſtatam poſſit.

t d.l.

CCCLXIII. [u] Is qui Epheſi ſibi aut Titio dari ſtipulatus eſt, ſi alibi Titio ſoluatur, ni-
B hilominus poteſt intendere ſibi dari oportere, nec liberatio contingit, atque ideo peti poteſt quod intereſt. Sed ſi mihi alibi ſoluatur, liberatio contingit, quamuis inuitus accipere non cogar.

u l.2.§.idē Iulianus. D. de eo quod ce. t. loco. datur hæc actio in factum ex quadam æquitate, iuxta Fulgoſii ſententiā. l.quoties D. de præſ. verb. neq; enim mere iure ſoluta forte id quod intereſt ſolum peti poteſt l.4. C. de poſ. l. qui per colluſionem §. 1. D. de act. empt.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER DECIMVSSEXTVS.

De duobus reis ſtipulandi & promittendi.

TIT. I.

Hic titulus duo tantùm capita habet. Primum eſt, qui dicantur rei ſtipulandi & promittendi: & quomodo conſtituantur, vel non: Cuius prima pars, Qui dicantur rei ſtipulandi & promittendi: & quomodo conſtituantur. Secunda, Quomodo non conſtituantur. Secundum caput, Quis ſit effectus conſtitutionis duorum reorum.

CAP. I.

Qui dicantur rei ſtipulandi, & promittendi, & quomodo conſtituantur, vel non.

Prima pars.

Qui dicantur, & quomodo conſtituātur.

I. [a] Qvi ſtipulatur, reus ſtipulandi dicitur: qui promittit, reus promittendi habetur. [b] Et rei nomen eſt commune debitoris & creditoris, à re nimirum quæ debetur.

a l.1. D. d.t.
b Iac. Cuiacius Paratitlis in Digeſta. l. quoties. D. de nouat. c. ſeruus. §. reus. de verb. ſig. res dictis, ſicut inquit Cicero lib. 2. de Oratore, quorū res agitur.

II. [c] Reum ſtipulandi dicimus, reum promittendi, reum credendi, reū debendi, reum ſatiſdandi, reum ſatis accipiendi.

c Cuiacius d. loco.

III. [d] Reus ſtipulandi vel promittendi dicitur, etiamſi ſolus ſit.

d Car. Molin. tract. diuiduo & indiuiduo n. 124. l. 1. Reus D. h. t. l. mora. D. de verb. obl. l. ex perſona. l. ſi teſtamēto. §. quæſitum. l. Amiſſi. D. de fidei.

IV. [e] Et ſtipulādi, & promittēdi duo, plurēſve rei fieri poſſunt. Stipulandi ita, ſi poſt omniū interrogationē promiſſor reſpondeat [Spondeo] vt puta cùm duobus ſeparatim ſtipulātibus ita promiſſor reſpōdeat [Vtriq; veſtrum dare ſpōdeo] Nam ſi priùs Titio ſpopōderit, deinde alij interroganti ſpondeat, alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei ſtipulandi eſſe.

e h 1 Inſt.

V. [f] Duo, plurēſve rei promittendi ita fiunt, [Mæui decem aureos dare ſpondes?] & [Sei eoſdem decem aureos dare ſpondes?] ſi reſpondeant ſinguli ſeparatim, [Spondeo].

f §. 1. Inſt. d. t.

VI. [g] Duo rei promittendi, ſiue ita interrogati, [Spondetis?] reſpondeant [Spōdeo,] aut

g l.duo rei. D. h.t.

C [Spondemus:] ſiue ita interrogati, [Spōdetis] reſpondiſſent [Spondemus,] rectè obligātur.

VII. [h] Duo rei ſine dubio ita cōſtitui poſſūt, vt temporis ratio habeatur intra quod vterq; reſpondeat. Modicū tamen interuallum temporis, item modicus actus qui modò contrarius obligationi nō ſit, nihil impedit quominus duo rei ſint. Fideiuſſor quoq; interrogatus inter duorū reorū reſponſa ſi reſpōderit, poteſt videri nō impedire obligationē reorum:
D quia non longum ſpatium interponitur, nec is actus eſt qui contrarius ſit obligationi.

h l duos reos. §. 1 d. t.

VIII. [i] In duobus reis promittēdi fruſtrà timetur nouatio. Nā licèt ante prior reſpōderit; poſterior, etſi ex interuallo accipiatur, cōſequēs eſt dicere, priſtinā obligationē durare, & ſequētē accedere: & parui refert ſimul ſpōdeāt, an ſeparatim promittāt: cūm hoc actū inter eos ſit, vt duo rei conſtituātur, neq; vlla nouatio fiat.

i l.3. d. t.

IX. [k] Eandē rē apud duos pariter depoſui, v-
E triuſq; fidē in ſolidum ſecutus, vel eandē rem duobus ſimul cōmodaui, fiūt duo rei promittēdi: quia nō tātùm verbis ſtipulationis, ſed & cęteris cōtractibus, veluti emptione, vēditione, locatione, cōductione, depoſito, cōmodato, teſtamēto fiūt: vt puta, ſi pluribus hęredibus inſtitutis teſtator dixit, [Titius & Męuius Sēpronio decē dato.] Et ſi duo quaſi duo rei conſtituerimus; vel cū altero agi poterit in ſolidū.

k l.eandem. d. t.

l l.ſi duo. D. de conſtit. pec.

X. [m] Nemo eſt qui neſciat alienas ope-
F ras promitti poſſe, & fideiuſſorē adhiberi in ea obligatione. Et ideò nihil prohibet duos reos ſtipulandi conſtitui, vel promittendi: ſicuti ſi ab eodem fabro duo rei ſtipulandi eaſdem operas ſtipulentur. Et

m l.nemo. D. h.t. l. Veteris. C. de contra. & com. ſtipul.

ex contrario duo fabri eiuſdem peritiæ eaſdem operas ptomittere intelliguntut, & duo rei promittendi fieri.

XI. [n] Ex duobus reis ptomittendi alius in diem, vel ſub cunditione obligari poteſt. Nec enim impedimento erit dies, aut conditio, quominus ab eo qui purè obligatus eſt petatur.

XII. [o] Cùm duos reos promittendi facerem, ex diuerſis locis Capuæ pecuniam dati ſtipulatus ſum: ex perſona cuiuſque ratio proprij temporis habebitur. Nam etſi maximè parē cauſam ſuſcipiunt, nihilominus in [p] cuiuſque perſona propria ſingulorum conſiſtit obligatio.

XIII. [q] Vt conſtituantut duo vel plures rei debendi, non ſufficit ex natura rei, vt in indiuiduis; vel tacitè, vt in tutoribus, mandatoribus, vel prucuratoribus id agi, vt in ſolidum ſinguli teneātut: ſed neceſſe eſt vtriuſque aut ſingulorum fidem ſecutum ſtipulatorem circa idem, & ex vna cauſa.

XIIII. [r] Propter mutuam vni datam pecuniam aliis reis promittendi factis, ob non numeratam ſibi pecuniam obligationem remitti deſiderio poſtulantium, iura refragantut.

XV. [ſ] Duorum reorum vna quidem dicitur obligatio, quo ad vnam rem ſemel debitam, & quoad vnam exactionem & ſolutionem. [t] Sed re vera duæ ſunt ſtipulationes, & ſingulorum propria obligatio, ſiue eodem ſermone, ſiue ſeorſim reſponderint.

Scunda pars capitis primi.

Quibus modis duo rei non conſtituantur.

XVI. [u] His verbis [Eáque præſtari ſtipulāti tibi ſpopōdimus] intereſſe, quid inter contrahentes actum ſit. Nā ſi duo rei facti ſint, eum qui abſens fuit, non teneri: præſentem autem in ſolidum eſſe obligatum: aut ſi minùs, in partem fore obſtrictum.

XVII. [x] Duos reos promittendi facturus, ſi vtrumque interrogauero, ſed alter duntaxat reſponderit, verius eſt eum qui reſponderit, obligari. Neque enim ſub conditione interrogatio in vtriuſque perſona fit vt ita demum obligetur, ſi alter quoque reſponderit.

XVIII. [z] Si quis à duobus reis ſtipulandi interrogatus, reſpondiſſet vni ſe ſpondere, ei ſoli tenetur.

XIX. [a] Si ex duobus qui promiſſuri ſunt, hodie alter, alter poſtero die reſpōderit [Promitto] non eſſe duos reos: ac ne obligatum quidem intelligi eum qui poſtera die reſponderit, cùm actor ad alia negotia diſceſſerit, vel promiſſor, licèt peractis illis rebus reſponderit.

XX. [b] Si à Titio & pupillo ſine tutoris authoritate ſtipulatus fuero, eadem decem, & quaſi duos reos promittendi conſtitui, ſolus Titius obligatur.

XXI. [c] Si Titius & Seius decem, aut Bucephalum qui Titij ſit, ſtipulati fuerint; non videri eos duos reos ſtipulandi, cùm Titio decem tantùm; Seio Bucephalus debeatur. Quę ſententia eò pertinet, vt quāuis vel huic, vel illi decem ſoluerit, vel Seio Bucephalum, nihilominus alteri obligatus manet. Sed dicendum eſt, vt ſi decem alteri ſoluerit, ab altero liberetur.

XXII. [d] Si id quod ego & Titius ſtipulamur, in ſingulis perſonis proprium intelligatur, non poterimus duo rei ſtipulandi conſtitui: veluti cùm vſumfructum, aut dotis nomine dati ſtipulemur.

XXIII. [e] Si quis in deponendo penes duos paciſcatur, vt ab altero culpa quoq; præſtetur, verius eſt nō eſſe duos reos à quibus impar ſuſcepta eſt obligatio. Non idem probandum eſt, cùm duo quoq; rei culpam promiſiſſent, ſi alteri poſtea pacto culpa remiſſa ſit; quia poſterior conuentio, quæ in alterius perſona interceſſit, ſtatum & naturam obligationis, quæ duos in initio reos fecit, mutare nō poteſt. Quare & ſi ſocij ſint, & communis culpa interceſſit, etiam alteri pactum cum altero factum proderit.

XXIV. [f] Cùm tabulis eſſet comprehenſum, illum & illū centum aureos ſtipulatos: neque adiectum, Ita vt duo rei ſtipulandi eſſent; virilem partem ſinguli ſtipulati videbantur: & è contrario cùm ita cautum inueniretur, [Tot aureos rectè dari ſtipulatus eſt Iulius Carpus: Spopondimus ego Antoninus Achileus, & Cornelius Dius partes viriles deberi] quia non fuerat adiectum, ſingulos in ſolidum ſpopondiſſe, ita vt duo rei promittendi fierent.

XXV. [g] Si plures ſe obligauerunt, aut à teſtatore obligati ſint alternatiuè; veluti, ſi ſtipulanti Titius, Seiúſque promiſerit ſe aut alterum daturum; aut teſtator, Titium aut Seiū hæredes dare iuſſerit, nō tamen protinus duo rei ſunt, ſed quaſi: nec vnius factum obeſt alteri.

XXVI. [h] Si duo venditores vel locatores indiuiduum aliquid promiſerint: veluti per eos non fieri quo minus emptori aut conductori ire agere per fundum liceat, vel ſimpliciter, vel adiecta pœna; [i] is tantùm qui contrà fecerit, in ſolidum tenebitur: id ita niſi tanquam rei illud in ſolidum promiſiſſent. Tum enim vnius factum obeſt alteri. & ſinguli in ſolidum in omne quod intereſt, & pœnā integram tenentur. Attamen vnius ſolutio alterū liberat, & ei qui non contrauenerit, damna ab eo qui non offenderit, ſarcientur.

XXVII. [k] Plures quibus eadē res mutua data, aut commodata eſt, vel penes quos eſt depoſita, vel duo eiuſdem rei locatores, vel vēditores, ante rei venditæ traditionem eam quiſque cuſtodiā & culpam, [l] quā ex cuiuſq; contractus natura præſtare debent, præſtant

n l.ex duobus. 1.D.h.t.

o d.l.eandem. §.vlt.

p qua multiplicatur in ſingulos.l.ſi reus.l. vlt.d.t.

q Car.Mol.3. parte diuidu & indiuidu. n.156 d.l.Eandē.in prin. ibi. vtriuſque fidē in ſolidum ſecutū.l.cùm apparebit. D. locat. ibi.cùm apparebat ſingulorū in ſolidum in iuuium perſonā.

r l.propter. C. h.t. aliud dicēdum, ſi ante numerationem eos pœniteat, & creditori denūtiarint.l.qui pecuniam. D. de reb.cred.l.fideiuſſor. D de fideiuſ. Not.in l. Titius. D. de proc.

ſ Car.Molin. d. tract. diuid. & indiu. part. 3.l.3.in fi.D.h. tit.

t d.l.eandem rem.in fi. D h. 1. l. hæres. §. cùm tu. D.de fidei.

u l his verbis. D.h.t.

x l duos.d.t.

z d.l.§.1.

a l.ſi ex duobus d.t.

b d.l.§.1.

c l.ſi id quod. d.t.

d d.l.

e d.l. eandem §.1.d.t.

f l.Reos §.1.d. t.l. 2. §.ſi quis ita. D. de eo quod cert. loco. l. ſi mihi 110. D.de verb.obl.

g Car.Mol.3. parte diuidu & indiuid.nu 157.& ſeq.l.ſi ex toto. 8.§.1. D.de leg.1.Cōtra communem DD.ſententiā Nō obſtat d §. 1. qui legatum huiuſmodi obligare ita hæredes dicit, quaſi duo rei eſſent. Nec l.ſine à certis.D.h 1.quia oppoſitum probat, videlicet teneri indiſtinctè hæredes à quibus quid ſit legatū pro partibus virilibus ſiue hæreditariis. Nec item Auth.ſi quādo.C.de conſti. pec.quæ ſimiliter oppoſitum probat, ſcilicet ſi per conſtitutū tem alternatiuè nominati conſentiant, teneri ait omnes pro partibus virilibus tantùm: niſi præter id appareat quòd cōſtituantur ſinguli in ſolidum

h Car.Molin. d. parte. 3. d. tract.n.120.

i l.pen.D.h.t. l. vlt. C. eo. Bart. in l.4.§. Cato. D. de verb. oblig. in 4. & 6.oppo ſubolſeuri & Maria Socinus iunior.ibid.n.150.

k Idem Molinæus. d.3.parte.n.195 & ſeq.l.in commodato.§.ſi ut facio. D.Commo.l.in depoſiti. D.Depoſ §. 1.Inſt.de loca.l.ſi gratuitam.§.margaritā D de præſ.verb.

l Venditores ante rem traditam eius cuſtodiā præſtant tametſi rei periculum ſit emptoris l.1 § ſed & cuſtodiam. D.de per.& com.rei vend l.quod ſæpe.§.ſi res vendita.l.ſi ea res.l.vendor domus. D.de cont.empt.l.cum emptor. D.de dam.inf.

singuli

A ſinguli in ſolidum: propterea quòd congruè & bona fide præſtari ea pro parte non poſſunt, qoa ratione indiuidua ſunt, & plures promiſſores ab initio ex eiuſmodi contractibus cuſtodiæ obligantur in ſolidum; & plures hæredes promiſſores eiuſdem cuſtodiæ. Atq; id quidem, tametſi verè non ſint duo rei promittendi, ſed tamen eorum inſtar: conuentúſque vnus alterum non liberat, ſoluens tamen liberat. B Sed vnius dolus, vel culpa quam præuidere, & à qua cauere alter non potuit, ei oon nocet: quod vltimum in duobus reis contrà eſt.

XXVIII. [m] Quoties plures aliâs tenentur ſinguli io ſolidum, vt in indiuiduis, ſi ſit expreſſè dictum vt in ſolidum teneantur: non tamen duo rei ſunt, quia cenſetur expreſſum quod tacitè ineſt, non autem vt aliquid extrinſecus addatur. Atque ea ratione vnius factum non nocet alteri. C

CAP. II.

Quis ſit effectus conſtitutionis duorum reorum.

XXIX. [n] EX huiuſmodi obligationibus & ſtipulationibns ſolidum ſingulis debetur, & promittentes ſinguli in ſolidū tenentur. In vtraque tamen obligatione vna res vertitur: & vel alter debitum accipiendo, D vel alter ſoluendo, omnium perimit obligatiooem, & omnes liberat. [o] Partes tamen à ſingulis etiam peti poſſe nequaquam dubiū eſt. [p] Nec creditor prohiberi poteſt exigere debitum, cùm ſunt duo rei promittendi eiuſdem pecuniæ à quo velit.

XXX. [q] Duo tamen rei promittendi eiuſdem pecuniæ ſi præſentes ſint & idonei, ſimul cogi ad ſolutionem poſtulare poſſunt, ſibique E diuiſionia beneficium indulgeri; Alioqui in ſolidum cogi poſſunt, vel in partem.

XXXI. [r] Hæc conſtitutio ad eos quibus res commodata, aut apud quos eſt depoſita, locatores, venditores, quos cuſtodiam in ſolidum præſtare diximus, aliáſve ſimiles perſonas non pertinet: [ſ] ſed ad eos duntaxat qui ab initio proprio contractu in ſolidum ſe obligant certæ quantitati, vel rei merè diuiduæ, qui citra pactum illud in viriles tantùm tenerétur. F

XXXII. [t] Ex vnius rei promittendi electione præiudicium creditori aduerſus alium non fit: ſed remanent & ipſi creditori actiones integræ, & perſonales, & hypothecariæ, donec omninò ſatisfiat.

XXXIII. [u] Cùm duo eandem pecuniam debent, ſi vnus capitis deminutione exemptus eſt obligatione, alter non liberatur. Multùm enim intereſt vtrum res ipſa ſoluatur, an perſona liberetur: cùm perſona liberatur G manente obligatione, alter durat obligatus. Et ideò ſi aqua & igni interdictum eſt, alicuius fideiuſſor poſtea ab eo datus tenetur.

A XXXIV. [x] Si debitum ſit agnitum ab vno exreis promittendi, aut temporis aduerſus eum interrupta præſcriptio, id alteri etiam nocet: contráque ſi alter ex reis ſtipulandi debitorem interpellauerit, vel debitor apud eū agnouerit, id alteri quoque prodeſt.

XXXV. [z] Cùm duo eandem pecuniam promiſerint; ipſo iure & ſingulis in ſolidum debetur, & ſinguli debent: ideóque à pe- B titione, acceptilationéque vnius tota ſoluitur obligatio.

XXXVI. [b] Ex duobus reis ſtipulandi ſi ſemel vnus egerit, alteri promiſſor offerendo pecuniam nihil agit.

XXXVII. [c] Pactum vnius ex reis promittendi vel argentariis ſociis alteri prodeſt: ſi ſocij non ſint, non prodeſt.

XXXVIII. [d] Pactum vnius ex reis ſtipulandi vel argentariis alteri non nocet, ſi ſocij C non ſint. Sed & ſi ſocij ſint, placet non nocere: hoc enim tantùm habent, vt poſſint ſolidum petere, ſolidum accipere: ſicut & ſolidum ab eis peti poteſt; non etiam paciſci poſſint de ſolido.

XXXIX. [e] Vnus ex argentariis vel reis ſtipulandi [f] nouare poteſt, itémque iuſiurandum deferre, acceptum ferre, rem io iudicium deducere, vni ſolui, vni conſtitui poteſt: idque ſine diſtinctione ſiue ſocij ſint, ſiue nō. D [f] Nam hac diſtinctione vtimur tantùm in cōpromiſſo & dolo.

XL. [g] Si vnus ex duobus reis credendi compromiſerit, vetitúſque ſit agere, altero petente committitur pœna, ſi ſocij ſint: non committitur, ſi ſocij non ſint.

XLI. [h] Si duo rei ſtipulandi ſunt, & vni debitor ſe iudicio ſiſti cum pœna promiſerit, alter autem impedierit: ita demum exceptio E aduerſus alterum dāda eſt, ſi ſocij ſiot; ne proſit ei dolus propter ſocietatem.

XLII. [i] Item ſi duo rei promittendi ſint, & vnus ad iudicium non venerit contempta ſua promiſſione iudicio ſiſteodi causâ facta: actor autem ab altero rem petat, ab altero pœnam deſertioois, petendo pœnam exceptione ſummouetur.

XLIII. [k] Factum vnios ex reis nocet alteri quò ad conſeruandam oon ad augendam obligationem attinet: idque duntaxat in ac- F ceſſionibus conuentis, vt puta, Duo rei promiſerunt equum, vel domum. Alter oon fortuitò (quo quidem caſu vterque liberaretur) ſed culpa ſua occidit equum, vel domum exuſſit, nocet conſorti qui in culpa & mora oon fuit: idq; in ſolidum, ſed ad communem æſtimationē tantùm: & ſic conſeruando, non etiā augēdo obligatioōe: [l] vt inſons nō cōſequatur lucrū ex culpa vel mora cōſortis: ſed nec dānū quoq; patiatur. Qua de cauſa nō tenebitur G quanti plurimi, nec ad id quod interfuerit, quod quidē extra rem ſit: cui rei qui in culpa fuit, obſtringitur. [m] Similiter ſi ex duobus qui vēdidiſſēt ſimpliciter, & nō in ſolidū vnus culpā admiſerit, inſons liberabitur caſu fortuito, coi reſiſtere, quémq; præcauere nō potuerit: nec eā ob rē partē pretij petere impedietur.

m Idem Molinæus d. parte 3. nu. 152. textus apertus in ... non rectè. in ... D. de fideiuſſ. Bart. in l. 2. nu. 41. D de verb. obl. & in l. eandem. D h. t. n. ... in fi. Lud. Romanus. Io. Imola col. 10. n. 4. §. Cato & ibid. Socinus. col. 11. D. de verb. oblig. Carolus Ruinus ... 51. Alciatus ... 108. Hor... manoch Decius ... 307. in d. §. Cato. quæ eſt communis opinio. Contra eſdem. Bart. ſententiam in d. l. 2. col. 2. qu. ... in 2. memoro. & Angelo, Imola, & Franciſco Aretino. ibid. & ... Crottus in d. ... Cato. Repet. nu. 307. & ... Cancelat. Gaiauda. ibid. col. 5.

n § ex huiuſmodi. Inſt h. t. l. 3 §. 1. D. eo. t. l. 1. C. eo.

o d. §. 1.

p l. 2. C. eo.

q Auth. hoc ita C. d. t. ex noua Conſtitutione. 99 Hoc idē beneficium diuiſionis antea Adrianus Imp. dederat confideiuſſorib. Auth. præſente. C. de fidei. & Iuſtinianus correos conſtitutæ pecuniæ. l. vlt. C. de conſt. pec.

r Car. Mol. d. parte 3. de tractatus diuidui & indiuidui n. 169 & in Conſ. Pariſ. §. 2. glo. 4. n. 40. ſ Quo ad cætera iura manent incorrecta. Contra Bart. opinionem in l. 3. §. 1. col. 2. D. Com.

t l. vlt. C de fidei. u l. vlt. D. h. t.

x l. vlt. C. h. t.

z l. vlt. l. eandē. D. eo. t.

a Petitio ad reos ſtipulandi, acceptilatio verò ad reos promittēdi ſpectat: nec petitio hoc loco actiuè & paſſiuè accipitur.

b l. ex duobus. d. t. D.

c l. & hæredi. §. vlt. l. niſi. l. fideiuſſor. l. ſed ſi fideiuſſor. D de pact.

d Iac. Cuiacius in l. ſi vnus. D. de pact.

e Idem Cuiac. ibidem.

f l. ſi rem. § ſi duo. D. de nouat. quæ pugnat ex diametro cum d. l. ſi vnus D. de pact. & Math. Veſembecius h. t. conciliandi cauſa reſtringit hūc. §. ad ſocios & eorum partes dūtaxat, alioqui nouare nō poſſe.

f l ſi duo D. de rec. arb l. ſi duo. D. ſi quis caut.

g d. l. ſi duo. D. de rec. arb. Cuius rei hæc ratio eſt, vbi nō intercedit ſocietas, nihil intereſt eius qui vetitus eſt petere, ſi a correo petatur: ſi ſit ſocietas, regreſſum habiturus eſt aduerſus eū à quo ex compromiſſo nihil peti poteſt. l. ſi quis decedēs. § pen. D. de liber. leg.

h d. l. ſi duo. D. ſi quis caut.

i d. l. §. 1.

k Carol. Mol. parte 3. diuidui & indiuidui nu 125. qui ita conciliat. l. mora. § pen. ſed ſi duo rei. D. de vſur. & l. pen. D. h. quæ videntur inuicem diſcrepare.

l l. ſicut æquū. D. de act. emp. l. mora. § pen. D. de vſur.

m l. vlt. D. de peri. & com. rei vend.

[n] Sed ſi in ſolidum duo vendiderint, quiſque in ſolidum; factum vnius alteri nocebit ad modū æſtimationis principalis in ſolidū, non quoad acceſſiones ſiue vſurarias, ſiue quanti plurimi, ſiue eius quod intereſt; quod quidem extra rem ſit.[o] Quo in augmento legali quidē non conuento culpa ſuum tenet authorē: nec reo inſonti nocet;[p] ſi quid expreſſè de acceſſione augmentóque conu eu erit etiam inſons ex facto alterius tenetur.

XLIIII. [q] An quod vnus reotum ſtipulandi exegit, alteri communicare cogatur. Et eſt verius non cogi, niſi ſint ſocij, vel ita conuentum ſit, vel natura obligationis aut rei hoc ferat. Nam cùm[r] diuerſæ ſint obligationes, conſequens eſt factum vnius alteri neque prodeſſe neque obeſſe.

XLV. [ſ] Reos promittendi vice mutua fideiuſſores non inutiliter accipi conuenit. Reus itaque ſtipulandi actionē ſuam diuidere poterit, ſi velit (nec enim cogendus eſt) poterit eundem vt principalem reum; item qui fideiuſſor pro altero exſtitit, in partes conuenire, non ſecus ac ſi duos promittendi reos diuiſis actionibus conueniret.

d.l.penul.§. d ſi.D.h.t.qui ·xtus debet ıtelligi de duo us expromiſſo ibus non cor- ·ei: maxime um non ſit ſub oc titulo de iuobus reis.

p d.l. Mora.§. ·en. qui §. ita lebet intelligi.

r l.inter cohæ·edes. § quod ·x facto. D. ·am.erciſ.

q Matth.Ve·embecius h.t.l. Reos vbi late. Bart.nu.9.D. h.t. per l.in lege Falcidia. D.ad leg.Fal. & l.qui hominem.§.1. D de ſolut.

r l.ſi reus.D. h.t.

ſ l.Reos.d.t.

TIT. II.

Hoc titulo decem capita continentur. Primum eſt, Quid ſit fideiuſſor & fideiuſſio. Secundum, Quibus modis fideiuſſio contrahatur, aut non. Cuius prima pars, Quibus modis contrahatur. Secunda, Quibus modis non contrahatur fideiuſſoria obligatio. Tertium, Pro quibus rebus aut cauſis fideiuſſores dari poſſint, vel non: Cuius prima pars, Pro quibus rebus dari poſſint. Secunda, Pro quibus rebus aut cauſis fideiuſſores dari non poſſint. Quartum, Pro quibus perſonis fideiuſſores dari poſſint, vel non. Cuius prima pars, Pro quibus perſonis poſſint. Secunda, Pro quibus perſonis fideiuſſores dari non poſſint. Quintum, Qui ſatis accipere poſſint, vel non. Sextum, Qui fideiuſſores dari poſſunt, vel non. Cuius prima pars, Qui poſſunt. Secunda, Qui fideiuſſores dari non poſſunt: Seu, Qui fideiuſſores idonei non cenſentur. Septimum, Qui fideiuſſores dare teneantur. Octauum, In quas res fideiuſſor teneatur, vel non. Cuius prima pars, In quas res fideiuſſor teneatur. Secunda, In quas res fideiuſſor non teneatur. Tertia, vbi, & intra quod tempus fideiuſſores conueniri poſſint. Nonum, Quibus modis fideiuſſoribus ſuccurratur, vel non. Cuius prima pars, Quando fideiuſſores contra reum agere poſſunt. Secunda, De exceptionibus quæ fideiuſſoribus contra creditores dantur, ſi ſublata ſit fideiuſſoria obligatio. Quibus modis ea tollatur. Tertia, Quarum rerum cauſa actio fideiuſſoria contra creditorem datur, vel non. Quarta, Quæ exceptiones fideiuſſori non competant, ſi non ſit extincta fideiuſſoria obligatio. Quinta, Exceptio ordinis quando competat fideiuſſori, vel non. Cuius prima particula, Quando competat. Secunda, Exceptio ordinis, ſeu non excuſſi rei principalis quando fideiuſſori non competat. Sexta pars capitis noni, De exceptione diuiſionis quæ fideiuſſoribus datur: Cuius prima particula, Quando datur. Secunda, Quibus ex cauſis non competat exceptio, ſeu auxilium diuiſionis. Caput decimum. De actione mandati contraria. Cuius prima pars, Quando, quibúſque ex cauſis actio mandati contraria ex fideiuſſione vel à creditore mandata detur aduerſus reum principalem, vel confideiuſſores. Secunda, Aduerſus quos detur actio mandati contraria. Tertia, Quid veniat in actionem mandati contrariam, vel non.

CAP. I.

Quid ſit fideiuſſor & fideiuſſio.

I. [a] VErbis, aut proprio quiſque nomine obligatur, aut alieno. Qui autem alieno nomine obligatur, fideiuſſor vocatur.

II. [b] Fideiuſſor generaliore ſignificatione omnis is dicitur, qui alterius obligationem ſuſcipit, & fide ſua eſſe iubet, ſiue ſit fideiuſſor, ſiue mandator, ſiue conſtituens, ſiue expromiſſor:[c] hoc eſt, qui principalem ſe debitorem conſtituit pro alterius obligatione. Propriè autem fideiuſſor accipitur, pro eo qui per ſtipulationem ſe pro principali debitore obligat: quem ſponſorem,[d] aut adpromiſſorem veteres appellabant. Quo ſenſu hic accipitur, vbi diſcernitur à mandatore.

III. * Fideiubere, eſt ſuo periculo fore id de quo agitur recipere; quod fit per ſtipulationem.

IV. [e] Satiſdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatisfactio. Nam vt ſatisfacere dicimur ei, cuius deſiderium implemus: ita ſatiſdare dicimur aduerſario noſtro, cùm pro eo quod à nobis petit ita cauemus, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus datis fideiuſſoribus.

V [f] Satiſacceptio, eſt ſtipulatio quæ ita obligat promiſſorem, vt adpromiſſores quoq; ab eo accipiantur: id eſt qui idem promittāt. Satis autem accipere dictum eodem modo, quo ſatisfacere. Nam quia id, quo quis contentus erat, ei præſtabatur, ſatisfieri dictū eſt; & ſimiliter quia tales, quibus contentus quis futurus eſſet, ita dabantur, vt verbis obligarentur, ſatis accipi dictum eſt.

VI. Differunt conſtitutū & ſatiſdatio; quòd conſtitutum ſit conuentio qua quis ſpondet ſe ſoluturū quod alij debetur;[h] fideiuſſio autem verbis atque ſtipulatione contrahatur; itē quod alieno tantùm nomine fideiubemus: conſtituimus autem etiam nomine proprio: id eſt, promittimus quod ipſi debemus.[i] Quo genere priorem obligationem non nouari conſtat.

VII. [k] Mandator præcedit obligationē; & is dicitur cuius mandatu contrahitur; vel qui mandat alicui credi, aut cum aliquo contrahi, atque ita fide ſua eſſe iubet; vel

a l.1.§.verbis. D.de oblig.& actio. Inſt.h.t. in prin.

b Math. Veſembecius com. in eundem tit. h. t. l.quamuis. §. ſi mulier & §. ſi conuenerit. D.ad SC.Velleia

c l.& elegante. §. ſeruus. 4. D.de condict. cauſ. dat. l. in perſona. §.1. D. de pact. & in SC. Velleiano, fideiuſſionis verbo continetur expromiſſio. E. Parta ſunt fide iubere, induci ſuſcipere, expromittere. l.ſi pro patre. D.de in rem verſ l.vlt. D. quod cum eo. Iac. Cuiac. lib.13. Obſeru. cap.35. vbi d.l. vlt. lectionem emendat.

d l.in omnibus. D de ſolut.

* Iac.Cuiacius in hunc. t. Inſt.

e l.1.D.qui ſatiſd.cog.

f l Stipulationum.5.§.ſatiſacceptio. D. de verb.obl.

h l.1.D.d.t. qui ſatiſd cog. l.Blanditus.C. h t.l. 1. D.de oblig & act.

i l.3.D.de adm rer.ciu.

k Matth.Veſembecius com. h.t.l. ſi verò. §.ſi poſt creditam. D.Mād. Glo. 1. & DD.in Auth. de fideiuſ.in prin.

ſe ſoluturum cõſtituit. [l] Fideiuſſor autem plerunque ſequitur obligationem; quanquam & præcedere poteſt: [m] nec mandatu eius principalis obligatio conſtituitur, ſed alterius rogatu accedit ad principalem obligationem, eámque fide ſua munit; vnde & mandati actionem habet.

VIII. [n] Tametſi ex diuerſis cauſis fideiuſſores & mandatores obligentur; illi quidem, quia ſtipulanti promiſerunt ex ſtipulatu; hi, quia vt crederetur mandauerunt ex mandato: tamen quoniam quod de vna obligatione dicitur, de altera quoque intelligendum; de vtraque coniunctim tractatur.

CAP. II.

Quibus modis fideiuſſio contrahatur, aut non.

Prima pars.

Quibus modis contrahatur.

IX. [o] Fideiuſſor, ſeu adpromiſſor verbis tantùm & ſtipulatione obligatur. Proinde inter abſentes, per epiſtolam, aut nuntium ea obligatio non rectè contrahitur.

X. [p] In ſtipulationibus fideiuſſorum ſciendum eſt hoc generaliter accepi, vt quodcunque ſcriptum ſit quaſi actum, videatur etiam actum. Itaque conſtat ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe, videri omnia ſolemniter acta.

XI. [q] Fideiuſſores à tutoribus nominati, ſi præſentes fuerunt, & non contradixerunt, & nomina ſua referri in acta publica paſſi ſunt, æquum eſt perinde teneri, atque ſi iure legitimo ſtipulatio interpoſita fuiſſet. Eadem cauſa videtur adfirmatorum, qui ſcilicet cùm idoneos eſſe tutores adfirmauerint, fideiuſſorum vicem ſuſtinent.

XII. [r] Fideiuſſor dicitur quibuſcunque verbis interceſſerit, ſicut & ſponſor, licèt non dixerit, Spondeo, vel Fideiubeo, vel Fidepromitto.

XIII. [ſ] Tenetur qui cùm pro alio interueniret, [t] ὅτι ὧν θέλεις, πιστεύω, dixit: cùm & his verbis obligationem verborum poſſe contrahi receptum ſit.

XIV. [*] Adhiberi fideiuſſor tam futuræ, quàm præcedenti obligationi poteſt, dummodò ſit aliqua vel naturalis futura obligatio. [u] Et parui refert, vtrum purè fideiuſſorem obligem, an ex die, an ſub conditione.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus modis non contrahatur fideiuſſoria obligatio.

XV. [*] Si pro aliquo, cùm pecuniam mutuam acciperet, te non obligaſti, fruſtra ex eo quòd tabulas obligationis vt teſtis ſignaſti, conuenieris.

XVI. [x] Si quis, poſtquam tempore tranſacto liberatus eſt, fideiuſſorem dederit, fideiuſſor non tenetur: quia erroris fideiuſſio nulla eſt.

XVII. [z] Qui mandauit alicui vt crederet acceptis pignoribus, ſi is ſine pignoribus crediderit, ei non obligabitur.

XVIII. [a] Cùm quidam talem epiſtolam ſcripſiſſet amico ſuo [Rogo te commendatum habeas Sextilium Creſcentem amicum meum] non obligabitur mandati: quia commendandi magis hominis quàm mandandi cauſâ ſcripta eſt.

XIX. [b] De dolo actio non datur aduerſus eum, qui adfirmauerit idoneum eſſe eum, cui mutua pecunia dabatur: nam niſi ex magna & euidenti calliditate non debet de dolo actio dari. Quòd ſi cùm ſcires eũ facultatibus labi, tui lucri gratiâ adfirmas mihi idoneum eſſe: meritò aduerſus te, cùm mei decipiendi gratiâ alium falſò laudaſti, de dolo iudicium dandum eſt.

XX. [c] Niſi vel generaliter de ſatiſdatione, vel fideiuſſione ſpecialiter ſit nominatũ: cautione vel ἀσφαλεία, minimè fideiuſſio, ſed nuda promiſſio ſignificatur.

XXI. [d] Duo rei debendi, etiamſi ſocij ſint, non videntur vice mutua fideiubere, niſi id actum ſit nominatim. [e] Qua de cauſa, ſoluta integra pecunia non eſt alteri aduerſus alterum actio mandati, vel negotiorum geſtorũ: quia is qui ſoluit, ſuo nomine ſoluit, cùm eſſet in ſolidum obſtrictus.

XXII. [f] Fideiuſſionis officium ſimiliter atque mutuum, gratuitum eſſe debet: nec rectè quiſquã paciſcitur vt eo nomine quid exigat. Illud modò conuenire licet, vt indemnis ſit fideiuſſio: [g] at officioſum amicum ſponte ac donandi animo remunerari non prohibetur.

XXIII. [h] Attamen fideiuſſionis cauſâ in negotiationem fideiuſſorem ſocium aſciſcere, cùm eius rei lucrum ſit incertum, nihil vetat: non ea gratiâ maiorem lucri, aut damni partem ferre.

XXIV. [i] Pactio verò inter debitorem & fideiuſſorem, vt niſi debitor fideiuſſorem intra certum tempus liberet, pignora ſint ei empta iuſto pretio tunc æſtimando: aut ſimpliciter, vt ei empta ſint, non eſt inutilis; quia intelligitur vt ei iuſto pretio empta ſint.

CAP. III.

Pro quibus rebus, cauſisve fideiuſſores dari poſſint, vel non.

Prima pars.

Pro quibus rebus poſſint.

XXV. [k] Sciendum eſt fideiuſſorem adhiberi omni obligationi poſſe ſiue re, ſiue verbis, ſiue conſenſu. Pro eo e-

l §. fideiuſſor. Inſt. h. t.
m l. heredem. l. ſi mandauero. l. ſi fideiuſſor. l. rogatus. l. in quo. D. mand.
n Nicolaus Vigelius ſuo Digeſto hoc t.
o Franc. Duarenus in l. ſtipulationum. §. §. ſatiſacceptio. D. de verb. oblig. Bald. in l. ex placito. quæſt. 17. D. de rer. permu. l. Blandientis. C. hoc t. l. 1. D. de verb. obl.
p §. vlt. Inſt. h. t. l. Titia. §. vlt. & l. ſciendum. D. de verb. obl. l. 1. C. de contr. ſtipul.
q l. cùm oſtendimus. §. vlt. D. de fideiuſſ. & nom. & her. tut. & cur.
r Iac. Cuiacius in d. l. Titia. 30. §. pen. D. de verb. oblig. l. ſponſio. 7. D. de verb. ſign.
ſ l. Blandientis. C. h. t. l. Græce. Inſt. eo.
t Id eſt, quæ igitur vis, facito. & addit Cuiacius in vno ſuo Codice, & in codice Baſilica 5. Stephani Bourgundi legi ᾧ μῆς; id eſt, quod-ni? Baſilica verò habẽt, ὅτι ἐγγυῶμαι πίστει, vt Cuiacius teſtatur lib. 14 obſeru. cap. vlt.
u l. ſtipulatus ſum. D. h. t.
* d. l. in fin. l. fideiuſſor obligari. §. ſtipulatione & l. heres a debitore. §. 2. d. t.
* l. ſi pater. Cod. hoc t. l. mutue. C. ſi cert pet. l. nemo. C. de oblig. l. ſi non ſubſcripſiſti. Cod. de adm. tut. l. quidam. D. de euict. Iac. Cuiacius in l. qui Romæ 121. §. Chryſogonus. D. de verb. oblig.

x l. ſi quis poſtquam. D. h. t.
z l. ſi creditor. C. h. t.
a l. ſi verò. §. cùm quidam. D. mand. l. vlt. D. quod cum eo.
b l. Et eleganter. §. vlt. & l. ſeq. D. de dolo.
c l. Sancimus. C. de verb. & rer. ſign.
d Iac. Cuiacius tract. 4. ad Africanum. in l. 17. §. vlt. D. ad SC. Vell. l. reos. D. de duobus reis. Contra Ioannis Gloſatoris opinionem.
e l. cùm alter. C. h. t. l. vt fideiuſſor. D. eo l. ſi pro patre in prin. iuncto §. vlt. D. de in rem verſ.
f Carol. Molinæus tract. vſurarum. qu. 31. & ſeq. per l. 1. D. mand. Contra Bart. in l. hoc iure. §. 1. in verb fideiuſſor. in fin. Laurentium Rodulphũ tracta. vſurar. parte 3. quæſt 3. Anton. parte 2. t. 1. cap. 7. § 45. Decium Conſ. 7. nu. 1. & communiter DD. Quã ſententiam nõ nulli confirmãt per l. Antiquæ §. 1. C. ad SC. Velleian. Non obſtat. l. hoc iure. §. Labeo. D. de don. vbi text mercedem officij hanc pactionẽ appellat: ſed ideò non approbat. Tantùm non eſſe donationẽ ait.
g l. donari videtur, vbi Phil. Decius. D. de reg. iur.
h Car. Molin. d. loco.
i Idem Molinæus d. tract. quæſt. 52. nu. 357. l. vlt. in princ. D. de contr. empt. & poſt illam l. 1. & l. 2. D. h. t.
k l. Græcè. §. 1. & §.

A tiam qui iure honoratio obligatus eſt, poſſe fideiuſſorem accipi ſciendum eſt. [l] Sed etſi ex delicto oriatur actio, tenetur fideiuſſor.

XXVI. [m] Fideiuſſor accipi poteſt, quoties eſt aliqua obligatio ciuilis, vel naturalis cui applicetur. Naturales obligationes non eo ſolo æſtimantur, ſi actio aliqua earum nomine competit: verumetiam cùm ſoluta pe-
B cunia repeti non poteſt. Nam licèt minùs propriè debere dicantur naturales debitores, per abuſionem tamen intelligi poſſunt debitores, & qui ab his debitum recipiunt, debitum ſibi recepiſſe.

XXVII. [n] Maritus ad dandum fideiuſſorem dotis nomine cogendus non eſt. Sed à volente dari vtiliter poteſt.

XXVIII. [o] Cùm dotis causâ aliquid ex-
C promittitur, fideiuſſor eo nomine datus tenetur: [p] ipſaque mulier dotem promittens, eius rei viro dare fideiuſſorem poteſt.

XXIX. [q] Vir donationis propter nuptias causâ dare vxori fideiuſſorem poteſt.

XXX. [r] Fideiuſſores & in partem pecuniæ, & in partem rei accipi poſſunt.

XXXI. [ſ] Pro fideiuſſore fideiuſſorem accipi nequaquam dubium eſt.

XXXII. [t] Obligationi de re infinita dari fideiuſſor poteſt: vt puta, ſi ita ſtipula-
D tus fuero [Quantam pecuniam Titio quandoque credidero, dare ſpondes?] & fideiuſſores accepero, deinde Titio ſæpius credidero: nempe Seius in omnes ſummas obligatus eſt, & pro hoc fideiuſſores quoque. Et id quod ex bonis eius ſeruari poteſt, omnibus æquo iure proficere debet.

Secunda pars capitis tertij.

Pro quibus rebus, aut cauſis fideiuſſores dari non poſſint.

E XXXIII. [u] VBi neque res debita, nec reus eſt, ibi fideiuſſor interuenire non poteſt.

XXXIV. [x] Qui contra Senatuſconſultum filiofamiliàs crediderit, mortuo eo fideiuſſorem accipere non poteſt. quia neq; ciuilem, neq; honorariam aduerſus patrem actionem habet: nec eſt vlla hæreditas, cuius nomine fi-
F deiuſſores obligari poſſint.

l d l. Græcè. §. ſed etſi. Dy. Bar. & Bald. in l. Romanus. D. de tut. & rat. diſtr. idē Bart. & Ludo. Pontanus in l. 1. D. ſi quis in ius voca. non ier. l. ſi quis. D. de cuſt. & exh. reo.

m l. fideiuſſor obligari §. fideiuſſor d. 6. & poſt litem. in d. l. Græcè. D. h. t.

n Franc. Duarenus in tra. ſoluto matrimonio &c. cap. 4. argumento quòd omni obligationi poteſt fideiuſſor accedere. d. verſ. 25. nec lex vlla, nec ratio ſatis idonea reperitur, quæ fideiuſſionē hanc prohibeat. Præterea fideiuſſio pignoris dationi par ſimiliſque videtur l. promiſſor. §. vl. D. de pec. conſtit. pignoris verò datio reſtituendæ dotis cauſâ fieri poſſet. l. aſſiduis. D. qui potio. in pign. Nemo etiā dubitat teneri fideiuſſorem pro muliere dotem promittente. l. cùm dotis. D. de iur. dot. ex quo conſequens eſt, & pro marito intercedentē aliquem obligari: cùm nulla ratio diuerſitatis. niſi inepta & nugatoria afferri poſſit: & conſtet inter omnes ſoluto matrimonio ſatiſdationē hanc vtilem eſſe. l. ſi conſtante § quoties. D ſol. matr. l. exceptiones. D. de excep l. vn. §. cùm autem. C. de rei vxo act. dos etiam rei dotis petendæ poſſunt conſtitui. l. vltim. C. de dote caut non num. Ibi. omnique perſona Quo argumento Dynus & Cynus quoque exiſtimarunt, fideiuſſores dotis reſtituendæ dari poſſe. Non obſtat inſcriptio illa, ſeu titulus. Ne fideiuſſores dotium dentur. Cod. cuius verba ambigua ſunt, & quæ ita accipi poſſunt, vt vel maritus non cogatur fideiuſſores dare, vel vt ne volens quidē dare poſſit Et in ambigua oratione ea ſignificatio accipienda eſt, quæ vitio caret. non quæ rationi & iuri contraria eſt. l. in ambigua. D. de legi. Præterea duæ tantùm ll. d. tit. continentur, ex quibus nihil ad confirmationem vulgaris opinionis colligi poteſt. Priore enim abrogantur ll. & conſuetudines, quibus maritus ad dandum fideiuſſorem cogebatur. Poſterior loquitur de fideiuſſionis exactione, non ea quæ à volente præſtatur. Et hanc ſententiæ Harmenopulus adſtipulatur lib. 4. Prochiri t. 1. contra communem DD. opinionem, & Caroli Molinæi tract. de vſuris nu. 254. o d. l. cùm dotis. D. de iur. dot. p Angel in d. l promiſſore. C. ne fideiuſſ. dot. dent q Innoc. in c. per noſtras. de dona int. vir. & vxor. r l. fideiuſſores & in partem. D. h. t. ſ l. Græce. § vlt. D. h. t. t l ſi ita. d. t. u l. ſi Stichum aut Pamphilum. §. vltim. D. hoc tit. x l. qui contra. d. t.

A XXXV. [z] Si quis, poſtquam tempore tráſacto liberatus eſt, fideiuſſorem dederit, fideiuſſor non tenetur, quoniam erroris fideiuſſio nulla eſt.

XXXVI. [a] Si ſub impoſſibili conditione ſtipulatus ſim, fideiuſſor adhiberi non poteſt.

XXXVII. [b] Si ſtipulatus eſſes à me ſine cauſa, & fideiuſſorem dediſſem, & nollem
B eum exceptione vti, ſed potiùs ſoluere, vt mecum mandati ageret: fideiuſſori etiam inuito me exceptio dari debet. Intereſt enim eius pecuniam retinere potiùs, quàm ſolutã ſtipulatori à reo repetere.

XXXVIII. [c] Cùm lex venditionibus occurrere voluerit, fideiuſſor liberatur, eò magis quòd per eiuſmodi actionem ad eum peruenitur.

C XXXIX. [d] Si nummos alienos quaſi tuos mutuos dederis ſine ſtipulatione, nec fideiuſſor tenetur. [e] Sed ſi conſumptis nummis naſcatur condictio, fideiuſſor obligabitur. In omnem enim cauſam acceptus videtur, quæ ex ea numeratione naſci poteſt.

XL. [e] Si ita fideiuſſorem accepero, [Quod ego decem credidi, de ea pecunia mille modios tritici fide tua eſſe iubes?] Non obligatur fideiuſſor: quia in aliam rem, quàm quæ credita eſt, fideiuſſor obligari non poteſt, [f]
D quia non vt æſtimatio rerum quæ mercis numero habentur in pecunia numerata fieri poteſt; ita pecunia quoque merce æſtimanda eſt.

XLI. [g] Si Bucephalum aut Pegaſum equos ſtipulatus eſſem, vtrum promiſſor voluiſſet, non poſſum fideiuſſorem ita accipere, Bucephalum aut Pegaſum vtrum fideiuſſor vellet: quia futurum eſſet in eius poteſtate aliũ velle quàm res voluiſſet.

E XLII. [h] Fideiuſſores ita obligari non poſſunt, vt plus debeant quàm debet is pro quo obligantur. Nam eorum obligatio, acceſſio eſt principalis obligationis: nec plus in acceſſione poteſt eſſe, quàm in principali re. Itaque ſi reus decem aureos promiſerit, fideiuſſor in quinque rectè obligatur. Contra verò obligari non poteſt. Item ſi ille purè promiſerit, fideiuſſor ſub conditione promittere poteſt, contra verò non poteſt. Non ſolùm autem in quantitate, ſed etiam in tempore
F minùs aut plus intelligitur.

XLIII. Qui certo loco dare promiſit, aliquatenus duriori conditioni obligatur, quàm ſi purè interrogatus fuiſſet. Nullo enim loco alio, quàm in quem promiſit, ſoluere inuito ſtipulatore poteſt. Quare ſi reum purè interrogauero, & fideiuſſorem cum acceſſione loci accepero: non obligabitur fideiuſſor. Sed & ſi reus Romæ conſtitotus Capuæ dari promiſerit, fideiuſſor Epheſi: perinde non
G obligabitur fideiuſſor, ac ſi reus ſub conditione promiſiſſet, fideiuſſor autem in diem certam, vel purè.

XLIIII. [k] Hi qui acceſſionis loco promittunt, in leuiorem cauſam accipi poſſunt, in deteriorem non poſſunt. [l] Ideò ſi à reo mihi

z l. ſi quis poſtquã n. d. t. Ex hac etiam cauſa ſ ſolutum repeti poteſt. l. indebiti. §. 1. D. de cõd. ind. l. ſi non. C. de præſ. 30. aut 40. ann. l. vlt. cùm glo. D. rē ratam hab.

a l. ſi ſub impoſſibili. D. h. t.

b l. ſi ſtipulatus eſſes. d. t. Stipulatio enim ſine cauſa eſt inefficax. l. 2. § 3. D. de dolo malo excep.

c l. cùm lex. D. h. t.

d l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. d. t.

e Conſumptione mutuum de re aliena factũ confirmatur. l. ſi a furioſo. in fi. D. de reb. cred. l. ſi alienã. D. de ſolu.

e l. ſi ita. D. h. t.

f Senſus eſt, merces quidē pecuniâ numeratâ: pecuniam mercibus æſtimari nec poſſe, nec debere. Harmenopulus, Aeſtimatio pecuniæ certa eſt. l. 3. D. de in litem iur. Tritici incerta. l. Triticum 94. D. de verb obl. Certa res principalis eſſe debitor non poteſt, & incerta fideiuſſor.

g l. ſi Stichũ. D. h. t.

h § fideiuſſores. Inſtit. eo t.

i l. fideiuſſor obligari. §. 1. D. eo.

k [illegible] l. hi qui d. t.

l Leuior cõditio eius eſt, qui pluribus obligatus eſt quàm qui vni: vel ideo, quòd vilo eſt eligere poſſe cui ſoluamus: cùm fieri poſſit vt inter plures mitem aliquem reperiamus. Dionyſius Gothofredus in d. l.

ſtipulatus ſim;à fideiuſſore autem mihi, aut Titio,melior cauſa fideiuſſionis videtur:quia poteſt vel Titio ſoluere. Quòd ſi à reo mihi aut Titio ſtipulatus,à fideiuſſore tantùm mihi interrogem, in deteriorem cauſam accipietur fideiuſſor. Quid ergo ſi à reo Bucephalum aut Pegaſum, à fideiuſſore Bucephalum interrogem? vtrum in deteriorem cauſam acceptus eſt ſublata electione, an in meliorem? quod & verum eſt: quia mortuo eo liberari poteſt.

XLV. [m]Illud commune eſt in vniuerſis qui pro alijs obligantur,quòd ſi fuerint in duriorem cauſam adhibiti;placuit eos,[n] non omninò obligari: in leuiorem planè cauſam accipi poſſunt,propter quod in minorem ſummam rectè fideiuſſor accipitur.

XLVI. [o]Si reo in fundum obligato fideiuſſor in vſumfructum accipiatur, quæſitum eſt,vtrum obligetur fideiuſſor quaſi in minus; an non obligetur quaſi in aliud. In eo videtur dubitatio eſſe,vſusfructus pars rei ſit,an proprium quiddam. Sed cùm vſusfructus ius eſt, inciuile eſt fideiuſſorem ex ſua promiſſione non teneri.

XLVII. [p]Poteſt tamen fideiuſſor in eandem cauſam efficaciùs,quàm reus principalis obligari: vt puta, inſtrumento publico quòd executionem paratam habeat,cùm chirographo reus ſit obligatus: [q]idem adiectione alicuius pœnæ,aut facti.

XLVIII. [r]Id quod vulgò dictum eſt [Maleficiorum fideiuſſorem accipi non poſſe,] non ſic intelligi debet, vt in pœnam furti is cui furtum factum eſt, fideiuſſorem accipere non poſſit. Nam pœnas ob maleficia ſolui magna ratio ſuadet. Sed ita potiùs vt qui cum alio, cum quo furtum admiſit, in partem quam ex furto ſibi reſtitui deſiderat, fideiuſſorem obligare non poſſit: & qui alieno hortatu ad furtum faciendum prouectus eſt, ne in furti pœnam ab eo qui hortatus eſt, fideiuſſorem accipere poſſit. In quibus caſibus illa ratio impedit fideiuſſorem obligari, quia ſcilicet in nullam rationem adhibetur fideiuſſor, cùm flagitioſæ rei ſocietas coita nullam vim habeat.

CAPVT IIII.

Pro quibus perſonis fideiuſſores dari poſſint,vel non.

Prima pars.

Pro quibus poßint.

XLIX. [f] SI quis mandauerit filioſamiliâs credendam pecuniam non

A contra ſenatuſconſultum accipienti, ſed ex ea cauſa,ex qua [de peculio] vel [de in rem verſo,]vel [quod iuſſu] pater teneretur, erit licitum mandatum:hoc amplius, ſi cùm dubitarem vtrum contra ſenatuſconſultum acciperet,an non,nec eſſem daturus contra ſenatuſconſultum accipienti, interceſſerit qui diceret non accipere contra ſenatuſconſultum, & [Periculo meo crede,]dicat [bene

B credis]locus erit mandato, & mandato is tenebitur.

L. [t]Si filius à patre ſtipuletur; nec fideiuſſor acceptus tenetur,quia non poteſt pro eodem & eidem eſſe obligatus: è diuerſo ergo patre à filio ſtipulato, fideiuſſor acceptus tenetur.

LI. [u]Pro pupillo, furioſo,prodigo iure obligatis:vt puta, ex delicto, vel quaſi ex contractu fideiuſſor tenetur,quamuis ei manda-

C ti actio non competat:Pro eis verò non obligatis;vt puta, ſi ſtipulanti promiſerint, fideiuſſor non obligatur.

LII. [x]Furioſus & pupillus, vbi ex re actio venit,obligantur etiam ſine curatore,vel tutoris authoritate; veluti ſi communem fundum habeo cum his, & aliquid in eum impendero, vel damnum in eo pupillus dederit:nam iudicio communi diuidundo obligabuntur.

D LIII. [z] Pupillus cùm animi iudicio careat, ne naturaliter quidem ſine tutoris authoritate obligatur, [a]niſi factus ſit locupletior.

LIIII. [b]Mortuo reo promittendi, & ante aditam hæreditatem fideiuſſor accipi poteſt: quia hæreditas perſonæ vice fungitur; ſicut municipium,& decuria, & ſocietas.

LV. [c]Fideiubere pro alio poteſt quiſque, etiamſi promiſſor ignoret.

E LVI. [d]Pro reo capitis interuenire fideiuſſor poteſt,qui eum ſiſtere promittat: [e]hactenus tamen vt ſe in pœnam pecuniariam obliget, [f]non in corporalem, [g]ac ne vt in quæſtionem dedi poſſit.

m l. Gracè. §. illud D.h.t. n Vulgata lectio ſic habet, Placuit eos omnino non obligari. Haloãdri verò,placuit eos non omninò obligari. vtriuſq; enunciationis magna eſt diuerſitas. Qui omnino non obligatur, nullo modo obligatur: qui non omninò, obligari poteſt. Niſi ita accipiamus, vt ſit omnino non obligari, id eſt in ſolidum, ſed in partẽ duntaxat. Haloandri lectionem probat Mynſigerus ad §. fideiuſſores. Inſtit.h.t. Dionyſius Gothofredus in d. §. illud. Adhibitos autẽ fideiuſſores in duriorẽ cauſam, in eã quæ obligatione comprehenſa eſt, teneri exiſtimat Philippus Decius in l. in eo. 10. D. de reg. iur. Cuius ſententia firmiter inhærendũ, & ita obſeruari ibidẽ aſſerit Carolus Molinæus. & eã approbat quoq; in l. 1. §. ſed ſi mihi. D. de verb. obl. Quã ſententiam confirmat Decius exẽplo conſtituti in quo ſimile ius eſt. l. hactenus in fin. D. de conſt. pec. & idem ante eũ cenſuerat Io. Faber in l. ſi vltra. C. h.t. per eã l. & l. rogatus. D. mand. & l. pecuniæ. D. de vſur. & arg. quòd vtile per inutile non vitietur. contra Gloſam in d. §. illud. & Ioannem & Bartolum ibidem. & Gloſam in d. §. fideiuſſores. Inſt. h. t. qui in nihilum obligari huiuſmodi fideiuſſorem cenſent. & item Baldum in d. l. ſi vltra. & Angelum in l. ſi qui. D. h. t. Vbi tamen valere huiuſmodi fideiuſſionem tradunt,ſi fideiuſſor iurauerit o l. ſi à reo. § ſi reo. d. t. p Matth. Veſembecius Com. h. t. l. quod enim l. fideiuſſor l. Marcellus. D. h. t. Bart. in d. l. ſi qui. D. h. t. Bald. in l. ſi pro ea nu. 6. C. mandu q Glo. ſing. in l. ſicut inſt. D. h. t. quam ſequuntur Angelus & Imol. Bart. in l. centum. nu. 6. D. de eo quod certo loco Quamuis contrarium ſentiat in d. l. ſi qui nu. 12. r l. ſi à reo. § vlt. D. h. t. ſ l. ſi verb. § ſi quis mandauerit D. manda.

t l. ſi quis pro eo. §. 1. D. h. t. u Iac. Cuiacius. in l. ſi hominem. D. de vſurpa. l. ſi à reo. §. ſi à furioſo. D. h. t. Cuiacius item in l. is cui bonis. 6. D. de verb. oblig. Cõtius lib. 2. variarũ lect. c. 3. x l. furioſus. D. de obli. & act. z Iac. Cuiacius. in §. præterea, Inſtit. quib. mod. tol. obl. per l. quòd pupillus. D. de condict. ind. l. Pupillus D. de oblig. & act. l. Pupillus, nec velle. D. de reg. iur.

a l. Naturaliter. §. vlt. & l. ſeq. D. d. t. de condict. indeb. l. Pupillus. D. de auth. & cõſen. tut. l. cùm illud. §. cùm hæres. D. quãdo dies lega. ced. vbi in Florentino Codice legitur, [accepiſſet locupletior] vbi tamẽ est priori dictione repetita ſyllaba legẽdum eſt, [acceptiſſet & locupletior,] quo modo & in l. ſi tamen. §. 1. D. ad SC. Trebell. Non obſtat priore ſententia. l. 1. D. de nouat. l. ſi eius pupilli. D. d. t. ad SC. Treb. l. ſi pupillus D. ad leg. Falcid. Vbi traditur pupillum ſine tutoris authoritate nõ obligari naturaliter: quæ ſunt intelligẽda cum hac exceptione, Niſi factus ſit locupletior. Cuiacius in l. ſi pupillus 127. D. h. t. Vbi ponendam ſpeciem in d. l. 1. D. de noua. tradit, cùm mutua pecunia filioſu. data eſſet, ex qua fuiſſet factus locupletior, & quam in rem ſuam conuertiſſet, & nouandi cauſa expromiſiſſet, cui eandem ſummam deberet. Vt in ſeruo ponitur. in l. in perſona. §. 1. D. de pact. Pupillum tamen naturaliter obligari traditur. l. 1. ad fin. D. de nouat. Quam l. vt concilient cum ſuperioribus, intelligi aiunt de pupillo doli capace, & pubertati proximo qui decem annos attigit & plus: Glo. in d. l. Pupillus. D. de reg. iur. Bart. Paul. Caſtr. & alij in d. l. 1. D. de noua. Petr. Coſtalius in d. l. quod pupillus. D. de cond. ind. Traditum quoque l. 1. D. h. t. Et cõmodati & depoſiti fideiuſſorẽ accipi poſſe, & teneri fideiuſſorem etiamſi apud pupillũ depoſitũ cõmodatumue fuerit, ſi non dolo malo, aut culpa hi fecerunt pro quibus fideiuſſum eſt, quod pugnat cum l. 1. in fi. D. commo. b l. mortuo. D. h. t. c l. Fideiubere. d. t. d Math. Veſembecius. Cõ. h. t. l. ſi quis. §. vlt. D. h. t. l. ſi quis reũ. D. de cuſt. & exh. reo. Auth. bodie. C. eo. t. c. ſi clericus §. vlt. de ſent. excom. can. cum homo. & ibi gl. 23. q. 5. e d. l. ſi quis reum. D. de cuſt. & exh. reo. f DD. in l. ſi à reo. § vlt D. h. t. Cùm nemo ſit dominus membrorum ſuorum. l. liber. D. ad leg. Aquil. can. ſi non licet 23. quæ 5. Bart. in d. l. ſi quis. Bart. in l. 1. C. ne fides. dot. dent. & in l. quoties. D. de nox. act. Cyn. in l. ad commentarienſem. C. de cuſto. reo. Panor. Imola. & communiter Canoniſtæ in rub. de fideiuſ. g DD. in l. interdum. §. qui furem. D. de furt. Hypolitus in Practica. § expedita. nu. 55. Pariſ. Puteanus in tract. Syndicatus. in verb. tot. iurn. Quod verò Bart. & DD. in l. Athlas. D. ſol. matr. & idem & Bald. & Salyc. in l. ob æs. C. de accuſ. & Hypol. ſing. 164. cenſent fideiuſſores ſeſe carceribus obſtringere non poſſe, cùm pœnã continere videantur. l. 3. D. de cuſto. reo. & l. 2. C. eo. moribus noſtris non conuenit.

F

G

LVII. [h] Cùm duo rei conſtituti ſunt, ſiue ab vtroque, ſiue ab alterutro fideiuſſor datus fuerit, in ſolidum rectè accipietur.

h l. cùm duo. h.t.

Secunda pars capitis quarti.

Pro quibus perſonis fideiuſſores dari non poſſint.

LVIII. [i] FIdeiuſſor obligari nnn poteſt ei apud quem reus promittendi obligatus non eſt.

LIX. [k] Si quis, poſtquam tempore tranſacto liberatus eſt, fideiuſſorem dederit, fideiuſſor non tenetur: quoniam erroris fideiuſſio nulla eſt.

LX. [l] Si à furioſo ſtipulatus fueris, non poſſe te fideiuſſorem accipere certum eſt: quia non ſolùm ipſa ſtipulatio nulla interceſſiſſet, ſed nec negotium vllum geſtum intelligitur. [m] Quòd ſi pro furioſo iure obligato fideiuſſorem accepero, tenetur fideiuſſor.

LXI. [n] Is cui bonis interdictum eſt, ſtipulando ſibi acquirit: tradere verò non poteſt, vel promittendo obligari, & ideo, nec fideiuſſor pro eo interuenire poteſt, ſicut nec pro furioſo.

LXII. [o] Si filius à patre ſtipuletur; nec fideiuſſor acceptus tenetur: quia non poteſt pro eodem & eidem eſſe obligatus: ex diuerſo ergo patre à filio ſtipulato, fideiuſſor acceptus tenetur.

LXIII. [p] Qui contra ſenatuſconſultum filiofamiliâs crediderit, mortuo eo fideiuſſorem à patre accipere non poteſt: quia neque ciuilem, neque honorariam aduerſus patrem actionem habet: nec eſt vlla hæreditas, cuius nomine fideiuſſores obligari poſſint.

LXIV. [q] Cùm lex venditionibus occurrere voluerit, fideiuſſor quoque liberatur, eò magis quòd per eiuſmodi actionem ad reum peruenitur.

LXV. [r] Si debitori deportatio irrogata eſt, non poteſt pro eo fideiuſſor accipi: cùm tota obligatio contra eum extincta ſit.

LXVI. [ſ] Nnn intelligi poteſt vt quis pro ſe fideiubendo obligetur. [t] Quòd ſi fideiuſſor in rem ſuam ſpopondit, boc caſu fideiuſſor pro reo accipiendus eſt: & pactum cum eo factum, cum reo factum videtur.

i l. fideiuſſor obligari. d. t.
k l. ſi quis poſtea. d. t.
l l. ſi à reo. §. ſi furioſo. & l. Marcellus. D. eo t. Iac. Cuiacius in l. is cui bonis 6. D. de verb. obl. Conſtitutione lib. 2. lectionum cap. 3.
m De quo ſupra verſ. 51. & 52.
n l. is cui bonis. 6 D. de verb. oblig.
o l. ſi quis pro eo. §. 1. D. h. t.
p l. qui contra d. t.
q l. cum lex. d. t.
r l. ſi debitori. d. t.
ſ l. heres. §. ſeruo d. t.
t l. ſed ſi fideiuſſor. D. de pact.

CAP. V.

Qui ſatiſaccipere poſſint, vel non.

LXVII. [u] SI filius in cauſa peculiari ita fideiuſſorem acceperit [Quantam pecuniam credidero, fide tua eſſe iubes?] & emancipatus credat: patri quidem ſi non eſt reus obligatus, non tenebitur: filio verò humanitatis intuitu obnoxius eſſe debet.

LXVIII. [x] Si [Mihi aut Titio decem?] ſtipulatus fuerim, Titius fideiuſſorem accipere non poteſt: quia ſolutionis tantùm causâ adiectus eſt.

u l. ſi debitori. §. 1. D. h. t.
x l. ſi mihi. d. t.

LXIX. [z] Si quis bis perſonis quæ agere non potuerunt, fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa dederit, fruſtrà erit datio.

z l. 1. §. 1. D. qui ſatiſd. cog.

CAP. VI.

Qui fideiuſſores dari poſſunt, vel non.

Prima pars.

Qui poſſunt.

LXX. [a] FIdeiubere omnes ferè poſſunt, qui & obligari.

LXXI. [b] Filiusfamiliâs pro patre poterit fideiubere; nec erit ſine effectu hæc fideiuſſio primò quidem quod ſui iuris effectus poterit teneri in id quod facere poteſt, dein quod & dum in poteſtate manet, condemnari poteſt: ſed & pater ex hac cauſa [quod iuſſu] tenebitur. Sed ſi ignorante patre pro eo fideiuſſerit, ceſſat iſta actio. tamen quaſi in rẽ patris verſum ſit poteſt agi cum patre. Planè ſi is emancipatus ſoluerit, vtilis actio ei debebit competere. In poteſtate autem manenti eadem actio competit, ſi de peculio caſtrenſi pro patre ſoluerit.

LXXII. [*] Et filius fideiuſſor pro patre fieri poteſt, etiamſi in alterius poteſtate ſit.

LXXIII. [c] Si filiusfamiliâs fideiuſſerit, ceſſat ſenatuſconſultum Macedonianum. Sed ſi color quæſitus ſit, vt filiusfamiliâs, qui mutuã accepturus erat, fideiuberet alio dato reo, fraus ſenatuſconſulto facta nocet: & danda exceptio tam filiofamiliâs quàm reo; quoniã & fideiuſſori filij ſubuenitur.

LXXIIII. [d] Pupilli & minores authoritate tutorum & curatorum fideiubere poſſunt, ſed in integrum reſtitutio eis datur.

LXXV. [e] Cùm duo rei conſtituti ſunt, ſiue ab vtroque, ſiue ab alterutro fideiuſſor datus fuerit, in ſolidum rectè accipietur.

LXXXVI. [f] Si quis fideiubere in centũ teneatur, plures in eam ſummam dare fideiuſſores poteſt; [g] [h] modò pro rei qualitate nõ numeroſiores.

LXXVII. [i] Fideiuſſor idoneus exiſtimatur, qui immobilia [k] eo loco vbi datur, ſufficienter pro rei qualitate pro qua datur, poſſidet; [l] vel multa mobilia, [m] ac nonnunquam cuius integra fides multis rebus perſpecta ſit.

LXXVIII. [n] [o] Iure Romano qui pro rei qualitate euidẽtiſſimè locupletem, vel ſi dubitetur, adprobatum fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſâ non acceperit, iniuriarum actio aduerſus eum eſſe poteſt: quia ſanè non quælibet iniuria eſt, duci in ius eum

a Azo in prin. h. t.
b l. ſi dubitet. §. vlt. D. h. t. l. filiusfa. C. eo. t. l. ſi paternam C. ad SC. Vell.
* l. 1. §. & filius. D. qui ſatiſd. cog.
c l. item ſi filiusfamiliâs. D. ad SC. Macedo.
d Math. Veſembecius Cõ. hoc. t. l. ſi Titius 49. D. h. t. l. aut. §. non ſolùm. D. de mino.
e l. cùm duo. l heres §. cùm & tu. D. h. t.
f Angelus in l. Omnium. D. de proc. arg. l. 3. D. de lib. cauſ. l. Tutores §. cura. D. de admin. tuto. Auth. generaliter. C. de Epiſc. & cler. l. mulier. C. de iur. dot.
gh d. l. 3. D. de lib. cauſ. l. non tamen. D. de procur.
i Glo. in §. ſuſpectis in Auth t. de exh. reis. Paul Caſtrenſ. in l. filius. D. qui ſatiſd. cog. l. ſciendum. eod. tit.
k Glo. in d. Auth. § ſancimus. Bened. Barz. in ſu tract. diſcuſſionis 12. quæſt. Paul Caſtr. in l. ſi filius D. qui ſatiſd. cog. Bald. in l. fideiuſſor. § ſi neceſſariò. d. t.

gle. & Alex. in l. qui proprio. §. neque. D. de procur ſed id Alex. habere tantùm locum autumat, in fideiuſſore iudicio ſiſti. in l. 1. D. qui ſatiſd. cog. Bart. in l. 3. D. de fideo. Bald. in l. vlt. D. per quas perſo. nob. acq.

l Petr. & Io. Parcus in l. quoties. §. ſi ſatiſdatum. D d. t. qui ſat. cog.

m l. ſi quis ſtipulatus ſit. 112. D. de verb. oblig. Ang. & Alex. in l. 2. D. d. t. qui ſatiſd. cog. n o Rei ſcilicet de qua agitur. l. 1. D. de in ius voc. l. omnes. C. de Epiſc. & cler. non pro qualitate rei cum quo agitur, vt Accurſ. exponit. Ia. Cuiac. in tit. de ſatiſd. Inſt.

qui ſatis idoneum fideiuſſorem det: ſed & ipſe fideiuſſor qui non ſit acceptus, tanquam de iniuria ſibi facta queri poterit.

LXXIX. [p] Fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſâ locuples videtur dari, non tantùm ex facultatibus, ſed etiam ex conueniendi facilitate.

LXXX. [q] Si quis certum hominem, veluti Titium fideiuſſorem daturum promiſerit, alium æquè idoneum dare poteſt.

LXXXI. [r] Si in fideiuſſionis verbis aliquâ ambiguitas inſit, poteſt in ius vocari fideiuſſor, vt in quam rem obligatum ſeſe intelligat apertiùs explanet.

LXXXII. [ſ] Pignus quoque idoneum dati fideiuſſoris loco poteſt.

Secunda pars capitis ſexti.

Qui fideiuſſores dari non poſſunt:

Seu,

Qui fideiuſſores idonei non cenſentur.

LXXXIII. [t] QVi ſatiſdare promiſit, ita demum impleſſe ſtipulationem ſatiſdationis videtur, ſi eum dederit acceſſionis loco, qui obligari poteſt, & conueniri. Cæterùm ſi dederit filiumfamiliâs, ex quibus cauſis de peculio actio non datur:[u] vel mulierem, quæ auxilio ſenatuſcõſulti vtitur, dicendum eſt non eſſe impletam ſatiſdationis ſtipulationem. Planè ſi non idoneum fideiuſſorem dederit, magis eſt vt ſatisfactum ſit: quia qui admiſit eum fideiubentem, idoneum eſſe comprobauit.

LXXXIIII. [x] Si Titius & Seia pro Mæuio fideiuſſerint, ſubducta muliere dabimus in ſolidum aduerſus Titium actionem: cùm ſcire potuerit, aut ignorare non debuerit mulierem fruſtrà intercedere.

LXXXV. [z] Fideiuſſor idoneus non videtur, qui alia in diœceſi, ſeu præfectura, quàm ea in qua datur, domicilium habet.

LXXXVI. [a] Si quis in ius vocatus fideiuſſorem dederit iudicio ſiſtendi cauſâ, non ſuppoſitũ iuriſdictioni illius, ad quem vocatur; pro non dato fideiuſſor habetur, niſi ſuo priuilegio ſpecialiter renuntiet.

LXXXVII. [b] Si neceſſaria fideiuſſio fuerit, & non facilè poſſit reus ibi eam præſtare vbi conuenitur, poteſt audiri, ſi in alia eiuſdem prouinciæ ciuitate ſatiſdationem præſtare paratus ſit. Sin autem ſatiſdatio voluntaria eſt, non in alium locum remittitur. Neque enim meretur, qui ipſe ſibi neceſſitatem ſatiſdationis impoſuit.

LXXXVIII. [c] Si fideiuſſor non negetur idoneus, ſed habeat fori præſcriptionem, omninò erit idoneus, ſi non vſurum ſe fori præſcriptione caueat.

LXXXIX. [d] Fideiuſſor idoneus non videtur qui facilè propter potentiam conueniri non poteſt.

XC. [e] Eiuſdem criminis reus, pro altero

p l. 2. & l. ſi fideiuſſor. in pri. D. d. t. qui ſatiſd. cog. l. 1. D. ſi quis in ius voca. non ier.
q Ang. in l. qui autem. §. ſi quis. D. de conſti. pecu.
r Iudicio Pariſ. curiæ, die 14. Oct. 1536. relato à Io. Papone h. t. Arreſto 20. arg. l. Stipulatio iſta habere licere. §. in ſtipulationibus. l. quicquid aſtringendæ & l. Triticum. D. de verb. oblig.
ſ Vbi Decius in l. plus cautionis 22. D. de reg. iur. per eam l.
t l. 3. D. h. t.
u Adde l. 2. & tot. tit. ad SC. Velleian. D. & C. l. de die. §. 1. D. de mino.
x l. ſi Titius. D. h. t.
z Bart. in l. 2. D qui ſatiſd. cog. Bald. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. D. eo. t. Alex. poſt gl. in l. qui proprio. §. neque D. de procur. quod demùm habere locum in fideiuſſore, iudicio ſiſte nonnulli cenſent, vt relatum eſt, ad verſ. 77. ſuprà.
a l 1. D. ſi quis in ius voc. non ier.
b l. 1. d. t.
c d l. in prin.
d l. 2. D d. t. qui ſatiſd. cog.
e Iudicio curiæ Pariſ. die 3. Aug. anni 1549. relato à Io. Papone, Arreſto 5. huius t. Contra Bartoli ſententiã in l. Romanus Apulus. per illum text. D. de tutor. & curat. datis ab his. & Angelus in l. Reos. D. de duob. reis, & ĩ tract. maleficiorum. in gl. pro quibus Antonius fideiuſſit. v. quæro an vnus ex malefactoribus.

A idoneus fideiuſſor non eſt.

XCI. [f] Ei qui fideiuſſorem dare tenetur, offerre cautionem fideiuſſorẽ ſve non ſufficit, ſi præſtò non ſint.

XCII. [g] Quoties vitioſè cautum vel ſatiſdatum eſt, non videtur cautum.

CAPVT VII.

Qui fideiuſſores dare teneantur.

XCIII. [h] NEmo alienę rei expromiſſor idoneus videtur, niſi cum ſatiſdatione.

XCIV. [i] Qui alium defendit, ſatiſdare cogitur. Nemo enim alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligitur: [k] & qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

XCV. [l] Qui ſatisfacturum ſe promiſit dando fideiuſſorem vel pignus, non liberatur. Nõ idem obſeruatur, ſi quis ſe curaturum vt ſatisfiat promiſerit.

XCVI. [m] In omnibus bonæ fidei iudiciis, cùm nondum dies præſtandæ pecuniæ venit, ſi agat aliquis ad interponendam cautionem, ex iuſta cauſa condemnatio fit.

XCVII. [n] Prætoriæ ſtipulationes ſæpius interponuntur, cùm ſine culpa ſtipulatoris cautum eſſe deſiit.

D XCVIII. [o] Si ſeruus pœnę inueniatur, qui, antequam iudicium accipiatur, fideiuſſit [iudicatum ſolui] ſuccurrendum eſt actori, vt iterum caueatur. Minori quoq; viginti quinque annis ſuccurrendum eſt; fortaſſe & mulieri propter inopiam.

XCIX. [p] Si fideiuſſor [iudicatum ſolui] ſtipulatori hęres extiterit, aut ſtipulator fideiuſſori; ex integro cauendum erit.

C. [q] Si ſemel legatorum fideicommiſſorúmve nomine fuerit ſatiſdatum, an etiam ruſus cauendum ſit; ſi fortè dicatur egenos fideiuſſores eſſe datos; & magis eſt vt caueri non debeat. Nam qui fideiuſſores accepit, facilitati ſuę expenſum ferre debere qui minùs fideiuſſores idoneos accepit. Neque enim oportet per ſingula momenta onerari eum à quo ſatis petitur.[r] Planè ſi noua cauſa allegetur, veluti quòd fideiuſſor deceſſerit, aut etiam rem familiarem inopinato fortunæ impetu amiſerit, æquum erit præſtari cautionem.

CI. [ſ] Si vindiciarum ſacerdotij cuiuſpiam fideiuſſor inops efficiatur, dum lis in longum tempus protraheretur, audietur is à quo adiudicatæ eæ fuerint, ſi fideiuſſores ex integra dari poſtulet:[t] quod ni faciat, apud ſequeſtrẽ ſacerdotium deponetur.

CAP. VIII.

In quas res fideiuſſor teneatur, vel non.

Prima pars.

In quas res teneatur.

CII. [u] FIdeiuſſor & ipſe obligatur, & ipſe hæredem obligatum relin-

quis vltro. D. de quæſt.   u l. Poteſt. in ſi. D. h. t.

f Iudicio curiæ Burdegalenſis die 9. Iuny 1533. relato à Io. Papone Arreſto 7. h. t. l. ſi dubitetur. in prin. D. eo. t. & l. ſeruus, ſi hæredi. in ſi. D. de ſolut.
g l. quoties. D. qui ſideiuſſ. dare cog.
h l. in eo. 110. §. nemo alienæ. D. de reg. iur.
i l. qui proprio. §. qui alienã. D. de proc. l. rectè defẽds. D. de iudic. l. hæc autem. §. rectè defendi. D. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.
k l. qui rem 162. D. de reg. iur.
l Ang. in l. 2. D. qui ſat ſd. cog. per §. adhuc aliud. tit. vt cum de appel. cogn. in Auth. Auth. ſi quãdo. C. de conſt. pec. ſa. l. quod ſi non ſoluere D. de pig. act.
m l. in omnib. D. de iudic.
n l. 4. D. de præt. ſtipul.
o l. de die. §. ſi ſeruus. D. qui ſatiſd. cog.
p d. l. §. ſi fideiuſſor.
q l. ſi is à quo. §. 1. & l. ſeq. D. vt lega. vel ſid. no. cau.
r Idem l. ſi ab arbitro. in ſi. D. qui ſatiſ. cog. Angelus. l. 2. d. t. Hanc ſententiam in prætoriis tantùm ſtipulationibus locũ habere putat per l. Pupilli § ſeruor. D. de ſolut. quæ id non probat, & ego aliud ſitio per hanc l. & d. l. in omnibus D. de iud.
ſ Papo Arreſto. 15. h. t.
t arg. c. 1. de cler. non reſidẽ. l. 1. §.

relinquit, cùm rei locum obtineat.

CIII. [x] In fideiuſſorem qui aliquem iudicio ſiſti promiſerit, quanti ea res erit, actionem dat Prætor. Quod vtrum veritatem contineat, an verò quantitatem, videamus. Et melius eſt vt in veram quantitatem fideiuſſor teneatur, niſi pro certa quantitate acceſſit.

CIV. [z] Siue in duplum eſt actio, ſiue tripli, aut quadrupli; tanti eundem fideiuſſorem omnimodò teneri dicemus: quia tanti res eſſe intelligitur.

CV. [a] Cùm fideiuſſor hoc modo acceptus eſſet [Si reus quadraginta quæ ei credidit nõ ſoluerit, fide tua eſſe iubes?] veriſimile eſt id actum, vt cùm appellatus reus non ſoluiſſet, fideiuſſor teneretur. Sed etſi reus antequã appellaretur, deceſſiſſet; fideiuſſor obligatus erit: quia hoc quoque caſu verum eſſet eum non ſoluiſſe.

CVI. [b] Fideiuſſores à colonis datos etiam ob pecuniam [c] dotis prædiorum teneri conuenit, cùm ea quoque ſpecies locationis ad ſe vinculum trahat, nec intrat confeſtim an interiecto tempore fidem ſuam aſtrinxerint.

CVII. [d] Fideiuſſor à conductore datus, etiam in id quod deterius in re conducta culpâ eius ſit factum, tenetur.

CVIII. [e] Si à colono ſtipulatus fideiuſſorem accepi, vna ſtipulatio eſt plurium penſionum: & ideo in vniuerſis penſionibus fideiuſſor tenetur.

CIX. [f] Quicunque actionis, aut negotij alicuius nomine intercedit, in omnem cauſam intercedere intelligitur: niſi taxationem certam fideiuſſioni appoſuerit.

CX. [g] Si poſteaquam pupillus ad pubertatem peruenerit, in reſtituenda tutela aliquandiu moram tutor fecerit; certum eſt, & fructuum nomine, & vſurarum medij temporis, tam fideiuſſores eius quàm ipſum teneri.

CXI. [h] Fideiuſſores niſi in omnem obligationem ſe adſtrinxerint, vel ſe nominatim ei rei obligauerint, vſurarum nomine non tenentur.

CXII. [i] Cùm facto ſuo reus principalis obligationem perpetuat, etiam fideiuſſoris durat obligatio: veluti, ſi moram fecit in ſoluendo Bucephalo, & is mortuus ſit.

CXIII. [k] Mora rei fideiuſſori nocet; [l] & cùm reus moram fecit; & fideiuſſor tenetur. [m] Sed ſi fideiuſſor equum obtulit, & reus moram fecit; mortuo Bucephalo fideiuſſori ſuccurrendum eſt. Sed ſi fideiuſſor equum occiderit, reus liberatur; fideiuſſor autem ex ſtipulatione conueniri poteſt.

CXIV. [n] Centum Capuæ dari ſtipulatus fideiuſſorem accepiſti; ea pecunia ab eo ſimiliter vt ab ipſo promiſſore peti debebit: id eſt, vt ſi alibi quàm Capuæ petantur, arbitrariâ agi debeat, liſque tanti æſtimetur quanti eius vel actoris interfuerit eam ſummam Capuæ potiùs quàm alibi ſolui.

CXV. [o] Mora rei, fideiuſſori nocet: quia poſt moram rei perempta re debita nihilominus fideiuſſor tenetur. Et quia ſi nomine actionis bonæ fidei, vel actionis legatorum fideiuſſor intercesserit, quamuis ipſe non teneatur actione bonæ fidei, ſed ex ſtipulatu; conuentus ea, tamen officio iudicis damnabitur etiam in vſuras, [p] quia rei locum obtinet, & reus vtique damnaretur. [q] Mora autem rei non auget obligationem fideiuſſoris, quia nec obligationem rei: [r] tametſi is eius cauſâ in id quod intereſt damnari poſſit.

CXVI. [ſ] Illud verum eſt, ſi ex facto debitoris merum adhibentis fideiuſſores acceptilatione liberati ſunt; etiam aduerſus fideiuſſores agi poſſe, vt ſe repunant in obligationem.

CXVII. [t] Si ſtipulatus ſim, per te nõ fieri quo minus mihi ire agere liceat, & fideiuſſorem accepero: ſi per fideiuſſorem ſteterit, neuter tenebitur.

CXVIII. [u] Si ita ſtipulatus à Seio fuero [Quantam pecuniam Titio quandoque credidero, dare ſpondes?] & fideiuſſores accepero, deinde Titio ſæpius credidero: nempe Seius in omnes ſummas obligatus eſt, & per hoc fideiuſſores quoque. Et id quod ex bonis eius ſeruari poteſt, omnibus æquo iure proficere debet.

CXIX. [x] Si fideiuſſor promiſſum animal ante moram occiderit, de dolo actio reddi aduerſus eum debet: quoniam debitore liberato, per conſequentias ipſe quoque dimittitur.

CXX. [z] Si quis reum criminis, pro quo ſatiſdedit, non exhibeat: pœna pecuniaria plectitur. Quod ſi dolo non exhibeat, etiam extra ordinem erit damnandus. Sed ſi neque in cautione, neque in decreto iudicis certa quantitas comprehenſa eſt, ac ne cunſuetudo quidem oſtenditur, iudex de modo pecuniæ, quo inferri oporteat, ſtatuet.

x l. 2. §. vlt. D. qui ſatiſd. cog.

z l. 3. d. t.

a l. fideiuſſor obligatus §. vlt. D h. t. l. qui Romæ §. Agerius. D. de verb. oblig. & quæ ibi annot.

b l. an ſit. §. fideiuſſores. D. h. t. Ludou. Romanus Sing. 545.

c Dotes prædiorum ſunt inſtrumenta agri cauſa comparata l. 2. de vſufr. vel vſufr. lega. vt ſi venationes in agro ſint, cauſes l. quæſitum. §. ſi in agro d. tit.

d Ludou. Pontanus ſingul. 425 per text. ſing. in l. 2. D. in quib. cauſ. pign. vel hyp. ta. contr.

e l. ſi à colono. D. h. t.

f Iacob. Cuiacius tract. ad Africanum. part. 3. in l. vlt. D. de eo quod certo loco. l. fideiuſſor. §. 1. D. h. t. l. 2. §. vlt. D de adm. rer. ad ciuit. pert. l. 2. in fi. D. qui ſatiſd. cog.

g l. ſi poſteaquam. D. rem pupil. ſalu. fore. Tenetur verò non tam obligationis iure quàm officio iudicis. Africanus & ſi ſine iudice tutela reſtituatur, idem erit. Neque enim plenè ſatisfactum videbitur pupillo, niſi & ſolutum ei ſit, quod ſententia iudicis accedere potuit: & tenentur fideiuſſores, quòd in omnem cauſam actionis tutelæ interuenerunt. Iacob. Cuiacius præd. loco.

h Harmenopulus lib. 3 cap. 6. l. quæro. D. loca. l. 2. §. vltim. D. de adm. rer. ad ciuit. pert. l. ſi ſeruum 91. § nunc videamus. D. de verbor. obligat.

i l. ſi à colono, in fin. D. hoc tit. §. nunc videamus. l. cùm filiusfam. 49. D. de verbor. obligat.

k l. mora 89. D. de verb. oblig.

l l. ſi quis ſolutionis. D. de vſur.

m d. l. mora.

n l. centum Capuæ. D. de eo quod cert. loco.

o Iacob. Cuiacius. in d. l. centum Capuæ. tract. ad Africanũ. 3. parte d. l. mora & d. l. ſi à colono. §. vlt.

p l. 4. D. h. t.

q l. ſi quis ſolutionis. §. 1. D de vſur. l. quæro. D. loca. l. 1. §. belliſſimè. D. vt leg. vel fideic. nom. cau. l. emtio. D. de pact. inter empto. & vend. l. ſi poſteaquam. D. Rem pupi. ſal. fo.

r d. l. Centũ Capuæ vbi tradit pœnam non eſſe in obligatione fideiuſſoria. Cui nõ obſtat d. l. quæro. & conſimiles quæ docent fideiuſſorẽ condictione agnoſcere onus vſurarum ex mora rei: quo ſignificatur dãnari etiam in vſuras eum poſſe officio iudicis: vel etiã ſi ſine iudice fidem ſuam liberare velit, non videri eum plenè ſatisfacere niſi etiam vſuras ſoluat: id quod officio iudicis accedere potuit. Et conſtitutiones quæ docent eos qui pro aliis pecuniam exſoluunt, ſortis tantummodò damnum agnoſcere, in his tantùm procedunt qui cum taxatione in certam ſummam fidem ſuam adſtrinxerunt vel qui pecuniam exſoluerunt volentibus, & benignè accipientibus, & quaſi contentis ſolutione ſortis. Ergo d. l. quæro. ait fideiuſſorem teneri in vſuras ex mora rei officio iudicis. Quod non negat d. l. Centum Capuæ, ſcilicet teneri fideiuſſorem officio iudicis in pœnam ex mora rei: ſed negat teneri obligationis iure, quod & in vſuris verum eſt. Et ita Paris ſenſit rectè. Cuius ſententiam malè refellit Bartolus, ex his verbis non augeri fideiuſſoris obligationem, verbo [obligationis] aſſerens comprehendi etiam id quod officio iudicis arbitrariæ accedit actioni. Sed ea quæ ſunt in obligatione, accuratè & ſtudioſiſſimè ſeparantur ab officio iudicis. l. non quicquid. D. de iud. Iacobus Cuiacius. in d. tract. ad d. l. Centum Capuæ.

ſ l. illud verum. D de eo quod met. cauſ.

t l. cum filiusfa. 49. §. ſi ſtipulatus. D. de verb. oblig.

u l. ſi ita ſtipulatus. D. h. t.

x l. ſi fideiuſſor d. t.

z l. ſi quis reum D de cuſto. & exh. reo.

CXXI. Qui

A

CXXI. [a] Qui pro reo criminis [iudicatum ſolui] ſatiſdedit, etiam iudicato eius qui de appellatione cognouerit, tenetur.

CXXII. [b] Fideiuſſor, ſi quid dolo aut culpa egerit, id præſtare debet.

CXXIII. [c] Fideiuſſor, tametſi cùm reus damnaretur, in ius vocatus non fuerit, tamen tenetur.

B

CXXIIII. [d] Fiduriariæ ſacerdotij poſſeſſionis fideiuſſor, carcere etiam cogi poteſt vt promiſſa impleat, tametſi ei rei minimè ſeſe adſtrinxerit.

CXXV. [e] Ex perſona rei fideiuſſor [iudicatum ſolui] forum ſortitur.

CXXVI. [f] Fideiuſſoris quidem hæres exemplo rei principalis tenetur. Sed ſi idem vtriſque ſuccedat, interceſſionis obligatione finita, velut principalis tantùm debitoris hæres conueniri poteſt.

C

Secunda pars capitis octaui.

In quas res fideiuſſor non tenetur.

CXXVII. [g] NOn poteſt teneri mandator, vel fideiuſſor vltra quàm reus principalis teneatur.

D

CXXVIII. [h] Fideiuſſor fraudem à reo adhibitam in pignore non præſtat, niſi ſe ei rei obligauit.

CXXIX. [i] Propter ea quæ poſt pubertatem, nulla neceſſitate cogente, ſed ex voluntate ſua tutor adminiſtrauit, fideiuſſor qui ſaluam rem fore cauit, non tenetur.

CXXX. [k] Nominati ſucceſſoris periculum, fideiuſſorem nominantis, & magiſtratum non tenet.

E

CXXXI. [l] Si quis apud iudicem aliquem ſtipulatus eſt [iudicatum ſolui,] & agit apud alterum, non committitur ſtipulatio: quia non huius iudicis ſententiæ fideiuſſores ſe ſubdiderunt.

CXXXII. [m] Non tenetur in iudicatum cauſæ appellationis, qui in prima cauſa fideiuſſor acceptus eſt.

F

CXXXIII. [n] Qui litigatorem, ei quod ab arbitro ſtatutum eſſet, pariturum ſpoponderit, in id non tenetur quod appellationis iudex ſupra id quod arbiter ſtatuiſſet, pronuntiauerit.

CXXXIIII. [o] Si fideiuſſores in id accepti ſunt, quod à curatore ſeruari non poſſit, & poſt impletam legitimam ætatem tam ab ipſo curatore, quàm ab hæredibus eius ſolidum ſeruari potuit: & ceſſante eo qui pupillus fuit, ſoluendo eſſe deſierit: non temerè vtilem in fideiuſſores actionem competere.

G

a Iudicio curiæ Burdegalenſis dies 9. Martij 1535. & 13. Sept. 1537. relata à Io. Papone Arr. 2. h. t. Gulielmus Cu... nus in l. Iulianus. D. qui ſatiſd. cog. quòd in fideiuſſoribus aliarum rerum contra eſt. l. cùm apud Sempronium D. iudic. ſolu. & l. non ... iudice. §. ſi quis alio. D. de ... & differẽtiæ ratio eſt, ... in eludenda ... criminum ... operatur cùm appellare fideiuſſori liceret. l. ... in poteſtate fideiuſſorũ. D. de rec. arb.

b Bart. in l. cũ ... § vl. O. de ... l. ſi fideiuſſor. in prin. D. Mandati. l. 2. D. h. t.

c Bart. & Ang. in l. 1. D. iudic. ſol. ... lem Ang. in ... in cognitione. ... ſi D. ad SC. ...

d Iudicio Pariſ. curiæ dies 6. Nouemb. anno 1533. relata à Io. Papone. h. t. Arr. 11.

e Bald. in add. ad Spec. t. de competentia iudicu. l. ſi vt pro ponitur. D. ſ. t. Bart. in l. 1. D. ſi quis in ius voca. non ier.

f l. fideiuſſoris. C. h. t.

g l. ſi vltra. C. h. t. Bald. conſ. 142.

h l. ſi in pignore. D. h. t.

i k l. libertus. § pen. D. ad munic. & incol.

l l. 13. D. iudic. ſolu.

m l. cùm apud Sempronium d. t.

n Glo Not. in l. in propoſito. D. pro ſoc. Io. Prat. in l. multa. D. de condit. & dem. Bald in l. vlt. C. de contr. empt. quæſt. 10. Alex. in d. l. cum apud. Decius late Conſ. 94. Bald. in l 2 C. de his que pen. nom. Bart. in l ſi ſocietatem § arbitrorum. D. pro ſoc. & in d. l. multa. & in d. l. cùm apud.

o l ſi fideiuſſores. D h. t.

A

CXXXV. [p] Stipulatus es opus arbitratu tuo ante certam diem fieri: Quod ſi effectum non eſſet, quanti vt efficiatur opus locaſſes, tanti fideiuſſores cepiſti. Et quia opus effectum non erat, ipſe opus feciſti; ſecundùm ea verba ſtipulationis fideiuſſores non tenentur: Non enim id feciſti quod in ſtipulatione conuenerat; id eſt, opus alij non locaſti.

B

CXXXVI. [q] Fideiuſſor qui Capuæ pecuniam ſe daturum Romæ promiſit, ſi reus promittendi Capuæ ſit, non magis confeſtim tenetur quàm ſi ipſe Capuæ ſpopondiſſet, cùm reus adhuc Capuam peruenire non potuerit. Et placet fideiuſſoriam obligationem conditionem taciti temporis ex vtriuſque perſona reſpicere, tam rei promittendi, quàm ipſius fideiuſſoris: quoniam aliud reſpondentibus, contra iuris formam in duriorem conditionem acceptus intelligetur.

C

CXXXVII. [r] In contractibus ſtricti iuris, in id quod intereſt fideiuſſor non tenetur: niſi cùm quid ſe facturum reus promiſerit.

CXXXVIII. [ſ] Si ſtipulatus ſum, per te non fieri quominus mihi ire agere liceat, & fideiuſſorem accepero: ſi per fideiuſſorem ſteterit, neuter tenetur: ſi per promiſſorem, vterque. [t] Iniuriarum tamen actio aduerſus fideiuſſorem competet, quòd ſtipulatorem vti re ſua prohibeat.

D

CXXXIX. * Fideiuſſores magiſtratuum in pœnam vel mulctam quam non ſpoponderunt, conueniri non poſſunt.

CXL. [u] Contumacia rei non auget obligationem fideiuſſoris: Veluti, cùm procurator in rem agebat, cautionem dederat ratam rem dominum habiturum: poſtea victo eo dominus reuerſus iterum de eadem re agitabat: & cùm reus haberet poſſeſſionem, noluit eam reſtituere; & ideo magno condemnatus eſt. In amplius fideiuſſores non tenentur. Hoc enim non debet imputari fideiuſſoribus, quod ille propter pœnam præſtitit.

E

CXLI. [x] Qui pro reo criminis ſatiſdedit, pœnæ tantùm pecuniariæ cauſâ, non quæ corpus aut famam ſuggillet, obligatur: [z] nec ad eius quidem ſolutionem compelli carcere debet. [a] Quod contrà eſt in cauſis ciuilibus, ſi ſe ei rei fideiuſſor obſtrinxerit.

F

Tertia pars capitis octaui.

Vbi & intra quod tempus fideiuſſores conueniri poſſint.

G

CXLII. [b] FIdeiuſſores conueniri apud ſuũ iudicẽ debent, niſi certo loco

p l. Stipulatus. d 1.

q l. ſi teſtamẽto. § vlt. D. h. t.

r Io. Papo. 1. Notario.

ſ l. cùm filius f. 49. § 1. D de verb. obl.

t l iniuriarum actio. § ſi quis me prohibeat. D. de iniur. l. qui pendentem. D. de act. emp.

* l. fideiuſſores magiſtratuum. D. h. t. l. vn. C. de peric. eorum qui pro magiſt. interu. l. libertus § municipales. D. ad mun.

u l. vlt. D. hoc tit. Ludou. Romanus Conſ. 270 Glo. in l. fine in duplum. D. qui ſatiſd. cogan. l. 1. D de in lit. iur. l. fideiuſſores. § Pro Aurelio. D. h t.

x l. Sancimus. C. de pact.

z Iudicio curia Pariſ. dies 26. Febru. 1545.

a l. 1. D. iud. ſolu. l. vlt in fi. C. de vſur. rei iud. Iudicio conuentuum Turonenſium anni 1533. Quæ iudicia referuntur à Io. Papone h. t. Arr. 1.

b Bald in l cùm Artemidorus. C vt in poſſ. lega. Not. in l. 1. D. ſi quis in ius voc. non ier. Idem Bald. in Add. ad Spec. t. de competente iudice. verſ. ſed pone.

ſolui promiſſum ſit: cuius loci iudicis notio erit, ſi ex ſtipulatu creditor agat: ſi arbitrariâ, iudicis fideiuſſoris. Is etiam qui [iudicatũ ſolui] ſatiſdedit apud cauſæ iudicem conueniri poteſt.

CXLIII. [c] Perpetua eſt actio ex ſtipulatu in fideiuſſorem: & nonniſi triginta annorum præſcriptione quis ea ſubmouetur.

CXLIV. [d] Iure Romano, ſi quis ſine ſcriptis aliquem exhibere, vel in iudicio ſiſtere promiſerit, poſt duos menſes eiuſmodi promiſſione liberatur.

c l. pignoribus. 25. C. h. t.
d l. ſi fideiuſſor. d. t.

CAP. IX.

Quibus modis fideiuſſoribus ſuccurratur, vel non.

Prima pars.

Quando fideiuſſores contra reum agere poſſint.

CXLV. [e] Fideiuſſor nonnunquam etiam priùs quàm ſoluat, aut iudicio accepto condamnetur; liberari fideiuſſione rectè poſtulabit: nempe ſi diu in ſolutione reus ceſſauit, aut bona ſua diſsipet: præſertim ſi domi fideiuſsor pecuniam non habeat, qua numerata creditori, mandati actione conueniat. [f] Quando autem diu in ſolutione ceſsaſſe quis videatur, iudex ex tempore, affectu perſonarum, & negotij qualitate, atque his quæ inter contrahentes acta fuerint, æſtimabit.

CXLVI. [g] Euictionis verò fideiuſsorem queri iuſtè non poſse, quòd diu duret fideiuſsio, rei qualitas argumento eſt.

CXLVII. [h] Si fideiuſsor diutius reipublicæ aut ſtudiorum cauſâ abfuturus ſit, rectè eum cum debitore acturum vt fideiuſsione ipſum liberet, nonnulli exiſtimauerunt. [i] Similiter ſi inimicitiæ capitales inter eum ac debitorem interuenerint.

CXLVIII. [k] Ita verò cogetur debitor petitioni fideiuſsoris ſatisfacere, vt ſi liquidum ſit debitum, exſoluat; de eo quod non ſit liquidum, caueat, aut creditori det alium equè idoneum fideiuſsorem.

CXLIX. [l] Pactio inter debitorem & fideiuſsorem, vt pignora ſint empta fideiuſsori iuſto pretio tunc æſtimando; niſi eum intra certum tempus debitor liberet; aut ſimpliciter vt ipſi empta ſint, non eſt inutilis: Quia intelligitur, vt iuſto pretio empta ſint. [m] Tamen debitor offerens debitum ac damna ante pretij æſtimationem, moram purgat, & venditionem impedit.

e l. Lucius. D. Mand. l. ſi pro ea. C. eo. t. c. 2. & vlt. eo. t.
f Panor. in c. cũ pro quo. d. t. glo. in d. l. Lucius. Cyn. & Bald. in l. 1. C. vbi cauſa ſtat. idem Bald. in d. l. ſi pro ea. Contra Hoſtienſis ſententiam qui exponit hanc dictionem [diu] quãdo dies ſolutionis venit, & fideiuſſor vrgetur a creditore.
g Io. Andreas in Add. ad Spec. t. de iudic. §. ſpecialia. verſ. ſi verò in prin. & Bald. & Alex. in d. l. Lucius.
h Spec. d. §. ſpecialia. verſ. quid ſi. de fid. arg. l. filiuſfa. in ſi. D. de procur. & l. licet in ſi. D. de rec. arb. Lud. Rom. ſing. 100. Pan. in c. cũ pro quo, h. t.
i Io. Andreas in addit. ad Spec. in d. §. Lud. Romanus conſ. 459. arg. § inimicitia. Inſt. de excuſ. tuto. l. Athleta. D. eo. t. d. l. ſi filiuſfa. § per mili. Panorm. vbi ſupra.
k Bal. in l. 1. § 1. D. de conſt. pec. Idem Bal. Saly. Paulus Lud. & Alex. in l. ſi pater. C. de collat. & item Bald. in l. 1. D. de ſent. quæ ſine cert. quant. profer. & in l. Labeo. § vlt. D. de rec. arb. arg. l. quod autem. § ſed & ſi quis. D. de conſt. pec. vbi quoque Bald.
l Carolus Molinæus tract. vſurar. quæſt. 42. nu. 358. l. vlt. D. de contr. empt.
m arg. l. fundus. D. de reſcin. vend. Not. in l. ſi reſiduum C. de diſtr. pign. Ph. Corneus conſ. 230. lib. 1. Ang. in l. cum dominum. in ſi. C. de pig. Hypoly. Marſ. ſing. 468. incip. ſciunt.

Secunda pars capitis noni,

De exceptionibus quæ fideiuſſoribus contra creditores dantur.

Si ſublata ſit fideiuſſoria obligatio, quibus modis ea tollatur.

CL. [n] Solutione debiti à reo facta, alióve pro eo, fideiuſsoria obligatio tollitur.

CLI. [o] Si duos quis dederit fideiuſsores, poteſt quis ita ſoluere vt vnum liberet; nempe ſi beneficium diuiſionis habeant; vel quando non fideiuſserunt, niſi in partes, vel vſque ad certam ſummam.

CLII. [p] Fideiuſsor qui minori viginti quinque annis pecuniam obtulit, & metu in integrum reſtitutionis ſolénniter cõſignatam depoſuit, confeſtim experiri mandati poterit.

CLIII. [q] Non poſſunt conueniri fideiuſſores, liberato reo tranſactione.

CLIV. [r] Si creditor reo principali acceptum tulerit, etiam fideiuſſores liberantur.

CLV. [ſ] Nouatione legitimè perfecta debiti in alium tranſlati, fideiuſſores vel mandatores liberatos eſſe non ambigitur; ſi modò in ſequenti ſe non obligauerunt.

CLVI. [t] Abeſſe intelligitur pecunia fideiuſſori, etiamſi debitor ab eo delegatus ſit creditori; licèt is ſoluendo non fuerit: quia bonum nomen facit creditor qui admittit debitorem delegatum.

CLVII. [u] In omnibus ſpeciebus liberationum etiam acceſſiones liberantur: puta adpromiſſores, hypothecæ, pignora: præterquã quod inter creditorem & adpromiſſores confuſione facta reus non liberatur.

CLVIII. [x] In his qui eiuſdem pecuniæ exactionem habent in ſolidum, vel qui eiuſdem pecuniæ debitores ſunt, quatenus alij quoq; proſit vel noceat, pacti exceptio quæritur. Et in rem pacta omnibus proſunt, quorum obligationem diſſolutam eſſe eius qui paciſcebatur interfuit. Itaque debitoris conuentio fideiuſſoribus proderit: [z] niſi hoc actum ſit vt duntaxat à reo non petatur, à fideiuſſore petatur. Tunc enim fideiuſſor exceptione non vtitur. [a] Fideiuſſoris autem conuentio nihil proderit reo: quia nihil eius intereſt à debitore pecuniam non peti, imò nec confideiuſſoribus proderit. Neq; enim quoquomodo cuiuſque intereſt cùm alij facta conuentio prodeſt: ſed tunc demùm cùm per eum, cui exceptio datur, principaliter ei qui pactus eſt, proficiat: ſicut in reo promittendi, & his qui pro eo obligati ſunt. [b] Sed ſi fideiuſsor in rem ſuam ſpopondit, hoc caſu fideiuſsor pro reo accipiendus eſt; & pactum cum eo factum, cum reo factum videtur.

CLIX. [c] Si cum reo ad certum tempus pactio facta ſit, vltra neque reo, neque fideiuſsori prodeſt. Quòd ſi ſine perſona

n l. cùm is. D. h. t. l. Modeſtinus D. de ſolu. l. poſter. C. de fides. min.
o l. in his. § ſi duos. D. de ſolut.
p l. fideiuſſor qui minori. D. h. t.
q l. fideiuſſores magiſtratuum. § vlt. d. t.
r Bart. in l. & per iuſiurandũ. § qui ita. D. de accept. Alex. in l. 1. § ſi tamen. D. de verb. obl. d. l. & per iuſiurãdum. § fideiuſſore l. ſi ex pluribus. in ſi. D. de accep. l. pen. D. h. t.
ſ l. Nouatione. C. eo. t. l. vbicúque. D. eo. t.
t l. inter cauſas. § abeſſe. D. Mand. l. qui debitorem. D. h. t.
u l. in omnibus. D. de ſolut.
x l. & heredi. § vlt. D. de pact.
z l. niſi. d. t.
a l. fideiuſſore. d. t.
b l. ſed ſi fideiuſſor d. t.
c l. ſi vnus. § 1. d. t.

ſua reus pepigerit ne à fideiuſsore petatur, prodeſt fideiuſsori exceptio: quia ipſi qui pactus ſit conſuli videtur: tametſi aliâs ea demum competere fideiuſsori debeat exceptio, quæ & reo.

CLX. [d] Si reus poſtquam pactus ſit à ſe non peti pecuniam, ideóq; cœpit id pactum fideiuſsori quoque prodeſse; pactus ſit vt à ſe peti liceat: an vtilitas prioris pacti ſublata ſit fideiuſsori, quæſitum eſt. Sed verius eſt, ſemel adquiſitam fideiuſsori exceptionem vlteriùs eo inuito extorqueri non poſse.

CLXI. [e] Si per fideiuſsorem fuerit cautum in compromiſso; & compromiſſi dies prorogata ſit, nouum compromiſsum videtur: nec eius nomine fideiuſsor qui non interuenit, obligatur.

CLXII. [f] Si ſoluendi tempus debitori prorogatum fuerit, fideiuſsor liberatur.

CLXIII. [g] Si cùm Hermes vectigal octauarum in quinquennium conduceret, fidem tuam obligaſti, poſteáque ſpatio eius temporis expleto, cùm idem Hermes in conductione vt idoneus detineretur, non conſenſiſti, ſed actionem tibi reddi poſtulaſti: non oportere te de poſterioris temporis periculo adſtringi, competens iudex non ignorabit.

CLXIV. [h] Reus ſententiâ iudicis abſolutus fideiuſsorem liberat.

CLXV. [i] Quod reus iurauit, etiam fideiuſsori proficit. A fideiuſsore exactum iuſiurandum, quia is in locum ſolutionis ſuccedit, eodem loco habendum eſt: ſi modò ideo interpoſitum eſt, vt de ipſo contractu & de re, non de perſona iurantis ageretur.

CLXVI. [k] Fideiuſsor iudicio ſiſti liberatur obligatione fideiuſsoria poſt ſententiam, non fideiuſsor [iudicatum ſolui.]

CLXVII. [l] Si deceſserit qui fideiuſsorem dederit iudicio ſiſtendi causâ, non debebit iudex iubere exhiberi eum. Quòd ſi ægrotans iuſſerit exhiberi, vel poſt decretum eius ante diem exhibitionis deceſserit, deneganda erit actio. Sin autem poſt diem exhibitionis deceſserit, aut amiſerit ciuitatem, vtiliter agi poteſt.

CLXVIII. [m] Si is qui fideiuſsorem dedit ideo non ſteterit quòd reipublicæ cauſa abfuerit, fideiuſsor non tenetur: cùm reo liberũ fuerit non ſiſtere.

CLXIX. [n] Ex perſona rei & quidem inuito reo exceptiones, & cætera rei commoda fideiuſsori, cæteriſque acceſsoribus competere poſsunt.

CLXX. [o] Exceptiones quæ perſonæ cuiuſque cohærent non tranſeunt ad alios: veluti ea quam ſocius habet in id quod facere poſſit; vel parens non competit fideiuſſori. Sic mariti fideiuſſor poſt ſolutum matrimonium datus, in ſolidum dotis nomine condẽnatur. Rei autem cohærentes exceptiones etiam fideiuſſoribus competunt, vt rei iudicatæ, doli mali, iuriſiurandi, quod metus cauſa factum eſt: [p] ſi ſine cauſa ſtipulatus ſit qui fideiuſſorem accepit. [q] Igitur & ſi reus pactus ſit in rem, omnimodò competit exceptio fideiuſsori, [r] tametſi à muliere contra ſenatuſconſultum intercedente rogatus fideiuſſor non fuerit: eáq; de cauſa mandati actionem aduerſus mulierem non habeat: quia totam obligationem ſenatus improbat. [s] Quòd ſi quis pro filiofamiliâs contra ſenatuſconſultum fideiuſſerit, & huic ſuccurritur, niſi donandi animo fideiuſſit; cùm ipſe mandati regreſſum non habeat. Sed & ſi non donandi animo, patris tamen voluntate interceſſit, totus contractus à patre videbitur comprobatus; & hi qui pro filiofamiliâs interceſſerunt ſoluendo non repetent. Nam & ipſe filius non repetit.

CLXXI. [t] Si alius pro muliere quæ interceſſit dederit hypothecam, aut pro filiofamiliâs, cui contra ſenatuſconſultum creditum eſt, & his ſuccurritur, & fideiuſſoribus eorum.

CLXXII. [u] Tametſi reus debitum minimè eſſe fœneratitium fateatur, tamen ea exceptione vti fideiuſſor poteſt, ſi egeſtate laboret reus.

CLXXIII. [x] Eo minus fideiuſſor ex omni contractu ipſo iure debet, quod ex compenſatione reus retinere poteſt. Sicut enim cùm totum peto à reo, malè peto: ita & fideiuſſor non tenetur ipſo iure in maiorem quãtitatem, quàm reus condemnari poteſt. [z] Sed & id quod ipſe fideiuſſor debet, & vel vtrumque compenſare poteſt.

CLXXIIII. [a] Fideiuſſor antequam reus debeat, conueniri non poteſt.

CLXXV. [b] Si minor viginti quinque pro extraneo fideiuſſit, in integrum reſtitutionem implorare non prohibetur. Sed & ſi pro patre ſuo fideiuſſor extitit, eiq; diem ſuum functo non ſucceſſit, in integrum reſtitutionem poſtulare poteſt.

CLXXVI. [c] A ſententia inter alios dicta appellari non poteſt, niſi ex iuſta cauſa: veluti ſi quis in cohæredum præiudicium ſe condemnari patitur; vel ſimulem huic cauſam: quamuis & ſine appellatione tutus eſt cohæres. Item fideiuſſores pro eo pro quo interuenerunt. Igitur & venditoris fideiuſſor emptore victo appellabit, licèt emptor & venditor adquieſcant.

Tertia pars capitis noni.

Quarum rerum cauſa actio fideiuſſori contra creditorem datur: vel non.

CLXXVII. [d] SI fideiuſsor bona diſſipet, iure nouo fideiuſsores agere cum creditore poſsunt vt debitum exigat.

CLXXVIII. [e] Fideiuſsori qui indebitũ ſoluit, condictio indebiti contra creditorem competit.

CLXXIX. [f] Fideiuſsor qui fœnebris pecuniæ vſuras ſoluit, à creditore eas non à debitore repetere poteſt: [g] etiam cùm ſciens eas ſoluerit, tametſi ſeſe illis iureiurando aſtrinxiſset.

d l. ſi reum. D. h. t.
e l. Labeo. §. per fideiuſſorẽ. vbi Bart. D. de rec. arb. Dyn. Bart & alij in l. Titius. D. de excuſ. tu. Alex. in l. doct. in ſi. D. de Iud. inſer & in l. ſi vnus. in prin. D. de pact.
g l. §. per fideiuſſorem. vbi Bart. Alex. in d. l. ſi vnus. Felinus in c. de cauſis. de off. & pot. iud. del.
g l. ſi cùm Hermes. D. h. t. l. 2. rum quæ tum. §. qui impleto. D. loca.
h Bald. in l. properandũ. D. de iud. Bart in l. vlt. D. de tract.
i l. in duobus. §. 1. D. de iureiu.
k l. Græcè. §. & poſt.
l d. l. ſi deceſſerit. D. qui ſatiſd. cog.
m l. ſi is qui. D. ſi quis caut. l. vlt. D. qui ſatiſ. cog.
n l. ex perſona. & l. ſi ſtipulatus. D. h. t. l. Omnes. D. de exceptionibus. l. Defenſores. C. eo. tit. §. exceptiones Inſt. de replic.
o l. Exceptiones. D. de except.
p d. l. ſi ſtipulatus.
q d. l. exceptiones.

r l. ſi mulier. 1. D. ad S. Velleia. l. ſi. mr. C. eo. t.
s l. ſed ſi pater. §. non ſolũ. D. ad S. Maced.
t l. 2. D. quæ res pign. obl. poſſ.
u Bald. in l. tam mandat. C. de non num. pec. l. Cõſtitutionibus. C. de vſur.
x l. verum. D. de compenſ.
z l. ſi quid. d.
a l. fideiuſſ. antequam. D. h. t. l. ſi ita. D. de verb. obl.
b l. priore. & poſt. C. de filiof. minus l. de doc. § minori. D. qui ſatiſd. cog. l. exceptiones. D. de except.
c l. A ſententia. D. de appell.
d Pan. in c. el. pro quo. eo. t. per Auth. Præſen. C. h. t. Contra cæterorũ DD opinionem qui fideiuſſori, in id quod ſeruari à debitore nõ poſſit, agere cum creditore permittunt, non etiam aliis fideiuſſoribus. Sed d. Auth. creditoribus omnib. non dat actionem in fideiuſſores, niſi in id quod à debitoribus ſeruari nõ poteſt.
e Bal. in l. ſi in debitum C. h. t. l. frater à fratre. §. vlt. D. de cond. ind. l. vlt. D. de cõdict. ex lege l. 7. C. de non num. pec.
f Cynus, Bald & Petr. Summ. in l. Conſtitutiones. C. de vſur.
g c. peruenit vbi gl. & DD C. h. t. & c. dãnum. de reg. iur. in 6. gl. in c. vlt. de foro comp. li. 6. Alex. conſ. 290. part. 2. Bald. in l. & in cõtraria. D. de vſur.

CLXXX. [h] Fideiuſſor cùm paciſcitur ne ab eo pecunia petatur, & per imprudentiam ſoluerit, condicere ſtipulatori poterit: & ideo reus quidem manet obligatus, ipſe autem ſua exceptione tutus eſt. Nihil autem intereſt fideiuſſor an hæres eius ſoluat: quod ſi huic fideiuſſori reus hęres extiterit, & ſoluerit; nec repetet, & liberabitur.

CLXXXI. [i] Si ab vno fideiuſſore creditor totum conſecutus fuerit, huius ſolius detrimentum erit, ſi is pro quo fideiuſſit ſoluendo non ſit: & ſibi imputare debet, cùm potuerit iuuari ex epiſtola Hadriani Imperatoris, & deſiderare vt pro parte in ſe daretur actio. [k] Quin & ſi ex duob[us] fideiuſſoris hęredibus, alter per errorem ſolidum exſoluat, ſolutio non indebitæ quantitatis nõ reuocatur. Quod & obſeruatur ſi vnus ex duobus fideiuſſoribus totum exſoluerit.

CLXXXII. [l] Fideiuſſor luere pignora à creditore poteſt: ſed ea debitori ſolutam pecuniam reſtituenti reddere vnà cum fructibus compellitur.

Redim. ac qui. 1. D. de cõd. ind.

§. ſi plures. inſt. h. t.

k l. ſi teſtamento §. 1. D. h. t. l. Repetitio. D. de cond. ind. l. de hereditate C. de pet. her. l. 1. C. de dolo.

Quarta pars capitis noni.

Quæ exceptiones fideiuſſori non competant.

Si non ſit extincta fideiuſſoria obligatio.

CLXXXIII. [m] Sententia bonorum omnium ademptionẽ continente, rei damnati principalis interceſſores eligendi creditori poteſtas non adimitur.

CLXXXIV. [n] Vbicunque reus ita liberatur à creditore, vt naturâ debitum maneat: tenetur fideiuſſor. Cùm verò genere nouationis tranſeat obligatio, fideiuſſor aut iure, aut exceptione liberari debet.

CLXXXV. [o] Fideiuſſio ad certum tempus facta perpetuatur ex mora.

CLXXXVI. [p] Cùm facto ſuo reus principalis obligationem perpetuat, etiam fideiuſſoria durat obligatio: veluti ſi moram fecit in ſoluendo Bucephalo, & is mortuus ſit.

CLXXXVII. [q] Qui ſciens, prudénſque ſe pro minore obligauit, ſi id conſulto conſilio fecit, licet minori ſuccurratur, ipſi tamen non ſuccurritur. [r] Aliud dicendum eſſet, ſi ignorans eũ eſſe minorem, fideiuſſiſſet: [s] item ſi non re, ſed dolo creditoris deceptus minor fuerit.

CLXXXVIII. [t] Hęres à debitore hęreditario fideiuſſorem accepit: deinde hęreditatem ex Trebelliano reſtituit, fideiuſſoris obligatio in ſuo ſtatu manet, nec corrumpitur: habetúrq; obligatio pro hæreditaria. Idémq; in hac cauſa ſeruandũ, quod ſeruaretur cùm hęres contra quem emancipatus filius bonorum poſſeſſionem accepit, fideiuſſorem accepit. Ideóque in vtraque ſpecie tranſeunt actiones.

CLXXXIX. [u] Si fideiuſſor creditori denuntiauerit vt debitorem ad ſoluendum pecuniam compelleret, vel pignus diſtraheret, iſque ceſſauerit, doli tamen exceptione ſub-

m l. ſententia. & l. ſi Lyſias. C. h. t.

n l. vbicunque. D. eo. t.

o l. ſi mandatu. § ult. D. mãd.

p l. ſi colono. in pr. D. h. t.

q Paulus lib. 1. Recept. ſententiarũ ca. 9. l. in cauſæ. 1. D. de mino. l. 7. § vlt. D. de except.

r Cuiacius in d. c. 9. arg. l. ſi Titius & Seia. D. h. t.

s l. 2. C. de fid. mino.

t l. heres. in prin. D. h. t.

u l. ſi fideiuſſor. D. h. t.

A mouere creditorem non poteſt, [x] niſi hoc fecerit cùm debitor bona diſſiparet.

CXC. [z] Etiamſi de iure obligationis pignorum actum fuerit, fideiuſſoribus liberatio non contingit.

CXCI. [a] Quamuis perſonali actione expertus aduerſus reum, vel fideiuſſores, vel mandatores eius feceris condemnationem, pignoris tamen adhuc habes perſecutionem.

B CXCII. [b] Plures eiuſdem pecuniæ credendæ mandatores, ſi vnus iudicio eligatur, abſolutione quoque ſecuta non liberantur: ſed omnes liberantur pecunia ſoluta.

CXCIII. [c] Si mandatu meo Titio decem credideris, & mecum mandati egeris, non liberabitur Titius: ſed ego non aliter tibi condemnari debeo, quàm ſi actiones quas aduerſus Titium habes, mihi præſtiteris. Item ſi C cum Titio egeris, ego non liberabor, ſed in id duntaxat tibi obligatus ero, quod à Titio ſeruare non potueris.

CXCIV. [d] Creditor ſi vnum è reis principalibus vel mãdatoribus pro ſolido vel pro parte conuenerit, non ſatisfaciente eo, poſt illum ad alium ex his reuerti (cùm nullus de his electione liberetur) poteſt.

CXCV. [e] Si Titius & Seia pro Mæuio fideiuſſerint, ſubducta muliere dabimus in ſolidum aduerſus Titium actionem: cùm ſcire D potuerit, aut ignorare nõ debuerit, mulierem fruſtra intercedere. [f] Sed ſi ego & minor viginti quinque annis fideiuſſerimus pro alio, ſi quidem ſolus prior fideiuſſi, & minor poſtea; teneor in ſolidum, quaſi ſolus ſolidam in me obligationem receperim: ſi vnà cum minore, teneor pro parte tantùm: quia & ſi videatur minor non minùs quàm mulier fruſtrà fideiubere propter ſpem reſtitutionis in integrum, tamen ignorare potui ætatem il- E lius, ſexum ignorare non potui: vel ſi ignoraui ætatem, incertum erat reſtitutionis auxilium, quod non temerè datur; ſed cauſa cognita, certiſſimum erat Senatus auxilium.

CXCVI. [f] Fideiuſſoris quidem hæres exemplo rei principalis tenetur. Sed ſi idem vtriſque ſuccedat, interceſſionis obligatione finita, velut principalis tantùm debitoris hæres conueniri poteſt.

CXCVII. [g] Debitori creditor pro parte hęres extitit, accepto cohærede fideiuſſore. Quod F ad ipſius quidem perſonam attinet, obligatio ratione confuſionis intercidit, aut quod eſt verius, ſolutionis poteſtate: ſed pro parte cohæredis obligatio ſalua eſt, non fideiuſſoria, ſed hæreditaria: quoniá maior tollit minorẽ.

CXCVIII. [h] Si fideiuſſor cõfideiuſſori ſucceſſerit, vtraque obligatio in ſuo ſtatu manet: Si fideiuſſor reo, vel reus fideiuſſori, vel tertius vtriq; ſucceſſerit, fideiuſſoria obligatio cõfunditur, ſola principalis manet. [i] Si fideiuſ- G ſor ſtipulatori hæres extiterit, * nõ fit cõfuſio ex vtraque parte, nec reus liberatur. [k] Si

x verſ. 77. ſupra h. t.

z l. etiamſi. C. eo. t.

a l. quamuis. §. ult.

b l. Amiſſi. §. ult. D. h. t. l. vl. C. eo. t. l. quoties. D. de ſolut.

c l. ſi mandato. D. h. t.

d l. Reos. C. de. t. eo. ſententia auth. Præſente. d. t. Cui l. Reos. videtur aduerſari l. liberum. C. eo. t. Item l. 2. §. ex his. D. de verb. oblig. quam Fr. Duarenus in commentario in d. §. ita conciliat, vt verbum [egero] quo d. §. vtitur, ita accipiat cùm creditor egerit, & ſententia abſolutoria ſecuta eſt, ſicut in l. ſi quis cùm totum. & l. ſi à te. D. de exc. rei iud. arg. quod in ambigua voce legis accipienda eſt ea interpretatio quæ vitio caret. l. in ambigua. D. de legib.

e l. ſi Titius. D. h. t.

f d. l. ex interpretatione. Iac. Cuiacij lib. 10. Obſeru. c. 13.

** l. fideiuſſorem. C. h. t. l. 3. D. de ſepar. l. ſi reus. & l. generaliter. D. h. t.*

g l. debitori. & l. 1. C. de hæred. act.

h l. Granius. & heres, §. 1. & vlt. l. ſi Stichus. §. 1. D. h. t.

i l. debitori. & l. ſi duo. D. de ſol. l. debitor. D. de ſepar. l. fideiuſſoris. C. h. t. Ratio huius rei, quia reo ſuccedente fideiuſſori, vel contra res in eum caſum deducitur à quo incipere non potuiſſe. Nec enim poſſet quis initio pro ſe fideiubendo obligari: tametſi quis poſſit conſtituere pro ſeipſo. Sola verò principalis obligatio manet & vt dicitur maior tollit minorem ſcilicet principalis fideiuſſoriam. * *d. l. hæres. §. ſola.* k *d. l. Granius. §. quod ſi creditor.*

ſtipulator

ſtipulator hæres exſtiterit fideiuſſori, vel è contra, ſola obligatio fideiuſſoria confunditur, principalis manet. [l] Quòd ſi ſtipulator hæres exſtiterit debitori, vel è contra; tam principalis quàm acceſſoria confunduntur, ac ſoluuntur.

CXCIX. [m] Minor ſe in id quod fideiuſſit, vel mandauit, in integrum [n] beneficio ætatis reſtituendo, reum principalem non liberat. [o] Sed ſi propter dolum aduerſarij reſtituatur, contrà eſt.

CC. [p] Quędam exceptiones, quibus debitor defenditor, non ſolent accommodari fideiuſſoribus. Ecce enim debitor ſi bonis ſuis ceſſerit, & cum eo creditor experiatur, defẽditur per exceptionem, Si bonis ceſserit. Sed hæc exceptio fideiuſſoribus non datur: ideò ſcilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maximè proſpicit, vt cùm facultatibus lapſus fuerit debitor, poſſit ab iis quos pro eo obligauit, ſuum conſequi.

CCI. [q] Si filiusfamiliâs fideiuſſerit, ceſſat ſenatusconſultum Macedonianum. Sed ſi color quæſitus ſit, vt filiusfamiliâs qui mutuum acceptur[r]erat, fideiuberet alio reo dato, fraus ſenatusconſulto facta nocet: & datur exceptio tam filiofamiliâs quàm reo; quoniam & fideiuſſori filij ſubuenitur.

CCII. [r] Creditori qui pro eodem debito & pignora & fideiuſſorẽ accepit, licet ſi malit fideiuſsorem conuenire in eam pecuniam in qua ſe obligauerit: quod cùm facit, debet ius pignoris in eum transferre. Sed cùm in alia quoque cauſa pignora vel hypothecas haber obligatas, non priùs compellendus eſt transferre pignora quàm omne debitum exſoluatur.

CCIII. [s] Cùm fideiuſſor hoc modo acceptus eſſet [Si reus quadraginta quæ ei credidi non ſoluerit, fide tua eſſe iubes?[veriſimile eſt id actum, vt cùm reus non ſoluiſset, fideiuſsor teneretur. Sed & ſi reus antequam appellaretur deceſſiſset, fideiuſsor obligatus erit: quia hoc quoque caſu verum eſſet reum non ſoluiſse.

CCIV. [t] Interruptio præſcriptionis contra reum principalem facta, fideiuſsori non nocet.

CCV. Rei aut fideiuſsoris conuentio quatenus proſit vel noceat, ſuprà relatum eſt ſecunda parte capitis noni, Quibus modis fideiuſsoria obligatio tollatur.

Quinta pars capitis noni.

Exceptio ordinis quando competat fideiuſſori, vel non,

Prima particula.

Quando competat.

CCVI. [u] SI fideiuſſores in id accepti ſunt quod à curatore ſeruari non poſſit: & poſt impletam legitimam ætatem tam ab ipſo curatore, quàm ab hæredibus eius ſolidum ſeruari potuit: & ceſſante eo qui pupillus fuit, ſoluendo eſſe deſierit; non temerè vtilem in fideiuſſores actionem competere.

CCVII. [x] Præſente vtroque & debitore & fideiuſſore, non permittitur interceſſorem conueniri priùs quàm reus inuentus eſt minùs idoneus, ſiue in totum, ſiue in partem: abſente autem reo, præſens interceſſor iure quidem conuenitur: ipſo tamen deſiderante iudex definiet tempus, intra quod deducat reum primò conueniendum, ipſo in ſubſidium reſeruando. Nam tranſacto tempore compellitur interceſſor ſatisfacere, ceſſis ſibi à creditore actionibus abſque diſtinctione contractus ſiue interceſſionis.

CCVIII. [z] Tametſi tabellio renontiatum eſse à fideiuſsore cum hac appendice *& cætera* contractui fideiuſſionis aſcripſerit, non tamen exceptio rei priùs excutiendi fideiuſſori auferetur: rectiùſque faciet tabularius, ſi nominatim exprimat quibus exceptionibus renuntiatum fuerit: ac quid verbis renuntiationis intelligatur; ſi ea ambigua fuerint, admoneat, idque inſtrumento comprehendat.

CCIX. [a] Etiam contra fiſcum excuſſionis atque ordinis exceptionem opponi poſse verius eſt.

CCX. [b] Si pignora debitoris capta ſint, atque preſcripta vt publicè væneant, donec ea diſtracta fuerint, exceptio hęc fideiuſsori accommodabitur.

CCXI. [c] Hæc exceptio ante litem conteſtatam opponi debet.

CCXII. [d] Si abſente reo cum fideiuſsore conteſtata lis fuerit, reúſque pendente adhuc ea reuerſus ſit, exceptioni locum non eſſe exiſtimant, [e] vt nec ſi reus iam excuſsus ad pinguiorem fortunam deuenerit.

Secunda particula quintæ partis capitis noni.

Exceptio ordinis, ſeu non excuſſi rei principalis, quando fideiuſſori non competat.

CCXIII. [f] SI ob potentiam facilè conueniri reus principalis non

l *Ratio, quia nemo ſibi ipſi fideiubere poteſt: nemo ſecũ agere. Confundatur & fideiuſſoria. quia nemo poteſt eidem pro eodem eſſe obligatus. d. l. Grauius. l. ſi quis pro eo. §. 1. D. h. t. l. Tutor. in prin. D. ad SC. Vell.*
m *l. minor ſe. 48 D. de mino.*
n *l. prætore. C. de fidei mino.*
o *l. poſter. d. t.*
p *§. vlt. Inſt. de repl.*
q *l. item ſi filiusfa. in prin. D. ad SC. Maced.*
r *l. creditor. & l. Omiſſis. C. h. t.*
s *l. ſi fideiuſſor obligari. §. vlt. D. eo t. l. quis Romæ 22. §. Agerius. D. de verb. obl.*
t *Abbas in c. ſin. de præſ. in vlt. col. Cynus in l. vlt. C. de non. except. in i. vbi quoque Baldus, Ang. & Imola in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. D. de verb. oblig. Felinus in d. c. vlt. ad. in verſ. decima concluſio. n. 25. Ratio, quia cùm ibi interruptio non extenditur fines ſuos. l. naturaliter. D. de vſuc. glo. 3. in l. cùm quis. §. ſi quis pro reo. D. de ſolut. quã Bart. ibidẽ dicit eſſe ſingularem. Et reſpondet ad l. vlt. C. de duob. reis, obligationes reorum eſſe æquales, ſed fideiuſſoris eſſe acceſſoriam. Tamen d. Abbas tradit iure canonico interruptionem factã contra reum nocere fideiuſſori ſi in mala fide verſetur. Et Io. Andreas ad Spec. tradit generaliter poſt Vbertum in l. Contra ſilius. C. de fid. inſtr. interruptionem contra principalem, vel vnum è fideiuſſoribus quoad alios prodeſſe.*
u *l. ſi fideiuſſores 41. D. h. t.*

x *Auth. Præſente. C. eo. t. Qua Auth. abrogatur l. Iure. l. liberum. l. ſi alienam. l. Reos. C. eo. t. l. 1. C. de fidei. tuto. vel cura.*
z *Iudicio curiæ Pariſ. anno 1518. inter Ioannem Sanguinum Angemollerium & Ioan. Fleurium relato à Io. Papone h. t. Arr. 24. Socinus in l. Gallus §. Idẽ cred. D. de lib. & poſth. Alciatus in l. 1. §. ſi quis ita. D. de verb. obl. arg. l. apud Labeonẽ. §. Prætor ait. D. de iniur.*
a *Glo ſing. in l. ſententia. C. h. t. Ludo. Romanus ſing. 637. eidem Conſ. 93. l. cùm à fiſco. D. ad SC. Sylla. l. Tutores. C. h. t. l. 1. C. de alim. & cib. lega. l. 2. D. de cap. dim. l. quiſque C. ad leg. Iul. maieſt. l. quis in rei. C. de reg. iur. c. de creni. de hæret. lib. 6. glo. in l. 1. C. de bo. lib. Bart. in l. eum qui. D. de interd. & releg. l. non rectè. cum Auth. ad eam appoſita C. h. t.*

b *Iudicio Senatus Gratianopolitani menſis Ianuary 1459. relato à Io. Papone h. t. Arr. 17 l. à Diuo Pio. D. de re iud. l. Pignoribus dotis. C. eo. t.*
c *Cynus Bald. & Salyc. in d. Auth. Præſente. C. h. t. Abbas Conſ 78 ad fin. & Conſ. 415. Bart in l. 2. D de except. Io. Rauennas, Cyn. Bald. & Salyc. in l. exceptionem. C. de prob.* d *Salyc. in d. Auth. Præſente.*
e *Bald. in l. Peremptorias ad finem. C. ſent. reſc. non poſſe. & Paul. Caſtr. in l. vlt. vbi quoque Bald. D. de reb. cred. ſi cert. pet. & Salyc. in d. Auth. Contra Ludo. Romanus ſententiam in l. Stichus. §. & habet. in Additionibus nouis. D. de oper. no. nunt. & in l. ſi mulier D. Sol. matr.*
f *Glo. magna in Auth. Conſtit. h. t. in prin. & l. vlt. vbi Bart. D de reb. cred. ſi cert. pet. idem Bart. Imola & Fran. Aretinus in l. decem. D. de verb. oblig. Iaſ. in §. Item ſi quis in fraudem. Inſtit. de act. Hyp. in rep. Rubr. de fidei. Eueraldus in loco legali Ab ordine, Guilielmus reſtringit. Niſi fideiuſſor & creditor eidem Monarchæ, cui cogere & expugnare reum facilè ſit, non ſint ſubditi.*

poſſit, cum fideiuſſoribus agi poteſt.

CCXIIII. [g] Si valdè difficile fuerit vt ſoluat debitor, cum fideiuſſoribus agi licere traditum eſt.

CCXV. [h] Tametſi palam eſſe omnibus dicatur, ſoluendo non eſſe reum principalem, tamen priùs quàm ad fideiuſſores deueniatur, id iudicis ſententia, vel diſquiſitione facta, ſolemniter declarari oportet.

B

CCXVI. [k] Iure nouo non eſt poteſtas creditori, relicto reo idoneo & præſente, eligendi fideiuſſores, niſi inter contrahentes aliud placuerit.

CCXVII. [l] Si fideiuſſor exceptioni excuſſionis rei principalis renuntiarit, conueniri ſtatim poteſt. [m] Quòd ſi videat reũ principalem labi facultatibus, nec id probare facilè poſſit; ſibi ita conſulere poteſt, vt creditori ſoluat, atque ab eo mandari ſibi aduerſus debitorem actiones curet.

C

CCXVIII. [n] Si fideiuſſor conuentus ſeſe fideiuſſorem abneget, vti huius exceptionis auxilio non poſſe placuit. [o] Pœnitere tamen ante litis conteſtationem poſſe, [p q] quin & antequam creditor probet fideiuſſionem.

CCXIX. [r] Etiam non excuſſo condemnato, mandari executioni res iudicata poteſt, contra eum [qui iudicatum ſolui] fideiuſſit.

D

CCXX. [ſ] Nec is qui iudicio ſiſti aliquem promiſerit hac exceptione vtitur.

CCXXI. [t] Hoc auxilio quoque non vtuntur hi qui pro mulcta alicui dicta interuenerunt, ſi rei extra territorium eius qui condemnauit babitent, [u] aut fraudandi causâ latitent.

CCXXII. [x] Eum qui non tantùm quaſi fideiuſſor interuenit, ſed vice rei ſe obligauit, hac exceptione vti non poſſe, moribus noſtris receptum eſt.

E

CCXXIII. [z] Vbi debitor tantùm naturaliter eſt obligatus, huic exceptioni locus non eſt.

A

CCXXIV. [a] Amiſſi ruina pignoris tam fideiuſsoris quàm rei promittẽdi periculum ſpectat: nec ad rem pertinebit fideiuſſor ita ſit acceptus, [Quanto minus ex pretio pignoris diſtracti ſeruari potuerit.]

Sexta pars capitis noni.

De *exceptione diuiſionis quæ fideiuſſoribus datur.*

B

Particula prima.

Quando detur.

CCXXV. [b] SI plures ſunt fideiuſſores, quotquor erunt numero, iñ ſolidum tenentur. Itaque liberum eſt creditori à quo velit ſolidum petere. [c] Sed ex epiſtola Hadriani imperatoris compellitur creditor à ſingulis qui modò ſoluendo ſunt litis conteſtatę tẽpore partes petere. Ideóq; ſi quis è fideiuſsoribus litis conteſtatæ tempore ſoluendo non ſit, hoc cæteros onerat.

C

CCXXVI. [d] Hadriani Imperatoris epiſtolam, quæ de periculo diuidendo inter mãdatores & fideiuſsores loquitur, locum habere in his etiam qui pecunias pro aliis ſimul conſtituunt, neceſsarium eſt. Æqoitatis enim ratio diuerſas ſpecies actionis excludere nullo modo debet.

D

CCXXVII. [e] Si plures tutelam pupilli adminiſtrauerũt, ſi quidem omnes ſimul geſſerunt tutelam, & omnes ſoluẽdo ſunt: æquiſſimum erit diuidi actionem inter eos pro portionibus virilibus exemplo fideiuſsorum. Sed & ſi non omnes ſoluendo ſunt, inter eos qui ſoluendo ſunt diuiditur actio; ſed prout quiſque ſoluendo eſt, poterunt conueniri.

E

CCXXVIII. [f] Tametſi verò actio inter plures tutores diuidatur, non tamen inter fideiuſsores eorum etiam diuiditur, ne ex vna tutelæ cauſa plures ac varię quæſtiones apud diuerſos iudices conſtituantur.

CCXXIX. [g] Etiam inter duos reos promittendi nominatim in ſolidum obligatos, niſi diuiſionis exceptioni renuntiatum fuerit, ſi quidem ſoluendo ſunt & præſentes, petitio diuiditur quemadmodũ titulo De duobus reis ſuprà relatum eſt.

F

CCXXX. [h i k] Si mandato plurium pecunia credatur, æquè diuiditur actio.

CCXXXI. [l] Inter ſyndicos quoq; qui vniuerſitatis bona ſimul adminiſtrauerunt, petitiones diuiduntur.

CCXXXII. [m] Fideiuſsoribus [iudicatum ſolui] auxilium diuiſionis non negatur.

G

CCXXXIII. [n] Fideiuſsori qui partem pecuniæ ſuo nomine, vel rei promittendi ſoluit, ſi confideiuſsor litis conteſtationis tempore ſoloendo ſit, per exceptionem ſuccurri æquum eſt.

---

g *Bart. in l. pen. D. d. s. de reb. cre. s. accepimus. vbi Felinus de fid. instrn. DD. in can. ab exordio in ſ. 35. Diſt. & in ca. in canonicis, circa medium 29. diſtinct. Bart. in l. apud Iulianum. §. vlt. in prin. D. de lega. 1. & in l. 2. D. de appel. recip.*

h *Ludo. Romanus conſ. 93. per l. Tutores à patrno D. de confir tuto. vbi tutorem datum confirmaturus iudex inquiſitione facta pronuntiare idoneum debet: poſtea decretum interponere. l. non tantùm. §. Senatuſconſulto. D de fidei. liber. vbi fidei commiſſaria libertas competit abſente eo ex iuſta cauſa, qui eam debet: ſed ita ſi hoc pronuntiatum fuerit. c. cum ſecundùm, ad fin. de hær. lib. 6. vbi cum ob crimen bona ipſo iure publicantur, tamen ante ſententiã quæ id declaret, applicari ea fiſco non debent. Contra Glo. & Bart. & Paul. Caſtr. opinionem in l decem. D. de verb. oblig. eiuſdem item & Io. Porti in l ſi forum. §. nunc videamus. D. eo. t. de verb obl. & l. ſi dubitetur. D. h. s. Abbatis Conſ. 29 & 70. lib. 2. Baldi Conſ. 140. ex doctrina Io. Andreæ & Heſtienſis in c. ex literis, de pign qui de ſententia quod dictum eſt declarante omnino tacent.*

k *Auth. Præſente C. h t ſupra verſ. 107.*

l *Alciatus in l. ſi ego. in prin. D. de reb cred.*

m *l. fideiuſſoribus. & l. ſi fideiuſſor creditori. D. h t.*

n *Bald. in Auth. Contra qui propriam. C. de non num pec. arg l. ſi dubitet. §. 1. D. h. t. vbi Alex. & l ſed hoc ita. D. de re iud.*

o *Idem Bald in d. l. Electio §. ſi is. D. de nox. act. & Ang. in d. §. 1. & in d. l. ſed hoc ita vbi & Imola quoque.*

p q *l. de ætate. §. vlt. vbi Bald. D de interr. act. Alex. in d. l ſed hoc ita.*

r *Glo. quam d. cont ſing. in l. vlt. §. vlt in verb. perſoluere. C. de vſur. rei iudic. quam ibidem approbant Odofredus, Cynus, Io Faber, Bart Bald. Angel Alber. Paul. Caſtrenſis & Salyc. Idem Bart Angel, Paul & Alber. in l. 1. D. iudic. ſol. Idem Io Faber in §. vlt. in fi Inſt. h. t. Io. Andreas in cap. 1. in glo. 2. de iniur. lib. 6. & ibid Phil. Francus Spec t. de executione ſententiæ. §. ſequitur. verſ. quid ſi ſententia lata eſt. Et ita dicit à Senatu Burdegalenſi iudicatum Boerius q. 77 Simile arreſtum conuentus iudiciary Turonenſis refertur à Io. Papone h. tit. Arreſto. 1.* ſ *Glo. in l. 2. D qui ſatiſd cog.*

t *Iudicio Senatus Gratianopol menſis April anni 1461. lato in Dremanum & Bachelorum fideiuſſores Stemparum domini, relato à Io. Papone hoc t. Arr. 22. Angel. in d. Auth. Præſente.*

u *l. Fulcinius. D ex quib cauſ. in poſſ eat.*

x *Contra Gloſæ ſententiam in Auth de fidei.*

z *Guliel & Cynus in d. Auth. Præſente. fa. l. Marcellus. D h. t.*

a *l. Amiſſi. d. t.*

b *§. ſi plures Inſt. h. t. l. inter fideiuſſores. & ſeq. D. h t. l. vl. C. de conſti. pec. l. Reos. C. h. t. l. Amiſſi §. vl. D. eo. t.*

c *de qua quoque. l. 3. C. h. t.*

d *l. vlt. C. de conſt. pec.*

e *l. 1. §. nunc tractemus. D. de tut. & rat. diſtr.*

f *l vlt. D. rem pupill. vel adol. ſal. fore.*

g *l. 1. & Auth. hoc ita. C. de duob. reis.*

h i k *l. ſi fideiuſſores D. de fideiuſſ. & nom.*

l *l. imperator. & ll. ſeqq & l. quid ergo. D. ad munic. l. 1. & 2. D. quo quiſque ord. con. deb. Iudicio curiæ Burdeg. relato à Io Papone. Arr. 21. h. t.*

m *Bart. in l. ſi ex duobus. D. iudic. ſol. l. ex iudicatum ſolui. d. t. Non obſtat. l. vlt. D. rem pupill. vel adol. ſalu. fore, quia ſpecialis ibi caſus eſt cum ratione ſpeciali expreſſa. quia pupillus non contraxit illam obligationem, ſed in eam incidit & ideo inter fideiuſſores tutoris pro ſuis parte non habet locum beneficium diuiſionis. Carol. Molinæus tract. de diuid. & indiuid. 2 parte nu 517.*

n *l. inter eos. 51. D. h. t.*

Secunda particula ſextæ partis capitis noni.

Quibus ex cauſis non competit auxilium, ſeu exceptio diuiſionis.

CCXXXIV. [o] INter fideiuſſores non ipſo iure diuiditur obligatio: [p] nec niſi petatur, diuiſio fieri ſolet: & ſi quis totum ſoluerit, partem non condicit.

CCXXXV. [q] Qui ſeparatim pro reis debendi fideiuſſerunt, ſunt quidem fideiuſſores: ſed non habent inter ſe beneficium diuiſionis & epiſtolæ Hadriani Imperatoris.

CCXXXVI. [r] Si à Titio ſtipulatus, fideiuſſorem te acceperim, deinde eandem pecuniam ab alio ſtipulatus, alium fideiuſſorem accipiam, confideiuſſores non erunt; quia diuerſarum ſtipulationum fideiuſſores ſunt.

CCXXXVII. [ſ] Si plures fideiuſſores à tutore pupillo dati ſunt, non eſſe eum diſtringendum; ſed in vnum dandam actionem, ita vt ei qui conueniretur, actiones præſtarentur: nec quiſquã putauerit à iure diſceſſum, poſtquam pro ea parte placuit tutores condemnari, quam adminiſtrauerunt; & ita demum in ſolidum, ſi res à cæteris non ſeruetur, & idónea culpa detegatur, quòd ſuſpectum facere ſuperſederit. Nam æquitas arbitri atque officium boni viri videtur eam formam iuris deſideraſſe. Cæterùm fideiuſſores ciuiliter in ſolidum obligati, cæteria quidem agentibus, vt diuidatur actio impetrare poſſunt: pupillo verò agente, qui non ipſe contraxit, ſed in tutorem incidit, & ignorat omnia, beneficium diuidendæ actionis iniuriam habere viſum eſt, ne ex vna tutelæ cauſa plures, ac variæ quæſtiones apud diuerſos iudices conſtituerentur.

CCXXXVIII. [t] Si Titius & Seia pro Mæuio fideiuſſerint, ſubducta muliere dabimus in ſolidum aduerſus Titium actionem; cùm ſcire potuerit, aut ignorare non debuerit, mulierem fruſtrà intercedere, [u] vt & ſuprà relatum eſt.

CCXXXIX. [x] Ita demùm inter fideiuſſores diuiditur actio, ſi non inficientur. Nam inficiantibus auxilium diuiſionis non eſt indulgendum.

CCXL. [z] Exceptioni diuiſionis renuntiari poſſe non ambigitur.

CCXLI. [a] Si quis generaliter omni legitimo auxilio renuntiauerit, id incognita, ignorataque non comprehendere intelligetur: ideóque eiuſmodi renuntiatio auxiliũ diuiſionis iis maximè, quibus ignorare iura permittitur, non auferet. Et fieri certiores has perſonas à tabulariis par eſt, quid huiuſmodi renuntiationibus intelligatur.

CCXLII. [b] Vt ia qui cum altero fideiuſſit, non ſolus conueniatur, ſed diuidatur actio;

o l. inter fideiuſſores. 26. d. t.
p d. ſi teſtamento. §. quod ſi duo. d. t.
q l. inter eos. v. hi Dionyſius Gothofredus. d. tit.
r l. ſi à Titio. d. tit.
ſ l. vlt. D. rem pupilli, vel adulti ſaluam fore ſupra hoc. tit. verſ. 229.
t l. ſi Titium. D. h. t.
u h. t. ver. 218.
x l. ſi dubitet. §. 1. D. h. t.
z Cynus in l. ſi quis in conſcribendo per eam l. C. de pact. l. ſi vnde x. D. de mino. Glo. in auth. vt matres debitorum & cred. in prin. v. bo. Iac. Bellouiſius. l. quæritur. §. ſi venditor. D. de Ædil. edict.
a Io. Ferrarius Papienſis in forma libelli, contra plures reos arg. l. mater decedes. D. de inoff. teſta. & l. qui cum tutoribus. D. de tranſ. l. tres fratres: & l. emptor. §. Lucius D. de pact. Gl. & Bart in l. ſed etſi quis. §. quæſitum. D. ſi quis cautio. Huc quoq; pertinent ſuperiore capite relata de renuntiatione exceptionis excuſsionis, verſ. 202. & de generali huiuſmodi renuntiatione mentio fit. l. vlt. C. quando mul. tut. offic. fung. poſſ.
b l. fideiuſſor. C. h. t.

A inter eos qui ſoluendo ſunt, ante condemnationem ex ordine poſtulari ſolet.

CCXLIII. [c] Si quæratur, an ſoluendo ſit principalis fideiuſſor, etiam vires ſequentis fideiuſſoris ei aggregandæ ſunt.

CCXLIIII. [d] Fideiuſſor poteſt vti auxilio diuiſionis, etiamſi dubitetur an ſoluendo ſint confideiuſſores, ſi caueat vt ſuo periculo ij conueniantur.

B CCXLV. [e] Inopia confideiuſſoris poſt litem conteſtatam ſuperueniens, confideiuſſorem non onerat. [f] Nec auxilio defendetur ætatis aor. Non enim deceptus videtur iure commu vſus. [g] Quòd ſi diuiſam actionem inter eos qui non erant ſoluendo, conſtabit; pupilli nomine reſtitutionis auxilium imploratum eſt.

CCXLVI. [h] Fideiuſsor qui partem ſuam ſoluit, eum reſiduam confideiuſsoris inopis

C præſtat.

CCXLVII. [i] Diuiſionis auxilium non datur, vrgente creditore ad ſolutionem, & tempore litis conteſtatæ, aut quæ conteſtari ſtatim oeat. [k] Interim nondum habent illud fideiuſſores, ſed eius ſpem tantummodò: atque eò incertum eſt, an habituri ſint; cùm inter eorum quidam fieri non ſoluẽdo poſſint l abeſſe, aut difficile futurum ſit vt conueniatur. Ea ratione in mutuo inter

D ſe periculo verſantur. [l] Sed diuiſione ſemel facta ſtatim res vnius ad alterius periculum pertinere deſinit.

CCXLVIII. [m] Exceptionem diuiſionis in quacunque parte litis, etiam poſt litẽ conteſtatam dari: quin & in executione ſententiæ dari nonnullis viris prudentibus placuit: [o] vt & tutori condemnato

CAP. X.

E

De actione mandati contraria.

Prima pars.

Quando, quibúſque ex cauſis actio mandati contraria ex fideiuſſione: vel à creditore mandata detur aduerſus reum principem, vel confideiuſſores.

F

CCXLIX. [p] Si quid fideiuſſor pro reo ſoluerit, eius recuperandi cauſâ habet cum eo mandati actionem.

CCL. [q] Cùm in & reus & fideiuſſores habet, ab vno fideiuſſoribus accepta pecunia præſtat actiones, poteſt quidem dici nullas iam eſſe, cum ſuum perceperit; & perceptione omnes liberati ſunt: ſed non ita eſt. Non enim in ſolutum accipit, ſed quo-

G dammodo nomen debitoris vendit: & ideò

c l. ſi plures. §. præterea ſi quæratur. D. eo. t.
d l. ſi dubitet. D. h. t. Angel. in l. fideiuſſor. C. eo. & ibidẽ Bald.
e l. inter eos. §. cùm inter. & l. Amiſſi §. 1. D. h. t.
f d. §. cùm inter.
g d. §. 1.
h d. l. inter eos. §. 1.
i Car. Molinæus 2. parte diuidui & indiuidui. nu. 55. §. ſi plures. Inſt. h. t. l. inter eos. §. 1. D. eo. tit.
k l. inter fideiuſſores. ibi.
l d. l. Amiſſi. §. inter fideiuſſores.
m Bart. in l. ſi dubitet. d. t. ſa. l. fideiuſſor, cum gloſ. C. eo. t. Spec. tit. de renuntiatione, ver. in primis. Io Ferrarius, in forma libelli cõtra plures reos. Bald. Salyc. & Io. Faber in d. l. fideiuſſor. Contra gloſam in d. l. ſi plures. Petr. Cynum. & Io. Paponem. 1. Notario.
n Bald. in l. vlt. C. de conſti. pec. & in l. exceptione. C. de prob. per l. bona §. vlt. D. de iur fiſ. Bart. & Alex. in l. ſi dubitet. in prin. D. h. t. arg. l. fideiuſſores. § vlt. ibid. vbi conuentus iudicati vnus è mandatoribus poteſt deſiderare vt cedantur ſibi actiones. l. inter eos §. vlt. eo. t. vbi bonis domini fideiuſſoris fiſco vendi catis eſt... auditur. Contra Hoſtienſ. ſciam h. t. arg. l. fideiuſſor. C. eo. t. & l. Peremptorias. C. ſent. reſc. non poſſ.

o Iudicio curiæ Burdeſiæ menſis ... anni 1519. relato à Popone. h. t. Arreſto. 10. Bald. in l. ea C. fam. erc.
p §. ſi quid. Inſt. h. t.
q l. Cùm is. l. vt fideiuſſ. eo. t.

habet actiones, quia tenetur ad id ipſum vt præſtet actiones.

CCLI. [r] Mandator debitoris ſolnens ipſo iure, reum non liberat: propter mandatum enim ſuum ſoluit, & ſuo nomine. Ideoque mandatori aduerſus reum cedi debent actiones.

CCLII. [ſ] Fideiuſſoribus ſuccurri ſolet, vt ſtipulator compellatur ei qui ſolidum ſoluere paratus eſt, vendere cæterorum nomina. [t] Et ſi in ſolidum condemnatus eſt, vnus ex mandatoribus cum Iudicati conueniri cœperit, poteſt deſiderare vt aduerſus eos quidem mandauerunt actiones ſibi mandentur. Idem obſeruatur ſi vnus ex fideiuſſoribus Iudicati conueniatur.

CCLIII. [u] Actio mandati competit fideiuſſori, non hypothecaria quæ crediti competebat, niſi ab eo mandata ſit; [x] ſed ſucceſſorem poſtulantem credi ſibi hypotecæ ſiue pignori obligata iure, non priùs ſolutionem (niſi mandata ſuper hac re ſit perſecutio) conuenit vrgeri.

CCLIV. CCLV. [x] Hypothecarij tutus fideiuſſor, qui ne à creditore vexaretur ſum redemerit, deſiderare poteſt id ius ſibi creditore cedi.

CCLVI. [z] Fideiuſſor qui debitum exſoluit, tametſi ei actiones mãdatæ non ſunt, reum conuenire indemnitatis ſuæ cauſa poteſt: vel ſaltem iudicis officium eo nomine implorare.

CCLVII. [a] Si forte quis ex facto alterius tutoris condemnatus præſtiterit, vel ex communi geſtu, nec ei mandatæ ſint actiones, conſtitutum eſt à Pio Imperatore, vtilem actionem tutori aduerſus contutorem dandam.

CCLVIII. [b] Qui debitorem ſuum delegat, pecuniam dare intelligitur quanta ei debetur. Et ideo fideiuſſor debitorem ſuum delegauerit, quamuis eum qui ſoluendo non erat; confeſtim mandati agere poteſt, [c] quia bonum nomen facit creditor qui admittit debitorem delegatum.

CCLIX. Fideiuſſor ſi illius tempore liberatus, tamen ſoluerit creditori, rectè mandati habebit actionem aduerſus reum. Quanquam enim in liberatus fuit, tamẽ fidem impleuit, & debitorem liberauit.

CCLX. Si fideiuſſori donationis cauſâ acceptum factum ſit à creditore, habet mandati actionem. Multò magis ſi mortis cauſa accepto tulit creditor, vel ſi eam liberationem legarit [f] cùm non interſit vtrum nummos ſoluer creditori, an eum liberauerit.

CCLXI. Si Titius inſtrumento confeſſus ſit, ſibi reſolutam à fideiuſſore pecuniam, mandati contraria fideiuſſori competit: tametſi alio modo ſolutionis factæ fidem non faciat.

CCLXII. [g] Si paſſus ſim aliquem pro me fideiubere, vel aliâs interuenire, mandati teneor: & niſi pro inuito quis interceſſerit, aut donandi animo, aut negotium gerens, erit mandati actio.

CCLXIII. [h] Si literas eius ſecutus qui pecuniæ actor fuerat, ei qui tibi literas tradidit,
B pecunias credidiſti; tam conditio aduerſus eũ qui à te mutuam ſumpſit pecuniam, quàm aduerſus eum, cuius mandatum ſecutus es, mandati actio tibi competit.

CCLXIIII. [i] Fideiuſſor ante ſolutionem non agit mandati, niſi ſit condemnatus, vel niſi debitor bona dilapidet; [k] aut diu in obligatione ſteterit, vt & ſuprà relatum eſt.

CCLXV. [l] Fideiuſſori negotiorum geſtorum eſt actio, ſi pro abſente [m] aut pro eo à
C quo ſibi mandatum exiſtimabat. Nam mandati non poteſt competere, cùm non anteceſſerit mandatum.

CCLXVI. [n] Si fideiuſſor vel quis alius pro reo ante diem creditori ſoluerit, expectare debebit diem quo eum ſoluere oportuit, [o] tametſi per errorem ante diem ſoluerit.

CCLXVII. [p] Si extraneus, iſque cuius nihil intererat pro reo ſoluerit, creditorem
D cogere non poteſt, vt ſibi aduerſus reum mãdet actiones.

CCLXVIII. [q] Si quis fideiuſſerit ſua cauſa, mandati actionem non habet. Veluti, ad eũ qui vxorem ducturus erat, literas fecit tales: Titius Seio ſalutem: Semproniam pertinere ad animum meum cognouiſti: ideóque cùm ex voto meo nuptura tibi ſit, velim certus ſis, ſecundùm dignitatem tuam contrahere te matrimonium, & quamuis idoneè repromiſ-
E ſuram tibi Titiam matrem puellæ dotem ſciam, tamen & ipſe quò magis conciliem animum tuum domui meæ, fidem meam interponere non dubito. Quare ſcias quodcũque ab ea ex hac cauſa ſtipulatus fueris, id me mea fide eſſe iuſſiſſe ſaluum te habiturũ. Atque ita Titia quæ neque Titio mandauerat, neque ratum habuerat quod ſcripſerat, dotem Seio promiſit. Quæſitum eſt, ſi hæres Titij ex cauſa mandati præſtiterit, an actione
F mandati hæredem Titiæ conuenire poſſet. Reſponſum eſt ſecundùm ea quæ proponerentur. Item quæſitum eſt, an nec negotiorum geſtorum. Reſponſum eſt, nec hoc nomine iure agere poſſe. Palam enim facere Titium, non tam Titiæ nomine quàm quod conſultum ſibi vellet mandaſſe. Item ſi maritus aduerſus mandatorem ageret, an aliqua exceptione ſummoueretur. Reſponſum eſt, nihil proponi cur ſumoroueretur.

G CCLXIX. [r] In cauſæ cognitione verſabitur ſi reſtitutio poſtuletur, vtrum ſoli minori ſuccurrendum ſit, an etiam his qui pro eo obligati ſunt: vt puta fideiuſſoribus. Itaque ſi cùm ſcirem minorem, & ei fidem non haberem, tu fideiuſſeris pro eo, non eſt æquum fideiuſſori in necem meã ſubueniri: ſed po-

Marginal notes:

r l. Papinianus. l. cùm mandato. d. t. l. ſi quis alicui. §. vlt. D. mand. l. Stichũ 95. §. ſi mãdatu. D. de ſol. ſupra h. t. verſ. 193.

ſ l. fideiuſſoribus. 17. l. vt fideiuſſor. 38. D. h. tit.

t l. Modeſtinus 41. §. vlt. d. t. Spec tit de exception. §. 5. verſ. hoc tamẽ fallit. l. ſi fideiuſſores. in fi. h. t. l. 1. §. præterea. D. de contra. tut. & vtil. act.

u l. mãdati. C. h. t. l. 2. C. de his qui in prio. cred. loc. ſucc.

x Car. Molin. tract. vſurarum quæſt. 46 arg. l. in creditore. D. de euict.

z c. 2. h t. Bart. & Alex. in l. ſi contendat. D. eo. t. idem Alex. conſ. 190. primo volumine.

a l. 1. § nunc tractemus. D. de tut. & rat. diſtr.

b l. ſi debitorẽ. 18. D. [illegible]

c l. inter cauſas. §. abeſſe. D. mand.

i l. ſi fideiuſſor. §. vltim. D. hoc tit.

e l. ideoque §. vlt. & l. inter cauſas. §. ſi ſequi. D. mand. cui ſententiæ contraria videtur. l. ſi verò. in prin. d. tit. quam ſic conciliare nituntur ſuperioribus ll. vt hæc intelligant cùm accepto latum eſt à creditore in gratiam rei: ſuperiores cùm in gratiam creditoris Glo. in d. l. ſi verò Bart. conſ. 160.

f Bart. dict. conſ. argum. l. in contractibus § ſi quoniam, verſum item. Cod. de non num. pec. vbi vera ſolutio & apocha poſt triginta dies æquiparantur. l. Acceptilatio, aliàs Si acceptilatum. §. vltim. D. de accept. dict. §. abeſſe. Gloſ. in dict. l. in contractibus. contra ipſummet Bartol. dubitabundum tamen id aſſerentem in l. in duobus. D. de inrei. & Gloſſ. ibid. Paulum Caſtrenſ. conſ. 327. & Alexand. conſ. 25.

g l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. l. qui patitur. l. qui fide. D. mand. l. ſi fideiuſſor. C. h. t.

* Idem l. qui d. dictũ, vbi Iaſ. D. de pact.

h l. ſi literas. C. mand.

i l. ſi pro ea. d. t.

k l. Lucius. D. eo t.

l l. ex mandato. §. 1. d. t.

m l. item ſi cum putans. D. de neg. geſt.

n l. ſi fideiuſſor vel quaſi. D. h. t. l. ſi mandauero. D. manda.

o l. ſi fideiuſſor. d. t.

p Carol. Molinæus tract. vſurarum per l. nec emere. C. de vſur. debb. & l. id quod noſtrum. D. de reg. iur.

q l. Creditor. §. 1. D. mand.

r l. in cauſa. D. de min.

tius ipſi deneganda erit mandati actio. In ſumma; perpendendum erit, cui potiùs ſubueniatur, vtrùm creditori, an fideiuſſori. Nam minor captus neutri tenebitur; faciliùs in mandatore dicendum erit non debere ei ſubueniri: hic enim velut æſtimator fuit & ſuaſor, vt cum minore contraheretur.

CCLXX. [f] Minor in integrum reſtitutionem & aduerſus fideiuſſorem implorare debet. Cauſa enim cognita & præſentibus aduerſariis, vel ſi per contumaciam deſint, in integrum reſtitutiones perpendendæ ſunt.

CCLXXI. [t] Si quis pecunia accepta ſpopondit, nulla actione agit. Sin verò non hoc actum eſt,[u] vtilis ei potiùs actio competit.

CCLXXII. [x] Fideiuſſor, ſeu mandator exceptione munitus, & iniuria iudicis damnatus appellare debet,[z] déq; ea re reum principalem certiorare: alioqui mádati agere non poterit:[a] eique, cùm appellauerit reus, probationes ad iuſtam exceptionem comprobandam ſubminiſtrare debet,[b] ac ſumptus proſequendæ litis cauſa: [c] præterea ſi cauſa cadat, impendia quæ fecerit rependere.

CCLXXIII. [d] Si fideiuſſor, eùm non fuiſſe debitori numeratam pecuniam ſciat, ſoluerit ex cauſa fideiuſſionis, vel ſi qua alia exceptione, quæ debitori competebat, pacti fortè conuenti, vel cuiuſuis alterius rei vſus non ſit, eius non ignarus, mandati non aget: alioqui actio ei nõ negabitur. Potuit enim atq; debuit reus promittendi certiorare fideiuſſorẽ ſuum, ne fortè ignarus ſolueret indebitum.

CCLXXIV. [e] Similiter, ſi fideiuſſor cùm ſoluiſſet, non certiorauit reum, cùm poſſet: ſic deinde reus ſoluit quod ſoluere eum non oportebat, mandati agens repelli debet: dolo enim proximum eſt ſi poſt ſolutionem non nuntiauerit debitori. Cedere autem reus indebiti actionem fidaiuſſori debet, ne duplum creditor conſequatur.

CCLXXV. [f] Si quis ſub vſuris creditam pecuniam fideiuſſiſſet, & reus in iudicio conuentus, cum recuſare vellet ſub vſuris creditam eſſe pecuniam, & fideiuſſor ſoluendo vſuras, poteſtatem recuſandi eas reo ſuſtuliſſet, eam pecuniam à reo non petet. Sed ſi reus fideiuſſori denuntiaſſet, vt recuſaret ſub vſuris debitam eſſe, nec is propter ſuam exiſtimationem recuſare voluiſſet: quod ita ſoluerit à reo petet; hoc benè. Parum enim fideliter facit fideiuſſor in ſuperiore caſu, quòd poteſtatem eximere reo, videtur ſuo iure vti. Cæterùm in poſteriore caſu non oportet eſſe noxiæ fideiuſſori, ſi ipſe pepercisset pudori ſuo.

CCLXXVI. [g] Quædam tamen, etſi ſciens omittat fideiuſſor, caret fraude: vt puta, ſi exceptionem procuratoriam omiſit, ſiue ſciens, ſiue ignarus: de bona enim fide agitur, cui nõ congruit de apicibus iuris diſputare: ſed de hoc tantùm debitor fuerit, nécne.

CCLXXVII. [h] Generaliter ſi fideiuſſor ex ſua perſona omiſerit exceptionẽ, qua reus vti non potuit, ſiquidem minùs honeſtam habet mandati actionem: ſi modò habuit facul-

- [f] l. d. l. §. 1.
- [t] l. ſi remunerandi. §. vlt. D. manda.
- [u] Non mandati actio, quia verba interueniunt sed praescriptis verbis, d. [illegible] l. hoc iure. §. 1. D. de donat. Bart. & Dionyſ. Gothofredus.
- [x] l. ſi procur. in ſi. C. [illegible] l. exceptione. D. eod. t. [illegible] l. 21. l. 51. D. de euict. l. ſi procuratorem. §. ſi hi qui. D. h. t.
- [z] Bart. in d. l. l. ſi procurator. §. ſi ignorantes. D. mand.
- [a] Bart. in d. l. exceptione. d. §. ſi ignorantes.
- [b] l. ſi verò non remunerãdi. §. vltim. D. d. tit. mand.
- [c] l. etiam. C. eo. t. l. ſi mãdatu meo. § ſi fideiuſſor. D. eo t.
- [d] l. ſi fideiuſſor. d. t.
- [e] d. l. §. hoc idem.
- [f] l. Quintus Mutius. d. t.
- [g] [illegible]
- [h] l. idémque. §. generaliter. d. t.

tatem rei conueniendi, deſiderandique, vt ipſe ſuſciperet potiùs iudicium vel ſuo, vel proprio nomine.

CCLXXVIII. [i] Si fideiuſſor reo tantùm, non etiam ſibi competentem exceptionem omiſit, nihilominus mandati aget: vt puta; Ponamus vnum ex reis promittendi pactum eſſe ne à ſe peteretur, deinde mandatorem ſoluiſſe, mandati iudicio conuenire potuit etiam eum cum quo pactum eſt. Non enim pactum creditoris tollit alienam actionem.

CCLXXIX. [k] Commodiſſimè illa forma in mandatis ſeruanda eſt, vt quoties certum mandatum ſit, recedi à forma non debeat: at quoties incertum, vel plurium cauſarum, tunc licèt aliis præſtationibus exſoluta ſit cauſa mandati, quàm quæ ipſo mandato inerant, ſi tamen hoc mandatori expedierit, mandati erit actio.

CCLXXX. [l] Si mandaui tibi vt aliquam rem mihi emeres, nec de pretio quicquam ſtatui, tuque emiſti, vtrinque naſcitur actio. Quod ſi pretium ſtatui, tuque pluris emiſti, quidam negauerunt te mandati habere actionem: etiamſi paratus eſſes id quod excedit remittere. Namque iniquum eſt non eſſe cum illo actionem, ſi nolit; illi verò ſi velit, mecum eſſe. Sad benignior ſententia recepta eſt, eum vſque ad pretium ſtatutum acturum.

CCLXXXI. [m] Si cui mandaſſem vt crederet, iſque fœnerauit: quia fœnerando ſimul etiam credidit, placet teneri me in ſortem, non etiam in vſuras.

Secunda pars capitis decimi.

Aduerſus quos detur actio mandati contraria.

CCLXXXII. [n] CVm mandatu alieno pro te fideiuſſerim, non poſſum aduerſus te habere actionẽ mandati, quemadmodum qui alienum mandatum ſpopondit. Sed ſi nõ vtique vnius, ſed vtrioſque mandatum intuitus id fecerim, habebo mandati actionem etiam aduerſus te: quemadmodum ſi duo mihi mandaſſent vt tibi crederem, vtrumque haberem obligatum.

CCLXXXIII. [o] Fideiuſsori condemnato, qui ideo fideiuſſit, quia dominus procuratori mandauerat vt pecuniam mutuam acciperet, vtilis actio danda eſt quaſi inſtitoria: quia & hic quaſi præpoſuiſſe eum mutuæ pecuniæ accipiendæ videtur.

CCLXXXIV. CCLXXXV. [p] Poſt ſolutionem à ſe factam, qui dari mutuò mandauit: ab eo pro quo interceſſit, vel ſucceſſoribus eius, quod ſolutum eſt etiam cum vſuris rectè poſtulat.

CCLXXXVI. [q] Si fortè quis ex facto alterius tutoris condemnatus; vel ex communi geſtu, nec ei mandatæ ſunt actiones; vtilis actio tutori aduerſus contutorem danda eſt.

CCLXXXVII. [r] Fideiuſsor non tantùm

- [i] l. Granius. §. pen. D. h. t.
- [k] l. ſi quis pro eo. §. ſi qui. & l. 3. D. mand. §. is qui. Inſt. eo. t.
- [l] d. l. 3. & d. §. is qui.
- [m] l. Granius. §. vlt. d. t. cum interpretatione Iac. Cuiacij lib. 11. obſeru. cap. 37.
- [n] l. cùm mãdatu. D. d. tit. mand.
- [o] l. Idémque. §. idem Papinianus. d. t.
- [p] l. Poſt ſolutionem. C. eo. t.
- [q] l. 1. § nunc tractemus. D. de tut. & ratio. diſtr.
- [r] §. fideiuſſor. Inſt. h. t. l. 4. §. vlt. D. eo. t.

obligatur, ſed etiam hæredem relinquit obligatum: cùm rei locum obtineat.

ſ l. qui fide d.t.

CCLXXXVIII. ſ Qui fide alterius pro alio fideiuſſit præſente & non recuſante, vtróſque obligatos habet iure mandati. Quod ſi pro inuito, vel ignorante, alterutrius mandatum ſecutus fideiuſſit, eum ſolùm conuenire poteſt qui mandauit: non etiam reum promittendi.

t l. cùm alter. C.h.t.

CCLXXXIX. t Cùm alter ex fideiuſſoribus in ſolidum debito ſatisfaciat, actio ei aduerſus eum qui vnà fideiuſſit, non competit: poteſt ſanè cùm ſoluit etiam à fiſco deſiderate, vt ius pignoris quod fiſcus habuit in ſe transferatur; & ſi hoc ita factum eſt, ceſſis actionibus vti poterit. Quod & in priuatis debitis obſeruandum eſt.

u l. ut fideiuſſor. D.h.t.

CCXC. u Vt fideiuſſor aduerſus confideiuſſorem ſuum agat, actio danda non eſt. Ideóque ſi ex duobus fideiuſſoribus eiuſdem quantitatis, cùm alter electus à creditore totum exſoluet, nec ei ceſſæ ſunt actiones, alter nec à creditore, nec confideiuſſore rectè conuenietur.

Tertia pars capitis decimi.

Quid veniat in actionem mandati contrariam, vel non.

x §. ſi quid. Inſt. h.t.d. inter cauſas. §. præterea. D. mand.

CCXCI. x SI quid fideiuſſor pro reo ſoluerit, eius recuperandi cauſâ habet cum eo mandati actionem.

z l ſi mandatu §. ſi fideiuſſor. & l. ſi is qui, in fine. d.tit. c. 2. & cap. peruenit. eod.t.

CCXCII. z Si fideiuſſor multiplicauerit ſummam in quam fideiuſſit, ſumptibus ex iuſta ratione factis, totam eam præſtabit is pro quo fideiuſſit. a Denique fideiuſſori reus quicquid damni fideiuſſionis cauſâ acceperit, ſarcire debet, tametſi promiſſum id non fuerit.

a Bald. in l. conſtitutionibus. Cod. de vſur. per text. ſingul. in d cap. peruenit.

b §. is qui Inſt. manda l. 3. & ſeq. D. eo.t.

CCXCIII. b Is qui exequitur mandatum, non debet excedere fines mandati: vt ecce, ſi quis centum aureis mandauerit tibi vt fundum emeres, c vel vt pro Titio ſponderes, neque pluris emere debes, neque in ampliorem pecuniam fideiubere: alioqui in eam duntaxat ſummam quę mandato expreſſa eſt, habebis actionem, d vt & ſuprà commemoratum eſt.

c Idem in l. rogatus d.t.

d verſ. 216. bul.

e Car Molinæus tract. de ſ.r.quaſt.29. & ſeq.

CCXCIV. e Hypothecarij reditus fideiuſſor, cui reus promiſerit eum intra certum tempus fideiuſſoria obligatione liberare, ſi reditum emat à creditore, ex ea ſtipulatione agere non poteſt vt reditus redimatur: cùm vna eadémq; perſona reditus penſiones exigere, ac eius debitorem ad eum redimendum cópellere nequeat. Idē obſeruatur & ſi mandatas actiones pēſionū nomine hic emptor

A extraneo vendiderit, f cùm extincta ſemel fideiuſſoria obligatio non redintegretur.

CCXCV. g Sed ſi fideiuſſor, quem eximere obligatione promiſerit, penſionibus exacti temporis ac futuris renuntiet, ex ſtipulatu actio aduerſus debitoré vt promiſſa implere eum cogat, non videtur deneganda.

CCXCVI. An fœnebris pecuniæ vſuras ſolutas repetere fideiuſſor poſſit, ſæpe quæri-

B tur. h Ac quidem ſi pro ignorante quis fideiuſſor extiterit, repetere à debitore non poſſe placet.

i Si pro ſciente patientéque, ſi quidē debitor fœneratitium contractum eſſe contendat, idque iudicio defendere paratus ſit, vſuras fideiuſſor non rectè ſolutas non repetet.

C l Cum ſorti tantummodò obligatus fideiuſſor vſuras ſoluit, culpæ ſuæ illud imputabit.

k In certam formam quæ vſuras comprehenderet fideiuſſor obligatus, ſi eas ſoluerit, actio ei ſoluti nomine, cùm totum iuſtè debitum credidiſſe eum veriſſimile ſit; ſoluti nomine contra reum promittendi dabitur.

D r In omnem cauſam, vel ſimpliciter fideiuſſor obligatus, ſi vſuras ſoluat, non repetet: cùm generali obligatione contineri non videantur.

ſ Iureiurando obſtrictus vſuris fideiuſſor, actionem vſurarum ſolutarum nomine in debitorem habebit. Idem obſeruabitur, & ſi nullum iuſiurādum fideiuſſoris interceſſerit; ſed ipſe debitor indemnem eum futurum iureiurando adhibito repromiſerit.

E t Quod ſi debitor non iurauerit, ſi vſurarū ſolutio ad commodum debitoris ſpectabat, actio erit: u Sin minùs, ac ſponte ſoluerit, eius damnum erit. x Si coactus id fecerit, culpa tamen eius arguatur, veluti quòd exceptione vſus non ſit, cùm vitium pateret, repetitio non erit: z ſi culpa abfuerit, contrà erit.

F a In omnibus autem ſuprà relatis ſpeciebus, in quibus fideiuſſorem contra debitorem actionem non habere diximus, ea aduerſus creditorem non denegabitur.

f l. quæ res. §. aream. D. de ſol. arg. eius quod cautionē ipſius ſortis debet præſtare vt nec condici nec repeti poſſit. l. ex empto in prin. D. de act. empt. Fa. l. vnā & ſi fur. D. de reb. cred. Præterea obligatio principalis & acceſſoria in eodē ſubiecto conſiſtere non poſſunt. l. ſi reus promittendi. D. de duob. reis. l. heres. §. ſeruus & ſeq. D.h.t. Et nominatim cùm fideiuſſor creditori ſucceſſit. d. l. heres. Tum deſinit et teneri debitor tanquam fideiuſſor: ipſéque qui fuerat fideiuſſor eſſe deſinit: cùm ſibi debere nemo poſſit.

g Molinæus d. tract. in 30. arg. quod officium fideiuſſoris ei damnoſum eſſe non debet. l. ſi quis D. quemad. ſeru. a. oper. texto appoſitiſſimo. in l. ſi ſeruus communis, §. idque euidentius. D de fur. itemque quòd pactum huiuſmodi valeat. l. Lucius D mādat. l. ſi pro te. C. eo.t.

h l. ſi pro te. & l. ſi remunerandi, & l. ſi paſſus. D. de neg. geſt. c. ſicut tuis de ſimon. c. P. de hæ.m. Fa. l. Pompo. D. de proc. & l. 1. §. ſæpè. D. Depoſ.

p l. Diligenter. D. mand. c. cū de prob.

k l. Fideiuſſor. 1. 2. & 3. reſp. D.h.t. c. quia veriſimile. de præſ. Leiom de indebito. D. de prob. c. 2. eo t. r l. ſi procurator. D. de cond. ind. c. vlt. de off. vic. in c. generali. de reg. iur.

ſ c. Debitores de iureiur. arg. l. eadem. §. generaliter. D. mand. Notatur in 2. c. 2. h.t. Hoſtienſis tamen in ſumma. §. ad quid fideiuſſor, hoc caſu cenſet, ſi potuit iuriſiurandi veniā impetrare repetitionis locū non eſſe: alio. contra dat fideiuſſori actionem contra creditorem non debitorem.

t c. vlt. de foro comp. lib. 6. Fa. c. cùm contingat. & c. licèt de iureiur. c. quoniā. de pact. u l. ſi quis pro eo. D. mand. c. peruenit. h. 1. ex interpretatione Hoſtienſ. x l ſi fideiuſſor. D. mand. l. exceptione. D.h.t. c. dānum. de reg. iur.

z arg. l. 2. §. ſolet quæri. D. de hær. vel act. vend. c. venerabilem. §. verum. qui filij ſint leg. a l. fideiuſſor. §. in omnibus. D. manda.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER DECIMVS SEPTIMVS.

TIT. I.

De conſtituta pecunia.

Hic titulus quinque capitibus continetur: Quorum primum eſt, Quid ſit conſtitutum, aut conſtituta pecunia: & quibus modis rectè quis conſtituat: aut non. Cuius capitis prima pars eſt. Quid ſit conſtitutum: aut conſtituta pecunia, & quibus modis rectè quis conſtituat. Secunda pars, Quibus modis non rectè quis conſtituat. Caput ſecundum, Qui conſtituere poſſunt: & quibus conſtitui: vel non. Caput tertium, Quid, quibúſque de rebus conſtitui poſſit, aut non: Cuius prima pars, Quid, quibúſque de rebus conſtitui poſſit. Secunda pars eſt, Quid, quibúſque de rebus conſtitui non poſſit. Caput quartum. Quis ſit effectus conſtituti. Caput quintum, Quibus modis conſtituenti ſubuenitur, aut non. Cuius prima pars, Quibus modis ſubuenitur. Secunda, Quando, quibúſque ex cauſis ei qui conſtituit non ſubuenitur.

CAP. I.

Quid ſit conſtitutum, aut conſtituta pecunia: & quibus modis rectè quis conſtituat, aut non conſtituat.

Prima pars.

Quid ſit conſtitutum aut conſtituta pecunia, & quibus modis rectè quis conſtituat.

I. Conſtitutum eſt[a] conuentio qua quis ſpondet[b] citra ſtipulationem ſoluturum ſe quod ipſe vel alius debet.

II. [c]De conſtituta pecunia ſeu conſtitutoria actio à Prætore Romano introducta eſt, qui conſtituta ex conſenſu[d] nudóque pacto facta cuſtodienda exiſtimatet: quoniam graue eſt fidem fallere.

III. [e]Conſtituere & præſentes & abſentes poſſumus: ſicut & paciſci: & per nuntium: & per noſmet ipſos: & quibuſcunque verbis: ac pro inuito quidem.

IV. [g]Titius epiſtolam ad me talem emiſit, ſcripſi me ſecundùm mandatum Seij ſi quid debitum approbatum erit me tibi cauturum; & ſoluturum ſine controuerſia, tenetur Titius de conſtituta pecunia.

V. [h]Titius Seio epiſtolam emiſit in hæc
A verba, Remanſerunt apud me quinquaginta ex credito tuo ex contractu pupillorum meorum quos tibi reddere debebo Idibus Maij probos. Quòd ſi ad diem ſupraſcriptam non dedero, tunc dare debebo vſuras tot. Lucius Titius in locum pupillorum hac cautione ſucceſſit, ſi interceſſit ſtipulatio: ſi non interceſſit, de conſtituta tenetur in ſortem.

B VI. [i]Quidam ad creditorem literas eiuſmodi fecit: Decem quæ Lucius Titius ex arca tua mutua acceperat ſalua ratione vſurarum, habes penes me, domine. Reſpõſum eſt eum de conſtituta pecunia teneri.

VII. [k]Qui conſtituit ſe ſoluturũ, tenetur; ſiue adiecit certam quantitatem, ſiue non.[l] Nam de debito de quo agebatur intellexiſſe exiſtimabitur.

C VIII. [m]Si quis certam perſonam fideiuſſuram pro ſe conſtituerit, nihilominus tenetur, etſi ea perſona nolit fideiubere. Quod ſi ante deceſſit, ſi mora interuenerit, æquum eſt teneri eum qui conſtituit vel in id quod intereſt, vel vt aliam perſonam non minùs idoneam fideiubentem præſtet: nulla mora interueniente, non tenetur.

IX. [n]Si quando quis pro ſe, vel pro alio pecuniam ſe ſoluturum conſtituerit, vel ſpopõ
D derit his verbis [ſatisfaciam tibi] tenetur in eam quantitatem quam promiſit. Sin autem ſic dixerit, [ſatisfiet à me & ab illo, & illo] illis quos nominauit non conſentientibus, ſolus pro rata tantùm portione perſoluet. Si ſic dixerit, [ſatisfiet tibi, aut à me, aut ab illo] illo non conſentiente ſolus in ſolidum tenebitur.

X. [o]Certo loco & tempore conſtituere quis
E poteſt. Nec ſolùm eò loci poſſe eum petere vbi ei conſtitutum eſt: ſed exemplo arbitrariæ actionis vbique poteſt.

a Iac. Cuiacius Paratitl. D.h.t. §. de cõſtituta. Inſtit. de act.

b Nam ſi ſtipulanti promiſerint, omnino ſtipulatu tenentur. d. §.

c l.1.in prin. D.h.t.

d d. §. Pactio ſiquidem conuentiones confirmantur. l.2. D. de act. & conſtituto etiã aliàqui inutiles obligationes confirmantur, Quòd duplex vinculum vno ſit firmius. l. Rec õ iuncti D. de leg. 3. Auth. ceſſante. C. de ſuo. & legit. §. ſed hodie. Inſtit. de adopt. Ad exemplum ſecundæ fideiuſſionis à muliere facta, quæ eſt efficax, cum prior fuerit inutilis l. ſi mulier perfectæ ætatis. C. ad SC. Velleian. & fortiores duæ ſunt cauſæ quàm una. l.1. C. de plus pet. l. cùm notiſſimi. §. ſed & ſi quis. C. de praeſc. 30. vel 40 an. l. in contractibus. C. de non numer. pec.

e l. qui autem. §. vlt. D.h.t.

f l. Vtrum. d.t.

g l. eum qui. §. Iulian. quoque d.t.

h l. Titius ibidem.

i l. quidam. ibid.

k l. qui autem. ibid.

l Petr. Gregorius Syntagmate iuris. h.t.

m l. qui autem. §. ſed & ſi quis. D.h.t.

n Auth. ſi quando. C.h.t.

o l. ſi duo. §. 7. D.h.t.

p l. promiſſor. §.1. ibid. l. quod dicimus 105. D. de ſolut.

A XI. [p] Si ſine die conſtituas, poreſt quidem dici te non teneri: alioquin & confeſtim agi tecum poterit, ſi ſtatim vt coostituiſti non ſoluas. Sed modicum tempus ſtatuendum eſt, non minus decem dierum, vt exactio celebretur.

Secunda pars capitis primi.

Quibus modis non rectè quis conſtituit.

q l. 1. §. eum qui. D. h. t.

B XII. [q] EVm qui inutiliter ſtipulatus eſt cùm vtiliter ſtipulari voluerit, dicenduoi eſt de conſtituta expetiri non poſſe: quoniam non animo conſtituẽtis, ſed promittentis factum ſit.

r l. cum qui. §. Iulianus quoque. ib.

XIII. [r] Si quis conſtituerit, alium pro ſe ſoluturum, non ſe pro alio, non tenetur.

ſ d. l. §. item ſi.

C XIV. [ſ] Si mihi conſtituas te ſoluturum, teneberis. Quòd ſi mihi conſtitueris Sempronio te ſoluturum, non teneberis.

t l. Auth. ſi quando. C. h. t.

XV. [t] Si quis ſic dixerit, [ſatisfiet tibi] verbo imperſonali vſus, non tenebitur.

u l. vlt. D. h. tit.

XVI. [u] Si quis conſtituat ſe ſoluturum quod alius debet, quaſi ipſe deberet, inutile eſt conſtitutuoi.

CAP. II.

Qui conſtituere poſſunt, & quibus conſtitui poteſt, vel non.

x l. 1. ibid.

XVII. [x] COnſtituere omnes poſſunt qui & obligari. Mulieres etiam de conſtituta tenentur ſi non interceſſerint.

z d. l. §. 2.

XVIII. [z] Si filiusfamiliâs conſtituerit, tenetur & pater de peculio.

a l. ſed etſi filiofa. ibid.

XIX. [a] Si filiofamiliâs conſtituatur, valet conſtitutum.

b l. eum qui. §. Iulia. 2. & §. ſi actoris. ib.

XX. [b] Actori reipublicæ, tutori pupilli, curatori furioſi, vel adoleſcentis, & procuratori ſi conſtituatur, vtilis domiois de conſtituta pecunia actio dabitur.

c l. 1. §. 2. ibid.

XXI. [c] Si mihi, aut Titio ſtipuler, Titio ſuo nomine conſtitui non poteſt: quia non habet petitionem, tametſi ei ſolui poſſit.

CAP. III.

Quid, quibúſque de rebus conſtitui poſſit: vel non.

Prima pars.

Quid quibúſque de rebus conſtitui poſſit.

d l. 2. C. hoc t. facit quod pecuniæ verbum latè patet. l. 2. §. creditum. vbi Glo. & DD. D. de reb. cred. l. talis ſcriptura. D. de lega. 1. l. 1. in prin. D. de calum. l. ſed Iulia. §. mutu. D. ad SC. Mac.

XXII. [d] LIcet omnibus conſtituere, non ſolùm res quæ pondere, numero, menſura conſtaot: ſed etiam alias omnes, ſiue mobiles, ſiue immobiles, ſiue ſeſe mouentes, & alias quaſcunque quę io ſtipulationem deduci poſſunt.

e l. 1. §. an poteſt. h. t.

A XXIII. [e] An poteſt aliud conſtitui quàm quod debetur, quæſitum eſt. Sed cùm iam placet rem pro re ſolui poſſe, nihil prohibet, & aliud pro debito conſtitui. Denique ſi quis centum debens, frumentum eiuſdem pretij conſtituat, valet conſtitutum.

f l. qui autẽ. §. ſed & ſi quis. ibid.
g verſ. 8. h. t.

XXIV. [f] Si quis certam perſonam fideiuſſuram pro ſe conſtituerit, tenetur: [g] vt & ſuprà relatum eſt.

h d. l. qui autem. §. 1.

B XXV. [h] Si quis conſtituit ſe pignus daturum, cùm vtilitas pignorum irrepſerit, debet etiam hoc conſtitutum admitti.

i d. l. 1. §. debitum. 1.

XXVI. [i] Debitum ex quacunque cauſa poteſt conſtitui, id eſt, ex quocunque contractu ſiue certi, ſiue incerti: & ſi ex cauſa emptionis quis pretium debeat, vel ex cauſa dotis, vel ex cauſa tutelæ, vel ex quocunque alio contractu.

k d. l. 1. §. debitum. 20.

C XXVII. [k] Debitum vel natura ſufficit. Sed & is qui honoraria actione non iure ciuili tenetur. Videtur enim debitum & quod iure honorario debetur.

l l. quod ſi maritus. in fi. ibid.

XXVIII. [l] Si quis in diem ſit obligatus, qui conſtituit, tenetur: quia propter has potiſſimùm pecunias quæ nódum peti poſſunt, conſtituta ſunt inducta: & ex die obligatus conſtituendu ſe eadem die ſoluturum, tenetur. [m] Sed & ſi citeriore die conſtituat ſoluturum, tenetur.

m l. ſed & ſi citeriore. § vlt. d. t.
n d. l. quòd ſi maritus. in fi.

D XXIX. [n] Siue purum ſit debitum, ſiue ſub conditione debeatur, huic actioni locus eſt.

o l. cum qui. ibid.

XXX. [o] Eum qui Epheſi promiſit ſe ſoluturum, ſi conſtituat alio loco ſolũtorum, teneri conſtat.

p d. l. quod exigimus.

XXXI. [p] Quod exigimus vt ſit debitum quod conſtituitur, in rem exactum eſt: non vtique vt is coi conſtituitur creditor ſit. Nam & quod ego debeo, tu conſtituendo teneberis: & quod tibi debetur, ſi mihi cnuſtituatur, E debetur.

q l. item illa. §. 2. d. t.

XXXII. [q] Si quid tunc debitum fuit cùm conſtitueretur, nihilominus tener conſtitutum: quia retrurſum ſe actio refert. Proinde temporali actione obligatus conſtituendo, licèt poſt conſtitutum temporalis actio exierit, tenetur. Sed & ſi poſt tempus obligationis ſe ſoluturum conſtituerit, adhuc tenetur: quoniam eo tempore conſtituit quo erat obligatus, licèt in id tempus quo non te-F nebatur.

r l. Promiſſor Stichi. & l. Promiſſor hominis. d. t.

XXXIII. [r] Promiſſor certi equi poſt moram ab eo factam, mortuo eo equo ſi conſtituerit ſe pretium eius ſoluturum, tenetur.

ſ l. qui iniuriarum. ibid.

XXXIV. [ſ] Qui iniuriarum, vel furti vel vi bonorum raptorum tenetur, actione conſtituendo tenetur.

t l. id quod. ibid. l. 4. D. de vſur. Iaſ. & DD. in l. 1. D. de verb. oblig. l. Græca. § illud. l. hi qui acceſſionis. D. de fidei.

G XXXV. [t] Id quod ſub conditione debetur, ſiue purè, ſiue certo die conſtituatur, eadem conditione ſuſpenditur, vt exiſtente conditione teneatur; deficiente, vtraque actio depereat.

u l. illud aut illud D. h. t.

XXXVI. [u] Illud aut illud debuit, & conſtituit alterum: àn vel alterum quòd non conſtituit ſoluere poſſit. Reſponſum eſt, non eſſe aodieodum ſi velit hodie fidem conſtituti frangere.

Secunda pars capitis tertij.

Quid quibúſque de rebus conſtitui non poſſit.

XXXVII.[y] HOc tantùm conſtitui poteſt quod debitum eſt.

y l. 2. C. h. t.

XXXVIII. [z] Si quis conſtituerit quod iure ciuili debebat; iure prætorio non debebat, id eſt per exceptionem, non tenetur; quia verè debita non eſt pecunia quæ conſtituta eſt.

z l. quod ſi minus. §. 1. D. h. t.

XXXIX. [a] Si quis centum aureos debens, ducentos conſtituat, in centum tantummodò tenebitur, quia ea pecunia debita eſt: ergo & is qui ſortem, & vſuras quę non debebantur conſtituit, tenebitur in ſortem duntaxat. Sed & ſi decem debeantur, & quis decem & Bucephalum equum conſtituat, decem tantummodo nomine tenentur.

a l. hactenus in ſi. ibid.

CAP. IV.

Quis ſit effectus conſtituti.

XL.[b] VBi quis pro alio conſtituit ſe ſoluturum, adhuc is pro quo conſtituit, obligatus manet.

b l. vbi quis. D. h. t. l. ſi filiusf. D. de in rem verſ. l. Papinianus. D. Mand.

XLI. [c] Conſtituto non nouatur prior obligatio.

c l. 3. §. in eum. D. de adm rer. ad ciuit. pert.

XLII. [d] Vetus fuit dubitatio an qui hac actione egit, ſortis obligationem conſumat. Et tutius eſt dicere, ſolutione potiùs ex hac actione facta liberationem contingere, non litisconteſtatione: quoniam ſolutio ad vtramque obligationem pertinet.

d l. iterum illa. § vlt. D. h. t.

XLIII. * Si duo quaſi duo rei conſtituerimus, vel cum altero, agi poterit in ſolidum.

* l. ſi duo. ibid.

XLIV. [e] Hæc actio perpetua eſt & perſonalis, nec niſi triginta annis finitur: * & hæredibus & contra hæredes competit.

e l. 2. C. h. t.
* d. l. 2. & l. 1. ibid.

CAP. V.

Quibus modis conſtituenti ſubueniatur: vel non.

Prima pars.

Quibus modis conſtituenti ſubueniatur.

XLV.[f] SI per rerum naturam ſteterit quominus qui conſtituerit, id non fecerit, ſubueniri ei debebit.

f l. ſi duo. §. vl. D. h. t.

XLVI. [g] Si mihi aut Titio conſtitueris te ſoluturum, mihi competit actio. Quòd ſi poſteaquàm ſoli mihi te ſoluturum conſtituiſti, ſolueris Titio, nihilominus mihi teneberis. Titius tamē indebiti condictione tenebitur, vt quod perperam ei ſolutum eſt, ei qui ſoluit reddatur. Idem eſt & ſi ex duobus reis ſtipulandi, poſt alteri conſtitutum, alteri poſtea ſolutum eſt: quoniam loco eius cui iam ſolutum eſt haberi debet is cui conſtituitur.

g l. ſi verò mihi. & duab. ll. ſeq. ibid.

XLVII. [h] Si ad diem conſtituti reus non fecit quod conſtituit, poſt alia die obtulerit, nec actor accipere voluit, æquum eſt ſuccurri reo aut exceptione aut iuſta interpretatione, vt factum actoris vſque ad tempus iudicij ipſi noceat, vt quod Edicto Prætoris continetur [ſi non fecit reus quod conſtituit, teneri,] hoc ſignificent, vt neq; in diem in quem conſtituit, fecerit, neque poſtea.

h d. l. ſi duo. §. aut Prætor.

XLVIII. [i] Si quis duobus pecuniam conſtituerit, & ſi ſtricto iure propria actione pecuniæ conſtitutæ manet obligatus, etiāſi Titio ſoluerit, tamen per exceptionē adiuuatur.

i l. ſi quis duobus d. ſ. l. vlt. §. vlt. D. de verb obl.

XLIX. [k] Priùs conueniri debitor debet quàm qui conſtituit, niſi huic beneficio & exceptioni renuntiauerit.

k Petr. Greg. Syntagmate h t. per §. 1. Inſt. de fideiuſ. § ſancimus. Noua Conſt. 136.

L. [l] Priùs ij qui conſtituerunt conueniri debent, quàm cum extraneis pignorum poſſeſſoribus agi poſſit.

l Idem Greg. per §. ſed neque res. tit de fideiuſ. in Auth.

LI. [m] Imperatoris Hadriani epiſtola de periculo diuidundo inter mandatores & fideiuſſores locum habet in his etiam qui pecunias pro aliis conſtituunt.

m l. 2. C. h. t.

LII. [n] Si plures conſtituerint, & quis eorum ſoluit, ei actio aduerſus debitorem, & eos qui cum illo conſtituerunt, pro eorum partibus cedi debet.

n § ſi verò intercesſerũ. verſic. ſi verò tempus. d. tit de fideiuſſ. in Auth. l. Papinianus. D. Mand.

LIII. [o] Si is qui pro alio conſtituit, ſoluerit, quin repetere illud à debitore poſſit non dubitatur.

o d. § & d. l.

Secunda pars dicti capitis quinti.

Quando quibúſque ex cauſis ei qui conſtituit non ſubueniatur.

LIV.[p] SI poſtquàm quis conſtituit, dominus ei denuntiet ne ſoluat, nihilominus tenetur. Nam cùm ſemel ſit obligatus qui conſtituit, factum debitoris non debet eum excuſare.

p l. vtrum. D. h. t.

LV. [q] Si non fecit reus quod conſtituit, tenetur. Sed an id ad tempus conſtituti pertineat, an vſque ad litis conteſtationem, dubitari poteſt: Et dicendum ad tempus conſtituti hoc referri debere.

q l. item illa ib.

LVI. [r] Si poſt conſtitutam tibi pecuniam hæreditatem ex Senatuſconſulto Trebelliano reſtitueris, quoniam ſortis petitionē tranſtuliſti ad alium, deneganda eſt tibi pecuniæ conſtitutæ actio. Idem eſt in hæreditatis poſſeſſore poſt euictam hæreditatem. Sed magis eſt vt fideicommiſſario, vel ei qui euicit, decernenda eſſet actio.

r Paulus Iureconſultus in l. ſi poſt. ibid. Contra aliorum Iureconſultorum opinionem ab ipſomet Paulo relatam in l. ſi tibi. §. pen. D. de pact. ex ſententia Eguinarij Baronis in d. §. contra Iacobi Cuiacij interpretationem non bene perſpicuam.

LVII. [ſ] Conſtituto ſatis non facit qui ſoluturum ſe conſtituit, offerat ſatiſdationem. Si quis autem conſtituat ſe ſatiſdaturum, ſi & fideiuſſorem & pignora det, non tenetur: quoniam nihil intereſt quemadmodum ſatisfaciat.

ſ l. ſi poſt. D. h. tit.

TIT. II.

De negotiis geſtis.

Hic titulus ſex capitibus continetur. Quorum primum eſt, Cuiuſmodi ſit negotiorum geſtorum actio. Secundum, Quibus ex cauſis, & quibus, & aduerſus quos actio negotiorum

geſtorum competat, vel non. Tertium caput eſt, Quid veniat in directam negotiorum geſtorum actionem, vel non: Cuius prima pars, Quid veniat. Secunda, Quid non veniat in directam negotiorum geſtorum actionem. Quartum caput eſt, De contraria negotiorum geſtorum actione: & quibus & aduerſus quos, & quibus ex cauſis competat, vel non. Cuius prima pars, Quibus ea actio, & aduerſus quos, & quibus ex cauſis competat, Secunda, Quibus & aduerſus quos: quibúſque ex cauſis actio negotiorum geſtorum contraria non competat. Quintum caput, Quid veniat in contrariam negotiorum geſtorum actionem, vel non: Cuius prima pars, Quid veniat. Secunda, quid non veniat. Sextum caput, Communia quædam vtriuſque actionis.

CAP.[a] I.

Cuiuſmodi ſit negotiorum geſtorum actio.

Margin: a §. igitur. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contr. l. ſi quis abſentis. D. de oblig. & act. Paulus IC. li. 1. Recept. ſent. t. 4.

I. [a] CVm quis abſentis negotia geſſerit, vltrò citróque naſcuntur actiones. Et ſicut domino rei geſtæ directa competit actio: ita negotiorum geſtori contraria. Quas ex nullo contractu propriè naſci manifeſtum eſt; quippe ita naſcuntur hæ actiones, ſi ſine mandato quiſque alienis negotiis gerendis ſeſe obtulerit. Ex qua cauſa ij quorum negotia geſta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idque vtilitatis causâ receptum eſt, ne abſentis ſubita feſtinatione coacti nulla demandata negotiorum ſuorum adminiſtratione peregrè profecti deſererentur negotia: quæ ſanè nemo curaturus eſſet, ſi de eo quod quis impendiſſet, nullam habiturus eſſet actionem. [b] Ac magna quidem vtilitas abſentium ex Edicto Prætorio de negotiis geſtis prouenit, ne indefenſi rerum poſſeſſionem aut venditionem patiantur, vel pignoris diſtractionem, vel pœnæ committendæ actionem, vel iniuriâ rem ſuam amittant.

Margin: b l. 1. D. h. t.

Margin: c l. Labeo. 19. & l. licet. 59. D. de verb. ſign. d l. quantatundem. D. h. t. e d. l. 1. §. hac autem. f l. pen. C. h. t. g l. Aduerſus. ibid exemplum notabile. in l. Mater C. de rei vend. vbi quis à rei ſuæ vendita ab alio vendicatione excluſus agit perſonal negotiorum geſtorũ ratam habens venditionẽ ad pretium eius à venditore recuperandum

II. [c] Geſtum ſignificat rem ſine verbis geſtam.

III. [d] Hoc iudicium bonæ fidei eſt.

IV. [e] Hæc actio cùm ex negotio geſto oriatur, hęredi & in hęredem competit.

V. [f] Negotiis geſtis non in rem, ſed in perſonam eſt actio.

VI. [g] Negotiorum geſtorum actioni longo tempore non præſcribitur.

CAP. II

Quibus ex cauſis, & quibus, & aduerſus quos actio negotiorum geſtorum competat, vel non.

Margin: h l. Actio. D. h. t. i l. 3. ibid.

VII. [h] ACtio negotiorum geſtorum illi datur cuius intereſt hoc iudicio experiri.

VIII. [i] Mulieres actione negotiorum geſtorum agere, & conueniri poſſunt.

Margin: k Paulus IC. lib. 1. Recept. ſent. 1. 4. l. ſi mater. C de vſur. l ſi fideiuſſor. §. vlt D. h. t. l l. ſitus. §. vlt. ibid. m l. fideiuſſor. §. vlt. ibid.

IX. [k] Mater quæ filiorum ſuorum rebus interuenit, actione negotiorum geſtorum & ipſis & eorum tutoribus tenebitur.

X. [l] Pater ſi emancipati filij res à ſe donatas adminiſtrauit, filio negotiorum geſtorum actione tenetur.

XI. [m] Ignorante virgine mater à ſponſo filię res donatas ſuſcepit: quia mandati, vel depoſiti ceſſat actio, negotiorum geſtorum actione agitur.

Margin: n l. ſi pupilli. §. ſi quis pecuniã. ibid.

XII. [n] Si quis pecuniam, vel aliam quandam rem ad me perferendam acceperit, quia negotiũ meum geſſit, negotiorum geſtorum actio aduerſus eum mihi competit.

Margin: o l. qui pupillæ. ibid.

XIII. [o] Qui pupilli negotia tutoris mandato ſuſcepit, pro tutore negotia non videtur geſſiſſe: ſed negotiorum geſtorum actione pupillo tenetur.

Margin: p Paulus IC. d. loco. l. ſi tutor l. ſi poſt pubertatem. D. de tut. & rat. diſtr.

XIIII. [p] Tutor poſt finitam tutelam ſi in adminiſtratione duret, actione negotiorum geſtorum pupillo vel curatori eius tenebitur: niſi quæ poſtea geſſerit tutelæ officio ſint connexa: pro quibus tutelæ actio competit.

Margin: q l. 1. §. ſi quis quaſi D. de eo qui pro tut. l. pen. D. d. t. de tut. & rat. diſtr. r Paul. IC d. t. 4. l. 4. C qui dare tut. vel cur. poſſ. ſ l. Curators. C. h. t.

XV. [q] Qui cùm tutor non eſſet, res pupilli adminiſtrauit pro tutelæ actione, [r] ſed negotiorum geſtorum tenetur. Similiter qui cùm curator non eſſet, res adulti adminiſtrauit, negotiorum geſtorum actione tenetur. [ſ] Quod & de eo intelligi debet, qui patris teſtamento datus eſt, quod non poteſt iure factum videri.

Margin: t l. 3. §. executor. D. h. t.

XVI. [t] Si executor à iudice in negotio meo datus dolum mihi fecerit, dabitur mihi aduerſus eum actio.

Margin: u d. l. 3. §. 1.

XVII. [u] Pupillus ſi negotia geſſit, in id conueniri poteſt quo factus eſt locupletior.

Margin: x d. l. § hac actione.

XVIII. [x] Hac actione tenetur non ſolùm is qui ſponte & nulla neceſſitate cogente immiſcuit ſe negotiis alienis: verùm & is qui aliqua neceſſitate vrgente, vel neceſsitatis ſuſpicione geſsit.

Margin: z l. cùm pater. d. t.

XIX. [z] Cùm pater teſtamento tutorem dederit, iſque tutelam interim adminiſtrauerit, nec poſthumus natus fuerit, cum eo non tutelæ, ſed negotiorum geſtorum erit agendum. Quòd ſi natus fuerit poſthumus, tutelæ erit actio: & in eam vtrumque tempus veniet, & quo antequàm naſceretur infans geſſit, & quo poſtquàm natus ſit.

Margin: a l pupilli. § item quæritur. D. h. t.

XX. [a] Si Titium quaſi debitorem tuum extra iudicium admonuero, & is mihi ſoluerit; túque poſtea cognoueris, & ratum habueris, dubitari poteſt an negotiorum geſtorum actione me poſsis conuenire; quia nullum tuum negotium geſtum eſt, cum debitor tuus non fuerit. Sed ratihabitio fecit tuum negotium quod ab initio non erat, ſed tui contemplatione geſtum.

Margin: b d. l. §. ſi ſit.

XXI. [b] Si Titij debitorem, cui te hæredem putabam, cùm eſſet Seius, conuenero, ſimiliter & exegero, mox tu ratum habueris mihi aduerſus te, & tibi mutua negotiorum geſtorum eſt actio. Atqui alienum negotium geſtum eſt: ſed ratihabitio hoc conciliat:

quæ

quæ res efficit, vt tuum negotium geſtum videatur.

XXII. [c] Si negotium à te quamuis malè geſtum probauero, negotiorum geſtorum actio vtrinque dabitur. Aliter enim dicentibus, Si à debitore meo exegeris, & probauerim; quemadmodum recipiam? Item ſi vendiderit? ipſe denique ſi quid impendit, quemadmodum recipiet?

c l. Pompo. ſcribit. ibid.

XXIII. [d] Si pecuniam tuam à debitore tuo quis exegit, eámque ſolutionem ratam habuiſti, habes aduerſus eum negotiorum geſtorum actionem.

d l. ſi pecuniā. C. h. t.

XXIIII. [e] Et is qui negotia aliena gerens indebitum exegerit, reſtituere cogitur.

e l. ſi quis negotia. D. eo. t.

XXV. [f] Si quis negotia mea geſſit, non mei contemplatione, ſed ſui lucri cauſâ, is ſuum potius quàm meum negotium geſſiſſe videtur. Qui enim deprædandi cauſa accedit, ſuo lucro, non meo commodo ſtudet: ſed nihilo minus, imò magis & is tenebitur negotiorum geſtorum actione.

f l. ſi pupilli. § ſed & ſi quis. ibid.

XXVI. [g] Si quis ſuum & meum negotium geſſerit, in meum tenebitur. Nam & ſi cui mandauero, vt meum negotium gerat quod mihi tecum erat commune, dicendum eſt, ſi tuum geſſit ſciens, negotiorum geſtorum tibi tenetur.

g d. § ſed & ſi quis.

XXVII. [h] Si cùm propoſuiſſem negotia Titij gerere, tu mihi mandaueris vt geram, vtraque actione vti poſſum, etſi fideiuſſorem accepero negotia geſturus aduerſus vtrunque.

h l. 3. § vlt. ib.

XXVIII. [i] Si quis & ſuum & meum quaſi meum geſſerit, in meum tenebitur. Nam & ſi cui mandauero vt meum negotium gerat quod mihi tecum erat commune; dicendum eſt, ſi & tuum geſſerit ſciens, negotiorum geſtorum tenetur.

i l. ſi pupilli. § ſed & ſi quis. ibid.

XXIX. [k] Ab vno hęrede pro ſolido, re veluti communi venundata, de pretio cohæres venditoris negotiorum geſtorum actione ratam habens venditionem agere poteſt.

k l. ab vno. C. eo. t.

XXX. [l] Inter negotia Sempronij quæ gerebat, ignorans Titij negotia geſsit. Ob eam quoque ſpeciem Sempronio tenebitur: ſed ei cautionem indemnitatis officio iudicis teneri neceſse eſt aduerſus Titium cui datur actio.

l l. liberto. § 1. D. eo. t.

XXXI. [m] Rem tuam inuito te vel ignorante vendere quis non potuit: ſed eam à poſſeſſore vendicare, etiam non oblato pretio potes. Sin autem poſtea de ea vēditione conſenſiſti, vel alio modo proprietatem amiſiſti, aduerſus emptorem quidem nullam habes actionem: aduerſus venditorem verò de pretio negotiorum geſtorum actionem exercere non prohiberis.

m l. mater. & l. ſi mancipiū. C. de rei vend. l. ſi eum ſeruū. D. de reb. cred.

XXXII. [n] Is qui temporali actione tenebatur, etiam poſt tempus exactum negotiorum geſtorum actione id præſtare cogitur.

n l. Alquin. D. h. t.

XXXIII. [o] Tutoris hæres impubes filius, ob ea quæ tutor eius in rebus pupillæ paternæ geſsit, non tenetur: ſed tutor proprio nomine iudicio negotiorum geſtorum conuenietur.

o l. liberto. § tutoris. ibid.

XXXIV. [p] Succeſsori eius cuius fuerint negotia, hæc actio danda erit.

p l. ſucceſſori. ibid.

XXXV. [q] Qui negotia geſsit, ibi conueniri poteſt, nec fori priuilegio vtitur.

q Not. in l. interdum. § vl. D. de iudic. Cyn. in l. ſi pecuniam. D. h. t. Bart. in l. ſi vt proponitur. d. t. de iudic.

CAP. III.

Quid veniat in directam negotiorum geſtorum actionem, vel non.

Prima pars.

Quid veniat.

XXXVI. [r] Aequum eſt eum qui aliena negotia geſſit, actus ſui rationem reddere, & eo nomine condemnari quicquid vel vt non oportuit geſſit, vel ex his negotiis retinet.

r l. 2. D. h. t.

XXXVII. [ſ] Si quis aliena negotia gerens, indebitum exegerit, reſtituere cogitur. [t] Itaque ſi fundum tuum, vel ciuitatis per obreptionem petiero, negotium tuum vel ciuitatis gerens, & ampliores quàm oportuit fructus fuero conſecutus, debebo hoc ipſum tibi vel reipublicæ præſtare, licèt petere non potuerim.

ſ l. ſi quis negotia. t. d. t.
t l. ſi autem. § 1. ibid.

XXXVIII. [u] Si pecuniæ quis negotium gerat, vſuras quoque præſtare cogitur, & periculum eorum nominum quæ ipſe contraxit, niſi fortuitis caſibus debitores ita fortunas ſuas amiſerunt, vt tempore litis ex ea actione conteſtatæ ſoluendo non eſſent.

u l. litis § vlt. ibid. Paulus IC. lib. 1. Recept. ſent. t. 4. l. ſi mater. C. de vſur.

XXXIX. [x] Vſuræ autem ex aliena pecunia perceptæ non tantùm præſtantur, ſed & quæ percipi potuerunt. [z] Sed ſi dominus nullā pecuniam fœnerare ſoleret, & negotiorum geſtor pecuniam poſitam habuit, non debere quicquam vſurarum nomine præſtari reſpōſum eſt. * Sed vſuræ eæ tantummodo eius pecuniæ præſtantur, quæ purgatis neceſſariis ſumptibus ſupereſt.

x l. Alquin natura. § non tantùm h. t.
z l. qui ſemiſſes. § vlt. D. de vſur.
* l. liberto. § quo aliena. D. h. t.

XL. [a] Qui negotia aliena gerit; & bonam fidem, & exactiſſimam diligentiam rebus eius pro quo interuenit præſtare debet: [b] nec ſufficit talem diligentiam adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet, ſi modò alius diligentior eo commodiùs adminiſtraturus eſſet negotia.

a Paulus IC. d. t. 4. l. ſi mater. C. de vſur.
b § igitur. Inſtit. de obli. quæ ex quaſi con.

XLI. [c] In his, quæ quis nec tutor nec curator conſtitutus vltrò adminiſtrauit, non tantùm dolum & latam culpam, ſed & leuem præſtare neceſſe habet: & ea quæ debita ab eo patuerit, cum vſuris compelletur reddere.

c l. Tutori. C. h. t.

XLII. [d] Si is qui negotia adminiſtrauit quædam geſſit, quædam non; contemplatione tamen eius alius ad hæc non acceſſit, & vir diligens ea geſturus fuit, negotiorum geſtorum tenebitur propter ea quæ non geſſit; & ſi quid à ſe exigere debuit, proculdubio hoc ei imputabitur. Quanquam enim hoc ei imputari non poſſit

d l. ſi pupilli. § vlt. D. eo. t. l. in commodato. § ſunt. D. de com.

cur alios debitores non conuenerit, quoniam conueniendi eos iudicio facultatem non habuit, tamen à ſemetipſo cur non exegerit, hoc ei imputabitur. [e] Sed & ſi quis quaſi omnia alterius negotia geſturus ad ea acceſſit, tametſi alius acceſſurus non fuit, de his quæ omiſerit tenetur: * & qui abſentis negotia gerere inchoauit, non impunè peritura deſeret. Suſcepiſſet fortaſſe alius, ſi is non cœpiſſet.

e l. Pompon. 2. ... Bart. d. l. ... ubi ... C. eo. t. l. in commo... §. ſicut. D. Comm.

XLIII. [f] Mandatu tuo negotia mea Lucius Titius geſſit. Quod is non rectè geſſit, actione negotiorum geſtorum teneris, non in hoc tãtùm vt tuas actiones præſtes, ſed etiam quod imprudenter eum elegeris, vt quicquid detrimenti negligentia eius fecit, tu mihi præſtes.

f l. nam & Ser... §. vlt. D. ...

XLIIII. [g] Non excuſatur qui per imperitiam negotia non rectè geſſerit; [h] cùm ea culpæ annumeretur: [i] neque affectare quiſquam debeat in quo intelligat vel intelligere debeat operam ſuam alij fore damnoſam.

g Petrus Gregorius Syntagmate h. t.
h l. Imperitia 132. & l. culpa. D. de reg. iur.
i l. Idem iuris. D. ad leg. Aquil.

XLV. [k] Si viuo Titio negotia eius adminiſtrare cœpi, intermittere mortuo eo non debeo: Noua tamen inchoare neceſſe mihi non eſt; vetera explicare ac conſeruare neceſſarium eſt: Vt accidit cùm alter ex ſocijs mortuus eſt. Nam quæcunque prioris negotij explicandi causâ geruntur, nihil refert quo tempore conſumantur, ſed quo tempore inchoentur.

k l. nam & Seruius. §. ſi viuo. D. h. t.

XLVI. [l] Curatoris etiam ſucceſſores negotiorum geſtorum vtili conuentos actione, tam dolum quàm latam culpam præſtare debere; nec ad eos officium adminiſtrationis tranſire: ideóque nullam alienandi res adulti, adultæve habere conuenit.

l l. Curatoris. C. eo. t.

XLVII. [m] Si negotia abſentis geras, & culpam & dolum præſtare debes; ſed interdũ etiam caſum: veluti ſi nouum negotium quod non ſit ſolitus abſens facere, tu nomine eius geras: veluti vænales equos coemendo, vel aliquam negotiationem ineũdo. Nam ſi quod damnum ex ea re ſecutum fuerit, te ſequetur: lucrum verò, abſentem. Quod ſi in quibuſdam lucrum factum fuerit, in quibuſdam damnum, abſens compenſare damnum cum lucro debebit.

m l. ſi negotia. D. eo. t.

Secunda pars capitis tertij.

Quid non veniat in directam negotiorum geſtorum actionem.

XLVIII. [n] NEgotium gerẽtes alienum, caſum fortuitum præſtare non compelluntur.

n l. negotium C. eo. t. l. quæ fortuitis. C. de pig. act.

XLIX. [o] Interdum in negotiorum geſtorũ actione dolus ſolummodò verſatur. Nam ſi affectione coactus ne bona mea diſtrahantur, negotijs te meis obtuleris, æquiſſimum eſt dolum te duntaxat præſtare.

o l. 3. §. interdum. D. h. t.

L. [p] Tutori vel curatori ſimilis non habetur qui citra mandatum negotium alienum ſponte gerit: quippe ſuperioribus quidem neceſsitas muneris adminiſtrationis finem, huic autẽ propria voluntas facit. Ac ſatis abundéque ſufficit, ſi cui vel in paucis amici labore conſulatur. Quamobrem de his quæ ab eo exacta ab alijs quàm ſe non ſunt, cùm nec agendi quidem propter exceptionis obſtaculum facultatem habere potuit, exigi non poteſt.

p l. Tutori. C. eo. t.

LI. [q] Cum alicui ciuitati per fideicommiſſum reſtitui iuſſa fuiſſet hæreditas, magiſtratus actores horum bonorum Titium & Caiũ, & Seium idoneos creauerunt: poſtmodùm hi actores inter ſe diuiſerunt adminiſtrationem bonorum, idque egerunt ſine authoritate & ſine conſenſu magiſtratuum: poſt aliquod tempus, teſtamentum per quod reſtitui ciuitati hęreditas fideicommiſſa iuſſa eſset, irritum probatum eſt pro tribunali, atque ita ab inteſtato Sempronius legitimus hęres defuncto extitit: ſed ex his actoribus vnus non ſoluendo deceſsit, & nemo hæres eius extitit: Quæſitum eſt, Si Sempronius conueniet actores horum bonorum; periculum inopis defuncti ad quos pertinet? Herennius Modeſtinus reſpondit, quòd ab vno ex actoribus ob ea quæ ſolus geſsit negotiorum geſtorum actione ſeruari non poteſt, ad damnum eius cui legitima hæreditas quæſita eſt, pertinere.

q l. cùm alicui. D. h. t. diuerſa eſt cauſa tutorũ & horum curatorum. tutores enim in ſolidum gerere debent, & datur actio tam contra eum qui non geſſit, quàm qui geſſit. l. tres tutores. D. de adm. & per. tuto. Actio verò negotiorum geſtorum non datur, niſi contra eum qui geſſit, & pro ea parte quam geſſit. Similis ſpecies. d. l. cùm alicui in l. Lucius Titius. §. 1. D. d. t. de adm. & per. tuto.

CAP. IV.

De contraria negotiorum geſtorum actione, & quibus, & aduerſus quos, & quibus ex cauſis competat, vel non.

Prima pars.

Quibus ea actio, & aduerſus quos, & quibus ex cauſis competat.

LII. [r] FIdeiuſſor eius qui negotia alicuius geſsit, negotiorum geſtorum ipſe agere poteſt.

LIII. [ſ] Amico mandauit quis accipere pecuniam mutuam: cuius literas creditor ſecutus, contraxit, & fideiuſſor interuenit. Etiamſi pecunia non ſit in rem eius verſa, tamen dabitur in eum negotiorum geſtorum actio creditori vel fideiuſſori ad exemplum inſtitoriæ actionis.

ſ l. liberto. D. h. t.

LIV. [t] Cùm pecuniam eius nomine ſolueres qui nihil mandauerat negotiorum geſtorum, actio tibi competit: cùm ea ſolutione debitor à creditore liberatus ſit: niſi ſi quid debitoris interfuit eam pecuniam non ſolui: [u] ſoluendo autem pro alio, etiam inuito & ignorante, liberat eum.

t l. cùm pecuniam. ibid.
u l. ſoluendo. ibid.

LV. [x] Si communes ædes tecum habeam, & pro tua parte damni infecti vicino cauero, dicendum eſt, quod præſtitero negotiorum geſtorum actione potius quàm communi diuidundo, iudicio poſſe me petere; quia potui

x l. ſi communes. ibid.

partem

partem meam ita defendere vt ſocij partem defendere non cogeret.

z l.liberto. §. vlt. ibid.

LVI. [z]Vno defendente cauſam communis aquæ, ſententia prędio datur: ſed qui ſumptus neceſſarios & probabiles in lite fecit, negotiorum geſtorum habet actionem.

a l. Mandati. §. 1. ibid.

LVII. [a]Si proponatur te Titio mandaſſe vt pro me fideiuberet: meque, quòd is aliqua de cauſa impediretur quominus fideiuberet, liberandæ fidei eius cauſa fideiuſſiſſe; negotiorum geſtorum mihi competit actio.

b l. ſi ſeruum. C. h. t.

LVIII. [b]Si filiumfamiliás ſeruúmve non inutilé domino curaſti, habes aduerſus patré dominúmve negotiorum geſtorũ actionem.

c l. Nam & Seruius. D. h. tit.

LIX. [c]Cùm à Luſitanis tres capti eſſent, & vnus ea conditione miſſus vti pecuniam pro tribus adferret; & niſi rediiſſet, vt duo pro eo quoque pecuoiam darent: iſq; reuerti noluiſſet, & ob hanc cauſam illi pro tertio quoque pecuniam ſoluiſſent; reſponſum eſt, æquum eſſe io eum reddi iudicium.

d d. l. §. 1.

LX. [d]Qui negotia hæreditaria gerit, quodammodo ſibi hęreditatem, ſeque ei obligat: ideóque nihil refert an etiam pupillus hæres exiſtat: quia id æs alienum cum cæteris oneribus hęreditarijs ad eum tranſit.

e l. 2. & l. ſi pupilli. ibid.

LXI. [e]Contra impuberes quoque, ſi negotia eorum vrgentibus neceſſitatis rationibus vtiliter gerantur, in quantum locupletiores facti ſunt, dandam actionem ex vtilitate eorum reſponſum eſt: [f]litis autem conteſtatæ tempore quæri ſolet, an pupillus, cuius ſine tutoris authoritate negotia geſta ſunt, locupletior ſit ex ea re factus, cuius patitur actionem.

f l. litis. ibid.

g l. 2. C. h. t.

LXII. [g]Sumptus in pupillum tutorum petendorum cauſâ facti, non affectione domeſtica hac actione peti poſſunt; ſi non alius ſe facere paratum ſuis impendiis oſtenderit. [h]Ipſa etiam mater, ſi in res filiorum vtiliter & probabili more qoid impendit, ſi id non materna liberalitate, ſed recipiendi animo feciſſe oſtenderit, negotiorum geſtorum actione conſequi poteſt.

h l. Alimenta. ibid.

i l. ſi pupilli. D. h. t.

LXIII. [i]Si pupilli tui negotia geſſero, non mandatu tuo, ſed ne tutelæ iudicio tenearis, negotiorum geſtorum te habeo obligatum, ſed & pupillum modò ſi locupletior fuerit factus.

k d. l. §. ſed & ſi quis.

LXIV. [k]Si ego filij tui negotia geſſero, ſi quidem contemplatione tui negotia geſſi peculiaria, mihi teneris: quòd ſi amicitiâ filij tui vel eius contemplatione, aduerſus patrem de peculio duotaxat danda erit actio. Idem eſt & ſi ſui iuris filium tuum putaui. Quòd ſi nihil ſit in peculio, quoniam plus patri debetur; & in patrem dabitur actio in quantum locupletior ex mea adminiſtratione factus ſit.

l l. ſi pupilli. D. h. t.

LXV. [l]Si procuratori tuo mutuam pecuniam dedero tui contemplatione, vt creditorem tuum vel pignus tuum liberet, aduerſus te habeho actionem: aduerſus eum cum quo contraxi, nullam. Quid tamen ſi à procuratore tuo ſtipulatus ſum? Poteſt dici ſupereſſe mihi aduerſus te negotiorum geſtorum actionem: quia ex abundanti hanc ſtipulationem interpoſui.

m l. Item ſi. ibid.

LXV. [m]Si cùm putaoi à te mihi mandatum, negotia geſſi; & hic naſcitur negotiorum geſtorum actio ceſſante mandati actione. Idem eſt ſi pro te fideiuſſero dum à te puto mandatum eſſe.

n d. l.

LXVI. [n]Si putaui Titij negotia eſſe cùm eſſent Sempronij, ea geſſi, ſolus Sempronius mihi actione negotiorum geſtorum tenetur. [o]Similiter cùm Titius pecuniam creditoribus hęreditariis ſoluiſſet, exiſtimans ſororem ſuam defuncto hæredem extitiſſe, quamuis animo gerentis ſororis negotia id feciſſet, veritate tamen filiorum defuncti, qui ſui hæredes patri ſublato teſtamento erant, geſſiſſet. quia æquum erat in damno eam non verſari, actione negotiorum geſtorum id eum petere poſſe placuit.

o l. quæ vtiliter. §. vlt. ibid.

p l. 3.

LXVII. [p]Si pro fratre cohærede pecuniam ſoluiſti, negotiorum geſtorum experiri potes: ſiue pignoris liberandi gratiâ debitum vniuerſum ſoluere coactus es, actionem eandem habebis: vel iudicio familię erciſcundę, ſi non eſt inter vos redditum, eam quantitatem aſſequeris.

q d. l. 3. §. & l. ſi pupilli D. h. t. l. 2. C. eo. t.

LXVIII. [q]Pupillus ſi negotia geſſit conueniri poteſt in id quo factus eſt locupletior.

r d. l. ſi pupilli. vbi Pet. Coſtalius. l. Ciuitas. D. de reb. cred. Auth. hoc ius. C. de ſacroſ. Eccl. gl. in can. ſine exceptione.

LXIX. [r]Si pupilli ipſius, vel Eccleſiæ; vel ciuitatis quis geſſit, in id quoque agit quod in rem dominorum verſum eſt. [ſ]Idem iuris eſt ſi quis res furioſi prodigíve geſſerit, [t]cùm hæc actio ex re veniat.

ſ l. furioſus. D. de oblig. & act.

t d. l. & l. 1. §. hæc autem. D. h. t.

u l. ſi autem. §. vlt. ibid.

LXX. [u]Si ex duobus ſociis alter me prohibuerit adminiſtrare, alter non; an aduerſus eum qui non pruhibuit haheam negotiorum geſtorum actionem: quoniam ſi data fuerit, neceſſe erit eum pertingi qui vetuit. Sed & illud eſt iniquum, eum qui non prohibuit, alieno facto liberari: cùm etſi mutuam pecuniam alteri ex ſociis prohibente ſocio dediſſem, vtique eum obligarem. Et poteſt dici ſupereſſe contra eum qui non prohibuit negotiorum geſtorum actionem: ita tamen vt is qui prohibuit, ex nolla parte, neque per ſocium, oeque per ſe ipſum aliquid damni ſentiat.

x Petrus Coſtalius in l. ſi autem §. Iulianus. D. h. t. l. At ſi quis. §. Labeo. D de relig. & ſumpt. fun.

z arg. l. non tantum. D de appell.

a gloſ. in can. Prouidendum 81. diſtinct.

b l. Stichus. D. de pecu. lega. Decius in l. inuito. D. de reg. iur. Socinus in Fallent. Reg. 157.

LXXI. [x]Si quis tameo ſit prohibitos gerere quod publicè interetat, hahet actionem: veluti ſi quis prohibente hærede in defuncti funus quid impendit, ne inſepultus iaceret, non donandi animo: [z]ſi quem etiam inuitum defenderit: [a]ſi quas expenſas in curando ægro fecit, qui curationem repudiabat: [b]item ſi pecoiiiam etiam grandem impenderit, ne qois periculum vitæ vel famæ adiret.

c l. ſucceſſori. §. vlt. & l. ſed an vltro. D. h. t. l. Idem in tutela. l. 3. §. ſufficit. D. de contr. & vtil.

d l. ſiue hæreditaria. l. ſed an vltro. §. 1. D. h. t.

LXXII. [c]Sicut in negotiis viuorum ſufficit vtiliter negotium geſtum, ita & in bonis mortuorum, licèt dioerſus exitus ſit. [d]Et ſiue hęreditaria negotia, ſiue ea quæ alicuius eſſent, gerens aliquis, neceſſariò rem emerit, licèt ea interierit, poterit quod

impenderit iudicio negotiorum geſtorū conſequi, veluti ſi frumentum aut vinum familiæ parauerit, idque caſu quodam interierit, fortè incendio aut roina. Sed ita ſcilicet ſi ipſa ruina vel incendium ſine vitio eius acciderit. Nam cùm propter ipſam ruinam damnandus ſit, abſordum eſt eum iſtarum rerum nomine quæ ita conſumptæ ſunt quicquam conſequi.

e l. Pompo. 1. D. h. t.
f l. cùm pater. §. donationis. & l. miles. D. de lega. 2. Idem in aditione hereditatis. l. pro herede. D. de acq. hæred. l. Aina. C. de iur. delib. vbi Bart. Similiter in iureiurando. Idem Bart. in Auth. ſacramenta puberū. C. ſi aduerſ. vend. & item in acceptatione. Glo. in C. l. 1. in verb. executorē. de conceſſ prab.

B LXXIII. e Si dominus approbarit quod eios nomine geſtum eſt, ampliùs reprobare non poteſt. f Ratihabitio autem cùm ex vnius voluntate pendeat, etiam abſente parte fieri poteſt.

g l. 3. §. pupillus. l ſi autem n. § ſi quocunque. D h. t.

LXXIV. g Contrariam actionem Prætor dat geſtori, quamuis compenſationis beneficio vti poſſit.

Secunda pars capitis quarti.

Quibus, & aduerſus quos, quibuſque ex cauſis actio negotiorum geſtorum contraria non datur.

h l ſi pupilli. §. Idem ait. ibid.
i l. ex duobus. ibid.

C LXXV. h SI cùm te hæredē putarem, inſulam fulſero hereditariā, túq; ratum habueris, non erit mihi aduerſus te actio: cùm hoc facto meo alter ſit locupletatus, & alterius re ipſa negotium geſtum ſit. nec poſſit quod alij acquiſitum eſt, ipſo geſtu hoc tuum negotiom videri.

D LXXVI. i Ex duobus fratribus vno quidem ſuæ ætatis, alio verò minote annis, cùm baberent communia prædia roſtica, maior frater in ſaltu communi habenti habitationes paternas, ampla ædificia ædificauerat: cúmque eundem ſaltum cum fratre diuideret, ſumptus ſibi quaſi re meliore ab eo facta deſiderabat, fratre minore iam legitimæ ætatis conſtituto. Reſponſum eſt, ob ſumptus, nulla re vrgente, ſed voluptatis cauſa factos, eum, de quo querebatut, actionem non habere.

E k l Sed an vltro. §. 1. d. t.

LXXVII. k Si quis negotia gerens inſulam fulſit, quam dominus quaſi impar ſumptui dereliquerit, vel quam ſibi neceſſariam non putauit, an dominum onerahit? Sed is negotiorum geſtorum habet actionem qui vtiliter negotia geſſit. Non autem vtiliter negotia gerit, qui rem non neceſſariam, vel quę oneratura eſt patremfamiliâs, aggreditur. Quid ſi putauit vtiliter ſe facere, ſed pattiſa nō expediebat? Dicendum, hunc non habiturū negotiorum geſtorum actionē. Vt enim euentū non ſpectemus, debet vtiliter eſſe cœptum.

F l l. ſi quis negotia 1. ibid.

LXXVIII. l De eo quod quis indebitum ſoluit, magis eſt vt ſibi imputare debeat.

G m l. vlt. C. h. t.

LXXIX. m Si quis noleute & ſpecialiter prohibente domino rerum adminiſtrationi ſeſe immiſcuit, nullam aduerſus eum expenſarum cauſa haber actionem, ſcilicet poſt denuntiationem quam ei dominus tranſmiſit, non concedens ei res ſuas attingere, licèt res

A benè ab eo geſtæ ſunt. Sed ſi dominos aſpexerit ab adminiſtratore multas expenſas vtiliter factas; & tunc doloſa aſſimulatione eum prohibuerit, vt neque anteriores expenſas præſtet, anteriorum quidem expenſarum cauſa habet actionem: ſed ex eo die, quo teſtatio ad eum facta, vel in ſcriptis; vel ſine ſcriptis ſub teſtificatione aliarum perſonarum, nullam habet actionem.

n l. Neſennius. vbi Petr. Coſtalius. D. h. t.
o l. Alimenta. d. t.
p l. ſi paterno. C. h. t.

B LXXX. n Qui negotia gerit, ſemper ſumptus ex eo patrimonio quod adminiſtrat facere exiſtimatur. Aliâs ſi pater aut mater bona filiorum adminiſtrent, pietatis causâ feciſſe creduntur, niſi aliud docuerint. o Quamobrem mater alimenta filiis præſtita pietate materna repetere non poteſt. p Et ſi paterno affectu priuignos priuignáſve ſuas quis aluit, ſeu mercedes pro his aliquas magiſtris expendit, eius erogationis nulla illi repetitio

q l. ex duobus. §. vlt. D. h. t.

C eſt. q Et Titius, ſi pietatis reſpectu ſororis aluit filiam, actionem contra eam non habere placoit.

r l. is qui. ibid. l. 1. C. eo. t.

LXXXI. r Is qoi amicitiâ ductus paternâ pupillis tutores petierit, vel ſoſpectos tutores poſtulaoit, nullam aduerſus eos habet actionem; ne ſumptuum quidem cauſa.

ſ l. ſi filius. C. d. t.

LXXXII. ſ Si filius pro patre ſuo debitum ſoluerit, nullam actionem ob eam ſolutionem habet, ſiue in patris poteſtate, ſiue D ſui iuris conſtitutus, ſi donandi animo pecuniam dedit.

CAP. V.

Quid veniat in contrariam negotiorum geſtorum actionem, vel non.

E

Prima pars,

Quid veniat.

t l. 1. & l. qua vtiliter. & l. atquin. §. pen. l. Sed an vltro. D. h. t.

LXXXIII. t SIcut ęquū eſt eom qui negotia geſſit & actus ſui rationē reddere: & eo nomine condemnari qoicquid vel non vt oportuit geſſit, vel ex his negotiis retinet: ita ex diuerſo iuſtum eſt ſi vtiliter geſſit, præſtari quicquid eo nomine, vel abeſt ei, vel abſuturum eſt. u Vſuras etiam quas

u d. l. Atquin. §. non tantum. l. ob negotium. C. eo. t.

F præſtauimus, vel quas ex noſtra pecunia percipere potuimus, ſeruabimus negotiorum geſtorum iudicio.

x l. vlt. C. h. t. l. ſi ex duobus. D. eo. t. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. l. ſi pro te. & l. qui ſide alterius. D. Mand.

LXXXIV. x Ei qui negotia aliena geſſit, negotiorum geſtorum actio non datur eorum negotiorum causâ quæ geſſit, poſtquàm ei dominus interdixit ne gereret.

Secunda pars capitis quinti.

Quid non veniat in contrariam negotiorum geſtorum actionem.

G

z l. ſi quis negotia 1. §. 1. D. h. tit.

LXXXV. z DE eo quod quis indebitum ſoluit, magis eſt vt ſibi imputate debeat.

LXXXVI. Si quis negotia aliena gerens, plus quàm oportet impenderit, recupe-

rabit

rabit id quod præſtar i oportuerit.

LXXXVII. [b] Titium & Sempronium certam pecuniam accipere teſtator ad ſumptus monumenti voluit. Si quid amplius fuir erogatum iudicio negotiorum geſtorum, ab hærede non rectè peretur iure fideicommiſſi, cùm voluntas finem erogationis fecerit.

b l. Liberto. §. libertus. ibid.

CAPVT VI.

Communia quædam vtriuſque actionis.

LXXXVIII. [c] SI quis ita ſimpliciter verſatus eſt, vt ſuum negotium in ſuis bonis quaſi meum geſſerit, nulla ex vtroque larere naſcitur actio, quia nec fides bona hoc patiatur.

c l. ſi pupilli. §. ſed etſi quis. ibid.

LXXXIX. [d] Non refert directa quis, an vtili actione agat, vel conueniatur: quia in exttaordinariis iudiciis, vbi conceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt: maximè cùm vtraque actio eiuſdem poteſtatis ſit, eundémque habeat effectum.

d l. Actio. ibid.

De inſtitoria actione.

TIT. III.

Hic titulus quinque capitibus continetur. Primum caput eſt, Cuiuſmodi ſit inſtitoria actio, & quis ſit inſtitor. Secundum, Quibus & aduerſus quos, quibúſque ex cauſis actio inſtitoria detur vel non: Cuius prima pars, Quibus, & aduerſus quos, quibúſque ex cauſis actio inſtitoria detur. Secunda, Quibus, & aduerſus quos, & quibus ex cauſis actio inſtitoria non detur. Tertium, De vtili actione inſtitoria. Quartum, Quando in inſtitorem actio competat iis qui cum eo contraxerunt, & quando non, & quatenus. Quintum, Quæ actiones domino competant rerum ab inſtitore geſtarum cauſâ.

CAPVT I.

Cuiuſmodi ſit inſtitoria actio, & quis ſit inſtitor.

I. [a] AEquum Prætori Romano viſum eſt, ſicur commodum ſentimus ex actu inſtitorum, ita etiam obligari nos ex contractibus ipſorum, & conueniri: [b] cùm id iure ciuili nõ liceret, quo alter alteri obligationem non acquirit, ſed quo quęcunque gerimus, ex noſtra perſona initium obligationis capiant oportet.

a l. 1. D. h. t.

b Veſembecius in d. l. 1. l. quæcunque. D. de oblig. & act. §. 2. Inſtit. de act.

II. [c] Inſtitor eſt qui tabernæ, locóve ad emendum, vendendúmve præponitur, quíque ſine loco ad eundem actum præponitur: [d] ſic ex eo appellatus, quòd negotio gerendo inſtet.

c l. ſi quis mancipiis. §. vlt. & l. 3. & ſeq. D. h. t.

d d. l. 3.

III. [e] Sed & cuicunque negotio præpoſitus ſit, inſtitor rectè appellatur. Itaque & ſi quid cum inſulario geſtum ſir, vel eo quem quis ædificio præpoſuit, vel frumento coemendo, vel agris colendis, mercaturis, redempturíſque faciendis præpoſuerit, in ſolidum dominus tenetur. Sed etiam eos inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarij, vel lintearij dant veſtem circunfereudam & diſtrahendam.

e l. cuicunque. & d. l. 3. & ſeq. D. h. t.

IV. [f] Propriè eum inſtitorem dici putant qui non ad certam rem, aut ad certum locũ, ſed vniuerſaliter cuicunque negotiationi quæſtuariæ præponitur.

V. [g] Ex inſtitorum conttactibus veluti emptioue, venditione, permutatione, mutuo dantur actiones empti, venditi, præſcriptis verbis; certi, condictionis, & aliæ quæ vocantur inſtitoriæ, à Prætore, vt dictum eſt, introductæ.

f Bart. Iaſ. & alij, in l. ſi inſtitorem. D. de reb. cred. Bald. in l. mãdatum. C. mãdat. gloſ. in l. Iulianus. §. ſi procuratorem. ad verb. vtil. D. act. empt.

g Veſembecius. in l. 1. D. h. t.

Quibus & aduerſus quos, quibuſque ex cauſis actio inſtitoria detur, vel non.

Prima pars.

Quibus, & aduerſus quos, & quibus ex cauſis detur.

VI. [h] PArui refert quis ſit inſtitor, maſculus, an fœmina: item quiſquis præpoſuit. Nam & ſi mulier ptæpoſuit, competit inſtitoria exemplo exercitoriæ actionis: & ſi mulier ſir præpoſita, tenebitur etiam ipſa. Sed & ſi filiafamiliâs ſit præpoſita, competit inſtitoria actio. Pupillus quoque inſtitor obligat eum qui eum præpoſuit inſtitoria actione: quoniam ſibi imputare debet qui eum præpoſuit. [i] Nã & plerique pueros puellâſque tabernis præponunr.

h l. ſed & ſi quis. D. h. t.

i l. Nam & plerique. ibid.

VII. [k] Si pupillus præpoſuerit, ſi quidem tutoris authoritate obligabitur: ſi minùs, non, niſi eateuus quatenus ex ea re locupletior eſt.

k l. Verum. & l. ſeq. ibid.

VIII. [l] Si procurator meus, tutor, curator inſtitorem pręponuerit, dicendum erit, veluti à me præpoſito dandam inſtitoriam actionem.

l d. l. cuicunque. §. vlt. ibi.

IX. [m] Sed & in ipſum procuratorem, ſi omnium rerum procurator eſt, dari debebit inſtitoria. [n] Sed & ſi quis rem meam gerens præpoſuerit, & ratum habuero, idem erit dicendum.

m l. ſed & in ipſum. ibid.

n l. ſed & ſi quis.

X. [o] Pupillus inſtitor ita obligat eum qui præpoſuit, vt nec eius nomine reſtitui in integrum poſſit, tametſi conuenro pupillo ætatis auxilium non negetur. [p] Er ſi mulier mercaturæ ſir præpoſita, Velleiano non iuuabitur, nec qui eam præpoſuit.

o d. l. ſed & ſi quis. §. vlt. l. 3. §. ſed vtrum. D. de mino.

p Petrus Cephalus in d. l. ſed & ſi quis. Bald. in rubr. de exerc. C.

XI. [q] Si ab alio inſtitor ſit ptæpoſitus, is tamen deceſſerit qui præpoſuit, & hæres ei extiterit qui eodem inſtitore vtatur; ſine dubio teneri eum opottebit.

q d. l. Cuicunque. §. vlt.

XII. [r] Si pupillus hæres extiterit ei qui prępoſuerat, æquiſſimum erit pupillum teneri quandiu præpoſitus manet. Remouendus enim fuit à tutoribus ſi nolent opera eius vti.

r l. ſed & ſi pupillus. & l. ſi quis mancipiis. D. h. t. aliud in cæteris mandatis quæ morte reuocantur. §. rectè quoque. Inſt. de mand. l. inter cauſas. D. eo. t.

XIII. Eius contractus nomine qui ante aditam hęreditatem interceſſit, etiamſi furioſus hæres exiſtat, danda eſt actio. Non enim

imputandum eſt ei qui ſciens dominum deceſſiſſe, cum inſtitore exercente mercem contraxit.

XIV. [t] Fideiuſſori qui pro inſtitore interuenit, inſtitoria competit. Eius enim rei ſequela eſt.

t 1 d. l. cuicũque. § item.

XV. [u] Si ei, quem ad vendendum emendúmve oleum prępoſui, mutuum datum ſit ad emendas merces, vel ad penſionem pro taberna exſoluendam, dicendum erit, Inſtitoriam locum habere. Item ſi inſtitor cùm oleum vendidiſſet, annulum arrhæ nomine acceperit, nec eum reddat, dominus inſtitoria tenetur. Nam eius rei in quam præpoſitus eſt, contractum eſt; niſi fortè ei mandatum fuit pręſenti pecunia vendere. [x] Sed creditorem ſcire oportet neceſſariam eſſe mercis comparationem, & ſufficit ſi hoc crediderit: nec etiam illud exigendum, vt ipſe curam ſuſcipiat, an in hanc rem pecunia erogata ſit.

u d. l. § ſi vel. l. 1 § ſed vtrum. D. de exerc. l. ſed ſi pecuniam. D. h. t.

x l. vlt. D. d. t. de exerc.

XVI. [z] Si quis iumentis, pecoribúſve emendis præpoſitus ſit, non ſolùm inſtitoria competit aduerſus eum qui præpoſuit: ſed etiam redhibitoria, vel ex ſtipulatu duplę ſimplæve in ſolidum actio danda eſt.

z l ſi quis mancipiis. D. h. t.

XVII. [a] Sciendum eſt has actiones perpetuò dari & in hęredem & hęredibus.

a l. nouiſſimè. ibid.

XVIII. [*] Si duo pluréſve prępoſuerint in ſolidum, quiſque eorum conueniri poteſt.

* Veſembecius per l. habebat vend. ſeq. D. h. tit.

XIX. [b] Sæpe quæſitum eſt, quemadmodum probetur quis à domino præpoſitus. Et magis eſt, vt non ſolùm expreſſa domini voce, ſed etiam ex ſcientia & patientia eius arguatur.

b l. 1. § magiſtrum. 2. D. de exerc. vbi Bart. & Petr. Coſtalius. l. vltim. D. quod cum eod. l. 1. D. de trib.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus, & aduerſus quos, & quibus ex cauſis actio inſtitoria non detur.

XX. [c] NOn omne quod cum inſtitore geritur, obligat eum qui præpoſuit: ſed ita, ſi eius rei cauſà cui præpoſitus fuerit, contractum eſt; id eſt, duntaxat ad id quod eum præpoſuit. Proinde ſi prępoſui ad mercium diſtractionem, tenebor nomine eius ex empto actione. Itē ſi fortè ad emendum præpoſuero, tenebor duntaxat ex vendito. Sed neque ſi ad emendum, & ille vendiderit: neque ſi ad vendendum, & ille emerit, debebo teneri.

c d. l. cuicunque. § non tamen. D. h. t.

XXI. [d] Conditio etiam præpoſitionis ſeruanda eſt. Quid enim ſi certa lege, vel cuiuſdam perſonæ, vel ſub pignore voluit cum eo contrahi, vel ad certam rem: Æquiſſimum erit id ſeruari in quo præpoſitus eſt: item ſi plures habuit inſtitores, vel cum omnibus ſimul contrahi voluit, vel cum vno ſolo. Sed & ſi denuntiauit cui, ne cum eo contraheret, non debet inſtitoria teneri. Nam & certam perſonam poſſumus prohibere contrahere, vel certum genus hominum, vel negotiatorum, vel certis hominibus permittere. Sed ſi aliâs cum alio contrahi vetuit continua variatione, danda eſt omnibus aduerſus eum actio. Neque enim decipi debent contrahentes.

d l ſed etſi pupillus. § conditio. D. h. t. l. qui cum alio. D. de reg. iur. vbi Decius l ſi cum §. ſi ſeruus. D. de exerc.

XXII. [e] Sed & ſi in totũ prohibuit cum eo contrahi, prępoſiti loco nõ habetur: cùm magis hic cuſtodis ſit loco quàm inſtitoris. Ergo nec vendere mercem hic poterit, nec modicum quid ex taberna.

e d. § conditio.

XXIII. [f] Sed is cui cuiquam negotio eſt præpoſitus, non reuocatur cum effectu, niſi reuocatio ad notitiam creditorum, & eorum qui ad contrahendum eiuſmodi præpoſitione inuitari potuiſſent, peruenerit. [g] Et ſufficit reuocationem publicè fieri. Nec ignorantiam cauſari quis poterit eius quod factum publicè fuerit: nec id ſingulorum auribus inculcari neceſſe eſt.

f Petr. Coſtalius in l. ſed & ſi pupillus. §. de quo palam. per eum text. D. h. t. idem in procuratore. l. ſi mandaſſem. D. manda. l. ſi procuratorem. D. de procurat. c. mandato. eo. tit.

g d. § de quo palam. c. x. de poſtul. prał. c. vlt. qui matr. accuſ. l. vlt. D. de decr. ab ord. fa.

XXIV. [h] Si cõtractum ſit cum eo, de quo palàm proſcriptum eſt ne contraharur, aut contra præſcriptam formam, dominus conueniri non poteſt.

h d. §. de quo palam. l. cuicũque. §. non tamen. l. habebat. l. ſi cum villico. l pen. §. vlt. l ſi quis mancipiis. §. vlt. D. h. t.

XXV. [i] Inſtitoria dominus ita demum tenetur ſi non nouauerit quis eam obligationẽ, vel ab inſtitore, vel ab alio nouandi animo ſtipulando.

i d. l. habebat. §. t.

CAPVT III.

De vtili actione inſtitoria.

XXVI. [k] SI cum villico alicuius contractum ſit, non datur in dominum actio: quia villicus propter fructus percipiendos, non propter quæſtum præponitur. Si tamen villicum diſtrahendis quoque mercibus præpoſitum habuero, non erit iniquum ad exemplum inſtitoriæ actionem in me competere: [l] vt & in eum datur qui certam rem vendendam emendámve cuicunque commiſerit.

k l. ſi cum villico. ibid.

l l. Iulianus. §. ſi procuratorem. D. de act. empt. l. in eum. D. h. t.

XXVII. [m] Habebat quis Sempronium merci oleariæ præpoſitum Arelatæ; eundem & mutuis pecuniis accipiendis. Acceperat mutuam pecuniam. Putans creditor ad merces accepiſſe, egit propoſita actione. Probare non potuit mercis gratià eum accepiſſe: licèt conſumpta eſt actio, nec ampliùs agere poterit quaſi pecuniis quoque mutuis accipiendis eſſet præpoſitus, tamen vtilis ei actio competet.

m d. l. Habebat.

n d. l. in eũ. D. h. t.

XXVIII. [n] In eum qui mutuis accipiendis pecuniis procuratorem conſtituit, vtilis ad exemplum inſtitoriæ dabitur actio. Quod æquè faciendum erit, & ſi procurator ſoluendo ſit, qui ſtipulanti pecuniam promiſit.

o l. 1. §. eſt autem. & § pen. l. ſi cum § 1. D. de exerc. DD. in l. vlt. D. h. t. Paul. Caſtr. in d. §. eſt autem Iaſ. in l. ſi inſtitorẽ. D. de reb. cred. Bald. in l. ei qui ſeruo. C. quòd cum eo. 1. Paulus IC. lib. 2. nec ſent. tit. 8.

CAP IIII.

Quando in inſtitorem actio competat iis qui cum eo contraxerunt, & quando non, & quatenus.

XXIX. [o] QVandiu gerit inſtitor, conueniri ſuo nomine poteſt ab iis quibuſcum cõtraxit: quin & de his quæ cum diſcipulis eius geſta fuerint.

p Petrus Coſtalius in l. 1. §. ſi plures magiſtros. per eum text. D. de exerc. l. habebat. §. vlt. D. de inſt. l. Ancillarum. §. vlt. D. de pec.

XXX. [p] Cùm plures priuatim gerunt negotium, ſi per vnum id faciant, in ſolidum quiſque conueniri poteſt, [q] ſi inter eos actio

q Petr. Coſt. in d. § ſi plures.

ſocietatis aut communi diuidundo locum habere poteſt: [r] alioqui pro parte tantùm fit condemnatio: [ſ] Nec beneficium diuiſionis habent [t] ne in plures diſtringatur qui cum vno contraxit. [u] Si omnes gerant pro parte tantùm conueniri poſſunt, [x] ſiquidem in eodem loco id faciant. Nam ſi in pluribus & diuerſis locis, inuicem videntur inſtitores, & in ſolidum tenentur. [z] Idem eſt & ſi quiſque diuerſo generi mercium ſe appllicaret, veluti vnus lanæ, alius oleo.

XXXI. [a] Inſtitor finito officio non tenetur, [b] niſi proprio nomine contraxerit: [c] aut dominus pro inſtitore eum non habeat.

XXXII. [d] Lucius Titius menſæ nummularię quam exercebat, habuit Octauium Terminalem præpoſitum. Is Caio Seio cauit in hęc verba: Octauius Terminalis rem agens Octauij Felicis, Domitio Felici Salutem: Habes penes menſam Octauij Felicis domini mei denarios mille quos denarios vobis numerare debebo pridie Calendas Maias. Quæſitum eſt, Lucio Titio defuncto ſine hærede, bonis eius venditis, an ex epiſtola iure conueniri Terminalis poſſit. Scæuola reſpondit, nec iure his verbis obligatum, nec æquitatem conueniendi eum ſupereſſe: cùm id ex inſtitoris officio ad fidem menſę proteſtandam feciſſet.

r Idem erit. D.h.t.
ſ Petr. Coſt. in d.§.
t l. 2. D. de exerc.
u l.4. D.h.t.
x Bart. in l. eãdẽ. D. de duob. reis. per l. iure prouiſum. C. de Fabr. lib. 11. l. 1. vlt. D.h.t.
z l. eius qui in prouincia. Bar. in d.§. vlt.
a Arreſto Pariſ. curiæ dies 2. Iuny anno 1551. relato à Petro Coſtal. in l. 1. §. eſt autem. D. de exerc. Bart. in l. vlt. per illum text. D.h.t. contra Pauli Caſtr. ſententiã in d.l. vlt. per l. procurator qui pro euictione. D. de procur. & l. 1. § eſt autem. D. de exerc. Bald. in rubr. de conſti. pec. C. qui dicit poſt mortẽ domini non poſſe conueniri inſtitorem ex confeſſione relata in d.l. vlt. D.h.t. ſed id ad contractũ cum inſtitore factum non extendendum.
b arg. Arreſti Pariſienſis curiæ dies 21. Martij 1540. lati in tutorem qui ſe proprio nomine obligarat: quod refertur à d. Coſtalio in l. Plautius. D. de procur.
c d. Coſtalius in d.§. eſt autem.
d d.l. vlt. D. h.t.

C A P. V.

Quæ actiones domino competant rerum ab inſtitore geſtarum cauſa.

XXXIII. [e] Domino qui prępoſuit, nulla prodita eſt Prætoria actio, quia ciuilibus actionibus vti poteſt vel mandati, vel negotiorum geſtorum, vel ceſſis ſibi ab inſtitore actionibus aduerſus eos qui cum eo contraxerunt: [f] vt & fiet ſi ſit abſens inſtitor, aut latitet, aut ſine hærede deceſſerit.

e l. 1. & l. 2. D.h.t.
f dd. ll. & l. pen. §. vlt. Cod. ad SC. Trebel. Iulianus. §. ſi procurator. D. de act. empt.

De exercitoria actione.

TIT. IIII.

Hic titulus tribus tantùm capitibus conſtat. Primum caput eſt, Cuiuſmodi ſit exercitoria actio: & quis dicatur exercitor & magiſter nauis. Secundum caput eſt, Quibus ex cauſis exercitoria actio detur, aut non. Cuius prima pars, Quibus ex cauſis exercitoria actio detur. Secunda pars, Quibus ex cauſis exercitoria actio non detur. Tertium caput eſt, Quæ actiones exercitori dentur.

C A P. I.

Cuiuſmodi ſit exercitoria actio: & quis dicatur exercitor, & magiſter nauis.

I. [a] Edicti Prętorij de exercitoria actione vtilitas omnibus patet. Nã cùm interdum ignari cuius ſint conditionis, vel quales cũ magiſtris contrahimus, ęquũ fuit eum qui magiſtrũ naui impoſuit, teneri: vt tenetur qui inſtitorẽ tabernę, vel negotio prępoſuit: cùm ſit major neceſſitas contrahendi cũ magiſtro, quàm inſtitore: Quippe res patitur, vt de cõditione quis inſtitoris diſpiciat, & ſic contrahat: in nauis magiſtro non ita. Nam interdum locus & tẽpus non patiuntur pleniùs deliberandi conſilium.

a l. 1. D.h.t.

II. [b] Exercitorem eum dicimus, ad quem obuentiones & reditus omnes perueniunt, ſiue is dominus nauis ſit, ſiue à domino nauẽ [c] per auerſionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum.

III. [d] Magiſtrum nauis accipere debemus, cui totius nauis cura mandata eſt.

IV. [e] Magiſtri autem imponuntur locandis nauibus, vel ad merces, vel vectoribus conducendis, armamentiſve emendis. Sed etiamſi mercibus emendis vel vendendis fuit præpoſitus, etiam hoc nomine obligat inſtitorem.

V. [f] Nauem accipere debemus ſiue marinam, ſiue fluuiatilem, ſiue in aliquo ſtagno nauiget, ſiue ſcheda ſit.

b d.l.§. exercitorem.
c Auerſione nauem conduces dicunt, cùm non ad certum numerum amphorarum, ſed vniuerſaliter quicquid poteris deferri periculo conducentis auerſo, ſcilicet à locatore omni periculo, damno & lucro. l. 4. § vl. l. ſi quis vinæ. § auerſione. D. de pec. & com. rei vend. l. quod ſæpè. §. in his. D. de contr. empt. l. Opus. D. loca. Iacob. Cuiac. in t. de empt. & vend. Inſti. in fi. & lib. 8. Obſeruat. ca. 15. Goueanus lib. 2. lectionũ. ca. 14.
d d. l. 1. §. magiſtrum.
e d.l. 1. §. magiſtri.
f d.l. 1. §. nauem.

C A P. II.

Quibus ex cauſis exercitoria actio detur, vel non.

Prima pars.

Quibus ex cauſis detur.

VI. [g] Magiſtrum accipimus non ſolùm quem magiſter præpoſuit, ſed & eum quem magiſter, etiam ignorante exercitore.

VII. [h] Omnia facta magiſtri debet præſtare qui eum præpoſuit: alioqui contrahentes deciperẽtur: & faciliùs hoc in magiſtro quàm cum inſtitore admittendum propter vtilitatem: tametſi ſic magiſtrum præpoſuiſſet ne ei liceret alium vel certum hominem præponere: idque propter vtilitatem nauigantium.

VIII. [*] Parui refert qui exercet, maſculus ſit an mulier, paterfamiliâs an filiusfamiliâs. Pupillus autem ſi nauem exerceat, exigimus tutoris authoritatem.

IX. [i] Si filiusfamiliâs nauẽ exerceat, ſiquidem patris voluntate, obligabitur pater in ſolidum: qui voluntatem non accommodauit duntaxat de peculio.

X. [*] Cuius ætatis ſit magiſter nihil intereſt, ſibi imputaturo qui præpoſuit.

XI. [k] Si plures nauem exerceant, cũ quolibet eorum in ſolidum agi poteſt: ne in plures aduerſarios diſtringatur qui cum vno contraxit. Nec quicquam facere quotam quiſque portionem in naue habeat: eúmque qui præſtiterit, ſocietatis iudicio à cæteris conſequuturum.

XII. [l] Si tamen plures per ſe nauem exerceant, pro portionibus exercitionis conueniuntur. Neque enim inuicem ſui magiſtri videntur. Sed ſi plures exerceant, vnum autem de numero ſuo magiſtrum fecerint, huius nomine in ſolidum poterunt conueniri.

XIII. [m] Lucius Titius Sempronium ma-

g d.l. 1. §. magiſtrum. 2.
h d.l. 1. §. omnia.
* d. l. §. parui.
i d. l. 1. §. ſi is qui nauem.
* d.l. 1. §. cuius.
k d.l. 1. §. vl. & duabus ll. ſeqq. D.h.t.
l l. ſi tamen. ibid. Huc refert. verſ. 30. ſuprà de inſtitoria actione.
m l. vlt. D. h.t. l. 1. §. non autem. ibid.

giſtrum nauis propoſuit. Is pecuniam mutuatus cauit ſe in refectionem nauis eam accepiſſe. Quęſitum eſt, an non aliter Titius exercitoria teneretur, quàm ſi creditor probaret pecuniam in refectionem nauis eſſe conſumptam. Africanus reſpondit creditorem vtiliter acturum ſi cùm pecunia crederetur, nauis in ea cauſa fuiſſet, vt refici deberet. Etenim vt non oportet creditorē ad hoc aſtringi, vt ipſe reficiendę nauis curam ſuſcipiat & negotium domini gerat: quod certè futurum ſit, ſi neceſſe habeat probare peconiam in refectionem erogatam eſſe: ita illud exigendum, vt ſciat in hoc ſe credere, cui rei magiſter quis ſit prępoſitus. Quod certè aliter fieri non poteſt, quàm ſi illud quoque ſcierit, neceſſariam refectioni pecuniam eſſe. Quare & ſi in ea cauſa fuerit nauis, vt refici deberet, multò tamen maior pecunia credita fuerit quàm ad eam rem eſſet neceſſaria, non debere in ſolidum aduerſus dominum nauis actionem dari. Interdum etiam illud ęſtimandum, an eo loco pecunia credita ſit, in quo id propter quod credebatur comparari non poteſt: & in ſumma aliquam diligētiam in eam rem creditorem debere præſtare.

n d. l. 1. d. §. non autem.

XIV. [n] Si ad reficiendam nauem nummos inſtitor mutuatus in ſuos vſus conuerterit, tenebitur, exercitor ſibi imputaturus cur talem præpoſuerit. Quòd ſi ab initio conſilium cœpit fraudādi creditoris, nec expreſſit quod ad nauis cauſam accipit, contrà erit.

o d. §.

XV. [o] Sed & ſi in pretiis rerum emptarum fefellit magiſter, exercitoris erit damnum, non creditoris.

p d. §.

XVI. [p] Si plures ſint magiſtri non diuiſis officiis, quodcunque cum vno geſtum erit obligabit exercitorem. Si diuiſis, vt alter locando, alter exigendo pro cuiuſque officio obligabitur exercitor.

q l. fi. mm. §. vlt. D. h. t.

XVII. [q] Hæ actiones perpetuò & hęredibus & in hęredes competunt.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis exercitoria actio non detur.

r d. l. 1. d. §. non autem.

XVIII. [r] Non ex omni cauſa Prętor dat in exercitorē actionem: ſed eius rei nomine, cuius ibi præpoſitus fuerit: vt puta ſi ad onus vehendum locatum ſit, aut aliquas res emerit vtiles nauiganti, vel ſi quid reficiendæ nauis cauſa contractum, vel impenſum eſt, vel ſi quid nautæ operarum nomine peterit.

ſ d. §. non autem.

XIX. [ſ] Præpoſitio certam legem dat contrahentibus. Quare ſi quis aliquem prępoſuit naui ad hoc ſolùm vt vecturas exigat, non vt locet, quòd fortè ipſe locauerit, non tenebitur exercitor ſi magiſter locauit: vel ſi ad locandum tantùm non ad exigendum idem erit dicendum: aut ſi ad hoc vt vectoribus locet, non vt mercibus nauem præſtet, vel contrà, modum egreſſus non obligabit exercitorem. Sed & ſi vt certis mercibus eam locet prępoſitus eſt, puta legumini, canabi, illę marmori-

A bus vel alia materia locauit, dicendum erit non teneri. Quædā enim naues onerariæ quędam, vt dicunt, ἐπιβατηγοὶ ſunt. Et pleroſque mandate videmus, ne vectores recipiant: & ſic, vt certa regione & certo mari negotietur: vt ecce ſunt naues quæ Brūduſium à Caſſiopa, vel à Dirrachio vectores traiciunt, ad cętera inhabiles: item quædam fluuij capaces, ad mare non ſufficientes.

t d. l. 1. § eſt autem.

B XX. [t] Eſt nobis electio vtrum exercitorem an magiſtrum conuenire velimus. Sed ſi cū alterutro eorum actum eſt, cum altero agi non poteſt. Sed & ſi qoid ſit ſolutum, ſi quidem à magiſtro, ipſo iure minuitur obligatio. Sed & ſi ab exercitore, ſi quidem ſuo nomine, id eſt propter honorariam obligationem ſiue magiſtri nomine ſoluerit, minuetur obligatio: quoniam & alius pro me ſoluendo me liberat.

u d. l. 1. § ſi cum quolibet.

C XXI. [u] Si cum quolibet nauratum ſit contractum, non datur actio in exercitorem: quāquam ex delicto cuiuſuis eorum qui nauis nauigandæ cauſa in naue ſunt, detur actio in exercitorem. Alia enim eſt contrahendi cauſa: alia delinquendi. Siquidem qui magiſtrum præponit, contrahi cum eo permittit: qui nautas adhibet, non contrahi cum eis permittit: ſed culpa & dolo carere eos curare debet.

D

CAP. III.

Quæ actiones exercitori dentur.

x d. l. 1. § eſt autem.

XXII. [x] Exercēti nauem aduerſus eos qui cum magiſtro contraxerunt actionem Prætor non pollicetur: quia non eodem auxilio indigebat. Sed aut ex locato cum magiſtro, ſi mercede ei operam exhi-

E bet, aut ſi gratuitam, mandati agere poteſt, & propter miniſterium annonæ extra ordinem iuuare eos iudex poterit ex contractu magiſtrorum. [z] Et vt de eo qui inſtitorem habuit ſuprà relatum eſt, ceſſis ſibi à magiſtro actionibus agere cum iis qui cum magiſtro contraxerunt, vel etiam vtilibus, ſi magiſter latitet aut abſens ſit.

z verſu 33. ſuprà tit. de Inſtitoria actione.

TIT. V.

F

De rerum permutatione.

Hic titulus duo tantùm capita habet. Primum eſt, Quid ſit permutatio. Secundum caput eſt, De actione quæ ex permutationis cauſa datur.

CAP. I.

Quid ſit permutatio.

G I. [a] Permutatio eſt [b] contractus, [c] placitū, vel [d] cōuentio [e] iuris gentiū, [f] innominata [g] ſimilis emptioni, [h] eáq; bonæ fidei [i] qua ſpecies aut res certæ cum ſpeciebus certis rebúſve à dominis inuicem cūmutantur vltrò citróque dando, & accipiendo.

a Vɾeſembecius in hunc t.
b l. 1. D. h. t.
c l. 3. & 4. C. eo. t.
d l. vlt. d. t.
e l. 1. D. de contr. empt.
f d. l. 1. D. h. t. & d. l. 1. D. de contr. emp. Not. in l. iuris gentium. D. de pact. quæ permutatio dicitur, qui nomen generale eſt prope commune omnibus contractibus.
g l. 2. C. h. t. d. l. 2. D. de contr. empt.
h d. l. 2.
i d. l. 1. D. h. t. l. emptionem & l. 1. 2. 3. 4. C. eo. t.
k id l. 1. D. h. t.

II. [k] Sicut aliud eſt vendere, aliud

emere: alius emptor, alius venditor: ita pretium aliud, aliud merx. At in permutatione diſcerni non poteſt vter emptor, vel vēditor ſit, nec poteſt inueniri in ea quid merx, quid pretium ſit, nec fieri poteſt vt vna eadémque res & væneat, & pretium ſit emptionis.

l. l.3. C. eo. t.

III. [l]Ex placito permutationis nulla re ſecuta cōſtat nemini actionem competere, niſi ſtipulatio ſubiecta ex verborum obligatione quæſierit partibus actionem.

m Veſembecius hic d. l. 1. ... DD. D. ... Iaſ. in l. 2. ... prin. nu. 7. D. ſi cert. pet. ... lo. not. in l. 1. ... h. t.

IV. [m]Si genus cum genere aut cum ſpecie commutetur, veluti equus cum equo incerto, certóve, non eſt propriè permutatio: ſed cōtractus innominatus alius à permutatione Do vt des, qui à permutatione differt, è qua bonæ fidei actio oritur, ex illo nequaquam.

n Bart. in l. Ariſto D. de ... Papo pro ... Notario.

V. [n]Si cùm fundus cum fundo permutaretur, pecunia quoque ab alterutro data ſit, ex eo quod à contrahentibus actum probabitur, contractus emptionis vel permutationis initus intelligetur. Ac ſi pecunia fundum ab alterutro datum exuperet, emptio: ſi autē fundus maioris pretij ſit data pecuniâ, permutatio contracta exiſtimabitur. Tamen multis municipalibus Galliæ legibus traditum eſt mixtum contractum hunc haberi: ac pro ratione pecuniæ honorarium, quæ laudimia vocāt, patrono præſtari: ſed non eius quod proxenetici fortè nomine datum fuerit.

o l. Pretij. C. de reſc. vend. ... C. h. t. ... Papo t. Notario. h. t.

VI. [o] Pretij cauſa non pecunia numerata, ſed pro ea pecoribus in ſolutum conſentienti datis, contractus non conſtituitur irritus: duæque tum emptiones & venditiones interceſſiſſe cenſentur.

CAP. II.

De actione quæ ex permutationis cauſa datur.

q Veſembecius. h. t. §. actionum. Inſti. de act. Iaſ. in l. 2. nu. 8. D. de reb. cred. ſi cert. pet.
s l. 4. l. vlt. & l. Rebus. C. h. t.
ſ l. 1. d. t.
t d. l. 4. & d. l. vlt. ibid.
u d. l. 1.
x Cuiacius lib. 4. Obſeru. cap. 7.
z l. 1. 4. 5. & 7. C. h. t.
a l. 3. d. l. 4. & 7.
b l. 4. §. de illo. D. h. t.
c l. 1. C. eo. t. glo. in l. 2. ibi.
d l. vlt. D. h. tit.
e Veſembecius. h. t. l. 1. l. Rebus. l. vlt. C. h. t.
f d. l. 1. in fi. l. 4. l. pen. C. h. t.
g l. 1. C. h. t.

VII. [q]EX contractu permutationis oritur actio bonæ fidei, [r]præſcriptis verbis quæ [ſ] ad exēplum ex empto actionis agi pōteſt [t] vt aut impleatur quod promiſſum eſt, [u] aut quod intereſt præſtetur, [x] idque incerti actione. [z] Sed & condici res quæ data eſt, poteſt, quaſi re non ſecuta. [a] Ac etiam adiecta ſtipulatione vt ferè fit, ex ſtipulatu agi poteſt.

VIII. [b]Ex permutatione peræquè atque ex venditione paratur vſucapiendi conditio, [c] præſtatur euictio, [d] & animalium ſanitas: ac fit ob vitia redhibitio.

IX. [e]Si rem quæ mea fuit tecum permutauero, eámque tradidero, dominium in te trāſtuli: & quod ad me pertinet perfectus eſt cōtractus: cùm dederim quod erat conuentum. [f]Sed quia in me perfecta non eſt permutatio, quia rei donatione completur, ſi mihi res tradita euincatur, rem meam repetere poſſum quaſi cauſa non ſecuta propter quam data eſt.

X. [g]Si cùm Titius venalem poſſeſſionem haberet, pretij nomine aliam poſſeſſionem dediſti, eáque euicta eſt ad exēplum ex empto actionis, id quod tua intereſt cōſequi potes. Ac ſi cùm venalis poſſeſſio non eſſet, permutatio facta eſt, idque quod ab aduerſario præſtitum eſt, euictum eſt; quod datum eſt ſi hoc elegeris cum ratione, reſtitui tibi poſtulabis.

h l. cum præcibus. ibid.

XI. [h]Si placitum inter te & Titium permutationis interceſſit, iſque fundum à te datum vendidit, contra emptorem nullam habes actionem, cùm ab eo ſuſceperit dominiū cui permutationis titulo tradideris. Sed ſi ſecundùm fidem placiti ſtipulatio ſubiecta eſt, Titium, eiúſque ſucceſſores conuenire non prohiberis. Si verò nulla ſtipulatio interceſſit, præſcriptis verbis actio eſt, vt vel fides placiti tibi ſeruetur, vel quod alterius accipiēdi fundi gratiâ dediſti, cauſâ non ſecuta reſtituatur.

TIT. VI.

De iure emphyteutico.

Hic titulus quinque capita habet: quorum primum eſt, Quid ſit emphyteuſis: & quemadmodum contrahatur. Secundum caput eſt, De emphyteuſi Eccleſiaſtica. Tertium caput eſt, Quod ius emphyteuta habeat in prædio emphyteutico. Quartum caput eſt, Quod ius dominus habeat in prædio emphyteutico: quibúſque ex cauſis illud ei committatur: Cuius prima pars eſt, Quod ius in emphyteuſi dominus habeat. Secunda pars eſt, Quibus ex cauſis emphyteuſis domino cōmittatur: cuius partis prima particula eſt, Quando ob canonem non ſolutum emphyteuſis domino committatur, vel non. Cuius particulæ ſectio prima eſt, Quando ob canonem non ſolutum emphyteuſis domino committatur. Sectio ſecunda eiuſdem particulæ primæ. Quibus ex cauſis emphyteuſis domino non committatur ob non ſolutum canonē. Secunda particula d. ſecundæ partis capitis quarti, Quando emphyteuſis domino committatur ob prædium deterius factum. Tertia particula ſecundæ partis d. capitis quarti, Quando emphyteuſis propter eius venditionem aut aliam alienationem non rogato domino factam ei committatur, vel non: & de honorario ob eam rem domino debito. Cuius ſectio prima eſt, Quando ob eam rem emphyteuſis committatur: Sectio ſecunda eſt, Quando ob eam rem emphyteuſis non committatur, & honorarium nō debeatur. Quintum caput eſt, De ſucceſſione in emphyteuſim.

CAPVT I.

Quid ſit emphyteuſis, & quemadmodum contrahatur.

a Iac. Cuiacius in li. Feudo. t. 6.
b Idem Cuiacius in l. 1. C. de loca. præd. ciuil. & in Paratitl. D. ſi ager vectig. vel emphyt. pet. Spec. h. t. qu.
c Ioa. Andreas in Spec. h. t. in verbo ... merata.
d l. 1. C. h. ...

I. [a]EMphyteuſis eſt contractus quo dominus prædij ſui vſumfructū perpetuò [b] aut ad certum tempus in alium tranſfert ea lege vt id meliùs & cultius reddat, certa conſtituta penſitatione pecuniæ, [c] aut rei alterius: quem canonem appellant.

II. [d]Ius emphyteuticarium ſeparatum à venditione & locatione contractum Zeno Imperator inſtituit: formámque habere propriam, & ratum validúmque eſſe: in quo cō-

ℓta quæ inter vtraſque contrahentium partes ſuper omnibus vel etiam fortuitis pactionibus ſcriptura interueniente habitis placuerunt firma illibatáq; perpetua ſtabilitate modis omnibus debeant cuſtodiri: ita vt ſi interdum ea quæ fortuitis caſibus eueniunt, pactorum non fuerint conuentione concepta, ſiquidem tanta emerſerit clades, quæ prorſus ipſius rei quæ per emphyteuſim data eſt faciat interitum, hoc non emphyteuticario, cui nihil reliquum permanſit, ſed rei domino, qui quod fatalitate ingruebat, etiam nullo intercedente contractu habiturus fuerat, imputetur. Sin verò particulare, vel aliud leue contigerit damnum, ex quo non ipſa rei penitus lædatur ſubſtantia; hoc emphyteuticarius ſuis partibus non dubitet aſcribendum.

e l.2.d.t.

III. [e] Pactiones (vt ſuprà ſcriptum eſt) in emphyteuticariis inſtrumentis conſcriptæ, obſeruandæ ſunt cùm de aliis rebus; tum de reiectione eius qui emphyteuſim ſuſcepit. Sin autem nihil ſuper hoc capite fuerit pactum, ſed per totum triennium, neque pecunias emphyteuticarius ſoluerit, neque domino apochas tributorum reddiderit volenti, ei licere eum à prædiis emphyteuticariis, repellere nulla ei in poſterũ allegatione nomine meliorationis, vel eorum quæ emponemata dicuntur, vel pœna imponenda: ſed omnimodo eo ſi dominus voluerit repellendo, neque prætendente quòd non eſt ſuper hoc inquietatus: [f] cùm neminem oporteat conuentionem vel admonitionem expectare, ſed vltro ſe offerre, & debitum ſpontanea voluntate perſoluere.

f Idem l magnum. Cod. de contr. & com. ſtip.

g l.vlt.

IV. [g] Iure ciuili Romano ſancitum eſt niſi aliter conuenerit, minimè licere emphyteutæ, ſine conſenſu domini meliorationes ſuas aliis vendere, vel ius empbyteuticum transferre. Sed ne hac occaſione accepta, domini minimè concedant emphyteutas ſuos accipere pretia meliorationum quæ inuenerunt, ſed eos deludant, & ex hoc commodum emphyteutæ depereat, conſtitutum eſt atteſtationem domino tranſmitti, & prædicere emphyteutam quantum ab alio accipere poteſt. Et ſi quidem dominus hoc dare maluerit, & tantam præſtare quantitatem, ipſum dominum omninò hoc comparare. Sin autem duorum menſium ſpatium fuerit emenſum, & dominus hoc facere noluerit, emphyteutæ permittitur vbi voluerit & ſine conſenſu domini meliorationes ſuas vendere, his tamen perſonis quæ non ſolent in emphyteuticis contractibus vetari ad huiuſmodi venire emptionem. Nouum verò emphyteutam dominus in poſſeſſionem ſuſcipere neceſſe habet per ſe, aut per curatorem cui hoc ſpecialiter mandauerit: nec pro ſubſcriptione ſua ampliùs ei licet quinquageſima parte pretij vel æſtimationis loci qui ad aliam perſonam transfertur accipere. Sin autem aliter fuerit emphyteuta verſatus, iure emphyteutico eum cadere conſtitutum eſt.

V. [h] Prædia in emphyteuſim dari modica atque adeò exigua penſitatione conſtituta, moribus receptum eſt.

VI. [i] Emphyteuta domum in emphyteuſim acceptam reficere tenetur: nec emphyteuticam rem deteriorem efficere ei permittitur: [k] idque ſi fecerit, iuris ſui iactura afficitur.

VII. [l] Emphyteuſis eiúſque pactiones in ſcriptum referri debent.

VIII. [m] Dominium quod vtile dicitur, in emphyteutam tranſit: quod directum appellatur, penes eum qui dat in emphyteuſim, manet.

IX. [n] Si prædium in longius tempus quàm decennij locetur, tranſire res in emphyteuſim videtur.

X. [o] Si quis quadraginta annos continuos prædium poſſederit, & penſionem quotannis domino ſoluerit, non locatio ſed emphyteuſis contracta præſumetur.

XI. [p] Vſucapione quoque ſeu præſcriptione quæri emphyteuticum ius alicui poteſt quaſi ex tacito domini & poſſidentis conſenſu.

h Io. Andreas in addit. ad Spec. h.t. in princ. in verb. numerata, & ibi. Bal. Nec gloſa ſententia in l. ſi ea petitione. C. de vſur. quam ſingularem putant, recipienda eſt, quæ reſtitutionem in integrum dat decepto vltra dimidiam iuſti pretij.

i Auth. Hoc ius porrectũ. & Auth. ſi quas. & Authen. qui rem. C. de ſacroſ. Eccl. quæ Authentica ſunt in canone relata 10. quæſt. 10. §. quia verò Leonis. & §. ſi verò quadam. in Auth. de reb. alien. no alien. Spec. h.t. in princ. Guido Papa quæſt. 354.

k maxime ſi in culpa ſit vt cenſent Bald. & Imola. in l. 2. C. h.t.

l l.1. & 2. C. h.t. §. adeò. Inſtit. de loca. gl. in c. Romana de cenſ. lib. 6. Ioa. Berberius h.t. Ioan. Andreas ad Spec. h.t. in princ. Tametſi communior ſit DD. ſententia, ſcripturam non eſſe neceſſariam. Spec. d. loco Angel. in d. l.1. C. h.t. Iaſ. ibid. nu. 12. & 61.

CAP II.

De emphyteuſi Eccleſiaſtica.

XII. DVæ conſtitui ſolent Emphyteuticarum rerum ſpecies: vna rerum Eccleſiaſticarum, altera paganarum aliarúmve rerum quàm Eccleſiæ: earúmque aut [q] publicarum, aut priuatarum.

XIII. [r] Iure ciuili Romano Pontificióque perpetua emphyteuſis permittitur, ſi res in eorum geratur præſentia, quibus hoc aſſignatur lege, iurantibus his quorum intereſt, nihil ad læſionem diuinæ domus effici ſolito reditu ipſius rei, qui fuit cùm diuino iuri dedicaretur, non imminuendo niſi in ſextam partem; aut ſi ob cladem diminuta fuerit, pro cõſtante tunc temporis penſione. Quod ſi quidem res pretioſa eſt; parum tamen aut nihil præſtat penſionis, res ſubtiliter æſtimari iubetur, vt ex hac æſtimatione iuſta penſio conſtituatur.

m Io Coſtalius in l. 1. D. ſi ager vectig. id eſt, emphyt. pet. arg. quòd actio in rem emphyteutæ competat. d. l.1 & l.1. § quod autem. D. de ſuperf. quæ actio in rem non niſi domino datur. l. in rem D. de rei vend. Hæc que verba dominium directum, dominium vtile, idem Coſtalius magiſtralia vocat, ab interpretibus res dilucidiùs explicandæ cauſa inuenta, non ab ipſis Iureconſultis vſurpata.

n DD. in d. l.1. de reb. Eccl. non alien. Gloſſ. & DD. in l. Codicillis. §. Inſtituto. D. de lega. 2. cap. 1. §. donare. tit. Qual olim. feud. pot. alien in vſibus Feudo. Petrus Ferrarius in forma libelli quo agitur ad fictũ præſtationem.

o Nicol. Vigelius in l. 2. C. de fund. patrim. gloſſ. in l. 2. in verb. repellere. C. h.t.

p Spec. h.t. num. 69. in fin. l. litibus. Cod. de agricol. & cenſib. lib. 11. l. vlt. C. de fund. patri. d. lib. 11. l. ſi finita. §. ſi de vectigali. D. de damn. inf. Veſemb. in t. ſi ager vect. id eſt, emph. pet. D.

q d. l.1. & l.2. D. ſi ag. vect. id eſt, emph.

r Auth. Hoc ius porrectum. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. relata in can. hoc ius porrectum 10. quæſt. 2. Et notandum Nouellam 7. quæ emphyteuſim Eccleſiaſticam ad certas perſonas reſtringit, ita vt perpetua non ſit, correctam eſſe per Nouellam 120. quæ eſt recentior quàm d. 7. Cuiac. in d. Nouel. 7. & Spec. h.t. quæ. 5.

A

XIIII. [f] Et ſi quas ruinas habent diuinæ domus quas reædificare non valeat, in emphyteuſim dari perpetuam poſſunt, emphyteuta vſuro materia depoſitę habitationis domus, vt penſio minuatur in tertiam partem ab eaquæ ſtantibus adhabitationibus colligebatur, aut eo potius reædificante additis illic per æſtimationem penſionibus medię earum pars detur religioſæ domui.

f Auth ſi quas vero ruinas. d. ſ. relata ſimiliter. in, can. ſi quas ruinas. d. 2. qu 10.

B

XV. [t] Sed hæc veterum iurium ſolemnia noſtris moribus exoleuerunt: nec hodie ferè quicquam intereſt inter Emphyteuſim Eccleſiaſticam & cæteras: [u] niſi quod ſi cui res Eccleſiæ in emphyteuſim data eſt, per biennium canonem ſoluere moratus ſit, depelli Emphyteuſi poteſt: cùm in alııs emphyteuticarıis prædiıs iſtud niſi exacto demum triennio fieri poſſit: [x] & ſi grauiter Eccleſia læſa ſit in emphyteuſis conceſſione, in integrum reſtitui eam poſſe putant.

t Io. Berberius h.t. Io Cuiacius in d. Nouel. 7.

u Auth qui rem. C. d. t. de ſacroſ. Eccl. relata quoque in can. qui rem. d. 2. qu. 10.

x Io. Berberius h.t. glo. ſing. in l. ſi ex petitione. C. de vſur.

C

CAP. III.

Quod ius emphyteuta in prædio emphyteutico habeat.

XVI. [z] EMphyteutæ proprietarios imitantur, eiſq; perinde ac proprietariis actio in rem datur aduerſus quemuis poſſeſſorem: [a] quinetiam aduerſus ipſum dominum condictio ex lege Zenoniana datur. [b] Emphyteuta quoque fundo debitæ ſeruitutis vendicationem habet: [c] idémque nouum nontiare opus poteſt.

D

XVII. [d] Emphyteuta ſeruitutem imponere emphyteutico prædio poteſt, [e] & hypothecę prædium ſupponere. [f] Sed ſi emphyteuſis domino committatur, ſeruitutes & hypothecæ reſoluuntur.

E

XVIII. [g] Adeò ius in re emphyteuta habet, vt ſi ius patronatus prædio emphyteutico competat, deſignare Curionem in demortui locum poſſit.

XIX. [h] Si quoquomodo accidat vt emphyteutici prędij fructus ac commoda augeantur; [i] vel ea, ipſúmve prædium imminuantur, id lucro vel damno emphyteutæ cedit, [k] niſi tota res intercidat.

F

XX. [l] Renunciare emphyteuſi, [m] niſi aliter conuenerit, ac prędium domino reddere emphyteutę licet, atque hoc modo ſe in poſterum penſitationis onere liberare, [n] ita ta-

z l. 1. & 2. D. ſi ager vectig. id eſt emphyt. petat. l. cum ponſus. §. in vectigalibus. D. de publ. in rem act. a Bar. & Salyc. in l. 1. C de iur emphyt. & idem Bart. in l. vn. C. de condict. ex lege. Spec. h. tit nu. 68. & 53. Imola in c. potuit. de loca.

b Cuiacius in lib 2. feud. t. e.

c l. 1. & in prouincials. D. de no. oper. nunt.

d l. 1. vbi Glo. C de ſeru. & aqua. Cuiacius in d. t. 9. lib. 2. feud. DD. in c. 2. de feud. Glo in l. iubemus C. de ſacro. Eccl. d. l. & in prouincials. l. vlt §. pen. C. Com de lega.

e Io. Andr. ad Spec. hoc t. in prin. in verb. numerata. l. vlt C. ſi res ali. pig. data ſit. Innoc in c. potuit. C. de loca.

f l. lex vectigali & l. Grege. §. 1. D de pign.

g Bart in l. Vectigalia. § non ſolum D. de publica. c. ex literis. & ibi Inno. & Panorm. de iur. pat.

h Spec hoc tit. nu. 135.

i l. 1. vbi Io. Fab. C. h. t.

k d. l. 1 l. quicunque. C. de fund. patri.

l Io. Fab hoc tit C.

m Bart. in l. 1. ſi à quo. D. de aqua plu. arc.

n Io. Berberius hoc t. arg. l. quanquam. §. 1. D. d. t. de aqua plu arc. l. apud Iulia. §. vl. D de lega. 1. l. Imperatores 10. reſp. d. t. l. quicunque C de fund. patr. li. 11. Nec ſententia Bart in l ſi quis opus §. vlt D de dam. inf. recipienda videtur qui cenſet emphyteutam non poſſe cedere emphyteuſi ſi in eam bona ſua generaliter oppignerarèt.

A

men vt præteriti temporis reliqua exſoluat, nec prędium deterius quàm acceperit reſtituat. [o] Attamen ſi plures fundos eodem contractu ſuſceperit, alteri eorum tantummodo renunciare non poteſt.

B

CAP. IV.

Quod ius in emphyteuſi dominus habeat: quibuſque ex cauſis emphyteuſis ei committatur.

Prima pars.

Quod ius in emphyteuſi dominus habeat.

XXI. [p] TAmetſi interdictum retinendæ poſſeſſionis emphyteutæ competat, tamen id quoq; domino directo datur.

C

XXII. [q] Agnoſcere emphyteuta debitam penſionem, cuiuſque rei gratiâ ei ſit obnoxius, tenetur.

XXIII. [r] Si emphyteuta etiam per quadraginta annos canonem non ſoluerit, emphyteuticũ tamen prędiũ vſucapere non potuit: [ſ] Nec libertati ab emphyteuta pręſcribi aliter poteſt, quàm ſi poſſeſſionis cauſam emphyteuta mutauerit, id eſt, emphyteuſim infitiatus domino fuerit, & exinde per triginta annos pro ſuo poſſederit: cùm non mutata

D

poſſeſſionis cauſa alieno nomine poſſederit etiamſi canonem non ſoluerit, [t] licèt ab initio ſine conſtitutione canonis induci emphyteuſis non potuiſſet.

XXIV. [u] Si is qui decem penſitationis nomine debebat, per quadraginta annos quinque tantummodo ſoluerit, non præſcribit ſi tanquam partem ſoluerit: ſi tanquam totam penſitationem, pręſcribit ei quod in ea pluris fuit.

E

XXV. [x] Emphyteuta rei formam aut qualitatem immutare non poteſt, ſi id damno domini cedat, reſque deterior fiat: veluti vineæ arboréſve exſcindantur, pratum in agri formam redigatur, aliáve fiant eiuſmodi.

Secunda pars capitis quarti.

Quibus ex cauſis prædium emphyteuticum domino committatur.

F

Prima particula dictæ ſecundæ partis.

Quando ob canonem non ſolutum, prædium emphyteuticum domino committatur, vel non.

Prima ſectio.

Quando committatur.

G

XXVI. [z] EMphyteuta penſionem ſeu canonem domum vſque domini perferre tenetur.

XXVII. [a] Non poteſt penſio antequam eius dies ceſſerit, ſolui refragranti domino.

XXVIII. [b] Si emphyteuta deceſſerit

o l. hæredes ſcripti. C d. omni agro d. ſer. Papo h. t. 1. Notario. Nec quod generaliter Guido Papa tradit q. 402. emphyteutæ nam renunciare emphyteuſi non poſſe. & Bald. in l. 2. C. h. t. & tit. Spec. h. t. §. nunc aliqua. nu. 118 & Io. Andr. in add. ibid. & Io. Faber in l. 1. C. h. t. recipiendũ.

p Piſanus de reſtit. ſpol. Io. Faber in §. retinendæ Inſtit. de interd.

q Guido Papa qu. 417. arg. §. emptoribus in auth de non alie. reb. Eccl. gl. in auth ſi quas ruinas. C. de ſacr. Eccl. arg. itẽ l. ſi creditor. D de euict & l. plures apochis. C. de fid. inſtr.

ſ Io. Berberius h. t. l. male agitur. & l. cum notiſſimi. C de praſc. 30. vel 40 anno l. cùm fiduc. D de vi & vi arm. c. conſtitutus. de relig. dom l plures. C. de fid. inſtr.

t l. 3 §. pen l. qui bona. §. 1 D de acq poſſ.

t Saly in d. l. cum notiſſimi. § vlt fa l. cum ſatu. C. de agr. & cenſ lib 11.

u Bal. in Spec. arg. l. in qui. D. quib. mo. vſufr. amit.

x Papo t. Notario. l. inter quos. § damni infecti. D. de dam. inf.

z Bart. in l. itẽ illa. D de conſt. pec. Pan. in c. ſi quis ſidelite. de pig.

a Spe. h. t. n 33. arg l. inter illa verba. D. de conſt. pec.

b Bart. in l. Stipulationũ aliæ. §. vlt. D. de verb. obl. l. fraudati. D de publica. arg. l. hæredes an ea. D. fa erciſ. verſic. aditurus.

duobus relictis hæredibus quorum vnus partem penſionis ſoluat, alter triennium continuum in emphyteuſi priuata paganáve ceſſet, in Eccleſiaſtica biennium, vtriuſque pars in commiſſum cadit.[c] Nec diuiſio hęreditatis domino obſtat quominus ab vnoquoque hęredum tota exigi penſio poſſit.

XXIX. [d] Si emphyteuta partem tantummodò canonis ſoluerit, nihilominus tota res commiſſa ſit, niſi de reſiduo fidem dominus habuerit.

XXX. [e] Ex cauſa ſterilitatis non fit penſionis remiſſio: nec ſi prædij pars corrupta ſit aut interciderit.

XXXI. [f] Si emphyteuſis commiſſa ſit, fructus è prædio perceptos ab eo tempore reſtituere emphyteuta tenetur.

XXXII. [g] Si emphyteuta intra conſtitutum tempus canonem non ſoluerit, emphyteuſim committit, [h] & nihilominus præteriti tẽporis penſitationibus obſtringitur,[i] tametſi dominus cum ob canonem nõ ſolutum emphyteutam expelleret, nihil de ſoluendis reliquis fuerit proteſtatus.

Secunda ſectio primæ particulæ ſecundæ partis capitis quarti.

Quibus ex cauſis emphyteuſis domino non committatur ob non ſolutam penſionem.

XXXIII.[k] QVi tribus annis proximè prĕteritis pẽſitationes ſoluit,[l] ſi eas quocunque anno ſoluerit, præteriti etiam temporis reliqua exſoluiſſe præſumitur.

XXXIV. [m] Si penſio non ſit annua, ſed quocunque biennio, triennio, quadrienniòve cedat, non niſi tribus exactis biennijs, triennijs aut quadriennijs ſi pagana ſit communiſve emphyteuſis; aut binis, ſi ſit Eccleſiaſtica, ceſſatum ſit; commiſſo locus erit.

XXXV. [n] Receptis à domino præteriti temporis pẽſionibus, aut earum petitione per iudicem facta [o] ſine proteſtatione, expellere poſtea emphyteutam ob non ſolutum ſuo tempore canonem dominus nõ poteſt. Quod & in emphyteuſi Eccleſiaſtica locum habet [p] ſi collegium Eccleſiaſticum in ſolutioni conſenſerit.

XXXVI. [q] Solutio canonis ab alio facta quàm emphyteuta, tametſi non eius nomine, commiſſum impedit.

XXXVIII. * Compenſatio debiti cum penſitatione obſtat ne in commiſſum emphyteuticum prædium incidat.

XXXVIII. [r] Emphyteuta purgare moram intra modicum tempus, poſtquam à ſolutione ceſſauerit, poteſt:[ſ] quod tempus iudicis arbitrio definitur.

XXXIX. [t] Si propter bellum emphyteuta nullos prorſus è prædio emphyteutico percipere fructus potuit, canoni in id tempus obſtrictus non videtur.

XL. [u] Non videtur emphyteuta ipſo iure ob non ſolutum canonem emphyteuſim commiſſam facere: ſed ita demùm ſi dominus voluerit, & iudicium ea de re factum ſit.

XLI. [x] Si Eccleſia, minor, vel ciuitas ob non ſolutum canonem emphyteuſim committant, reſtitui in integrum poſſunt, præſertim ſi adminiſtratores ſoluẽdo non ſint.[z] Reſtitui etiam hæres qui emphyteuſim ignorabat, in integrum poteſt.[a] Idem obſeruatur & ſi iacente hæreditate penſitatio ſoluta non fuerit: [b] vel eo etiam tempore ceſſatum ſit quo in vinculis emphyteuta fuerit. [c] Sed ea reſtitutio intra quadriennium, quàm commiſſa res facta ſit, debet poſtulari.

Secunda particula ſecundæ partis capitis quarti.

Quando emphyteuſis domino committatur ob prædium deterius factum.

XLII.[d] EMphyteuſim domino committi ob prędium deterius ab emphyteuta factum, ſuprà etiam dictum eſt. [e] Sed tria interuenire debent vt id fieri iure poſſit. Primùm [f] vt non leuiter, ſed valdè deterius prædium ſit factum: deinde vt ea res non

c Ioan. Faber h.t. C. arg. l. Pacto ſucceſſorum. C. de pact. l. 2. §. ex his. D. de verb. obl. l. cùm poſſeſſor. D. de cẽſ. l. communi diuidundo. §. 1. D. Com. diuid. l. in executione. §. pen. D. de verb. oblig.

d Io. Berberius h.t. arg. l. in executoribus D. de verb. obl. l. quandiu. C. de diſtr. pign. Andreas Siculus conſ. 47. lib 2. Contra Specul. ſententiam h.t. qu. 31.

e Io. Papo t. Nat. h.t. l. 1. & 2. C. h.t. Cōtra Bart. ſententiã in l. lic. t. C. loca. per eam l. quæ non de emphyteuta, ſed de conductore vectigalium loquitur.

f Spec. h.t. qu. 10. arg. l. ſi pater. C. de vſufr.

g Spec. h.t. auth. Hoc ius porrectum. & auth. qui rem. C. de ſacro. Eccl. in auth. de alien. & emphyt.

h arg. l. quanquam. §. 1. D. de aqua pluu. arc.

i Io. Andreas in Add. ad Spec. h.t. nu. 13. Contra Guido nus Papa ſentẽ tiam, qu. 171. Qui non poſſe emphyteutam expelli, & ſimul ab eo penſiones exigi cenſet, niſi proteſtatus ea de re fuerit.

q Ludo. Romanus Conſ. 103. & ſing. 558. arg. l. qui fundum. D. quem. ſeru. amitt. l. forma. §. ſi tamen egr. D. de cenſ. Spec. h.t. nu. 82.

* Io. Berberius h.t. Abbas in c. Bona fides. de depo. l. cùm alter alteri. D. de compen. l. eius. & l. ſi conſtat C. eo t.

r d. c. potuit. de loca.

ſ glo. in d. c. potuit. ar. l. 1. in §. ait Prætor. D. de iur. delib. c. de cauſ. de offic. Iud. deleg. Guido Papa queſt. 123. purgari moram cenſet, ſi emphyteuta cum ab eo penſio exigeretur, vel in Iudicio vel extra Iudicium ſtatim ſoluat, & maximè ante litem conteſtatam: idque in curia Gratianopolitana obſeruari tradit. ſed non cùm emphyteuta offert ſoluere cùm iam emphyteuſis commiſſa ſit. l. qui ob rem. D. de condict. ind. l. iam tamen. D. iudica ſol. l. ſi is cui. D. de lega. 2. Sed Io. Andreas in d. cap. potuit, eorum opinionem improbat qui vſque ad litem conteſtatam purgari moram poſſe exiſtimant, cùm disertè cautum ſit domini interpellationem de ſoluendo canone non eſſe neceſſariam. l. 1. C. h.t. & d. c. potuit.

arg. l. 2. D. ſi quis cautio. & l. vlt. D. de publica. & vectig. k quaſt. Capellæ Toloſ. per l. quecunque. C. de apoch. publ. lib. 10. Spec. h. t. n. 27. glo. magna in l. 2. C. h. t. l Bald. in l. 2. C. de dot. prom. Idem & Imola. in d. l. quicunq. c. Aufrer. in d. quæſt. m Io. Papo. 1. Notario.

n Spec. h. t. nu. 23 & 24. c. conſtitutus. de rel. dom. arg. l. 2. C. de iur. dom. impet. l. vlt. §. vlt. D. de inoff. teſta. l. Aemilius. & l. ſi pluris D. de mino. l. commiſſoria. C. de pact. inter empt. & vend. Bald. in Spec. ſuprascripto loco. Ludo. Romanus conſ. 102. qui penſitationis acceptione renouatam emphyteuſim cenſet glo. in c. potuit. C. de loca. l. poſt diem. & l. Prece. D. de lege com. Io. Fab. in d. l. 1. C. h. t.

o glo. in d. c. potuit. ca. hoc ius porrectum. § qui rem. 10. qu. 2.

p Glo. in dict. c. cap. potuit. cap. paſtoralis. de his quæ fiunt à maio. parte cap.

t Io. Faber in l. 1. C. h. t. Petr. Ferrarius in form. libel. quo agitur ad fi. præſta. in verb. recuſauit & recuſat. arg. l. 3. § Labeo. & l. si quis rem. §. eum qui. D. de furt. l. interdum. §. 1 D. de acq. poſſ. l. in venditione §. 1. D. de per. & com. res vend. l. cùm vnus §. vlt. D. de bo. auth. iud. poſſ. Hoſtienſ. h. t. Inno. in c. vlt. de loca.

u l. 2. C. h. t. l. vlt. ibid. Bald. in l. Solennibus. C. de rei vend. Alex. conſ. 8. in 3. Vol. Glo. in l. 2. D. ſi ager vectig. id eſt emph. pet. ſac. c. potuit. de loca. Anchar. conſ. 62. Ludo. Roma. Conſ. 175. & 212. Hoſtienſ. t. de loca. Spec. nu. 47. arg. l. ſi quis in tantam & ibi Glo. c. vnde vi. arg. l. 2. D. ſi quis caut. l. vlt. D. de eo quod certo loc. Contra ſententiam Io. Imola in d. c. potuit & Bald. ad Sp. Et tametſi authoritate propria emphyteutam expelli poſſe glo. in c. potuit tradat, tamen cautius id dominum per iudicem facturum dicit per l. 3. C. de pign. c. paſtoralis. de priu. x Spec. h. t. qu. 13. arg. l. ſi tutoris. C. de adm. tuto. & l. Rem publicam C. de iur. fiſc. lib. 11. l. 1. D. de off. eius qui vic. alter. iud. obl. l. Reſpublica. C. in quib. cau. mino. 25. an. in int. reſt. z Spec. h. t. q. 18. arg. l. Semper. § quem deberi neſciebat. D. quod vi aut clam. a l. Pecunia. C. de vſuc. e cum tu. eo t.

b Io. Andreas in c. ſignificauit. de pign. Iaſ. in l. 2. nu. 310. h. t. Phil. Decius conſ. 146. Socin. conſ. 80.

c c. 1 & 2. de reſt. in integ.

d ſuprà verſ. 5. e Bald. in l. Diuortio. §. ſi fundum. D. Sol. mat. c. 1. §. quicunque. t. de pace ten. l. Aequiſsimum. D. de vſuf. Bald. & Imola in d. §. ſi fundum. Io. Pet. Ferrar. hic Bald. in auth. qui rem. C. de ſacro. Eccl.

f arg. l. ſcio. D. de reſti. in integ.

modò

modò paruo tempore, ſed in longum in colligendis fructibus obſtet:[g] poſtremò vt latiſſima emphyteutæ culpâ id factum ſit.

XLIII. [h] Si vineæ non putentur, * aut ſi arbores exſcindantur, non ſyluæ cæduæ; ea res deteriorem valdè rem facere videtur.

XLIV. [i] Qui plures res in emphyteuſim vno contractu ſuſcepit, ſi in vna malè verſatus eſt, depelli ab omnibus poteſt.

Tertia particula ſecundæ partis capitis quarti.

Quando emphyteuſis propter eius venditionem, aut aliam alienationem non rogato domino factam committatur, vel non: & de honorario ob eam rem domino debito.

Sectio prima dictæ particulæ.

Quando committatur & honorarium debeatur.

XLV.[k] IVre ciuili Romano, vt ſuprà commemoratum eſt, emphyteuſim vendere emphyteutæ non permittitur, niſi eam priùs domino obtulerit eo pretio emendam quo alij vendere potuit, ac exinde biennium effluxerit. Sed ſi domino non commonefacto emphyteuta alij rem vendiderit, ac rem poſtea redemerit; quæſitum an nihilominus emphyteuſis commiſſa ſit. Et placuit, quod factum contra legem fuerit, infectum fieri non poſſe. [l] Sed ita demum commiſſo locus eſt, cùm prædij traditio aut vera, aut per vſusfructus retentionem, aut precarium interuenerit.

XLVI. [m] Si quis bona ſua omnia cuiquam donet, hoc pacto interpoſito, vt ei alimenta præſtet, & teſtari de aliqua bonorum parte poſſit; ex huiuſmodi contractu honorarium domino debetur.

Sectio ſecunda dictæ tertiæ particulæ.

Quando non committatur emphyteuſis propter alienationem non rogato domino factam, & honorarium non debeatur.

XLVII.[n] SI quis fundos emphyteutici iuris ſalua lege fiſci citra iudicis authoritatem donauerit, donationes firmæ ſunt: dummodò ſuis quibuſque temporibus ea quæ fiſco penſitanda ſunt, repræſentare cogantur.

XLVIII. [o] Donari emphyteuſim poſſe ſine domini cõſenſu,[p] nec ei honorariũ ex ea deberi pluribus placuit, tametſi id ei denuntiari poſtea debeat.

XLIX. [q] Emphyteuſim quoque in dotem dari ſine domini conſenſu poſſe, nec honorarium inde domino deberi receptum eſt, ſiue æſtimata, ſiue inæſtimata ea fuerit.

L. [r] Emphyteuſis ferè in omni Gallia, atque adeo in iis regionibus quæ iure ciuili Romano maximè vtuntur, abſq; domini voluntate alienari poteſt: nec ex ea alienatione honorarium ei debetur,[ſ] ſed ex prædij clientelaris venditione.

CAP. V.

De ſucceſſione in emphyteuſim.

LI. [t] EMphyteuſis, vt & conductio ad hęredes tranſit, tametſi nihil de ea re nominatim conuenerit;[u] & in eam filiæ etiam ſuccedunt.

LII. [x] Si prædium in emphyteuſim datum ſit alicui eiúſque liberis, in emphyteuſim liberi ſuccedunt, tametſi paternam hæreditatem repudient,[z] niſi emphyteuſis ei atque hæredibus, aut ei filiiſque & hæredibus,[a] atq; in eam filiæ vnà cum filiis ſuccedunt.

LIII. [b] Si quis prædium in emphyteuſim ſuo filiorúmque nomine acceperit, eam in eorum aliquem teſtamento conferre in aliorum damnum minimè poteſt. [c] Ac tametſi filium hæredem inſtituerit, cùm in dotem certas res filiæ dediſſet, ea tamen vnà cum eo in emphyteuſim ſuccedet.

LIIII. [d] Tamen cum in conuentionibus contrahentium voluntatem potiùs quàm verba ſpectari placeat, & ea lege fundum municipalem municipes locaſſent, vt ad hæredem eius qui ſuſcepit pertinerent, ius hæredum ad legatarium transferri potuiſſe, reſponſum eſt.

LV. [e] Si quis ſuo filiorúmque nomine prędium in emphyteuſim ſuſceperit, ipſe primò ea fruetur, filij eo mortuo; iis mortuis, nepotes.

LVI. [f] Si emphyteuſis Titio & Mæuio data ſit ea conditione, vt poſt eorum mortem prędium Eccleſię reddatur; non niſi omnibus mortuis conditio committitur, párſque mortui ſuperſtiti accreſcit.

g §. ſcire autem. in auth. de non alien. arg. l. ſi vt certo §. nunc videndum. vbi glo. D. commo.

h Iaſ. in l. 2. C. h. t.

* Bald. in d. §. ſi fundum. auth. qui rem. C. de ſacroſ. Eccl. d. l. Aequiſſimum

i Bald. in l. cùm eiuſdem. D. de Aedil. ed.

k Alber. Roſates in prima parte Statutor. q. 87. Io. Faber Inſt. de empt. & ven. Guido Papa conſ. 192. vbi hanc communem eſſe DD. ſententiã tradit. arg. c. 1. de contro. feud. dem. & vaſſ. in vſib. feud. arg. l. ſi is cui. D. de lega. 2. Bart. in l. ſi inſulam. D. de verb. obl. arg. l. ſi quis maior. C. de tranſ. Dyn. per l. quidam in teſtamento per vſuc. D. de fideic. lib.

l Spec. h. t. n. 25.

m Petr. Iac. Ferrarius in libel. de actione rem pro re emphyt. queſt. Capella Toloſana 279.

n l. 2. C. de fun. patr. lib. 11.

o Aufrerius ad d. queſt. d. Cap. Toloſ. Petr. Ferrarius hic. verb. alienauit. Cõtra Bart. ſententiã. in l. 1 C. de fun. patr. lib. 11.

p Spec. h. t. §. nunc aliqua. Contra Iaſonis ſententiam. in l. 2. C. h. t.

q d. queſt. Capel. Toloſ. Contra Spec. ſententiam diſti quæſt. an æſtimata data ſit, an nõ. & ex æſtimata honorarium deberi. arg. l. quoties. D. de iure dot. & l. pleriſque. § ſin autem. ibid.

r Papo 1. Notario h. t.

ſ c. 1. §. porro. t. qualiter. feud. alien. poſſ. in vſibus feudorum vbi Bald.

t Petr. Ferrarius in forma libel. quo agitur ad ſicti præſtat. arg. l. vnam veritatis. C. locati & l. ſi pactum. D. de prob.

u Ic. Cuiacius in lib. 4. feud. t. 3.

x Petrus Ferrarius in d. lib. in verb. recuſauit & recuſat. arg. l. quod dicitur. D. de verb. obl. DD. in l. 2. C. de cont. empt. Bald. ad Spec. hoc tit. arg. Auth. vnde ſi parens. C. de inoff. teſta. Glo. ſing. in l. Etiam. D. Sol. matr. §. emphyteuſim. in Auth. de non alien. vbi Bald. & in l. 2. C. de ſuis & legit. Bart. in l. Gallus §. 1. D. de lib. & poſth. arg. l. ſi non ſortem. §. ſi libertus. D. de condict. indeb. & l. iureiurando. § ſi liberi D. de oper. libert. Spec. h. t. § nunc aliqua. nu. 168. Ludouicus Romanus conſ. 35.

z §. emphyteuſis verò. Bart. in d. §. ſi liberi. Spec. h. t. nu. 78.

a Ludouicus Romanus d. conſ. arg. l. ſi quis ita. D. de lega. 2. Petrus Ferrarius d. loco arg. quòd filiæ ſuccedant vnà cum maſculis. l. maximum vitium. C. de libert. præt. Contra Archid. ſententiam in ca. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4.

b Alex. in l. ſi patroni. D. ad SC. Trebel. Bart. in d. §. ſi liberi. Paul. Caſtren. in l. ſi mihi & Titio. D. de verb. oblig. Contra Spec. ſententiam hoc tit. nu. 78. & 147. arg. l. 1. D. de libert. aſſig. iuncta l. iura. D. de iur. patr. & l. ii qui cùm plures libertos. D. de lega. 3.

c Bart. in d. §. ſi liberi. arg. l. ſi cùm dotem. § ſi patre. D. Sol. matr.

d l. in conuentionibus 219 D. de verb. ſign.

e Ludou. Romanus conſ. 35. l. cùm ita. §. in fideic. D. de lega. 2. l. Peto § fratre. § à te peto. d. tit. l. hæredes mei. § peto. D. ad SC. Trebel. Glo. Bart. & alij in l. Gallus. §. 1 D. de lib. & poſth.

f Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua. nu. 69. Ludouicus Romanus conſ. 19. arg. l. qui vos. D. de vulg. & pupil. ſubſt. & l. ſi pater impuberes. D. eo. tit. l. ſi is. §. vlt. D. de cond. & dem. & in huiuſmodi emphyteuſi ius accreſcendi implacitum eſſe renſet.

TIT. VII.

De precariis eccleſiaſticis.

I. [a] PRecaria, eſt ceſſio vſusfructus rei immobilis quæ fit clerico ad tempus, vel dum vixerit, ea lege vt Eccleſiæ miniſterium exhibeat. [b] Vel quæ fit, quòd erat proprius & frequentius ei qui Eccleſiæ rem ſuam donauit, aut liberis eius, vel in ea re ſola, vel in aliis rebus Eccleſiæ, vel tam in ea quàm aliis rebus ad tempus certum, vel in tempus vitæ donatoris, vel etiam filiorum eius.

II. [c] Aliquando id agitur, vt is coi ceditur ab Eccleſia vſusfructus, certam penſionem quotannis ſoluat: eáque conceſſio ſingulis luſtris renouetur. [d] Sed ſi poſt quinquennium precariæ non reuocentur, contractus renouari intelligitur.

III. [e] Iure Pontificio permiſſum eſt, ſi quis proprietatem ſui Eccleſiæ doner, ac eius vſumfructum retineat, poſſit ab Eccleſia vſumfructum duorum fundorum cuiuſque eiuſdem æſtimationis accipere ſuo nomine, & non filiorum. Si fundum donet nullo retento eius vſufructu, trium fundorum accipere vſumfructum poſſit ſuo nomine, non etiam filiorum.

IV. [f] Precariæ contractus eſt emphyteuſi affinis: [g] ac in eas filiæ etiam ſuccedunt, niſi aliter conuenerit.

V. [h] Precariæ quæ quandoque de Eccleſiarum poſſeſſionibus fieri ſolent, non ſunt pro voluntate concedentium reuocandæ. [i] Sed de precariis ſine ratione factis à Rectoribus Eccleſiarum, ſe ſuóſque ſucceſſores pœna graui obligantibus, vt facta eorum diſſoluere nequeant, præceptum eſt; vt nemo ſucceſſor anteceſſoris ſui pœna ſit obligatus, ſed eius prouidentiæ ſit conceſſum, vt ſi anteceſſor eius res Eccleſiæ malè diſtribuit, ab eo ad ius eiuſdem Eccleſiæ reuoceotur.

a Io. Cuiacius in lib. Feud. 5. 6.
b can. precariæ. 1. qu. 2. l. iubemus. §. ſanè ne omnis. C. de ſacroſ. Eccl. can. ſæpe. 12. qu. 2. can. clerici. 16. qu. 3.
c c. 1. de prec. can. precari 2. 10 q. 2.
d glo. in d. §. 1. arg. l. in rebus. §. vlt. D. de prec. can. longinquitate. 12 q. 2.
e c. an. precariæ 1. qu. 2.
f glo. in d. c. an.
g Cuiacius in lib. 4. fundo. 1. 3.
h c. vlt. de prec.

TIT. VIII.

De donationibus.

Hic titulus vndecim capitibus continetur, quorum primum caput eſt, Quid ſit donatio & quomodo contrahatur: Cuius prima pars eſt, Quid ſit donatio. Secunda, Quemadmodum donationes contrahantur. Tertia, Quibus modis donatio non contrahatur. Secundum caput eſt, Quæ donationes inter viuos vel mortis causâ facta cenſeantur. Tertium, De donationibus quæ ſub conditione aut modo conficiuntur. Quartum, Quæ donationes aſſinia non ſunt irrita. Quintum, Qui donare poſſint vel non: Cuius prima pars Qui donare poſſint. Secunda, Qui donare non poſſint. Sextum caput, Quibus donari poſſit, vel non. Cuius prima pars eſt, Quibus donari poſſit: Secunda, Quibus donari non poſſit: Tertia, Quæ donationes alioqui inutiles donatoris morte, vel non reuocata à patre filium emancipante eius ſilentio confirmentur. Septimum caput, Quæ res donari poſſint, aut non: Cuius prima pars, Quæ res donari poſſint. Secunda, Quæ res donari non poſſint. Octauum caput, De inſinuandis donationibus. Cuius prima pars, Quæ donationes ſint inſinuandæ. Secunda, Quæ donationes inſinuatione non indigent. Nonum caput, Quando, & quibus ex cauſis, & quatenus actio competit ei cui donatum eſt aut eius heredibus, vel non. Cuius prima pars, Quando ea actio competit. Secunda, Quando ea actio non competit. Decimum caput, Quæ donatori aut aliis actiones ex cauſa donationis competant, & aduerſus quos. Vndecimum caput, De reuocandis donationibus. Cuius prima pars, Quæ donationes reuocentur ob ſuſceptos poſt eas liberos, aut non. Cuius prima particula eſt. Quæ donationes ob eam cauſam reuocentur. Secunda particula dictæ primæ partis, Quibus in cauſis donationes propter ſuſceptos poſt eas liberos non reuocentur. Secunda pars dicti capitis vndecimi eſt, Quibus aliis ex cauſis quàm ob ſuſceptos poſt donationes liberos eæ reuocentur, aut non. Cuius partis prima particula eſt, Quibus ex cauſis eæ donationes reuocentur. Secunda particula eſt, Quibus ex cauſis aliis quàm ob ſuſceptos liberos, donationes non reuocentur.

CAP. I.

Quid ſit donatio, & quemadmodum contrahatur.

Prima pars.

Quid ſit donatio.

I. [a] DOnatio propriè appellatur cùm quis dat aliquid ea mente vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo caſu ad ſe reuerti, & propter nullá aliam cauſam quàm vt liberalitatem & munificentiam exercear. [b] Et donari intelligitur quod nullo iure cogente conceditur.

II. [c] Cum dat aliquis vt tunc demum accipientis fiat, cùm aliquid ſecutum fuerit non propriè donatio appellabitur, ſed totom hoc donatio ſub conditione eſt. Item cùm quis ea mente dat vt ſtatim qoidem fiat accipientis, ſi tamen aliquid factum fuerit, aut non fuerit, velit ad ſe reuerti; oon propriè donatio dicitur, ſed totum hoc donatio dicitur, quæ ſub conditione eſt: qualis eſt mortis cauſâ donatio.

III. [d] Cùm dicimus inter ſponſum & ſponſam donationem valere, propria appellatione vtimur, & factum demonſtramus eius qui liberalitatis gratiâ aliquid dat vt confeſtim fáciat accipientis, nec vn-

a l. 1. D. h. t.
b l. donari 82. D. de reg. iur. l. donari. D. h. t.
c d. l. 1.
d d. l. 1.

quā vllo facto ad ſe reuerti velit. Cùm verò dicimus, Si hac mente donat ſponſus ſponſæ vt nuptiis non ſecutis res auferatur; poſſe repeti non contrarium priori dicimus: ſed concedimus inter eas perſonas fieri donationem eam quæ ſub conditione ſoluatur.

IV. [e] Donatio eſt contractus, [f] iſque ſtricti iuris.

V. [*] Pollicitatio non habet duorum conuentionem, ſed ſolius offerentis promiſſionem, nec aliunde quàm à mera liberalitate oritur. [g] Sed cùm nuda ſit & ſimplex, nullam parit obligationem, ne naturalem quidem. [h] At donatio non propriè dicitur, niſi præſtatio rei conſequatur.

Secunda pars capitis primi.

Quemadmodum donationes contrahantur.

VI. [i] VEteri iure non aliter donatio conſtabat quàm traditione, [k] vel ſtipulatione firmata: [l] ſed noua Iuſtiniani Imperatoris lege perficiuntur donationes, cùm donator ſuam voluntatem ſcriptis aut ſine ſcriptis manifeſtauerit. Et ad exemplum venditionis ea cōſtitutio eas etiam habere neceſſitatē traditionis voluit: vt etiamſi non tradantur, habeant pleniſſimū & perfectum robur, & traditionis neceſſitas incumbat donatori, [m] nudóque pacto eam perfici rectè dicitur.

VII. [n] In conſcribendis donationibus quando ex ſcriptis fiunt, nomen donatoris, ius ac rem notari oportet: neque id occultè, aut priuatim; ſed aut in tabula, aut quodcunque aliud materiæ genus tempus dabit, vel ab ipſo, vel ab eo quem ſors miniſtrauerit, præſcribatur actis etiam annectendis quę apud iudicem vel magiſtratus conficienda ſunt, vbi hoc leges expoſtulant. [o] Nec vice donatoris, alio voluntate eius ſubſcribente, donatio habetur irrita.

VIII. [p] Et per nuntium, interpoſitámque perſonam contrahi donatio poteſt; [q] & donatoris voluntas eius literis & epiſtola declarari ac probari.

IX. [r] Donatio abſenti facta valet, tametſi ſine nuntio & epiſtolá, dummodò ei cui donatum eſt, ea nota facta ſit, eique aſſenſerit, [ſ] multóque magis ſi rei poſſeſſionem de voluntate donantis nactus ſit.

X. [t] Regiis Conſtitutionibus donationes abſenti factæ, Notario publico ſeu Tabellione pro eo ſtipulante non priùs ratæ habentur, quàm earum acceptio ab eo cui donatum fuerit, facta ſit præſente donatore; [u] vel certè Notario, vel alia publica perſona, & duobus teſtibus, vel duobus Notariis.

XI. [x] Donatio facta impuberi, Notario pro eo ſtipulante & accipiente, valet: & ſi rei vſumfructum donator retinuerit, tranſlata ea re in impuberem poſſeſſio cenſetur, tametſi donationi niſi poſt donatoris mortem is cui donatum fuit non aſſenſerit. [z] Quod & in dote abſenti data, ſiue à patre, ſiue ab extraneo nonnulli exiſtimant.

XII. [a] Notarium quoque ſtipulari nondum natorum nomine poſſe receptum eſt.

XIII. [b] Teſtamento etiam fieri donationem poſſe præſenti putant, [c] vel abſenti etiā impuberi, cuius nomine tabellio ſtipuletur, eámque pro donatione inter viuos facta haberi, [d] nec poſſe reuocari, [e] multóque id magis ſi donatæ rei vſumfructum donator retinuerit.

XIIII. [*] Et ſi ſine ſcripto donatum quid fuerit adhibitis aliis documentis, hoc quod geritur, comprobatur.

XV. [f] Ex illa ſcriptura [Sciant hęredes mei, me veſtē vniuerſam, ac res cæteras quaſcunque in diem mortis meæ mecum habui, illi & illi, viuum donaſſe] dominium ad eos benigna interpretatione pertinet.

XVI. [g] Donatio fieri poteſt vel purè, vel ex tempore, vel ad tempus, vel ſub modo, aut conditione.

XVII. [h] Donatio, cuius effectus poſt mortem collatus eſt, valet.

XVIII. [i] Donatio facta non aſcripto die & Conſule, inutilis tamen non eſt.

XIX. [k] In ædibus alienis habitare gratis, donatio videtur. Id enim ipſum capere videtur qui habitat, quòd mercedem pro habitatione non ſoluit. Poteſt enim & citra

[ſ] *Guido Papa conſ.23. Contra Io. Andreæ opinionem in add. ad Spec t. de inſtr. edit. d. l. nec ambigi.* [t] *Conſt. Franciſci I. Regis Gal. anni 1539. verſ 213.* [u] *Conſt. Henrici II. Reg. dies 4. Martij 1549. Sed eam conſtitutionē de donatione facta impuberi intelligendam tradit Papo lib. 11. Arreſt. h. t. Arr. 8. per l. 3. D. Rem pupilli ſal. for. l. 1. §. 1. D. de verb. obl.* [x] *Io. Papo d. lib. Arr. d. Arr. 8. Decius in l. Contractus. D. de reg. iur. & conſ. 236. Molinæus conſ. vlt. & 60. 1. Vol. Bart. in l. Stipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. D. de verb. obl. per l. non aliter. D. de adop. & l. 3. §. eligere. D. de magiſtr. conu. & l. 2. C. eo.* [z] *Decius conſ. 35. in prin.* [a] *glo. in l. 3. D. his qui ſui vel alien. iur. ſunt, in verb acquiritur. glo. in c. quanquam. in verb. vt tabellio de vſur. li. 6. Maſuer. in t. de literis notis; verſ. Item non-*

...lo. d. §. 1. in verb. voluntatē. Inſt. h. t. Contra Fr. Connani ſententiam. li. 5. com. iur. in c. 9. qui ſibi perſuadere non poſſe ſcribit donationem valere, quam nec traditio rei, nec ſtipulatio, nec actorum fides comprobant. cui adſtipulatur Io. Papo 1. Notar. [n] *l. donatio. C. h. t. Fr. autem Connanus h. t. ait Conſtantinū Imper. d. l. primum ſanxiſſe donationes in ſcripta referri debere, quòd periculoſum videretur donationem ſtipulatione ſola induci, atque id maximè inter propinquos. l. data. d. t.* [o] *l. 1. d. t.* [p] *l. etiam. D. h. t. l. 1. in fi. D. de contrah. empt. l. ſi donatio per epiſtolam. C. h. t. l. conſenſu. D. de obl. & actio. l. ſi ſponſus ſponſæ. D. de dona. inter vir & vxor.* [q] *arg. l. 1. §. vlt. D. ſi menſ. falſ. mod. dix. l. heredes palam. §. 1. ibi literis. & itē ibi vicinis ſcripturis. c. per tuas vbi gl. Abbas, Barbat. h. t. Bar. in l. ſi ventri. §. vlt. D. de priu. cred.* [r] *Lud. Roman. conſ. 295. l. nec ambigi. C. h. t. arg. l. item veniunt. §. à quo. D. de pet. her. & l. in ſponſalibus. 1. D. de ſponſ. arg. item l. nihil prohibet. C. ſi quis alteri, vel ſibi. & cl. 1. de proc. & l. Conſenſu. D. de obl. & act. & c. ſi tibi abſenti de preb. lib. 6. Et quod dicitur per nuntium aut epiſtolam donari poſſe, exempla ſunt quæ regulam non reſtringunt. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. D. de dam. inf. l. 1. §. quod vulgo. D. de vi & vi arm. l. Regula. §. & licet. D. de iur. & fact. igno. Contra Guidonis Papæ ſententiam q. 222 per d. l. nec ambigi. C. h. t. qui non valere donationem abſenti factam tradit, non interueniente nuntio aut epiſtola. Nec ſi quis [illegible] nuntius notam faciat donationē ei cui donatum fuit, ſed motu proprio, per glo. in l. conſenſu. D. de obl. & act. & in d. l. nec ambigi etiam in pia cauſa. glo. in l. illud. C. de ſacroſ. Eccl. Et hanc eſſe communem DD. opinionem ibidem idem Guido Papa ſcribit.*

...l. non aliter. & l. [illegible] *textus in l. cùm cognatos ibi, ſtipulante ſeruo publico. C. de capt. his verbis, vbi DD. D. de adopt. Guido Papa conſ. 12 & 60.* [b] *glo. in l. heredes palam. in fi. D. de teſta. l. aſſignare. D. de aſſig. lib. l. ex ſententia. D. de teſta. tut. arg. quòd confeſſio facta in teſtamento valet. Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis. D. de lega. 3. l. Rationes. C. de proba. Petrus & Cyn. in l. generaliter. C. de non num. pec. arg. etiam quòd contractus innominatus adiectus contractui nominato naturam ſuam non immutet. l. Ariſto. D. h. t. l. 3. D. de ſeru. expor. l. vlt. in fi. C. ſi mancip. ita fuer. alien. Bald. in l. cùm antiquitas. C. de teſta. & in l. ſi aua. C. de iur. delib. Lud. Rom. conſ. 171.* [c] *arg. l. 2. D. Rem pup. ſalu. fo. l. non aliter. D. de adop. §. ſed & ſi quis. Inſt. de inut. ſtipul. §. ſi verò aliquis. Inſt. de ſatiſd. qui textus de impubere loquuntur ſed & ad alios extendit Lud. Roma. conſ. 513.* [d] *Bart. in d. §. codicillis. Bald. in d. l. Rationes. C. de prob. & in l. creditoris. D. de fideiu.* [e] *Bald. in Add. ad Spec. t. de inſtrum. edit. §. porro. cl. 1. ad fi. de prob. Iaſ. in l. ius autem ciuile. D. de Iuſt. & iur. Alex. Conſ. 78. in 4. Vol.* [*] *l. in extraneos. C. h. t.*

[f] *Lex hac. D. h. t. Heredes verò illas res ex cauſa legati petituros Nicol. Valla de rebus dubiis tract. h. t.* [g] *l. 2. & toto t. C. de dona. quæ ſub modo.*

[h] *glo. in l. vlt. C. de pact. & ibi DD. & in l. Stipulatio hoc modo concepta. D. de verb. obl. l. vnica. C. vt actio ab hered. & cont. hered. l. 2. § ſi pecuniam. D. h. t. l. ſi ſtipulatio. C. de iur. dot. l. ſi maritus. §. vlt. D. de pact. dot.*

[i] *Bart. Bald. Angel. & Bologninus in ſec. interpretat. in l. cùm tabernā. per illum text. D. de pign. Felinus in c. Scripta de fid. Inſtr.* [k] *l. in ædibus D. h. t. quia in incorporalibus & iuribus patientia pro traditione eſt. Fr. Conn. lib. 5. com. cap. 9*

corporis dationem valere donatio; veluti ſi donationis cauſâ cum debitore meo paciſcar ne ante certum tempus ab eo petam.

XX. [l] Vt mihi donares, creditori meo delegâte me promiſiſti; factum valet. Ille enim ſuum recepit. [m] Et delegationes nominum in emancipatum filium à patre collatæ, perfectam donationem efficiunt.

XXI. [n] Si nominis perſecutionem quis in te donationis titulo tranſtulit, fruſtrà prætendit qui debitori tuo hæres extitit, conſenſum fuiſſe debitoris neceſſarium; cùm ſatis fuerit actiones eo nomine tibi mandatas fuiſſe.

XXII. [o] Si in ſtipulatum iudicatum nouationis cauſâ deductum ſit, & ſtipulatio donationis cauſâ accepto lata; dicédum eſt, locum liberationem habere.

XXIII. [p] Qui alienum fundum donationis cauſâ excolit, nullam retentionem propter impenſas faciet; quia domini res ab eo iniectas continuò efficit.

XXIV. [q] Hoc tacitæ donationis inducit coniecturam, ſi quod alij trado vel promitto, mutui, vel commodati, vel dotis, aut ſimili cauſa alium iubeo tibi ſtipulari: Videor enim hoc iſti donare, quod vt ſibi ſtipulatur, promitto.

XXV. [r] Si is cui donata res fuerit, eius alienationi quam poſtea donator faciat conſentiat, videtur & poſtea ipſemet eandem rem donaſſe.

XXVI. [ſ] Si tibi dederim rem vt Titio meo nomine donares, & tu tuo nomine ei dederis, quantum ad iuris ſubtilitatem, accipientis facta non eſt; & tu furti obligaris. Sed benignius eſt ſi agam contra eum qui rem accepit, exceptione doli mali me ſummoueri.

XXVII. [t] Si pater emancipati filij nomine, donationis animo pecuniam fœnerauit, eámque filius ſtipulatus, ipſo iure perfectam donationem ambigi non poteſt.

XXVIII. [u] Auia ſub nomine Labeonis nepotis ſui mutuam pecuniam dedit, vel reditus annuos comparauit, eóſque ſemper cepit, & inſtrumenta debitorum à Labeone recepit quæ in hæreditate eius inuenta ſunt; quæro, an donatio perfecta eſſe videatur. Scęuola reſpondit, cùm debitor Labeoni obligatus eſt, perfectam donationem eſſe.

XXIX. [x] Emptionum rei alicuius inſtrumentis donatis & traditis, & ipſius rei donationem & traditionem factam intelligere debemus: & ideo in rem actio ab eo cui donatum eſt, exerceri poteſt.

XXX. [z] Traditione demum rei conſummatur donatio: [a] & ante traditionem pignori non inutiliter datur.

XXXI. [b] Qui ſaxum mihi eximere de ſuo permiſit donationis cauſâ, ſtatim cùm lapis exemptus eſt, meus fit: neque prohibendo me euehere, efficit vt meus eſſe deſinat: quia quodammodo traditione meus factus eſt. Planè ſi mercenarius meus exemit, mihi exemit. Sed ſi is qui à me emerat, ſiue mercede conduxerat, vt pareret eum ſibi iure eximere, ſi antequam eximat, me pœnituerit; meus lapis durat: ſi poſtea, ipſius factū auocare non poſſum. Quaſi traditio enim facta videtur, cùm eximitur domini voluntate. Quod in ſaxo eſt, idem erit etiam ſi in arbore cæſa vel adempta acciderit.

l l. vt mihi. D. h. t.
m l. cùm de bonus. C. eo. t.
n l. 2. d. t.
o l. ſi in ſtipulatum. D. h. t.
p l. qui alienũ. ibid.
q Fr. Connanus per hæc verba contrahit quæ Bart. & Iaſon ad nauſeam vſque tradũt in l. quæ dotis D. Sol. matr.
r l. ſi verò non remunerandi. §. inde Papinia. D. Manda. quo textus exiſtimatur ſingularis.
ſ l. ſi tibi. D. h. t.
t l. ſi pater. ibi.
u l. vlt. §. vlt. ibid.
x l. 1. C. eo. t.
z Bart in l. ſi prius. C. de inr. fiſ.
a l. vlt §. Iucius. D. h. t. l. quod ſæpe. § ſi res. D. de contr. empt.
b l. qui ſaxum. D. h. t.

XXXII. [c] Species extra dotem à matre filiæ nomine viro traditas; filiæ quæ præſens fuit, & ab ea viro traditas videri. Papinianus reſpondit, nec matrem offenſam repetitionem habere, vel eas rectè vindicare, quòd vir cauiſſet extra dotem vſibus puellæ ſibi traditas: cùm ea ſignificatione non modus donationis declaretur, nec ab vſu proprietatis ſeparetur, ſed peculium à dote diſtingueretur: iudicem tamen æſtimaturum, ſi mater iure contra filiam offenſa eas reuocare velit, verecundiæ maternæ congruam, boníque viri arbitrio competentem ferre ſententiam.

XXXIII. [d] Quiſquis rem aliquam donando, vel in dotem dando, vel vendendo, vſumfructū eius retinuerit, etiamſi ſtipulatus non fuerit, eam continuò tradidiſſe creditur: nec quicquam ampliùs requiritur quo magis videatur facta traditio: ſed omnimodo idem eſt in his cauſis, Vſumfructū retinere, quod tradere. [e] Idem obſeruatur & ſi donator, ſe eius cui donet nomine poſſidere, conſtituat, aut precariò rem habere ab eo dicat. [f] Quod obſeruatur, ſiue certę rerum ſpecies, vel vniuerſales res, veluti bona vniuerſa, vel eorum duæ, tréſve partes donatæ ſint.

XXXIV. [g] Si donationis gratiâ prædij factam venditionem traditio ſequatur, actione pretij nulla competente perficitur donatio. [*] Quod ſi quis donationis cauſâ minoris vendat, venditio valet: Si vniuerſa venditio donationis cauſâ facta eſt, ea, vt dictum eſt, donatio eſt.

XXXV. [h] Ex donatione ſtatim quæritur dominiū rei quæ eſt penes eum cui donatur, vel ex cauſa pignoris, vel commodati, aliiſve cauſis conſimilibus. [i] Item ſi res præſens, & quę in conſpectu eſt, ei cui donatur, à donante vel eius iuſſu ei cui donatur, aut ei cui voluerit, ſit tradita: id quidem ita eſt, ſi donatoris res fuit; alioqui in eum cui donatur, vſucapiendi tantummodo transfertur conditio.

XXXVI. [l] Si aliquid per epiſtolā donatum tibi probetur, breuitas chartulæ, donationi, ſi hæc ritè facta probetur, nihil quicquam derogat.

XXXVII. [m] Si dotis nomine quicquam ab extranea perſona datum ſit, donatū illud mulieri omninò intelligitur, niſi reddi ſibi, qui dotem dabat, fuerit ſtipulatus. [n] Quinimo tametſi matrimonium ſecutum non ſit, valere tamen donationem exiſtimarit.

XXXVIII. [o] Pacta in donatione appoſita, cuiuſmodi eſt pactum de ſuccedendo, reijciuntur; iiſq; reiectis pura ſubſiſtit donatio.

XXXIX. [p] Donatio valet, ſi quis donauerit ſcriptura & inſinuatione facta

c l. Donationes. §. 1. d. t.
d l. quiſquis C. eo. t. l. ſi quis argẽtum §. vlt. ibid. Nam qui vſumfructum retinet, videtur rem tradidiſſe ei cui donauerit, aut emptori, & eam traditã ab eodem breui manu recepiſſe. Fr. Conna. li. 5. cap. 9.
e l. municipali Normanæ 445. Iure vetere vſusfructus retentio, pro traditione non videtur habita, nec ſi quis conſtituiſſet nomine eius cui donabat, ſeſe poſſidere, aut precariò haberet, ſi res præſens non eſſet. l. Seia. D. de mort. cauſ. donat. l. Prædia. D de acq. poſſ. l. quod meo. iuncta l. quæ bona §. 1. D. d. t.
f d. l. ſi quis argentum §. ſed & ſi quis vniuerſitatis Nico. Valla. de rebus dubiis. h. t.
g l. Empti. C. de contr. empt.
* l. ſi donationis D. d. t.
h Nicol. Valla de rebus dubiis. h. t.
i l. 3. §. illud. & l. 1. §. ſi iuſſerim D de acq. poſſ. l. Donationes. § 1. D. h. t.
k l l. ſi aliquid. C h. t.
m DD. in l. 1. §. accedit. C de rei vxo act. & in l. ſi extraneus. vbi quoque Alex. & in l. ſi donaturus. C de condict. ob cauſ.
n Alex. d. loco.
o l. donatio. C. h. t. l. cum donationis. C. de tranſ. Veſemb. h. t.
p l. 15. quæ eſt Conſtitutio Græca. C. de Epiſc. & cler.

ædem orando Deo, aut hoſpitibus, aut ægrotis, vel pauperibus recipiendis, curandis, alendis. Et ſi eam ædificaturum ſe vltrò receperit, etiamſi opus nondum inchoauerit, ex huiuſmodi pollicitatione pietatis ratione obligatio naſcitur: & actio datur Epiſcopis vel Oeconomo.

Pars tertia capitis primi.

Quibus modis donatio non contrahatur.

XL. [q] Nuda ratio non facit aliquem debitorem: vt pota, quod donare alicui volumus, licèt referamus in rationes, debere nos; tamen nulla donatio intelligitur.

XLI. [r] Non poteſt liberalitas nolenti acquiri; [ſ] & ſine acceptione donatio intelligi non poteſt.

XLII. [t] Abſenti, ſiue mittas qui ferat, ſiue quod ipſe habeat ſibi habere eum iubeas, donari rectè poteſt. Sed ſi neſcit rem quæ apud ſe eſt ſibi eſſe donatam, vel miſſam non acceperit, donatę rei dominus non fit, etiamſi per ſeruum eius cui donabatur, miſſa fuerit: niſi ea mente ſeruo eius data fuerit vt ſtatim eius fiat.

XLIII. [u] Si quis pecuniam donandi animo ſumere te à procuratore ſuo pręcepit, rebúſque humanis ante perceptionem fuerit exemptus, quod dari mandatum eſt, necdum tibi traditum, petere à procuratore non potes.

XLIV. [x] Si quis donaturus mihi pecuniam, dederit alicui vt ad me perferret, & antè mortuus erit quàm ad me perferret, non fieri pecuniam dominij mei conſtat.

XLV. [z] Perfecta omnino non vidtur eſſe donatio antequã res donata tradita ſit: [a] eámque donator ante traditionem pignori obligare vtiliter potuit.

XLVI. [b] Donari oon poteſt, niſi quod eius fit; cui donatur.

XLVII. [c] Non donat qui neceſſariis oneribos ſuccurrit.

XLVIII. [d] Donatio non eſt, niſi quæ fit verbis in præſens tempus conceptis, vel paribus, & quæ tantundem ſint. [e] Alioqui non donatio, ſed eius futurę pactum intelligitur.

XLIX. [f] Si pecuniam, quam me tibi debere exiſtimabam, iuſſu tuo ſpoponderim ei cui donare volebas, exceptione doli mali me tueri potero, & prætерea incerti condictione ſtipulatorem compellam vt mihi acceptam faciat ſtipulationem.

L. [g] Nec ignorans, nec inuitus quiſquã donat. Vnde ſi de hoc fundo non cogitaſti, cuius velut donationi te conſenſiſſe continetur inſtrumento, maiores veritate rei quàm ſcriptura vires obtinente, intelligere potes de quo non cogitaſti, nec ſpecialiter ſubſcripſiſti, nihil te perdidiſſe.

LI. [h] Donari ita non poteſt, vt quis rem non alienet, ac ipſe in eius poſſeſſione maneat; atque ſuo arbitrio de ea ſtatuendi reſeruet ſibi facultatem.

q l. nuda. D. h. t.
r l. hoc iure §. non poteſt. d. tit.
ſ Cicero in Topicis.
t l. abſenti. D h. t.
u l. ſiquidem. C. de oblig. & act.
x l. 2. § 2.
z Bart. in l. ſi prius. C. de iur. fiſ.
a l pen §. Lucius. D. h. t.
b l. in ædibus. §. vltim. ibid l. donari. 163. D. de reg. iur.
c l. ſi quis pro vxore D. de donat. inter vir. & vxo.
d Glo. Ang. & Faber in §. alia. Inſtit. h. t. Saly in l. ſi quis argentum. §. vlt C. eo t.
e arg l. in bona fides. D. de eo quod certo loco. l. Titius. D. de pign. act. Salyc. in l. 2. nu. 4. & 5. C. de condict. ob cauſ. Faber in d. §. alia per l. ſi ſterilis. §. vlt. D. de act. empt. l. qui pecuniam. D. de reb. cred. Hoſtienſ. h. t. Veſembec. ſimiliter.
f l. 2. §. 1. D. h. tit.
g l. nec ignorantis. C. eo t.
h lege munic. Normanæ. ver. 444. & 445. Idemque in omni ferè Gallia ius receptũ eſt contra mens ciuilis Romani rationem, vt cẽſet Io. Papo. 1. Notario. h. t. per l. donatio. 25. C. h. t.

LII. [i] Donari tamen hac lege poteſt, vt vſumfructum rei donatæ retineat, quoad ſcilicet vixerit, vel ad aliud præſtitutũ ab eo tempus, ac etiam conſtituere ipſe poteſt, ſe eius nomine cui donet, poſſidere, vel precariam ab ea habere poſſeſſionem.

LIII. [k] Donatio omnium boοorum ad bona poſtea quæſita non pertinet: nec quantum ad futura clauſulæ conſtituti, precarij, aut vſusfructus tranſlatiooem poſſeſſionis inducunt.

LIV. [l] Extra cauſam donationum ſunt talium officiorum mercedes: vt puta, ſi tibi adfuero, ſi ſatis pro te dedero, ſi qualibet in re opera vel gratia mea vſus fueris.

LV. [m] Hæ ſtipulationes quæ ob cauſam fiunt, non habent donationem: veluti ſi tibi centum ſpopondero hac conditione, ſi iuraſſes te nomen meum laturum; non eſt donatio: quia ob rem facta eſt, & res ſecuta eſt.

LVI. [n] Donatio non præſumitur vbi alia rei geſtę cauſa, quamuis iniuſta vel futilis, apparere & haberi poteſt.

CAPVT II.

Quæ donationes inter viuos, vel mortis cauſa factæ cenſeantur.

LVII. [o] Donatio inter viuos, eſt illa quam quis facit animo planè liberali, nulla ductos mortis cogitatione, vel eius intuitu: [p] & eo propoſito, vt ſtatim vel in euentum certæ conditionis, vel certo tempore res donata eius fiat cui donatur ſine ſpe redhibendi, [q] habétque ea nouo iure traditionis neceſſitatem. [r] Et mortis cauſâ donatio eſt, cùm qui donat, ſe cogitat: atque amore vitæ recepiſſe potiùs quàm dediſſe mauult: & ſe potiùs habere vult quàm eum cui donat.

LVIII. [ſ] Vbi ita donatur mortis cauſâ, vt nullo caſu reuocetur, cauſa donandi magis eſt, quàm mortis cauſa donatio: ideóque inter viros & vxores non valet: nec falcidia locum habet quaſi in mortis cauſa donatione.

LIX. [t] Iure ciuili Romano is qui in extremis vitæ conſtitutus abſolutè & ſine vlla cõditione redhibendi donat, non tam mortis cauſâ, quàm moriens donare videtur.

LX. [u] Si quis mortis cauſâ donare vult, exprimere cootractu debet ſe mortis cauſâ donare: [x] alioqui donatio inter viuos facta, potiùs quàm cauſa mortis præſumetur.

LXI. [z] Donatio caoſâ mortis facta exiſtimatur, ſi de morte in ea fiat mentio: [*] eáque reuocari à donante poteſt.

i d. lege munic. Norm. verſ. 445.
k Nicol Valla de reb. dubys. h. t.
l l. hoc iure. §. 1. D. h. t.
m d. l. §. vlt.
n l. cùm de indebito in fi. D. de prob. Bald. in l. 2. C. de iur. dot. & in l. generaliter. C. de non num. pec. Iaſ. & DD. in l. 3. D. de pact. glo. in l. ſolet. D. de off. Procunſ. & lega. l. Campanus. D. de oper. libert. Decius Conſ. 177. in princ.
o Petr. Ferrarius. in libel. de donat. l. Donari, & l. 1. & ſeqq. D. h. t. & C. toto eo. t.
p §. alia. Inſt. h. t.
q l. ſi quis argentum. § ſed & ſi quis. verſic. ſin autem. C. eo. t.
r l. Senatus. §. 1. D. de mor. cauſ. don.
ſ l. Vbi ita donatur. D. de mor. cauſ. don. arg. quòd illa verba quibus donator expreſſit ſe mortis cauſâ donare, cauſam indicẽt quæ induxerit donãtẽ magis quàm ipſummet contractum, arg. l. liberorum. §. quod tamẽ Caſſius. D. de lega. 3. & in l. inſulam D. de praſc. verb.
* l. Seia. in fi. D. de mort. cauſ dona.

t Gla. in l. vlt. C. de mort. cauſ. dona. §. 1. Inſtit. h. t. l. Senatus. § mortis cauſa. D. eo. t. Petr. Ferra. h. t. d. l. Seia.

u l. pen. D. de mort. cauſ. don. l. Seia. D. de dot. prel. d. l. Seia. D. de mort. cauſ don. x Nicol. Boerius Deciſ. Burdegal. 172. ad. ll. Seia. l. apud Celſum. §. 1. D. de dol. ma. exc. Bart. in l. quæ dotis. D. ſol. matr. & idem Bald. & Salyc. in l. 2. C. de iure dot. & in l. Donationibus. C. ad leg. Falc. Lude Romanus Conſ. 229. & Alex. c. 14. vol. 2.

z Supraſcriptus locis. & l. non videtur. D. de mort. cauſ. don. glo. in d. l. Senatus. §. 1.

LXII. [a] Refert tamen an in verbis quæ donationem conficiunt, mortis mentio facta ſit, an io iis quæ ad eius tantùm executionem pertinent. Nam ſuperiore modo facta donatio reuocabitur, ſi donator conualeſcat: [b] poſteriore modo confecta, nempe vbi purè donatum fuerit: adiectum tamen in donationem ſit, vt cui donatum ſit, poſt donatoris mortem re frui incipiat, donatio inter viuos cenſebitur.

LXIII. [c] Iure ciuili Romano, in mortis cauſa donationibus quinque teſtium præſentia requiritur: [d] ſed noſtris moribus non niſi duo teſtes exiguntur.

LXIV. [e] Si donator hanc legem donationi adſcripſerit, vt donata res poſt mortem eius cui donauit ad ſe rediret: contingat autem donantem priùs decedere, nulla ex hac aſcripta donationi conditione actio hæredi naſcitur.

LXV. [f] Si fundus Titio ea lege donatus ſit, vt poſt mortem ſuam illud Mæuio teſtitueret, & Mçuius prior deceſſerit, Mçuij hæredi aduerſus Titij hçredem actio nulla competit, quia conditio viuo Mçuio noo extitit. [g] Et hçc eſt mortis causá donatio, cui tempus mortis incertum eſt.

LXVI [h] Lege municipali Normaniç, donationes ab çgrotis factç, ſi ex eo morbo deceſſerint, pro mortis causâ factis habentur, tametſi ſecundùm donationum inter viuos modum formámque conceptæ ſint, niſi ante dies quadraginta quàm è viuis donator excedar, donatæ res fuerint, instrumẽto ea de re à tabellionibus confecto, eodémque intra illud tempus in acta publica relato.

LXVII. [i] Ferè Gallicis moribus donatio à moribundo facta, vel ſe breui moriturum credente, in fraudem municipalium legom facta præſumitur. Itémque cùm in ea mortis quodammodo mentio fit: velut quaodo donans rei donatç collationem fieri prohibet, vel de funere prçcipit: [k] eáque mortis cauſa facta exiſtimatur, [l] nec donantis aſſertioni, qui id ſe inter vioos non mortis cauſa facere dicit, creditur.

LXVIII. [m] Donationes quæ fiunt in contractu matrimonij à parentibus vel aliis in fauorem coniugum & liberorum ex eo matrimonio, videntur in perſona coniugum eſſe inter viuos, & ob cauſam factç, in perſona liberorum causâ mortis, quia id quod donatum eſt, reſtitui debet poſt mortẽ coniugum: & ſic duplex videtur eſſe donatio: vna quæ à parentibus fit coniugibus: altera quæ ab ipſis coniugibus fit liberis ex eo matrimonio: & hçc donatio eſt cauſâ mortis.

a *Io. Imber. Enchir. iur. Gall DD. in l. 1. l. qui pretio & l. ſi alienam. D. de mort. cau. don.*
b *Bal in add. ad Spec. tit. de inſtru. edit in vlt col. verſ. ſi quis donat. l. ſi. in l. quæ dotis. nu. 4. D. ſol. matr. per l. quidam teſtamento. D. de lega. 1. Alex. conſ. 14. vol. 1.*
c *l. vlt. Cod de mort. cauſ. don.*
d *Boerius in conſ Biturg. t. de teſt. in.*
e *Nicol. Valla de reb. dubijs tract. 4. argu. quod reſpectu donatoris hæc donatio videatur inter viuos, licet reſoluatur poſt mortem eius qui accepit ex pacto conuento. l. ex contractibus. D. de obl & act. l ſi pactum. D. de prob.*
f *l. 1. C. h. t.*
g *l mortis cauſa capimus D. de mort. cauſ. don.*
h *verſ. 447.*
i *Alber. Roſates in l. omnes. §. Lucius. D de his quæ in fraud. cred. Aymo. Bucrius in c. 2. de conſt. t. c. 1. & c. de his. de ſepult. Nic. Valla de reb dub. d. tra. 4. arg. l. filiæ meæ emãcipata. D. ſol. ma. l. ſi filiusfa. D. h. t.*
k *And Sicul. in c. 2. de conſt. Bald. in l. 2. C. de iur. dot.*
l *Nic. Vallad. tract arg. l. qui teſtamentũ D. de prob.*
m *Idem Valla d tract.*

CAP. III.

De donationibus quæ ſub conditione, aut modo conficiuntur.

LXIX. [n] PErfecta donatio conditiones poſtea non capit.

LXX. [o] Donatio ſiue directa ſit, ſiue mortis cauſa inſtituta, ſiue conditione faciendi aut
A non faciendi ſuſpenſa, ſiue ex aliquo notato tempore promiſſa, ſiue animo dantium, accipiẽtiúmque ſententiis, quantom ius ſinit, cognominata, ſub hac fieri debet obſeruatione, vt quas leges indulgent actiones, cõditiones pactionéſque contineat: híſque penitus cognitis vel recipiaotur, ſi complacitæ ſint, vel reiiciantur, ſi ſint moleſtæ.

n *l perfecta C. de don quæ ſub mod vel cond. vel cert. temp. confic.*
o *l. donationibus.*

LXXI. * Donatio facta ſub conditione e-
B mancipationis habet effectum, quocunque modo is cui donatur ſui iuris ſit factus. Itaq; ſi quid mater filiæ ſuæ in poteſtate patris cõſtitutæ ſub hac cõditione, [Si fuerit intra biẽnium emancipata] donauerit; licèt hoc, matris voluntate ſui iuris effecta, non tenuit, tamen priùs patre defuncto, ſui iuris quocunque modo effecta ad ſimilitudioem legati ita relicti, rem donatam firmiter habere vel vindicare poteſt.

C LXXII. * Titio x. donaui ea conditione, vt inde ſibi Bucephalum equũ emeret. Quæſitum eſt, cùm Bucephalus antequam emeretur mortuus ſit, an aliqua actione x. recipiã. Reſponſum eſt, facti magis quàm iuris quæſtio eſt. Nam ſi x. Titio in hoc dedi vt Bucephalum emeret, aliter non daturus, mortuo Bucephalo condictione reperam. Si verò alias quoque donaturus Titio x. quia interim Bucephalum emere propoſuerat, dixerim in
D hoc me dare, vt Bucephalum emeret, cauſa magis donationis quàm conditio dandæ pecuniæ exiſtimari debebit, & mortuo equo pecunia apud Titium remanebit.

LXXIII. * Et generaliter hoc in donationibus definiendum eſt, multùm intereſſe cauſâ donandi fuerit, an conditio. Si cauſa fuit, ceſſare repetitionem: ſi conditio, repetitioni locum fore.

E LXXIV. [p] Donationes ſiue inter viuos, ſiue cauſâ mortis factæ dotis nomine, quando res tradita eſt, non reuocantur, tametſi ſecutæ nuptiæ non fuerint.

LXXV. [q] Attamen ſi quid Titio datum ſit, ſi Mæuiam vxorem ducat, vel quid aliud faciat quod ad ſe pertinere donator exiſtimet, ſi id non fiat, repeti res poteſt; non ſi Mæuiæ res aliqua detur quo meliùs nubat; vel Lucio Titio vt literis incũbat, quidve aliud faciat, ex quo nulla vtilitas donatori quæratur, niſi
F hoc adiectum in donationem fuerit, Aliâs donaturum rem non fuiſſe donatorem. [r] Et ſi de ea re dubitetur, magis eſt vt donatio purè quàm ſub conditione facta videatur.

LXXVI. [s] Quod ad conuentiones donationi inſertas attinet, inſpiciendum cuiuſmodi ſint. Nam ſi hæredes quoque reſpicerent, niſi implorentur, poſſent hi agere vt perficerentur, aut reſcinderetur donatio, puta, ſi dedi vt nomen meum gereres. At ſi conuentio-
G nes donantis perſonæ hæreant, veluti vt alatur, vt hoſpitio recipiatur, aut quid huiuſmodi; nihil ãd hæredes eius pertinẽt, quia ipſe id remiſiſſe videtur, ſi non exegerit.

LXXVII. [t] Legem quam rebus tuis donando dixiſti, ſiue ſtipulatione tibi proſpexiſti, ſiue non, incerti iudicio, id eſt præſcriptis

* *l. ſi quid. ibid.*
* *l. 2. §. vlt D h. t.*
* *l. 3. ibid.*
p *Nic. Valla tract. 14. de rebus dubijs. arg. quod cauſa nõ cohæret, hoc eſt cauſa adiecta donationi præſumitur impulſiua non finalis. l. Donationes. §. 1. D. h. t. arg. item l in teſtamento. D. de cond. & demonſt.*
q *Io. Papo l. Notario. l. Titio centum §. 1. D. de con. & dem. gl. in l. & generaliter. D. h. t.*
r *l. quoties. 13. D. de reb. dub.*
s *Fran. Cõnanus lib. 5. Com. iur. ciu. cap. 10.*
t *l. Legem. C h. t.*

verbis

verbis apud iudicem debes agere, vt hanc impleri prouideat.

LXXVIII. [u] Cùm res filio tuo emancipato, ea conditione vt creditoribus tuis ſolueret, donaſſe proponas: ſi ſtipulatione, vel in continenti habito pacto huic rei proſpexiſti, creditoribus quidem non contra eam ex placito veſtro, ſed aduerſus te competit actio. Eum autem cui certa lege prædia donaſti, incerti ciuili actione ad placitorum obſequium vrgeri ſecundùm legem donationibus dictam conuenit.

u l. cùm res. ibidem.

LXXIX. [x] Si quis cuicunque ea lege quicquam donauerit, vt certa alimenta ſibi præberet, ſi legi non obtemperetur, non ſolùm donatori condictionem, id eſt in perſonam actionem dari ſtatutum eſt, ſed etiam vtilem rei vendicationem.

x l. 1. C. de dona. quæ ſub mo. vel cond. vel cert. temp. conſt.

LXXX. [z] Quoties donatio ita conficitur, vt poſt tempus id quod donatum eſt alij reſtituatur, benigna iuris interpretatione admiſſum eſt, vt ei qui ſtipulatus non ſit, vtilis actio iuxta donatoris voluntatem competat.

z l. 3. ibid.

LXXXI. [a] Si rerum tuarum proprietatem dono dediſti, ita vt poſt mortem eius qui accepit ad te rediret, donatio valet: cùm etiam ad tempus certum vel incertum ea fieri poſſit lege quæ ei impoſita eſt conſeruanda.

a l. 2. ibid.

LXXXII. [b] Si pecuniam mihi Titius dederit abſque vlla ſtipulatione, ea tamen conditione vt tunc demùm mea fieret, cùm Seius Conſul factus eſſet: ſiue viuente eo, ſiue mortuo Seius Conſulatum adeptus eſſet, mea fiet.

b l. 2. §. 1. D. h. t.

LXXXIII. [c] Ea lege donationis cauſâ pecunia Titio numerata, vt ſtatim donatori mutuò detur, non impeditur dominij tranſlatio: ac poſtea iiſdem nummis donatori creditis nouum dominium in iis quæritur.

c l. qui id quod. §. 1. ibid.

LXXXIV. [d] Non eſt exiſtimandum, pendente conditione, & modo, & cauſa poſſe interim donantem abire ante mortem eius cui donatum eſt à donatione: quia contractu inito obligatio perfecta eſt; quamuis pendeat executio.

d Petr. Gregorius Syntag. lib. 1. cap. 7. nu. 12. l. ſicut. C. de oblig. & act. l. 11 qui ſub conditione. D. eod. t. Lex conditionali. D. de verb. obl. l. non omne. D. de reg. iur. l. ſi filiusfa. D. d. t. de verb. obl. l. potior. D. qui potio in pig. hab.

CAP. IIII.

Quæ donationi affinia non ſunt irrita.

LXXXV. [e] DE illo dubitari poteſt, qui quod per Falcidiam retinere poterat, voluntatem teſtatoris ſecutus, ſpopondit ſe daturum. Sed magis eſt vt non poſſit ſuæ confeſſioni obuiare. Quemadmodum enim ſi ſoluiſſet, fidem teſtatori ſuo adimpleſſe videbatur, & nulla ei repetitio conceſſa fuerat, ita & ſtipulatione procedente contra fidem teſtatoris quam agnouit, venienti ei meritò occurretur.

e l. ſi patronus. §. 1. D. h. t.

LXXXVI. [f] Quidam in iure interrogatus, nihil ſibi debere tutoris hæredes reſpondit. Eum actionem iure amiſiſſe reſponſum eſt: licèt enim non tranſactionem, ſed donationem hæc verba eſſe quis accipiat, attamẽ eum qui in iure confeſſus eſt, ſuam confeſſionem infirmare non poſſe.

f l. donari. §. 1. ibid.

LXXXVII. [g] Si donatio per epiſtolam facta non apparet, verba tamen teſtamenti quibus liberalitas teſtatricis confirmata eſt, fideicommiſſum continere non ambigitur.

g l. ſi don. tio C. eod.

LXXXVIII. [h] Donatio in teſtamento abſenti facta, nemine eius nomine ſtipulante, quaſi fideicommiſſum valet: [i] eáque reuocari à donante poteſt.

LXXXIX. [k] Donationis prædiorum epiſtolam verbis fideicommiſſi non ſubnixam in æde ſacra quis depoſuit; & ad æditum literas ſcripſit. Inſtrumenta voluntatis meæ filio meo tradi volo: hoc fideicommiſſum ſubſiſtit. Non enim quæri oportet, cum quo de ſupremis iudiciis quis loquatur: ſed in quem voluntatis intentio dirigatur.

h Bart. in l. cùm pater §. donationis l. miles ad ſenatum in prin. & ibi idem Bart. D. de leg. 2. Ludo Romanus, Conſ. 513. l. ex ſententia. D. de teſtam. tut.

i Bart. in d. l. ſi donatio & in d. l. miles ad ſen. in prin. & in l. 1. D. de mort. cauſ. don. l. & in epiſtola. C. de fideic. l. vlt. ad fin. C. de don. cau. mor.

k l. cùm pater. § donationis. D. de leg. 2.

CAP. V.

Qui donare poſſint, vel non.

Prima pars.

Qui donare poſſint.

XC. [l] POſſunt omnes donare, qui & alio modo contrahere.

l Vueſembecius. h. t.

XCI. [m] Senectus ad donationem faciendam ſola non eſt impedimento.

m l. Senectus. C. h. t.

XCII. [n] Quod filiusfamiliâs patris iuſſu aut voluntate donauit, perinde eſt, ac ſi pater ipſe donauerit, aut ſi mea volũtate rem meam nomine tuo Titio dares.

n l. in adibus. §. quod filiusfamiliâs, D. h. t.

XCIII. [o] Qui habent caſtrenſe peculium, vel quaſi caſtrenſe, in ea conditione ſunt vt donare poſſint.

o l. filiusfa. §. vlt. ibid.

XCIV. [p] Eum qui mutus & ſurdus eſt naturâ, tametſi nec fari poſſit, nec ſcribere, donare tamen res mobiles, quæ de manu in manum, vt dicunt, poſſe videtur. Nam ſi X. aureos alicui dederit cum aliqua ſignificatione ſuę voluntatis, quòd eos à ſe ad illum trãſferre cupiat, aut etiam volentem reddere nõ admittat, nec velit eos repetere, nihil cauſæ videtur eſſe, cur nõ hæc donatio iuſta & perfecta haberi debeat. Idem in harum rerum emptione & permutatione quæ mutua præſtatione conſumuntur, dici poteſt.

p Fran. Connan. lib. 5. Comm. iur. ciu. cap. 11.

XCV. [q] Vbi autem huiuſmodi vitij non naturalis, ſiue maſculo, ſiue fœminæ accidit, ſed morbus poſtea ſuperueniens, & vocem abſtulit, & aures concluſit; ſi ponamus huiuſmodi perſonam literas ſcientem, donare eum, eámve quaſcũque res legibus permiſſas poſſe, non ambigitur; ſuam ſcriptis voluntatem declarantem.

q l. qui id quod. §. mutus. D. h. t. l. Diſcretis. C. qui teſta. fac. poſſ.

XCVI. [r] Si morbus ſuperueniens auditum tantummodò abſtulit, donare etiam poſſe, nõ dubitatur. Si autem aures quidem apertæ ſunt, & vocem recipientes; lingua autem penitus præpedita, donare quoque hunc ſcriptis poſſe, manifeſtum eſt.

r d. l.

XCVII. [ſ] Lege municipali Normana qui vigeſimum ætatis annum complerunt, donare, vt & cæteros omnes inire contractus poſſunt.

ſ verſ 431.

XCVIII. [t] Iure ciuili nouo Romanorum, [u] quo nec bona, [x] nec libertas damnatis adimuntur, [z] rei criminis donare poſſe videntor, niſi quatenus id [a] fiſco, [b] aut creditoribus fraudi eſſe poſſit, [c] exceptis iis qui perduellionis crimen contraxerunt. [d] Donationes verò à cæterorum criminum reis factas, ſi condemnatio ſecuta non foerit, [e] aut ſecuta quidem, [f] ſed à qua intra x. dies appellatum ſit, nec ea ſummo iudicio confirmata, non eſſe irritas probabilius eſt.

Pars ſecunda capitis quinti.

Qui donare non poſſint.

XCIX. [g] Mente captus donare non poteſt, [h] nec is cui bonis interdictum eſt.

C. [i] Filiusfamiliâs donare non poteſt, neque ſi liberam peculij adminiſtrationem habeat. Non enim ad hoc ei conceditur libera peculij adminiſtratio vt perdat. Quid ergo ſi iuſta ratione motus donet, nunquid poteſt dici locum eſſe donationi? quod magis probabitur.

CI. [k] Item videamus ſi quis filiofamiliâs liberam peculij adminiſtrationem conceſſerit, vt nominatim adiiceret [Sic ſe concedere vt donare quoque poſſit] an locum habeat donatio? Et non dubitandum donare quoque enim poſſe.

CII. [l] Nonnunquam etiam ex perſona poterit hoc colligi. Pone enim filium eſſe ſenatoriæ, vel cuius alterius dignitatis: quare non dicas videri patrem, niſi ei ſpecialiter donandi facultatem ademit, hoc qooque conceſſiſſe dum liberam dat peculij adminiſtrationem?

CIII. [m] Contra iuris ciuilis regulas pacta conuenta rata non habentur: veluti ſi pupillus ſine tutoris authoritate pactus ſit ne à debitore ſuo peteret, aut ne intra certum tempus veluti quinquennium peteret. Nam nec ſolui ei ſine tutoris authoritate poteſt.

CIV. [n] Tutores curatoréſque quaruncunqoe perſonarum, [o] vel etiam reipublicæ, donare aut pecunias remittere non poſſunt: & donationes remiſſionéſque ab iis factæ reuocantur.

CV. [p] Solemnia tamen munera parentibus cognatiſq; prædiuitum pupillorum mittere tutores poſſunt: ſed non dare dotem ſorori pupilli, alio patre natæ, etiamſi aliter ea nubere non potuit. Nam etſi honeſtè, ex liberalitate tamen fit.

CVI. [q] Gallorum moribus, vxor ſine marito in cuius poteſtate eſt, nihil donare nec alienare poteſt.

t Salyc. & DD. in auth. ſed hodie. Cod. de dona. inter vir. & vxo. Veſembec. hoc tit. argum quod ius contrahendi, quod à iure gentium manat l. 5. D. de iuſt. & iur. l. iure gentium. D. de pact. non eſt eis ademptum.
u Auth. bona damnatorum. Cod. de bon. damn.
x §. deportatio in auth. de nupt.
z l. aufertur §. in reatu. D. de iur. fiſc. l. reo crimin. & ſeq D de ſolut. Sic corrigentur l. poſt contractum. D. hoc tit. l. qui pœna. D. de manumiſſio. & l. ſi aliquis. D. de mort. cauſ. donat.
a l. ſi in fraudem. D. de iur. fiſc l. ſed ſi maritus. §. vltim D qui & à quib manum. §. in fraudem. Inſtit. de action.
b l. quod autem. 6. §. ſimili modo. D. quæ in fraud. cred.
c l. donationes §. vltim. D. hoc tit. l quæſitum. D. qui & à quib. manu.
d d. l. poſt contractum.
e Petrus Gregorius hoc tit. l. 1. §. vltim. D. ad SC. Turpil.
f Gloſſ in l. ex Iudiciorum. in verb. ſententia. D. de accuſ. ſa. cap. non ſi ſolùm. & ibi Philippus Francus de appell l. ſi quis filio. §. ſi autem omnes. D. de inoff. teſtam.
g l. Modeſtinus. §. vltim. D. hoc tit.
h l is cui bonis. 6. D. de verb. obligat l. 1. Cod. de cur. furio.
i l. filiusfa
k d. l.
l d. l.
m l. contra iuris. D. de pact.
n d. l. §. 1. l. tutor. D. de adm & peri tut.
o l. Imperatores. D. d. tit. de pact. l 4. D de decr. ab ord fac.
p l. etiam plures. §. cum tutor. D. d. tit. de adm. & peric tuto.
q Tiraquellus de legibus connubialibus in ſi. in verb. contract. num. 58.

A CVII. [a b c] Donare res immobiles qui naturâ & muti & ſurdi ſunt, non poſſunt.

CVIII. [d] Ratæ donationes eſſe non poſſunt poſt crimen perduellionis contractum: cùm hæredem quoque teneat, etſi nondum poſtulatus de vita deceſſerit.

CIX. [e] Donationes à minoribus nec cum decreto celebrati poſsũt, & ſi minor vel poſt veniam ætatis rem immobilem donationis titulo in alium excepta propter nuptias donatione tranſcripſerit, nõ aliter hoc firmitatem habebit, niſi intra viginti annos impletos, inter præſentes quidem decennium, inter abſentes vicennium donatore acquieſcente effluxerit, vt tamen in hæredis perſona illud tãtummodo tempus accedat, quod poſt eiuſdem hæredis minorem ætatem ſilentio tranſactum ſit.

CAP. VI.

Quibus donari poſſit, vel non.

Prima pars.

Quibus donari poſſit.

CX. [f] Si quis in emancipatum minorẽ priùs quàm fari poſſit, ant habere rei quæ ſibi donatur affectum, fundum crediderit conferendum, omne ius compleat inſtrumentis ante præmiſſis. Quod ius per Notarium, tabellionémve tranſigi obtinuit, vt per eum infanti quæratur.

CXI. [g] Filiis nundum natis donari & legari poſſe placuit; eoſdemque etiam hæredes inſtitui.

CXII. *Notarios etiam pro abſentibus, & nondum natis ſtipulari donationes poſſe receptum eſt. [h] Sed hę priùs ratæ nõ erunt quàm ij quibus donatum erit ratas res habuerint, duobus Notariis, vel vno, & duobus teſtibus præſentibus.

CXIII. [i] In extraneos & ſæpè ignotos donatio collata valet.

CXIV. [k] Donationẽ à patre filiæfamiliâs vel filiofamiliâs dotis vel donationis propter nuptias poſſe fieri receptum eſt.

CXV. [l] Donatio à patre filiofamiliâs in bellum eunti eius rei cauſâ facta, non habetur irrita.

CXVI. [m] Pater filiofamiliâs remittere vſumfructum, quem in aduentitiis eius rebus habet, poteſt: & alimentorum cauſa donationem in eundem conferre.

CXVII. [n] Lege municipali Normanorum, qui vnicum ſibi futurum hæredem habet, poſſeſſiones ſuas omnes, bonáque immobilia donare ei non prohibetur. [o] Quòd ſi plures futuros ſibi hæredes habet, his omnibus donare poſſeſſiones totas pro æquis portionibus poteſt.

a b c Franc Connan. lib. 5. Comm. iur. ciu. c. 11. l. Diſcretis. C. qui teſta. fac. poſſ.
d l. Donationes. §. vlt. D. h. t. l. quæſitũ. D. qui & à quib. manu.
e l. vlt. C. ſi maior. fa. aliẽ. fa. rat. hab.
f l. ſi quis. C. h. t.
g Nicol. Boerius Deciſ. Burdegal. 72. l. Gallus. §. ille caſus, & ibi Bart. & in l. Placet. D. de lib. & poſth. idem Bart. Alber. Roſates & Angel. in l. quod dicitur. D. de verb. oblig. & in l. ſi quis operas D. de oper. publ. & in l. ſeruos ad cuſtodiam. D. de alim. & cib. lega. Guido Papa queſt. 267. 457. & 505. cum ſeq. & in ſing. 23. verſ. Pactum factũ eſt, in contractu matrim. & text. in §. poſthumo. Inſt. de lega. Vbi Io. Faber, Ioa. Plateau, & Ang. idẽ Faber. in §. ei qui. Inſtit. de inut ſtipul. Egid. Bellamera conſ. 17.
* Glo. in l. 1. D. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt. gloſ. in c. quanquã. in verb. vt tabellio. de vſur. lib. 5. Maſuerius in 1. de litter notar. verſ item notarius. text. in l. cùm cognatos, ibi ſtipulante ſeruo publico. C. de capt. l. non aliter, & l. his verbis, vbi DD. D. de adopt. Guido Papa conſ. 12. & 60.
i l. in extraneos C. h. t.
k DD. in l. Pompo. Philadelphus. D. fam. erciſc. Bald. in l. pactum. C. de colla. Guido Papa. quæſt. 145 Socinus in Fallentijs. in tit. D. in verb. Donatio facta à patre filio in 6. fall.
l Glo. in l. 2. C. de reuo. don. & in l. 1 D. quib. mo pign. vel hyp. ſolu.
m Ioan Berberius. h. t. l. cùm oportet. §. ſin autem. C. de bon. quæ liber.
n verſ. 432.
o verſ. 433.

CXVIII. [p]Tametſi donationes inter virum & vxorem fieri non poſſunt, tamen inter ſponſum ſponſámque fieri nihil prohibet.

CXIX. [q]Si ſponſus ſponſæ donaturus, tradiderit Titio, vt is ſponſæ daret, deinde Titius tradiderit poſt nuptias ſecutas: ſi quidem interpoſuerit eum maritus, donationem non valere placuit, quæ poſt contractas nuptias perficiatur: ſi verò mulier eum interpoſuerit, iamdudum perfectam donationem, hoc eſt, ante nuptias; atque ideò quamuis contractis nuptiis Titius tradiderit, donationem valere.

CXX. [r]Vxor dotandæ filiæ communis nomine donare non prohibetur.

CXXI. Donari etiam perſonis prohibitis pro alicuius eximij beneficij remuneratione poſſe, traditum eſt: [s] [t] ſed iſtud comprehẽdi donatione oportere. Tria tamen in ea donatione requiri: Primùm vt illa beneficia verè appareant & probentur, [u] ita vt donatoris aſſertioni tantùm non credatur, [x] ſed quodãmodo efficiat vt non tam exacta probatio requiratur: deinde vt bene merita paria & æqualia ſint rei donatæ, alioqui ad eorum rationem & modum donatio coarctabitur. [a]Poſtremò, vt ſint alia quàm quæ parentibus aut aliis perſonis preſtari debent.

CXXII. [b]Si quis ob bene merita ſeſe alicui donare dicat, in quem alioqui ſuo arbitrio conferre liberalitatem non prohibeatur, non eſt in hoc caſu bene meriturum probatio neceſſaria.

CXXIII. [c]Lege municipali Normana, non iuſto matrimonio natis, ab aliis, quàm à patribus, matribúſque donari res etiam res immobiles poſſunt.

CXXIV. [d]Hoc iure vtimur, vt in rebus publicis, cum de donatione quæritur, illud ſolùm ſpectetur, vtrum ob cauſam aliquam iuſtam reipublicæ promittat quis vel polliceatur, an non: vt ſi ob honorem aliquem promittat, teneatur: ſi minùs, non.

CXXV. [e]Donationes in cõcubinam collatas non poſſe reuocari conuenit: nec ſi matrimonium inter eaſdem poſtea fuerit contractum, ad irritum recidere quod antè valuit. An autem maritalis honor & affectio pridem præceſſerit, perſonis comparatis, vitæ conditione conſiderata, perpendendum eſſe, reſponſum eſt. Neque enim tabulas facere matrimonium.

CXXVI. [f]Affectionis gratiâ, neque honeſtæ, neque inhoneſtæ donationes ſunt prohibitæ. honeſtæ erga bene merentes, inhoneſtæ circa meretrices. [g]Et quod meretrici datum eſt, repeti non poteſt noua ratione, non ea quòd vtriuſque turpitudo verſatur, ſed ſolius dantis. Illam enim turpiter facere quòd ſit meretrix, ſed non turpiter accipere, cùm ſit meretrix. [h]Ea autem non iuſtè petet quod ei promiſſum eſt, & nondum traditum, quoniam huiuſmodi ſtipulationes turpes ſunt, & indignæ quæ iuris authoritate confirmentur.

p Nico. Vallatract. 13. de reb. dub. nu. 6. arg. quod verba promiſſo ſi de eo interceſſerint, quod cõtrario conſenſu diſſolui poſſit, vel aliis modis, non in dubio matrimonium contractum planè videntur. Bal. in l. pen. D. de don. int. vir. & vxor. & nuptiæ sũt coniunctio maris & fœminæ & conſortiũ omnis vitæ, diuini & humani iuris cõmunicatio.
q l. ſi ſponſus. D. de don. inter vir. & vxor.
r l. cùm vir. D. de iur. dot.
ſ Iaſ. & alij. DD in l. ſi donatione. C. h. t. Chaſſan. in Conſ. Burgun. t. de ſucceſſionibus. §. 5. Soinus. conſ. 95.
t l. Qui teſtamẽtum. D. de prob. l. cùm decedẽs. §. Titiæ honeſtiſſimæ fœminæ. D. de legat. 3. l. ſi quis inquilinos. §. ſi quis ſcripſerit. D. de lega. 1. & arg. l. Prætor edi ... D. de nom. Io. Faber. in §. ſi quis in fraudem. & in §. de pœna autem. Inſtit. de act. Iudicio curiæ Gratianopolitanæ, menſis Sept. relato à Papone. lib. 1. Arr. 14.
x Decius cõſ. 20. Iaſ. Conſ. 154. lib. 2.
z Ioa. Papo primo Notario. h. t. arg. c. relatum 2. de teſtam. in verb. iuxta ſeruitij meritum. Iaſ. in l. petens. C. de pact. & in Auth. vnde ſi parens. C. de inoff. teſta. Alex. conſ. 55. in prima vol.

CXXVII. [i]Quoties donatio ita conficitur, vt poſt tempus id quod donatum eſt alij, tametſi is in quem liberalitatis compendium conferebatur, ſtipulatus non ſit; tamen benigna iuris interpretatione vtilem actionem ei eiúſque hæredibus dandam, Diocletianus & Maximianus Imperatores reſcripſerunt.

Secunda pars capitis ſexti.

Quibus donari non poſſit.

CXXVIII. [k]NOn poteſt, vt & ſuprà dictum eſt, liberalitas nolenti acquiri, [l]& inuito beneficium non datur.

CXXIX. [m]Si ea quæ in tua poſitis poteſtate donaueras, poſt emancipationem contra tuam tenuerint voluntatem, horum penes te dominium remanſit: [n]ſi quidem nec tempore quo voluiſti propter vinculum poteſtatis ſibi quicquam quærere; nec pòſt, te inuito, de rebus tuis potuerunt.

CXXX. [o]Donatio à matre facta filio in mariti poteſtate conſtituto, non conſiſtit, niſi ſub hac conditione fiat, ne patri vſusfructus rei donatæ acquiratur.

CXXXI. [p]Iure ciuili Romann, ex complexu nefario, aut inceſto, ſeu damnato, liberi nec naturales ſunt nominandi, omnis paternæ ſubſtantiæ indigni beneficio, vt nec alantur à patre. [q]Sed ſi quis liberos ex concubina ortos habeat, quos naturales vocant, licet patri ſine legitima prole decedenti, naturalibus filiis totam ſubſtantiam ſuam, vel inter viuos largiri, vel in teſtamento tranſmittere. Quod ſi parentes duntaxat ei ſuperſint, legitima parte parentibus relicta, reliquum inter naturales diſtribui permittitur. [r]Eodem iure Romano mater vulgo quæſitis filiis donare non prohibetur.

CXXXII. [ſ]Attamen eodem iure, Si qua illuſtris mulier filium ex iuſtis nuptiis procreauerit, & alterum ſpurium habuerit, cui pater incertus ſit; ſancitum eſt, vt neque ex teſtamento, neque ab inteſtato, neque ex liberalitate inter viuos habita, iuſtis liberis exiſtentibus, aliquid penitus ab illuſtribus matribus ad ſpurios perueniat: cùm in mulieribus ingenuis & illuſtribus, quibus caſtitatis obſeruatio præcipuum debitum eſt, nominari ſpurios ſatis iniuriosum, ſatiſque acerbum videretur.

CXXXIII. [t]Iure Pontificio, quo alimenta natis è quouis illicito complexu debẽtur, donari iis in eam cauſam poteſt.

CXXXIV. [u]Lege municipali Normana pater matérve naturali filio nihil è ſuis poſſeſſionibus donare, aut alio vllo contractu ad

h Franciſc. Connanus li. 5. Comm. iur. ciu. cap. 11.
i l. Quoties C. h. t. l. 1. vbi Cyn. Co. de mort. cauſ. dona. & l. ſi cui mort. in prin. D. e. t. Ioan. Ferrar. in l. ſi pro donatione vbi ſubſtitus in donatione poſſe dici, ſed præſentiã ſubſtituti requirit aut alterius eius nomine, qui donationi aſſentiatur.
k Hoc iure. §. non poteſt. D. h. t. cam. ſi tibi abſenti. de præb. in 6. gloſſa. 84. l. è ſtinct. l. ſolet D. de offic. praeſ.
l l. inuito. D. de reg. iur.
m l. fine. C. h. t. l. cùm de bonis. ibid.
n d. l. fine.
o l. ſi conſtãte. C. de dona. inter vir. & vxor. & ibi Cynus, Io. Faber & Salyc. Bald. in l. filium quem. C. fa. erciſc. quæ. Capella Toloſ. 191.
p Auth. ex complexu C. de inceſt. & inut. nupt.
q Auth. licet. C. de natur. liber.
r l. cum pater §. mater. D. de lega. 2. & in l. ſi qua illuſtris. C. ad SC. Orfic. §. nouiſſimè, vbi Angel. & alij Inſtit. eo. t.
ſ d. l. ſi qua illuſtris.
t c. cùm haberet. de eo qui duxit in vxor. quem pol. per adult. Bald. in l. quod pauperibus. C. de Epiſc. & cler. Spec. t. de ſucceſſ. ab inteſt. Barth. Socinus. conſ. 161.

a DD. in l. filia cuius. C. fam. erciſc. b Bart. in l ſi fortè. D. de caſtr. pec. c verſ. 431. d l. Hoc iure. D. h. t.
e l. Donationes ibid. f l. Affectiones ibid.
g l. 4. §. ſed quod meretrici. D. de condict. ob turp. vel iniuſt. cauſ.
Altiatus conſ. 209. u verſ. 437.

eum trāſferre poteſt, quin id eius hæredes intra annum ab eius morte poſſint reuocare.

x verſ. 434.

CXXXV. [x] Eadem municipali lege, pater matérve meliorem conditionem cuiuſquam è filiis facere non poteſt, ſiue mobilibus, ſiue immobilibus in rebus: præterquàm in Cauchis quòd ad tertiam bonorum partem, de qua parentes pro arbitrio in ſecundorum filiorum gratiam ſtatuunt. Donationes verò à patre matréve in filios collatæ, pro ſucceſſioꝫe à viuis parentibus vltrò liberis repræſentata habentur.

z verſ. 431.

CXXXVI [z] Eadē quoq; lege, qua donare tertiam bonorum immobilium partem maiores viginti annis poſſunt, eam liberalitatem in vnum alterúmve è multis ſibi futuris hæredibus, aut filiis nepotibus, aut neptibus non licet.

a verſ. 439.

CXXXVII. [a] Eadem lege qui ſuæ tutelæ non ſunt, neque directò, neque alio modo quicquam, aut mobile aut immobile tutoribus aut curatoribus donare poſſunt, aut eorum liberis, aut quibus obuenturam eorum hæreditatem ſpes ſit, quandiu in eorum tutela aut cura ſunt: ac ne ſuæ quidem tutelæ facti, quoad ſuæ adminiſtrationis tutores curatorésve reddiderint. Nec pædagogis quoque ſtudioſi literarum donare poſſunt, quandiu eorum opera ?tuntur.

CXXXVIII. * Iure Romano milites donare focariis ſuis prohibentur.

CXXXIX. [b] In donatione inter viuos ius accreſcendi locum non habet.

* l. 2. C. de dona. inter vir. & vxo. l. miles ita heredem. §. mulier. D. de teſta. mil. l. mulieres C. de his quib. vt indig. focariæ autem à foco dictæ quod foco præſint quatenus militum domus adminiſtratio in foco eſt, ex quo cibaria concoquuntur & parantur. Fr. Connanus lib. 5. com. iur. ciuil. cap. 11.

b Spec h. t. in prin. arg. quòd et locus non ſit in contractibus niſi in vſufructu. DD. in l. 1. D. de vſufr. accr.

Tertia pars capitis ſexti.

Quæ donationes alioqui inutiles donatoris morte, vel non reuocatæ à patre filium emancipante, eius ſilentio confirmentur.

CXXXIX. [c] DOnationes quas parentes in liberos cuiuſcunque ſexus in poteſtate ſua conſtitutos conferunt: vel vxor in ſuum maritum, vel maritus in ſuam vxorem, vel alteruter eorum in aliam perſonam, cui conſtante matrimonio donare non licet; vel aliæ perſonæ in eam cui donare non poterant, ita firmas eſſe per ſilentium donatoris vel donatricis ſancitum eſt, ſi vſque ad quantitatem legitimam, vel eam excedentes, actis fuerint intimatæ.

c l. donationes quas parentes. C. de dona. inter vir. & vxo.

CXL. [d] Attamen ſi cuiquam è filiis paterfamiliâs prædium donauerit, is cum fratribus ſororibúſque communi iure ſuccedens præcipuum habere non poteſt.

d l. ſi donatione. C de colla

CXLI. [e] Si filius tuis in poteſtate tua conſtitutis res donaſti, ac ſui iuris effectis, ac tenentibus non ademiſti, blandiri tibi non debes; veluti res donatas ex pœnitentia liceat auferre. [f] Et cùm pater filiæ quam habuit in poteſtate ſigna aurea argenteáve donaſſet, & peculium emancipatæ non ademiſſet, ex poſt facto donationem videbatur perfeciſſe.

e l. fine. C. h. t.

f l. donationes. § pater. D. eo. t.

CAP. VII.

Quæ res donari poſſint, aut non.

Prima pars.

Quæ res donari poſſint.

CXLII. [g] DOnatio omnium bonorum præſentium iure ciuili Romanorum valet: [h] & ſi quis ſimpliciter & indefinitè bona omnia donauerit, præſentia tantummodò donaſſe intelligitur.

g l. ſi quis argentum. § ſed & ſi quis. C. h. t. gloſ. in l. vl. D. de pact. arg. quod donator ſperare poſſit bona alia, quaſiturū ſit, vt non ei ſpatur ex teſtā de facultat. l. ſi defunctus. C. Arbitr. tut. l. ſi creditores. in ſi. D. de ſepa.

h Petr. in l. vlt. C. quæ res pign. obl. poſſ. Bart. in l. vlt. C. de pact. per text. qui dicit ſingula tē in l. vlt. § 1. D. de leg. 2. Bald. ibid. Bart. Alex & Bald in Auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid. idem Bald. in l. iubemus. C. de ſacroſ. Eccleſ.

CXLIII. [i] Si quis vniuerſitatis faciat donationem, ſiue beſſis, ſiue dimidiæ partis ſuæ ſubſtantiæ, ſiue tertiæ, ſiue quartæ, ſiue quantæcūque, vel etiam totius, ſi non de inofficioſis donationibus ratio in hoc reclamauerit, coarctatur donator quantum donauit præſtare.

i l. ſi quis argentum. § ſin autem. C. h. t.

CXLIIII. [k] Eum qui bonorum ſuorum mediam, aliámve partem donauit, prædium è ſuis bonis alienare nō prohiberi, ſi reſidui ſatis ſit donatori vnde is in quem donatio collata eſt, tantundem quantum donatum eſt ferre poſſit, iudicatum eſt.

k Io. Papo h. t. Arreſt. 13. d. l. ſi quis argentum. l. cùm amplius. § cùm bonorum. D. de lega. 1. Iudicio curiæ Gratianopolitanæ anno 1459. relato ibid. à Papone. Guido Papa quæſt. 603. Quod in donatoris fauorem receptū eſt, non contra obſeruetur ſi media aut alia pars bonorum vendita ſit, aut permutat.

CXLV. [l] Cùm quis omnia bona ea lege donaſſet, vt de tertia eorum parte ſtatuere viuus poſſet, eam partem legare, aut mortis cauſâ donare non potuiſſe, Senatus Pariſienſis pronuntiauit.

l Iudicio relato à Lumb. lib. 8. de donationibus & Papone h. t. Art. 5.

CXLVI. [m] Lege municipali Normana qui vigeſimum ætatis annum impleuit, tertiam partem poſſeſſionum, bonorúmve immobilium donare cuiuis extraneo poteſt, ſiue eæ res ſint hæreditariæ, vel à donatore quæſitæ, ita vt is cui donatum fuerit, tertiæ parti æris alieni donatoris, quanta fuit donationis tempore, obſtringatur.

m verſ. 431.

CXLVII. [n] Eadem lege, cui generaliter tertia pars bonorum donata eſt, eam partim ex hæreditariis donatoris bonis, partim è quæſitis ferre debet.

n verſ. 441.

CXLVIII. [o] Eadem quoque lege, qui viuus futuro hæredi partem bonorum, quam eius morte aſſecuturus ſit, donauit: tertiam reliquarum poſſeſſionum partem cuiuis extraneo donandi facultatem habet.

o 436.

CXLIX. [p] Eadem item lege, qui ita bona omnia donauerit, vt ſibi alimenta præſtentur, eiuſcemodi donatio ad tertiam bonorum ipſius partem reſtringetur, alimentis è rebus mobilibus & fructibus aliarum duarum partium præſtandis.

p verſ. 450.

CL. [q] Si quis reditum certum ex poſſeſſionibus donauerit, non tamen nomina poſſeſſionum edixerit, neceſſe habet de ſua ſubſtantia fundos tradere, tantum reditum inferre valentes quantum in donatione poſuerit, in talibus tamē agris, qui nec omnibus quos habet in poſſeſſione anteponuntur, nec deteriores omnibus ſunt, ſed ſtatus mediocris inueniuntur.

q l. ſi quis argentum. § 1. C. h. t.

CLI. [r] Si quis argentum donauerit, cer-

r d. l. ampl.

túmque

túmque pondus nominauerit, non autem aliâs, vel generaliter, vel ſpecialiter expreſſerit, neceſſitas ei imponitur omnimodò præfatum pondus argenti dare, ſiue in vaſis quibus voluerit, non tamen peioribus æſtimatione quæ pro maſſa rudi in illis locis frequentata eſt.

CLII. [s] Simili modo, ſi quis certum numerum equorum donauerit, non tamen & hic nominatim equos inſcripſerit; & hic mediocris figuræ equos tradere tenetur: & neque tales, quos nõ habere magis quàm habere prodeſt: neque iterum eos, qui cæteros omnes quos donator habet, antecellunt: ſed & hîc mediocritas ſpectetur.

CLIII. [t] Sin autem donator, neque argentum, neque equos habens, vel non tantum quantum donauit, æſtimatio in his celebrari debet pro eo quod deeſt: ita tamen vt argenti quidem ſecundùm quod prædictum eſt, æſtimatio detur: in equis autem non amplius nec minus quindecim ſolidis quantitas detur.

CLIV. [u] Donationis causâ furti actio remitti poteſt.

CLV. [x] Spem futuræ actionis, plena intercedente donatoris voluntate, poſſe transferri non immeritò placuit.

CLVI. [z] Creditor futuri temporis vſuras & remittere, & minuere pacto poteſt: nec in ea donatione ex ſumma quantitatis aliquid vitij incurrit.

CLVII. [a] Portionem propriam rebus nondum diuiſis, nemo prohibetur titulo donationis in alium transferre.

Pars ſecunda capitis ſeptimi.

Quæ rès donari non poſſint.

CLVIII. [b] Rei alienę donatio non conſiſtit: [c] nec donari poteſt, niſi quod eius fit cui donatur. [d] Itaque ſi filius tuus res ad te pertinentes ſponſæ ſuæ te non conſentiente donauit, ad eam quod non habuit transferre non potuit. [e] Res tamen aliena donata, titulo pro donato ab eo qui accepit vſucapi poteſt.

CLIX. [f] Rei ſuæ donatio non eſt: [g] nec quod alicuius eſt, magis eius fieri poteſt: [h] Et ſi donaturus mihi rem meam iuſſu meo alij tradas, dominium in eum non tranſit.

CLX. [i] Conſtante matrimonio dotem penes maritum ſuum conſtitutam mulier donare non poteſt: ne auia quidem nepoti aut nepti.

CLXI. [k] Quę in commercio hominum nõ ſunt, donari non poſſunt: [l] ne à præfectis ſacerdotio quidem.

CLXII. [m] Res ciuitatis donari non poſſunt: [n] niſi par vtilitas inde ad eam redeat.

CLXIII. [o] Res litigioſa, aut ambiguum chirographum donari non poteſt: & donator vera rei æſtimatione mulctari iure Romano debet. Et ſi ignoranti res litigioſa donata aut vendita ſit, pretium rei cum alia tertia parte conſequi debet.

s d.l. § ſimilique modo.
t d.l. § ſin autem.
u l. ſi donationis d.t.
x l.3.C.d.t.l.1. D. pro hær.l.1. D. de hæred. vel act. vend.
z l. Modeſtinus. D.h.t.
a l. Portionem. C.eo.t.
b l. ſi filius tuus. C.h.t.
c l. in ædibus. §. vlt. D eo.t.
d d.l. ſi filius.
e l.1. & 2. D. pro dona.
f l. & ſi conſenſum. §. vlt. D. de contr. empt.
g § ſic itaque diſcretis. Inſtit. de act.
h d §. vlt.
i l. Conſtante. C.h.t.
k l. inter ſtipulantem. § ſacram. D. de verb. obl. l. ſi in emptione. § omnium. D. de contr. empt.
l c.2. h.t. can. ea enim. §. ſin verò res. 10 qu. 2. ca. exceptionem. 12. qu 2. & de reb. eccl. non alien. apud Grego & in 6. l. iubemus & adiectis ad eã auth. C. de ſacro. eccl.
m l. de adm. rer. ad ciu pert. D. DD. in l. Ciuitas D. de reb. cred.
n c. de decretis ab ordi. fact.
o l.4. C de litig.

CLXIV. [p] Donationem omnium bonorum præſentium & futurorum non poſſe fieri, receptum eſt: [q] & ſi ea facta ſit, ne quo ad præſentia quidem valere placuit.

CLXV. [r] Spes hæreditatis quam quis obuenturam ſibi ſperat, donari non poteſt, [ſ] niſi is de cuius ſucceſſione agitur, ei rei conſentiat.

CLXVI. [t] Itaque donationem bonorum proximæ cognatæ nullam eſſe Papinianus reſpondit: verùm ei qui donaſſet, & poſtea prętorio iure ſucceſſiſſet, quoniam aduerſus bonos mores feſtinaſſet, actiones hæreditarias in totum denegandas, & eidem vt Indigno auferri hæreditatem.

CLXVII. [u] Donari tamen Gallicis moribus etiam futura ſucceſſio matrimonij causâ poteſt. [x] & ipſo Romanorum iurę, qui liberos (quos habent in poteſtate) prohibuerint ducere vxores, vel nubere, vel qui dotem dare non volunt, per magiſtratus coguntur in matrimonium collocare & dotare: ac prohibere etiam is videtur, qui conditionem non quærit. [z] Eodem quoque iure dos à patre filiæ in legitimam debitam ipſi ex ſucceſſione paterna portionem imputatur: nec parentes liberis legitimam partem prorogare prohibentur.

CLXVIII. [a] Lege municipali Normana donari è bonis quæſitis non poteſt, quod tertiam bonorum cuiuſcunque generis partem excedat. Quod ſi is, cui diuerſi hęredes in quęſitis bonis atque hęreditariis futuri ſint, bona quæſita omnia donet, ea donatio ad tertiam bonorum quæſitorum partem redigetur: idq; tametſi matrimonij causâ donatum ſit, ac cõtractui inſertum citra eam promiſſionem matrimonium non fuiſſe ineundum: nec refert qua in prouincia matrimoniũ ſit cõtractum.

De huiuſcemodi donationibus ampliùs tractabitur, titulis ad ſucceſſiones & hæreditates pertinentibus.

CLXIX. [b] In fraudem fiſci non ſolùm per donationem, ſed quocunque modo res alienatæ reuocantur.

CLXX. [c] Si cui quid datum eſt, vnde fraudentur creditores, non eſt quærendum an ſciente eo cui donatum eſt, geſtum ſit, ſed hoc tantùm an fraudentur creditores. Nec videtur iniuria affici is qui ignorauit: cùm lucrum extorqueatur, non damnum infligatur. In his tamen qui ignorantes, ab eo qui ſoluendo non ſit liberalitatem acceperunt, hactenus actio erit danda, quatenus locupletiores facti ſunt: vltra non.

p l. Stipulatio hoc modo. & ibi DD. D de verb. obl. Bart. & Alex. in l. cum duobus. §. idem reſpondit. D. pro ſoc. & in l. vl. C de pact. Fr. Aretinus in l. ſi pupillus. D. de acq. hæred. Phil. Cornæus conſ. 60. Bar. in l. ſi quis. in prin. D de lega. 3. & in l. vlt. vbi quoque Cyn. & Bal. C. de pact. Panor. 2. parte Conſ. Conſ 40. arg. quòd ea re præcludatur via habendi hæredis. & quod teſtandi facultas eriperetur l. Dini. § lices D. de iur. Cod l 3. §. vl. D. de adm. lega. l. ſi mihi. & ibi D de lega 1. & quod hæreditas tráſferri contractu non poteſt l. hæreditas. C. de pact. cum Bal. in auth. Sed cũ teſtator. C ad leg. falc Gul. Bened. in c. Raynutius. §. cætera bonorum. 46 de teſtam.
q Bald. in l. vl. C. de pact. Io. Imola in d. l. Stipulatio hoc modo. D. de verb. obl Citra Salycetis ſententiã in d. l. vlt. & in rubr. de teſta.
r l. vlt. C de pact. l. Donari aliàs quidem in auro. §. vlt & l. ſeq. D. h.t. c. 2. eo. t. l. 2. §. vlt. D. de his quib. vt indig. arg. quod ſtipulari ſolùm ea poſſumus quæ dari poſſunt, & ſunt in commercio. l. inter ſtipulantẽ. § ſacram. D de verb. obl. l. ſi in emptione. § omnium. D. de contr. empt. & quod pactum futuræ ſucceſſionis improbatur, propterea quòd inducat votum captandæ mortis. can. Ea enim 10. quæſt. 2. t. de reb. eccl. non alien. in Decr. & in 6 l. iubemus, & auth. eam frequentibus. C. de ſacroſ. Eccl.
ſ d.l. vlt. C. de pact.
t l. Donari. §. vlt. & l ſeq. D h t.
u Barth. Chaſſan. in Conſuet. Burg ad § 5. ad verb. Le teſtateur pár teſtament. in 4. reg. verb aduertendum eſt.
x l. Capite quinto aliàs l. Qui liberos. D de ritu nupt.
z l. vlt. C de dot. prom l quoniam in prioribus C de inoff. teſta. a verſ 40.
b l. in fraudem. D. de iure fiſ. l. Sed & ſi maritus. § vlt. D. qui & à quib. man. § in fraudem. Inſt. de act. c l. quod autem. 6. §. ſimili. D. quæ in fraud cred.

CAP. VIII.

De inſinuandis donationibus.

Prima pars.

Quæ donationes ſint inſinuandæ.

CLXXI. [d] IVre ciuili Romanorum ſancitum eſt, omnem donationẽ, ſiue communem, ſiue ante nuptias factam vſque ad trecentos ſolidos cumulatam, non indigere monumẽtis, ſed communem formam habere; vt non vſque ad ducentorum ſolidorum ſummam teneat, ſed in huiuſmodi obſeruatione ſimiles ſint tam communes quàm ante nuptias donationes. Si quid autem ſupra legitimam definitionem fuerit donatum, hoc quod ſuperfluum eſt tantummodò non valere: reliquam verò quantitatem, quæ intra legis terminos conſtituta eſt, in ſuo robore perdurare quaſi nullo penitus alio adiecto: ſed hoc pro non ſcripto, vel non intellecto eſſe credatur.

d l. Sancimus. in prin. C. h. t.

CLXXII. [e] Eodem iure, maximè inter neceſſarias coniunctáſq; perſonas, donationes interueniente actorum teſtificatione confici debent: Si quidem clandeſtinis ac domeſticis fraudibus facilè quiduis pro negotiorum opportunitate confingi poteſt, vel id quod verè geſtum eſt, aboleri.

e l. data. ibid.

CLXXIII. [f] In donationibus quæ actis inſinuantur, non eſt neceſſarium vicinos vel alios teſtes adhibere. Nam ſuperfluum eſt priuatum teſtimonium, cùm publica monumenta ſufficiant.

f l. in donationibus. ibid.

CLXXIV. [g] Si non in auro res donationis fuerint datæ, ſed per res mobiles vel immobiles, vel ſe mouentes; quantitatem earum æſtimari oportet: & ſi quidem vſque ad legitimam ſolidorum ſummam erigatur, valida eſt, & ſine actorum monumentis conſeruatur. Sin autem amplioris ſummæ inueniatur, & minimè actis comprobata eſt, ſuperfluum tantùm vacuatur.

g d. l. Sancimus. §. 1.

CLXXV. [h] Si plures res diuerſis temporibus donantur, plures donationes intelliguntur.

h d. l. § ſi quis autem per diuerſa.

CLXXVI. [i] Si in donatione ſit adiectum, tot eſſe donationes quot ſunt in ea res, tamen inſinuari ea debet, ſi tota legitimam ſummam excedat.

i Cyn. in d. l. d. §. Bar. in l. Modeſtinus D. eo. t.

CLXXVII. [k] Si quis pluribus rem vltra legitimam ſummam vno contractu donauerit, quam inter ſe partirentur, hæc tamen intimari actis donatio debet.

k Bart. Alex. & Bald. in d. l. Modeſtinus & id. in Bald. in add. ad Spec. h. t. arg. c. Apoſtolica. h. t. in verb. e ſdem vel diuerſis eccleſiis.

CLXXVIII. [l] Si quis talem receperit donationem, in qua ſtipulatus fuerit annuam quandam ſibi præſtari quantitatem tantæ ſummæ, quæ non excedit legitimum donationis modum; inter veteres variabatur, vtrùm eum ex particulari donatione multas feciſſe donationes exiſtimandum ſit, & eas actis non indigere; an ex totius ſtipulationis fundamento & fonte eius, ex quo annuæ donationes profluxerunt, & vnam eſſe eam donationem, & monumentorum obſeruatione valuandam. Et Iuſtinianus hæc certa definitione concluſit, vt ſi huiuſmodi quidem fuerit donatio, vt intra vitam perſonarum ſtetur vel dantis vel accipientis; & multæ intelligantur donationes, & liberæ à monumentorum obſeruatione. Incertus enim fortunæ exitus hoc ſuggeſſit, vt poſſibile ſit vnius anni tantummodo, vel breuioris, vel etiã amplioris temporis metas ſuperuiuere, vel donatorem, vel eum qui donationem accepit, & ex eo inueniri etiam totam ſummam donationis non excedere legitimam quantitatem. Sin autem etiam hæredum ex vtraque parte fuerit mentio, [m] vel non adiiciatur tempus vitæ vel donatoris, vel eius qui donationem accepit, tũc ei quaſi perpetuata donatione & continuatione eius magnam & opulentiorem eam efficiente, vna intelligatur donatio, & quaſi denſioribus donationibus cumulata excedere legitimum modum; & omninò acta depoſcere, & aliter minimè conualeſcere.

l d. l. Sancimus § ſi quis autem talem.

m Græci ita legunt, addita negatione quæ in Latinis deeſt codicibus, lib. 47. Baſilικῶν. t. 1. Contius quo hanc lectionem rectè probat.

CLXXIX. [n] Donatio facta ædis condendæ causâ orando Deo; vel hoſpitibus, aut ægrotis vel pauperibus recipiendis, curandis, alendis; inſinuari actis interuenientibus debet.

n l. 15. quæ eſt conſtitutio Græca. C. de ſacro. Eccl.

CLXXX. [o] Si vir vel alius, qui ſponſalitiam largitatem contulit, eam non inſinuet, cùm ea ſit quantitas quæ id exigat: & pacta dotalia concedant parti viri; nullam ſuper eis habet vir actionem.

o Auth. eo decurſum C. de don. ant. nupt.

CLXXXI. [p] An eodem contextu fieri apud Iudicem & inſinuari donatio poſſit, dubitatum eſt: & verius videtur id fieri duobus actibus debere.

p arg. quòd eo interuallo deliberationis prudentiori erit locus in auth. vt cùm de appel. & vt iterato actibus iudices perſeuerãtiam. l. vn. C. de plus pet. s. vn eo. t. l. ſi mulier. 2. C. ad SC. Vellei. & vt obuietur fraudibus. l. data. C. h. t. Contra Azonis ſententiam h. t. §. licet autem. & Hoſtienſis eo. t. §. quæ donatio. Quod obſeruari tradit Bald. ad Spec. t. de inſtrumentorum edit. §. porrò.

CLXXXII. [q] Inſinuatio propriè eſt, donationis in ſcripta redactæ apud competentem iudicem facta publicatio: & eius authoritate in publica monumenta vel acta redactio; vt perpetua faciliórque ſit veritatis probatio, voluntaſque donatoris teſtatior.

q in add. ad Spec. d. §. porrò. Auth. in hac. C. h. t. § d. illud. in Auth. vt fratrum filii. Auth. vt nulli iud. §. & hoc peruenit. l. non habente. C. de defenſ. ciu.

CLXXXIII. [r] Donationis inſinuatio neceſſariò apud competentem iudicem fieri debet. [ſ] Ac iure quidem ciuili Romano iudex eſt competens, cuius iuriſdictioni partes, vel res ſubiectæ ſunt, vel certè donator: & ſi in diuerſis prouinciis & ciuitatibus res donatæ ſitæ ſunt, apud quemcunque earum inſinuari donationes poſſunt. [t] Gallicis moribus apud iudices eorum locorum omnium vbi res ſitæ ſunt, inſinuari debent.

CLXXXIIII. [u] Donationes etiam die feſto feriatóve fieri poſſe placuit.

CLXXXV. [x] Viuo donatore, inſinuari actis donationes oportet, [a] tametſi eius præ-

r Bald. in l. illud C. de ſacroſ. Eccl. Guido Papa quæſt. 125. ſ Franc. Connanus hoc tit. per l. in hac. C eo. t. Guido Papa d. quæſt. 325. & conſ. 57. arg. l. Prædiorum & l. 1. & 2 C ſi à non comp. iud.

t Fran. Connanus ſupraſcripto loco.

u Io. Andreas in addit. ad Spec. d. t. de inſtr. edit. § porro. arg. quòd cauſæ cognitionem non deſiderent.

x Iudicio curiæ Pariſ. die 27. Iulij 1555. relato à Papone h. t. Arr. 25. Phil. Corneus conſ. 71. Vol. 1. per l. cum multæ. §. ſimiliqúe modo C. de don. ante nupt. DD. in d. l. Sancimus & l. in donationibus. C. h. t. Nic. Valla eo. t. à Papo. d. Arr. d. l. cùm multæ & Auth. eo decurſum C d. t. de don. ante nupt. z Iudicio curiæ Pariſ. die 23. Dec. anno 1557. relato à Papone h. t. Arr. 16.

ſentia aut conſenſus ad eam rem non ſit neceſſarius, inuitúſque parêre ei compellatur.

CLXXXVI. [u] Donationis inſinoationi, quæ legibus exigitur, renuntiari [x] ne iureiurando quidem adhibito vtiliter poteſt.

CLXXXVII. [z] Conſtitutione Molinenſi, omnes donationes inter viuos factæ, ſiue mutuo ac inuicem intercedant, inſinuandæ omninò ſunt intra quadrimeſtre, quàm factæ fuerint ab iis qui in Galliæ regno fuerint, ac ſemeſtre ab iis qui extra regnum erunt: idque apud acta eius territorij vbi res ſitæ erunt, & vbi partes habitabunt, alioqui ratæ donationes non erunt. Attamen ſi intra illud tempos donator, aut cui donatum fuerit, moriantur, inſinuari intra illud ipſum tempus donationes poterunt. * Verùm iudicatum eſt, quadrimeſtre ſupraſcriptum mulieri nuptæ, quãdiu in viri poteſtate fuerit, non nocere: ſed ſolùm creditoribus; minores etiam reſtitui in integrum poſſe, non item agricolas ruſticitatis causâ.

CLXXXVIII. [a] Lege municipali Normana, omnes rerum immobilium donationes à patre factæ filio, vel quæ in matrimonij gratiam, vel in piam cauſam collatę ſunt, in acta publica referri debent: & item ab iis quibus donatum fuerit agnoſci, earúmq; fieri acceptio: idque intra quatuor menſes conſtitutionibus regiis pręſcriptos inſinuandis donationibus. Quod tamen ad tertiam bonorum partem, de qua parentes liberè in Cauchis in ſecundorum filiorum gratiam ſtatuere poſſunt, non porrigitur.

Secunda pars capitis octaui.

Quæ donationes inſinuatione non indigent.

CLXXXIX. [b] DOnationes tam imperiales ſeu regiæ, quàm in piiſſimã cauſam factæ, [c] & ſimiliter eę quæ Principi fiunt à priuatis perſonis, ſine obſeruatione monumentorum confici poſſunt.

CXC. [d] Alias autem donationes quę ad pietatem reſpiciunt, vſque ad quingentorum ſolidorum ſummãm, & ſine monumẽtis eſſe, validas Iuſtinianus Imperator conſtituit.

CXCI. [e] Quanticunque pretij donationes factę redimẽdis captiuis; item iis quorum domus incendio vel ruina conſumptę ſunt, aut militibus ab ipſorum magiſtris, etiam ſine monumentorum fide valent.

CXCII. [f] Romano iure, donationes ante nuptias quę in adultas minores ſui iuris conſtitutas, cuiuſcunque ſummę fiunt, etſi non actis interuenientibus corroboratę ſunt, ſuam retinent firmitatem.

u Cynus in l. ſi quis pro redẽptione. C. h. t. Glo. in §. quin verò in auth. vt ſine prohib. mat. Bart. in l. ſi quis eo. in princ. D. de fideic. & in l. Modeſtinus. D. h. t. Bald. in l. illud. C. de ſacroſ. eccl. arg. quòd inſinuatio inducta ſit boni publici causâ. l. vlt. D. de fideiuſ. l. teſtandi formula. D. de teſta. l. nemo. D. de lega. 1. Feder. Senenſis conſ. 253. incip. caſus talis eſt, ſtatuto cauetur. Glo. in l. 1. C. de fideiuſ Contra Io. Andrææ opinionem d. t. de mãtr edit §. porrò & Io. Imola in e. cum côtingat de iureiur. & itẽ contra Io. Berberij ſententiam h. t. qui hoc etiã in iudiciis ſeruari dicit. arg. quod legis authoritas mitigari pactis poteſt. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & ſimil.

x Bald. in d. l. illud. C. de ſacroſ. Eccl. can. Ecce. vbi DD. q. 5. Cõtra opinionem Io. Fabri in l. nec ambigi. C. h. t. & vetuſta quędã Iudicia Senatus Gratianopol. relata à Papone, quibus aſtruitur eã renunciationẽ donatori nocere, nõ creditoribus.

z Conſt. Caroli IX. 1566. ver. 58.

* Arreſto ſolẽni curiæ Pariſ. dies 2. May 1581.

* Arreſto dies pen. Apr 1575 & 9. Ian. 1576. Papo h. t. Arr. 22.

a verſ. 448.

b l. Sancimus. in prin. C. h. t.

c Auth. licet. C. h. t.

d d. l. Sancimus. §. 1. vbi pios à pijſſimis diſtinguit Tiraquellus verò exigit, vt piæ illæ cauſæ eximant ab inſinuatione cauſas legibus eſſe expreſſas. lib. de, priuil. piæ cauſæ Priuil.: 24.

e l. ſi quis. C. h. t.

f d. l. Sancimus. §. 1.

CXCIII. [g] Eodem iure eò decurſum eſt, vt ſponſalitia largitas ſpecialis ſit contractus, nec inſinuationem deſideret, etiamſi ab alio detor, licèt in viri perſonam donatio fiat, quatenus ipſe in hunc contractum conſcribat. At ſi vir vel alius qui dederit, eam non inſinuet, cùm ea ſit quantitas quę inſinuationem deſideret, & pacta dotalium concedant parti viri, nullam habet vir ſuper his actionem.

CXCIV. [h] Si donatio filio facta debitam ei legibus à morte parentis portionem non excedat, inſinuatione non indiget. ſi excedat, contrà eſt: [i] nec filius quidem fructus ſuos facit pro ea parte quę excedit.

CXCV. [k] Donationes causâ mortis inſinoatione non egẽt: nec quæ fiunt inter virum & vxorem, [l] & mutuę.

CXCVI. [m] Cùm de modo donationis quæritur, neque partus nomine, neque fructuum, neque penſionum, neque mercedum, [n] neque vſurarum vlla donaţ o f ēta videtur. [o] Si verò non fundum, ſed fructus perceptionem tibi donem, fructus percepti veniunt in rationem dnnationis.

CXCVII. [p] Si donatio ſupra legitimam definitionem inſinuata non fuerit, pro ea tantùm parte vacuatur quę modum excedit: reliquum pro non adiecto ſcriptóque habetur: [q] vt & ſuprà commemoratum eſt.

CAP. IX.

Quando, & quibus ex cauſis, & quatenus actio competat ei cui donatum eſt, aut eius hæredibus: vel non.

Prima pars.

Quando ea actio competat.

CXCVIII. [r] SI ſtipulatio donationi inſerta ſit, ex eius authoritate traditionem compelli facere nouo iure ſtatutum eſt: nec eodem iure inutilis eſt donatio, quòd res non traditæ ſint: nec confirmatur ex traditione donatio; ſed neceſſitatem habet donator omnimodo vel res, vel partem ſubſtantiæ quam nominauerit, vel totam ſubſtantiam tradere. Cùm enim in arbitrio cuioſcunque ſit hoc facere quod inſtituit, oportet eum vel minimè ad hoc proſilire, vel cùm ad hoc venire properauerit, non quibuſdam excogitatis artibus ſuum propoſitum defraudare, tantámque indeuotionem quibuſdam quaſi legitimis velamentis protegere. Quin & res donatas non ſolùm qui ſuperſunt, ſed etiam eorum ſucceſſores reddere compelluntur, non tantùm iis in quos donatio facta eſt, ſed etiam eorum hæredibus.

CXCIX. [s] Emptionum rerum inſtrumentis donatis & traditis, ipſarum rerum donatio & traditio facta intelligitur: & ideo is donatorem poteſt is cui donatum fuit, in rem actionem exercere.

CC. [t] Si donationis inſtrumentum

g Auth. cò decurſum. C. de don. ante nupt.

h Spec. h. t. arg. quòd hæc donatio ſit ob cauſam. l. hoc nec. in ſi. D. h. t. l. vlt. §. 1. C. de cur. fur. & quòd pater debet alimenta filio. eam. ius naturale. 1. Diſtinct.

i l. cùm pater. §. pater filia. D. de lega. 2.

k l. vlt. C. de don. cauſ. mort. DD. in l. cum hic ſtatus. C. de dona. inter vir. & vxo. Guido Papa qu. 215. glo. in d. l. ſi is qui pro redemptione. C. h. t. §. vlt. Spec. t. de inſtrumentorum editione. §. porrò.

l Propter dubium euentũ ex reciproca conuentione Oldradus conſ. 139. & Iaſ. in l. ſi pater. C. de inoff. teſta. Iudicio curiæ Pariſ. dies 10. April. 1554. relato à Papone h. t.

m l. cùm de modo. D. h. t.

n l. Modeſtinus. ibid.

o l. in ædibus. § 1. ibid.

p d. l. Sãcimus. in prin. C. h. t. Dynus in c. vtile per inutile, de reg. iur. Bar. in l. Græcè §. illud. D. de fideiuſ.

q verſ. 171.

r l. ſi quis argẽtum. §. vlt. C. h. t. §. perficiũtur. Inſti. eo. t. l. perfecta. C. d. t. Datur autem condictio ex lege, quando ſtipulatio non interuenit ex noua cõſtitutione Iuſtiniani. Vegem beccius h. t.

Il. 1 d. t.

s l. 2. C. ad leg. Corn. de falſ. Iudicio curiæ Pariſ. dies 19. Apr. 1543. relato à Papone h. t. Arr. 17.

falſi arguatur, interim tamen donator eiúſve hæredes donatam rem tradere compellentur cautione de ea reddenda interpoſita, ſi poſt cauſæ cognitionem falſa donatio pronuntietur.

CCI. [u] Donationis titulo ceſſæ actiones ad hæredes tranſmittuntur, licèt nulla conteſtatio vel facta à defuncta, vel petita ſit.

u l. illam. C. h. t.

CCII. [x] Donatio alicui eiúſque hæredibus facta, ad alienos etiam hæredes pertinet.

CCIII. [z] Si de euictione nominatim donator cauerit, præſtare eam debet.

CCIV. [a] Si quis mihi rem alienam donauerit, inque eam ſumptus magnos fecero, & ſic euincatur, nulla mihi actio contra donatorem competit. Planè de dolo aduerſus eum habeo actionem, ſi dolo fecit.

x Indicio curiæ Gratianopolitanæ an. 1549 relato à Papone h. t. Art. 2. . ex facto §. vlt. D. ad SC. Trebell.
z Glo in l. 2. C. de euict.
a l. Ariſto. §. vlt. D. h. t.
b l. Sancimus §. ne autem. C. eo. t.

CCV. [b] Ne communione inducta donatori & ei qui liberalitatem ſuſcepit aliqua oriatur contentio, electio datur ei qui ampliorem ſummam in re donata habuerit reliquá æſtimationis quantitatem offerre ei qui minorem cauſam habuit, & totum poſſidere. Sin autem hoc minimè facere maluerit, tunc omnimodo res diuidi debet ſecundùm quantitatem vtrique parti competentem, ſi res diuidi ſine ſuo periculo poſſibile eſt. Sin autem in huiuſmodi caſibus, in quibus partitio vtiliter celebrari minimè poteſt, amplioris ſummæ dominus noluerit offerre æſtimationem, tunc licebit etiam ei qui minoris ſummæ habet poteſtatem, offerre pretium, & totum ſibi vindicare.

CCVI. * Si duobus in ſolidum prædium donatum fuerit, eum cui priori poſſeſſio ſoli tradita eſt, haberi potiorem conuenit.

** l. quoties. C. de rei vend.*

CCVII. [c] Lege municipali Normana, [d] qua tertiam bonorum partem extraneis donare quis poteſt, ſi ea pars generaliter cuiquam donata eſt, eam partim è donatoris hæreditariis bonis, partim è quæſitis ferre debet.

c verſ. 441.
d verſ. 431.

CCVIII. [e] Eum qui donationis causâ pecuniam vel quid aliud promiſit, de mora ſolutionis pecuniæ vſuras non debere, ſummæ æquitatis eſt: maximè cum in bonæ fidei contractibus donationis ſpecies non deputetur.

e l. eum qui. D. h. t.

CCIX. [f] Qui ex donatione ſe obligauit, in quantum facere poteſt, conuenitur. Sed enim id quod creditoribus debetur erit detrahendum. Hæc verò, de quibus ex eadem cauſa quis obſtrictus eſt, non debebit detrahere.

f l. qui ex donatione. ibid.

CCX. [g] Qui id quod ex cauſa donationis ſtipulanti ſpoponderat ſolui conſtituit, actione conſtitutæ pecuniæ non in ſolidum, ſed in quantum facere poteſt, conuenitur. Cauſam enim & originem conſtitutæ pecuniæ non iudicij poteſtatem præualere placuit. Sed & condemnatus ex cauſa donationis in actione iudicati non fruſtrà deſiderat, in quantum facere poteſt, conueniri.

g l. qui id quod. ibid.

CCXI. [h] Si cùm Primus tibi donare vellet, & tu donandi Secundo voluntatem haberes; Primus Secundo ex voluntate tua ſtipulanti promiſerit, perficitur donatio: & quia nihil Primus Secundo, à quo conuenitur, donauit: & quidem in ſolidum, non in id quod facere poteſt, condemnatur. Idque cuſtoditur etſi delegante eo qui donationem erat accepturus, creditori eius donator promiſerit. Hoc enim caſu creditor ſuum negotium gerit.

h d. l. §. 1.

Secunda pars capitis noni.

Quando & quibus ex cauſis actio non competit ei cui donatum eſt.

CCXII. [i] SI donator, eiúſve hæres rem donatam non poſſideant, nullam aduerſus eos actionem exercere is cui res donata eſt, poteſt: niſi vtei actiones ſuas illi cedant.

i Indicio curiæ Pariſ. dies 5. Martij 1538. & alio dies 13. Decemb. 1535. relatis à Papone h. t. Art. 15. & 16.

CCXIII. [k] Mater eodem contractu pretij magni prædium filio donauerat, tum reditum quadragintorum Fråcicorum nummûm, præterea bona ſua mobilia omnia. Filius cùm mobilium causâ ſe æri alieno omni hæreditario municipali Pictonum lege obnoxium fore cerneret, mobilium donationem repudiare voluit; cætera habere: Senatui Pariſienſi placuit aut totam donationem agnoſcere, aut eandem repudiare debere.

k Indicio curiæ Pariſ. dies 1. Decemb. 1538. relato à Papone h. t. Art. 18.

CCXIIII. [l] Donatione certæ rei in contractu matrimonij facta, ſtipulatione interpoſita in eũ qui primus ex eo matrimonio naſcetur, ſucceſſurum, vel alium ex aliis liberis quem donator elegerit: primo nato mortuo, nec alia à donatore ſignificatione ſuæ voluntatis facta, donatio [m] fratribus poſt primum natis non acquiretur: ſi primo genito, ſeu alij ex fratribus donatio facta ſit, participes eius omnes erunt.

l Guido Papa q. 505. quia quo ad primò natũ ſtipulatio pura fuit: quo ad alios conditionalis, cuius dies, neque venit, neque ceſſit. l. cedere diẽ D. de verb. ſign. arg. l. 2. & l. qui libero: & eorum, quæ ibi annotantur. D. ſi pars hered. pet glo. & Bar. in l. ſi quis. D. de hered. Inſt. & l. plani §. ſi coniunctam. D. de lega. 1.
m l. cùm quidã D. de verb. ſign. l. vtrum. §. cum quidã. D. de reb. dub.

CCXV. [n] Quędam mulier prædium filiæ donauerat, hoc in ea donatione adiecto, Vt id filiæ ac eius liberorum eſſet. Maternam hæreditatem cum eius filiæ liberi repudiaſſent, prædium illud vindicabant: id ad eos minimè pertinere Senatus Pariſienſis pronuntiauit.

n Nicol. Valla lib. de reb. dubiis. h. t. arg. quòd verba ea non diſponunt in perſona liberorum, eò quòd ratio legãdi nihil diſponit, nec cohæret legato. l. cùm tale § falſam D. de condit. & dem.

CCXVI. [o] Ad res donatas euictio non pertinet, [p] tametſi ſtipulatio interceſſerit.

o l. ad res donatas D. de Aed. ed. l. 2. C. de euict.
p Contra Berberij ſententiam h. t.

CAP. X.

Quæ donatori, aut aliis actiones ex cauſa donationis competant, & aduerſus quos.

CCXVII. [q] SI quis cuicunq; ea lege quicquam donauerit, vt certa alimenta ſibi præberet, ſi legi non obtemperetur, non ſolùm donatori condictionem, id eſt in perſonam actionem dari conſtitutum eſt, ſed etiam vtilem rei datę vindicationem, [r] vt & ſuprà relatum eſt.

q l. 1. C. h. t.
r ſ DD. in l. vlt. C. de rei. don.

CCXVIII. [ſ] Si is qui bonorum partem donauit, alere ſe ex iis quæ ei ſuperſunt

ſunt rebus non poſſit, æquum eſt, eos quibus dooatum ab eo fuit, cogi eius inopiæ ſuccurrere.

CCXIX. [y] Hæreditatem pater ſibi teliſtam filiæ ſui iuris effectæ donauit. Creditorihus hæreditariis filia ſatisfacere dehet: vel ſi hoc minimè faciat, & creditores contra patrem veniant, cogendam eam per actionem præſcriptis verbis patrem aduerſus eos defendere.

CCXX. [u] Si res alicui ea conditione donaſti vt creditorihus ſolueret, ſi ſtipulatione vel in continenti habito pactó proſpexiſti, creditoribus quidem non contra eam ex placito veſtro, ſed aduerſus te competit actio. Eum autem cui certa lege prædia donaſti, incerta ciuili actione ad placiturum obſequiū vrgeri ſecundùm legem donationibus dictam conuenit.

CCXXI. [x] Lege municipali Normana, nominatim ij quibus prędia donata ſunt, vectigalibus, ſolariis, & debitis clientelaribus rerum donatarum obſtringuntur, tametſi de his donator nihil edixerit: nec earum rerum nomine actio vlla in hęredes donatoris, iis in quos liberalitas collata eſt, competit.

CCXXII. [z] Eadem lege municipali, ſi res donatæ tertiam bonorum donatoris partem non æquent, eæ obnoxię æri alieno donatoris, etiam ſub hypotheca contracto, non erunt, niſi pro ratione partis tertiæ bonorum mobilibus priùs ad id æs alienum luendum expenſis.

CCXXIII. [a] Quoties donatio ita conficitur, Vt poſt tempus id quod donatum eſt, alij reſtituatur; veteris iuris authoritate reſcriptum eſt, ſi is, in quem liberalitatis compendium conferebatur, ſtipulatus non ſit, placiti fide non impleta ei qui liberalitatis author fuit, vel hæredibus eius condictitiæ actionis perſecutionem competere. [b] Sed poſtea benigna iuris interpretatione ei qui ſtipulatus non ſit, vtilem actionem iuxta donatoris voluntatem competere, Diocletianus & Maximianus Imperatores admiſerunt.

CAP. XI.

De reuocandis donationibus.

Prima pars.

Quæ donationes reuocentur ob ſuſceptos poſt eas liberos: aut non.

Prima particula eius partis.

Quæ donationes ob eam cauſam reuocentur.

CCXXIV. [c] HOc iure vtimur, vt ſi quis filios non habens, bona omnia, vel partem facultatum fuerit donatione largitus, & poſtea ſuſceperit liberos, totum quicquid largitus fuerit, in eiuſdem donatoris arbitrio ac ditione manſurum, reuerti debeat.

CCXXV. [d] Reuocatur donatio etiam partis bonorum, [e] ac minoris quidem dimidia eorum parte, veluti tertia, quartáve, aut alia ampla ac notabili, [f] & quam veriſimile non fuerit donaturum fuiſſe illum qui eam liberalitatem contulit, ſi ſperaſſet ſibi futuros liberos. [g] Idem obſeruatur & ſi prædia donata ſint, in quibus partes eiuſmodi bonorum donatoris conſiſtebant. [h] Minimæ tamen rei, vel non ita magnæ donatio ob eam rem non reuocatur.

CCXXVI. [i] Siue extraneo, ſiue filiis facta donatio fuerit; oh ſuſceptos poſt eam à donatore liheros, [k] vel nepotes, neptéſve è filio filiáve natos natáſve reuocatur: [l] tametſi liberi per ſubſequens matrimonium legitimi ſint effecti, [m] etiamſi ante donationem nati fuiſſent: [n] ac id quidem, licèt iureiurando confirmata donatio fuerit: [o] ac donator huic beneficio renuntiauerit, [p] vllámque ob cauſam non reuocaturum promiſerit.

CCXXVII. * Si pater, cui vnica erat filia, bona omnia, vel maiorem eorum partem ei in dotem dederit, nouáq; ipſi ſoboles naſcatur, reuocari ea donatio poteſt, quatenus inofficioſa reperitur.

CCXXVIII. [q] Etiam donatoris liberi donationem ex hac cauſa reuocare poſſunt, tametſi reuocata à donatore non fuerit. [r] Sed ſi filij moriantur, de ea re ſtatuere donator ſuo arbitrio poteſt.

CCXXIX. [ſ] Filiorum poſt donationem ſuſceptorum morte redintegrari donationē reuocatam non poſſe placuit.

CCXXX. [t] Donatio facta Eccleſiæ etiam ex hac cauſa reuocatur.

---

y l.hæreditatē. D.h.t.

u l.cùm res. C. h.t.

x verſ.442.

z verſ.443.

a l.quoties. C. de don. quæ ſub modo.

b Nicol.Valla h.t. hanc actionem vtilem dari non putat, niſi ei qui præſens donationi interfuit: nec cōtra iuris regulas non ſolùm alteri, ſed abſenti quoque actio detur, & ei dominium & poſſeſſio acquirantur quod à benigna Impp. interpretatione abeſſe videtur.

c l ſi vnquam. C. de reuoc.don. arg can. quicumque vult. 17.q.4. & l generaliter. C. de Inſtit & ſubſt. lex tamen [ſi vnquam] de donatione libertis à patrono facta nominatim loquitur: nec videbatur ad alios porrigenda, cùm eſſet lex generalis: at aliud fortè. de libertis ſtatuendum videretur, qui magis obſtricti patronis eſſent quàm alij quibus donatum eſſet. arg. l. ſi totas. quę eadem de re inter alias perſonas quàm patronos & libertos aliud ius conſtituerat. Verùm communis interpretatione ad alias quaſcunque perſonas porrecta eſt.

d d.l. ſi vnquam. quę de parte bonorum loquitur. l nomen filiarum. D. de verb ſig. l. etiam. D. de vſufr.

e Hæc eſt communis opinio contra Bart. ſententiam.

f Fr. Connanus h.t.

g arg. d. l. ſi vnquam. quæ de parte aliqua bonorum loquitur. quę adiectio verbi [alicuius] ad verbum [partis] facit, vt latiùs verbū [partis] accipere debeamus. glo. ſing. in cl. 1. de foro compet. quam commēdat Panorm. in c. Paſtoralis de offic. & pot. iud deleg. & quòd appellatione [partis] veniunt etiam res ſingulares l. non amplius. §. vlt. D. de lega 1. Contra Baldi ſententiam in Auth. ex cauſa. C. de lib præt. & Salyc. in d. l ſi vnquam.

h Bald Iaſ. & Dec in l. 2. D. de pact Alex. Conſ. 71.

i Glo. Bart. Bald & Ang in d l ſi vnquam, Panor. in c vlt. h.t.

k arg quòd liberorum appellatione nepotes continentur l. liberorum D. de verb. ſig maximè in fauorabilibus. l. quod ſi nepotes D de teſta. tut.

l Iudicio Concilij regij, dies 9. Febr. relato à Papone h.t. Ar. 21. Boerius Deci. 157. 159. & 160. c. tanta. qui filij ſint legit. Iaſ. in rubr de lib & poſth.

m Bald. in c. annotuit. verſ. quæritur. de elect. Idem Bald. in l 1. C h.t. Decius Conſ. 165. Io. Ripa in d. l. ſi vnquam. q. 38. Boerius in Conſ. Biturigū. t. de conſ. mar Boerius dd. Deciſ. Iudicio curiæ Tholoſanæ dies 13. Maij relato à Papone h t. Ar. 12.

n Bart. in l. Titia Seio. §. Imperator. D. de lega. 2. arg. quod iuramentum adiectum alicui rei induat eius naturam. l. vlt. C. de non num pec. & arg. l. vlt D. qui ſatiſd cog. & quòd conſenſus ſit fundamentum obligationis. Glo. in l. emptione. C. plus val. quod agit. Et non videatur conſenſiſſe donationi donator in hunc caſum, arg. item l. qui cum tutoribus. § pen. C. de tranſ. Bald. in l. 1. C. de inoff. don. Oldrad. Conſ. 275. & 238. Tiraquel. in d. l. ſi vnquam.

o Io. Andreæ in Spec. t. de Inſtr. edit. arg. quòd hoc beneficium ſit introductū ob fauorem liberorum. lib. 2. & pen. & ibi annotatorum. C ad leg. Falc. Contra opinionem Bart. in d l. Titia. §. Imperator. D. de lega. 2 & Baldi in d. l. 1. C. de inoff teſta. & Glo. in d. l 2. C. ad l. Falc. & Ludouici Romani Cōſ. 26. & Conſ 269. arg. quòd pater poſſit bona ſua omnia ſine fraude alienare. l. vſque non adeo. D. ſi quis a par. licet reuocare filios donationē poſſe vſque ad legitimū bonorum ſubſidium fateātur l. ſi totas C de inoff. dona.

p Oldr Conſ. 173 Ludo. Rom. Conſ. 279. Cornæus Conſ. 30. Socinus conſ. 22 Vol. 4 Fr. Aret. conſ 24.

* l. ſi totas. l. ſi mater tua. l. ſi liquerit. C. de inoff. don. l. ſi mater filiis. C de inoff teſta Azo h.t. Butrig. Cyn. Bart. Bald. Salyc. & Paul. t. de inoff dot.

q arg l. cùm de indebito. D. de prob. l. filiusfa. in prin. D h. t. arg. quòd tempus non ſit modus tollendæ, vel inducendæ obligationis l. Obligationum ferè D. de obl & act. & quòd hoc beneficium fauore liberorum ſit inductum.

r Papo 1. Not p. 360.

ſ Bald. in l. 2. C. de inoff. donat. Paul. Caſtr. in l. 2. & 3. C. de poſth. hared. Inſt Bart. in d. l. Titia. §. Imperator, verſ quæro, dixi. D de lega. 2. Petr. Ferrarius in libello pro donatione arg quòd quemadmodum obligatio ſemel extincta non reſuſcitatur. l. qui res. §. aream. D de ſol ita nec donatio. l Mæuius. §. duobus. D. de lega. 2. l. 2. C. quando dies lega ced. l. hæredibus. in prin. D. ad SC. Trebell. l. qui libertinos. §. amiſſi. D. de oper. libert.

t Papo 1. Not. Contra can futuram Eccleſiam, & ca. videntes. 12. q. 1 qui hoc in arbitrio Eccleſiæ ponunt

CCXXXI. [u] Tametſi donatio in matrimonij gratiam facta ſit, ſuſceptis poſt eam à donatore liberis, reuocatur. Sed ferè Gallicis moribus ſi ob eam liberalitatem donatio propter nuptias (quam dotalitium appellant) amplior à marito facta ſit, ea ex anteriore donatione ſuppletur, ſi ex mariti bonis redigi iuſta ſumma modúſve dotalitiæ rei non poſſit.

CCXXXII. [x] Si mulier nubens in virum donationem contulerit, eique poſt eius mortem liberi ex alio matrimonio naſcantur, ea reuocari donatio poteſt lege municipali Normana.

CCXXXIII. [z] Donatio rei immobilis ab vllo vlláve carēte liberis facta, reuocari à donatore poteſt, ſi liberos è legitimo matrimonio poſtea procreet, excepta donatione dotis causâ facta, cuius proprietas reuocari à donatore ob eam cauſam poteſt, manente penes mulierem vſufructu. Quòd ſi viro quicquam matrimonij causâ datum ſit, vxor poſt eius mortem donatarum rerum vſumfructum habebit donationis propter nuptias, quod doarium appellamus iure.

CCXXXIV. [a] Donationem vni è liberis à parente factam, aliis poſt eam ſuſceptis liberis vſque ad legitimum bonorum ſubſidium tantùm reuocari placuit.

CCXXXV. [b] Si quis donationis causâ vendiderit, ea ex hac cauſa reuocatur.

CCXXXVI. [c] Donatio ob hanc cauſam tota, non in partem reuocatur.

CCXXXVII. [d] Cùm donatio ex hac cauſa reuocatur, is, in quem collata eſt, fructus reſtituere tenetur ex eo tempore quo donatori natos filios ſciuit.

CCXXXVIII. [e] Huic actioni non niſi triginta annorum ſpatio præſcribi nõ poteſt: nec Ludouici XII. Regis conſtitutio, quæ læſis decennium præſcribit, petendæ in integrum reſtitutionis hac in re locum habet.

Secunda particula primæ partis capitis vndecimi.

Quibus in cauſis donationes propter ſuſceptos poſt eas liberos non reuocentur.

CCXXXIX. [f] Donatio remunerationis causâ [g] nõ ſupra æquum modũ, nec obſequij, à liberis aliiſve debiti facta, [h] ob nouam donatoris ſobolem non reuocatur.

CCXL. [i] Donationes ob cauſam hoc iure non comprehenduntur; quia veræ donationes non ſunt. Ac quidem traditum eſt, extra cauſam donationum eſſe talium officiorum mercedes: vt puta, ſi tibi aſſuero, ſi ſatis pro te dedero, ſi qualibet in re opera mea vel gratia mea vſus fueris. In quo tamen attendendum videtur quæ cauſa ſit, & num digna tãto munere; vel ſit eiuſmodi quæ conditionem afferat donationi. Nam ſi donauero tibi bona mea omnia vt pro me fideiubeas, vel me Grãmaticam doceas: aut ſi dedi, quia iam hæc in me beneficia contuliſti, donatio huiuſmodi per ſuſceptionem liberorum reſcindenda videtur, quia multò plus habet liberalitatis quàm oneris.

CCXLI. * Si alterutri eorum qui mutuam donationem inter ſe contulerunt, poſtquam liberos ſuſcepiſſet, eos amiſerit, reuocari donatio ob nouam ortam ſobolem non poteſt: niſi ſuam ille ea de re voluntatem aperuerit, eáq; re actionẽ hanc ad hæredes tranſmiſerit.

CCXLII. [k] Si qui in matrimonium conueniunt, inter ſe donent; ea donatio ſuſceptis ex eo matrimonio liberis non reuocatur.

CCXLIII. [l] Si poſt donationem liberi naturales naſcantur donatori, niſi ij ex ſubſecuto matrimonio legitimi ſint facti, non reuocatur ob eos donatio.

CCXLIV. [m] Si ſpurios naturaléſve cuiuſquam filios natalibus reſtituat, donatio ante facta ea de cauſa non reuocatur.

CCXLV. [n] Cùm donatio ob natos poſt eam liberos reuocatur, fructus ante eorum natiuitatem percepti non reſtituuntur.

Secunda pars capitis vndecimi.

Quibus aliis ex cauſis, quàm ob ſuſceptos poſt donationes liberos eæ reuocentur, aut non.

Prima particula.

Quibus ex cauſis reuocentur.

CCXLVI. [o] Reuocatur donatio, ſi conditio, modus, aliáve pacta adiecta non ſeruentur. [p] Sed etiam legem quam rebus tuis donando dixiſti, ſiue ſtipulatione tibi proſpexiſti ex ſtipulatu: ſiue non, incerti iudicio, id eſt præſcriptis verbis agere potes vt hæc impleatur.

CCXLVII. Sed multum intereſt, cauſa donandi fuerit an conditio. Nam ſi cauſa fuerit, ceſſat repetitio: ſi conditio, repetitioni locus erit: [q] de quo ſuprà pluribus verbis.

CCXLVIII. [r] Donationes etiam ex his cauſis reuocari poſſe conſtitutum eſt, ſi donationis acceptor ingratus in donatorem inueniatur, ita vt iniurias atroces in eum effun-

* Hoſtienſ. in Sũma. § qualiter. verſ. hæc autem reuocationes: Traq. in d. l. ſi vnquam. nu. 172.

k Papo primo Notario, h. t. p. 356.

l arg. l. 2. § 1. D. de excuſ. tut. l. filium D. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. Alioqui hæc conſtitutio ad delinquendum induceret. l. conuenire. D. de pact. dot. l. ſi vnus. § illud nulla. D. de pact. arg. glo. in l. 1. in verb. naturalis. D. de bono poſſ. contra tab. & § 1. I. autem. Inſtit. de inoff. teſta. Papo 1. Notario. p. 352. h. t. Tametſi iure ciuili Romano ſpurij matri & patri quandoque in aliquam partem ſuccedant. l. 2. D. vnde cogn. l. matre. & auth. licet. C. de natu. liber.

m Papo d. loco. l. Gallus. §. & quid ſi tantum & ibi DDD. de lib. & poſth. c. quamuis. de reſcr. lib. 6. auth. quib. mo. natur effic. ſui. §. filium verſ. l. vlt. D. de nat. reſt. Domin. & Imola in c. grandi. de ſuppl. negl. prælat. l. ſi donationem C. de reuo. don. l. ſi Gaudentius. C. de cont. empt. l. ſi filiofa. D. de lib. & poſth. Bald. in l. 1. C. de inoff. teſta. qui naturalem natum ante donationem reuocare non poſſe donationem cenſet. ſed de nato poſt donationem tacet: quod eſt magis dubium.

n l. Ripa in d. l. ſi vnquam Traquellus in d. l. in verb. reuertantur. n. 227.

o l. 1. 3. & vlt. & toto t. C. de don. quæ ſub mod. l. vlt. C. de reuoc. don.

p l. legem. C. h. t. q cap. 3 h. t. r l. vlt. l. his ſolu. & auth. quod mater. C. de reuo. don. & quod d. l. his ſolu. & d. auth. dicitur, ad cæteras omnes perſonas quoque pertinet Fr. Connanus h. t.

e Papo 3. Notario p. 690 h. t. f Idem Papo 1. Nota. l. hoc § Labeo ait & § ad l. ſi pater. § vlt. & l. Aristius Regulus. D. h. t. g arg. c. relatum 2. de teſta. in verb. iuxta ſeruitij meritum. h arg. l. ſi ſeruo D. de hæred. Inſtitu. l. donari. D. h. t. l. donari. D. de reg. iur. i Fr. Connanus h. t. l. hoc iure. D. h. t. de qua ſup.

dat

dat, vel manus impias inferat, vel iactu-ræ molem ex inſidiis ſuis ingerat, quæ non leuem ſeorſum ſubſtantiæ donatoris imponat, vel vitę periculum aliquod intulerit;[f] vel ſi ei alimenta deneget.

CCXLIX. [t]Donationes etiam circa filium filiámve, nepotem neptémve, pronepotem proneptémve emancipationis tempore celebratæ, quas pater, auus, aut proauus fecit, ex illis ipſis cauſis reuocari poſſunt.

CCL. [u]Illud effici pactione non poteſt, vt donator ex ingratitudinis cauſa reuocare donationem non poſſit.

CCLI. [x]Donatio facta Eccleſiæ, ingrati ſacerdotis emolumento cedere non debet quoad quidem vixerit,[z] nec ſi alimenta promiſſa præſtare donatori detrectet.

CCLII. [a]Reuocare tantùm ex ingratitudinis cauſa donationes ipſi tantummodo donatores poſſunt, nulla facultate conceſſa eorum ſucceſſoribus huiuſmodi querimoniarum primordium inſtituere, ſiue aduerſus eum qui ingratus eſſe dicitur, vel aduerſus eius ſucceſſores. [b]Transmittere tamen ad hæredes hanc actionem, donatorem, ſi comminatus ea de re ſit, eámque accuſationem præpararit, nonnullis placet.

CCLIII. [c]Naturalibus & non legitimis liberis res donatę [d]vltra alimenta, à legitimis hęredibus reuocari poſſunt.

CCLIV. [e]Donationes in fraudem creditorum factæ reuocantur,[f] vt & ſuprà commemoratum eſt.

CCLV. [g]Lege municipali Normana, donationes contra eam factas, hæredes donatoris intra decem annos à morte donatoris reuocare poſſunt, ſi in ſuam tutelam peruenerint: quòd ſi iuſtę ętatis non ſunt, intra decimum à iuſta ætate annum, ac eo tranſacto tempore ea actione ſummouentur.

A

Secunda particula capitis vndecimi.

Quæ donationes reuocari non poſſunt ex aliis cauſis quàm ob ſuſceptos poſt eas liberos.

CCLVI. [h]PErfecta donatio à donante per ſolam eius pœnitentiam

B tiam reuocari non poteſt, ne à parentibus quidem facta, [i]ac ne enormis quidem lęſionis prætextu, [k]vel abſentiæ amicorum, [l]vel authoritate reſcripti Principis,[m] vel inſtrumentis donationis à donante exuſtis; [o]nec ſi donator profeſſioòe inhoneſta in fraudem alterius donaſſe alleget.

CCLVII. [p]Donationes ob cauſam atque ob benemerita factæ, ex cauſa ingratitudinis

C ſubſecutæ non reuocantur, ſecundùm quod donationem nouæ ſubolis cauſa non reuocari ſuprà retulimus:[q] [r]ſcilicèt cùm rerū donatarum æſtimatio non lōgè abeſt à meritorum æſtimatione: & ita vt modici exceſſus ratio non habeatur.

CCLVIII. [ſ]Ergo ſi quis aliquem à latrūculis vel hoſtibus eripuit, & aliquid ab eo accepit, hæc donatio irreuocabilis eſt. Nam

D merces eximij laboris appellanda eſt, quòd contemplatione ſalutis certo modo æſtimari non placuit.

CCLIX. [t]Donatio alicui facta ea ſpe quòd ſe remuneratum iri ſperabat, tametſi id factum non ſit, ob eam cauſam reuocari non poteſt.

CCLX. [u]Quæ ante inchoatum cœptúmque iurgium vendita, donata, permutata, in

E dotem data, cęteríſque cauſis legitimè alienata ſunt, ab eo cui donata fuerant, ex cauſa ingratitudinis non reuocantur.

CCLXI. [x]Fructus perceptos, is cui donatum eſt, reſtituere non tenetur, ingratitudinis cauſâ reſciſſa donatione: Alioqui ob eam rem fingi & ſimulari ingratitudinis cauſæ poſſent, & ſub hoc obtentu iuſtę alienationes reuocari.

F CCLXII. [z]Hæredi & in hæredem donatoris hæc actio non datur.

ſ cap. vlt. h. t.

t l. donationes Cod. de reu. dona.

u Ludouicus Romanus conſ. 26. argum. quòd huiuſmodi conuentio præberet occaſionem delinquendi. l. conueniri. D. de pact. l. 3. in princ. Cod. de ind. vidui. toll. l. ſi vnus. § illud nulla. D. de pact. Spec. hoc tit. Baldus in l. vltim. Cod. de pact. & in l. vltim. Cod de bon. libert. contra Alexandri ſententiam conſ. 29. parte 4.

x Ludouicus Romanus conſ. 284. cap. 1. §. 1. de capitulo. Conr. in vſib. feud.

z Ludouicus Romanus d. conſ.

a l. vltim. & l. his ſolis. & l. Cod. de reuo. don.

b Guido Papa quæſt. 232. & quæſt 214. argum. l. poſthumus. §. vltim. cum l. ſeq l. quemadmodum D. de inoff teſtam. cap. vltim. hoc tit. Ludouicus Romanus conſ. 284. argum. l. cùm hic ſtatus. § oratio & §. ſi maritus. D. de don. inter vir. & vxo. l. ſi maritus. Cod. eod. tit. l. ſi ex toto. D. de lega. 1.

c l 1. Cod. de natur. lib.

d Supra hoc tit.

e l. omnes. §. 1. & §. debitores. D. quæ in fraud. cred.

f verſ. g verſ. 435.

h l. 1. & 2. C. de reu. dona.

i Decius conſ. 180.

k l. velles. C. d. tit.

l l. ſi donationem ibid.

m d. l. 2.

o l. cùm profiteatur. d. t.

p l. hoc iure C. h. t. Franc. Connan. lib. 5. cap. 10. Com. iur. ciu.

q l. Attilius Regulus. D. h. t. Papo primo Notario. k. t. glo. 2. in l. vlt. C. de reu. don. per l. ſi pater. §. 1. D. h. t. & ibi gloſſ. in verb. irreuocabilis. Lud. Roma. ſing. 516. & conſ. 298. l. poſt diuortiū. § patrona, & ibi Bart. & Bald. D. de iure dot. & in l. ſi dotem vbi glo. Bald. & Salyc. C. eod. Boerius Deciſ. 27.

q r d. l. ſi pater. §. vlt. & ibi glo. C. h. t. Ludo. Romanus conſ. 517. Decius conſ. 202. Io. Imbertus Enchir. iuris Galliæ.

ſ l. ſi pater. §. 1. D. h. t.

t Ludo. Romanus conſ. 298. l. ſi quidem. D. de obl. & act.

u l. his ſolis. C. de reu. don. x Franc. Connan. lib. 5. cap. 10.

z l. vlt. C. de reu don.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI, LIBER DECIMVS OCTAVVS.

TIT. I.

De precario.

Hic titulus tribus capitibus continetur: Cuius primum caput eſt, Quid ſit precarium: & quomodo conſtituatur. & quibus in rebus conſiſtat. Cuius prima pars eſt, Quid ſit precarium. Secunda pars eſt, Quomodo conſtituatur precarium. Tertia pars dicti capitis primi eſt, In quibus rebus conſtituatur precarium. Secundum caput eſt, In quos hoc interdictum detur: vel non. Cuius prima pars eſt, In quos hoc interdictum detur. Secunda, In quos non detur. Tertium caput eſt, Quid veniat in hoc interdictum: aut non. Cuius prima pars, Quid veniat. Secunda, Quid non veniat.

CAPVT I.

Quid ſit precarium, quomodo contrahatur, & in quibus rebus conſiſtat.

Prima pars.

Quid ſit precarium.

a *l.1.D.h.t.*

I. PRECARIVM[a] eſt quod precibus petenti vtendum gratis conceditur, quandiu qui conceſſit, patitur.

b *Iac. Cuiacius libro 11. obſeru. cap. 37. idem in Parat. C. & in tract. 5. ad Africanum l. 108. D. de leg. 1.*

II. [b] In commodato dantur res vtendæ ad tempus: in precario, quandiu libuerit danti.

c *d. l. 1. § vlt.*

d *l. 3. d. t.*

III. [c] Habere precario videtur, qui poſſeſſionem corporis vel iuris adeptus eſt, ex hac ſolummodo cauſa quòd preces adhibuit, & impetrauit vt ſibi poſſidere, aut vti liceat: [d] veluti, ſi me precario rogaueris, vt per fundum meum ire vel agere tibi liceat: vel vt in tectum, vel in aream ædium mearum ſtillicidium, vel tignum in parietem immiſſum habeas.

e *l. certè. § in quis. l. ſi ſeruus. § eum qui. D. h. t.*

IV. [e] Is qui rogauit vt precario in fundo moretur, non poſſidet: ſed poſſeſſio apud eum qui conceſſit remanet. Nam & fructuarius & colonus ſunt in prædio, & tamen non poſſident.

f *l. duo. d. t.*

V. [f] Duo ſolidum habere precario non magis poſſunt, quàm duo in ſolidum poſſidere, aut clam.

Secunda pars capitis primi.

Quomodo conſtituatur precarium.

g *l. vnuſquiſque ibid.*

VI. [g] Vnuſquiſque poteſt rem ſuam, quamuis non poſſideat, precario dare ei qui poſſideat.

h *l. vlt. ibid.*

VII. [h] Si is qui pro poſſeſſore precario dominum rogauerit, vt ſibi retinere rem liceret, vel is qui alienam rem emiſſet, dominum

A rogauerit; apparet eos precario poſſidere, nec exiſtimãdos mutare ſibi cauſam poſſeſſionis, quamuis à domino concedatur precario poſſidere. Nam & ſi quod poſſideas, alium precario rogaueris, videri te deſinere ex prima cauſa poſſidere, & incipere ex precario habere. Et contrà ſi quis poſſeſſorẽ precario rogauerit, is qui auocare ei rẽ poſſet, teneri eum

B precario: quoniam aliquid ad eum per hanc precarij rogationem peruenit, id eſt poſſeſſio quæ aliena ſit.

VIII. [i] Precario poſſeſſio conſtitui poteſt vel inter preſentes, vel inter abſentes: veluti per epiſtolam, aut per nuntium. i *l. precario. ibid.*

IX. [k] Quamuis equam quis precario rogauerit, id actum videtur, vt quod ex ea natum eſſet, in eadem cauſa haberetur. k *l. quamuis. ibid.*

C X. [l] Precario rogatio & ad hæredem eius qui conceſſit tranſit: ad hæredem autem eius qui precario rogauit, non tranſit: quippe ipſi duntaxat non etiam heredi conceſſa poſſeſſio eſt. l *l. cùm precario. § vlt. D. h. t.*

XI. [m] Qui precario rogauit, finito tempore, etiamſi ad hoc tempus non rogauit, tamen precario poſſidere videtur. Intelligitur enim dominus, cùm patitur eum qui precario rogauit, poſſidere, rurſus precario concede- m *l. in rebus. § vlt. ib.*

D re. [n] Sed ſi manente adhuc precario in vlterius tempus rogaſti, prorogatur precarium. Nam nec mutatur cauſa poſſeſſionis; & non conſtituitur eo modo precarium, ſed in longius tempus profertur. Si verò præterita die rogas, propius eſt vt ſoluta iam cauſa precarij non redintegretur, ſed noua conſtituatur. [o] Certè ſi interim dominus furere cœperit, fieri non poteſt vt precarium redintegre- n *l. ſed ſi manente. ibid.* o *l. certè. d. t.*

E tur.

XII. [p] Si procurator meus, me mandante, vel ratum habente precario rogauit, ego precario habere dicor. p *d. l. § 2.*

XIII. [q] Si filius tuus tuo mandato precario rogauerit, vel ratum habueris quod ille rogauit, tuo nomine teneberis quaſi precario q *l. ſi ſeruus. D. h. t.*

habeas.

habeas. Sed ſi te ignorante filius rogauerit, non videris tu precario habere: ſed illi erit actio [de peculio,] vel [de in rem verſo.] A

r l. vlt. §. vlt.

XIV. [r] Si pupillus ſine tutoris authoritate precario rogauerit, Labeo ait habere eom poſſeſſionem, & hoc interdicto teneri. Nam quo magis naturaliter poſſideretur, nullum locum eſſe tutoris authoritati: rectéque dici [quòd precario habes] quia quod poſſidet, ex ea cauſa poſſideat ex qua rogauerit: nihilque B noui à Prætore conſtituendum, quoniam ſiue habeat rem, officio iudicis teneatur: ſiue non habeat, non teneatur.

ſ l. certi. §. Iulianus. D. h. t.

XV. [ſ] Is qui vi alterum deiecit, & ab eodem precario rogauit, deſinit vi poſſidere, & incipit precario: nec cauſam poſſeſſionis mutat, cùm volũtate eius quem deiecit, cęperit precario poſſidere. Nam etſi ab eodem emiſſet, inciperet etiam pro emptore poſſe dominium capere. C

Tertia pars capitis primi.

Quibus in rebus precarium conſtituatur, vel non.

t l. in rebus d. t.

XVI. [t] IN rebus etiam mobilibus precarij rogatio conſiſtit.

u l. & habet. § precario. d. t.

XVII. [u] Precario habere etiam ea quæ in iure conſiſtunt, poſſumus: vt immiſſa & protecta. D

x d. l. in rebus. §. item ſi rem.

XVIII. [x] Si rem meam precario rogauero, rogaui quidem precario, ſed non habeo precario, idcirco quia receptum eſt, rei ſuæ precarium non eſſe.

z d. l. certè. §. vlt. D. h. t. l. 15. D. de oblig. & act. l. ſi debitor. D. h. t.

XIX. [z] Verius tamen eſt precarium conſiſtere in pignore, cùm poſſeſſionis rogetur, non proprietatis.

a l. ſed etſi. D. h. t.

XX. [a] Sed etſi eam rem, cuius poſſeſſionem per interdictum [vti poſſidetis] retinere poſſim, quamuis futurum eſſet vt tenear de proprietate, precario tibi conceſſerim: teneberis hoc interdicto. E

b l. poſter. C. h. t. contradicit l. & habet §. hoſpites D. h. t. vbi hoſpites & qui gratuitam habitationem accipiunt, non intelligi precario habitare, dicitur: quod videtur carere ratione.

XXI. [b] Habitantis precario hęredes ad reſtituendum habitaculum teneri, contra eos interdicto propoſito meritò declaratur.

c l. 18. D. com. præd.

XXII. [c] Si vicinus in tuo maceriam duxerit, interdicto [quod precario] agi non poterit: nec maceria poſita donatio ſeruitutis perfecta intelligitur: nec vtiliter intendetur ius ſibi eſſe inuito te ędificatum habere, cùm ædificium conditionem ſoli ſecutam inutilem faciat intentionem. F

d d. l.

XXIII. [d] Cæterùm ſi in ſuo maceriam precario, qui ſeruitutem tibi debuit, duxerit, neque libertas vſucapietur: & interdicto [Quod precario] vtiliter cum eo agitur.

e Ibidem.

XXIV. [e] Si donationis causâ permiſeris maceriam in tuo fundo qui ſeruitutem debuit ducere, hoc interdicto agere non poteris, & ſeruitus donatione tollitur. G

CAP. II.

Quibus, & in quos detur interdictum De precario, vel non: & quid in illud veniat.

Prima pars.

Quibus detur hoc interdictum.

f l. 1. D. h.

XXV. [f] AIt Prætor: [Quod precario ab illo habes, aut dolo malo feciſti vt deſineres habere, qua de re agitur id illi reſtituas.]

g l. interdictum. d. t.

XXVI. [g] Interdictum de precariis meritò introductum eſt: quia nulla eo nomine iuris ciuilis actio eſſet. Magis enim ad donationis & beneficij cauſam, quàm ad negotij cõtracti ſpectat precarij conditio. [h] Et habet ſummam æquitatem, vt eatenus quiſque noſtro iure vtatur, quatenus ei tribuere velimus.

h l. Et habet & l. 2. ibid.

i l. quæſitũ. d. t.

XXVII. [i] Quæſitum eſt, Si Titius me rogauerit vt re Sempronij vtatur: deinde Sempronium rogauero vt concederet, & ille dum mihi vult præſtitum, conceſſerit, Titius à me habet precario; Sempronius autem non aget cum eo: quia hæc verba [ab illo precario habes] oſtendunt ei demum competere interdictum à quo quis precario rogauit, non eius cuius res eſt. An tamen Sempronius mecum quaſi à me rogatus interdictum habeat? Et magis eſt, ne habeat: quia non habeo precario, cùm non mihi, ſed alij impetraui: mandati tamen actionem poteſt aduerſus me habere, quia me mandante dedit tibi: aut ſi quis dixerit non mandato meo, ſed magis mihi credentem hoc feciſſe; dicendum eſt in factũ dandam actionem etiam aduerſus me.

k d. l. illud.

XXVIII. [k] Illud videamus quale ſit, ſi me precario rogaueris, & ego eam rem alienauero, an precarium duret re ad alium tranſlata. Et magis eſt, vt ſi ille non reuocet, poſſe interdicere, quaſi ab illo precario habeas nõ à me. Et ſi paſſus eſt aliquo tempore à ſe precario habere, rectè interdicet, quaſi à ſe precario habeas.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus hoc interdictum non detur.

l l. cùm precario. 12 d. t.

XXIX. [l] PRecario, rogatio & ad hæredẽ eius qui conceſſit tranſit.

m l. Et habet. §. precario. ibid.

XXX. [m] Cùm quis de re ſibi reſtituenda cautum habet, precarium interdictum ei non competit.

Tertia pars d. cap. ſec.

In quos hoc interdictum detur: vel non.

Prima particula dictæ tertiæ partis.

In quos detur.

n l. quæſitũ. §. 1. D. h. t.

XXXI. [n] QVod à Titio precario quis rogauit, id etiam ab hærede eius precario habere videtur: eóque iure vtimur. Ergo & à cæteris ſucceſſoribus habere quis precario videtur. Atque etiam ſi ignoret quis hæredem, tamen videtur is ab

hęrede precario habere.[o] Ac hoc quidem interdicto hęres eius qui precario rogauit, tenetur quemadmodum ipſe, vt ſiue habet, ſiue dolo fecit quo minus haberet, vel ad ſe perueniret, teneatur: ex dolo autem defuncti hactenus, quatenus ad eum peruenit.

XXXII. [p] Eum quoque precario teneri voluir Prætor, qui dolo fecit vt habere deſineret.

XXXIII. [q] Ea quę diſtracta ſunt vt precario penes emptorem eſſent quoad pretium vniuerſum perſolueretur, ſi per emptorem ſterit quominus perſolueretur, venditorem poſſe conſequi.

XXXIV. [r] Tenetur hoc interdicto non vtique ille qui precario rogauir: ſed qui precario habet. Etenim fieri poteſt vt quis non rogauit, ſed habeat precario; vt puta filius in patris poteſtate.

XXXV. [ſ] Qui precario fundum poſſidet, is interdicto [vti poſſidetis] aduerſus omnes, præter eum quem rogauit, vti poteſt.

Secunda particula dictæ partis tertiæ ſecundi capitis.

In quos non detur hoc interdictum.

XXXVI. [t] SI debitor rem pigneratam precario rogauerit, ſoluta pecunia precarium ſoluitur: quippe actum eſt vt vſque eò precarium teneat.

XXXVII. [u] Poteſt ad tempus precario rogari: & finito eo tempore, ſi non reuocatum fuerit, renouatum intelligitur; [x] nec ante id tempus intempeſtiuè reuocari poſſe videtur.

CAP. III.

Quid veniat in hoc interdictum, aut non.

Prima pars.

Quid veniat.

XXXVIII. [z] HOc interdictum reſtitutorium eſt: & ex eo reſtitui debet in priſtinam cauſam. Quod ſi non fuerit factum, condemnatio in tantum fiet, quanti interſuit actoris ei rem reſtitui ex eo tempore ex quo interdictum editum eſt: ergo & fructus ex die interdicti editi præſtabuntur.

XXXIX. [a] Iure ciuili Romano, conductores alienarum rerum, ſeu alienam cuiuſlibet rei poſſeſſionem precario detinentes, ſeu hæredes eorum, ſi non eam dominis recuperare volentibus reſtituerint, ſed litem vſque ad definitiuam ſenteotiam expectauerint, non ſolùm rem, ſed etiam æſtimationem eius victrici parti ad ſimilitudinem inuaſoris alienæ poſſeſſionis reddere compelluntur.

Secunda pars dicti capitis tertij.

Quid non veniat in hoc interdictum.

XL. [b] CVlpam non præſtat is qui precarium rogauit, ſed ſolùm dolum præſtat: quanquam is qui commodatum ſuſcepit, non tantùm dolum, ſed etiam culpam præſtat. Nec immeritò dolum ſolùm præſtat is qui precariò rogauit: cùm totum hoc ex liberalitate deſcendat eius qui precariò coouceſſit; & ſatis ſit ſi dolus tantùm præſtetur; culpam tamen dolo proximam contineri quis meritò dixerit.

o d.l.§.vlt.

p d.l.quæſitum. §.eum quoque. & l.2.d.t.

q l.ea quæ.d.t.

r l.in rebus.§.1.d.t.

ſ l.qui precario.ibid.

t l.ſi debitor.ibid.

u Petrus Gregorius Syntagmate iuris ciuilis.h.t.d.l.in rebus §.vlt.d.t.

x Idem Gregor. d. loco per d.l.d.§.vlt. & l.quæſitum. §.vlt. & l.ea quæ.d.t.quæ ll. ſunt Vlpiani. arg. quod precarium ſimile eſt commodato l.1.§.vlt.d.t. nec decipi beneficio debeamus. l.in commodato §.ſicut.D.commo. §.vlt. Inſti.eo.t. contra Celſi IC. ſententiam in l.cum precario.D.h.t.cuius hæc ſũt verba, Cùm precario aliquid datur, ſi conuenit vt in Calendas Iunias precario poſſideat, numquid exceptione adiuuandus eſt, ne ante ei poſſeſſio auferatur. Sed nulla vis eſt huius conuentionis, vt rem alienam inuito domino poſſidere liceat.] Quam ſententiam in Paratitlis, C. 1. & libro 11. obſeruat. cap. 37. Cuiacius probat.

z l.2.D.hoc tit.

a l.conductores. Cod.de loca.

b l quæſitum §.eum quoque. D.h.t.

B

XLI. [c] Si ſeruitute vſus nõ ſit is qui precario rogauit, ac per hoc amiſſa ſit, videamus an interdicto reneatur. Et arbitratur Vlpianus, non aliâs, quàm ſi dolo fecerit.

XLII. [d] Et generaliter erit dicẽdum in reſtitutionem venire dolum, & culpam latam duntaxat: cætera non venire. Planè poſt ioterdictum editum oportebir & dolum & culpam, & omnem cauſam venire. Nam vbi moram fecit precario, omoem cauſam debet reſtituere.

C

XLIII. [e] Interdictum hoc & poſt annum competit; eóque iure vtimur. Cùm enim nõnunquam in longum rempus precarium concedatur, abſurdum eſt dicere interdictum locum nonhabere poſt annum.

XLIIII. [f] Cùm quid precario rogatum eſt, non ſolùm interdicto vti poſſumus, ſed & iocerti condictione, id eſt præſcriptis verbis.

c d. l.ſi ſeruitute.

d d.§.ſi ſeruitute.

e d.l.quæſitum. §.interdictum.

f l. Duo. §.vlt.d.l.2.l.interdictum. l. & habet. §.cùm quis. D. h.t.l.eum qui. §.ſi quis precario.D.de furt.

D

TIT. II.

De condictione cauſâ data, cauſâ non ſecutâ.

Hic titulus tria capita continet, Quorum primum caput eſt, Quid ſit condictio: & generalia quadam de condictionibus & obligationibus, ceu contractibus innominatis. Secundum caput eſt, Cuiuſmodi ſit hac condictio, de qua hoc titulo: & quibus ex cauſis competat, vel non. Cuius prima pars eſt, Cuiuſmodi ſit hac condictio. Secunda pars eſt, Quibus ex cauſis competat, vel non. Tertium caput eſt, Quibus & in quos competat hac condictio. Secunda pars eſt, In quos hac condictio competat, vel non.

CAPVT I.

Quid ſit condictio: & generalia quædã de condictionibus, & obligationibus quæ ex quaſi contractu naſcuntur, ſeu contractibus innominatis.

I. [a] AD actiones in perſonam pertinent condictiones. Nam olim debitor perſonaliter obligatus ſolebat admoneri denunciato die quo ad ſoluẽdum, aut in iudicio illo ſiſtendum eſſet. [b] Sic condicere eſt, dicendo, denunciare, ac olim quicquid ab aliquo dandum vel faciendum exigebatur, illud dicebatur condici ratiooe perſooalis obligationia ob quam petebatur,

a Petrus Gregorius Syntagm. iur. ciuil. §. appellamus. Inſt. de actio.

b Feſtus.

tur; & dicitur actio, vẽdicatio: & quæ in perſonam, condictio.

II. [c]Quamuis omnis formula, qua intendimus dari opottere, condictio ſit, ea tamen qua ex mutui cauſa intendimus dari opnrtere, hoc proptio nomine ſignata eſt, & ſeiungitur ab alus condictiomibus quæ non prn mutui repetitione, ſed ex aliis cauſis dantur. Cuiuſmodi eſt condictio ex lege, quæ reſtringitur ad legem ob quam obligatio producit vim petendi: *vt ex l.omnimodo.C.de inoffic.teſta.pro donatione.ex l.ſi quis argentum.§.ſin autem.C.de donat.ex lege Iulia. l. Dotalem.& l. ſi verò, & ſeq. D.ſolut. matrim.* [f]Eſt & hęc cõdictio cauſa data, quando data cauſa alicuius rei faciendæ, ea non facta repetuntur. [g][Cõdictio ob turpem cauſam dati] ſi ex parte dantis quoque non ſit turpitudo. [h][Condictio ſine cauſâ] qua repetit obligationẽ qui promiſit vel ſoluit ſine cauſa: quæ & eſt [cõdictio incerti [i].] Quibus accedit & [condictio indebiti] ignoranter ſoluti: [k] & [condictio furtiua.]

III. [l]Iuriſgentium conuentiones quædam actiones pariunt, quædam exceptiones. Quæ pariunt actiones, in ſuo genere non ſtant: ſed tranſeunt in proprium nomen contractus: vt emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, commodatum depoſitum, & cæteri ſimiles contractus. Sed & ſi in alium contractum res non tranſeat, ſubſit tamen cauſâ, eſt obligatio: vt putà, dedi tibi rem vt mihi aliam dares: dedi vt aliquid facias, hoc συνάλλαγμα eſt: & hinc naſcitur ciuilis obligatio.

c *Cuiacius. Inſt. quib.mo. re. contr. obl. §. item is cui. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contr.*
d *Petr.Gregor. Syntagmate. lib.22. cap 5.*
e *l.1.D. de condict.ex lege.*
f *l.1. D h. t. l. 1. Cod.de cond. ob cauſ. data.*
g *l.1.2. 3.D. de condict. ob turp. cauſ. D. & C.*
i *l. 1. & 2. D. de condict. ſine cauſ.*
l *l. 1. & 2. D. de condict. ind.*
k *tot. t. de condict. furt. D.*
l *l. iuriſgẽtiũ. in prin. D. de pact.*

CAP. II.

Cuiuſmodi ſit hæc condictio, quibúſque ex cauſis competat: vel non.

Prima pars.

Cuiuſmodi ſit hæc condictio, & quibus ex cauſis competat.

IV. [m]HÆc condictio appellatur [condictio cauſa data, cauſâ non ſecuta, condictio ob cauſam vel condictio ob rem dati, re non ſecuta.]

V. [n] Si hæres arbitratu Titij certa ſumma monumentum iuſſus facere, dederit Titio pecuniam, & is accepta pecunia monumentum non fecerit, condictione tenetur.

VI. [o] Aduocationis cauſâ datam pecuniam, ſi per eos qui acceperant, quominus ſuſceptam fidem implerent, ſtetiſſe probetur; reſtituendam eſſe conuenit.

VII. [p] Si filius contulerit fratri quaſi agniturus bonorum poſſeſſionem, & non agnouit, repetere eum poſſe Marcellus ſcribit.

VIII. [q] Si parendi condictioni cauſâ tibi dedero x. mox repudiauero hæreditatem vel legatum, poſſum condicere. Sed & ſi falſum teſtamentum ſine ſcelere eius qui dedit, vel inofficioſum pronuntietur, veluti cauſâ non ſecutâ x. repetentur.

m *Cuiacius Paratit.*
o *l.ſi hæres. D.h.t.*
o *l. vlt. C.de condict. ob cauſ.*
p *l. ſi filius. D.h.t.*
q *l.1.D.h.t.*

IX. [r] Si quis accepto tulerit debitori ſuo, cùm conueniret vt expromiſſorem daret, nec ille det, poteſt dici condici poſſe ei qui accepto ſit liberatus.

X. [t]Dictam legem donationi, ſi non impoſſibilem contineat cauſam, ab eo qui hanc ſuſcepit non impletam, condictioni facere locum, iuris dictat diſciplina. Quapropter ſi titulo liberalitatis res tuas in ſponſam conferendo certam dixiſti legem, nec huic illa; cùm poſſet, paruit; ſucceſſores ipſius de repetendis quæ dederas, ſi hoc tibi placuerit, conuenire non prohibetis.

XI. [u]Si ea lege prædia, aliáſve res donaſti, vt cui donabas, creditoribus tuis ſatisfaceret: ac ſi placita obſeruata non eſſent, donatio reſolueretur; iſque cui donaſti, contra fidem geſti negotij verſatus eſt, non eſt iniquũ actionem condictionis ad repetitionem rerum donatarum tibi competere.

XII. [x]Ea lege in duos collata donatio, vt neutri alienandæ ſuæ portionis facultas competeret, id efficit ne alteruter eorum dominium prorſus alienet: vel vt donatori, vel eius hæredi condictio, ſi non fuerit conditio ſeruata, quæratur.

XIII. [z]Si cùm exiguam pecuniam re vera ſuſciperes, longè maiorem te accepiſſe cauiſti, eò quòd tibi patrocinium aduerſarius repromitteret; cùm dicas fidem promiſſi non ſecutam, vt libereris obligatione eius quod non acceptum propter ſperatum patrocinium ſpopondiſti; per condictionem conſequeris.

XIV. [a] Fundus dotis nomine traditus, ſi nuptiæ inſecutæ non fuerint, condictione repeti poteſt: fructus quoque condici poterunt.

XV. [b] Si mulier ei cui nuptura erat, cùm dotem dare vellet, pecuniam quæ ſibi debebatur acceptam fecit, neque nuptiæ inſecutæ ſunt; rectè ab eo pecunia condicetur: quia nihil intereſt, vtrum ex numeratione pecunia ad eum ſine cauſa, an per acceptilationem peruenerit.

XVI. [c]In contractibus innominatis re integrâ locus eſt pœnitentiæ ei qui dedit: vt puta, [d]Si pecuniam ideò acceperis vt filium emancipes: ſi non facias, poſſum condicere: aut ſi me pœniteat, condicere poſſum. Quòd ſi ita dedi vt intra certum tempus emancipes: ſi nondum tempus præterijt, inhibenda erit repetitio, niſi me pœniteat. Quòd ſi præterijt, condici poterit. Sed ſi filiusfamiliâs deceſſerit, an repeti quod datum eſt poſſit? Proculus ait; ſi poſt id temporis deceſſerit quo emancipari potuit, repetitionem eſſe: ſin minùs, ceſſare. Quinimò, & ſi nihil tibi dedi vt emanciapares, placuerat tamen vt darem; vltro tibi competere actionem quæ ex hoc cõtractu naſcitur, id eſt condictionem, defuncto quoque eo.

XVII. [e]Si quis patrifamiliâs pecuniam dederit vt filium emanciparet, quem antea emancipatum poſtea compertum ſit, repetitio competet.

r *l.ſi quis accepto. d.t.*
t *l. Dictam, C. de condict. ob cauſ.*
u *l. 2. d.t.*
x *l. 3. ibid.*
z *l.ſi cùm exiguam. d.t.*
a *l.quiſe debere. §.1.D. h.t.*
b *l. ſi mulier. d.t.*
c *Coſtalius in l. ſi pecuniam. D. h.t.*
d *d. l.ſi pecuniam. & l. 3. d.t.*
e *l.3.§ ſi liber. ibid.*

XVIII. [f] In contractibus innominatis nulla ineſt extra rem obligatio, aut implendi neceſſitas: vt ſi tibi dedero vti quid facias, pœnitere & repetere quod dedi poſſum. Nam tametſi mihi obligatus ſis quia rē meam habes, tamen ego tibi nulla æquitatis ratione ſum obſtrictus: cùm nihil à te mihi ſit præſtitum quo æquum ſit me tibi obligari. Nec tibi ſit iniuria, ſi rem meam quæ apud te eſt, ſine cauſa repetam, ſi nihil inde damni facias: [g] id eſt, ſi res adhuc vtrinque integra ſit.

f Veſembetius comm. h.t.l. 3. §. 1. l. ſi pecuniam. in prin. & §. 1. D.h.t.
g d.l. ſi pecuniam.

XIX. [h] In contractibus quoque innominatis res eſt periculo debentis: meritò; [i] quia non dicuntur hi contractus perfecti antequam vtraque pars impleuerit. [k] Ideo in iis contractibus, ſi res quam mihi dare debes perierit, tuum erit detrimentum: & quod dedi repetere potero ex capite pœnitentiæ, etiamſi nulla tua mora aut culpa arguatur.

h Coſtalius in l. vlt. D. h.t. per eam l. in verb. & ideò.
i l. 3. C. de rer. perm. Nec quis debens periculo eximitur ante contractū completum, etiamſi contractus ſit nominatus. §. cum autem Inſtit. de empt. & vend.
k d.l. ſi pecuniam.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis non competat hæc condictio.

XX. [l] VT repetitio ſit cauſa ob quam datur, debet vtrique parti ineſſe, ſi tacita fuerit: vel ſaltem à dante exprimi. Si verò ab vna tantùm parte fuiſſet intellecta, repetitio ceſſat. Ergo [m] ſi repetendi quod donabas vxori eius, quem ad proficiſcendum tecum huiuſmodi liberalitate prouocare propoſueras, nullā addidiſti conditionem, remanet integra donatio: cùm leuitati perfectam donationem reuocare cupientium iure occurratur.

l l. ſi repetendi. Cod. de condict. ob cau. l. ſi plures. § locator. D. loca. l. 1. de eo qui mit. in poſſ. ibi vo luntatem.
m d.l. ſi repetendi. l. 2. §. vlt. D. de donat. Glo. in d. l. ſi pecuniam.

XXI. [n] Dedi tibi pecuniam ne ad iudicem iretur, quaſi decidi; an poſſim condicere ſi mihi non caueatur ad iudicem non iri. Multum intereſt vtrum in hoc ſolum dedi, ne eatur; an vt & mihi repromittatur non iri. Si ob hoc vt & repromittatur, condici poterit ſi non repromittatur: ſi verò vt nō eatur, condictio ceſſat quandiu non itur.

n l. 3. D. hoc t. arg. quòd nec in bonæ fidei, nec ſtricti iuris contractibus cautio præſtetur, niſi cauſa ſubeſt l. in omnibus & ibi Bar. D. de iud. vt cùm ſuſpectus eſt debitor. l. quæſitum. D. de pign. vel cùm debitori datur tempus miſerationis cauſa l. ſi debitori. D. de iud. vel beneficio Principis l. vniuerſa D. de diuerſ. reſcrip. Guido Papa quæſt. 109 & in debitis ex teſtamento, toto. t. vt lega. vel ſideic. nom. cau.

XXI. [o] Si pecuniam ideò acceperis vt Capuam ires, deinde parato tibi ad proficiſcendum, conditio temporis vel valetudinis impedimento fuerit, quominus proficiſceteris, an condici poſſit, videndum. Et cùm per te non ſteterit, poteſt dici repetitionem ceſſare. Sed cùm liceat pœnitere ei qui dedit, proculdubio repetetur id quod datum eſt; niſi tua fortè interſit non accepiſſe te ob hanc cauſam pecuniam. Nam ſi ita res habeat, vel licèt nondum profectus ſis, ita tamen res compoſueris, vt neceſſe habeas proficiſci: vel ſumptus qui neceſſarij fuerunt ad profectionem iam feciſti, vt manifeſtum ſit, te plus fortè quàm accepiſti erogaſſe, condictio ceſſabit. Sed ſi minus erogatum ſit, condictio locum habebit, ita tamen vt indemnitas tibi præſtetur eius quod expendiſti.

o d. l. ſi pecuniam. D. h.t.

XXII. [p] Quod dicitur, Si inter eas perſonas, quarum altera nondum iuſtam ætatem habeat, nuptiæ factæ ſint, quod dotis nomine datum, interim repeti poſſe; ſic intelligēdum eſt, vt ſi diuortium interceſſerit; priùs quàm vtraque perſona iuſtam ætatem habeat, ſit eius pecuniæ repetitio. Donec autem in eodem habitu matrimonij permanent, non magis id repeti poſſit, quàm quod ſponſa ſpōſo dotis nomine dederit, donec maneat inter eos affinitas. Quod enim ex ea cauſa nondum coito matrimonio datur, cùm ſic detur tanquam in dotem peruenturum, quandiu peruenire poteſt, repetitio non eſt.

p l. quod Seruius. D. h.t.

XXIII. [q] Si inter partes conueniſſet ne datum ob cauſam repeteretur, repetitio ceſſat.

XXIV. [r] Nec in permutatione rerum venalium pœnitentia eſt.

XXV. [ſ] Idem eſt ſi contractus innominatus fieret per conditionem: vt do x. ſi vadas pro me Romam.

XXVI. [t] Nec pœnitentia eſt in tranſactione, cùm illa fiat finiendæ litis cauſâ.

q Alex. in d. l. ſi pecuniā. arg. l. ſi alienam §. 1. D. de mort. cauſ. don. glo. in d. l. ſi pecun.
r l. 1. Co. de rer. perm. Iaſ. in l. Rogaſti. in prin. D. de reb. cred. ſi cert. pet. & in d. l. ſi pecun.
ſ c. verùm de cond. app. Bart. Ang. & Fulgo. in l. ſi quis cùm. D. de iure.
t l. Quamuis. C. de tranſ. & l. fratre. Paul. Caſt. in l. poſtquam lite. Cod. de pact.

CAP. III.

Quibus, vel in quem competat hæc condictio, vel non.

Prima pars.

Quibus competat.

XXVII. [u] SI extraneus pro muliere dotem dediſſet, & pactus eſſet, vt quoquo modo finitum eſſet matrimoniū, dos ei redderetur: nec fuerint nuptiæ ſecutæ: quia de his caſibus ſolummodò fuit conuentum, qui matrimonium ſequuntur; nuptiæ autem ſecutæ non ſint, quærendum erit, vtrum mulieri condictio, an ei qui dotem dedit, cōpetat. Et veriſimile eſt, in eum quoque caſum, eum qui dat, ſibi proſpicere. Nam quaſi cauſa non ſecuta habere poteſt condictionem qui ob matrimonium dedit matrimonio non copulato: niſi fortè euidentiſſimis rationibus mulier oſtenderit, hoc eum ideò feciſſe, vt ipſi magis mulieri quàm ſibi proſpiceret. Sed & ſi pater pro filia det, & ita conuenit, niſi euidenter aliud actum ſit, cōdictio patri competet.

u l. ſi extraneus. D. h.t.

XXX. [x] Si donaturus mulieri, iuſſu eius ſpōſo numeraui, nec nuptiæ ſecutæ ſunt, mulier condicet. Sed ſi ego contraxi cum ſponſo, & pecuniam in hoc dedi, vt ſi nuptiæ ſecutæ eſſent, mulieri dos acquireretur; ſi non eſſent ſequutæ, mihi redderetur; quaſi ob rem datum, & re non ſecuta ego à ſponſo condicam.

x l. ſi donaturus. D. h.t.

XXXI. [z] Qui ſe debere pecuniam mulieri putabat, iuſſu eius, dotis nomine promiſit ſponſo, & ſoluit: nuptiæ deinde non interceſſerunt: Quæſitum eſt, vtrum ipſe poteſt repetere eam pecuniam qui dediſſet, an mulier. Nerua & Atilicinus reſponderunt, quoniam quidem putaſſet debere pecuniam, ſed exceptione doli mali ſe tueri potuiſſet, ipſum re-

z l. qui ſe debere. D. h.t.

petiturum

petitutum. Sed ſi, cùm ſciret ſe nihil mulieri debere, promiſiſſet; mulieris eſſe actionem, quoniam pecunia ad eam pertineret. Sin autem debitor fuiſſet, & ante nuptias ſoluiſſet, & nuptiæ ſecutæ non fuiſſent, ipſum poſſe condicere cauſa debiti integra mulieri ad hoc ſolùm manente, vt ad nihil aliud debitor compellatur, niſi vt cedat ei condictitia actione.

a l. pecuniam. C. de condict. ob cauſ.

XXXII. [a] Pecuoiam à te datam, ſi hæc cauſa, pro qua data eſt, non culpâ accipientis ſed fortuito caſu non eſt ſecuta, minimè repeti poſſe certum eſt.

Secunda pars capitis tertij.

In quos hæc condictio competat: vel non.

b l. ſi procurator. D. h. t.

XXXIII. [b] SI procuratori falſo indebitum ſolutum ſit, ita demum à procuratore repeti non poteſt, ſi dominus ratum non habuerit: ſed ipſe dominus tenetur. Quòd ſi dominus ratum non habuiſſet, etiamſi debita pecunia ſoluta fuiſset, ab ipſo procuratore repetetur. Non enim quaſi indebitum datum repetetur: ſed quaſi ob rem datum, nec res ſecuta ſit ratihabitione non intercedente: vel quòd furtum faceret pecuniæ falſus procurator, cum quo non tantùm furti agi, ſed etiam ei condici poteſt.

c l. ſi donatorus. §. 1 d. t.

XXXIIII. [c] Si quis indebitam pecuniam per errorem iuſſu mulieris ſponſo eius promiſiſſet, & nuptiæ ſecutæ fuiſſent, exceptione doli mali vti non poteſt. Maritus enim ſuum negotium gerit, & nihil dolo facit, nec decipiendus eſt: quod fit ſi cogatur indotatam vxorem habere. Itaque aduerſus mulierem condictio ei competit, vt aut repetat ab ea quod marito dedit: aut vt liberetur, ſi nondum ſoluerit. Sed ſi ſoluto matrimonio maritus peteret; in eo duntaxat exceptio obſtare debet, quod mulier receptura eſſet.

TIT. III.

De condictione ob turpem vel iniuſtam cauſam.

Hic titulus vno capite continetur: Cuius prima pars eſt, Quando: & quibus ex cauſis hæc condictio competat: vel non. Cuius prima pars eſt, Quando competat. Secunda, Quando, & quibus ex cauſis non ſit locus huic condictioni.

CAP. I.

Quando, quibuſquè ex cauſis hæc condictio competat, aut non.

Prima pars.

Quando, quibuſque ex cauſis hæc condictio competat.

a l. 1. D. h. t.

I. [a] OMne quod datur; aut ob rem datur, aut ob cauſam; & ob rem aut turpé, aut honeſtam. Turpem autem, aut vt dantis ſit turpitudo, non accipientis: aut vt accipientis duntaxat, non etiam dantis: aut vtriuſque. Ob rem igitur honeſtam datum ita repeti poteſt, ſi res propter quam datum eſt, ſecuta non eſt. Quòd ſi turpis causâ accipientis fuerit, etiamſi res ſecuta ſit, repeti poteſt; [b] Vt puta, dedi tibi ne ſacrilegium facias: ne hominem occidas, condici datum poteſt. Item ſi dedero vt rem mihi reddas depoſitam; vel vt inſtrumentum mihi redderes.

b l. 2. ibid.

II. [c] Quoties ſolius accipientis turpitudo verſatur, repeti poteſt: Veluti, ſi tibi dedero ne iniuriam facias.

c l. 4. §. 1 ibid.

III. [d] Si veſtimenta vtenda tibi commodauero: deinde pretium vt reciperem dediſſem, condictione me rectè vſurum reſponſum eſt. Quamuis enim propter rem datum ſit, & cauſa ſecuta ſit, tamen turpiter datum eſt.

d l. ult. ibid.

IV. [e] Si dedi vt ſecundùm me in bona cauſa iudex pronuntiaret; eſt quidem relatum condictioni locum eſſe. Sed hic quoque crimen contrahit: iudicem enim corrumpere videtur. [f] Et eſt ab Imperatoribus conſtitutum, litem eum perdere.

e l. 2. d. t.
f l. 1. cum Authen. ſeq. C. de pœn. iud. qui male iudic.

V. [g] Qui adminiſtrationi publicæ præfectus aliquid ab vllo contra ius accipit; reſtituere compellitur, & crimen concuſſionis contrahit.

g l. 3. C. h. t.

VI. [h] Ob reſtituenda ea quæ ſubſtraxerat, accipientem pecuniam; cùm eius tantùm interueniat turpitudo; condictione conuentum hanc reſtituere debere.

h l. pen. ibid.

VII. [i] Eum qui ob reſtituenda quæ abegerat pecora pecuniam accepit, tam hãc, quàm ea quæ per hoc commiſſum tenuit, reſtituere debere conuenit.

i l. ult. ibid.

VIII. [k] Qui pecuniam accipit eius nomine quod gratis præſtare debuiſſet, turpiter accipere videtur. [l] Ex quo fit, vt qui remittit partem debiti ei quem niſi ægrè ad ſolutionem potuiſſet compellere; repetere poſſit quod promiſit.

k Coſtalius in l. vlt. D. h. t.
l Baldus. Roman. Alex. & Iaſ. in d. l.

IX. [m] Ex ea ſtipulatione qua per vim extorta eſſet pecunia, repetitionem eſſe conſtat.

m l. ex ea. D. h. t.

X. [n] Perpetuò Sabinus probauit veterum opinionem exiſtimãtium, id quod ex iniuſta cauſa apud aliquem ſit, poſſe condici: in qua ſententia etiam Celſus eſt.

n l. perpetuo ibid.

XI. [o] Si rem locatam tibi, vel venditam à te, vel mandatam vt redderes, pecuniam acceperis; habebo tecum ex locato, vel vendito, vel mandati actionem. Quòd ſi, vt id quod ex teſtamento vel ſtipulatu debebas, redderes mihi, pecuniam tibi dederim; condictio duntaxat pecuniæ datæ eo nomine erit.

o l. vlt. d. t.

XII. [p] Quoties accipientis, non etiam dantis turpis inuenitur cauſa, licèt hæc ſecuta fuerit; datum condici tantùm, non etiam vſuræ peti poſſunt.

p l. quoties. C. h. t.

Secunda pars capitis primi.

Quando, quibuſve ex cauſis non ſit locus huic condictioni.

q l. 4. §. vlt. D. h. t.

XIII. [q] SI tibi iudicium dedero vt furem terum mearum indices, non poterit repeti quod datum eſt. Nec enim turpiter accepiſti. Sed ſi ipſe fur indicium acceperit, vel furis ſocius, condictio competet.

r l. 2. C. h. t. l. pen. D. eo t. l. mercalem. C. eo t.
ſ Simile in §. commodum, Inſtit. de interd. l. 2. C. de prob. l. vlt. C. de rei vend. l. fauorabiliores. D. de reg. iur. c. cum ſint eo. t. l. Arrianus. D. de obl. & act.
t l. 3. D. h. t.
u l. 4. ibid.
x d. l. §. vlt.
z l. penult. D. h. t. Bart. in rubr. d. t.
a l. 2. D. Quod met. cauſ.
b l. ſi ob turpem. D. h. t.

XIIII. [r] Si quis ob turpẽ cauſam prædiũ, domum, quidve aliud dederit, fruſtrà illa ſibi reſtitui deſiderabit; [ſ] cùm in pari cauſa poſſeſſoris conditio melior habeatur.

XV. [t] Vbi ex dantis & accipientis turpitudo verſatur; non poſſe repeti dicimus: veluti ſi pecunia detur, vt malè iudicetur. [u] Idem ſi ob ſtuprum datum ſit: Vel ſi quis adulterio deprehenſus redemerit ſe: Ceſſat enim repetitio. [x] Item ſi dederit fur ne proderetur; quoniam vtriuſque turpitudo verſatur.

XVI. [z] Solutio ſubſequens purgat præcedentem turpitudinem, [a] & metum. Itaque [b] ſi ob turpem cauſam promiſeris Titio, quamuis ſi petat exceptione doli mali, vel in factum ſummouere eum poſſis; tamen ſi ſolueris, non potes repetere: quoniam ſublata proxima cauſa quæ propter turpitudinem inanis eſſet; priſtina cauſa, id eſt turpitudo ſupereſt. Porrò autem ſi & dantis & accipientis turpis cauſa ſit, poſſeſſor potior eſt; & repetitio ceſſat, tametſi ex ſtipulatione ſolutum eſt.

c l. mercalem. C. h. tit.

XVII. [c] Sed ſi quis vxorem aut filiam mercalem habuerit, cautæ quantitatis ob turpem cauſam exactioni locus non eſt. Quamuis enim vtriuſque turpitudo verſatur; ac ſolutæ quantitatis ceſſat repetitio: tamen ex huiuſmodi ſtipulatione contra bonos mores interpoſita, denegandas eſſe actiones iuris authoritate demonſtratur.

d l. 4. §. ſed quod meretrici. D. h. t.

XVIII. [d] Quod meretrici datur, repeti non poteſt, vt Labeo & Marcellus ſcribunt: ſed noua ratione, non ea quòd vtriuſq; turpitudo verſetur, ſed ſolius dantis. Illam enim turpiter facere quòd ſit meretrix; ſed non turpiter accipere, cùm ſit meretrix.

e Collatus in d. l. 4. per l. 2. C. de dona. inter vir. & vxo. idem non nulli putant de donatione facta à clerico vel aduocato qui ꝙ militare dicuntur. l. ſi peri. D. de Aduoc. diuerſ. iud. Bart. in l. 2. D. h. t.

XIX. [e] Milites tamen donare focariis prohibentur, & iis donata repetere poſſunt.

TIT. IV
De condictione indebiti.

Hic titulus quatuor capita continet: Quorum primum caput eſt, Quid ſit condictio indebiti. Secundum, Quando, quibúſque ex cauſis hæc condictio competat: vel non. Cuius prima pars eſt, Quando, quibúſque ex cauſis hæc condictio competat. Secunda, Quando, quibúſque ex cauſis hæc condictio non competat. Tertium caput eſt, Quibus: & in quos hæc condictio competat, vel non. Cuius prima pars eſt, Quibus competat hæc condictio. Secunda, Quibus non competat hæc condictio. Tertia, In quos competat hæc condictio: aut non. Quartum caput eſt, Quid veniat in hanc condictionem.

A

CAP. I.

Quid ſit condictio indebiti.

a Veſembecius comm. in hunc tit.

I. [a] COndictio indebiti nihil aliud eſt quàm actio perſonalis, ciuilis, ſtricti iuris, qua actor intendit ſibi ex æquitate reddi à reo oportere quod indebitè eſt ſolutum.

B

b Idem Veſembec. d. t.
c l. qui ſibi 33. D. de ſolut. l. 2. §. ſi quis ſeruum. D. de ſtatul.
d §. appellamus. Inſt. de act.
e l. Dominus 53. D. h. t. d. §. appellamus.

II. [b] Cur datur condictio potiùs ei qui indebitum ſoluit, quàm rei vendicatio; quæri poteſt. Quia, quod obligationis tollendæ gratiâ ſoluitur, eo datur & accipitur animo, vt dominium transferatur. [c] Nõ enim vera ſolutio fit, niſi tranſlato dominio. [d] Vnde, cùm concurrente vtriuſque voluntate tranſlatum ſit dominium, non poteſt vendicari quod eſt alienatum, [e] ſed condici tantùm actione perſonali, qua petitur dari tanquam debitum quod indebitè eſt ſolutum.

C

f l. in ſumma. §. vlt. D. h. t.
g l. indebitum 47. ibid.
h l. ſub conditione 16. ibi.
i l. vnica. §. ſin autem C. de cad. toll. l. dies incertus. D. de cond. & dem.

III. [f] Indebitum eſt quod omninò non debetur: [g] vel ſaltem non iure naturæ aut gentium debetur, [h] vel ſub conditione, aut incerta omnino die debetur.

IV. [i] Incertam diem accipimus, quæ an exitura ſit, dubium adhuc eſt. Nam hæc conditioni comparatur, Vt ſi quis ita promittat [Eo die quo nuptias contrahes dabo tibi centum.]

D

k l l. Si pœna 19. §. ſi putem. D. h. t.
m l. In ſumma §. vlt. d. t. d. l. ſi pœna. §. 1. l. Cùm qui. §. de pecun. D. de ſol. l. 2. & SC. h. t.
n d. e. t. l. Si quid poſſeſſor. 34. D. de pet. hered. l. ſi a patre. C. h. t.

V. Si quod alij debetur, alij ſoluatur; indebitum eſt; [k] [l] vel ſi quid non debitum, pro eo quod debitum eſt, ſoluatur. [m] Item ſi quod alius debebat, alius quaſi ipſe deberet, ſuo nomine ſoluat. [n] Nam & tunc condictio competit; cùm non liberetur verus debitor.

CAP. II.

E

Quando, quibuſque ex cauſis hæc condictio competat: vel non.

Prima pars.

Quando, quibuſque ex cauſis competat.

o d. l. ſi pœna. §. 1. Hunc §. non obſtat l. repetitio 44. D. h. t. Nam hic §. intelligendus de eo qui ſuo nomine ſoluit indebitũ, inſciens d. l. repetitio. de eo qui alienum debitum ſoluit ſciens.
p l. ſi non ſortem §. indebitum. D. h. t.
q l. elegantter. d. t.

VI. [o] QVamuis debitum ſibi quis recipiat, tamen ſi is qui dat, non debitum dat; repetitio competit: Veluti ſi is qui hæredem ſe vel bonorum poſſeſſorem falsò exiſtimans creditori hęreditario ſoluerit: hic enim neque verus hæres liberatus erit: & is qui dedit, repetere poterit.

F

VII. [p] Indebitum ſolutum accipimus, non ſolùm ſi omninò non debeatur: ſed ſi per aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat. Quare hoc quoque repeti poterit, niſi ſciens ſe tutum exceptione, ſoluit.

G

VIII. [q] Si quis ſuſpicetur tranſactionem factã vel ab eo qui hæres eſt, vel ab eo qui procurator eſt, & quaſi ex tranſactione dederit quæ facta non eſt; an locus ſit repetitioni. Et dicendum, repeti poſſe. Ex falſa enim cauſa datum eſt. Idem dicendum eſt ſi tranſa-

ctio ſecuta non fuerit propter quam datum eſt. Sed & ſi reſoluta ſit tranſactio, idem erit dicendum.

IX. [r] Si quis poſt tranſactionem nihilominus condemnatus fuerit, dolo quidem id fit: ſed tamen ſententia valet. Potuit autem is (ſi quidem ante litem conteſtatam tranſegerit) volenti litem conteſtari opponere doli exceptionem. Sed ſi poſt litem conteſtatam tranſactum eſt, nihilominus poterit exceptione doli vti pòſt ſecuti. Dolo enim facit qui contra tranſactionem expertus amplius petit. Et ideo condemnatus repetere poteſt quod ob cauſam tranſactionis dedit, neque repeti poteſt quod ob cauſam datum eſt cauſâ ſecuta. Sed hic non videtur cauſa ſecuta cùm tranſactioni non ſtetur. Cum igitur repetitio oritur, tranſactionis exceptio locum non habet. Neque enim vtrumque debet locum habere & repetitio, & exceptio.

X. [ſ] Si poſt rem iudicatam quis tranſegit, & ſoluerit, repetere poterit: idcirco quia placuit tranſactionem nullius eſſe momenti, retineri tamen atque compenſari in cauſam iudicati quod ob talem tranſactionem ſolutum eſt, poteſt: quod Imperator Antoninus cum patre ſuo reſcripſit. Sed ſi appellatum ſit, vel hoc ipſum incertum ſit an iudicatum ſit, vel an ſententia valeat, magis eſt vt tranſactio vires habeat. Tunc enim reſcripta locum eſſe credendum eſt, cùm de ſententia indubitata, quæ nullo remedio attentari poteſt, tranſigitur.

XI. [t] Ex his omnibus cauſis quæ iure non valuerunt; vel non habuerunt effectum, ſecuta per errorem ſolutione conditioni locus erit.

XII. [u] Si ob tranſactionem alimentorum teſtamento relictorum datum ſit, apparet poſſe repeti quod datum eſt: quia tranſactio Senatuſconſulto infirmatur.

XIII. [x] Vſurarum vſuræ nec in ſtipulatum deduci, nec exigi poſſunt, & ſolutæ repetuntur; quemadmodum futurarum vſurarum vſuræ.

XIIII. [z] Si quis falsò ſe ſortem debere credens vſuras ſoluerit, poteſt condicere: nec videtur ſciens indebitum ſoluiſſe.

XV. [a] Si quis ſic ſoluerit, vt ſi apparuiſſet eſſe indebitum, reddatur; repetitio locum habebit. Negotium enim contractum eſt inter eos.

XVI. [b] Interdum perſona locum facit repetitioni: vtputa, ſi pupillus ſine tutoris authoritate, vel furioſus, vel is cui bonis interdictum eſt, ſoluerit. Nam in his perſonis generaliter repetitioni locum eſſe non ambigitur.

XVII. [c] Quod pupillus ſine tutoris authoritate ſtipulanti promiſerit & ſoluerit, repetitio eſt: [d] quia nec naturâ debet.

XVIII. [d] Qui perſuaſionibus & blanditiis creditoris indebitum ſoluit; poteſt repetere.

r d. l. §. ſi quis poſt.
ſ d. l. §. 1.
t l. ex his. D. h. t.
u l. eleganter. §. 1. d. t.
x l. ſi non ſortem. §. 1. ibid.
z d. l. § ſi quis falsò.
a l. 2. d. t.
b l. interdum. ibidem. Iſtud in pupillo & furioſi fauorem receptum eſt: cum in cæteris naturalis obligatio impediat ſoluti repetitionem. l. naturaliter. D. h. t. obſtare planè videtur l. ſi eum. §. ſed ſi eum. D. Ad SC. Trebell. vbi traditur pupillum ſoluentem quod naturaliter debebat nō reſtitui. Quod Paulus Caſtrenſ. intelligit quâde locupletior eſt factus. Tum enim tenetur ciuiliter. l. furioſus. D. de obl. & act. Alios aliter ſoluere diuinâdo, tradit Coſtalius in d l. interdum. Nec ſine dubitatione verò teneri poſſe putat.
c l. quod pupillus. D. h. t. d. l. pupillus. D. de obl. & act. l. nec velle. D. de reg. iur. naturaliter obligari traditur. l. 1. D. de nouat. l. 3. D de auth. tuto. quod Zaz. ſic intelligit ita naturaliter obligari, vt illa obligatio nullius ſit effectus.
d l. 1 cum gl. in verb. extorta vbi Bald. C. ne filius pro patr.

XIX. [e] Cum iter excipere deberem, fundum liberum per errorem tradidi; incerti cōdicam vt mihi iter concedatur.

XX. [f] Qui quid debet ſub conditione, ſi illud ſcienter ſoluat; non eueniente conditione poteſt repetere.

XXI. [g] Si quid ex teſtamento ſolutum ſit, quod poſtea falſum, vel inofficioſum, vel irritū, vel ruptū apparuerit; repetetur. Similiter ſi poſt multum tempus emerſerit æs alienum, vel codicilli diu celati prolati ſunt qui ademptionem continent legatorum ſolutorum, vel deminutum per hoc, quia aliis quoque legata relicta ſunt.

XXII. [h] Idem eſt & ſi ſolutis legatis noua & inopinata cauſa hæreditatem abſtulit: Veluti nato poſthumo, quem hæres in vtero fuiſſe ignorabat, vel etiam ab hoſtibus reuerſo filio, quem pater obiiſſe falsò præſumpſerat. Nam vtiles actiones poſthumo, vel filio qui hæreditatem euicerat, dari oportere in eos qui legatum percepiſſent, Imperator Titus Antoninus reſcripſit: ſcilicet quòd bonæ fidei poſſeſſor in quantum locupletior factus eſt, tenetur: nec periculum huiuſmodi nominum ad eum qui ſine culpa ſoluit, pertinebit.

XXIII. [i] Si quis iuraſſet ſe dare non oportere, ab omni contentione diſcedetur. Atque ita ſolutam pecuniam repeti poſſe, dicendum eſt.

XXIV. [k] Si is qui hæreditatem vendidit, & emptori tradidit, id quod ſibi mortuus debuerat non retinuit, repetere poterit, quia plus debito ſolutum per condictionem rectè recipietur.

XXV. [l] Legati ſatis accepi; & cùm fideicommiſſa mihi ſoluiſſet, apparuit indebitum fuiſſe legatum. Poſſe eum repetere Africanus exiſtimauit.

XXVI. [m] Si quis cùm à fideicommiſſario cauere poterat, non cauerit; quaſi indebitum plus debito ſolutum repetere poſſe Seuerus & Antoninus Imperatores reſcripſerunt.

XXVII. [n] Si pars domus quæ in diem per fideicommiſſum relicta eſt, arſerit ante diem fideicommiſſi cedentem, & eam hæres ſua impenſa refecerit, [o] deducendam eſſe impenſam ex fideicommiſſo conſtat: & ſi ſine deductione domum tradiderit, poteſt incerti condici, quaſi plus debito dederit.

XXVIII. [p] Is cui hæreditas tota per fideicommiſſum relicta eſt, & præterea fundus, ſi X. dediſſet hæredi, & hæres ſuſpectam hæreditatem dixerit, & eam ex Trebelliano reſtituerit; cauſam dandæ pecuniæ non habet. Et ideo quod eo nomine quaſi implendæ conditionis gratiâ dederit; condictione repetet.

XXIX. [q] Is qui plus quàm hereditaria portio efficit, per errorem creditori cauerit, indebiti promiſſi habet condictionem.

XXX. [r] Fideicommiſſum, vel legatum indebitum ſolutum repeti poſſe, explorati iuris eſt.

e l. Sed & ſi. D. h. t.
f Iaſ. in l. qui promiſit. d. t. Contra glo. ſententiam.
g l. 2. §. 1 D. h. t.
h l. 3. d. t.
i l. ſi quis iuraſſet. ibid.
k l. ſi is qui. D. h. t.
l l. frater à fratre. §. vlt. D. h. t.
m l. ſi quis cùm d. t.
n l. qui exceptionem. §. 1. ibid.
o De impenſis neceſſariis iſtud accipiendum eſt: quæ non ſolùm retineri, ſed etiā peti poſſunt. l. quod dicitur. & l. 14. D. de impenſ. in reb. dot. fact.
p l. is cui. D h. t.
q l. is qui plus d. t.
r l. fideicommiſſum. C. h. t.

f l. ſeruum. D. ſ.

XXXI. [f] Equum meum inſciens à te emi, pecuniámque tibi ſolui. Eam me à te repetitutum, & eo nomine condictionem mihi eſſe, omnimodo reſponſum eſt, ſiue ſciſſes meum, ſiue ignoraſſes.

l. ſufficit. d. 1.

XXXII. [t] Sufficit ad cauſam indebiti incertum eſſe, temporaria ſit an perpetua exceptionis defenſio. Nam ſi quis, ne conueniatur donec Titius Conſul fiat, paciſcatur; quia poteſt, Titio decedente, perpetua fieri exceptio quæ ad tempus eſt, Titio Conſulatum ineunte; ſumma ratione dicetur Quod interim ſoluitur, repeti poſſe. Vt enim pactum quod in tempus certum collatum eſt, non magis inducit conditionem quàm ſi ex die debitor ſoluit; ita prorſum defenſio iuris quæ cauſam incertam habet, conditionis inſtar obtinet.

u l. 5. §. ſed ſi ſub. D. Quãdo cond. dies lega. ced.

XXXIII. [u] Quod ſub conditione promittitur, non priùs incipit deberi quàm conditio extiterit.

x l. Qui promiſit. D. h. t.

XXXIV. [x] Qui promiſit, ſi aliquid pro ſe factum ſit, dare x. ſi priùs quàm id factum fuerit quod promiſit dederit, non videtur feciſſe quod promiſit; atque ideo repetere poteſt.

z l. Qui loco. D. h. t.

XXXV. [z] Qui loco certo debere exiſtimans, indebitum ſoluit, quolibet loco repeter. Non enim exiſtimationem ſoluentis eadem ſpecies repetitionis ſequitur.

a l. ſi non ſortem. §. ſi quis quaſi. d. t.

XXXVI. [a] Si quis quaſi ex compromiſſo condemnatus falsò ſoluerit, repetere poteſt.

b l. 3. C. h. t.

XXXVII. [b] Cùm & ſoluta indebita quantitas ab ignorante repeti poſſit, multò faciliùs quantitatis indebitæ interpoſitę ſcripturæ condictio competit, vel doli exceptio agenti opponitur.

c l. ult.

XXXVIII. [c] Iuſtinianus Imperator conſtituit omnibus qui incerto animo indebitam dederint pecuniam, vel aliam quandam ſpeciem perſoluerint, repetitionem non denegari: & præſumptionem tranſactionis non contra eos induci, niſi hoc ſpecialiter ab altera parte approbetur.

d Ve'embecius comm. in hũc t.
e l. ſi per errorem. D. de iuriſd. om. iud.
f l. Eleganter. 23 in prin. l. ſed & ſi me puta. D. h. t.
g l. qui exceptionem 40. l. ſi fideiuſſor. 59. d. t.
h l. iuris Lerrore. l. Regula. D. de iur. & fa. igno.
i l. Error. D. ad leg. falc. l. cùm indebitũ. vbi DD. C. de iur. & fa igno.
k l. in ſumma. D. h. t.
l l. Stichus. §. 1 d. t.
m d. l. § idem quæſit.

XXXIX. [d] Qui errore ſoluit, [e] quia error nullum habet conſenſum, [f] perinde eſt ac ſi ignorans ſoluiſſet, [g] etiamſi in iure erretur, [h] Error enim iuris in damno vitando nocere non ſolet. [i] Sed tamen ſi aliqua iuſta ſubſit cauſa quamobrem repetitio inhibeatur, ceſſat repetitio.

XL. [k] Indebitum eſt non tantùm quod omninò non debetur, ſed & quod alij debetur ſi alij ſoluatur: aut ſi quod alius debebat, alius, quaſi ipſe debeat ſoluat.

XL. [l] Tutor creditori pupilli ſui plus quàm debebatur exſoluit: & tutelæ iudicio pupillo non imputauit: quæſitum eſt an repetitionem aduerſus creditorem haberet. Reſponſum eſt, habere.

XLII. [m] Quæſitum eſt an pactum quod in partiationibus adſcribi ſolet in hunc modum, [Ex hoc contractu nullam inter ſe controuerſiam eſſe] impediat repetitionem. Scæuola reſpondit, nihil proponi cur impediret.

n l. ſi nõ ſortem. §. adeo. D h. t.

XLIII. [n] Adeo perpetua exceptio parit condictionem, vt ſi emptor fundi damnauerit hæredem ſuum vt venditorem nexu venditi liberaret: mox venditor ignorans rem tradiderit, poſſit eum fundum condicere; idémque etſi debitorem ſuum damnauerit, liberare; & ille ignorans ſoluerit.

o d. l. §. ſi centum.

XLIIII. [o] Soluta quantitate maiore quàm ſit debitum, pars quæ debita eſt, debito cedit; & reſiduum condicitur. At ſoluta ſpecies pluris pretij quàm ſumma quæ debebatur, non cedit in debitum, ne ex ea quidem parte quæ debita eſt. Ergo ſi centum debens, quaſi ducenta deberem, fundum ducentorum ſolui; competere repetitionem Marcellus ſcribit: & in centum manere ſtipulationem: licèt enim placuit, rem pro pecunia ſolutam parere liberationem: tamen ſi ex falſa debiti quantitate maioris pretij res ſoluta eſt, non fit confuſio partis rei cum pecunia. Nemo enim inuitus compellitur ad communionem: ſed & condictio integræ rei manet, & obligatio incorrupta. Ager autem retinebitur donec debita pecunia ſoluatur.

p d. l. §. idem Marc. aſt.

XLV. [p] Si pecuniam debens, oleum dederit pluris pretij quaſi plus debens: vel cùm oleum deberet, oleum dederit quaſi maiorem modum debens, ſuperfluum olei erit repetendum, non totum: & ob hoc perempta eſt obligatio.

q l. cùm is qui. §. vlt. D. h. t. Hanc Iulian IC. ſententiam confirmat Iuſtinianus in l. pen. C. eo. t. Contra Celſi IC. opinionem in l. 19. C. de lega. ex quo apparet in Pãdectis ac C. quaſdam eſſe antinomias quæ ſolui non poſſunt.

XLVI. [q] Qui equum generaliter promiſit, ſimilis eſt ei qui equum aut decem debet Et ideo ſi cùm exiſtimaret ſe Bucephalum promiſiſſe, eum dederit; condicet. Alium autem quemlibet dando, liberari poterit.

r l. vbi Salyr. C h. t.
ſ d. l.

XLVII. [r] Debitor duarum rerum alternatiuè; ſoluens vtranque, habet electionem quam repetat earum; ſicut habebat antequàm ſolueret. Nempe, [ſ] Si quis certum equum, aut quandam ſolidorum quantitatem, vel aliam rem promiſerit; & cùm poſſet vnum ex his ſoluendo liberari, vtrumque per ignorantiam dependerit; dubitatum fuit cuius rei daretur à legibus ei repetitio, vtrúmne equi, an pecuniæ. Eſt Iuſtinianus Imperator eum ſanxit, qui vtrumque perſoluit, habere electionem qui & dandi habuit.

t l. ſi non ſorte. §. vlt D h t. id eo fit ne ſi reciperes pro parte ſolutionẽ in alternatiue debitis, contingeret vt debitor ſolueret partem ex altera alternatiua & ſic ex duabus rebus diuerſis, quod non licet l. in executione §. pro parte. D. de verb. obl.

XLVIII. [t] Si ſoluatur pars vnius ex rebus alternatiuè debitis, an competat reſtitutio, pendet ex euentu: Nempe, Si x. aut Bucephalum promiſero, ſoluam quinque; quæritur an poſſim cõdicere: quæſtio ex hoc deſcẽdit an liberer in quinque. Nam ſi liberer, ceſſat condictio: ſi nõ liberor, erit condictio. Placuit autem non perimi partem dimidiam obligationis: ideóque eum qui quinque ſoluit, in pendenti habendum an liberetur: nec peti ab eo poterunt reliqua quinque, aut Bucephalus: & ſi præſtiterit reſidua quinque, eum & in priora debita ſoluiſſe dicendum: ſi autem Bucephalum

præ-

præſtitiſſet, quinq; poſſe condicere quaſi indebita. Sic poſterior ſolutio comprobabit priuta quinq;, vtrum debita an indebita ſoluerentur. Sed & ſi poſt ſuluta quinque, & Bucephalus ſoluatur; & malim ego habere quinque, & Bucephalum reddere, an ſim audiendus quæri poteſt. Et putat Celſus, natam in quinque condictiunem, quamuis vtroque ſimul ſoluto mihi retinendi quod vellem arbitrium daretur. Idem ait, & ſi duo ſint hæredes ſtipulatoris; non ſic alteri quinque ſolutis, alteri partem Bucephali ſolui. Idem & ſi duo ſint debitoris hętedes; ſecundùm quæ liberatio non contingit, niſi aut vtrique quina, vel vtrique partes Bucephali fuerint ſolutæ.

u l. ſi procuratori. D. h. t.
XLIX. [u] Si procoratori indebitum ſolutum ſit, & dominus ratum non habeat, poteſt repeti.

Secunda pars dicti capitis ſecundi.

Quando, quibuſque ex cauſis hæc condictio non competat.

x l. ſi non ſortẽ. §. qui filiofamil. d. t.
L. [x] QVi filiofamiliâs ſoluerit, cùm eſſet eius peculiaris debitor, ſi quidem ignorauerit ademptum ei peculium, liberatur. Si ſcit, & ſoluit, condictionem non habet, qoia ſciens ſoluit.

z l. 1. D. h. t.
LI. [z] Si quis indebitom ignorans ſoluit, per hanc actionem condicere poteſt. Sed ſi ſciens non debere, ſoluit; ceſſat repetitio.

a l. ſi is qui. d. t.
LII. [a] Si is qui perpetua exceptione tueri ſe poterat, cùm ſciret exceptionem ſibi profuturam, promiſerit aliquid vt liberaretur, condicere non poteſt.

b l. Iudex. d. t.
LIII. [b] Iudex ſi malè abſoluit, & abſolutus ſua ſponte ſoluit, repetere non poteſt.

c l. ex quibus. d. t.
LIIII. [c] Ex quibus caoſis retentionem quidem habemus, petitionem autem non habemus, ea ſi ſoluerimus, repetere non poſſomus.

d l. 1. C. h. t.
LV. [d] Pecuniæ indebitæ non ex cauſa iodicati ſolutæ, eſſe repetitionem iure condictionis, non ambigitur.

e l. ſi non ſortẽ. D. h. t.
LVI. [e] Si non ſortem quis, ſed vſuras indebitas ſoluit, repetere noo poterit, ſi ſorti debitas ſoluit. Sed ſi ſopra legitimum modum ſoluit, Seuerus Imperator reſcripſit repeti qoidem non poſſe, ſed ſorti imputandum: & ſi poſtea ſortem ſoluit, ſortem quaſi indebitam repeti poſſe. Proinde & ſi antè ſors fuerit ſoluta, vſuræ ſupra legitimum modum ſolutæ quaſi ſors indebita repetuntur. Quòd ſi ſimul ſoluerit, poterit dici & tunc repetitionem locum habere.

f l. cùm is qui. § mulier. d. t.
LVII. [f] Mulier, aut quis alius, ſi in ea opinione ſint vt credant ſe pro dote obligatos, quicquid dotis nomine dederint, non repetunt. Sublata enim falſa opinione relinquitor pietatis cauſa, ex qua ſolutum repeti nonpoteſt.

LVIII. [g] Si maritus, cùm facere nihil poſſit, dotem ſoluerit, in ea cauſa eſt vt repetere non poſſit. *g l. nam & ſi. ibid.*

LIX. [h] Facta & impenſa cauſâ pietatis nõ repetuntur. *h l. ex duobus. §. vlt. D. de neg. geſt. l. & l. Alimenta. C. eo. t.*

LX. [i] Cùm hæc condictio naturalis ſit, & ex bono & æquo detur, ſi quidem naturali æquitate debitum ſoluatur, repeti non poteſt, quamuis iure ciuili non debeatur: [k] Veluti ſi debitum inter patrem & filiumfamiliâs, vel duos fratres in eiuſdem poteſtate conſtitutos ſoluatur, ceſſat repetitio, niſi quatenus naturalis obligatio, vel per aditionem hæreditatis paternæ, vel per peculij perceptionem fuerit extincta. *i l. indebiti 15. D. h. t. l. ſi non ſortem §. libertus. ibid.* *k l. frater à fratre. d. t.*

LXI. [l] Naturalis obligatio non eo ſolùm æſtimatur, ſi aliqua actio earum nomine competat; verùm ſi ſoluta pecunia repeti non poſſit. *l l. naturalis. D. de obl. & act.*

LXII. [m] Si res ſua alicui reddatur, aut debitum ſoluatur; condici non poteſt, quia verus debitor ea ſolutione liberatur. [n] Nec enim qui accepit, ampliùs id quod habet petere poterit, tum quia res ſua domino auferri non poteſt, cui ſi eam amiſſam vindicare à quocunque licet, [o] certè & retinere quocunque modo recuperatam, permiſſum eſſe dicendum eſt. *m l. Repetitio. 44. l. quod nomine l. indebitum. l. frater §. vlt. l. Seruus cuiuſdam. in fi. D. h. t. l. de hæreditate. C. de petit. hered. Cuiacius lib. 8. Obſeru. c. 9. l. 1. §. vlt. l. 2. D. de conſtit. pec.* *n §. ſic itaque. Inſtit. de act. §. ſed ſi rem. Inſtit. de lega.*

LXIII. [p] Si is cùm quo de peculio actum eſt, per imprudentiam plus quàm in peculio eſt, ſoluerit, repetere non poteſt.

LXIIII. * Qui exceptionem perpetuam habet, ſolutum per errorem repetere poteſt. Sed hoc non eſt perpetuum. Nam ſi quidem eius cauſâ exceptio datur, cum quo agitur, ſolutum repetere poteſt, vt accidit in Senatuſconſulto De interceſſionibus. Vbi verò in odium eios cui debetur, exceptio datur, perperam ſolutum non repetitur: Veluti, [q] ſi filiusfamiliâs contra Macedonianum pecuniam acceperit, & paterfamiliâs factus ſoluerit, non repetet. ** arg. quod cui damus actionẽ, multò magis exceptionẽ. l. 1. §. cui damus. D. de ſuperf.* *o l. ſi is. D. h. t.* *p l. qui exceptionem. d. t.* *q Idem l. ſi non ſortem § filiusfa. d. t.*

LXV. [r] Si vrbana prædia locauerit prædo, quod mercedis nomine acceperit, ab eo qui ſoluit non repetetur: ſed domino erit obligatus. Idémque iuris erit in vecturis nauium quas ipſe locauerit. Quòd ſi vecturas nauium quas dominus locauerat, item penſiones inſularum acceperit, ob indebitum ei tenebitur qui non eſt liberatus. Quod ergo dici ſolet prædoni fructus poſſe condici, tunc locom habet cùm domini fructus fuerunt. *r l. ſi vrbana. d. t.*

LXVI. [ſ] Fideicommiſſum in ſtipulatione deductum, tametſi non debitum fuiſſet: quia tamen à ſciente fidei explendæ cauſa promiſſum eſſet, debetur. *ſ l. fideicommiſſum. ibid.*

LXVII. [t] Iulianus verum debitorem poſt litem conteſtatam, manente adhuc iudicio, negabat ſoluentem repetere poſſe: quia nec abſolutus nec condemnatus repetere poſſet, licèt enim abſolutus ſit naturâ, tamen debitor permanet. *t l. Iulianus. ibid.*

u l.ſi fideiuſſor. d.t.

L X V I I I. u Si fideiuſſor iure liberatus, ſoluerit errore, pecuniam repetenti non oberit. Si verò reus promittendi per errorem, & ipſe poſtea pecuniam ſoluerit, non repetet. cùm prior ſolutio quę fuit irrita, naturale vinculum nō diſſoluit: nec ciuile, ſi reus promittendi tenebatur.

** d.l.Balianus.*

L X I X. * Si quis malè abſolutus ſua ſponte ſoluerit, repetere non poteſt: quia verum eſt hunc naturâ debitorem remanere.

** l quod quis. D h.t.*

L X X. * Si quis ſciens ſe non debere, ſoluerit; ceſſat repetitio, etiam ſi eo animo dedit vt repetat, * quia donare videtur.

z l.cuius per errorem 51. D.de reg.iur.
z Coſtalius in l.ſi pœna 6. §. pupillus D. h. t. ex ſententia Bart. Fulgoſii, Ang. & aliorum Contra Iaſonis opinionē quam cõfirmat. l.& magis. D. de ſolut. Sed ea l.procedit.quādo ſunt duæ obligationes: quo caſu ſuam quis potius quàm alienum diſſolui(ſſe) præſumitur.

L X X I. z Si quis alienum debitum ſoluat, cuius nomine ſoluiſſe videatur quæri poteſt. Et magis eſt vt alieno potius quàm ſuo nomine ſoluiſſe videatur.

a l.qui inuicem. D.h.t.

L X X I I. a Qui inuicem creditor, idémque debitor eſt in his caſibus, in quibus compenſatio locum non habet, ſi ſoluit, non habet condictionem: veluti indebiti ſoluti, ſed ſui crediti petitionem.

b l.cùm is qui. ibid.
c l.ſi duo.ibid.

L X X I I I. b Cùm is qui Bucephalum aut Pegaſum debet, ſimul vtrunq; ſoluerit, ſi poſteaquam vtrunque ſoluerit, aut vterque equus, aut alter ex his deſijt in rerum natura eſſe, nihil repetet. Id enim remanebit in ſoluto quod ſupereſt. c Si diuerſis interuallis ſolutio facta ſit, quod poſterius ſolutum, repetetur: quia indebitum eſt.

d l.ſi in area. ibid.

L X X I V. d Si in area tua ædificaſſem, & tu ædes poſſideres, condictio locum non habebit, quia nullum negotium inter nos contraheretur. Nam is qui non debitam pecuniā ſoluerit, hoc ipſo aliquid negotij gerit. Cùm autem ædificium in area ſua ab alio poſitum dominus occupat, nullum negotium contrahit. Sed & ſi is qui in aliena area ædificaſſet, ipſe poſſeſſionem tradidiſſet, condictionem non habebit, quia nihil accipientis faceret: ſed ſuam rem dominus habere incipiat. Et ideo conſtat, ſi quis cùm exiſtimaret ſe hæredem eſſe, inſulam hæreditariam fulſiſſet, nullo alio modo quàm per retentionem impenſas ſeruare poſſe.

** l.ſi non fortē. § idem Marc. adijcit.ibid.*

L X X V. * Si cùm fundi pars mihi deberetur, æſtimatione facta quaſi totus deberetur, ſolutio pecuniæ ſolidi pretij facta ſit, repeti poteſt non totum pretium, ſed partis indebitæ pretium.

e l.in ſumma. ibid.

L X X V I. e In ſumma, vt generaliter de repetitione tractemus, ſciendum eſt dari aut ob tranſactionem, aut ob cauſam, aut propter conditionem: in quibus omnibus quæritur de repetitione. Et quidem quod tranſactionis nomine datur, licèt res nulla media fuerit, non repetitur. Nam ſi lis fuit, hoc ipſum, quòd à lite diſceditur, cauſa videtur eſſe. Sin autem euidens calumnia detegatur, & tranſactio imperfecta eſt, repetitio dabitur.

f l.damus.ibid.

L X X V I I. f Damus, aut ob cauſam, aut ob rem. Ob cauſam præteritam; Veluti, cùm ideo do quod aliquid à te conſecutus ſum: vel, quia aliquid à te factum eſt: Vt etiam ſi falſa cauſa ſit, repetitio eius pecuniæ non ſit.

g l.in ſumma. d.t.

A g Et ſi cui dedero quòd negotia mea adiuta ab eo putaui, licèt non ſit factum, quia donare volui, quamuis falsò mihi perſuaſerim, repeti non poteſt.

h l.ſub conditione.ibid.

L X X V I I I. h Sub conditione debitum per errorem ſolutum, pendente quidem conditione, repetitur, conditione autem exiſtente repeti non poteſt. Quod autem ſub incerto die debetur, die exiſtente repeti non poteſt.
B Quod ſi ſub ea conditione debetur quæ omnimò extitura eſt, repeti non poteſt; licèt ſub alia conditione, quæ an impleatur incertum eſt, ſi ante ſoluatur, repeti poſſit.

** l.in diē.ibid.*

L X X I X. * In diem debitor, adeo debitor eſt vt ante diem ſolutum repetere non poſſit.

i l.naturalis. §. vlt.& l.ſeq. ibi.

L X X X. i Quod pupillus ſine tutoris authoritate mutuum accepit, & locupletior factus eſt, ſi pubes factus ſoluat, non repetit.
C Nam hoc naturâ æquum eſt neminem cum alterius detrimento locupletiorem fieri.

k l.3.C.h.t.

L X X X I. k Iure ciuili Romano, ea quę per inficiationem in lite creſcunt, ab ignorante ſoluta repeti non poſſunt. Sed & ſi cautio in debitę pecuniæ ex eadem cauſa interponatur condictioni locus non eſt.

l l.ſi pœna. D. eo.t.

L X X X I I. l Si pœnæ cauſâ eius cui debetur, debitor liberatus eſt, naturalis obligatio manet: & ideo ſolutum repeti non poteſt.

m l.Pœna.ibi.

D L X X X I I I. m Pœnæ nō ſolent repeti cùm depenſæ ſunt.

n l.Indebitum. ibid.

L X X X I V. n Indebitum ſolutum ſciens, non rectè repetit. Citra mandatum autem, ab alio re diſtracta; dominus, euicta re, vel ob præcedens vitium ſatis emptori faciens, non indebitum prætendere poteſt, ſed per huiuſmodi factum, ratum contractū habuiſſe probans, à ſe debitum oſtendit eſſe ſolutum.

o l.indebiti 15. l.ſi non fortem. §.libertus.ibid.

L X X X V. o Cum hæc condictio naturalis ſit, & ex ęquo, & bono detur, ſi quid naturali æquitate debitum ſoluatur, repeti nō poteſt, quamuis iure ciuili non debeatur: Veluti, Si debitum inter patrem & filiumfamiliâs, vel duos fratres in eiuſdem poteſtate conſtitutos ſoluatur, ceſſat repetitio, niſi quatenus naturalis obligatio, vel per aditionē hæreditatis, vel per peculij perceptionem fuerit extincta.

p l.qui ob rem. ibid.

L X X X V I. p Qui ob rem non defenſam F ſoluit, quamuis poſtea defendere paratus eſt, non repetet quod ſoluerit.

C A P. I I I.

Quibus, & in quos hæc condictio competat: vel non.

Prima pars.

Quibus competat.

q l.ſi procurator.ibid.

LXXXVII. q SI procurator tuus indebitum ſoluerit, & tu ratum non habeas, repeti poteſt. Quòd ſi debitū fuerit, non poteſt repeti. Ideo cùm quis procuratorē rerum ſuarum conſtituit, id quoque mandare videtur vt ſoluat creditori: neque poſtea expectandum ſit vt ratum habeat.

L X X X V I I I. Si

r l. ſi pœnæ. §. ſ. vlt. ibid. — LXXXVIII. r Si duo rei, qui decem debebant, viginti pariter ſoluerint, dicendum ſingulos bina repetituros: quia cùm decem deberent, viginti ſoluiſſent, & quod amplius ambo ſoluerint, ambo repetere poſſunt.

ſ l. ſi reus. ibi. — LXXXIX ſ Si reus & fideiuſſor ſoluerint pariter, in hac cauſa non differunt à duobus reis promittendi: quare omnia quæ de his dicta ſunt, & ad hos transferre licebit.

t d. l. ſi reus. — XC. t Si duos reos non eiuſdem pecuniæ, ſed alterius obligationis conſtitueris, vt puta Bucephali aut Pegaſi equorum, & pariter duos datos, aut togam, aut denarios mille, non idem dici poterit in repetitione vt partes repetant, quia nec ab initio ſoluere ſic potuerunt. Igitur hoc caſu electio eſt creditoris cui velit ſoluere, vt alterius repetitio impediatur.

u l. cùm duo. d. l. — XCI. u Cùm duo pro reo fideiuſſiſſent, deinde reus tria ſoluiſſet, & poſtea fideiuſſores quina, placuit eum qui poſterior ſoluit, repetere tria poſſe: hoc meritò; quia tribus à reo ſolutis ſeptem ſola debita ſupererunt, quibus perſolutis tria indebita ſoluta ſunt.

x l. cùm is qui. § 1. ibid. — XCII. x Fideiuſſor cùm paciſcitur ne ab eo pecunia petatur, & per imprudentiam ſoluerit, condicere ſtipulatori poterit: & ideo reus quidem manet obligatus: ipſe autem ſua exceptione tutus eſt. Nihil autem intereſt fideiuſſor an hęres eius ſoluat. Quòd ſi huic fideiuſſori reus hęres exſtiterit & ſoluerit, nec repetet, & liberabitur.

z l. tutor. ibid. — XCIII. z Quod amplius rata ſolutum eſt creditoribus hęreditariis, minor aduerſus aditionem reſtitutus non repetit: ſed alij creditores. Nempe tutores pupilli quibuſdam creditoribus patris ex patrimonio ſoluerunt: ſed poſtea non ſufficientibus bonis pupillum abſtinuerunt: quæritur quod amplius creditoribus per tutores pupilli ſolutum eſt, vel totum quod acceperunt, an reſtituere debeant: Scæuola reſpondit, ſi nihil dolo tutoris factum eſſet, tutori quidem vel pupillo non deberi: creditoribus autem aliis in id quod amplius ſui debiti ſolutum eſt, teneri.

* l. Stichus. §. Titius. ibid. — XCIV. * Titius cùm multos creditores haberet, in quibus & Seium; bona ſua, priuatim facta venditione Mæuio, conceſſit vt creditoribus ſatisfaceret, ſed Mæuius ſoluit pecuniam Seio tanquam debitam quæ iam à Titio fuerat ſoluta. Quæſitum eſt, cùm poſtea reperiantur apochæ apud Titium debitorem, partim ſolutæ pecuniæ, cui magis repetitio pecuniæ indebitæ ſolutæ competit, Titio debitori, an Mæuio qui in rem ſuam procurator factus eſt. Scæuola reſpondit, ſecundùm ea quę proponerentur, ei qui poſtea ſoluiſſet.

* l. nec nouum. ibid. — XCV. * Non nouum vt quod alius ſoluerit, alius repetat. Nam & cùm minor xxv. annis inconſultè adita hęreditate ſolutis legatis in integrum reſtituitur, non ei reſtitutio competit: ſed ei ad quem bona pertinent.

* l. ſi fundi. ib. — XCVI. * Si fundi mei vſumfructum tibi dederim, falſò exiſtimans me eum tibi debere: & antequam repetam, deceſſerim; condictio eius ad hæredem quoque meum tranſibit.

* l. cùm indebitum. ibid. — XCVII. * Cum indebitū impuberis nomine tutor numerauit, impuberis condictio eſt.

Secunda pars capitis tertij.

Quibus hæc condictio non competat.

* l. ſi procurator. ibid. — XCVIII. * Neque tutor, neque procurator ſoluentes repetere poſſunt: nec intereſt ſuam pecuniam an pupilli vel domini ſoluant.

* l. qui hæredis. ibid. — XCIX. * Qui hæredis nomine legata non debita ex nummis hæredis ſoluit, repetere non poteſt: ſed ſi ignorante hærede nummos eius tradidit dominus, eos rectè vindicabit. Eadem cauſa rerum corporalium eſt.

Tertia pars capitis tertij.

In quos hæc condictio competit, aut non.

* d. l. ſi procurator. — C. * Celſus ait, eũ qui procuratori debitum ſoluit, continuò liberari: neque ratihabitionem conſiderari. Quòd ſi indebitum acceperit, ideò exigi ratihabitionem, quoniam nihil de hoc nomine exigendo mandaſſe videretur. Et ideo ſi ratum non habeatur, à procuratore repetendum.

* l. indebitam. ibid. — CI. * Indebitam pecuniam per errorem promiſiſti; eam qui pro te fideiuſſerat ſoluit. Exiſtimandum eſt, ſi nomine tuo ſoluerit, te fideiuſſori, ſtipulatorémque tibi obligatum fore: nec expectandum eſt vt ratum habeas: quoniam potes videri id ipſum mandaſſe vt tuo nomine ſolueretur. Sin autem fideiuſſor ſuo nomine ſoluerit quod non debebat, ipſum à ſtipulatore repetere poſſe, quoniam indebitam iure gentium pecuniam ſoluit. Quod minùs autem conſequi poterit ab eo cui ſoluit, à te mandati iudicio conſecuturũ, ſi modò per ignorãtiam petentem exceptione non ſummouerit.

* l. cum indebitam. §. 1. — CII. * Creditor, vt procuratori ſuo debitum redderetur, mãdauit: maiore pecunia ſoluta procurator indebiti cauſâ conueniebatur. Quòd ſi nominatim vt maior pecunia ſolueretur delegauit, indebiti cum eo qui delegauit erit actio, quæ non videtur adempta ſi fruſtrà cum procuratore lis fuerit inſtituta.

* l. creditoris. ibid. — CIII. * Creditoris falſo procuratori ſoluenti, aduerſus eum indebiti repetitio, non obligationis liberatio competit.

a l. 1. C. h. t. — CIV. a Si citra vllam tranſactionem, pecuniam indebitam alieno creditori promittere delegatus es, aduerſus eum qui te delegauit condictionem habere potes.

b l. ſi non ſortem. §. hæreditatis. D. eo. t. — CV. b Hæreditatis, vel bonorum poſſeſſori, ſi quidem defendat hæreditatem, indebitum ſolutum condici poterit. Si verò nõ defendat, etiã debitum ſolutum repeti poteſt.

CVI. [c] Quia condictio rei perſecutoria eſt, in hæredem tranſit.

CVII. [d] His ſolis pecunia condicitur, quibus quoquo modo ſoluta eſt, non quibus proficit. [e] Actio enim perſonalis non ſequitur ſingularem ſucceſſorem. Nec enim is obligatur, licèt res ad eum deuenerit. [f] Id tamen intelligendum, niſi cauſam lucratiuam haberet [g] quod ex benignitate admittitur. [h] Quo quidem caſu ſi recipiens indebitum non eſſet ſoluendo, poſſet agi contra eum cui pecunia proficit.

c l. ſi fundi, 12. ibid.
d l. quod quis. ibid.
e Coſtalius in d. l.
f l. vlt. D. de eo per quem facl. erit.
g l. ſi eum ſeruum. D. de reb. cred.
h Glo. in d. l. quod quis. quæ Bart. & omnes probant. l. mater. D. de rei vendicat. faciunt annotata à Coſtalio in l. Iulianus. D. d. t. de rei vend.

CAP. IIII.
Quid veniat in hanc condictionem, vel non.

CVIII. [i] INdebiti ſoluti condictio naturalis eſt, & ideò etiam quod rei ſolutæ acceſſit, venit in condictionem, vt fœtus è pecoribus nati: imò & fructus, quos is cui ſolutum eſt, bona fide percepit, in condictionem veniunt. [k] In frumento indebito ſoluto & bonitas eſt: & ſi conſumpſit frumentum, pretium repetet. Sic habitatione data pecuniam condicam, non quidem quantum locare potui: ſed quanti tu conducturus fuiſſes.

i l. indebiti. & l. in ſumma. D. h. t.
k d. l. in ſumma.

CIX. [l] Interdum licèt aliud præſtemus, aliud condicimus: vt puta, fundum indebitum dedi, & fructus condico: vel equum indebitum; & hunc ſine fraude modico diſtraxiſti: nempe hoc ſolùm refundere debes, quod ex pretio habes. vel meis ſumptibus pretioſiorem equum feci, condici hæc debent.

l l. ſi non ſortem. §. libertus. ibid.

CX. [*] Si nummi alieni dati ſint, condictio competet, vt vel poſſeſſio eorum reddatur, quemadmodum ſi falsò exiſtimans poſſeſſionem me tibi debere, alicuius rei tibi tradidiſſem.

* d. l. indebiti. §. 1.

CXI. [m] Si falsò exiſtimans debere nummos, ſoluero, qui pro parte alieni, pro parte mei fuerunt: eius ſummę partem dimidiam non corporum condicam.

m l. ſi pœna. §. ſi falsò. ibid.

CXII. [n] Condictio non datur niſi in id quo quis factus eſt locupletior, & in id quod penes ſe habet: nec tenetur de rei interitu.

n Bald. Salyc. Fulgoſ. Alex. & Iaſ. in l. indebiti. §. ſed etſi. D. h. t. Coſtalius in l. ſi non ſortem. § ſi libertus. d. tit. contra Gloſſæ ſententiam in d. §.

CXIII. [o] Quod indebitum per errorem ſoluitur; aut ipſum, aut tantundem repetitur.

o l. quod indebitum d. t.

CIV. [p] Actione condictionis ea ſola quantitas repetitur quæ indebita ſoluta eſt; non etiam vſurę.

p l. 1. C. h. t.

De condictione ſine cauſa.
TIT. V.
[a] CAP. VNICVM.
Quando, quibuſque ex cauſis hæc condictio competat.

I. [a] COndictio ſine cauſa eſt generalis: cęteráſque complectitur: darique ſolet, vbi nulla ex ſpecialibus competit: vel quænam danda ſit dubitari probabiliter poteſt: [b] videlicet cùm aliquid promiſſum eſt ſine cauſa: aut ob cauſam quæ ſecuta non eſt: vel cùm aliquid datum eſt ob cauſam ve-

a Veſembecius in hunc t. l. 1. & 2. D. de æſtimat. act. & tit. de praſcr. verb. D.
b l. 2. & vlt. D. h. t.

A tam & iuſtam, quæ tamen ad cauſam nullam redierit.

II. [c] Eſt & hæc ſpecies condictionis, ſi quis ſine cauſa promiſerit vel ſoluerit indebitum. Qui autem promiſit ſine cauſa, condicere quantitatem non poteſt, quam non dedit, ſed ipſam obligationem. Sed & ſi ob cauſam promiſit, cauſa tamen ſecuta non eſt, dicendum eſt condictionem locum habere. [d] Siue
B ab initio ſine cauſa promiſſum eſt, ſiue cauſa fuit promittendi quæ finita eſt, vel ſecuta nõ eſt, dicendum eſt condictioni locum fore.

c l. 1. D. h. t.
d Idem. l. penult. d. t.

III. [e] Qui ſine cauſa obligantur, incerti cõdictione conſequi poſſunt vt liberentur. Nec refert omnem quis obligationem ſine cauſa ſuſcipiat, an maiorem quàm ſuſcipere eum oportuerit: niſi quòd aliâs condictione id agitur vt omni obligatione liberetur: aliâs, vt exoneretur. Nam ſi quidem nullam cauſam
C promittendi habuit, incerti condictione cõſequitur vt tota obligatio accepta fiat. At ſi cùm quinque promittere deberet, decem promiſit, incerti condictione conſequetur vt in quinque liberetur.

e l. 3. ibid.

IV. [f] Si non eſt numeratum, quod velut acceptum te ſumpſiſſe mutuo ſcripſiſti, & necdum tranſiiſſe tempus ſtatutum, vel intra hãc diem habitam, conteſtationem monſtrando, reddi tibi cautionem poſtulare potes.

f l. 3. C. h. t.

D V. [g] Si quis, cùm non haberet inſtrumentum quo ſolutionem probare poſſet, condẽnatus eſt ſoluere, poterit reperto inſtrumento repetere quod ex ſententia ſoluit.

g Paul. Caſtrenſ. in l. 2. C. h. t. Alex. in l. Imperatoris, ad fi. D. de re iudic. Io. Gallus. quæſt. 218.

VI. [h] Diſſolutæ quantitatis retentum inſtrumentum, inefficax penes creditorem remanere: & ideò per condictionem reddi oportere, non eſt ambigui iuris.

h l. 2. C. h. t.

VII. [i] Si fullo veſtimenta lauanda conduxerit, deinde amiſſis eis domino pretium ex
E locato conuentus præſtiterit: poſteáque dominus inuenerit veſtimenta; qua actione debet conſequi pretium quod dedit? Et ait Caſſius; eum non ſolùm ex conducto agere, verùm condicere domino poſſe. Vlpianus putat, ex cõducto omnimodò habere actionem. An autem & condicere poſſit, quæſitum eſt: quia non indebitum dedit: niſi fortè quaſi ſine cauſa datum, ſic putemus condici poſſe. Etenim veſtimentis inuentis ſine cauſa da-
F tum videtur.

i l. 2. D. eo. t.

VIII. [k] Mala fide poſſidens, de proprietate victus; de extantibus fructibus rei vendicatione; de conſumptis verò condictione conuentus; eorum reſtitutioni parêre compellitur.

k l. penult. C. eo. t.

IX. [l] Auunculo nuptura pecuniam in dotem dedit, neque nupſit: an eandem repetere poſſit, quæſitum eſt. Papinianus dixit; Cùm ob turpem cauſam dantis & accipientis pe-
G cunia numeretur, ceſſare cõdictionem: quam rationem fortaſſis aliquem ſecutum reſpondere; non habituram mulierem condictionem; ſed rectè defendi non tam turpem cauſam in propoſito, quàm nullam fuiſſe; cùm pecunia quæ daretur, in dotem conuerti nequiret. Nouerca ſimiliter priuigno, nurus ſo-

l l. vlt. D. h. t.

cero,

cero pecuniam dotis nomine dedit: neque nupſit. Ceſſare condictio prima facie videtur: quoniam iure gentium inceſtus committitur. Atquin vel magis in ea ſpecie nulla cauſa dotis dandæ fuit: condictio igitur competit. [m] Itaque datum illiciti matrimonij cauſâ, quod tamen ſecutum non eſt, repeti poteſt: [n] tametſi is qui dedit, ſciuerit & iure & facto impedimentum matrimonij.

X. [o] Si aliquid detur cauſa matrimonij illiciti quod poſt ſequatur, tunc benigna interpretatione recepitur vt mulier vel maritus dantes, ſi ignorauerint ius & factum, repetant. [p] Si vtrunque ſcierint, repetere non poſſunt, ſed applicatur res fiſco: [q] niſi Princeps vel iudex, vt facilior ſit matrimonij diſſolutio, reddendam dotem & donationem ſtatuant. [r] Si verò ſcierint ius; & factum ignorarunt, excuſabuntur propter errorem iuſtiſſimum.

De condictione triticaria tractatur ſupra t. de verb. obligat. cap. decimo ſeptimo.

De condictione furtiua tractabitur libro de priuatis delictis.

De condictione ex lege.

TIT. VI.

I. [a] SI obligatio lege noua introducta ſit, nec cautum eadem lege quo genere actionis experiamur, ex lege agendum eſt.

m Coſtalius ad d. l. vlt.

n Hic ideo quia pœnitentia, quæ rem deducit ad priſtinum ſtatum, pœnam abolet. l. ex hoc edicto. §. penult. D. de donat. inter vir. & vx. l. quis falſam. D. ad leg. Corn. de falſ.

o Coſtalius ad d. l. vlt. l. ſi cùm dotem. §. vlt. D. ſol. matr.

p l. qui contra. Cod. de inc. nupt. l. cùm hic ſtatus. §. vltim. D. de don. int. vir & vx.

q Panor. in c. & ſi neceſſe eod. tit. de don. inter vir. & vxo.

r d. l. qui contra l. vxori. D. de vſufr. lega. l. vlt. D. de lega. 1. Iaſ. in d. l. vlt. D. h. t. Panor. in d. cap. etſi.

a l. 1. D. d. t.

De operis noui nuntiatione.

TIT. VII.

Hic titulus quinque capita continet. Quorum primum eſt, Cuiuſmodi ſit operis noui nuntiatio: quibúſque ex cauſis opus nouum nuntiari poſſit: vel non. Cuius prima pars eſt, Cuiuſmodi ſit operis noui nuntiatio: & quibus ex cauſis opus nouum nuntiari poſſit. Secunda, Quibus ex cauſis non poſſit. Secundum caput eſt, Qui poſſint opus nouum nuntiare, vel non. Cuius prima pars eſt, Qui poſſint opus nouum nuntiare. Secunda, Quæ perſonæ nouum opus nuntiare non poſſint. Tertium caput eſt, Quibus opus nouum nuntiari poſſit: vel non. Cuius prima pars eſt, Quibus opus nouum nuntiari poſſit. Secunda, Quibus opus nouum nuntiari non poſſit. Quartum caput eſt, Quibus modis fiat operis noui nuntiatio. Quintum, De effectu noui operis nuntiationis: & quando, quibúſve poſt nuntiationem opus facere liceat.

CAPVT I.

Cuiuſmodi ſit operis noui nuntiatio: quibuſque ex cauſis opus nouum nuntiari poſſit, vel non poſſit.

Prima pars.

Cuiuſmodi ſit operis noui nuntiatio: quibúſque ex cauſis opus nouum nuntiari poſſit.

I. [a] PRætor ait, [Quem in locum nuntiatum eſt, ne quid operis non fieret, qua de re agitur, quod in eo loco antequàm nuntiatio miſſa fieret, aut in ea cauſa eſſet vt remitti deberet, id reſtituas.]

II. [b] Nuntiatio fit, aut iuris noſtri conſeruandi cauſâ, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratiâ.

III. [c] Nuntiamus autem; quia ius aliquod prohibendi habemus, vel vt damni infecti caueatur nobis ab eo qui fortè in publico vel in priuato quid molitur: aut ſi quid contra leges, edictáve Principum, quæ ad modum ædificiorum facta ſunt: vel in ſacro, vel in loco religioſo, vel in publico, ripáve fluminis: quibus ex cauſis interdicta proponuntur.

IV. [d] Triplicem eſſe cauſam operis noui nũtiationis traditum eſt, aut naturalem, aut publicam, aut impoſititiam. Naturalem; cùm in ædes noſtras quid immittitur, aut ædificatur in noſtro. Publicam cauſam; quoties leges aut Senatuſconſulta, Conſtitutionéſque Principum per operis noui nuntiationem tuemur. Impoſititiã; cùm quis poſtquam ius ſuũ diminuit, alterius auxit: hoc eſt, poſteaquam ſeruitutem ædibus ſuis impoſuit, contra ſeruitutem fecit.

V. [e] Si in ædes noſtras quis immittit, aut in loco noſtro ædificet, æquum eſt nos operis noui nuntiatione ius noſtrum nobis conſeruare.

VI. [f] Siue vacuus locus ſit vbi nuntiatum eſt, ſiue ædificatus, huic interdicto locus erit.

VII. [g] Siue intra oppida, ſiue extra oppida, in villis vel agris opus nouum fiat, nuntiatio ex hoc edicto locum habet, ſiue in priuato, ſiue in publico opus fiat.

VIII. [h] Stipulatio de operis noui nuntiatione interponi ſolet, quoties vicinus ius ſibi eſſe prohibere vicinum opus nouum inuito ſe facere, ait.

IX. [i] Interdicit Prætor, Ne qoid in loco publico fiat. Ideo ſi quid fiat, aduerſus illam prohibitionem nuntiari opus nouum poteſt.

X. [k] Et in cautione damni infecti concurret nuntiatio hac formula [Ne progrediaris ad ædificationem, vel demolitionem noui operis, niſi priùs me indemnem conſeruatum iri caueas] quamuis pro damno ipſo infecto quod minatur per ſe ruinam, non fiat nuntiatio noui operis.

Secunda pars capitis primi.

Quibus ex cauſis opus nouum nuntiari non poſſit.

XI. [l] HOc edictum non omnia opera complectitur: ſed ea ſola quorũ ædificatio, vel demolitio videtur opus nouũ

a l. Prætor in prin. D. h. t.

b l. 1. §. nuntiatio. D. h. t.

c d. l. §. nuntiamus.

d d. l. de pupillo. §. & belle. d. t.

e d. l. §. ſed & ſi.

f l. Prætor. §. ſiue. D. h. t.

g l. 1. § ſiue. D. h. t.

h l. Prætor. §. ſtipulatio. d. t.

i l. 1. D. ne quid in lo. publ. l. 1. §. nuntiatio, & l. in prouincialı. l. 3. §. vlt. & l. ſeq. D. h. t. l. opus. D. de oper. publ.

k l. 1. §. nuntiatio. in fi. D. h. t. l. 3. § pen. D. quod vi aut clam.

l d. l. 1. §. hoc autem.

continere. Idcirco placuit, ſi quis meſſem faciat, arborem ſuccîdat, vineam putet, quamuis opus faciat, tamen ad hoc edictum non pertinere: quia ad ea opera quæ in ſolo ſunt, pertinet hoc edictum.

XII. m Si quis ædificium vetus fulciat, magis eſt, ne poſſimus opus nouum nuntiare. n Hic enim non opus nouum facit; ſed veteri ſuſtinendo remedium adhibet.

XIII. o Noui operis nuntiatio remedium eſt extraordinarium: neque competit pro omni opere nouo, ſed pro eo tantùm pro quo aliud remedium non eſt proditum per Prætorem, vel legem: p veluti, ſi vnus ex ſociis loci communis in eo aliquid faciat, non datur operis noui nuntiatio: ſed communi diuidundo iudicio prohibetur. q Sic de ſimilibus, vt [de damno infecto, quod vi aut clam] prohibitione Prętoris: quæ tamen æquipollet operis noui nuntiationi; vt poſtea ædificatum deſtruatur.

XIV. r Qui viam habet, ſi opus nouum nuntiauerit aduerſus eum qui ædificat, nihil agit: ſed ſeruitutem vindicare non prohibetur.

XV. ſ Si quis riuos, vel cloacas velit reficere aut purgare, operis noui nuntiatio non immeritò prohibetur: cùm publicæ ſalutis & ſecuritatis interſit & cloacas & riuos purgari. Præterea generaliter Prætor cætera quoque opera excepit, quorum mora aliquod periculum allatura eſt. Nam in his quoque contemnendam putauit noui operis nuntiationem. Quis enim dubitat multò meliùs eſſe omitti noui operis nuntiationem, quàm impediti operis neceſſarius vegetem extructionem?

XV. t Si quis in ſuo ædificet, iure communi interpellari non poteſt hoc edicto nuntiationis noui operis: niſi contra leges, edictáque Principum, quæ modum ędificiis extruendis adiiciunt, vel ſi in ſacro, vel publico, vel religioſo ædificet, u vel præter modum per ſeruitutem impoſitum.

XVI. x Hoc edictum, remediúmque operis noui nuntiationis aduerſus futura opera inductum eſt, non aduerſus prætetita: hoc eſt aduerſus ea quæ nondum facta ſunt. Nam ſi quid operis fuerit factum quod fieri non debuit, ceſſat edictum de noui operis nuntiatione, & erit tranſeundum ad interdictum quod vi aut clam factum erit vt reſtituatur: & quod in loco ſacro, religioſóve: & quod in flumine publico, ripâve publica factum erit. Nam his interdictis, reſtituetur ſi quid illicitè factum eſt.

XVII. z Si quis in mari vel litore ædificet, licèt in ſuo non ædificet, iure tamen gentium ſuum facit. Si quis igitur velit ibi ædificantem prohibere, nullo iure prohibet. Neque opus nouum nuntiare niſi ex vna cauſa poteſt, ſi fortè damni infecti velit ſibi caueri.

XVIII. a Sciendum eſt denegata executione operis noui, nihilominus integras legitimas actiones manere: ſicut in his quoque cauſis manent, in quibus ab initio operis noui denuntiationem Prætor denegat.

m d.l.1.§. ſi quis.
n Idem l. ad ea.§.cū quis. D de acq. rer. dom. l. 3. §. reſicere D de itin. actuque priu l. 1. §. deinde. D. de riu.
o Petr. Gregorius Syntagm h.t.
p l.3 D.h.t.
q l Sabinus. D. com diuid. l. in re communi. D. de ſeruit. vrb prad. l. ſi alius §. nuntiatiner. D. quod vi aut clam.
r l. qui viam. D.h.t. aduerſa rohuic l. videtur l.8. D eo.t. Sed haec ll. ab eliantur, vt qui ſeruitutem habet, aduerſus dominum opus nouum nuntiare non poſſit: ſed ſeruitutem vindicare: verum poſtquam vindicauerit, poſſit opus nouum inhibere. l. ſi eo loco D. ſi ſeru. vind. ſed aduerſus alium quam dominum opus nouum nuntiare poſſit. l. in te. D de ſeru. vrb. prad.
ſ l. de pupillo. §. ſi quis riuos. D.h.t.
t l. 1 § nuntiatio. d. t.
u l. inter. §. vlt. D. de ſeru. vrb. prad. l. 3. §. nunt. ato. & l. in prouincials l. 3. §. vlt. & l. ſeq. D.h. t. l. 1. Lopus. D. de oper. publ.
x l. 1. §. 1. D. h.t.
z d. §. 4.
a l. ſciendum. D.h.t.

CAP. II.

Qui poſſint opus nouum nuntiare, vel non: & quibus nuntiari poſſit, vel non.

Prima pars.

Qui poſſint opus nouum nuntiare.

XIX. b ET tutor & curator opus nouum rectè nuntiant.

XX. c Habet & locum nuntiatio pro rebus Eccleſiaſticis: d in præiudiciū enim vnius Eccleſiæ, alterius ædificatio non permittitur ſine iuſta cauſa.

XXI. e Poteſt & nuntiare nouum opus nō ſolùm vicinus proximus: ſed inferior ſuperioribus facientibus opus nouum. f Nam & ſeruitutes quædam interuenientibus mediis locis, vel publicis vel priuatis, eſſe poſſunt.

XXII. g Iuris conſeruandi aut damni depellendi cauſâ opus nouum nuntiare poteſt is ad quem res pertinet.

XXIII. h Si in loco communi quid fiat, nuntiatio locum habebit aduerſus vicinum. Planè ſi vnus noſtrum in communi loco faciat, non poſſum ego ſocius opus nouum ei nuntiare: ſed eum prohibebo communi diuidundo iudicio, vel per Prætorem.

XXIV. i Si ego ſuperficiarius ſum, & opus nouum fiat à vicino, an poſſim nuntiare; mouet, quòd quaſi inquilinus ſum. Sed Prætor mihi vtilem in rem actionem dat. Et ideo & ſeruitutum cauſâ actio mihi dabitur: & operis noui nuntiatio debet mihi concedi.

XXV. k Si in publico aliquid fiat, omnes ciues opus nouum nuntiare poſſunt. Nam rei publicæ intereſt, quamplurimos ad defendendam cauſam ſuam admittere.

XXVI. l Si plurium dominorum rei opus noceat, vtrum ſufficit vnius nuntiatio, an verò omnes nuntiare debeant. Et eſt verius, vnius nuntiationem omnibus non ſufficere; ſed eſſe ſingulis nuntiare neceſſe: quia & fieri poteſt, vt nuntiatorum alter habeat, alter non habeat ius prohibendi.

XXVII. m Hoc interdictum perpetuò datur & hæredi, cæteriſque ſucceſſoribus competit, n etiam poſt annum.

XXVIII. o Hoc edictum remediúmque operis noui nuntiationis extraordinarium eſt: neque competit, ſi aliud remedium ordinarium competat: veluti, [quod vi aut clam, Communi diuidundo iudicium, damni infecti] p vt & ſupra relatum eſt.

Secunda pars capitis ſecundi.

b l. De pupillo. §. vlt. d. t.
c c. 1. & 2. eo. t.
d can. quicūque 16 quaſt. 1. c. ad audientiam. de Eccl. ædif.
e l. Non ſolùm proximo. D. h. t.
f l. loci. §. vlt. D. & l. ſeq. D ſi ſeru. vindic. l ſi ſeruitutes §. pen. D de ſeruit. l. in tradendo. §. interpoſitus. D. Com. diuid. l. ſi proximo. §. via. & §. vlt. D de aqua pluu. arc.
g l. 1. §. pen. D h.t.
h l. 3. §. quid ſi ſocius. d. t.
i d. l. §. ſi ego.
k l. 4 & ſeq. d. t.
l l. de pupillo. §. ſi plurium dominorum. ibid.
m l. Prætor §. hoc interdictum.
n d. l. §. pen.
o l. 3. D. h.t.
p verſ. 15. ſupra h.t.

Quæ perſonæ opus nouum nuntiare non poſſint.

XXIX. [q] IS qui ius non habet, in re nuntiare non poteſt.

XXX. [r] Vſufructuarius opus nouum nuntiare ſuo nomine non poteſt: ſed procuratorio nomine nuntiare poterit, aut vindicare vſumſructum ab eo qui opus nouum faciat: quæ vindicatio præſtabit ei, quòd eius interfuit opus nouum factum non eſſe.

XXXI. [ſ] Si ſocius meus in communi inſula opus nouum faciat, & ego propriam habeam cui noceatur, opus nouum non poſſum nuntiare: quia poſſum eum alia ratione prohibere ædificare; hoc eſt, per Prætorem, vel communi diuidundo iudicio.

XXXII. [t] Non ſolùm ab incolis, ſed etiá ab alienigenis viatoribus, ſi quid in via publica fiat, nuntiatio noui operis fieri poteſt.

XXXIII. * Nuntiationem & noſtro & alieno nomine facere poſſumus.

XXXIV. * Poteſt quis nuntiare, etiam ignorans quod opus fieret.

q l.1. D. de remiſſ. glo. in l.5. § ſi ego. in verb. inquilinus. D. h. t. Bart. in l. de pupillo. §. interpoſitas. D. h.t. Spec eo.t. § ſed nunc videamus. l. is qui pignori. D.h.t.
r l.1. §. vlt. d. t.
ſ l.3. §. quod ſi ſocius. ibid.
t Ang. & Alex. in l. 2. D. ne quid in loco pub.
* l.1. §. nũtiatio. D. h.t.
* d. §.

CAP III.

Quibus nuntiari nouum opus poſſit, vel non.

Prima pars.

Quibus nouum opus nuntiari poſſit.

XXXV. [u] NVntiari non vtique domino oportet: ſufficit enim in re præſenti nuntiari ei qui in re præſenti fuerit, vſque adeo vt etiam fabris, vel opificibus qui eo loci operentur, opus nouum nuntiari poſſit. Et generaliter eis nuntiari opus nouum poteſt, qui in re præſenti ſunt, domini operisve nomine: neque refert quis ſit iſte, vel cuius conditionis qui in re præſenti ſit. Nam etſi ſeruo nuntietur vel puero, vel puellæ, tenet nuntiatio. Sufficit enim in re præſenti operis noui nuntiationem factam ſic, vt domino poſſit renuntiari.

XXXVI. [x] Si plurium res ſit in qua opus nouum fiat, & vni nuntietur, rectè facta nuntiatio eſt: omnibúſque dominis videtur denuntiatum.

XXXVII. [z] Ædibus communibus, ſi ob opus nouum nuntiatio nobis fiat, ſi quidem ex voluntate omnium opus fiat, omnes nuntiatio tenebit. Si verò quidam ignorent, ii ſolidum obligabitur qui contra edictum Prætoris fecerit: nec ad rem pertinet, cuius ſolum ſit in quo opus fiat, ſed quis ſoli poſſeſſor inueniatur, modò ſi eius nomine opus fiat.

XXXVIII. [a] Non ſolùm proximo vicino, ſed etiam ſuperiori opus facienti nuntiare opus nouum potero. Nam & ſeruitutes quædam interuenientibus mediis locis, vel publicis, vel priuatis eſſe poſſunt: [b] vt & ſuprà relatum eſt.

u d.l.3.§.vlt. tiati.
x l. De pupillo. §. ſi plurium. d.s.
z l. Ædibus. ibid.
a l. hinc ſolum. ibid.
b verſ. 21.

A XXXIX. [c] Aduerſus ipſum quoque qui opus fecit, vel factum ratum habuit, interdicto locus erit.

XL. [d] Planè ſi quæratur, an in hæredem eius qui opus fecit interdum hoc competat; ſciendum eſt, in id quod ad eum peruenit, duntaxat dari oportere: vel ſi quid dolo malo ipſius factum ſit quo minus perueniret.

XLI. [e] Et aduerſus abſentes etiam, & inuitos & ignorantes operis noui nuntiatio procedit.

c l. Prætor §. hoc interdictum. ibid
d d.§. hoc interd.
e l.1 §. nuntiatio, d.t.

Secunda pars d. capitis tertij.

Quibus opus nouum nuntiari non poſſit.

XLII. [f] OPeris noui nuntiatio in rem fit, non in perſonam, & ideò furioſo & infanti fieri poteſt: nec tutoris authoritas in ea nuntiatione exigitur. Cuilibet enim intelligenti, veluti fabro nuntiatum; contra infantem & furioſum tenet.

f l. Operis. & l. ſeq. ibid.

CAP. IV.

Quibus modis operis noui nuntiatio fiat.

XLIII. NVntiatio quadrúpliciter fit, [g] Verbo: [h] Per iactum lapilli: [i] Per oppoſitionem manuum: & [k] per Prætorem vel iudicem.

XLIV. [l] Nuntiatio ex hoc edicto non habet neceſſariam iudicis aditionem. Poteſt enim nuntiare quis, etſi eum non adierit.

XLV. [m] Meminiſſe autem oportebit, quoties quis in noſtro vel in noſtrum immittere vel proiicere vult, melius eſſe eum per Prætorem vel per manum; id eſt lapilli iactum prohibere, quàm operis noui nuntiatione.[n] Cæterùm operis noui nuntiatione poſſeſſorem eum faciemus.

XLVI. [o] Qui nuntiauimus, aut ſi in ſuo quid faciat quod nobis noceat, tunc operis noui denuntiatio erit neceſſaria. Et ſi fortè in aliquid facere quis perſeuerat, æquiſſimum erit interdicto aduerſus eum [Quod vi aut clam] aut [vti poſſidetis] vti.

XLVII. [p] Prohibitio quæ verbo fit, cùm quis dicit ſe opus prohibere, habet timiditatis aliquid: & videtur qui prohibet, de iure ſuo dubitare.[q] Quare dicitur cõſtituere eum poſſeſſorem, cui fit denuntiatio,[r] quamuis poſſideat. [ſ] Cenſetur verò prohibitio perfici iactu lapilli, vel oppoſita manu operi, prohibendi gratiâ.[t] Et hæ prohibitiones videntur paulò audaciores; & conſeruant poſſeſſionem denuntianti: quia dum lapillum quis iacit in opus, aut dum apponit manum operi, videtur profiteri apertè ſe iure ſuo agere in re ſua: & velle defendere rem ſuam, & retinere poſſeſſionem;[t] quæ animó alioqui amitti poteſt.

XLVIII. [u] Obſeruare & hîc oportet in iactu lapilli & manuum oppoſitione, interuenire quoque verba quę exprimunt ea ratione

g l. De pupillo. §. meminiſſe & l.1.§. nũtiatio. ibid. l.1. §. quod ſit vi factum. D. quod vi aut clam.
h l.1.§. in operis nuntiatio. & de pupillo. §. meminiſſe. D. h.t.
i d.§. meminiſſe.
k d.§.
l d. §. nuntiatio.
m d. §. meminiſſe.
n idem d.§. in operis.
o d.§. meminiſſe.
p Petrus Gregorius Syntagmate h.t.
q verſu præcedenti.
r l. ſi alius. §. Iulianus. D. quod vi aut clam.
ſ l. vim facit. §. prohibitio autem quis intelligitur. d. t. quod vi aut clam.
t l.3. § in amittenda. D. de acquir. poſſ l. ſi id quod. §. vlt. C. eo.t.
u Petr. Gregor. d. loc. arg. c. cum a pud. & c. ſua de ſponſ.

id fieri vt prohibeatur opus, vel ſaltem interuenire debere nutum æquipollentem. Nec ſimplex iactus lapilli prohibitionem facit: [x] quinimò quidam tradunt triplicem lapillum proiiciendum.

x arg. l. continuus. de re iud. c. ut indignus 12. quæſt. 2. c. literis. de conſtit. & in audientia de ſent. excom.

XLIX. [z] Modeſtior & firmior eſt per Prætorem facta denuntiatio, qua in Gallia vt plerunque vtimur.

z Petr. Gregor. d. loco.

L. [a] Nuntiationem in re præſenti faciendam meminiſſe oportebit, id eſt eo loco vbi opus fiat, ſiue quis ædificet, ſiue inchoet ædificare.

a l. de pupillo. § 1. D. h. t.

LI. [b] Si quis fortè in foro domino opus nouum nuntiat, hanc nuntiationem nullius eſſe momenti exploratiſſimum eſt. In re enim præſenti, & pene dixerim ipſo opere; hoc eſt in re ipſa nuntiatio facienda eſt. Quod idcirco receptum eſt, vt confeſtim per nuntiationem ab opere diſcedatur. Cæterùm ſi alibi fiat nuntiatio, illud incommodi ſequitur quòd dum venitur ad opus, ſi quid fuerit operis per ignorantiam factum, euenit vt contra edictum Prætoris ſit factum.

b l. de pupillo. § ſi quis fortè D. h. t.

LII. [c] Nuntiatio omnibus diebus fieri poteſt.

c l. 1. §. nuntiatio. d. t.

LIII. [d] Qui opus nouum nuntiat, iurare debet non calumniæ causâ opus nouum nuntiare.

d l. de pupillo. § qui opus. ibid.

LIV. [e] Qui nuntiat, neceſſe habet demonſtrare in quo loco opus nouum nuntiet; ſciturо eo cui nuntiatum eſt vbi poſſit ædificare: & vbi interim abſtinendum eſt. Toties enim demonſtratio facienda eſt, quoties in partem fit nuntiatio: cæterùm ſi in totum opus fiat, non eſt neceſſe demonſtrare, ſed hoc ipſum dicere.

e d. l. §. qui nuntiat.

LV. [f] Si in pluribus locis opus fiat, quia in re præſenti fit nuntiatio, plures nuntiationes ſunt neceſſariæ; & conſequenter plures remiſſiones.

f d. l. §. ſi in plures.

LVI. [g] Qui opus nouum nuntiat, ſi quid operis iam factum erit, in teſtationem referre debet, vt appareat quid poſtea factum ſit.

g l. non ſolum. §. 1. d. t.

CAP. V.

De effectu noui operis nuntiationis: & quando, quibuſve poſt nuntiationem opus facere liceat, vel non.

LVII. [h] Poſt operis noui nuntiationem committunt ſe litigatores Prætoriæ iuriſdictioni.

h l. 1. §. ſi opus. D. h. t.

LVIII. [i] Tollitur prohibitio & nuntiatio noui operis per remiſſionem nuntiationis.

i Petr. Gregorius h. 1. l. non ſolùm §. ſciendum. D h. tit.

LIX. [k] Ea remiſſio tripliciter fit: nempe à denuntiante, à iudice, à lege.

k Glo. in d. l. t.

LX. [l] A denuntiante, ſi is expreſsè permittat opus fieri. [m] Ergo ſi poſt opus nouum nuntiatum conueniat tibi cum aduerſario vt opus faceres; danda eſt conuentionis exceptio. Nec eſt periculum ne pactio priuatorum iuſſui Prætoris antepoſita videatur. Quid enim A aliud agebat Prætor quàm vt controuerſias eorum dirimeret, [n] à quibus ſi ſponte receſſerint, debebit id ratum habere.

l d. l. 1. §. inde quæritur. l. vim facit. §. tandem. D quod vi aut clam.
m d. l. 1. §. poteſt.
n Idem. l. ſi conuenerit. D. de re iud. l. iudice. D. Com. diuid.

LXI. [o] Tollitur noui operis nuntiatio, ſi examinato negotio iudex pronuntiauerit ius eſſe operis faciendi.

o l. Prætor. §. hoc autem. D. h. t. arg. l. 1. D. de re iud.

LXII. [p] A lege dupliciter fit remiſſio. Primò, [q] quando nuntiatio eſt ipſo iure nulla, vt ſi facta ſit ab eo, eive; à quo, cuive fieri non B poterat; de quibus ſuprà relatum eſt.

p Petr. Gregor. h. t.
q arg. quod paria ſunt non fieri, vel fieri, perperam & inutiliter. l. quoties. D. qui ſatisd. cog. l. 4. §. condemnatum. D. de re iud. cum ſimil.

LXIII. [r] Secundò, remittit lex prohibitionem, ſi ſatiſdatum fuerit coram iudice de demoliendo & reſtituendo opere priuato, ſi poſtea appareat iniuſtè ædificatum: vel ſi pro publico eadem de re repromittatur.

r l. vnica C. h. t. l. qui remiſſionem. D. eo. t. c. vlt. eo t. l. non ſolùm §. cum poſſem. D. h. t.

LXIV. [s] Si cùm poſſem te iure prohibere, nuntiauero tibi opus nouum, non aliâs ædificandi ius habebis, quàm ſatiſdederis.

ſ d. §. ſi cùm poſſem.

LXIV. [t] Ait Prætor, [Quem in locum nũtiatum eſt, ne quid operis noui fieret, qua de C re agitur, ſi ea de re ſatiſdatum eſt, quod eius cautum ſit, aut per te ſtat quo minus ſatiſdetur; quo minus illi in eo loco opus facere liceat, vim fieri veto.] Hoc edictum prohibitorium eſt, ne quis prohibeat facere volentem eum qui ſatiſdedit.

t d l. Prætor. §. deinde

LXV. [u] Si is cui renuntiatum erit ex operis noui nuntiatione, ſatiſdederit, repromiſeritve, aut per eum non ſtet quo minus viri D boni arbitratu ſatiſdet, repromittátve, perinde eſt ac ſi operis noui nuntiatio remiſſa eſſet. Habet autem hoc remedium vtilitatem. Nam remittit vexationem ad Prætorem veniendi, & deſiderandi vt miſſa fieret nuntiatio.

u l. de pupillo. §. ſi is cui. d. t.

LXVI. [x] Si quis vult poſt opus nouum nũtiatum impunè ædificare, offerre debet ſatis nuntiatori. Quod ſi fecerit, vtrique conſultum eſt, tam ei qui nuntiauit, quoniam E cautum habet de reſtituendo; quàm ei cui nuntiatum eſt, quia molitio eius non impeditur. Antequam enim caueat; quicquid ædificauerit, interdicto reſtitutorio deſtruere compellitur.

x l. Stipulatio. ibid.

LXVII. [z] Hoc edicto permittitur, vt ſiue iure, ſiue iniuriâ opus fieret; per nuntiationem inhiberetur: deinde remitteretur prohibitio, quatenus prohibendi ius, qui nuntiaſſet, non haberet.

z l. 1. in prin. ibid.

F LXVIII. [a] Interdictum hoc proponitur ex huiuſmodi cauſis. Edicto expreſſum eſt, ne poſt operis noui nuntiationem quicquam opus fiat antequam vel nuntiatio miſſa fiat, vel vice nuntiationis remiſſa ſatiſdatio de opere reſtituendo fuerit interpoſita. Qui igitur facit, etſi ius faciendi habuit, tamen quia contra interdictum Prætoris facere videtur; & ideo hoc deſtruere cogitur.

a l. Prætor. §. 1. & §. ait Prætor. ibid. l. Prætor. §. quicquid autem. d. t.

LXIX. [b] Sciendum eſt, facta operis noui G nuntiatione, eũ cui nuntiatum eſt, abſtinere oportere donec caueat: vel donec remiſſio fiat. Tunc enim ſi ius ædificandi habet, rectè ædificabit. [c] Sed vt probari poſſit quid poſtea ædificatum ſit, modulos ſumere debet is qui nuntiat: qui vt ſumantur conferantúrque Prætor decernere ſolet.

b l. Non ſolùm. § ſciendum. ibid.
c d. l. §. ſed vt probari.

LXX. [d] Qui

LXX. [d] Qui remiſſionem abſentis nomine, ſiue ad priuatum, ſiue ad publicum ius ea remiſſio pertinet, ſatiſdare cogitur. Suſtinet enim partes defenſoris.

d l. De pupillo. § qui remiſſionem d. t.

LXXI. [e] Iure ciuili Romano, ſi quis paratus fuerit ſatiſdare: deinde actor ſtipulari nolit, in ea cauſa eſt vt remitti debeat. Nam cùm per actorem fiet, apparet in ea cauſa eſſe vt remitti debeat. Iure Gallico ſtipulatio iſta non exigitur, ſed ſatiſdate nuntiantem ſufficit; idque ei cui nuntiatio fit notum fieri.

e l. Prætor. § ſi quis paratus. ibid.

LXXII. [f] Si nuntiauero tibi ne quid contra leges in loco publico facias, promittere debebis: quoniam de eo opere alieno iure contendo, non meo: & tanquam alieni iuris petitor repromittere contentus eſſe debeo.

f d. l. nō ſolùm. § ſi nuntiauerim.

LXXIII. [g] Si ſatiſdatum non eſt, ſed repromiſſum, interdicto huic locus non erit. Neque enim permittendum fuit in publico ædificare priùs quàm appareat quo iure quis ædificet.

g d. l. Prætor. § pen.

LXXIIII. [h] Et ſi ſatiſdatum ſit, cautum tamen non perſeueret, interdictum ceſſat.

h d §.

LXXV. [i] Sciendum eſt denuntiantem ante tres menſes non cogi ſatiſdationem accipere, ſi paratus ſit de iure ſuo prohibendi docere: poſt tres autem menſes cogitur, vel remiſſio per legem fit.

i Petr. Gregorius h. t. per l. vnic. C. h. t. c. pen. & vlt. eo. t. Differtur quippe ius reſtitutorij interdictus quale eſt hoc: ſi in continenti afferantur probationes. c. literas. de reſtit. ſpol. in l. ſi is à quo. D. vt in poſſ. legat. l. 3. §. ibidem D. ad exh. c. Dilectus de ord. cogn.

LXXVI. [k] Iure antiquo, ſi quis denuntiationem ad inhibendum opus miſerat, non poterat poſt annum elapſum, ex quo denuntiatio miſſa erat, interim ædificationem prohibere. Quod dupliciter iniquum Iuſtiniano viſum eſt. Siue etenim non rectè opus prohibuerit, decet non per totum annum hoc impediri: ſiue rectè denuntiationem emiſerit; etiam poſt annum licentiam habere ædificationem prohibere. Talem igitur iniquitatem inhibens, ſanxit, ſi quis denuntiationem emiſerit, iudicem intra trium menſium ſpatium cauſam dirimere. Sin verò aliquod fuerit quocunque modo ad deciſionem ambiguitatis impedimentum, licentiam habere eum qui ad ædificationem deproperat, opus de quo agitur efficere, priùs fideiuſſore ab eo dato, vt ſi non rectè ædificauerit, omne opus quod poſt denuntiationem fecerit, ſuis ſumptibus deſtruat. Sic enim & opera non per inanes denuntiationes prohibebuntur; & rectè denuntiationibus conſuletur.

k d. l. vn. C. h. t. olim extinguebatur nuntiatio noui operis poſt annum: ſublataque eſt l. Prætor ait. in §. vlt. D. h. t. Sed ſtatutum eſt d. l. vn. etiā poſt annum durare. Vt aliæ in rem actiones quæ pœnales non ſunt perpetuæ ſunt: & poſt annū dantur: quales negotiorum geſtorum & ſimiles. l. in honorarijs. D. de obl. & act. & ſimil.

LXXVII. [l] In quæſtione ſuſpenſionis poſt nuntiationem operis diſtinguendum videtur, num Prætore authore facta ſit nuntiatio, vel ſine eo. Si ſine Prætore, & manifeſtè appareat ius non eſſe nuntiandi ei qui nuntiat; quieſcere ab ædificio non teneri videtur priùs quam ad Prætorem vocetur: veluti ſi conſtat pupillum nuntiare, vel extraneum: vel eum qui ante permiſit, vel alio modo manifeſta ſit iniuſta denuntiatio. [m] At ſi dubitetur de iure, vel authore prætore denuntiatum ſit, quieſcendum ab opere propter Prætoris authoritatem, ne eius imperium ſit eluſorium.

l Petr. Gregor. h. t.

m l. vlt. D. Ne quid in loco publ. l. ſi Prætor. D. de iud. arg. l. ſi quis ex aliena d. t.

LXXVIII. [n] Nuntiatione facta, ſi is cui nuntiatur ſe non defendat, ex poſſeſſore conſtituitur petitor: atque poſtea cogitur docere & probare ius ſibi eſſe ita ædificatum habere. Prætor enim cogit fugientem, quòd non procedet in opere, niſi prius de iure ſuo doceat: quemadmodum & ſi is qui nuntiauit, fugiat, fit ex poſſeſſore petitor: quia cauere debet ſe non prohibiturum ædificantem, niſi doceat ius ſe habere prohibendi. Et ſic vtroque caſu transferuntur onera probandi. [o] Fuga porro intelligitur hic, ſi poſt tres menſes à tempore nuntiationis differatur.

n Petrus Gregor. Syntagmate. h. t.

o l. vn. C. h. t. l. vlt. C. de ædif. priu.

LXXIX. [p] Hanc nuntiationem hæredibus cæteriſque ſucceſſoribus prodeſſe, videtur verius.

p arg. l. Prætor § hoc interdictum D. h. t. Contra id quod traditur in l. non ſolùm. § morte. d. t. morte eius cui opus nouū nuntiatum erit extingui nuntiationem, quia hoc modo finiatur ius prohibendi: quod nimium habet ſubtilitatis.

LXXX. [q] Si is cui opus nouum nuntiatum eſt, ante remiſſionem ædificauerit: deinde cœperit agere ius ſibi eſſe ita ædificatum habere; Prætor ei actionem negare debet, & interdictum in eum de opere reſtituendo reddere.

q l. 1. §. in operis. D. h. t.

LXXXI. Moribus Gallicis, ferè poſt nuntiationem opus facere non licet, niſi ſummariè partibus auditis, earúmq; diſcuſſo iure, iudex, ſatiſdatione ab eo data cui nuntiatum fuerit, cùm iuris aliquid eius cauſa habere videatur, id permittat.

LXXXII. [r] Si plurium res ſit, & vnus ædificauerit poſt operis noui nuntiationem, alij qui non ædificauerint, nō tenebuntur. Neque enim debet nocere factum alterius ei qui nihil fecit.

r l. De pupillo. §. ſi plurium. d. t.

LXXXIII. [f] Si in pluribus locis opus fiat, quia in re præſenti fit nuntiatio, plures nuntiationes ſunt, vt & ſuprà relatum eſt: & conſequenter plures remiſſiones.

f d. l. § ſi in pluribus.

LXXXIV. [g] Si plures ædificent, vnus cauere debet, quia reſtitutio operis pro parte fieri non poteſt. Et ſi plures nuntient, curandum eſt vt vni caueatur, ſi inter eos conueniat: planè ſi non conueniat, & ſingulis erit cauendum.

g l. Stipulatio. §. quæſitum. d. t.

LXXXV. [h] Opus factum accipimus, non ſi vnum, aut alterum conuentum fuit impoſitum: ſed ſi proponatur inſtar quoddam operis, & quaſi ſpecies quædam facti operis.

h d. l. Stipulatio §. opus autem. d. t.

LXXXVI. [i] Habet ſtipulatio quæ ab eo interponitur cui nouum opus nuntiatum eſt, hanc conditionem, vt ita demum committatur ſi iudicatum fuerit: ſiue ante rem iudicatam cauſa quæ acciderit, neque res defendatur; & de dolo malo ſubijcitur clauſula.

i d. l. §. habet autem.

LXXXVII. [k] Siue autem res iudicetur, ſiue res non defendatur, ſtipulatio in id committitur vt res viri boni arbitratu reſtituatur. * Quòd ſi ita reſtitutum non erit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dabit, ſi hoc petitori placuerit.

k d. l. §. ſiue autem.

l Lex operis d. t.

l l.pen.d.t.

LXXXVIII. [l] Cùm opus nouum nuntiatum eſt, ante remiſſam nuntiationem opere facto, deceſſit; debet hætes eius patientiam deſtruendi operis aduerſatio præſtare. Nam & in reſtituendo huiuſmodi opere eius qui contra edictum fecit, pœna verſatur. Porrò autem in pœnam hæres non ſuccedit. A

m l.vlt.ibid.

LXXXIX. [m] Is cui opus nouum nuntiatum erat, vendidit prædium, emptor ædificauit. Quæſitum eſt, emptot an venditor teneatur. Reſpóſum eſt, Cùm operis noui nuntiatio facta eſt; ſi quid ædificatū eſt, émptorem, id eſt dominum prædiorum teneri, quia nūntiatio operis non perſonæ fit: & eum demum obligatum eſſe qui eum locum poſſidet, in quem opus nouum nuntiatum eſt. B

n l.Competit. D.quod vi aut clam. l. 2. §. pen.D.ne quid in loco publ.l. 3. §. Item ſi locum. D. de alien. mut. iud. cauſ fa.cum ſimulibus.

XC. [n] Qui vi aut clam fecit, ſi poſſidet, debet patientiam & impenſam tollendi operis: qui poſſidet, nec fecit, patientiam tantùm. C

TIT. VIII.

De damno infecto.

Hic titulus tribus capitibus continetur. Quorum primum caput eſt, Quibus ex cauſis damni infecti ſtipulatio interponi debeat. Secundum: Quibus ex cauſis ſtipulatio noui operis committatur, vel non. Cuius prima pars eſt, Quibus ex cauſis committatur. Secunda, Quibus ex cauſis non committatur. Tertium caput eſt, Quod veniat in hoc iudicium. D

CAP. I.

Quibus ex cauſis damni infecti ſtipulatio interponi debeat.

a l. Damni infecti 18. d.ſ. Prætor.D.h t.

I. [a] IVre ciuili Romanò, qui damnum ex ruinoſis vicini ædibus, aut tecto timet; huic, ſi iuret ſe non calumniæ cauſa petere, iubet prætor dominum, aut poſſeſſorem earum ædium, vnde damnum timetur, cauere ſuo quidem nomine per ſtipulationem: alieno verò per ſatiſdationem de damno ſarciendo, ſi quod datum erit. [b] Cui ita non cauebitur, eum Prætor mittit primo decreto in poſſeſſionem eius rei, cuius nomine vt caueatur poſtulatum fuit, ita vt pignoris loco rem detineat. [c] Cuius cauſa iuſta eſſe videbitur, & ex temporis diuturnitate, puta anni ſpatio, quod poſt primum decretum elapſum eſt; & contumacia eius qui rem pro derelicto habet. E F

b l.4. §.1.l.ſi finita. §.ex hoc edicto.d.t.

c l penult D. de eo qui mitt. in poſſ Spec. t. de ſecundo decreto. §. iuxta. n.2.per l ſi quis. §. vlt. C. de praeſcr.30.an l. ſi finita. § non autem, cum l. ſeq.D h t.

II. [d] Trebatius refert, cùm Tiberis abundaſſet, & res multas multorum in aliena ædificia detuliſſet, interdictum à Prætore datum ne vis fieret dominis quo minùs ſua tollerent, auferrent, ſi modò damni infecti repromitterent. G

d l hoc amplius.D.h.t.

e d.l.§.Neratius.

III. [e] Neratius ſcribit, Si ratis in agrum meum vi fluminis delata ſit, non aliter poteſtatem tibi tollendi faciendam, quàm ſi de prætetito quoq; damno mihi cauiſſes.

CAP. II.

Quibus ex cauſis ſtipulatio damni infecti committatur, vel non.

Prima pars.

Quibus ex cauſis committatur.

IV. [f] SI aqua vitiaſſet fundamentum, & ſic ædificium ruiſſet, committi ſtipulationem Labeo ait. Multum enim intereſſe, quod erat alioqui firmum, vi fluminis lapſum ſit protinus, an verò ſit vitiatum. Et ita Labeo probat.

f l.fluminum §.1.& § idem Seruius & l. Damni.D.h.t.

V. [g] Trebatius ait, etiam eum accipere damnum, cuius luminibus officiatur.

g l.Trebatius. d.t.

VI. [h] Si quis propter anguſtias temporis, aut quia reipublicæ cauſâ aberat, non potuerit damni infecti ſtipulari, non iniquè Prætorem curaturum Iulianus probat, vt dominus vitioſarum ædium aut damnum ſarciat, aut ædibus careat: quam ſententiam vtilitas probat.

h l. hoc amplius.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis ſtipulatio damni infecti non committatur.

VII. [i] SI damni infecti ædium mearum nomine tibi promiſero: deinde hæ ædes vi tempeſtatis in tua ædificia ceciderint, nihil ex ea ſtipulatione præſtari: quia nullum damnum vitio mearum ędium tibi contingit: niſi fortè ita vitioſæ meę ædes fuerint, vt qualibet minima tempeſtate ruerent. [k] Et refert, vtrum impulſu fluminis ruit ædificium: an deterius ante factum poſtea ceciderit.

i l fluminum. §.idem ait.d.t.

k d.l. §.ſed quod Labeo.

VIII. [l] Seruius putat, Si ex ędibus promiſſoris tegulæ deiectę damnum vicino dederint, ita eum teneri ſi ædificij vitio id acciderit: non ſi violentia ventorum, vel qua alia ratione quæ vim habeat diuinam. Labeo rationem adiicit; quòd ſi hoc non admittatur, iniquū erit. Quod enim tam firmum ædificium eſt, vt fluminis, aut maris, aut tempeſtatis, aut ruinę, aut incendij, aut terræ motus vim ſuſtinere poſſit?

l d.l.§.1.& §. Seruius. & l. Damni.d.t.

IX. [m] Si ex agro vicini arbores vi tempeſtatis confractæ in meum agrum deciderint: eóque factis vitibus meis vel ſegetibus noceant, vel ædificia demoliantur; ſtipulatio iſta in qua hoc comprehenditur, Si quid arborum, locive vitio acciderit; non eſt vtilis: quia non arborum vitio, ſed vi vētorum damnum mihi datum eſt.

m d.l.§. item apud.

X. [n] Vitium ædium & loci eſſe, Labeo ait: quòd accedens extrinſecus, infirmiores eas facit. Denique nemo dixerit paluſtris loci, vel arenoſi nomine, quaſi vitioſi committi ſtipulationem, quia natura-

n l.fluminum. §.1.d.t.

A lè vitium eſt. Et ideo nec eò ſtipulatio interponitur, nec interpoſita committetur.

o d. l. Flumi- num. §. vlt. & l. Proximi. D. h. t.

XI. [o] Item videamus quando damnum dari videatur. Stipulatio enim hoc continet, quod vitio ędium, loci, operis damnum fit: Vt puta, in domo mea puteum aperio: quo aperto venæ tui putei apertæ ſunt, an tenear. Trebatius ait, non teneri me damni infecti. Neque enim exiſtimari operis mei vitio damnũ B tibi dari in ea re in qua iure meo vſus ſum: ſi tamen tam altè fodiam in meo, vt paries tuus ſtare non poſſit; damni infecti ſtipulatio committitur.

p Lex damni. §. 1 d. t.

XII. [p] Quoties communis parietis vitio quid accidit, ſocius ſocio nihil præſtare debet, cùm communis rei vitio contigerit. Quòd ſi, quia alter eum preſſerat, vel onerauerat, idcirco damnum contingit; conſequens eſt dicere, detrimentum hoc quod C beneficio eius contigit, ipſum ſarcire debere. Quòd ſi æqualiter vtriuſque oneribus preſſus decidit, rectiſſimè Sabinus ſcripſit parietem vtriuſque cauſam eſſe. Sed ſi alter plures, vel pretioſiores res amiſerit, melius eſt dicere, quia ambo onera impóſuerunt, neutri aduerſus alterum competere actionem.

CAP. III.

Quid veniat in hoc iudicium.

D

q l. ex damni d. t.

XIII. [q] EX damni infecti ſtipulatione non oportet infinitam vel immoderatam æſtimationem fieri. Vt puta obtectoria, & picturas. Licèt enim in hæc magna erogatio facta eſt, attamen ex damni infecti ſtipulatione moderatam æſtimationem faciendam: quia honeſtus modus ſeruan- E dus eſt, non immoderata cujuſq; luxúria ſubſequenda.

XIIII. Motibus Gallicis interponi hæc ſtipulatio ferè non ſolet: ſed licèt interpoſita non ſit, ſi quid damni ex ruinoſis vicini ædibus, alióve loco, eius culpa, ac non fortuito caſu contigerit; ſarciri ab eo ſolet.

De lege Rhodia, De iactu.

TIT. IX.

F *Hic titulus quatuor capitibus continetur, quorum primum caput eſt, Cujuſmodi ſit lex Rhodia de iactu. Secundum caput eſt, Quibus ex cauſis iactus cauſa contributio fiat: vel non. Cuius prima pars eſt, Quibus ex cauſis iactus cauſa contributio fiat. Secunda, Quibus ex cauſis iactus cauſa contributio non fiat. Tertium caput eſt, Quibus modis contributio fiat. Quartum, Quæ damna vectoribus ſarcire nauta* G *debeat: vel non. Cuius prima pars eſt, Quæ damna ſarcire debeat. Secunda, Quæ damna ſarcire nauta non debeat.*

CAP. I.

A *Cuiuſmodi ſit lex Rhodia de iactu.*

a l. 1. D. h. t.

I. [a] LEge Rhodia cauetur; vt ſi leuandæ nauis gratiâ iactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur quod pro omnibus datum eſt. [b] Æquiſſimum enim eſt, commune detrimentum fieri eorum, qui propter amiſſas res aliorum conſecuti ſunt vt merces ſuas ſaluas haberent.

b l. 2. ibid.

B

CAP. II.

Quibus ex cauſis contributio fiat: vel non.

Prima pars.

Quibus ex cauſis fiat.

C

c l. 3. ibid.

II. [c] CVm arbor, aut aliud nauis inſtrumentum remouendi communis periculi causâ deiectum eſt; contributio debetur.

d l. Nauis. ibi.

III. [d] Nauis onuſtæ leuandæ causâ, quia intrare flumen, vel portum nõ potuerit cum onere, ſi quædam merces in ſcapham traiectæ ſunt, ne aut extra flumen periclitetur, aut in ipſo oſtio, aut portu; eáque ſcapha ſubmerſa eſt, ratio haberi debet inter eos qui in naue merces ſaluas habent cum his qui D in ſcapha perdiderunt, perinde tanquam ſi iactura facta eſſet. Contrà ſi ſcapha cum parte mercium ſalua eſt, nauis perit; ratio non debet haberi eorum qui in naue perdiderunt: quia iactus in tributum, naue ſalua, venit.

e d. l. § ſed ſi nauis.

IIII. [e] Sed ſi nauis, quæ in tempeſtate iactu mercium vnius mercatoris leuata eſt, alio in loco ſubmerſa eſt: & aliquorum mercatorum merces per vrinatores extractæ E ſunt data mercede, ratio haberi debet eius, cuius merces in nauigatione leuandæ nauis cauſa iactæ ſunt ab his qui poſtea ſuas per vrinatores ſeruauerunt: eorum verò qui ita ſeruauerunt inuicem haberi ratio non debet ab eo qui in nauigatione iactum fecit, ſi quædam ex his mercibus extractæ ſunt. Eorum enim merces non poſſunt videri ſeruandæ nauis cauſa iactæ, quæ perit.

f l. Amiſſæ. ibid.

V. [f] Arbore cæſa, vt nauis cum mercibus liberari poſſit, æquitas contributionis locum F habet.

g l. Nauis. §. vlt. ibid.

VI. [g] Ipſi conferre oportet cuius deteriores res propter iactum factæ ſunt; ſicut ei qui perdiderit.

h l. 2. § ſi nauis. ibid.

VII. [h] Si nauis à piratis redempta ſit, omnes conferre debent. Quæ verò prædones abſtulerint, is perdit cuius fuerint.

Secunda pars capitis ſecundi.

G *Quibus ex cauſis contributio non fiat.*

i l. Amiſſæ. ibid.

VIII. [i] AMiſſæ nauis damnum collationis conſortio non ſarcitur per eos qui merces ſuas naufragio liberauerunt. Nam huius æquitatẽ tũc admitti placuit, cùm

iactus remedio cæteris in communi periculo ſalua naui conſultum eſt.

k l. Nauis 2. ibid.

IX. [k] Nauis aduerſa tempeſtate depreſſa ictu fulminis, amiſſis armamentis, & arbore, & antemna, Hipponem delata eſt: ibique tumultuariis armamentis comparatis Hoſtiam nauigauit. Quæſitum eſt an ij quorum onus fuit, nautæ pro damno conferre debeant. Iulianus reſpondit, non debera. Hic enim ſumptus inſtruendæ magis nauis, quàm conſeruandarum mercium gratiâ factus eſt.

l l. 2. § 1. ibid.

X. [l] Si conſeruatis mercibus deterior facta ſit nauis, aut ſi quid exarmauerit; nulla facienda eſt collatio: quia diſſimilis earum rerum cauſa ſit quæ nauis cauſâ parentur, & earum pro quibus mercedem aliquis acceperit. Nam & ſi faber incudem, aut malleũ fregerit, non imputaretur ei qui locauit opus. Sed ſi voluntate vectorum, vel propter aliquem metum id detrimentum factum ſit, hoc ſarciri debet.

m l. cùm depreſſa. & l. Amiſſæ. ibid.

XI. [m] Si iactu nauis leuata poſtea tempeſtate perierit, nihil contribuendum eſt, niſi merces perditæ extrahantur. Contributio enim iniri niſi ſaluis rebus non poteſt: quibus perditis, [n] perinde ab obligatione iactus liberantur vectores, atque interitu ſpeciei.

n l. ſi ex legati cauſa 23. ti. de verb. oblig.

CAP. III.

Quo modo contributio fiat.

o l. 1. D. hi.

XII. [o] SI laborante naue iactus factus eſt amiſſarum mercium, domini ſi merces vehendas locauerunt, ex locato cum magiſtro nauis agere debent: ita deinde cum reliquis, quorum merces ſaluæ ſunt, ex conducto: vt detrimentum pro portione communicetur, agi poteſt. Quin ex locato agi cum magiſtro nauis debet, vt cæterorum vectorum merces retineat, donec portionem domini præſtent: imò & ſi retineat merces magiſter, vltrò ex locato habiturus eſt actionem cùm vectoribus. Quid enim ſi vectores ſunt qui nullas ſarcinas habeant?

p d. l. § portio.

XIII. [p] Portio pro æſtimatione rerum quæ ſaluæ ſunt, & earum quę amiſſæ ſunt præſtari ſolet. Nec ad rem pertinet, ſi hæ quæ amiſſæ ſunt, pluris vænire potuerunt: quoniã detrimenti non lucri fit præſtatio. Sed in his rebus, quarum nomine conferendum eſt, æſtimatio haberi debet, non quanti emptæ ſunt, ſed quanti vænire potuerunt.

q l. Nauis 3. d. tit.

XIIII. [q] Cùm iactus de naue factus eſt, & alicuius res quæ in naue remanſerunt, deteriores factæ ſunt, conferrè debet præſente pretio rerum. Itaque verbi gratiâ, ſi vicenũm merces duorum fuerunt; & alterius aſpergine decem eſſe cœperunt; ille cuius res integræ ſunt, pro viginti conferet; hic pro decem.

r l. 2. § in eadem. ibid.

XV. [r] Si qui tales merces impoſuiſſent, quibus nauis non oneraretur, veluti gemmas, margaritas; placuit, omnes, quorum interfuiſſet iactutam fieri, conferre oportere: quia id tributum obſeruatæ res deberent. Itaque dominum etiam nauis pro portione obligatum eſſe.

XVI. Iactutæ ſummam pro rerum pretio diſtribui oportere; corporum liberorum æſtimationem nullam fieri poſſe: Veſtimentorum etiam & annulorum ęſtimationem fieri oportere, rerúmque omnium; niſi ſi quę conſumendi causâ impoſita forent, quo in numero eſſent cibaria: eò magis quòd ſi quando ea defecerint, quod quiſque haberet, in commune conferret.

t d. l. 2. § ſi quis.

XVII. [t u] Si quis ex vectoribus ſoluendo non ſit, hoc detrimentum magiſtri nauis non erit. Nec enim fortunas cuiuſque nauta excutere debet.

XVIII. Si ante iactum vel in ipſo iactu naufragium factum ſit, quod quiſque ex eo ſeruare poteſt, ſibi ſeruat: nec amiſſæ nauis, merciúmve damnum collationis conſortio ſarcitur.

x l. cùm depreſſa ibid.

XIX. [x] Cùm depreſſa nauis, aut deiecta eſſet; quod quiſque ſuum ſeruaſſet, ſibi ſeruare Paulus reſpondit tanquam ex incendio; [z] réſque iacta domini manet: nec fit apprehendentis.

z l. 2. § vlt. ibid.

a d. l. 2. § pen.

XX. [a] Si res quæ iactę ſunt, apparuerint, exonetatur collatio. Quòd ſi iam contributio facta ſit, tunc hi qui ſoluerint, agent ex locato cum magiſtro, vt is ex conducto experiatur, & quod exegerit, reddat.

b l. qui leuandæ. ibid.

XXI. [b] Qui leuandæ nauis gratia res aliquas proiiciunt, non hanc mentem habent vt eas pro derelicto habeant, quippe ſi inuenerint; eas ablaturos: & ſi ſuſpicati fuerint in quem locum eiectæ ſunt, requiſituros: vt perinde ſit, ac ſi quis onere preſſus in viam rem abiecerit, mox cum aliis reuerſurus vt eandem auferret.

CAP. IV.

Quæ damna vectoribus ſarcire nauta debeat: vel non.

Prima pars.

Quæ damna ſarcire debeat.

c l. ſi ea conditione d. t.

XXII. [c] SI ea conditione nauem conduxiſti, vt ea merces tuæ portarentur: eáſque merces, nulla nauta neceſſitate coactus, in nauem deteriorem, cùm id ſciret te fieri nolle, tranſtulit: & merces tuæ cum ea naue perierunt, in qua nouiſſimè vectæ ſunt; habes ex conducto cum priore nauta actionem. Contrà erit, ſi ea nauigatione vtraque nauis perit: cùm id ſine dolo & culpa nautarum factum ſit.

d l. vtique. § 1. D. de rei vind. l. nã quærit. § 1. D. locat. l. qui petitorio D. d. t. de rei vend.

XXIII. [d] Tenetur nauta, ſi imperitè vel temerè in periculum nauigationis extra tem-

pora conuenientia ſe coniecerit: aut ſi minùs idoneis nauigationem commiſerit; [e]vel ſi per inſidioſa loca miſerit.

XXIV. [f] Gratianus Valentinianus & Theodoſius Imperatores ſtatuunt, vt Nouembri menſe nauigatione ſubſtracta, Aprilis qui æſtati eſt proximus, ſuſceptionibus nauigiorum applicetur: cuius ſuſceptionis neceſſitas ex Calendis Aprilis in diem Cal. Octobris manſuta ſeruetur.

B

XXV. [g] Si nauis alteram contra ſe venientem obruiſſet; in gubernatorem aut in ductorem actio competet damni iniuriæ; niſi tanta vis fuiſſet nauis, quæ temperari non potuit: quia tum nulla in dominum danda eſt actio. Si culpa nautarum fiat, Aquilia ſufficit. Sed ſi funem quis quo religata erat nauis, præciderit; in factum agendum eſt.

C

XXVI. [h] Ad culpam pertinebit nautarum iactus, ſi plus æquo naues onerarias onerauerint.

XXVII. [i] Qui oneri publico ſarcinam adhuc priuatam ſuperimpoſuerint, diſpendio periculi & naufragij tenetur. Nec audiuntur, ſi ignorare dicant, poſt damnum acceptum, mediationem; [k] id eſt, quantæ menſuræ & capacitatis eſſet.

D

Secunda pars capitis quarti.

Quæ damna vectoribus nauta ſarcire non debeat.

XXVIII. [l] IMmunis erit à pœna magiſter, ſi caſus ſit fortuitus: & ſi ſine culpa eius nauis vitium fecit.

E

XXIX. [m] Si cùm vi ventorum nauis impulſa eſſet; in funes anchorarum alterius, ſi nullo alio modo explicare potuerint, nulla actio datur.

XXX. [n] Excuſatur mora nauigij, ſi publicè nauigare prohibitus fuerit nauta, ſi per eum non ſtetit, quominus nauigaret; vel ſtata die mercedes non reddantur, ſi morbo impeditus, ſi nauis ſine dolo malo eius vitium fecit.

F

XXXI. Si vehenda pecora conduxiſti, pro his quæ in naui mortua ſunt, an vectura deberetur, quæſitum eſt. Reſponſum, Quærendum quid actum eſſet, vtrum pro his quæ impoſita, an pro his quæ deportata eſſēt merces daretur. Quòd ſi hoc apparere non potuerit, ſatis erit pro nautâ, ſi pecora impoſita probauerit.

e d. l. qui petit. §. qui in rē. d. l. item quæritur. §. ſi quis ſeruum.

f l. 3. C. de naufrag. lib. 11. C. Theodoſiano. tit. 9.

g l. quemadmodum. §. ſi nauis alteram. D. ad leg. Aquil.

h l. 1. C. ne quid oneri publ. Imp. lib. 11.

i l. ſi ſeruus ſeruum 27. §. ſi quis de manco verſ. ſed & ſi madum D. ad leg. Aquil. l. qui inſulam §. qui mulas. D. loca.

k l. cùm Nauicularum. 35. C. Theod. de nauicularis.

l l. vlt. §. idem dicemus. D. h. tit.

m l. quemadmodum. § item Labeo. D. ad leg. Aquil.

n l. vlt. § idem veris cum 4. §§. ſeqq. D. h. tit.

Nautæ, Caupones, Stabularij, vt recepta reſtituant.

TIT. X.

His titulus duo tantum capita habet: quorum primum eſt, Cuiuſmodi ſit edictum ea

A *de re. Secundum, Quibus ex cauſis nautæ, caupones, ſtabularij hoc edicto teneantur: vel non. Cuius prima pars eſt, Quibus ex cauſis teneantur. Secunda, Quibus ex cauſis non teneantur.*

CAP. I.

B

Cuiuſmodi fuerit edictum ea de re.

I. [a] AIt Prætor, [Nautæ, caupones, ſtabularij, quod cuiuſque ſaluum fore receperint, niſi reſtituant, iudicium dabo.] Maxima vtilitas eſt huius Edicti: quia neceſſe eſt plerumque eorum fidem ſequi, & res cuſtodiæ eorum committere. Nec quiſquam putet grauiter hoc aduerſus eos

C

conſtitutum. Nam eſt in ipſorum arbitrio ne quem recipiant: & niſi eſſet hoc ſtatutum, materia daretur cum furibus aduerſus eos qui recipiunt coeundi: cùm ne nunc quidem abſtineant huiuſmodi fraudibus.

II. [b] Nautam accipere debemus eum qui nauem exercet: quamuis nautæ appellentur omnes qui nauis nauigandæ causâ in naue ſunt. Sed de exercitore ſolùm Prætor ſenſit. Nec enim debet per remigem, vel meſonautam obligari: ſed per ſe, vel nauis

D

magiſtrum. Sed ſi qui nauem exercet, alicui è nautis committi iuſſit; ſine dubio obligatur.

III. [c] Sunt quidam in nauibus qui cuſtodiæ gratiâ nauibus committuntur: Vt ναυφύλακες & dietarij. Si quis igitur ex his receperit; in exercitorem datur actio: quia is qui eiuſmodi officio eos præponit, committi eis permittit: [d] quanquam ipſe nauicu-

E

larius, vel magiſter id faciat quod χειρέμβολον appellant. Sed & ſi hoc non extet, tamen de recepto nauicularius tenebitur.

IIII. [f] De exercitoribus ratium, item lyntrariis nihil cauetur: ſed idem conſtitui oportet.

V. [g] Caupones, & ſtabularios eos accipiemus qui cauponam, vel ſtabulum exercent, inſtitoreſve eorum. Cæterùm ſi qui opera mediaſtini fungitur, non continetur: vt puta atriarij, & focarij & his ſi-

F

miles.

VI. [h] Si plures nauim exerceant, vnuſquiſque pro parte qua nauem exercet, tenetur.

CAP. II.

Quibus ex cauſis nautæ, caupones, ſtabularij hoc edicto teneantur: vel non.

Prima pars.

Quibus ex cauſis teneantur.

a l. 1. d. t.

b d. l. § 2.

c d. l. § & ſunt quidam.

d id eſt qui administrant annonam nauis.

e ſignificatur exercitorē teneri ſi res dantur cuſtodibus cum ipſe præſens ſit, & manus miſſione ſeruum dat introducentibus vectores. Videri enim poteſt quòd cum præſens ei res aſſignata nō ſint, non teneri. De hac dictione χειρέμβολον Alciatus lib. 1. Parerg. cap. 44.

f d. l. 1. §. de exercitoribus.

g d. l. §. caupones.

h l. vlt. §. ſi plures. D. h. t.

i l. 1. §. ait Prætor. d. t.

VII. [i] Ait Prætor: Quod cuiuſ ſaluum receperint, hoc eſt, quancunque rem, ſiue mercem acceperint. Ad eas quoque res hoc edictum pertinere dicendum, quæ mercibus accedunt: veluti veſtimenta quibus in nauibus vterentur: & cætera quæ ad quotidianum vſum habemus.

k d. l. §. vlt. & l. 3. in prin. d. t.

VIII. [k] Parui refert res noſtras, an alienas, ſi tamen interſit, ſaluas eſſe. Etenim nobis magis quàm quorum ſunt, debent ſolui. Et ideo ſi pignori merces accepero, mihi magis, quàm debitori nauta tenebitur, ſi à me eas ſuſcepit.

l l. ſed & ipſi. d. t.

IX. [l] Si nauta nautæ, ſtabularius ſtabularij, caupo cauponis res recepit, æquè tenebitur.

m d. l.

X. [m] Etiam ad eas res hoc edictum pertinet, quæ poſt impoſitas merces, locatáſque inferrentur, etſi earum vectura non debeatur, vt veſtimentorum, pecoris quotidiani: quia hæc ipſa cæterarum rerum locationi accedunt.

n l. 1. §. vlt. & l. 3. in prin. D. h. t.

XI. [n] Recipit nauta ſaluum fore; vtrũ ſi in nauem res miſſæ ei aſſignatæ ſunt, an & ſi non ſunt aſſignatæ, hoc tamen ipſo, quòd in nauem miſſæ ſont, acceptæ videntur. Et videtur omnium eum recipere cuſtodiam quæ in nauem illatæ ſunt, & factum non ſolùm nautarum præſtare debere; ſicut & caupo viatorum.

o d. l. 3.

XII. [o] Etiamſi nondum ſint res in nauem receptæ, ſed in littore perierunt; quas ſemel recepit, periculum ad eum pertinet.

p l. licet. d. t.

XIII. [p] Dubitari non oportet, quin is qui ſaluum fore recipit, non ſolùm à furto, ſed etiam à damno recipere videatur.

q l. 3. §. ſi filiusfa. ibid.

XIIII. [q] Si filiusfamiliâs ſuſceperit, & voluntas patris interuenit, in ſolidum erit conueniendus; ſi verò ſine voluntate patris exerceat, de peculio tenebitur.

r l. Nauta. ibi.

XV. [r] Nauta & caupo, & ſtabularius mercedem accipiunt, non pro cuſtodia, ſed nauta vt traiiciat vectores: caupo vt viatores manere in caupona patiatur: ſtabularius vt permittat iumenta apud eum ſtabulari: & tamen cuſtodiæ nomine tenentur. Nam & fullo, & ſarcinator non pro cuſtodia, ſed pro arte mercedem accipiunt, & tamen cuſtodiæ nomine ex locato tenentur.

ſ l. ſi vt certo. §. ſi de me & ibi Bart. D. loca Bart. Bald. in l. ex diui. D. h. t.

XVI. [ſ] Caupo, qui clauem tradiderit viatori & vectori, non ideo periculo rerum ſe eximit.

t d. l. 3.

XVII. [t] Cur honoraria actio ſit introducta, dubitari poteſt: cùm agi ciuili actione ex hac cauſa poſſit: ſi merces interuenit ex locato & conducto: & ſi tota nauis locata ſit, ex conducto, etiam de rebus quæ deſunt agi poteſt. Si verò res perferendas nauta conduxit, ex locato conueniri: Si gratis ſuſceptæ ſunt, depoſiti. Sed vt innoteſceret, Prætorem curam agere reprimendæ improbitatis huius generis hominum, hoc edictum inductum videtur: quia in locato & conducto culpa; in depoſito dolus duntaxat præſtatur. At hoc edicto omninò qui recipit, tenetur; etiamſi ſine culpa eius res periit, vel damnum datum eſt: niſi ſi quid damno fatali contigit.

XVIII. [u] Hæc actio rei perſecutionem continet: & in hæredem perpetuò competit.

u d. l. 3. §. vlt.

XIX. [x] Videndum eſt an eiuſdem rei nomine, & de recepto honoraria actione & furti agendum ſit. Sed magis eſt, vt vel officio iudicis, aut doli exceptione alterutra contentus eſſe debeat.

x d. §. vlt.

XX. [z] Sed & ipſi nautæ furti actio competit cuius ſit periculo, niſi ipſe ſurripuit; aut alio ſurripiente ſoluendo non ſit.

z l. ſed & ipſi. D. h. t.

XXI. [a] Licèt gratis nauigaueris, vel in caupona gratis diuerteris; non tamen in factum actiones tibi denegabuntur, ſi damnum iniuriâ paſſus ſis.

a l. licet. d. t.

XXII. [b] In factum actione caupo tenetur pro his, qui habitandi cauſa in caupona ſunt. Hoc autem non pertinet ad eum qui hoſpitio repentino recipitur; veluti viator.

b d. l. §. in factum.

XXIII. [c] Poſſumus furti, vel damni iniuriæ actione vti etiam cum nautis, vt certi hominis factum arguatur: ſed vna contenti eſſe debemus.

c d. l. §. vlt.

XXIV. [d] Et ſi cum exercitore egerimus, præſtare ei debemus actiones noſtras, quamuis ex conducto actio aduerſus eos competat exercitori. Sed ſi abſolutus ſit exercitor hac actione; deinde agatur cum nautis, exceptio dabitur; ne ſæpius de eiuſdem admiſſo quæratur. Et contrà, ſi de admiſſo vnius hominis actum ſit, deinde in factum actione vtatur, exceptio dabitur.

d d. §. vlt.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis nautæ, caupones, ſtabularij non teneantur hoc edicto.

XXV. [e] Tenentur caupones, & ſtabularij, ſi quid, exercentes negotium ſuum, ſuſcipiunt; cæterùm ſi extra negotium receperint, non tenentur: [f] vt ſi depoſitum ab amico, rem pignori datam aut commodatam recipiant, hoc quidem iudicio quando ciuile cuiuſque pactionis ſufficit, non tenentur.

e l. 3. § eodem modo. D. h. t.

f Veſembecius h. t.

XXVI. [g] Si damnum datum ſit ab alio qui in eadem naue vel caupona eſt; huius nomine hæc actio vtilis futura non eſt.

g d. l. licet. §. ſi ſermo.

XXVII. [h] Si quid nautæ inter ſe damni dederint, hoc ad exercitorem non pertinet. Sed ſi quis ſit nauta & mercator, debebit illi dari. Quòd ſi quis ſit ex his quos [i] *ναυλεπιβάται* dicunt; & huic tenebitur, & huius factum præſtabit.

h i *ναυλεπιβάται ſūt qui nauē inſcendunt & pro pretio vecturæ ſeu naulo ipſi nautarū officio funguntur.*

XXVIII. [k] Debet exercitor omnium nautarum ſuorum factum præſtare; nec im-

k l. vlt. d.

nec immeritò factum eorum præſtat; cùm ipſe eos ſuo periculo adhibuerit. Sed non aliàs præſtat, quàm ſi in ipſa naue damnum datum ſit: cæterùm ſi extra nauem, licèt à nautis, non pręſtabit.

l d. l.

XXIX. [l] Item ſi prædixerit; vt vnuſquiſque vectorum res ſuas ſeruet: neque damnum ſe pręſtaturum: & conſenſerint vectores pręditioni; non tenebitur.

m l. 3. § unde Labeo.

XXX. [m] Si quid naufragio, aut per vim piratarum perierit, non erit iniquum exceptionem nautæ dari. Idem erit dicendum, & ſi in ſtabulo, aut in caupona vis maior contigerit. Sed ſi quod damnum negligentiâ, aut culpa, vel [n] caſu qui pręcaueri potuit, acciderit, [o] vt incendio; nautæ, caupones, ſtabularij tenentur.

n l. ſi vendita. D. de per. & com. rei vend. o l. cum duobus. §. damna D. pro ſoc. Bal. in l. 1. quæſt. D. depoſ. Salyc. in l. quæ fortuitis. C. de pign. act. Panorm. in c. 1. de commod. a l. vn. D. h. t.

Furti aduerſus nautas, caupones, & ſtabularios.

TIT. XI.

I. [a] IN eos qui naues, cauponas, ſtabula exercent, ſi quid à quoquam eorum, quos, quaſve ibi habebunt, factum eſſe dicetur; iudiciũ datur; ſiue furtum ope & conſilio exercitoris factum ſit, ſiue eorum qui in naui nauigandi cauſâ eſſent. [b] Et iure ciuili Romano in duplum eſt actio. Cùm enim in caupona vel naui res perit; ex edicto Prætoris obligatur exercitor nauis, vel caupo: ita vt in poteſtate ſit eius, cuius res ſurrepta ſit, vtrum mallet cum exercitore honorario iure, an cum fure iuri ciuili experiri. [c] Nauigandi cauſa accipere debemus eos qui adhibentur, vt nauis nauiget: hoc eſt nautas.

b d. l. §. 2.

c Ibid.

II. [d] Caupo præſtat factum eorum qui in caupona eius cauponæ exercendæ cauſa ibi ſunt: item eorum qui habitandi causâ ibi ſunt: Viatorum autem factum non pręſtat. Namque viatorem ſibi eligere caupo, vel ſtabularius non videtur: nec repellere poteſt iter agentes. Inhabitatores verò perpetuos ipſe quodam modo elegit, quos non reiecit: quorum factum oportet eum pręſtare. In naui quoque vectorum factum non præſtatur.

d ibid.

III. [e] Hęc iudicia quamuis honoraria ſunt, tamen perpetua ſunt; in hęredem autem non dantur.

e l. vlt. §. hæc iudicia D. nautæ, caupo. ſtab.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI.

LIBER DECIMVS NONVS.

TIT. I.

Ad legem Aquiliam.

Hic titulus quatuor capitibus continetur: quorum primum eſt, Cuiuſmodi ſit lex Aquilia. Secundum, Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ detur, vel non. Cuius prima pars eſt, Quibus ex cauſis ea actio ex primo capite detur. Secunda, Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ ex primo capite non competat. Tertia, Quibus ex cauſis actio vtilis, ſeu in factum, ex primo capite legis Aquiliæ detur. Quarta, Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ ex tertio capite detur, vel non: Cuius prima particula eſt, Quibus ex cauſis detur: Secunda particula, Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ ex tertio capite non detur. Quinta pars, Quibus ex cauſis actiones vtiles ex tertio capite legis Aquiliæ competant. Tertium caput eſt, Quibus, & in quos, actiones legis Aquiliæ competant, vel non: Cuius prima pars eſt, Quibus competant. Secunda, In quos legis Aquiliæ actio competat, vel non. Quartum caput eſt, Quid veniat in actionem legis Aquiliæ.

CAPVT. I.

Cuiuſmodi ſit lex Aquilia.

a Inſt. de lege Aquil. in prin. l. 1. D. h. t.

I. [a] DAMNI iniuriæ actio conſtituitur per legem Aquiliam: cuius primo capite cautum eſt, Vt ſi quis alienam quadrupedem quæ pecudum numero ſit, iniuriâ occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.

b d. l. § vlt.

II. [b] Pecudum numero ſunt, quæ gregatim paſcũtur; veluti oues, capræ, boues, equi, muli: ſues quoque, pecudum appellatione continentur: canis autem inter pecudes non eſt. [c] Et quòd non precisè de quadrupede, ſed de ea tantùm quę pecudum numero eſt, cauetur; eò pertinet, vt neque de feris beſtijs, neque de canibus intelligamus, quæ gregatim propriè paſci non dicuntur.

c Inſti. d. t. de lege Aquil.

III. [d] Capite tertio legis Aquiliæ de omni cætero damno cauetur. Itaque ſi quis quadrupedem, quæ pecudum numero eſt, ſiue eam quadrupedem quæ pecudum numero non eſt, veluti canem, aut feram beſtiam vulnerauerit, aut occiderit, hoc capite actio conſtituitur. In cæteris quoque animalibus; item in omnibus rebus quæ anima carent, damnum per iniuriam datum hac parte vindicatur.

d Inſti. d. t. §. capite.

CAP. II.

Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ detur: vel non.

Prima pars.

Quibus ex cauſis ea actio detur.

e l.3. D.h.t.

IV. [e] NOn ſufficit fuiſſe occiſam pecudem; ſed oportet iniuriâ id eſſe factum. [f] Iniuriam hîc accipere nos oportet, non quemadmodum circa iniuriarum actionem, contumeliam quandam; ſed quod non iure factum eſt, hoc eſt, contra ius; id eſt ſi culpa quis occiderit. Et ideo interdum concurrit & legis Aquiliæ, & iniuriarum actio: ſed duæ erunt æſtimationes; alia damni, alia contumeliæ. Igitur iniuriam hîc damnum accipiemus culpâ datum etiam ab eo qui nocere potuit.

f l. ſed & ſi quemcunque. §. ibid.

V. [g] Occiſam pecudem accipere debemus ſiue gladio, ſiue etiam fuſte, vel manibus, ſi fortè ſtrangulauit eam, vel calce petiit, vel qualitercunque.

g l. qua actione. §. 1. ibid.

VI. [h] Si quis plus iuſto oneratus deiecerit onus, & pecudem occiderit, Aquilia locum habet: fuit enim in ipſius arbitrio ita ſe non onerare. Item ſi quis negligentiùs per lubricum tranſierit, & pecudem occiderit.

h l. qua actione § ſed ſi quis. ibid.

VII. [i] Si quis de ponte aliquam pecudem præcipitauit, ſiue ipſo ictu perierit, aut continuò ſubmerſa eſt, aut laſſata vi fluminis victa perierit; lege Aquilia tenetur: quemadmodum ſi quis pecudem ſaxo illiſiſſet.

d l. §. ſed ſi ... ſeruum. ibid.

VIII. [k] Si quis pecudem ægrotam percuſſerit, eáque obierit; Aquilia tenetur: quia aliud alij mortiferum eſſe ſolet.

d. l. §. ſi quis ... num.

IX. [l] Si à iaculatoribus pecus occiſa fuerit, Aquiliæ locus eſt. Sed ſi cùm alij in campo iacularentur, pecus per eum locum tranſierit, Aquilia ceſſat. Qui tamen data opera in eam iaculatus eſt, vtique Aquilia tenebitur. Nam & luſus quoque noxius in culpa eſt.

l. ſi obſtetrix. ... vlt. & l. ſeq. ibid.

X. [m] Equa, cùm in alieno paſceretur, in cogendo, quòd prægnans erat, eiecit. Quærebatur, dominus eius poſſetne cum eo qui coëgiſſet lege Aquilia agere. [n] Reſponſum eſt; quamuis alienum pecus in agro ſuo quis deprehendiſſet, ſic eum expellere debere, quo modo ſi ſuum deprehendiſſet; quando ſi ex ea re damnum cepit, habet proprias actiones. Itaque ſi pecus alienum in agro ſuo deprehenderit; non iure id includit: nec agere illud aliter debet, quàm vt ſuprà diximus, quaſi ſuum: ſed vel abigere debet ſine damno, vel admonere dominum vt ſuum recipiat.

l. Quintus ... ibid.

d. l. §. vlt.

XI. [o] Si ex plagis pecus mortuum eſſet: neque id ex medici inſcientia aut domini negligentia factum eſſet; rectè de iniuria occiſo eo agitur.

l. ſi ex plagis ...

XII. [p] Impetu mularum, quas mulio per imperitiam retinere non potuit; ſi pecus oppreſſum ſit, culpæ reus eſt mulio. Sed & ſi propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cùm alius firmior eas retinere potuiſſet, æquè

§. mulio. ... h.t.

A culpæ tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque qui cùm equo veheretur, impetum eius aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam retinere non potuit.

XIII. [q] Si plures pecudem percuſſerint; vtrum omnes quaſi occiderint, teneantur; videamus: & ſi quidem apparet cuius ictu perierit; ille quaſi occiderit, tenetur: quod ſi non apparet, omnes quaſi occiderint, tenentur.

q l. item Mela. §. ſed ſi plures. D.h.t.

B XIV. [r] Si alius mortifero vulnere pecudem percuſſerit, alius poſtea exanimauerit; prior quidem non tenetur, quaſi occiderit; ſed quaſi vulnerauerit: quia ex alio vulnere periit; poſterior tenetur, quia occidit.

r d. l. §. Celſus.

XV. [ſ] Si plures vulnerauerint mortiferè, tenentur de occiſo: [t] puta, vulneraſti Bucephalum equum mortiferè: eundem poſtea, & Mæuius vulnerauit, ita vt mortem accelerarer; in te & Mæuium de occiſo actio eſt. [u] Si

ſ Petrus Coſtalius in l. ita vulneratus. D.h.t.

C tamen Mæuius eum equum quem tu mortiferè cæcideras, ita opprimit, vt ex continenti exanimet; tu de vulnerato tantùm teneris.

t d. l. & ita duo reſponſa mirabiliter pugnantia conciliari poſſe putat ex ſententia Zaſij in intellectibus ſingularibus. in d. l. itē Mela.

XVI. [x] In obſcuris, cùm quæritur, an pecus quod mortuum eſt, ex vulnere perierit; credimus ex vulnere mortuum eſſe, cùm illico mortuum eſt. [z] Sin autem longo poſt interuallo, contrà eſt: vt in eo qui octo menſibus poſt acceptum vulnus deceſſit; reſcriptum eſt. [a] Quanquam hoc vniuerſum in arbitratu iudicis eſt, [b] qui rem conſulto medico explicabit.

u d. §. Celſus. Cui reſ ſimile eſt quod dicitur. in l. Huic ſcripturæ § ſi ſeruus. D. h.t. de eo qui à Titio mortiferè vulneratus, ruina, vel qua alia vi ſine facto hominis oppreſſus eſt. Quia enim certum nō eſt ex ictu Titij periſſe, Titius de vulnerato tantùm tenetur.

D XVII. [c] Si plures trabem deiecerint, & pecudem oppreſſerint, omnes lege Aquilia tenentur.

x Petrus itē Coſtalius in l. qui occidit. D.h.t.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ ex primo capite non competat.

z c.a. de eleē. pœt.

a Panorm. in d.c.a.

E XVIII. [d] IS quidem hac lege non tenetur qui caſu occidit.

b l. Nec ſemel. C. de re milit. lib. 12. l.1. D. de vētr. inſpic.

XIX. [e] Si metu quis mortis pecudem occiderit, non dubitatur quin lege Aquilia non teneatur.

c d. l. item Mela. § ſi plures.

d §. iniuria. inſtit. h.t.

e l. 3. §. & ſi quemcunque. D.h.t.

Tertia pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis actio vtilis, ſeu in factum, ex primo capite legis Aquiliæ detur.

F XX. [*] PLacuit ita demum directá ex hac lege actionem eſſe, ſi quis præcipuè corpore ſuo damnum dederit: ideóque in eum qui alio modo damnum dederit, vtiles actiones dari ſolent: veluti ſi quis pecus ita incluſerit, vt fame necaretur; aut iumentum ita vehementer egerit vt rumperetur; aut pecus in tantum exagitauerit, vt præcipitaretur.

* §. vlt. inſt. h.t.

G XXI. [f] Quoties deficit actio directa ex verbis legis Aquiliæ, toties vtilis ex benigna legis interpretatione datur.

f Verſſicu. h.t.

g l. hac actione. §. Celſus. D. h.t.

XXII. g Multùm intereſt, vtrùm quis occiderit, an mortis cauſam præſtiterit. Nam qui mortis cauſam præſtitit; non Aquilia, ſed in factum actione tenetur.

h d. §.

XXIII. h Is qui venenum pro medicamento dedit; cauſam mortis præſtitit: quemadmodum is qui furenti gladium porrexit; nec hic lege Aquilia tenetur, ſed in factum.

i l. item Mela. §. 1. d. t.

XXIV. i Si alius pecudem tenuit, alius interemit; is qui tenuit, quaſi mortis cauſam præſtitit; in factum actione tenetur.

CAP. III.

Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ ex tertio capite detur: vel non.

Prima pars.

Quibus ex cauſis detur.

k l. & ſi quemcunque. §. vlt. & ll. ſeqq. d. t.

XXV. k SVtor puero diſcenti ingenuo filiofamiliâs parum bene facienti quod demonſtrauerat, forma calcei ceruicem percuſſit vt oculus puero perfoderetur; iniuriarum actio quidem non competit; quia non faciendæ iniuriæ causâ percuſſit: ſed monendi & docendi causâ: an ex locato; dubitatum eſt: quia leuis duntaxat caſtigatio conceſſa eſt docenti. Sed lege Aquilia poſſe agi, non dubitatur: Præceptoris enim nimia ſæuitia culpæ imputatur. Qua actione pater conſequetur quod minus ex operis filij ſui propter vitiatum oculum ſit habiturus, & impendia quæ pro eius curatione fecerit.

* l. ſi putator. D. h. t.

XXVI. * Si putator, ex arbore ramum cùm deiiceret, vel machinarius hominem prætereuntem vulnerauit; ita tenetur ſi is in publicum decidat, nec is proclamauit, vt caſus eius euitari poſſit. Quin & ſi in priuato id accidiſſet, poſſe de culpa agi placuit: culpam autem eſſe, quòd cùm à diligente prouideri poterat, non eſſet prouiſum; aut tum denuntiatum eſſet, cùm periculum euitari non poſſet. Secundùm quam rationem non multùm referret, per publicum an per priuatum iter fieret; cùm plerunque per priuata loca iter fiat. Quòd ſi nullum iter erit, dolus duntaxat punitur, ne immittat in eum quem viderit tranſeuntem. Nam culpa exigenda ab eo non eſt; cùm diuinare non potuerit, an per eum locum aliquis tranſiturus ſit.

* l. ſi ſeruus ſeruum. §. bonus. d. t.

XXVII. *Si facem pecudi meæ obieceris, & eam aduſſeris; teneberis mihi. Item ſi arboſtum meum, vel villam meam incenderis, Aquiliæ actionem habebo.

* d. ſ.

XXVIII. * Si quis inſulã voluerit meam exurere, & ignis etiam ad vicini inſulam peruenerit; Aquilia tenebitur etiam vicino. Non minus etiam inquilinis tenebitur ob res eorum exuſtas.

* d. l. §. ſi cùm apes.

XXIX. * Si cùm apes meæ ad tuas aduolaſſent, tu eas exuſſeris; legis Aquiliæ actio competet.

l d. l. §. ſi quis ædificij.

XXX. l Si quis ædificij mei fores confregerit, aut ſi ipſum ædificium diruit; lege Aquilia tenetur.

m d. l. §. ſi ex plauſtro.

XXXI. m Si ex plauſtro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit; Aquiliæ actione plauſtrarium teneri placet, ſi malè compoſuit lapides, & ideo lapſi ſunt.

n l. qui foueas. d. t.

XXXII. n Qui foueas luporum capiendorum causâ faciunt, ſi in itineribus fecerunt, eóque aliquid decidit, factúmque deterius eſt; lege Aquilia obligati ſunt. At ſi in aliis locis vbi fieri ſolent, fecerunt; nihil tenentur. Hæc tamen actio ex cauſa danda eſt, id eſt, ſi neque denuntiatum fuerit, neque quis ſcierit, aut prouidere potuerit. Et multa huiuſmodi deprehenduntur, quibus ſummoueretur petitor, ſi periculum euitare potuit: o quemadmodum ſi laqueos eò loci poſuiſſes vbi ius ponendi non haberes, & pecus vicini in eos incidiſſet.

o l. Quemadmodum. ibi.

p d. l. §. hac actione.

XXXIII. p Hac actione ex hoc tertio legis Aquiliæ capite de omnibus animalibus læſis, & occiſis agendum eſt: puta, vt de cane: ſed & de apto, & leone, cæteriſque feris, & auibus idem erit dicendum.

q l. qui occidit. §. in hac actione. d. t.

XXXIV. q In hac actione quæ ex hoc capitulo oritur, dolus & culpa punitur. Ideóque ſi quis in ſtipulam ſuam, vel ſpinam comburendæ eius causâ ignem immiſerit, & vlteriùs euagatus & progreſſus ignis alienam ſegetem vel vineam læſerit; requiramus num imperitiâ eius aut negligentiâ id accidit. Nam ſi die ventoſo id fecit, culpæ reus eſt: quia & qui occaſionem præſtat, damnum feciſſe videtur. In eadem cauſa eſt, & qui non obſeruauit ne ignis longiùs procederet. At ſi omnia quæ oportuit obſeruauit, vel ſubita vis venti longiùs ignem produxit, caret culpa.

r l. in lege. ibid.

XXXV. r In lege Aquilia & leuiſſima culpa venit.

ſ l. Imperitia. D. de reg. iur. l. ſi quis fundum. §. Celſus. & §. ſi quis vitulos. D. de dona. l. tutor quoque. §. vlt. D. de ſuſp. tuto. l. qua actione. D. h. t.

XXXVI. ſ Imperitia affinis culpæ eſt, & pro culpa etiam habetur.

XXXVII. t Si quis teſtamentum deleuerit, damni iniuriæ actio teſtatori non competet teſtatori: quia quod intereſt eius, æſtimari non poteſt. Veruntamen in hærede & legatariis diuerſum; quibus teſtamenta penè chirographa ſunt.

t l. ſi quis teſtamentũ. ibi.

u l. qui tabulas. ibid.

XXXVIII. u Qui tabulas teſtamenti depoſitas, aut alicuius rei inſtrumentum ita deleuit vt legi non poſſit; depoſiti actione; & ad exhibendum tenetur. Quòd ſi corruptam tẽ reſtituerit, aut exhibuerit, legis quoque Aquiliæ actio ex eadem cauſa competit. Corrupiſſe enim tabulas rectè dicitur, qui eas interleuerit.

x l. tub. §. capite. ibid.

XXXIX. x Si quid vſtum, aut ruptum, aut fractum fuerit, actio ex hoc capite conſtituitur; quanquam poterat ſola rupti appellatio in omnes iſtas cauſas ſufficere. Ruptum enim intelligitur quod quoquo modo corruptum eſt. Vnde non ſolùm fracta, aut vſta; ſed etiã ſciſſa & colliſa, & effuſa, & quoquo modò perempta, aut deteriora facta, hoc verbo cõtinentur. Denique reſponſum eſt; ſi quis in alienum vinum, aut oleum id miſcuerit, quò

naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur; ex hac parte legis Aquiliæ eum teneri.

a l. quemadmodum § ſi nauis ibid.

XL. [a] Si nauis tua impacta in meam ſcapham damnum mihi dedit; ſi in poteſtate nautarum fuit ne id accideret, & culpa eorum factum ſit; lege Aquilia cum nautis agendum.

l. qua actione § vlt. & l. q. ibid.

XLI. [a] Si quis equum imperitè ſecuerit; vel ex locato, vel ex lege Aquilia competit actio. Idem iuris ſi medicamento perperam vſus fuerit. Sed & qui tantùm ſecuerit, & dereliquit curationem, ſecurus non erit, ſi culpę reus intelligitur.

b l. idem iuris. ibid. l. 132. D. de reg. iur. l. 9. D. loca.

XLI. [b] Mulionem quoque, ſi per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit: & eæ damnum dederunt, vulgò dicitur culpę nomine teneri. Idem dicitur & ſi propter infirmitatem ſuſtinere impetum mularum non potuerit. Nec videtur iniquum ſi infirmitas culpę annumeretur: cùm affectare quis non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem ſuam alij periculoſam futuram. Idem iuris eſt in perſona eius qui impetum equi quo vehebatur, propter imperitiam, vel infirmitatem retinere non poterit.

c l. quemadmodum. § 1. D. h. t.

XLII. [c] Si protectum meum, quod ſupra domum tuam nullo iure reſcidiſti; poſſe me tecum damni iniuriæ agere, placuit. Debuiſti enim mecum, ius mihi non eſſe pro rectum habere, agere. Nec eſſe æquum damnum me pati reſciſſis à te meis tignis. Aliud eſt dicendum, ſi is per cuius domum traiectus erat aquæductus citra ſeruitutem, eum intercidit, iure ſuo vſus: & meritò; quòd hic in ſuo protexit: ille in alieno fecit.

d d. l. § magiſtratus.

XLIII. [d] Magiſtratus municipales, ſi damnum iniuriâ dederint, poſſunt Aquilia teneri. Si quid tamen magiſtratus aduerſus reſiſtentem violentiùs fecerit, non tenetur Aquilia.

Secunda pars capitis tertij.

Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ ex tertio capite non competat.

e l. ſed etſi quemcunque. D. h. t.

XLVI. [e] Si metu quis mortis pecudem occiderit, nõ dubitabitur quin Aquilia non teneatur.

f l. ſi ex plagis. § 1. ibid.

XLVII. [f] Tabernarius lucernam in ſemita noctu ſupra lapidem poſuerat; quidam præteriens eam ſuſtulerat: Tabernarius eum conſecutus lucernam repoſcebat; & fugientem retinebat. Ille flagello quod in manu habebat, in quo * dolo inerat verberare tabernarium cœperat vt ſe mitteret. Ex eo, maiore rixa facta, tabernarius ei qui lucernam ſuſtulerat, oculũ effoderat: conſulebatur num damnum iniuriâ non videretur dediſſe, quando prior flagello percuſſus eſſet. Reſponſum eſt; niſi data opera effodiſſet oculum, non videri damnum iniuriâ feciſſe: culpam enim penes eum qui prior flagello percuſſit, recidere. Sed ſi ab eo non prior vapulaſſet: ſed cùm ei lucernam eripere vellet, rixatus eſſet; tabernarij culpâ factum videri.

** dolo, flagellum eſt intra cuius virgam latet pugio.*

g l. Scientiã § qui cùm aliter. D. h. t.

XLVIII. [g] Qui cùm aliter tueri ſe non poſſunt, culpam dederunt, innoxij ſunt. Vim enim vi defendere omnes leges, omniáque iura permittunt. Sed ſi defendendi mei cauſâ lapidem in aduerſarium miſero; ſed non eum, ſed prætereuntem percuſſero; tenebor lege Aquilia. Illum enim ſolùm qui vim infert ferire conceditur: & hoc, ſi tuendi duntaxat non vlciſcendi cauſâ factum ſit.

h l. ſi quis fumo. § vlt. ibi.

XLIX. [h] Quod dicitur, damnum iniuriâ datum Aquilia perſequi; ſic erit, vt videatur damnum iniuria datum, quod cum damno iniuriam attulerit, niſi magna vi cogente id fuerit factum: vt ſcriptum eſt circa eum qui incendij arcendi gratiâ vicinas ædes intercidit, ceſſare legis Aquilię actionem: iuſto enim metu ductum, qui ne ad ſe ignis perueniret, vicinas ædes intercidit; & ſiue peruenit ignis, ſiue extinctus eſt.

i l. Quemadmodum. § ait Labeo. ibid.

L. [i] Si cùm vi ventorum nauis impulſa eſſet in funes anchorarum alterius, nautæ funes pręcidiſſent; ſi nullo alio modo niſi præciſſis funibus explicare ſe potuit, nulla actio danda eſt.

k d. §.

LI. [k] Idem & circa retia piſcatorum in quæ nauis inciderit, ſtatui debere reſponſum eſt. Planè ſi id culpa nautarum factum ſit, lege Aquilia agendum. Sed vbi damni iniuriâ agitur; ob retia, non piſcium, qui ideo capti non ſunt, fiet æſtimatio: cùm incertum fuerit an caperentur: idémque in venatoribus & aucupibus probandum.

l d. §.

LII. [l] Si nauis alteram contra ſe venientem obruiſſet; aut in gubernatorem, aut in ductorem competit actio damni iniuriæ. Sed ſi tanta vis naui facta ſit, quæ temperari non potuit; nulla in dominum danda actio. Si autem culpa nautarum factum ſit, Aquilia ſufficit.

m l. qua actione. § ſi quis in colluctatione.

LIII. [m] Si in colluctatione, vel in pancratio vel pugiles, dum inter ſe exercentur, alius alium occiderit: ſi quidem in publico certamine ceſſat Aquilia, quia gloriæ cauſâ, & virtutis, non iniuriæ gratiâ videtur damnum datum. Planè, ſi cedentem vulnerauerit; erit Aquiliæ locus.

n l. ſi ex plagis. § vlt. ibi.

LIV. [n] Cùm pila complures luderent, quidam ex his colluſorem cùm pilam percipere conaretur, impulit: colluſor cecidit, & crus fregit. Quærebatur an Aquilia agi poſſet. Reſponſum eſt, non poſſe: cùm caſu magis quàm culpa videretur factum.

o l. Quemadmodum. § magiſtratus ibid.

LV. [o] Si quid magiſtratus aduerſus reſiſtentes fecerit, non tenetur Aquilia. Et quod officio poſtulante magiſtratus damnum dát; extra noxam eſt.

p l. ſed & ſi quemcunque. § & ideo. ibi.

LVI. [p] Si furioſus damnum dederit; legis Aquiliæ actio non eſt. Quæ enim culpa ſit, cùm ſuæ mentis non ſit? Sed & ſi infans damnum dederit, idem erit dicendum.

q Io. Coſtal. ad d. l. quẽadmodum. § ſi protectum.

LVII. [q] Arborum ramos in meo pendentes tollere propria authoritate poſſum poſt

denuntiationem

denuntiationem domino arboris factam vt A
eos tolleret.

LVIII. [r] Si is per cuius domum traiectus erat aquæductus eitra ſeruitutem, iure ſuo vſus ſit, ceſſat Aquilia, vt & ſupra relatum eſt.

LIX. [ſ] Quod in meo poſitum & ædificatũ eſt, licet mihi iudice non adito tollere, [t] ſi ego in poſſeſſione ſim. [u] Si non poſſideo, rem meam, nec quod in eo poſitum eſt, proptia authoritate diruam, ſed iudice opus erit. [x] Nam nec rei meæ poſſeſſionem propria authorita- B
te poſſum auferre.

LX. [z] Si ſocius ædificat in communi ſolo, non poſſum meo iure tollere: ſed actione opus eſt. At ſi in proprio meo; vel actiune vtar, vel opus perdam & deſtruam.

LXI. [a] Cùm fructuarius in ſolo in quo vſumfructum habet, ædificat; ius eſt domino propria authoritate deſtruendi. [b] Contrà eſt, ſi emphyteuta, vel qui clientelarem fundum C
poſſidet, ædificarent. Nam hi meliotem fundum efficete debent.

LXII. [c] Is qui ius, dominiom, præfecturam Eccleſiaſticam, vſumfructum habet; quandiu poſſidet, poteſt ptopria authotitate reſiſtentes & ius impedientes coetcere: & oſtia effringere, & ſimilia facere, ſine quibus oon poteſt vſu rei petfrui.

LXIII. [d] Si calicem diatretum faciendum D
dediſti, ſi quidem imperitia fregit, dãni iniuria tenebitur. Si verò non impetitia fregit: ſed rimas habebat vitioſas, poteſt eſſe excuſatus. Et ideo plerunque artifices conuenite ſolent, cùm eiuſmodi materiæ dantur, non periculo ſuo ſe facere: quæ tes ex locato tollit actionem, & Aquiliam.

LXIV. [e] Si quis oliuam tuam immaturam decerpſerit, vel ſegetem deſecuetit immaturã, vel vuas crudas; Aquilia tenebitur. Quòd
ſi iam maturas; ceſſat Aquilia. Nulla enim E
iniuria eſt, cùm tibi etiam impenſas donauerit quæ in collectioneio eiuſmodi fructuum impenduntur: ſed ſi collecta hæc intetceperit; furti tenetur.

LXV. [f] Cùm plures in rixa ſe mutuo vulnerant; nec conſtat vter prouocauerit, delicta ſolent mutua compenſatione tolli.

LXVI. [g] Qui inuenit pecus alienum in agro ſuo, iure illud oun includit, nec retinet:
ſed pro damno accepto propria actione ex- F
perietur. [h] Si tamen ignoret cuius ſit animal, hactenus retinebit quoad certior ſit factus.

LXVII. [i] At res inanimas quæ alienæ in fundum meum fluminis vi, aut ventorum delatæ ſunt, rectè retineo, quouſque dominus damnum mihi reſarciat: [k] ſicuti dicimus rem retineri pro expenſis in eam factis.

Tertia pars d. capitis tertij.

Quibus ex cauſis actiones vtiles ex tertio capite legis Aquiliæ competant.

LXVIII. [l] QVoties deficit actio ex verbis legis directa, toties ex benigna interpretatione vtilis à Prætore datur.

LXIX. [m] Si quis alterius impulſu damnum
dederit; neque is qui impulit, tenetur; quia B
non occidit: neque is qui impulſus eſt; quia damnum iniuria non dedit. Secundùm quod in factum actio erit danda in eum qui impulit.

LXX. [n] Cum eo qui canem irritauit, & effecit vt aliquem morderet; ſi eum tenuit, Aquilia tenetur: ſi non tenuit, in factum agendum.

LXXI. [o] Boues alienos in anguſtum locũ C
coegiſti; eóque factu n eſt vt dencerentur: datur in te ad exemplum legis Aquiliæ in factum actio.

LXXII. [p] Si fornicarius ſeruus coloni ad fotnacem obdormiſſet, & vicini villa fuerit exuſta; dicendum ex locato conuentum præſtare debere, ſi negligens in eligendis miniſtris fuit. Cæterùm ſi alius ignem ſubiecerit fornaci, alius negligenter cuſtodierit, an te-
nebitur qui ſubiecetit? Nam qui cuſtodiit, D
nihil fecit: qui rectè ignem ſubiecit, non peccauit. Quid ergo eſt? Vtilis competet actio tã in eum qui ad fornacem obdormiuit: quàm in eum qui neglig̃eter cuſtodiit. Nec quiſquam dixerit, eum qui obdormiuit, humanam rem & natutalem paſſum; cùm deberet vel ignem extinguere; vel ita munire ne euagaretur.

LXXIII. [q] Si furnum ſecundùm parietem communem haberes; damni iniuria agi
non poteſt, quia nec cum, eo qui focum habe- E
ret. Et ideò æquius videtur in factum actionem dandam, ſcilicet ſi paries exuſtus ſit. Si autem damnum nondum mihi dederis; ſed ita ignem habeas ne mihi damnum des; damni infecti ſufficiet cautio.

LXXIV. [r] Si funem quis, quo religata nauis erat, præciderit; de naue quæ perit in factum agendum.

LXXV. [ſ] Si quis alienum vinum, vel fru-
mentum conſumpſerit, non videtur damnum F
iniuriâ dare; ideóque vtilis danda eſt actio.

LXXVI. [t] Si quis tabulas teſtamenti apud ſe depoſitas deleuerit, vel pluribus præſentibus legetit: vtilius eſt in factum, & iniuriarũ agi, ſi iniuriæ faciendæ causâ ſecreta iudiciorum publicarit.

LXXVII. [u] Si quis fumo facto apes alienas fugauerit, vel etiam necauerit, magis cauſam mortis præſtitiſſe videtur quàm occidiſſe. Et ideo in factum actione tenebi-
tur. G

LXXVIII. [x] Libet homo ſuo nomine vtilem habet actionem, directam non habet: quoniam dominus membrorum ſuorum nemo videtur. [z] Et ſi liber homo occidatur, hæredes eius, aut legatarij agere vtiliter po-

r d. l. quemadmod. §. 1.
ſ Io. Coſtal. præd. loco.
t d. §. 1. & l. 1. §. nuntiatio. D. de oper. no. nunt. l. ſi in area, ibi cum auct. vbi Bal. D. de condict. ind.
u l. De pupillo. 9. meminiſſe. D. d. t. de oper. no. nunt.
x l. Extat. D. quod met. cauſa. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.
z l. ſed ſi inter me. D. de ſeru. vrb. præd.
a arg. l. Vſufructuarius. 1 & 2. D. de vſufr.
b l. 1. C. de iure emphy. Alex. in l. 1. §. nuntiatio. D. de oper. no. nunt.
c Io. Coſtal. in l. quemadmodum. §. ſi protectum. c. 1 de imm. Eccl. vbi Innoc. & Panorm.
d d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calicem, Tertũ & diatretum Græcè, ſinabile, pertuſum, tornabile à torno factũ ... diatreton: ſunt igitur calices diatreti cælati & tornatiles quæ terminata dicuntur.
e d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuas.
f Vr ſembecius h. t. l. ſcientiam. §. cùm ſtramenta. D. ad leg. Aquil. Glo. in l. 1. §. cum arietes. D. ſi quadrupeſ pauper. fec. vbi Bart. & alij DD. latè Tiraquellus in tract. de pœn. cauſ 56.
g Io. Coſtal in l. quamuis D. h. t.
h arg. l. capite quinto. D. ad leg. Iul. de adult. Bald. in l. 2. Cod. de ſeru. fugit.
i Coſtal in d. l. hoc ampliùs. §. 1. & ibi Bart. & Alex. D. de dam. inf. Panorm. in c. ſi laſerit. 1. de iniur. & dam. da.
k l. in rebus. § poſſunt. D. Comm.

l Quoties 12. D. de praſ. verb.
m l. qua ratione. § proinde. D. h. t.
n l. item Mela. §. item cũ eo. ibid.
o l. Boues. d. t.
p l. ſi ſeruum ſeruum. § ſi fornicarium.
q d. l. §. ſi furnum.
r l. quemadmodum. d. t.
ſ d. l. §. ſi quis alien um
t l. ſi quis teſtamentũ. d. t.
u l. ſi quis fumo. ibid.
x l. liber homo. ibid.
z l. ſed & ipſe. ibid. l. 1. l. hoc autem & l. vlt. d. t.

terunt perinde atque defunctus ob vulnus agere potuiſſet. Quam in actionem impendia in medicos facta, & quicquid lucri interuerſum, aut damnum per vulnus, ac cędem datum eſt, venit.

a d.l.vlt. Glo. in l. qua actione. §. vlt. in verb. gloria d.t.

[a] Ipſius autem corporis liberi hominis, ac membrorum æſtimatio; non item.

b Petrus Gregorius Syntagmate. h.t l. ſi cuius. §. denique. D. de iniur. Mynſing. obſeru.23. cent. 1. Spec. de iniur. §.1. nu. 17. per l. item apud. §. ſi quis ſeruo verberato. D. d.t. de iniur.

LXXIX. [b] Diuerſa ſunt, diuerſæque actiones competunt ſi damnum cum iniuria & contumelia detur, & ſi damnum ſine iniuria dantis detur. In prima ſpecie concurrunt actiones legis Aquiliæ pro damno; & de iniuriis pro contumeliis: duæque fiunt æſtimationes pro damno & contumeliis.

CAP. IIII.

Quibus & in quos actiones legis Aquiliæ competant, vel non.

Prima pars.

Quibus competat.

c l. item Mela. § ſi in ea. D. h. tit.

LXXX. [c] SI in ea pecude quam tibi redhibiturus eſſem, damnum iniuriâ datum ſit; placuit legis Aquiliæ actionem mihi competere: méque, cùm cœpero redhibere, tibi reſtituturum.

d l. inde Neratius. § hac actio. ibid.

LXXXI. [d] Hanc actionem hæredi, cæteriſque ſucceſſoribus dari conſtat.

Secunda pars capitis quarti.

In quos legis Aquiliæ actio competat, vel non.

e l. liber homo. 2. ibid.

LXXXII. [e] LIber homo, ſi iuſſu alterius damnum iniuria dedit; actio legis Aquiliæ cum eo eſt qui iuſſit, ſi modò ius imperandi habuit. Quòd ſi non habuit; cum eo agendum eſt qui fecit.

f l. ſi ex plagis. §. quidam ibid.

LXXXIII. [f] Quidam boues vendidit ea lege vt daret experiundos. Emptor in experiundo percuſſus ab altero boue cornu eſt. Quærebatur num venditor emptori damnum præſtare deberet. Reſponſum eſt, ſi emptor boues emptos haberet; non debere præſtare: ſed ſi non haberet emptos, tum ſi culpa hominis factum eſſet vt à boue feriretur, non debere: ſi vitio bouis, debere.

g l. boues. ibid.

LXXXIV. [g] Equum tibi commodaui: in eo cùm tu equitares, & vnà cùm plures equitarent, vnus ex his irruit in equum, téque deiecit: & eo caſu crura equi fracta ſunt; tecum nulla actio eſt; ſed ſi equitis culpa factum eſſet; cum equite ſanè, non cum equi domino agi poteſt.

h l. inde Neratius. §. hanc actionem. ibid.

LXXXV. [h] Iure ciuili Rumano, in hęredem vel cæteros ſucceſſores hęc actio non datur, cùm ſit pœnalis; niſi fortè ex damno locupletiores facti ſunt.

CAP. V.

Quid veniat in actionem legis Aquiliæ.

i l. 1. D. h. t.

LXXXVI. [i] LEge Aquilia, [i] vt & ſuprà relatum eſt, capite primo cauetur vt qui quadrupedem vel pecudem alienam iniuriâ occiderit, quanti in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas eſto.

k l. ait lex. ibid.

LXXXVII. [k] Annus autem retrorſus computatur ex quo pecus occiſa eſt. Quòd ſi mortiferè fuerit vulnerata, & poſtea poſt longum tempus mortua ſit, inde annũ numerabimus ex quo vulnerata eſt.

l d.l. §. vlt. & l. ſeq. ibid.

LXXXVIII. [l] Sed vtrum corpus eius ſolùm æſtimatur quanti fuerit cùm occideretur: an potiùs quanti interfuit non eſſe occiſum? Et hoc iure vtimur vt eius quod intereſt fiat æſtimatio. Proinde ſi equum occidiſti quem ſub pœna tradendum promiſi, vtilitas venit in hoc iudicium.

m l. Proinde. ibid.

LXXXIX. [m] Item cauſæ corpori cohærentes æſtimantur, ſi quis ex quadriga aut ex pari mularum vnum aut vnam occiderit; non ſolùm perempti pecoris æſtimatio facienda eſt; ſed & eius ratio haberi debet quo cætera depretiata ſunt.

n l. illud. ibi.

XC. [n] Si equum meum occidiſti, non affectiones æſtimandæ ſunt: ſed quanti omnibus valeret: Pretia enim rerum nũ ex affectione, nec vtilitate ſingulorum, ſed cõmuniter metimur. Et lege Aquilia damnum conſequimur, & amiſiſſe dicemur, quod aut conſequi potuimus, aut erogare cogimur.

o §. his verbis. Inſtit. h t.

XCI. [o] His verbis [quanti quadrupes eo anno plurimi fuerit] illa ſententia exprimitur, vt ſi quis equum tuum qui hodie claudus, aut mancus, aut cæcus erit, occiderit; non tanti teneatur, quãti hodie erit, ſed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum eſt pœnalem eſſe huius legis actionem: quia non ſolùm tanti quiſque obligatur quantũ damni dederit; ſed aliquando longè pluris: ideóque conſtat in hęredem eam actionem non tranſire, quæ tranſitura fuiſſet, ſi vltra damnum lis nunquam æſtimaretur.

p l. inde Neratius. §. actio. D. eo. t.

XCII. [p] Hæc actio aduerſus confitentem competit in ſimplum; aduerſus negantem in duplum.

q l. Proinde §. vlt. & l. ſeq. ibid.

* quanti ſit damnũ quod ſe dediſſe confeſſus eſt.

XCIII. [q] Notandum quòd in hac actione quæ aduerſus confitentem datur, iudex non rei iudicãdæ, ſed* æſtimandæ datur: nam nullæ ſunt partes iudicandi in confitentes. Puta enim quòd qui conuenitur fateatur ſe occidiſſe, & paratus ſit æſtimationem ſoluere; & aduerſarius magni litem æſtimat.

XCIV. [r] Noſtris moribus vix eſt vt vltra damnum lis æſtimetur, & in duplum fiat cõdemnatio in negantem.

TIT. II.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

Hic titulus quinque capitibus comprehenditur: quorum primum eſt, Cuiuſmodi ſit actio quæ de pauperie cõpetit. Secundum, Quibus ex cauſis & contra quos actio de pauperie datur, vel non. Ciun prima pars eſt, Quibus ex cauſis ea actio detur. Secunda, Quibus ex cauſis ea actio non

detur. Tertia pars, Quibus ex cauſis vtilis actio de pauperie detur. Tertium caput eſt, Quibus, & in quos actio de pauperie competat, vel non. Cuius prima pars eſt, Quibus competat. Secunda, In quos actio de pauperie competat. Quartum caput eſt, Quibus ex cauſis actio de pauperie non ſit noxa lis, aut ea in ſolidum detur, aut alia actio competat. Quintum, De damno à feris beſtiis dato. A

CAP. I.

Cuiuſmodi ſit actio quæ ex hac cauſa competit. B

I. [a] ANimalium nomine, quæ ratione carent, ſi quæ laſciuia, aut pauore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege XII. tab. prodita eſt. Quæ animalia ſi noxæ dedantur, proficiunt ad liberationem. [b] Lex enim voluit aut dari quod nocuit, id eſt animal quod noxiam commiſit; aut æſtimationem noxæ offerre: [c] léxque ita ſcripta eſt, vt puta, [Si equus calcitroſus calce percuſſerit: aut bos cornu petere ſolitus cornu petierit] [d] vſurpatum enim eſt vt res noſtræ non vltra nos onerare ſoleant, quàm valeant. [e] Noxæ autem dedere eſt animal tradere viuum. C

a Inſt. h. t. in prin.
b l. 1. D. h. t.
c Inſtit. d. t.
d d. l. Prætor. § hoc edictum. D. de dam. inf. l. cùm fructuarius.
e d. l. 1. § cum etiam.

II. [f] Hæc actio in iis quæ contra naturam mouentur locum habet. D

III. [g] Pauperies autem eſt damnum ſine iniuria facientis datum. Nec enim poteſt animal iniuriam feciſſe, quod ſenſu caret.

f Inſtit. h. t. in prin.
g d. loco. & d. l. 1.

CAP. II.

Quibus ex cauſis actio de pauperie detur, vel non. E

Prima pars.

Quibus ex cauſis detur.

IV. [*] HÆc actio locum habet cùm commota feritate nocuit quadrupes: puta ſi equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus petierit, aut mula propter nimiam ferociam.

** l. 1. § 1. D. h. t.*

V. [*] Siue autem corpore ſuo pauperiē quadrupes dedit, ſiue per aliam rem quam tetigit quadrupes; hæc actio locum habebit: vt puta ſi plauſtro bos obtriuit aliquem, vel aliqua re deiecta. F

** d. l. § ſiue autem.*

VI. [h] Ex hac lege iam non dubitatur etiam liberarum perſonarum nomine agi poſſ: fortè ſi patremfamiliâs, vel filiumfamiliâs vulnerauerit quadrupes; ſcilicet vt non deformitatis ratio habeatur, cùm liberum corpus æſtimationem non recipiat, ſed impenſarum in curationem factarum, & operarum amiſſarum: quáſque amiſſurus quis eſſet inutilis factus. G

h l. ex hac lege. d. t.

VII. [i] Agaſo cùm in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit: mula calcem reiecit: & crus agaſoni fregit. Conſulebatur; poſſétne cum domino mulæ agi quòd ea pauperiem feciſſet. Reſponſum eſt poſſe.

i l. vlt. ibid.

VIII. [k] Si cùm equum permulſiſſet quis, vel palpatus eſt, calce eum percuſſit, erit actioni locus.

k d. l. 1. § & generalis

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis hæc actio non competat.

IX. [l] HÆc actio in his animalibus quæ contrà mouētur, locum habet. Vt puta ſi equus calcitroſus calce percuſſerit: aut bos cornu petere ſolitus petierit: vt & ſuprà relatum eſt. Cæterùm ſi genitalis ſit feritas; ceſſat hæc actio.

l Inſt. § 1. h. t.

X. [m] Si quis aliquem euitans magiſtratum in tabernam proximam ſe immiſiſſet, ibìque à cane læſus eſſet, non poſſe agi canis nomine traditum eſt. At ſi ſolutus fuiſſet, contrà.

m l. 2. § vlt. d. t.

XI. [n] Si arietes commiſerint, nec apparet vter prior prouocauit; neuter de pœna appellatur. [o] Nam & mutua delicta compenſatione abolentur.

XII. [p] Si ante litem conteſtatam deceſſerit animal, extincta erit actio.

n Petr. Coſtalius ad d. l. 1. l. ſcientiam. § cùm ſtramenta. D. ad leg. Aquil.
o l. vno & l. cùm mulier. D. Sol. matr.
p l. 1. § & cum etiam D. h. t.

Tertia pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis vtilis actio de pauperie detur.

XIII. [q] SI equus dolore concitatus calce petierit; ceſſat hæc actio: ſed is qui equum percuſſit, aut vulnerauit, in factum magis quàm lege Aquilia tenetur: vtique ideò quia non ipſe ſuo corpore damnum dedit.

q d. l. 1. § & generaliter D. h. t.

XIIII. [r] Hæc actio competit, etſi non quadrupes, ſed aliud animal pauperiem dedit, veluti bipes animal.

r l. pen. d. t.

CAP. III.

Quibus & in quos actio de pauperie competat.

Prima pars.

Quibus competat.

XV. [ſ] HÆc actio non ſolùm domino, ſed etiam ei cuius intereſt, competit: veluti ei cui res commodata eſt; item fulloni, quia eò quòd tenentur damnum videntur pati.

XVI. [t] Hanc actionem nemo dubitauerit hæredi dari, cæteríſque ſucceſſoribus.

ſ l. 2. D. h. t. hoc differt ab actione legis Aquiliæ quæ ſoli domino competat. l. item Mela. § ſeq. & § cum eo. D. ad leg. Aquil.
t d. l. 1. § vlt.

Particula ſecunda dicti capitis ſecundi.

In quos actio de pauperie competat.

XVII. SI alia quadrupes aliam concitauit vt damnum daret; eius quæ concitauit nomine agendum erit.

XVIII. [ux] Cùm arietes vel boues commiſiſſent, & alter alterum occidit

ux d. l. 1. § cùm arietes.

iactus remedio cæteris io communi periculo ſalua naui conſultum eſt.

k l. Nauis 2. ibid.

IX. [k]Nauis aduerſa tempeſtate depreſſa ictu fulminis, amiſſis armamentis, & arbore, & antemna, Hipponem delata eſt: ibique tumultuariis armamentis comparatis Hoſtiam nauigauit. Quæſitum eſt an ij quorum onus fuit, nautæ pro damno conferre debeant. Iulianus reſpondit, non debere. Hic enim ſumptus inſtruendæ magis nauis, quàm conſeruandarum mercium gratiâ factus eſt.

l l. 2. § 1. ibid.

X. [l]Si conſeruatis mercibus deterior facta ſit nauis, aut ſi quid exarmauerit; nulla facienda eſt collatio: quia diſſimilis earum rerum cauſa ſit quæ nauis cauſâ parentur, & earum pro quibus mercedem aliquis acceperit. Nam & ſi faber incudem, aut malleũ fregerit, oon imputaretur ei qui locauit opus. Sed ſi voluntate vectorum, vel propter aliquem metum id detrimentum factum ſit, hoc ſarciri debet.

m l. cùm depreſſa. & l. Amiſſæ. ibid.

XI. [m]Si iactu nauis leuata poſtea tempeſtate perierit, nihil contribuendum eſt, niſi merces perditæ extrahantur. Contributio enim iniri niſi ſaluis rebus non poteſt: quibus perditis, [n]perinde ab obligatione iactus liberantur vectores, atque interitu ſpeciei.

n l. ſi ex legati cauſa 23. D. de verb. oblig.

CAP. III.

Quo modo contributio fiat.

o l. 2. D. h. t.

XII. [o]SIlaborante oaue iactus factus eſt amiſſarum mercium, domini ſi merces vehendas locauerunt, ex locato cum magiſtro nauis agere debent: ita deinde cum reliquis, quorum merces ſaluæ ſunt, ex conducto: vt detrimentum pro portione communicetur, agi poteſt. Quin ex locato agi cum magiſtro nauis debet, vt cæterorum vectorum merces retineat, donec portionem domini præſtent: imò & ſi retineat merces magiſter, vltrò ex locato habiturus eſt actionem cùm vectoribus. Quid enim ſi vectores ſunt qui nullas ſarcinas habeant?

p d. l. § portio.

XIII. [p]Portio pro æſtimatione rerum quæ ſaluæ ſunt, & earum quę amiſſæ ſunt præſtari ſolet. Nec ad rem pertinet, ſi hæ quæ amiſſæ ſunt, pluris vænire potuerunt: quoniã detrimenti non lucri ſit præſtatio. Sed in his rebus, quarum nomine conferendum eſt, æſtimatio haberi debet, non quanti emptæ ſunt, ſed quanti vænire potuerunt.

q l. Nauis 2. d. tit.

XIIII. [q]Cùm iactus de naue factus eſt, & alicuius res quæ in naue remanſerunt, deteriores factæ ſunt, conferre debet præſente pretio rerum. Itaque verbi gratiâ, ſi vicenûm merces duorum fuerunt; & alterius aſpergine decem eſſe cœperunt; ille cuius res integræ ſunt, pro viginti conferet; hic pro decem.

r l. 2. § in eadem. ibid.

XV. [r]Si qui tales merces impoſuiſſent, quibus nauis non oneraretur, veluti gemmas, margaritas; placuit, omnes, quorum interfuiſſet iacturam fieri, conferre oportere: quia id tributum obſeruatæ res deberent. Itaque dominum etiam nauis pro portione obligatum eſſe.

XVI. Iacturæ ſummam pro rerum pretio diſtribui oportere; corporum liberorum æſtimationem nullam fieri poſſe: Veſtimentorum etiam & annulorum ęſtimationem fieri oportere, rerũmque omnium; niſi ſi quę conſumendi cauſâ impoſita forent, quo in numero eſſent cibaria: eò magis quòd ſi quando ea defecerint, quod quiſque haberet, in commune conferret.

t l. l. 2. § ſi quis.

XVII. [t][u]Si quis ex vectoribus ſoluendo non ſit, hoc detrimentum magiſtri nauis non erit. Nec enim fortunas cuiuſque nauta excutere debet.

XVIII. Si ante iactum vel in ipſo iactu naufragium factum ſit, quod quiſque ex eo ſeruare poteſt, ſibi ſeruat: nec amiſſæ nauis, merciúmve damnum collationis conſortio ſarcitur.

x l. cùm depreſſa ibid.

XIX. [x]Cùm depreſſa nauis, aut deiecta eſſet; quod quiſque ſuum ſeruaſſet, ſibi ſeruare Paulus reſpondit tanquam ex incendio; [z]réſque iacta domini manet: nec fit apprehendentis.

z l. 2. § vlt. ibid.

a d. l. 2. § pen.

XX. [a]Si res quæ iactę ſunt, apparuerint, exoneratur collatio. Quòd ſi iam contributio facta ſit, tunc hi qui ſoluerint, agent ex locato cum magiſtro, vt is ex conducto experiatur, & quod exegerit, reddat.

b l. qui leuandæ. ibid.

XXI. [b]Qui leuandæ nauis gratia res aliquas proiiciunt, non hanc mentem habent vt eas pro derelicto habeant, quippe ſi inuenerint; eas ablaturos: & ſi ſuſpicati fuerint in quem locum eiectæ ſint, requiſituros: vt perinde ſit, ac ſi quis onere preſſus in viam rem abiecerit, mox cum aliis reuerſurus vt eandem auferret.

CAP. IV.

Quæ damna vectoribus ſarcire nauta debeat: vel non.

Prima pars.

Quæ damna ſarcire debeat.

c l. ſi ea conditione d. t.

XXII. [c]SI ea conditione nauem conduxiſti, vt ea merces tuæ portarentur: eáſque merces, nulla nauta neceſſitate coactus, in nauem deteriorem, cùm id ſciret te fieri nolle, tranſtulit: & merces tuæ cum ea naue perierunt, in qua nouiſſimè vectæ ſunt; habes ex conducto cum priore nauta actionem. Contrà erit, ſi ea nauigatione vtraque nauis periit: cùm id ſine dolo & culpa nautarum factum ſit.

d l. vtique. § 1. D. de rei vĩd. l. nĩ quæratur. § 1. D. loca. l. qui petitorio. D. d. t. de rei vind.

XXIII. [d]Tenetur nauta, ſi imperitè vel temerè in periculum nauigationis extra tem-

pora conuenientia ſe coniecerit: aut ſi minùs idoneis nauigationem commiſerit;[e] vel ſi per inſidioſa loca miſerit.

XXIV. [f] Gratianus Valentinianus & Theodoſius Imperatores ſtatuunt, vt Nouembri menſe nauigatione ſubſtracta, Aprilis qui æſtati eſt proximus, ſuſceptionibus nauigiorum applicetur: cuius ſuſceptionis neceſſitas ex Calendis Aprilis in diem Cal. Octobris manſura ſeruetur.

XXV. [g] Si nauis alteram contra ſe venientem obruiſſet; in gubernatorem aut in ductorem actio competet damni iniuriæ; niſi tanta vis fuiſſet nauis, quæ temperari non potuit: quia tum nulla in dominum danda eſt actio. Si culpa nautarum fiat, Aquilia ſufficit. Sed ſi funem quis quo religata erat nauis, præciderit; in factum agendum eſt.

XXVI. [h] Ad culpam pertinebit nautarum iactus, ſi plus æquo naues onerarias onerauerint.

XXVII. [i] Qui oneri publico ſarcinam adhuc priuatam ſuperimpoſuerint, diſpendio periculi & naufragij tenetur. Nec audiuntur, ſi ignorare dicant, poſt damnum acceptum, mediationem;[k] id eſt, quantæ menſuræ & capacitatis eſſet.

e d. l. qui petit. §. qui in rē. d. l. item quæritur. §. ſi quis ſeruum.
f l. 3. C. de naufrag. lib. 11. C. Theodoſiano. tit. 9.
g l. quemadmodum. §. ſi nauis alteram. D. ad leg. Aquil.
h l. 1. C. ne quid oneri publ. imp. lib. 11.
i l. ſi ſeruus ſeruum 27. §. ſi quis de manco. verſ. ſed & ſi malum. D. ad leg. Aquil. l. qui inſulam §. qui mulas. D. loca.
k l. cùm Nauicularium. 35. C. Theod. de nauicularijs.

Secunda pars capitis quarti.

Quæ damna vectoribus nauta ſarcire non debeat.

XXVIII.[l] Immunis erit à pœna magiſter, ſi caſus ſit fortuitus: & ſi ſine culpa eius nauis vitium fecit.

XXIX. [m] Si cùm vi ventorum nauis impulſa eſſet; in funes anchorarum alterius, ſi nullo alio modo explicare potuerint, nulla actio datur.

XXX. [n] Excuſatur mora nauigij, ſi publicè nauigare prohibitus fuerit nauta, ſi per eum non ſtetit, quominus nauigaret; vel ſtata die mercedes non reddantur, ſi morbo impeditus, ſi nauis ſine dolo malo eius vitium fecit.

XXXI. Si vehenda pecora conduxiſti, pro his quæ in naui mortua ſunt, an vectura deberetur, quæſitum eſt. Reſponſum, Quærendum quid actum eſſet, vtrum pro his quæ impoſita, an pro his quæ deportata eſſēt merces daretur. Quòd ſi hoc apparere non potuerit, ſatis erit pro nautâ, ſi pecora impoſita probauerit.

l l. vlt. §. idem dicemus. D. h. tit.
m l. quemadmodum. § item Labeo. D. ad leg. Aquil.
n l. vlt. §. idem iuris cùm 4. §§. ſeqq. D. h. tit.

Nautæ, Caupones, Stabularij, vt recepta reſtituant.

TIT. X.

His titulus duo tantùm capita habet: quorum primum eſt, Cuiuſmodi ſit edictum ea de re. Secundum, Quibus ex cauſis nautæ, caupones, ſtabularij hoc edicto teneantur: vel non. Cuius prima pars eſt, Quibus ex cauſis teneantur. Secunda, Quibus ex cauſis non teneantur.

CAP. I.

Cuiuſmodi fuerit edictum ea de re.

I. [a] AIt Prætor, [Nautæ, caupones, ſtabularij, quod cuiuſque ſaluum fore receperint, niſi reſtituant, iudicium dabo.] Maxima vtilitas eſt huius Edicti: quia neceſſe eſt plerumque eorum fidem ſequi, & res cuſtodiæ eorum committere. Nec quiſquam putet grauiter hoc aduerſus eos conſtitutum. Nam eſt in ipſorum arbitrio ne quem recipiant: & niſi eſſet hoc ſtatutum, materia daretur cum furibus aduerſus eos qui recipiunt coeundi: cùm ne nunc quidem abſtineant huiuſmodi fraudibus.

II. [b] Nautam accipere debemus eum qui nauem exercet: quamuis nautæ appellentur omnes qui nauis nauigandæ causâ in naue ſunt. Sed de exercitore ſolùm Prætor ſenſit. Nec enim debet per remigem, vel meſonautam obligari: ſed per ſe, vel nauis magiſtrum. Sed ſi qui nauem exercet, alicui è nautis committi iuſſit; ſine dubio obligatur.

III. [c] Sunt quidam in nauibus qui cuſtodiæ gratiâ nauibus committuntur: Vt ναυφύλακας & dietarij. Si quis igitur ex his receperit; in exercitorem datur actio: quia is qui eiuſmodi officio eos præponit, committi eis permittit: [d] quanquam ipſe nauicularius, vel magiſter id faciat quod χειρέμβολον appellant. Sed & ſi huc non extet, tamen de recepto nauicularius tenebitur.

IIII. [f] De exercitoribus ratium, item lyntrariis nihil cauetur: ſed idem conſtitui oportet.

V. [g] Caupones, & ſtabularios eos accipiemus qui cauponam, vel ſtabulum exercent, inſtitoreſve eorum. Cæterùm ſi qui opera mediaſtini fungitur, non continetur: vt puta atriarij, & focarij & his ſimiles.

VI. [h] Si plures nauim exerceant, vnuſquiſque pro parte qua nauem exercet, tenetur.

a l. 1. d. t.
b d. l. §. 1.
c d. l. § & ſunt quidam.
d id eſt qui ad miniſtrant annonam naui.
e ſignificatur exercitorē teneri ſi res dantur cuſtodiendæ cum ipſe præſens ſit, & manus miſſione ſeruum dat introducentibus vectores. Videris enim poteras quòd cum præſens et res aſſignatæ nō ſint, non teneri. De hac dictione χειρέμβολον Alciatus lib. 1. Parerg. cap. 44.
f d. l. 1. §. de exercitoribus.
g d. l. §. caupones.
h l. vlt. §. ſi plures. D. h. t.

CAP. II.

Quibus ex cauſis nautæ, caupones, ſtabularij hoc edicto teneantur: vel non.

Prima pars.

Quibus ex cauſis teneantur.

i l. 1. § ait Prætor. d. t.

VII. [i] Ait Prætor: Quod cuiuſ ſaluum receperint, hoc eſt, quancunque rem, ſiue mercem acceperint. Ad eas quoque res hoc edictum pertinere dicendum, quæ mercibus accedunt: veluti veſtimenta quibus in nauibus vtetentur: & cætera quæ ad quotidianum vſum habemus.

k d. l. § ult. & l. 3. in prin. d. t.

VIII. [k] Parui refert res noſtras, an alienas, ſi tamen interſit, ſaluas eſſe. Etenim nobis magis quàm quorum ſunt, debent ſolui. Et ideo ſi pignori merces accepero, mihi magis, quàm debitori nauta tenebitur, ſi à me eas ſuſcepit.

l l. ſed & ipſi. d. t.

IX. [l] Si nauta nautæ, ſtabularius ſtabularij, caupo cauponis res recepit, æquè tenebitur.

m d. l.

X. [m] Etiam ad eas res hoc edictum pertinet, quæ poſt impoſitas merces, locatáſque inferentur, etſi earum vectura non debeatur, vt veſtimentorum, pecoris quotidiani: quia hæc ipſa cæterarum rerum locationi accedunt.

n l. 1. § ult. & l. 3. in prin. D. h. t.

XI. [n] Recipit nauta ſaluum fore; verū ſi in nauem res miſſæ ei aſſignatæ ſunt, an & ſi non ſunt aſſignatæ, hoc tamen ipſo, quòd in nauem miſſæ ſunt, acceptæ videntur. Et videtur omnium eum recipere cuſtodiam quæ in nauem illatæ ſunt, & factum non ſolùm nautarum præſtare debere; ſicut & caupo viatorum.

o d. l. 3.

XII. [o] Etiamſi nondum ſint res in nauem receptæ, ſed in littore perierunt; quas ſemel recepit, periculum ad eum pertinet.

p l. licet. d. t.

XIII. [p] Dubitari non oportet, quin is qui ſaluum fore recipit, non ſolùm à furto, ſed etiam à damno recipere videatur.

q l. 3. § ſi filiusfa. ibid.

XIIII. [q] Si filiusfamiliâs ſuſceperit, & voluntas patris interuenit, in ſolidum erit conueniendus: ſi verò ſine voluntate patris exerceat, de peculio tenebitur.

r l. Nautæ. ibi.

XV. [r] Nauta & caupo, & ſtabularius mercedem accipiunt, non pro cuſtodia: ſed nauta vt traiiciat vectores: caupo vt viatores manere in caupona patiatur: ſtabularius vt permittat iumenta apud eum ſtabulari. & tamen cuſtodiæ nomine tenentur. Nam & fullo, & ſarcinator non pro cuſtodia, ſed pro arte mercedem accipiunt, & tamen cuſtodiæ nomine ex locato tenentur.

ſ l. ſi vt certo. §. ſi de me & ibi Bart. D. loca Bart. Bald. in l. ex diui. D. h. t.

XVI. [ſ] Caupo qui clauem tradiderit viatori & vectori, non ideo periculo rerum ſe eximit.

t d. l. 3.

XVII. [t] Cur honoraria actio ſit introducta, dubitari poteſt: cùm agi ciuili actione ex hac cauſa poſſit: ſi merces interuenit ex locato & conducto: & ſi tota nauis locata ſit, ex conducto etiam de rebus quæ deſunt agi poteſt. Si verò res perferendas nauta conduxit, ex locato conuenitur: Si gratis ſuſceptæ ſunt, depoſiti. Sed vt innoteſceret, Prætorem curam agere reprimendæ improbitatis huius generis hominum, hoc edictum inductum videtur: quia in locato & conducto culpa; in depoſito dolus duntaxat præſtatur. At hoc edicto omninò qui recipit, tenetur; etiamſi ſine culpa eius res perit, vel damnum datum eſt: niſi ſi quid damno fatali contigit.

u d. l. 3. § ult.

XVIII. [u] Hæc actio rei perſecutionem continet: & in hæredem perpetuò competit.

x d. § ult.

XIX. [x] Videndum eſt an eiuſdem rei nomine, & de recepto honoraria actione & furti agendum ſit. Sed magis eſt, vt vel officio iudicis, aut doli exceptione alterutra contentus eſſe debeat.

z l. ſed & ipſi. D. h. t.

XX. [z] Sed & ipſi nautæ furti actio competit cuius ſit periculo, niſi ipſe ſurripuit; aut alio ſurripiente ſoluendo non ſit.

a l. licet. d. t.

XXI. [a] Licèt gratis nauigaueris, vel in caupona gratis diuerteris; non tamen in factum actiones tibi denegabuntur, ſi damnum iniuria paſſus ſis.

b d. l. § in factum.

XXII. [b] In factum actione caupo tenetur pro his, qui habitandi cauſa in caupona ſunt. Hoc autem non pertinet ad eum qui hoſpitio repentino recipitur; veluti viator.

c d. l. § ult.

XXIII. [c] Poſſumus furti, vel damni iniuriæ actione vti etiam cum nautis, vt certi hominis factum arguatur: ſed vna contenti eſſe debemus.

d d. § ult.

XXIV. [d] Et ſi cum exercitore egerimus, præſtare ei debemus actiones noſtras, quamuis ex conducto actio aduerſus eos competat exercitori. Sed ſi abſolutus ſit exercitor hac actione; deinde agatur cum nautis, exceptio dabitur; ne ſæpius de eiuſdem admiſſo quæratur. Et contrà, ſi de admiſſo vnius hominis actum ſit, deinde in factum actione vtatur, exceptio dabitur.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis nautæ, caupones, ſtabularij non teneantur hoc edicto.

e l. 3. § eodem modo. D. h. t.

XXV. [e] Tenentur caupones, & ſtabularij, ſi quid, exercentes negotium ſuum, ſuſcipiunt; cæterùm ſi extra negotium receperint, non tenentur: [f] vt ſi depoſitum ab amico, rem pignori datam aut commodatam recipiant, hoc quidem iudicio quando ciuile cuiuſque pactionis ſufficit, non tenentur.

f Veſembecius h. t.

g d. l. licet. § ſi ſermo.

XXVI. [g] Si damnum datum ſit ab alio qui in eadem naue vel caupona eſt; huius nomine hæc actio vtilis futura non eſt.

h i. ναυτεπιβάται ſūt qui nauē inſcendunt & pro pretio vecturæ ſeu naulo ipſi nautarū officio funguntur.

XXVII. Si quid nautæ inter ſe damni dederint, hoc ad exercitorem non pertinet. Sed ſi quis ſit nauta & mercator, debebit illi dari. Quòd ſi quis ſit ex his quos [h] ναυτεπιβάτας dicunt; & huic tenebitur, & huius factum præſtabit.

k l. ult. d.

XXVIII. [k] Debet exercitor omnium nautarum ſuorum factum præſtare; nec im-

nec immeritò factum eorum præſtat; cùm ipſe eos ſuo periculo adhibuerit. Sed non aliàs præſtat, quam ſi in ipſa naue damnum datum ſit: cæterùm ſi extra nauem, licèt à nautis, non prẹſtabit.

XXIX. [l] Item ſi prædixerit; vt vnuſquiſque vectorum res ſuas ſeruet: neque damnum ſe prẹſtaturum: & conſenſerint vectores prẹdictioni; non tenebitur.

XXX. [m] Si quid naufragio, aut per vim piratarum perierit, non erit iniquum exceptionem nautæ dari. Idem erit dicendum, & ſi in ſtabulo, aut in caupona vis maior contigerit. Sed ſi quod damnum negligentiâ, aut culpa, vel [n] caſu qui prẹcaueri potuit, acciderit, [o] vt incendio; nautæ, caupones, ſtabularij tenentur.

l d.l.

m l.3.§. inde Labeo.

n l. ſi vendita. D. de per. & com. rei vend.

o l. cum duobus. §. damna D. pro ſoc. Bal. in l. 1. quæ ſi D. depoſ. Salyc. in l. quæ fortuitis. C. de pign. act. Panorm. in c. 1. de commod.

Furti aduerſus nautas, caupones, & ſtabularios.

TIT. XI.

I. [a] IN eos qui naues, cauponas, ſtabula exercent, ſi quid à quoquam eorum, quos, quaſve ibi habebunt, factum eſſe dicetur, iudiciū datur; ſiue furtum ope & conſilio exercitoris factum ſit, ſiue eorum qui in naui nauigandi cauſâ eſſent. [b] Et iure ciuili Romano in duplum eſt actio. Cùm enim in caupona vel naui res perit; ex edicto Prætoris obligatur exercitor nauis, vel caupo: ita vt in poteſtate ſit eius, cuius res ſurrepta ſit, vtrum mallet cum exercitore honorario iure, an cum fure iuri ciuili experiri. [c] Nauigandi cauſa accipere debemus eos qui adhibentur, vt nauis nauiget: hoc eſt nautas.

II. [d] Caupo præſtat factum eorum qui in caupona eius cauponæ exercendæ cauſa ibi ſunt: item eorum qui habitandi causâ ibi ſunt: Viatorum autem factum non prẹſtat. Namque viatorem ſibi eligere caupo, vel ſtabularius non videtur: nec repellere poteſt iter agentes. Inhabitatores verò perpetuos ipſe quodam modo elegit, quos non reiecit: quorum factum oportet eum prẹſtare. In naui quoque vectorum factum non præſtatur.

III. [e] Hęc iudicia quamuis honoraria ſunt, tamen perpetua ſunt; in hẹredem autem non dantur.

a l. vn. D. h. t.

b d. l. §. 1.

c ibid.

d ibid.

e l. vlt. §. 1 iudicia D. nautæ, caupo. ſtab.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER DECIMVS NONVS.

TIT. I.

Ad legem Aquiliam.

Hic titulus quatuor capitibus continetur: quorum primum eſt, Cuiuſmodi ſit lex Aquilia. Secundum, Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ detur, vel non. Cuius prima pars eſt, Quibus ex cauſis ea actio ex primo capite detur. Secunda; Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ ex primo capite non competat. Tertia, Quibus ex cauſis actio vtilis, ſeu in factum, ex primo capite legis Aquiliæ detur. Quarta, Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ ex tertio capite detur, vel non: Cuius prima particula eſt, Quibus ex cauſis detur: Secunda particula, Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ ex tertio capite non detur. Quinta pars, Quibus ex cauſis actiones vtiles ex tertio capite legis Aquiliæ competant. Tertium caput eſt, Quibus, & in quos, actiones legis Aquiliæ competant, vel non: Cuius prima pars eſt, Quibus competant. Secunda, In quos legis Aquiliæ actio competat, vel non. Quartum caput eſt, Quid veniat in actionem legis Aquiliæ.

CAPVT I.

Cuiuſmodi ſit lex Aquilia.

I. [a] DAMNI iniuriæ actio conſtituitur per legem Aquiliam: cuius primo capite cautum eſt, Vt ſi quis alienam quadrupedem quæ pecudum numero ſit, iniuriâ occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.

II. [b] Pecudum numero ſunt, quæ gregatim paſcūtur, veluti oues, capræ, boues, equi, muli: ſues quoque pecudum appellatione continentur: canis autem inter pecudes non eſt. [c] Et quòd non precisè de quadrupede, ſed de ea tantùm quę pecudum numero eſt, cauetur; eò pertinet, vt neque de feris beſtiis, neque de canibus intelligamus, quæ gregatim propriè paſci non dicuntur.

III. [d] Capite tertio legis Aquiliæ de omni cætero damno cauetur. Itaque ſi quis quadrupedem, quæ pecudum numero eſt, ſiue eam quadrupedem quæ pecudum numero non eſt, veluti canem, aut feram beſtiam vulnerauerit, aut occiderit, hoc capite actio conſtituitur. In cæteris quoque animalibus; item in omnibus rebus quæ anima carent, damnum per iniuriam datum hac parte vindicatur.

a Inſtit. de lege Aquil. in prin. l. 1. D. h. t.

b d. l. § vlt.

c Inſtit. de lege Aq.

d Inſtit. e §. capite.

CAP. II.

Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ detur: vel non.

Prima pars.

Quibus ex cauſis ea actio detur.

IV. [e] NOn ſufficit fuiſſe occiſam pecudem; ſed oportet iniuriâ id eſſe factum. [f] Iniuriam hîc accipere nos oportet, non quemadmodum circa iniuriarum actionem, contumeliam quandam; ſed quod non iure factum eſt, hoc eſt, contra ius; id eſt ſi culpa quis occiderit. Et ideo interdum concurrit & legis Aquiliæ, & iniuriarum actio: ſed duæ erunt æſtimationes; alia damni, alia contumeliæ. Igitur iniuriam hîc damnum accipiemus culpâ datum etiam ab eo qui nocere potuit.

e l.3.D.h.t.

f l. ſed' etſi quencunque. §.1.ibid.

V. [g] Occiſam pecudem accipere debemus ſiue gladio, ſiue etiam fuſte, vel manibus, ſi fortè ſtrangulauit eam, vel calce petit, vel qualitercunque.

g l.qua actione.§.1.ibid.

VI. [h] Si quis plus iuſto oneratus deiecerit onus, & pecudem occiderit, Aquilia locum habet: fuit enim in ipſius arbitrio ita ſe non onerare. Item ſi quis negligentiùs per lubricum tranſierit, & pecudem occiderit.

h l.qua actione §.ſed ſi quis. ibid.

VII. [i] Si quis de ponte aliquam pecudem præcipitauit, ſiue ipſo ictu perierit, aut continuò ſubmerſa eſt, aut laſſata vi fluminis victa perierit; lege Aquilia tenetur: quemadmodum ſi quis pecudem ſaxo illiſiſſet.

i d.l.§.ſed ſi quis ſeruum. ibid.

VIII. [k] Si quis pecudem ægrotam percuſſerit, eáque obierit; Aquilia tenetur: quia aliud alij mortiferum eſſe ſolet.

k d.l.§.ſi quis ſeruum.

IX. [l] Si à iaculantibus pecus occiſa fuerit, Aquiliæ locus eſt. Sed ſi cùm alij in campo iacularentur, pecus per eum locum tranſierit, Aquilia ceſſat. Qui tamen data opera in eam iaculatus eſt, vtique Aquilia tenebitur. Nam & luſus quoque noxius in culpa eſt.

l l.ſi obſtetrix.§.vlt.& l.ſeq. ibid.

X. [m] Equa, cùm in alieno paſceretur, in cogendo, quòd prægnans erat, eiecit. Quærebatur, dominus eius poſſetne cum eo qui coëgiſſet lege Aquilia agere. [n] Reſponſum eſt; quamuis alienum pecus in agro ſuo quis deprehendiſſet, ſic eum expellere debere, quo modo ſi ſuum deprehendiſſet; quando ſi ex ea re damnum cepit, habet proprias actiones. Itaque ſi pecus alienum in agro ſuo deprehenderit; non iure id includit: nec agere illud aliter debet, quàm vt ſuprà diximus, quaſi ſuum: ſed vel abigere debet ſine damno; vel admonere dominum vt ſuum recipiat.

m l.Quintus Mutius.ibid.

n d.l.§.vlt.

XI. [o] Si ex plagis pecus mortuum eſſet: neque id ex medici inſcientia aut domini negligentia factum eſſet; rectè de iniuria occiſo eo agitur.

o l.ſi ex plagis.d.t.

XII. [p] Impetu mularum, quos mulio per imperitiam retinere non potuit; ſi pecus oppreſſum ſit, culpæ reus eſt mulio. Sed & ſi propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cùm alius firmior eas retinere potuiſſet, æquè culpæ tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque qui cùm equo veheretur, impetum eius aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam retinere non potuit.

p §.iniuria.Inſtit.h.t.

XIII. [q] Si plures pecudem percuſſerint; vtrùm omnes quaſi occiderint, teneantur; videamus: & ſi quidem apparet cuius ictu perierit; ille quaſi occiderit, tenetur: quod ſi non apparet, omnes quaſi occiderint, tenentur.

q l.item Mela.§.ſed ſi plures.D.h.t.

XIV. [r] Si alius mortifero vulnere pecudem percuſſerit, alius poſtea exanimauerit; prior quidem non tenetur, quaſi occiderit; ſed qua ſi vulnerauerit: quia ex alio vulnere periit; poſterior tenetur, quia occidit.

r d.l.§.Celſus.

XV. [ſ] Si plures vulnerauerint mortiferè, tenentur de occiſo: [t] puta, vulneraſti Bucephalum equum mortiferè: eundem poſtea, & Mæuius vulnerauit, ita vt mortem accelerarec; in te & Mæuium de occiſo actio eſt. [u] Si tamen Mæuius eum equum quem tu mortiferè cæcideras, ita opprimit, vt ex continenti exanimet; tu de vulnerato tantùm teneris.

ſ Petrus Coſtalius in l.ita vulneratus. D.h.t.

t d.l. & ita duo reſponſa mirabiliter pugnantia conciliari poſſe putat ex ſententia Zaſy in intellectibus ſingularibus, in d.l. itē Mela.

u d.§.Celſus. Cui reſimile eſt quod dicitur. in l. Huic ſcripturæ §ſi ſeruus. D. h.t.de eo qui à Titio mortiferè vulneratus, ruina, vel qua alia vi ſine facto hominis oppreſſus eſt. Quia enim certum nō eſt ex ictu Titij periſſe, Titius de vulnerato tantùm tenetur.

XVI. [x] In obſcuris, cùm quæritur, an pecus quod mortuum eſt, ex vulnere perierit; credimus ex vulnere mortuum eſſe, cùm illico mortuum eſt. [z] Sin autem longo poſt interuallo, contrà eſt: vt in eo qui octo mentibus poſt acceptum vulnus deceſſit, reſcriptum eſt. [a] Quanquam hoc vniuerſum in arbitratu iudicis eſt, [b] qui rem conſulto medico explicabit.

x Petrus itē Coſtalius in l. qui occidit. D.h.t.

z c.2.de delict. puer.

a Panorm. in d.c.2.

b l.Nec ſemel. C. de re milit. lib. 12. l.1.D.de vētr. inſpic.

XVII. [c] Si plures trabem deiecerint, & pecudem oppreſſerant, omnes lege Aquilia tenentur.

c d. l.item Mela.§.ſi plures.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ ex primo capite non competat.

XVIII. [d] IS quidem hac lege non tenetur qui caſu occidit.

d §.iniuria.inſtit.h.t.

XIX. [e] Si metu quis mortis pecudem occiderit, non dubitatur quin lege Aquilia non teneatur.

e l.3.§.& ſi quemcunque. D.h.t.

Tertia pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis actio vtilis, ſeu in factum, ex primo capite legis Aquiliæ detur.

XX.* PLacuit ita demum directá ex hac lege actionem eſſe, ſi quis præcipuè corpore ſuo damnum dederit: ideóque in eum qui alio modo damnum dederit, vtiles actiones dari ſolent: veluti ſi quis pecus ita incluſerit, vt fame necaretur; aut iumentum ita vehementer egerit vt rumperetur; aut pecus in tantum exagitauerit, vt præcipitaretur.

* §.vlt.inſtit.h.t.

XXI. [f] Quoties deficit actio directa ex verbis legis Aquiliæ, toties vtilis ex benigna legis interpretatione datur.

f Vemſbecius.h.t.

XXII.gMultum

XXII. [g] Multùm intereſt, vtrùm quis occiderit, an mortis cauſam prꝑſtiterit. Nam qui mortis cauſam prꝑſtitit; non Aquilia, ſed in factum actione tenetur.

g l. hac actione. §. Celſus. D. h.t.

XXIII. [h] Is qui venenum pro medicamento dedit; cauſam mortis præſtitit: quemadmodum is qui furenti gladium porrexit; nec hic lege Aquilia tenetur, ſed in factum.

h d. §.

XXIV. [i] Si alius pecudem tenuit, alius interemit; is qui tenuit, quaſi mortis cauſam præſtitit; in factum actione tenetur.

i l. item Mela. §. 1. d. t.

CAP. III.

Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ ex tertio capite detur: vel non.

Prima pars.

Quibus ex cauſis detur.

XXV. [k] SVtor puero diſcenti ingenuo filiofamiliâs parum bene facienti quod demonſtrauerat, forma calcei ceruicem percuſſit vt oculus puero perfoderetur; iniuriarum actio quidem non competit; quia non faciendæ iniuriæ causâ percuſſit: ſed monendi & docendi causâ: an ex locato, dubitatum eſt: quia leuis duntaxat caſtigatio conceſſa eſt docenti. Sed lege Aquilia poſſe agi, non dubitatur: Præceptoris enim nimia ſæuitia culpæ imputatur. Qua actione pater conſequetur quod minus ex operis filij ſui propter vitiatum oculum ſit habiturus, & impendia quæ pro eius curatione fecerit.

k l. & ſi quemcunque. §. vlt. & ll. ſeqq. d. t.

XXVI. [l] Si putator, ex arbore ramum cùm deiiceret, vel machinarius hominem prꝑtereuntem vulnerauit; ita tenetur ſi is in publicum decidat, nec is proclamauit, vt caſus eius euitari poſſit. Quin & ſi in priuato id accidiſſet, poſſe de culpa agi placuit: culpam autem eſſe, quòd cùm à diligente prouideri poterat, non eſſet prouiſum; aut tum denuntiatum eſſet, cùm periculum euitari non poſſet. Secundùm quam rationem non multùm referret, per publicum an per priuatum iter fieret; cùm plerunque per priuata loca iter fiat. Quòd ſi nullum iter erit, dolus duntaxat punitur, ne immittat in eum quem viderit tranſeuntem. Nam culpa exigenda ab eo non eſt; cùm diuinare non potuerit, an per eum locum aliquis tranſiturus ſit.

l l. ſi putator. D. h. t.

XXVII. Si facem pecudi meæ obieceris, & eam aduſſeris; teneberis mihi. Item ſi arbuſtum meum, vel villam meam incenderis, Aquiliæ actionem habebo.

l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi . . . d. t.

XXVIII. Si quis inſulā voluerit meam exurere, & ignis etiam ad vicini inſulam peruenerit; Aquilia tenebitur etiam vicino. Non minus etiam inquilinis tenebitur ob res eorum exuſtas.

d. §.

XXIX. Si cùm apes meæ ad tuas aduolaſſent, tu eas exuſſeris; legis Aquiliæ actio competet.

d. l. §. ſi cùm apes.

A XXX. [l] Si quis ꝯdificij mei fores confregerit, aut ſi ipſum ædificium diruit; lege Aquilia tenetur.

l d. l. §. ſi quis ædificij.

XXXI. [m] Si ex plauſtro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit; Aquiliæ actione plauſtrarium teneri placet, ſi malè compoſuit lapides, & ideo lapſi ſunt.

m d. l. §. ſi ex plauſtro.

XXXII. [n] Qui foueas luporum capiendorum causâ faciunt, ſi in itineribus fecerunt,
B eóque aliquid decidit, factúmque deterius eſt; lege Aquilia obligati ſunt. At ſi in aliis locis vbi fieri ſolent, fecerunt; nihil tenentur. Hæc tamen actio ex cauſa danda eſt, id eſt, ſi neque denuntiatum fuerit, neque quis ſcierit, aut prouidere potuerit. Et multa huiuſmodi deprehenduntur, quibus ſummoueretur petitor, ſi periculum euitare potuit: [o] quemadmodum ſi laqueos eò loci poſuiſſes vbi ius ponendi non haberes, & pecus vicini in eos
C incidiſſet.

n l. qui foueas. d. t.

o l. Quemadmodum . . .

XXXIII. [p] Hac actione ex hoc tertio legis Aquiliæ capite de omnibus animalibus læſis, & occiſis agendum eſt: puta, vt de cane: ſed & de apro, & leone, cæteriſque feris, & auibus idem erit dicendum.

p d. l. §. hac actione.

XXXIV. [q] In hac actione quæ ex hoc capitulo oritur, dolus & culpa punitur. Ideóque ſi quis in ſtipulam ſuam, vel ſpinam comburendꝯ eius causâ ignem immiſerit, & vlteriùs
D euagatus & progreſſus ignis alienam ſegetem vel vineam læſerit; requiramus num imperitiâ eius aut negligentiâ id accidit. Nam ſi die ventoſo id fecit, culpæ reus eſt: quia & qui occaſionem præſtat, damnum feciſſe videtur. In eadem cauſa eſt, & qui non obſeruauit ne ignis longiùs procederet. At ſi omnia quæ oportuit obſeruauit, vel ſubita vis venti longiùs ignem produxit, caret culpa.

q l. qui occidit. §. in hac actione. d. t.

XXXV. [r] In lege Aquilia & leuiſſima cul-
E pa venit.

r l. in lege. ibid.

XXXVI. [ſ] Imperitia affinis culpꝯ eſt, & pro culpa etiam habetur.

ſ l. Imperitia. D. de reg. iur. l. ſi quis fundum. §. Celſus. & §. ſi quis vitulos. D. de dona. l. tutor quoque. §. vlt. D. de ſuſp. tuto. l. qua actione. D. h. t.

XXXVII. [t] Si quis teſtamentum deleuerit, damni iniuriæ actio teſtatori non competet teſtatori: quia quod intereſt eius, æſtimari non poteſt. Veruntamen in hærede & legatariis diuerſum; quibus teſtamenta penè chirographa ſunt.

t l. ſi quis teſtamentū. ibi.

XXXVIII. [u] Qui tabulas teſtamenti de-
F poſitas, aut alicuius rei inſtrumentum ita deleuit vt legi non poſſit; depoſiti actione; & ad exhibendum tenetur. Quòd ſi corruptam rē reſtituerit, aut exhibuerit, legis quoque Aquiliæ actio ex eadem cauſa competit. Corrupiſſe enim tabulas rectè dicitur, qui eas interleuerit.

u l. qui tabulas. ibid.

XXXIX. [x] Si quid vſtum, aut ruptum, aut fractum fuerit, actio ex hoc capite conſtituitur; quanquam poterat ſola rupti appellatio
G in omnes iſtas cauſas ſufficere. Ruptum enim intelligitur quod quoquo modo corruptum eſt. Vnde non ſolùm fracta, aut vſta; ſed etiā ſciſſa & colliſa, & effuſa, & quoquo modo perempta, aut deteriora facta, hoc verbo cōtinentur. Denique reſponſum eſt; ſi quis in alienum vinum, aut oleum id miſcuerit, quo

x l. vlt. §. capite. ibid.

naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur; ex hac parte legis Aquiliæ eum teneri.

a *l. quemadmodum. §. ſi nauis ibid.*

XL. [a] Si nauis tua impacta in meam ſcapham damnum mihi dedit; ſi in poteſtate nautarum fuit ne id accideret, & culpa eorum factum ſit; lege Aquilia cum nautis agendum.

* *l. qua actione §. vlt. & l. ſeq. ibid.*

XLI. * Si quis equum imperitè ſecuerit; vel ex locato, vel ex lege Aquilia competit actio. Idem iuris ſi medicamento perperam vſus fuerit. Sed & qui tantùm ſecuerit, & dereliquit curationem, ſecurus non erit, ſi culpę reus intelligitur.

b *l. idem iuris. ibid. l. 132. D. de reg. iur. l. 9. D. loca.*

XLI. [b] Mulionem quoque, ſi per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit: & eæ damnum dederunt, vulgò dicitur culpę nomine teneri. Idem dicitor & ſi propter infirmitatem ſuſtinere impetum mularum non potuerit. Nec videtur iniquum ſi infirmitas culpę annumeretur: cùm affectare quis non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem ſuam alij periculoſam futuram. Idem iuris eſt in perſona eius qui impetum equi quo vehebatur, propter imperitiam vel infirmitatem retinere non poterit.

c *l. quemadmodum §. 1. D. h. t.*

XLII. [c] Si protectum meum, quod ſupra domum tuam nullo iure reſcidiſti; poſſe me tecum damni iniuriæ agere, placuit. Debuiſti enim mecum, ius mihi non eſſe protectum habere, agere. Nec eſſe æquum damnum me pati reſciſſis à te meis tignis. Aliud eſt dicendum, ſi is per cuius domum traiectus erat aquæductus citra ſeruitutem, eum intercidit, iure ſuo vſus: & meritò; quòd hic in ſuo protexit: ille in alieno fecit.

d *d. l. §. magiſtratus.*

XLIII. [d] Magiſtratus municipales, ſi damnum iniuriâ dederint, poſſunt Aquilia teneri. Si quid tamen magiſtratus aduerſus reſiſtentem violentiùs fecerit, non tenetur Aquilia.

Secunda pars capitis tertij.

Quibus ex cauſis actio legis Aquiliæ ex tertio capite non competat.

e *l. ſed etſi quemcunque. D. h. t.*

XLVI. [e] SI metu quis mortis pecudem occiderit, nō dubitabitur quin Aquilia non teneatur.

f *l. ſi ex plagis. §. 1. ibid.*

XLVII. [f] Tabernarius lucernam in ſemita noctu ſupra lapidem poſuerat; quidam præteriens eam ſuſtulerat: Tabernarius eum conſecutus lucernam repoſcebat; & fugientem retinebat. Ille flagello quod in manu habebat, in quo * dolo inerat verberare tabernarium cœperat vt ſe mitteret. Ex eo, maiore rixa facta, tabernarius ei qui lucernam ſuſtulerat, oculū effoderat: conſulebatur num damnum iniuriâ non videretur dediſſe, quando prior flagello percuſſus eſſet. Reſponſum eſt; niſi data opera effodiſſet oculum, non videri damnum iniuriâ feciſſe: culpam enim penes eum qui prior flagello percuſſit, recidere. Sed ſi ab eo non prior vapulaſſet: ſed cùm ei lucernam eripere vellet, rixatus eſſet; tabernarij culpâ factum videri.

* *dolo, flagellum eſt intra cuius virgam latet pugio.*

g *l. Scientiā § qui cùm aliter, D. h. t.*

XLVIII. [g] Qui cùm aliter tueri ſe non poſſunt, culpam dederunt, innoxij ſunt. Vim enim vi defendere omnes leges, omniáque iura permittunt. Sed ſi defendendi mei cauſâ lapidem in aduerſarium miſero; ſed non eum, ſed prætereuntem percuſſero; tenebor lege Aquilia. Illum enim ſolùm qui vim infert ferire conceditur: & hoc, ſi tuendi duntaxat non vlciſcendi cauſa factum ſit.

h *l. ſi quis fumo §. vlt. ibid.*

XLIX. [h] Quod dicitur, damnum iniuriâ datum Aquilia perſequi; ſic erit, vt videatur damnum iniuria datum, quòd cum damno iniuriam attulerit, niſi magna vi cogente id fuerit factum: vt ſcriptum eſt circa eum qui incendij arcendi gratiâ vicinas ædes intercidit, ceſſare legis Aquilię actionem: iuſto enim metu ductum, qui ne ad ſe ignis perueniret, vicinas ædes intercidit; & ſiue peruenit ignis, ſiue extinctus eſt.

i *l. Quemadmodum. §. ſi Labeo. ibid.*

L. [i] Si cùm vi ventorum nauis impulſa eſſet in funes anchorarum alterius, nautæ funes præcidiſſent; ſi nullo alio modo niſi præſciſſis funibus explicare ſe potuit, nulla actio danda eſt.

k *d. §.*

LI. [k] Idem & circa retia piſcatorum in quæ nauis inciderit, ſtatui debere reſponſum eſt. Planè ſi id culpa nautarum factum ſit, lege Aquilia agendum. Sed vbi damni iniuriâ agitur, ob retia, non piſcium, qui ideo capti non ſunt, fiet æſtimatio: cùm incertum fuerit an caperentur: idémque in venatoribus & aucupibus probandum.

l *d. §.*

LII. [l] Si nauis alteram contra ſe venientem obruiſſet; aut in gubernatorem, aut in ductorem competit actio damni iniuriæ. Sed ſi tanta vis naui facta ſit, quæ temperari non potuit; nulla in dominum danda actio. Si autem culpa nautarum factum ſit, Aquilia ſufficit.

m *l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione.*

LIII. [m] Si in colluctatione, vel in pancratio vel pugiles, dum inter ſe exercentur, alius alium occiderit: ſi quidem in publico certamine ceſſat Aquilia, quia gloriæ cauſâ, & virtutis, non iniuriæ gratiâ videtur damnum datum. Planè, ſi cedentem vulnerauerit; erit Aquiliæ locus.

n *l. ſi ex plagis. §. vlt. ibi.*

LIV. [n] Cùm pila complures luderent, quidam ex his colluſorem cùm pilam percipere conaretur, impulit: colluſor cecidit, & crus fregit. Quærebatur an Aquilia agi poſſet. Reſponſum eſt, non poſſe: cùm caſu magis quàm culpa videretur factum.

o *l. Quēadmodum § magiſtratus. ibid.*

LV. [o] Si quid magiſtratus aduerſus reſiſtentes fecerit, non tenetur Aquilia. Et quod officio poſtulante magiſtratus damnum dát, extra noxam eſt.

p *l. ſed & ſi quemcunque. §. & ideo. ibi.*

LVI. [p] Si furioſus damnum dederit; legis Aquiliæ actio non eſt. Quæ enim culpa ſit, cùm ſuæ mentis non ſit? Sed & ſi infans damnum dederit, idem erit dicendum.

q *Io. Coſtal ad d. l. quēadmodum. §. ſi protectum*

LVII. [q] Arborum ramos in meo pendentes tollere propria authoritate poſſum poſt

denontiationem

A denuntiationem domino arboris factam vt eos tolleret.

LVIII. [r] Si is per cuius domum traiectus erat aquæductus citra ſeruitutem, iure ſuo vſus ſit; ceſſat Aquilia, vt & ſupra relatum eſt.

LIX. [ſ] Quod in meo poſitum & ædificatũ eſt, licet mihi iudice non adito tollere,[t] ſi ego in poſſeſſione ſim. [u] Si non poſſideo, rem meam, nec quod in eo poſitum eſt, propria authoritate diruam, ſed iudice opus erit. [x] Nam nec rei meæ poſſeſſionem propria authoritate poſſum auferre. B

LX. [z] Si ſocius ædificat in communi ſolo, non poſſum meo iure tollere: ſed actione opus eſt. At ſi in proprio meo; vel actione vtar, vel opus perdam & deſtruam.

LXI. [a] Cùm fructuarius in ſulo in quo vſumfructum habet, ædificat; ius eſt domino propria authoritate deſtruendi. [b] Contrà eſt, ſi emphyteuta, vel qui clientelarem fundum poſſidet, ædificarent. Nam hi meliorem fundum efficere debent. C

LXII. [c] Is qui ius, dominium, præfecturam Eccleſiaſticam, vſumfructum habet; quandiu poſſidet, poteſt propria authoritate reſiſtentes & ius impedientes coercere: & oſtia effringere, & ſimilia facere, ſine quibus non poteſt vſu rei perfrui.

LXIII. [d] Si calicem diatretum faciendum dediſti, ſi quidem imperitia fregit, dãni iniuria tenebitur. Si verò non imperitia fregit: ſed rimas habebat vitioſas, poteſt eſſe excuſatus. Et ideo plerunque artifices conuenire ſolent, cùm eiuſmodi materiæ dantur, non periculo ſuo ſe facere: quæ res ex locato tollit actionem, & Aquiliam. D

LXIV. [e] Si quis oliuam tuam immaturam decerpſerit, vel ſegetem deſecuerit immaturã, vel vuas crudas; Aquilia tenebitur. Quòd ſi iam maturas; ceſſat Aquilia. Nulla enim iniuria eſt, cùm tibi etiam impenſas donauerit quæ in collectionem eiuſmodi fructuum impenduntur: ſed ſi collecta hæc interceperit; furti tenetur. E

LXV. [f] Cum plures in rixa ſe mutuo vulnerant; nec conſtat vter prouocauerit, delicta ſolent mutua compenſatione tolli.

LXVI. [g] Qui inuenit pecus alienum in agro ſuo, iure illud non includit, nec retinet: ſed pro damno accepto propria actione experietur. [h] Si tamen ignoret cuius ſit animal, hactenus retinebit quoad certior ſit factus. F

LXVII. [i] At res inanimas quæ alienæ in fundum meum fluminis vi, aut ventorum delatæ ſunt, rectè retineo, quouſque dominus damnum mihi reſarciat: [k] ſicuti dicimus rem retineri pro expenſis in eam factis.

Tertia pars d. capitis tertij.

G

r d. l. quemadmod. §. 1.

ſ Io. Coſtal. præd. loco.

t d. §. 1. & l. 1. § nunciatio. D. de oper. no. nunt. l. ſi in area, ibi. cum ami. vbi Bal. D. de condict. ind.

u l. De pupillo. § meminiſſe D. d. t. de oper. no. nunt.

x l. Extat. D. quod met. cauſa. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.

z l. ſed ſi inter me. D. de ſeru. vrb. præd.

a arg. l. Vſufructuarius. 1 & 2. D. de vſufr.

b l. 1. C. de iure emphy. Alex. in l. 1. §. nuntiatio. D. de oper. no. nunt.

c Io. Coſtal. in l. quemadmodum. § ſi protectum. c. 1. de imm. Eccl. vbi Innoc. & Panorm.

d d. l. ſi ſeruus ſeruum. § ſi calicem, Tritũ & diatretum Græcè, ſcabile, pertuſum, tornabile ac torno factũ διὰ τὸ τετρῆσθαι ἢ διατρητόν: ſunt igitur calices diatreti cælati & tornatiles qui tornomata dicuntur.

e d. l. ſi ſeruum ſeruum. § ſi olmas.

f Vt ſimbo. cons h. t. l. ſcientiam. §. cum ſtramenta. D. ad leg. Aquil. Glo. in l. 1. §. cum arietes. D. ſi quadrupaup fec. vbi Bart. & alij DD. latè Tiraquellus in tract. de pæn. cauſ 56.

g Io. Coſtal in l. quamuis. D. h. t.

h arg. l. capite quinto. D. ad leg. Iul. de adult. Bald. in l. 2. Cod. de ſeru. fugit.

i Coſtal in d. l. hoc amplius. §. 1. & ibi Bart. & Alex. D. de dam. inf. Panorm. in c. ſi laſerit. 2. de iniur. & dam. da.

k l. in rebus. § poſſunt. D. Comm.

Quibus ex cauſis actiones vtiles ex tertio capite legis Aquiliæ competant.

LXVIII. [l] Quoties deficit actio ex verbis legis directa, toties ex benigna interpretatione vtilis à Prætore datur.

LXIX. [m] Si quis alterius impulſu damnum dederit; neque is qui impulit, tenetur; quia non occidit: neque is qui impulſus eſt; quia damnum iniuria non dedit. Secundùm quod in factum actio erit danda in eum qui impulit. B

LXX. [n] Cum eo qui canem irritauit, & effecit vt aliquem morderet; ſi eum tenuit, Aquilia tenetur: ſi non tenuit, in factum agendum.

LXXI. [o] Boues alienos in anguſtum locũ coegiſti; eóque factum eſt vt deiicerentur: datur in te ad exemplum legis Aquiliæ in factum actio. C

LXXII. [p] Si fornicarius ſeruus coloni ad fornacem obdormiſſet, & vicini villa fuerit exuſta; dicendum ex locato conuentum præſtare debere, ſi negligens in eligendis miniſtris fuit. Cæterùm ſi alius ignem ſubiecerit fornaci, alius negligenter cuſtodierit, an tenebitur qui ſubiecerit? Nam qui cuſtodiit, nihil fecit: qui rectè ignem ſubiecit, non peccauit. Quid ergo eſt? Vtilis competet actio tã in eum qui ad fornacem obdormiuit: quàm in eum qui neglĩgẽter cuſtodiit. Nec quiſquam dixerit, eum qui obdormiuit, humanam rem & naturalem paſſum, cùm deberet vel ignem extinguere; vel ita munire ne euagaretur. D

LXXIII. [q] Si furnum ſecundùm parietem communem haberes; damni iniuria agi non poteſt, quia nec eum, eo qui focum haberet. Et ideò æquius videtur in factum actionem dandam, ſcilicet ſi paries exuſtus ſit. Si autem damnum nondum mihi dederis; ſed ita ignem habeas ne mihi damnum des; damni infecti ſufficiet cautio. E

LXXIV. [r] Si funem quis, quo religata nauis erat, præciderit; de naue quæ periit in factum agendum.

LXXV. [ſ] Si quis alienum vinum, vel frumentum conſumpſerit, non videtur damnum iniuriâ dare: ideóque vtilis danda eſt actio. F

LXXVI. [t] Si quis tabulas teſtamenti apud ſe depoſitas deleuerit, vel pluribus præſentibus legerit: vtilius eſt in factum, & iniuriarũ agi, ſi iniuriæ faciendæ cauſâ ſecreta iudiciorum publicarit.

LXXVII. [u] Si quis fumo facto apes alienas fugauerit, vel etiam necauerit, magis cauſam mortis præſtitiſſe videtur quàm occidiſſe. Et ideo in factum actione tenebitur. G

LXXVIII. [x] Liber homo ſuo nomine vtilem habet actionem, directam non habet: quoniam dominus membrorum ſuorum nemo videtur. [z] Et ſi liber homo occidatur, hæredes eius, aut legatarij agere vtiliter po-

l Quoties 22. D. de praſ. verb.

m l. qua ratione. § proinde. D. h. t.

n l. item Mela. §. item cũ eo. ibid.

o l. Boues. d. t.

p l. ſi ſeruus ſeruum. § ſi fornicarium.

q d. l. §. ſi furnum.

r l. quemadmodum. d. t.

ſ d. l. § ſi quis alienum

t l. ſi quis teſtamentũ. d. t.

u l. ſi quis fumo. ibid.

x l. liber homo. ibid.

z l. ſed & ipſe. ibid. l. 1. l. hoc autem & l. ult. d. t.

terunt perinde atque defunctus ob vulnus agere potuiſſet. Quam in actionem impendia in medicos facta, & quicquid lucri interuerſum, aut damnum per vulnus, ac cędem datum eſt, venit. [a] Ipſius autem corporis liberi hominis, ac membrorum æſtimatio; non item.

a d l. vlt. Glo. in l. qua actione. §. vlt. in verb. gloriæ d. t.

LXXIX. [b] Diuerſa ſunt, diuerſæque actiones competunt ſi damnum cum iniuria & contumelia detur, & ſi damnum ſine iniuria dantis detur. In prima ſpecie concurrunt actiones legis Aquiliæ pro damno; & de iniuriis pro contumeliis: duæque fiunt æſtimationes pro damno & contumeliis.

b Petrus Gregorius Syntagmate. h. t. l. ſi cumus. §. deniſque. D. de iniur. Mynſing. obſeru. 23. cent. 1. Spec. de iniur. §. 1. nu. 17. per l. item apud. §. ſi quis ſeruo verberato. D. d. t. de iniur.

CAP. IIII.

Quibus & in quos actiones legis Aquiliæ competant, vel non.

Prima pars.

Quibus competat.

LXXX. [c] SI in ea pecude quam tibi redhibiturus eſſem, damnum iniuriâ datum ſit; placuit legis Aquiliæ actionem mihi competere: méque, cùm cœpero redhibere, tibi reſtituturum.

c l. item Mela. § ſi in ea. D. h. tit.

LXXXI. [d] Hanc actionem hæredi, cæteriſque ſucceſſoribus dari conſtat.

d l. inde Neratius. § hac actio. ibid.

Secunda pars capitis quarti.

In quos legis Aquiliæ actio competat, vel non.

LXXXII. [e] LIber homo, ſi iuſſu alterius damnum iniuria dedit; actio legis Aquiliæ cum eo eſt qui iuſſit, ſi modò ius imperandi habuit. Quòd ſi non habuit; cum eo agendum eſt qui fecit.

e l. liber homo. 2. ibid.

LXXXIII. [f] Quidam boues vendidit ea lege vt daret experiundos. Emptor in experiundo percuſſus ab altero boue cornu eſt. Quærebatur num venditor emptori damnum præſtare deberet. Reſponſum eſt, ſi emptor boues emptos haberet; non debere præſtare: ſed ſi non haberet emptos, tum ſi culpa hominis factum eſſet vt à boue feriretur, non debere: ſi vitio bouis, debere.

f l. ſi ex plagis. §. quidam ibid.

LXXXIV. [g] Equum tibi commodaui: in eo cùm tu equitares, & vnà cùm plures equitarent, vnus ex his irruit in equum, téque deiecit: & eo caſu crura equi fracta ſunt; tecum nulla actio eſt; ſed ſi equitis culpa factum eſſet; cum equite ſanè, non cum equi domino agi poteſt.

g l. boues. ibid.

LXXXV. [h] Iure ciuili Romano, in hęredem vel cæteros ſucceſſores hęc actio non dabitur, cùm ſit pœnalis, niſi fortè ex damno locupletiores facti ſunt.

h l. inde Neratius. §. hanc actionem. ibid.

CAP. V.

Quid veniat in actionem legis Aquiliæ.

LXXXVI. [i] LEge Aquilia, [i] vt & ſuprà relatum eſt, capite primo cauetur vt qui quadrupedem vel pecudem alienam iniuriâ occiderit, quanti in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas eſto.

i l. 1. D. h. t.

LXXXVII. [k] Annus autem retrorſus computatur ex quo pecus occiſa eſt. Quòd ſi mortiferè fuerit vulnerata, & poſtea poſt longum tempus mortua ſit, inde annũ numerabimus ex quo vulnerata eſt.

k l. ait lex. ibid.

LXXXVIII. Sed vtrum corpus eius ſolùm æſtimatur quanti fuerit cùm occideretur: an potiùs quanti interfuit non eſſe occiſum? Et hoc iure vtimur vt eius quod intereſt fiat æſtimatio. Proinde ſi equum occidiſti quem ſub pœna tradendum promiſi, vtilitas venit in hoc iudicium.

l d. l. §. vlt. & l. ſeq. ibid.

LXXXIX. [m] Item cauſæ corporis cohærentes æſtimantur, ſi quis ex quadriga aut ex pari mularum vnum aut vnam occiderit; non ſolùm perempti pecoris æſtimatio facienda eſt, ſed & eius ratio haberi debet quo cætera depretiata ſunt.

m l. Proinde. ibid.

XC. [n] Si equum meum occidiſti, non affectiones æſtimandæ ſunt: ſed quanti omnibus valeret: Pretia enim rerum nõ ex affectione, nec vtilitate ſingulorum, ſed cõmuniter metimur. Et lege Aquilia damnum conſequimur, & amiſiſſe dicemur, quod aut conſequi potuimus, aut erogare cogimur.

n l. illud. ibid.

XCI. [o] His verbis [quanti quadrupes eo anno plurimi fuerit] illa ſententia exprimitur, vt ſi quis equum tuum qui hodie claudus, aut mancus, aut cæcus erit, occiderit; non tanti teneatur, quãti hodie erit, ſed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum eſt pœnalem eſſe huius legis actionem: quia non ſolùm tanti quiſque obligatur quantũ damni dederit; ſed aliquando longè pluris: ideóque conſtat in heredem eam actionem non tranſire, quæ tranſitura fuiſſet, ſi vltra damnum lis nunquam æſtimaretur.

o §. his verbis. Inſtit. h. t.

XCII. [p] Hæc actio aduerſus confitentem competit in ſimplum; aduerſus negantem in duplum.

p l. inde Neratius. §. actio. D. eo. t.

XCIII. [q] Notandum quòd in hac actione quæ aduerſus confitentem datur, iudex non rei iudicãdæ, ſed * æſtimandæ datur: nam nullæ ſunt partes iudicandi in confitentes. Puta enim quòd qui conuenitur fateatur ſe occidiſſe, & paratus ſit æſtimationem ſoluere; & aduerſarius magni litem æſtimat.

q l. Proinde §. vlt. & l. ſeq. ibid.

* quanti ſe damnũ quod ſe dediſſe confeſſus eſt.

XCIV. [r] Noſtris moribus vix eſt vt vltra damnum lis æſtimetur, & in duplum fiat cõdemnatio in negantem.

TIT. II.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

Hic titulus quinque capitibus comprehenditur: quorum primum eſt, Cuiuſmodi ſit actio quæ de pauperie cõpetit. Secundum, Quibus ex cauſis & contra quos actio de pauperie datur, vel non. Cuius prima pars eſt, Quibus ex cauſis ea actio detur. Secunda, Quibus ex cauſis ea actio non

detur.

detur. Tertia pars, Quibus ex cauſis vtilis actio de pauperie detur. Tertium caput eſt, Quibus, & in quos actio de pauperie competat, vel non. Cuius prima pars eſt, Quibus competat. Secunda, In quos actio de pauperie competat. Quartum caput eſt, Quibus ex cauſis actio de pauperie non ſit noxalis, aut ea in ſolidum detur, aut alia actio competat. Quintum, De damno à feris beſtiis date.

CAP. I.

Cuiuſmodi ſit actio quæ ex hac cauſa competit.

I. [a] ANimalium nomine, quæ ratiooe carent, ſi quæ laſciuia, aut pauore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege XII. tab. prodita eſt. Quæ animalia ſi noxæ dedantur, proficiunt ad liberationem. [b] Lex enim voluit aut dari quod nocuit, id eſt animal quod noxiam commiſit; aut æſtimationem noxæ offerre: [c] léxque ita ſcripta eſt, vt puta, [Si equus calcitroſus calce percuſſerit: aut bos cornu petere ſolitus cornu petierit] [d] vſurpatum enim eſt vt res noſtræ non vltra nos onerare ſoleant, quàm valeant. [e] Noxæ autem dedere eſt animal tradere viuum.

a Inſt. h. t. in prin. — b l. 1. D. h. t. — c Inſtit. d. t. — d d. l. Prætor. § hoc edictum. D. de dam. inf. l. cùm fructuarius. — e d. l. 1. § cum etiam.

II. [f] Hæc actio in iis quæ contra naturam mouentur locum habet.

III. [g] Pauperies autem eſt damnum ſine iniuria facientis datum. Nec enim poteſt animal iniuriam feciſſe, quod ſenſu caret.

f Inſtit. h. t. in prin. — g d. loco. & d. l. 1.

CAP. II.

Quibus ex cauſis actio de pauperie detur, vel non.

Prima pars.

Quibus ex cauſis detur.

IV. * HÆc actio locum habet cùm commota feritate nocuit quadrupes: puta ſi equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus petierit, aut mula propter nimiam ferociam.

** l. 1. § 1. D. h. t.*

V. * Siue autem corpore ſuo pauperiē quadrupes dedit, ſiue per aliam rem quam tetigit quadrupes; hæc actio locum habebit: vt puta ſi plauſtro bos obtriuit aliquem, vel aliqua re deiecta.

** d. l. § ſiue autem.*

VI. [h] Ex hac lege iam non dubitatur etiam liberarum perſonarum nomine agi poſſe: fortè ſi patremfamiliàs, vel filiumfamiliàs vulnerauerit quadrupes; ſcilicet vt non deformitatis ratio habeatur, cùm liberum corpus æſtimationem non recipiat; ſed impenſarum in curationem factarum, & operarum amiſſarum: quáſque amiſſurus quis eſſet inutilis factus.

h Lex hac lege d. l.

VII. [i] Agaſo cùm in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit: mula calcem reiecit: & crus agaſoni fregit. Conſulebatur; poſſétne cum domino mulæ agi quòd ea pauperiem feciſſet. Reſponſum eſt poſſe.

i l. vlt. ibid.

VIII. [k] Si cùm equum permulſiſſet quis, vel palpatus eſt, calce eum percuſſit, erit actioni locus.

k d. l. 1. § & generalis.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis hæc actio non competat.

IX. [l] HÆc actio in his animalibus quæ contrà mouentur, locum habet: Vt pota ſi equus calcitroſus calce percuſſerit: aut bos cornu petere ſolitus petierit: vt & ſuprà relatum eſt. Cæterùm ſi genitalis ſit feritas; ceſſat hæc actio.

l Inſt. § 1. h. t.

X. [m] Si quis aliquem euitans magiſtratum in tabernam proximam ſe immiſiſſet; ibìque à cane læſus eſſet, non poſſe agi canis nomine traditum eſt. At ſi ſolutus fuiſſet, contrà.

m l. 2. § vlt. d. t.

XI. [n] Si arietes commiſerint, nec apparet vter prior prouocauit; neuter de pœna appellatur. [o] Nam & mutua delicta compenſatione abolentur.

XII. [p] Si ante litem conteſtatam deceſſerit animal, extincta erit actio.

n Petr. Colla. lius ad d. l. 1. l. ſcientiam. § cùm ſtramenta. D. ad leg. Aquil. — o l. vna & l. cùm mulier. D. Sol matr. — p l. 1 § & cum etiam D. h. t.

Tertia pars capitis ſecundi.

Quibus ex cauſis vtilis actio de pauperie detur.

XIII. [q] SI equos dolore concitatus calce petierit; ceſſat hæc actio: [r] ſed is qui equum percuſſit, aut vulnerauit, in factum magis quàm lege Aquilia tenetur: vtique ideò quia non ipſe ſuo corpore damnum dedit.

q d. l. 1. § & generaliter D. h. t.

XIIII. [r] Hæc actio competit, etſi non quadrupes, ſed aliud animal pauperiem dedit, veluti bipes animal.

r l. pen. d. t.

CAP. III.

Quibus & in quos actio de pauperie competat.

Prima pars.

Quibus competat.

XV. [ſ] HÆc actio oon ſolùm domino, ſed etiam ei cuius intereſt, competit. veluti ei cui res commodata eſt; item fulloni, quia eò quòd tenentur damnum videntur pati.

XVI. [t] Hanc actionem nemo dubitauerit hæredi dari, cæteríſque ſucceſſoribus.

ſ l. 2. D. h. t. hoc differt ab actione legis Aquiliæ quæ ſoli domino competit l. item Mela. § legis. & § cum eo. D. ad leg. Aquil. — t d. l. 1. § vlt.

Particula ſecunda dicti capitis ſecundi.

In quos actio de pauperie competat.

XVII. SI alia quadrupes aliam concitauit vt damnum daret; eius quæ concitauit nomine agendum erit.

XVIII. [ux] Cùm arietes vel boues commiſiſſent, & alter alterum occidit

ux d. l. 1. § cùm arietes.

diſtingui deber e reſponſum eſt; vt ſi quidem is periiſſet qui aggreſſus erat, ceſſaret actio. Quamobrem eum ſibi aut noxam ſarcire, aut in noxam dedere oportere.

z d.l.§. & cùm etiam.

XIX. [z] Et cùm in quadrupedibus noxa caput ſequitur, aduerſus dominum hæc actio datur, non cuius fuerit quadrupes cui noceret; ſed cuius nunc eſt.

a d.§.

XX. [a] Si commune ſit animal, aduerſus ſingulos erit in ſolidum noxalis actio. [b] Noxales enim actiones diuiſionem non recipiunt.

b l.ſi ſeruus ſeruum, §.1.D. ad leg. Aquil.

XXI. [b] Aduerſus hæredes, cæteróſque ſucceſſores hæc actio competit, non iure ſucceſſionis, ſed eo iure quo domini ſunt.

CAP. IV.

Quibus ex cauſis actio de pauperie non ſit noxalis, ſed in ſolidum detur, aut alia actio competat.

c d.l.1.§.1.

XXII. [c] SI canis cùm duceretur ab aliquo, aſperitate ſua euaſerit, & alicui damnum dederit, ſi contineri firmiùs ab alio potuerit, vel per eum locum deduci non debuit; hæc actio ceſſabit, & tenebitur qui canem tenebat.

d d.l.1.§. interdum.

XXIII. [d] Interdum dominus in hoc non conuenietur vt noxæ dedat: Vt puta, ſi in iure interrogatus an ſua quadrupes eſſet, reſponderit non eſſe ſuam. Nam ſi conſtiterit eſſe eius, in ſolidum condemnabitur.

e d.l.§. ſi poſt litem.

XXIIII. [e] Si poſt litem conteſtatam ab alio ſit animal occiſum: quia domino Legis Aquiliæ actio competit, ratio habebitur, quia dominus noxæ dedendæ facultatem amiſerit. Ergo ex iudicio propoſito litis æſtimationem offeret: niſi paratus fuerit actionem mandare aduerſus eum qui occidit.

f d.l.1.§.1.

XXV. [f] Actio noxalis de paupere locum habet, cùm citra cuiuſquam culpam ſua laſciuia vel feruore, aut feritate animal nocuit. Sed ſi culpa alicuius, vel inſtigatu pauperiem fecit; hac actione ceſſante damni iniuriæ ex lege Aquilia cum eo qui in culpa eſt, agetur.

g d.§.1.

XXVI. [g] Si propter loci iniquitatem, aut propter culpam mulionis, aut ſi plus iuſto onerata quadrupes in aliquem onus euerterit; actio noxalis de pauperie ceſſabit, damnique iniuriæ agetur.

h c.ſi bos & c. vlt. de iniur.

XXVII. [h] Iure Pontificio ſi bos cornu petere ſolitus damnum dederit, tenetur dominus in ſolidum: ſi nulla culpa præceſſerit, liberatur pro noxa animal dando.

i l.qui ſeruum dare § vlt. D. de præſ. verb.
k Paul. IC. lib. 1. Recept. ſent. c.e.1
l Idem Paul. d. cap. & Cuiacius ibid.

XXVIII. [i] Non tantùm de pauperie, ſed de paſtu & de damno dato actio eſt. [k] Et de homine peremto extraordinaria actio competit. [l] Paſtus propriè nec damnum nec pauperies eſt: ideo de eo nominatim cauetur.

CAP. V.

De damno à feris beſtiis dato.

m l.hi enim §. qua vulgo. l. & generaliter. D. de Ædil. edict. §. cæterarum Inſt. h. t. Paul. IC. lib. 1. Recept. ſent. c. 15. l. Ædiles. D. de via publ.

XXIX. [m] EDicto Ædilium curulium cautum eſt, Ne quis canem, verrem, aprum, vrſum, pantheram, leonem, aliúdve quod noceret animal, ſiue ſoluta ea ſunt, ſiue alligata, aut contineri vinculis quominus damnum ferre non poſſint, quà vulgò iter fit, ita habuiſſe velit, vt cuiquam nocere, damnúmve afferre poſſint. Si aduerſus ea factum erit, & liber homo ex ea re perierit, ſolidi ducenti præſtabuntur. Si nocitum libero homini eſſe dicetur, quanti equum bonúmq; iudici videbitur, condemnabitur: cæterarum rerum quantum damnum datum, factúmve ſit, dupli.

n l. vlt. C. de extraord. crim.

XXX. [n] Pro modo admiſſi extraordinem damnandi ſunt, qui feras beſtias circunferunt propter temeritatem & culpam: vt & in circulatores qui ſerpentes circunferunt & proponunt, animaduertitur, ſi cui ob eorum metum damnum datum ſit.

TIT. III.

De his qui deiecerunt vel effuderunt.

Hic titulus quinque capita continet: quorum primum eſt, Cuiuſmodi ſit edictum De his qui deiecerunt vel effuderunt. *Secundum, Quibus ex cauſis actio ex eo edicto detur, vel non. Tertium, Quibus & in quos hæc actio competat: Cuius prima pars eſt, Quibus competat. Secunda, In quos competat. Quartum caput eſt, Quid veniat in hanc actionem. Quintum, De his qui in ſuggrunda protectóve poſitum habent quod nocere alicui poſſit.*

CAP. I.

Cuiuſmodi ſit edictum hac de re.

a l.1.D. h.t.

I. [a] PRætor ait: [De his qui deiecerint vel effuderint; vnde in eum locum quo vulgò iter fiet; vel in quo conſiſtetur, deiectum vel effuſum quid erit, quantum ex ea re damnum datum, factúmve erit; in eum qui ibi habitauerit in duplum iudicium dabo. Si eo ictu homo liber periiſſe dicatur, in eum qui ibi habitauerit in duplum iudicium dabo. Si viuet, nocitúmve ei eſſe dicetur, quantum ob eam rem æquum iudici videbitur, eum cum quo agetur, condemnari tanti iudicium dabo.]

b d.l.1.

II. [b] Summa cum vtilitate id Prætorem edixiſſe nemo eſt qui neget. Publicè enim vtile eſt ſine metu & periculo per itinera commeari.

c §.1. Inſtit. t. de obl. quæ ex quaſi delict. naſc.

III. [c] Is ex cuius cœnaculo, vel proprio ipſius, vel conducto, vel in quo gratis habitat, deiectum, effuſúmve aliquid eſt, ita vt alteri noceret; quaſi ex maleficio obligatus eſſe intelligitur. Ideò autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur; quia plerunque ob alterius culpam tenetur.

IV. [d] Hæc

d Vueſembecius h. t. l. ſi verò. §. cùm autem D. h. t.
e d. l. 1. §. hæc in factum.

IV. d Hæc actio ad exemplum legis Aquiliæ introducta eſt: vt enim ibi, ita & hîc culpa punitur. e Hoc ſolùm differunt, quòd hæc ſine adiectione vlla, id eſt ſemper in duplum damni illati detur. Illa ſimplex eſt; niſi inficiatione creſcat.

CAP. II.

Quibus ex cauſis actio ex hoc edicto detur: vel non.

f d. l. 1. §. 1.

V. f PArui intereſſe debet, vtrum publicus locus ſit an priuatus, dummodò per eum vulgò iter fiat: quia iter facientibus ſuccurritor, non publicis viis. Semper enim ea loca per quæ ſolet iter fieri eandem ſecuritatem debent habere.

g d. §. 1.

VI. g Cæterùm ſi aliquando vulgus in illa via non cummeabat, & tunc deiectum quid vel effuſum, cùm adhuc ſecreta loca eſſent, & modò cœpit commeari; non debet hoc edicto teneri.

h d. l. 1. §. quod cùm.

VII. h Quod cùm ſuſpenderetur decidit; deiectum videtur: ſed & quod ſuſpenſum decidit, pro deiecto haberi magis eſt. Proinde & ſi quid pendens effuſum ſit, quamuis nemo hoc effuderit, edictum tamen locum habere dicendum eſt.

CAP. III.

Quibus & in quos hæc actio competat.

Prima pars.

Quibus competat.

i d. l. 1. §. hæc autem.

VIII. i SCiendum eſt ex pluribus deſiderantibus hanc actionem, quòd liber homo petiiſſe dicatur, ei potiſſimùm dari debere, cuius intereſt: vel qui affinitate, cognationéve defunctum contingit.

k d. §. & l. ſi verò §. hæc autem D. h. t.
l d. l. 1. § hæc autem.

IX. k Quæ actio de eo competit, quòd liber homo petiiſſe dicatur, intra annum duntaxat competit: l ſed ſi libero nocitum ſit, ipſi perpetua erit hæc actio. Nec enim heredibus iure hæreditario competit; quippe quod in corpore libero damni datur, iure hereditario tranſire ad ſucceſſores non debet, quaſi non ſit damnum pecuniarium.

m d. l. ſi verò. §. hæc autem.
n Vueſembecius h. t.

X. m Actio quæ competit de effuſis & deiectis, niſi cùm liber homo periiſſe dicetur; perpetua eſt, & hæredi competit: n quia rem quæ doplo ineſt perſequitur.

Secunda pars.

In quos competat hæc actio.

o d. l. 1. § hæc in factum.
p In hoc differũt hæc actio en lege Aquilia.

XI. o HÆc in factum actio in eum datur qui inhabitat, non in dominum ædium: culpa enim penes eum eſt. p Nec adiicitur culpæ mentio vel inficiationis vt in duplum detur actio, quamuis damni iniuria vtrumque exigat, q vt & ſuprà relatum eſt.

q verſ. 4. h. t.
r d. l. 1. §. habitare. D. h. t.

XII. r Habitare dicimus vel in ſuo, vel in conducto, vel gratuitò. Hoſpes planè non tenebitur: quia non ibi habitat, ſed tantùm hoſpitatur: ſed is tenetur qui hoſpitium dederit. Tantum autem intereſt inter hoſpitatorem & hoſpitem, quantum inter domicilium habentem, & peregrinantem.

ſ d. l. §. vlt.

B XIII. ſ Si plures in eodem cœnaculo habitent, vnde deiectum eſt; in quemuis actio dabitur; cùm ſanè impoſſibile eſt ſcire quis deieciſſet, vel effudiſſet; & quidem in ſolidum. Sed ſi cum vno fuerit actum, cæteri liberantur perceptione, non litis conteſtatione, præſtaturi partem damni ſocietatis iudicio vel vtili actione ei qui ſoluit. Si verò plures diuiſi inter ſe C cœnaculo habitent; actio in eum ſolum dator qui inhabitabat eam partem vnde effuſum eſt.

t l. ſi verò. §. 1. d. t.

XIIII. t Si quis gratuitas habitationes dederit clientibus ſuis; vel amicis ſuis modica hoſpitiola diſtribuerit, eorum nomine tenetur. Sed & ſi quis cœnaculariam exercens, modicum ſibi hoſpitium retinuerit, & reſiduum locauerit pluribus, omnes tenebuntur quaſi in hoc cœnaculo habitantes, vnde deiectum, effuD ſúmve eſſet.

u d. l. §. interdum.
* exedra cella eſt ad colloquendum, aut meridiandum, id eſt meridie dormiendum
* id verbum eſt architectorum. Bud.

XV. u Interdum tamen vt ſine captione actoris fiat, oportebit Prætorem æquitate motum in eum potiùs dare actionem, ex cuius cubiculo * vel exedra deiectum eſt, licèt plures in eodem cœnaculo habitent. Quòd ſi ex * mediano cœnaculi quid deiectum eſt; verius eſt omnes teneri.

x d. l. ſi verò. §. ſi horreárius.

XVI. x Si horreárius aliquid deiecerit, vel effuderit, aut conductor apothecæ, vel qui E in hoc duntaxat conductum locum habebat; vt ibi opus faciat, vel doceat; in factum actioni locus eſt, etiam ſi quis operantium deiecerit, vel effuderit, vel diſcentium.

z d. l. §. cùm autem.

XVII. z Cùm autem hac actione propter hoc quis condemnatus eſt; meritò ei, qui ob hoc quòd hoſpes, vel quis alius de cœnaculo deiecit, in factum actio datur in deiectorem. Planè ſi locauerit deiectori, etiam ex locato habebit actionem.

a §. vlt. I. Tit. de oblig. quæ ex del. naſc.
b Secundùm Græcos interpretes Cliarundas
c l. ſi verò §. hæc autem.

F XVIII. a Si filiusfamiliâs ſeorſum à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectum, effuſúmve fuerit: ſiue quid poſitum ſuſpenſúmve habuerit, cuius caſus periculoſus eſt; in patrem nulla eſt actio; b & cum ipſo filio agendum eſt; ſed condemnato filio in patrem de peculio actio, vt & eo mortuo.

XIX. c Hæc actio de effuſis & deiectis in hæredem non competit, quia eſt pœnalis & popularis.

G

CAP. IV.

Quid veniat in hoc iudicium.

d d. l. 1. § ſi cùm homo. D. h. t.

XX. d CVm liber homo periit, damni æſtimatio non fit in duplum: quia in homine libero nulla corporis æſtimatio fieri poteſt; ſed iure ciuili Romano quin-

quaginta aureorum condemnatio fit.

e l. vlt. d. t. XXI. e Cùm liberi hominis corpus ex eo quod deiectum, effuſúmve quid erit, læſum fuerit, iudex computat mercedes medicis præſtitas, cæteráque impendia quæ in curatione facta ſunt: præterea operarum quibus caruit, aut cariturus eſt ob id quòd inutilis factus eſt.

f d. l. vlt. XXII. f Cicatricum autem aut deformitatis iure ciuili Romano nulla fit æſtimatio: quia liberum corpus nullam recipit æſtimationem. Sed iure ciuili Gallico, quanti bonum & æquum iudici videtur, condemnatio fit ob hominem occiſum aut læſum: habetúrque etiam deformitatis ratio, g quæ homini ingenuo grauior plerunque eſt & triſtior quàm impendia.

g Vesembecius h. t.

CAP. V.

De his qui in ſuggrunda, protectóve poſitum habent quod nocere alicui poſt.

h Inſtit. de obl. quæ ex delict. naſc. §. vlt. ſi verò. §. 1 ra. tor. D. h. t. XXIII. h Iure ciuili Romano, in eum qui ea parte qua vulgò iter fieri ſolet id poſitum aut ſuſpenſum habet; quod poteſt, ſi ceciderit, alicui nocere, pœna decem aureorum conſtituta eſt.

TIT. IV.

De arboribus cædendis.

a l. 1. in princ. D. h. t. I. a Ait Prætor [Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius impendet, ſi per te ſtat quominùs eam adimas, tunc quominus illi eam arborem adimere, ſibique habere liceat, vim fieri veto.] Quod edictum prohibitorium eſt.

II. b Arboris appellatione etiam vites continentur.

b d. l. §. 1. III. c Si arbor ædibus alienis impendeat, vtrum totam arborem iubeat Prætor adimi, an verò id ſolùm quod ſoperexcurrit, quæſitum eſt. Reſponſum, à ſtirpe exſcindendam: & niſi adimat dominus arborem, permitti ei cui arbor officeret, vt ſi vellet, ſucciderer, lignáque tolleret.

c d. §. 1.

d d. l. 1. §. non ſolum. IV. d Non ſolùm domino ædium, ſed etiam ei qui vſumfructum habet competit hoc interdum, quia & ipſius intereſt arborem iſtam non impendere.

V. e Præterea probandum eſt, ſi arbor communibus ædibus impendeat, ſingulos dominos habere hoc interdictum, & quidem in ſolidum.

e d. §.

d. l. §. deinde. VI. f Deinde ait Prætor, [Quæ arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, ſi per te ſtat quominus pedes quindecim à terra eam altiùs coerceas, tunc quominus illi ita coercere, lignáque ſibi habere liceat, vim fieri veto.] Quod verò ait Prætor, & lex XII. tabularum efficere voluit, vt quindecim pedes rami circuncidantur; & hoc idcirco effectum eſt, ne vmbra arboris vicino prædio noceat.

VII. g Differentia duorum capitum interdicti hæc eſt, ſi quidem arbor ædibus impendeat, ſuccidi eam præcipitur: ſi verò agro impendeat, tantùm ad quindecim pedes à terra coerceri. g d. §.

TIT. V.

De ſolutionibus & liberationibus.

Hic titulus duodecim capitibus continetur, Quorum primum eſt, Quid ſit ſolutio aut liberatio. Secundum, Qui poſſunt ſoluere, aut non. Cuius prima pars eſt, Qui poſſunt ſoluere. Secunda, Quæ perſonæ ſoluere non poſſunt. Tertiũ caput eſt, Quibus ſolui poſſit aut nõ poſſit. Cuius prima pars eſt, Quibus ſolui poſſit. Secunda, Quibus ſolui non poſſit. Quartum caput eſt, Qui ſoluere teneantur, aut non. Cuius prima pars, Qui ſoluere teneantur. Secunda pars, Qui non teneantur ſoluere. Quintum caput eſt, Quo modo fieri ſolutio debeat. Sextum, In quam cauſam ſolutio facta à debitore, ex pluribus cauſis cedere debeat. Septimum, Quæ ſolutiones liberationem pariant. Cuius prima pars eſt, Quæ totius debiti liberationem pariant. Secunda, Quæ ſolutiones liberationem pariant pro parte. Tertia, Quæ ſolutiones liberationem non pariant. Quarta, Cuiuſmodi ſolutionibus fideiuſſores liberentur, aut non. Prima particula eiuſdem partis, Cuiuſmodi ſolutionibus fideiuſſores liberentur. Secunda, Cuiuſmodi ſolutionibus fideiuſſores non liberentur. Octauum, Quæ res pro ſolutione habeantur. Nonum, Quibus modis ſolutio probetur. Decimum, Quibus modis creditoribus ſuccurratur ſolutionem debiti ſibi factam confeſſis; vel reddito debitoribus chirographo, vel cancellato. Vndecimum, Quibus ex cauſis res ſoluta condici ſeu repeti poſſunt, vel non. Cuius prima pars eſt, Quibus ex cauſis res ſoluta condici ſeu repeti poſſit. Secunda, Quibus ex cauſis res ſoluta condici ſeu repeti non poſſint. Duodecimum caput eſt, Quibus modis ei qui pro alio ſoluit ſuccurratur, aut non.

CAP. I.

Quid ſit ſolutio aut liberatio.

I. a Solutionis verbo ſatisfactionem omnem accipiendam placet. Soluere dicimus eum qui fecit quod promiſit. a l. Solutionis. 176. D. de verb. ſig.

II. b Liberationis verbum eandem vim habet quam ſolutionis. b l. Liberationis. 46. d. t.

III. c d Tollitur omnis obligatio ſolutione eius quod debetur. c d Inſti. quib. mod. toll. obl.

IV. Satisfactio pro ſolutione eſt.

V. e Solutio eſt naturalis datio. Acceptilatio, nouatio, delegatio, ciuiles ſolutiones ſunt. Propriè autem ſatisfactiones dicuntur. e Iac. Cuiac. in d. t.

CAP. II.

Qui poſſunt ſoluere, aut non.

Prima pars.

Qui poſſunt.

VI. f g Quodlibet debitum ſolutum à procuratore meo non repeto, quoniã f g l quodlibet. 87. D. h. t.

cum quis procuratorem omnium rerum ſuarum conſtituit, id quoque mandare videtur, vt creditoribus ſuis pecuniam ſoluat: neque poſtea expectandum eſt. vt ratum habeat.

VII. [h] Soluere pro ignorante & inuito cuique licet: cùm ſit iure ciuili conſtitutum licere etiam ignorantis, inuitiq; meliorem conditionem facere. [i] Et ſi pro me quis ſoluerit creditori meo, licèt ignorante me, acquiritur mihi pigneratitia actio. Ita ſi quis ſoluerit legatum, debent diſcedere legatarij de poſſeſſione. Alioqui naſcitur hæredi interdictum vt eos deiicere poſſit.

h l. ſoluere 53. l. Solutione. 23. d. t. Inſti. quib. mo. toll. oblig. in princ.
i l. ſi pro me. D. h. t.

VIII. [a] Pupilli debitor, tutore delegante, pecuniam creditori tutoris ſoluit. Liberatio contingit, ſi non malo conſilio cum tutore habito hoc factum eſſe probetur. Sed & interdicto fraudatorio tutoris creditor pupillo tenetur, ſi eum conſilium fraudis participaſſe probetur.

a l. Pupill. 96. D. d. t.

IX. [k] Ante reſtitutam hæreditatem ſolutiones & liberationes factæ ab hærede; ratæ habentur.

k l. ante. 104. d. t.

X. [l] Si fideiuſſor ſoluerit, non ſolus ipſe liberatur; ſed etiam reus.

l Inſtit. d. t. quib. mo. toll. obl.

XI. [m] Reus criminis ſoluere quod debet poteſt; [n] niſi in fraudem fiſci hoc faciat.

m l. Sed nec illud. D. h. t.
n l. Poſt contractum. D. de don.

XII. [o] Quod certa die promiſſum eſt; vel ſtatim dari poteſt. Totum enim medium tempus promiſſori liberum relinqui intelligitur. [p] Hoc ita niſi in gratiam creditoris dies ſit adiectus: tunc enim antequam dies venerit, ſolui non poteſt.

o l. quod certa. 70. D. h. t. l. qui res ſuas. 98 §. mihi. X. in fi. d. t. l. Poſt mortẽ. C. de fideic. l. Stipulatio iſta. 38 §. uter certum. l. qui Romæ 122. D. de verb. obl.
p l. ſi ita. §. Pegaſus D. de leg. 1. l. fideicommiſſ. § Poſtdius. D. de vſur. l. item illa. D. de conſt. pec.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quæ perſonæ ſoluere non poſſunt.

XIII. [q] PVpillum ſine tutoris authoritate ſoluere poſſe palam eſt. Sed ſi dederit nummos, non facit accipientis; vendicarique poterunt. Planè ſi fuerint conſumpti, liberabitur.

q l. quod ſi forte §. vlt. D. h. t.

XIIII. [r] Filiusfamiliàs patre inuito debitorem eius liberare non poteſt: acquirere enim obligationem poteſt; diminuere non poteſt.

r l. filiusfa. d. t. l. 3. §. quod ſi filius. D. quod quiſque iur. l. nec filius. C. de rebus cred. l. ſi filius. C. de pacl.

CAP. III.

Quibus ſolui poſſit aut non poſſit.

Prima pars.

Quibus ſolui poſſit.

XV. [s] INuito creditori rectè ſoluitur.

s l. quod quis. D. de oblig. & act. l. quod in diem 20. D. h. t. l. Acceptam. C. de vſur. l. Obſignatione. C. h. t. l. qui Romæ 122. in pri. D. de verb. obl.

XVI. [t u x] Adiecto in obligatione rectè ſoluitur.

t u x l ſi ſtipulatus fuero 11. l. cùm quis. 28. l. cùm 2. 72. D. h. t.

XVII. Si ſtipulatus fuero [Mihi aut pupillo dare?] promiſſor ſine tutoris authoritate ſoluendo pupillo liberabitur à me.

XVIII. Quæſitum eſt, an ita ſtipulari quis poſſit, [Mihi aut filio meo decem dari?] vel ita [Mihi aut patri?] Sed non incommodè poteſt adhiberi diſtinctio: vt filio quidem ſtipulante patris tunc adiiciatur perſona, cùm ei ſtipulatio acquiri non poſsit: è contrario item nihil prohibeat patre ſtipulante filij perſonam adiici: cùm toties quod pater filio ſtipulatur, ſibi ſtipulari intelligitur, cùm ipſe ſibi ſtipulatus non eſt. Et in propoſito manifeſtum eſt, non obligationis, ſed ſolutionis gratiâ filij perſonam adiectam.

XIX. [z] Aliud eſt iure ſtipulationis, Titio ſolui poſſe; aliud poſtea permiſſu meo id contingere. Nam cui iure ſtipulationis rectè ſoluitur, ei etiam prohibente me rectè ſolui poteſt; [a] quia certam conditionem habuit ſtipulatio quam immutare non poteſt ſtipulator. Cui verò aliâs permiſero ſolui, ei non rectè ſoluitur, ſi priùs quàm ſolueretur denuntiauerim promiſſori ne ei ſolueretur.

z l. Aliud. 106 D. h. t.
a l. Vero. d. t.

XX. [b] Si ita ſtipulatus ſim [Mihi aut Titio dari ſpondes?] & debitor conſtituerit ſe mihi ſoluturum, quamuis mihi actio competat de conſtituta, poteſt adhuc adiecto ſoluere.

b l. ſi ita. 59. ibid.

XXI. [c] Stipulatus ſum X. mihi, aut equum Titio dari, ſi equus datus fuiſſet, promiſſor à me liberabitur: & antequam equus daretur, ego X. petere poteto.

c l. qui hominem § ſtipulatus. ibid.

XXII. [d] Quod ſi ſtipulatus ita ſim [Mihi aut Titio?] Titius nec petere, nec nouare, nec acceptum facere poteſt; tantúmque ei ſolui poteſt.

d l. quod ſtipulatus. ibid.

XXIII. [e] Cum decem mihi aut Titio dari ſtipulatus, quinque accipiam; reliquum promiſſor rectè petet.

e l. cùm decem. 71. ibid.

XXIV. [f] Vero procuratori rectè ſoluitur: Verum autem accipere debemus; eum cui mandatum eſt, * vel ſpecialiter, vel cui omnium negotiorum adminiſtratio permiſſa eſt.

f l. vero. 12. ibi.
* Idem l. bon. ure 86. ibid.

XXV. [g] Si Titium omnibus negotiis meis præpoſuero; deinde vetuero eum ignorantibus debitoribus adminiſtrare negotia mea; debitores ei ſoluendo liberabuntur. Nam qui aliquem ſuis negotiis præponit, intelligitur etiam mandare vt procuratori ſoluat.

g l. qui hominem 34. § ſi Titium. ibid.

XXVI. [h] Etſi non vero procuratori ſoluam, ratum autem habeat dominus quod ſolutum eſt; liberatio contingit. Rati enim habitio mandato comparatur.

h d. l. vero. §. vlt. ibid.

XXIV. * Qui mandat ſolui, ipſe videtur ſoluere: & [i] cùm iuſſu meo id quod mihi debes ſoluis creditori meo; & tu à me, & ego à creditore meo liberor.

* l. qui mandat. 55 ibid.
i l. cùm iuſſu. 64 ibid.

XXV. [k] Ei qui mandatu meo poſt mortem meam ſtipulatus eſt, rectè ſoluitur; quia talis eſt lex obligationis: ideóque ei inuito me rectè ſoluitur: [l] Ei autem cui iuſſi debitorem meum ſoluere, poſt mortem meam non rectè ſoluitur; quia mandatum morte finitur.

k l. vlt.
l l. ſecundum lectionem. Iac. Cuiacy lib. 1. Obſer. cap. 38.

XXVI. [m] Is qui iuſſus eſt à creditore pecuniam Titio ſoluere, quamuis creditor mortuus fuerit; nihilominus rectè ſoluit, ſi modò ignorauerit creditorem mortuum eſſe.

m l. ſi ſeruus. 32. D. h. t.

XXVII. [n] Si debitori meo mandauero vt Titio pecuniam ſolueret, deinde

n l. ſi quis ſeruo. 18. ibid.

Titium vetuero accipere, idque ignorans debitor Titio ſimulanti ſe procuratorem ſoluerit; & debitor liberabitur; & Titius furti actione tenebitur.

o l. quod ſi fortè. 14. §. 1. ibid.

XXVIII. [o] Totoribus etiam honorariis & notitiæ cauſâ datis, qui ad inſtruendos tutores dantur, rectè ſoluitur: nam & ad hos periculum pertinet.

p l. Querolo0. ibid.

XXIX. [p] Si tutores, curatoréſve rerum quæ in diuerſis prouinciis eſſent, conſtituti ſint, ſolui his debet qui res prouinciæ eius vbi pecunia debetur, adminiſtrant.

q d. l. quod ſi forte §. 1.

XXX. [q] Curatori furioſi rectè ſoluitur; item curatori ſibi non ſufficientis vel per ætatem, vel per aliam iuſtam cauſam res ſuas adminiſtrare: ſed & pupilli curatori rectè ſoluitur.

r l. quotiens. 45. d. t.

XXXI. [r] Perſeoeranti tutori in tutelæ adminiſtratione, licèt capitis reo, potuiſſe quod pupillo quod debetur, bona fide exſolui; reſpondit Vlpianus.

ſ l. Debitores 18. ibid.

XXXII. [ſ] Debitores ſoluendo ei qui pro tutore negotia gerit, liberántur, ſi pecunia in rem pupilli peruenit.

t l. in pupillo. 47. ibid.

XXXIII. [t] In pupillo, cui ſine tutoris authoritate ſolutum eſt, ſi quæratur quo tempore ſit locupletior, tempus quo agitur inſpicitur: & vt exceptio doli mali oppoſita ei noceat, tempus quo agitur, ſpectatur. Planè etiam ſi perierit res ante litem conteſtatam, interdum quaſi locupletior factus intelligitur: id eſt, ſi neceſſariam ſibi rem emit, quam neceſſariò de ſuo erat empturus.

u l. Reo. 41. ibid.

XXXIIII. [u] Reo criminis poſtulato interim nihil prohibet pecuniam à debitoribus ſolui: Alioqui plerique innocentium neceſſario ſumptu egebunt. * In reatu enim conſtitutus bona ſua adminiſtrare poteſt, eique debitor rectè bona fide ſoluit.

* l. Aufertur. §. in reatu. D. de iur. fiſc.

x l. filius. 90. D. h. t.

XXXV. [x] Filius qui adminiſtrabat vt hæres bona paterna, pecuniam ex his Sempronio mutuam dedit, & eandem particulatim recepit: deinde ſe abſtinuit, quia minor annis erat, ea hæreditate. Quæſitum eſt; curator bonorum patris conſtitutus an aduerſus Sempronium vtilem actionem habet. Scæuola reſpondit, nihil proponi cur non is qui ſoluiſſet id quod mutuum ita acceperat, liberatus eſſet.

z l. ſi ſtipulatus 81. §. 1. ibid.

XXXVI. [z] Si lancem depoſuerit apud me Titius, & pluribus hæredibus relictis deceſſerit; optimum quidem eſt, ſi iudex aditus iubeat me parti hæredum eam lancem tradere; quo caſu depoſiti reliquis hęredibus nó tenebitur. Sed & ſi ſine iudice, ſine dolo malo hoc fecero, liberabor; aut quod verius eſt, non incidam in obligationem: optimum autem eſt id per magiſtratum facere.

Secunda pars capitis tertij.

Quibus ſolui non poſſit.

a l. Inuito. C. h. t.

XXXVII. [a] Inuito vel ignorante creditore qui ſoluit alij, ſe nó liberat obligatione: quòd ſi hoc vel mandante, vel ratum habente eo, fecerit; non minus liberationem conſequitur, quàm ſi eidem creditori ſoluiſſet.

b l. hoc iure 86. D. eo. t.

XXXVIII. [b] Hoc iure vtimur, vt litis procuratori non rectè ſoluatur. Nam abſurdum eſt cui iudicati actio non datur, ei ante rem iudicatam ſolui poſſe. Si tamen ad hoc datus ſit vt ei ſolui poſſit: ſoluendo ei liberabitur.

c l. cum qui 61. §. qui ſeruum. & l. cum quis 38. §. 1. l. Diſpenſatori. 62. D. h. t.

XXXIX. [c] Si quis mandauerit vt Titio ſoluam, deinde vetuerit eum accipere; ſi ignorans prohibitum eum accipere, ſoluam; liberabor: ſed ſi ſciero, non liberabor.

d l. qui hominem. 34. §. ſi nullo. d. t.

XL. [d] Si nullo mandato intercedente debitor falsò exiſtimauerit voluntate mea ſe pecuniam numerare; non liberabitur: & ideò procuratori qui ſe vltrò alienis negotiis offert, ſoluendo; nemo liberabitur.

e l. cùm quis. 31. ibid.

XLI. [e] Cùm quis ſibi aut Titio dari ſtipulatus ſit, magis eſt vt ita demum rectè Titio ſolui dicendum ſit ſi in eodem ſtatu maneat: cæterùm ſi in exilium ierit, vel aqua & igni ei interdictum ſit, non rectè ei ſolui dicendum. Tacitè enim ineſſe hæc conuentio ſtipulationi videtur, ſi in eadem cauſa maneat.

f l. ſi ſtipulatus ſim. 6 1. ibid.

XLII. [f] Si ſtipulatus ſum mihi aut Titio dari, ſi Titius deceſſerit, hæredi eius ſoluere non poteris.

g l. ſi quis ſtipulatus. 87. ibid.

XLIII. [g] Si mihi aut Titio ſtipulatus fuero dari, deinde petam, ampliùs Titio ſolui non poteſt; quamuis ante litem conteſtatam poſſet.

h l. Pupillo. 15. ibid.

XLIV. [h] Pupillo ſolui ſine tutoris authoritate non poteſt: ſed nec delegare poteſt. Si tamen ſoluerit ei debitor, & nummi ſalui ſint, petentem pupillum doli mali exceptione debitor ſummouebit.

i l. Sermo. 68. l. ſi Stichum. 95. ibid.

XLV. [i] Si alicui fundus legatus ſit; ſi X. dediſſet pupillo, furioſóve; tutori vel curatori vtiliter dependitur. Ipſis autem, id eſt furioſo; vel pupillo nó rectè perſoluitur, ne datio ex illorum imbecillitate pereat. Nec enim hoc egit teſtator, vt quoquo modo eſſet datum, expleta eſſet conditio.

k l. inuito. C. h. tit.

XLVI. [k] Extraneis quibus neque debetur, neque ſolutio permiſſa eſt, non rectè ſoluitur.

l l. Reo criminis. 41. l. quamuis. 45. D. h. t.

XLVII. [l] Reo criminis poſtulato nihil prohibet pecuniam à debitoribus ſolui: alioqui plerique innocentium neceſſario ſumptu egebunt, [m] vt & ſuprà relatum eſt. [n] Sed ſi ſe fuga ſubduxerit, eiúſque bona aonotata ſint, & ſequeſtro commiſſa; contrà eſt: vel ſi quis perduellionis ſit accuſatus, cui bonorum adminiſtratio poſt delatum eius nomen non permittitur.

l. Aufertur §. in reatu. D. de iure fiſ.

m ſuprà verſ. 44.

n l. vlt. C. ad leg. Iul. maieſt. l. Donationes. 31. §. vlt. D. de donat.

* l. Nulla. C. h. t.

XLVIII. * Nulla tibi aduerſus creditorem alienum actio ſupereſt, eò quod ei debitam quantitatem offerens, ius obligationis in te träſferri deſideras, cùm ab eo nomen comparaſſe non ſuggeras.

CAP. IV.

Qui ſoluere teneantur aut non.

Prima pars.

Qui

Qui ſoluere teneantur.

XLIX. [o] QVi in ſacerdotium ſuccedit, veluti Epiſcopus aut Curio, debita prædeceſſoris ſui quæ pro neceſſitate cōtracta ſunt, exſoluere tenetur.[p] vt eius hæres:[q] aliis autem ſolutionibus minimè aſtringitur.

L. [r] Olim debitoribus debitum confitentibus dabatur ſpatium duorum menſium ad ſoluendum:[ſ] hodie quatuor:[t] ac quinquennium tempus interdum bonorum ceſſionis euitandæ cauſa datur;[u] vel aliud à lege definitum,[x][z] vel iudicis arbitrio ſoluēdum habita ratione debiti, facultatum reorum, perſonarum & loci. Regiis conſtitutionibus libello iudici oblato, debitoribus conceditur de damnis quæ ipſis contigerint inſtruere, eique de hac re ex bono & æquo de ea re ſtatuere conceditur.

Secunda pars d. cap. quarti.

Qui non teneantur ſoluere.

LI. [a] IN debitis ex delicto ortis ſucceſſores iure ciuili Romano non tenentur, niſi quatenus ad eos ex delicto peruenit; vel ſi ante mortem defuncti lis cum eo conteſtata fuerit. [b] Sed iure Pontificio & pro delicto defuncti ſucceſſores tenentur.

CAP. V.

Quomodo fieri ſolutio debeat.

LII. [c] ID ſoluendum eſt quod debetur:* nec creditor aliud pro alio recipere cogitur.

LIII. [d] Inuito creditori alio loco quàm quo conuentum eſt non rectè ſoluitur; nec alio tempore niſi citeriore.[e] Tempus enim adiectum gratiâ debitoris videtur.

LIV. [f] Ita ſoluendum ne quo pacto res quæ datur euinci poſſit, ſiue ſpecies ſit promiſſa; [g] vel aliquid in genere. * Idem & ſi pro pecunia res in ſolutum detur.

LV. [h] [Bucephalum aut Pegaſum equos vtrum ego velim dare ſpondes?] Altero mortuo qui viuit ſolus petetur: niſi mora facta ſit in eo mortuo quem petitor elegit. Tunc enim perinde ſolus ille qui deceſſerit petetur, ac ſi ſolus in obligationem deductus fuiſſet. Quòd ſi promiſſoris fuerit electio, defuncto altero qui ſupereſt æquè peti poterit. Enimuerò ſi facto debitoris alter equus ſit mortuus, cùm debitoris eſſet electio: quamuis interim non alius peti poſſit quàm qui ſolui etiam poteſt, ſi fortè longè ſit vilior: quoniam id pro petitore in pœnam promiſſoris conſtitutum eſt: tamen ſi & alter equus poſteà ſine culpa debitoris moriatur, nullo modo ex ſtipulatu agi poterit, cùm illo in tempore quo moriebatur non commiſerit ſtipulationem. Sanè quoniam impunita non debent eſſe delicta, doli actio non immeritò deſiderabitur aliter quàm in perſona fideiuſſoris qui promiſſum equum interfecit: quia tenetur ex ſtipulatu actione fideiuſſor, quemadmodum tenebatur ſi debitor ſine hærede deceſſiſſet.

o Petrus Gregorius Syntagmate. h.t.c.1. de ſolut.
p can. vlt. 12. queſt. 2. can. ecclesiar. 23. queſt. 8. c. quod quibuſdam. de fideiuſſ.
q §. hoc ius. §. & si creditor. 10. queſt. 2. cap. grauis. de depoſ. d. c. quod quibuſdam.
r Petr. Gregorius d. loco. l. debitoribus 31. D. de re iud. & ibid. Glo.
ſ l. 2. C. de vſur. rei iud.
t l. vlt. C. qui bon. ced. poſſ. Nou. cōſtit. 135.
u vt in l. in fraudē. §. fiſcalibus. D. de iur. fiſc.
x z l. debitorib. l. 27. §. ſi ē quis. D. de verb. obl.
a l. vnica. C. ex delic. defunct. in quāt. hered. Item. §. pœnales. Inſtit. de perp. & temp. act. l. ommes actiones. D. de reg. iur. l. in heredē. D. de calum. l. videamus. D. quod met. cauſ.
b c. vlt. de ſepult. c. in literis. de rapt.
c l. 2. §. 1. D. de reb. cred. l. cum is. & l. eū. C. h. t. §. 1.
* Inſt. quib. mo. toll. obl. Guido Papa decis. 358.
d l. 1. l. pen. & tot. t. de eo quod cert. loco. §. loco. Inſtit. de act.
e l. eum qui Calendis 41. §. 1. D. de verb. obl. l. quod in diem. 70. D. h. t. l. quod quis. D. de obl. & act.
f l. qui ſibi. 33. in prin. D. h. t. l. ſi quis aliā 46. d. t. l. quod ſi de in diem addict.
g Idem in l. cum. 17. D. h. t.
* l. in quo alienū 60. l. qui res. 98. l. vē autē. d. t. l. Iulianus. §. vlt. D. mand.
h l. Stichum. 95. D. h. t.

LVI. [*] Debitor non eſt cogendus in aliam formam nummos accipere, ſi ex ea re damnum aliquod paſſurus ſit.

LVII. [i] Si tibi centum aureos liliatos ceu ſolares mutuò dedero, quos mihi intra certū tempus reddas; eodem nummi genere reddere debes,[k] ſiue æſtimatio aureorum creuerit ſiue decreuerit.

LVIII. [l] Sed ſi magiſtratus iuſſu, nummi vſitatum genus quod datū mutuo fuerat ſublatum ſit; in ea ſpecie, quæ eiuſdem æſtimationis ſit; quo id erat quod mutuò datum fuit, ſolui debet.

LIX. [m] Si aurei, æſtimatione eorum pretij facta, mutuò dati ſint; ſolutio eadem æſtimatione fieri debet, ſiue pretium eorum auctum ſit, ſiue imminutum;[o] niſi æſtimatio cauſa demonſtrationis adiecta ſit, veluti ſi tot aureos reddi nominatim creditor fuerit ſtipulatus.

LX. [o] Si nummi æſtimatione eorum factæ eo pretio quo tùm fuêre cum dabantur, mutuò dati ſunt, pretiúmque ſit imminutum; æſtimatio eorum ſolui debet.

LXI. [p] Si pecuniam mutuo datam eodem nummi genere ſolui conuenerit, ac interim per Principem id genus nummi quodam modo adulteratum ſit, ita tamen vt pretij eiuſdē eſſet quo antea fuerat; creditorem veram æſtimationem nummi mutuò dati ſoluere debere placuit.

LXII. [q] Si debitor moram fecerit; tenetur ſoluere ad eam æſtimationem, quæ à tempore moræ plurimi fuit.

LXIII. [r] Cùm fundus venditus iure gentilitio, vel conuentionis redhibetur, pretium ſolui ea æſtimatione debet quo nummi tempore venditionis.

LXIV. [ſ] Inter artifices longa differentia eſt, & ingenij, & naturæ, & doctrinæ, & inſtitutionis. Ideo ſi nauem à ſe fabricandam quis promiſerit, vel inſulam ædificandam, foſſamve faciendam; & hoc ſpecialiter actum eſt vt ſuis operis id perficiat: fideiuſſor ipſe ædificans, non conſentiente ſtipulatore, non liberabit reum.

LXV. *Prout quidque contractum eſt; ita & ſolui debet: vt cùm re contraxerimus, re ſolui debet; veluti, cùm mutuum dedimus, vt retto pecuniæ tantum ſolui debeat: & cùm verbis aliquid contraximus, vel re, vel verbis obligatis ſolui debeat. Verbis; veluti cùm acceptum promiſſori fit: Re, veluti cùm ſoluit quod promiſit. Æquè cùm emptio, vel venditio, vel locatio contracta eſt (quoniam conſenſu nudo contrahi poteſt) etiam diſſenſu contrario diſſolui poteſt.

LXVI. *Eum, à quo mutuam accepiſti pecuniam, in ſolutum nolentem ſuſcipere nomen debitoris tui, compelli iuris ratio non ſi-

* l. Debitorem 99. D. h. tit.
i Guido Papa. Deciſ. 498. ſi. Bart. in l. Paulus reſpondit. D. h. t. arg. quod mutuum eadē ſpecie & bonitate reddi debet. l. 3. D. de reb. cred.
k arg. l. ſecūdum naturā. D. de reg. iur. l. ii quę. D. loca. l. vlt. §. ſed cum in ſecunda. C. de furt. & l. vinum. D. de rebus cred. l. cum certum: & ibi Bart. d. l.
l c. olim. & c. pen. de cenſ. Boerius Deciſ. 327. nu. 10. & 13. Carol. Molinæus de vſur. quæ. 97. nu. 733. & duobus ſeqq.
m l. Aeſtimata cum l. ſeq. D. ſol. matrim. l. cum dotem. C. de iur. dot. Bald. cōſ. 329. Anchar. inc. vlt. de deci. Bart. in l. Paulus. in qu. pen. D. h. t. Io. Papo lib. 10. t. 5. Arreſto 2.
n Boer. d. Deci. 327. nu. 3. 4. 8. 9. 13. Pa. l. ſemper in ſtipulationibus. D. de reg. iur. l. ſi quando. D. de lega. 1. c. ſi Papa. de priuil. in 6.
o d. l. Paulus reſpondit. D. de ſolut. l. cum quid. D. de reb. cred. §. 1. Inſt. quib. mo. re contr. obl.
p Io. Faber. in d. §. 1. Boerius Deciſ. 325. in fi. Bal. in d. l. Paulus D. de ſol. & Conſ. 339. Panor. & alij in c. quanto. & c. olim. de cenſ.
q Bart. in l. cum quid. D. de reb. cred. Boer. Deciſ. 327. nu. 13.
r Bart. in d. l. Paulus. D. de ſol. l. Eleganter. §. qui reprobos. D. de pig. act. Boer. d. Deciſ. nu. 12.
ſ l. inter artifices 32. D. h. t.
* l. Prout. 8. d. t.
* l. Eum à quo. C. h. t.

* Auth. Hoc niſi. ibid.

nit; * niſi debitor in pecunia vel alia re mobili ſoluere nequeat. Tunc enim res immobilis, quam debitor habet meliorem, vendi poteſt, facta per iudicem ſubtili æſtimatione; & rem prædictam debitori ſoluere, & creditori licet perere; & præſtanda creditori cautela de euictione quæ debitori poſſimlis ſit: quod eſt in omni actione. At ſi creditor paratus ſit emptorem rei præſtare, oportet debitorem, cautela iudicis arbitrio creditori præbita, rem tunc diſtrahere vt ſatisfiat creditori.

CAP. VI.

In quam cauſam ſolutio facta à debitore ex pluribus cauſis cedere debeat.

r l. 1. & 2. D. h. t.

LXVII. [r] QVoties quis debitor ex pluribus cauſis vnum debitum ſoluit; eſt in arbitrio ſoluentis dicere quod potiùs debitum voluerit ſolutum: & quod dixerit, id erit ſolutum. Poſſumus enim certam legem dicere ei quod ſoluimus. [u] Quoties verò non dicimus in quod ſolutum ſit; in arbitrio eſt accipientis, cui potiùs debito acceptum ferat: dummodò in id cõſtituat, in quod ipſe, ſi deberet, eſſet ſoluturus; quóque debito ſe exoneraturus eſſet ſi deberet: id eſt, in id debitum quod eſſet ſine controuerſia; [x] haud in illud quod pro alio quis fideiuſſerat, aut cuius dies nondum venerat. [z] Sed conſtituere in re præſenti, hoc eſt, ſtatim atque ſolutum eſt, debet; [a] cæterùm poſtea nõ permittitur. *Hęc res efficit vt in duriorem cauſam ſemper videatur ſibi accepto ferre debere. Ita enim & in ſuo conſtitueret, [b] & magis quod ſuo nomine, quàm quod fideiuſſorio nomine deberet, & potiùs quod cum pœna, quàm quod ſine pœna; [c] & quod ſatiſdatò potiùs, quàm quod ſine ſatiſdatione: [d] & quod ex famoſa cauſa potiùs, quàm non famoſa; & quod ex iudicati cauſa, quàm de qua iudicatum non ſit. [e] Et in his quidem nominibus quę diem vel conditionem habent, cuius dies venit aut conditio extitit; & [f] ex ea cauſa, ex qua tunc, cùm ſoluebat, conueniri poterat, breuiter: in duriorem ac grauiorem cauſam ſibi accepto ferre debitorem oportet. [g] Si verò nulla cauſa prægrauet; id eſt, ſi omnia nomina ſimilia fuerint; in antiquiorem grauior etiam videtur quę ſub ſatiſdatione debetur, quàm quę pura eſt.

u Idem l. cum ex pluribus. 50. ibid.
x Idem l. & magnd. t.
z Idem d. l.
a l. 2.
* l. 3.
b d. l. & magn.
c Idem in l. in his verò d. t.
d l. ſi quid. & l. cum ex pluribus.
e d. l. 1. & d. l. ex pluribus. § in fi.
f l. cum ex pluribus. 103 ibid.
g l. in his verò. 9. ibid.

LXVIII. [h] Si par & dierum, & contractuum cauſa ſit; ex omnibus ſummis videbitur ſolutum.

h l. illud 8 ibid.

LXIX. [i] Priùs in vſuras nummus ſolutus quàm in ſortem eſt ferendus.

i d. l. in his verò. §. Imperator.

LXX. [k] Si quis ita cauerit debitori [In ſortem & vſuras ſe accipere] vtrum pro rata & ſorti & vſuris decedat: an verò priùs in vſuras, & ſi quid ſupereſt, in ſortem. Et non dubitandum quin hæc cautio [In ſortem & in vſuras] priùs vſuras admittat; tunc deinde ſi quid ſuperfuerit in ſortem cedat. Nec enim ordo ſcripturæ ſpectatur, ſed potiùs ex iure ſumitur id quod agi videtur. [l] Et cùm neuter voluntatem ſuam expreſſit, priùs in vſuras quod ſoluitur; deinde in ſortem accepto feretur.

k d. l. 6. vlt.
l l. 1. C. eo. t.

LXXI. [m] Si qui dabat pecuniam, in ſortem ſe dare dixiſſet; vſuris non debet proficere.

m l. Creditor 102. § 1. D. h. t.

LXXII. [n] Si quis errore plus in vſuris ſoluiſſet quàm deberet; habendam rationem in ſortem eius quod amplius ſolutum eſt, placuit.

n d. l. §. vlt.

LXXIII. [o] Cùm eodem contractu pignora duobus contractibus obligantur; pretium eorum pro modo pecuniæ cuiuſque contractus creditor accepto facere debet: nec in arbitrio eius electio erit, cùm debitor pretium pignoris conſortiam ſubiecerit. Quòd ſi temporibus diſcretis ſuperfluum pignorum obligati placuit; prius debitum pretio pignorum iure ſoluetur; ſecundùm, ſuperfluo compenſabitur.

o l. Pupilli. 96. §. pen. d. t.

CAP. VII.

Quæ ſolutiones liberationem pariant.

Prima pars.

Quæ in totum debitum.

LXXIV. [p] EAndem pecuniam in plures cauſas ſolui poſſe, argumentum eſt; quòd cùm [iudicatum ſolui] ſatiſdatum eſt, & damnatus reus ſoluat; non ſolùm actione iudicati, ſed etiam ex ſtipulatu & ipſe & fideiuſſores liberantur.

p l. Cum qui 38. §. de peculio. ibid.

LXXV. [q] In numerationibus aliquando euenit, vt vna numeratione duæ obligationes tollantur. Veluti ſi quis pignus pro debito vẽdiderit creditori. Euenit enim vt & ex vendito tollatur obligatio, & debiti. Item ſi pupillo, qui ſine tutoris authoritate pecuniam accepit, legatum à creditore fuerit ſub ea cõditione [ſi eam pecuniam numerauerit] in duas cauſas videri eum numeraſſe, & in debitum ſuum, vt in Falcidiam hæredi imputetur; & conditionis gratiâ, vt legatum conſequatur. Item ſi vſusfructus pecuniæ numeratæ legatus fuerit, euenit vt vna numeratione & liberetur hæres ex teſtamento, & obliget ſibi legatarium: tantundem eſt, & ſi damnatus fuerit alicui vendere, vel locare. Nã vendendo, vel locando, & liberatur ex teſtamento hæres, & obligat ſibi legatarium.

q l. in numerationibus 44. ibid.

LXXVI. [r] Manifeſtum eſt, tam alio pro debitore ſoluente, quàm rebus pro numerata pecunia, conſentiente creditore, datis, tolli cõparatam obligationem. * Et ſolutione ab alio facta nomine debitoris, euaneſcere ſolet obligatio.

r l. Manifeſtum. Co. ead. Inſtit. quib. mod. tol. oblig.
* l. Nulla. C. h. t.

LXXVII. [ſ] Pecuniam quã mihi debes, aut aliam rem ſi in conſpectu meo ponere te iubeam; efficitur vt & tu ſtatim libereris, & mea eſſe incipiat. Nam tum quòd à nullo corporaliter eius rei poſſeſſio detineretur; ac-

ſ l. Pecuniã 79 D. h. t.

quiſita mihi, & quodammodo manu longa tradita exiſtimanda eſt.

t *l. in perpetuum. 61. ibid.*

LXXVII. [t] In perpetuum, quoties id quod tibi debeam ad te peruenit, & tibi nihil deſit; nec quod ſolutum eſt repeti poſſit; competit liberatio.

u *l. id quod 74. ibid.*

LXXVIII. [u] Id quod pœnæ nomine à debitore exactum eſt, lucro debet cedere creditoris.

x *l. quamuis 45. ibid. l. Titius. D. de pig. act.*

LXXIX. [x] Quamuis ſtipulanti vxori vir ſpoponderit, dirempto matrimonio prædia quæ doti erant obligata, in ſolutum dare; tamen ſatis eſſe offerri dotis quantitatem, Vlpianus reſpondit.

y *l. is qui alienum. D. h. t.*

LXXX. [y] Is qui alienum equum in ſolutum dedit, vſucapto equo liberatur.

z *l. qui res 98. § aream. D. h. tit. cum ſimilib. ibi annot.*

LXXXI. [z] In perpetuum ſublata obligatio non reſtituitur.

Secunda pars capitis ſeptimi.

Quæ ſolutiones liberationem pariant pro parte.

a *Duarenus. l. ſi ſtipulatus. § 1. l. cum Stichus. l. qui hominem. in prin. l. ſi X. D. h. tit. l. 1. D. de verb. obl.*

LXXXII. [a] Sicut totum ſoluens, in totum liberatur: ita partem ſoluens pro parte liberatur: quæ diuiſio fit re in rebus pondere, numero, menſura conſtantibus: in aliis, intellectu, in partes, pro indiuiſo.

b *l. illud. D. h. t.*

LXXXIII. [b] Qui x. debet, partem ſoluendo in parte obligationis liberatur, & reliqua quinque ſola in obligatione remanent. Item qui Bucephalum debet, parte Bucephali data in reliquam partem tenetur. Qui autem equum debet; partem Bucephali dando, nihilominus equum debere non deſinit. Denique equus ab eo peti poteſt. Sed ſi debitor reliquam partem Bucephali ſoluerit, vel per actorem ſteterit quominus accipiat, liberatur.

c *l. ſi is cui. 94. ibid.*

LXXXIV. [c] Si is, cui nummos debitor ſoluit alienos, nummis integris pergat petere quod ſibi debeatur, nec offerat quod accepit, exceptione doli ſummouebitur. Si autem communes nummos credam aut ſoluam, confeſtim pro parte mea naſcetur & actio, & liberatio; ſiue in ſingulis nummis communionem pro indiuiſo; ſiue in pecunia, non corpora cogitet, ſed quantitatem.

d *l. ex parte. 25. ibid.*

LXXXV. [d] Ex parte hæres inſtitutus, ſi x. quæ defunctus promiſerat, tota ſoluit; pro parte qua hæres eſt, liberabitur: pro parte autem reliqua, ea condicet. Sed ſi antequam condicat, ei adcreuerit reliqua pars hæreditatis, etiam pro ea parte erit obligatus: & ideo condicenti indebitum doli mali exceptio oberit.

Tertia pars capitis ſeptimi.

Quæ ſolutiones liberationem non pariant.

e *l. ſi alieni. 78. ibid.*

LXXXVI. [e] Si alieni nummi inſcio vel inuito domino ſoluti ſunt; manent eius cuius fuerunt. Si diſcerni nō poſſint; eius fiunt qui accepit: ita vt actio domino cum eo qui dedit competat.

f *l. Caſſius 17. ibid.*

A LXXXVII. [f] Si cui pecuniam dedi, vt eā creditori meo ſolueret, ſi ſuo nomine dederit, neuter liberabitur: ego, quia non meo nomine data eſt; ille, quia alienam dederit: cæterùm mandati is tenebitur. Sed ſi creditor eos nummos ſine dolo malo conſumpſiſſet, is qui ſuo nomine ſoluit, liberabitur: ne ſi aliter obſeruaretur, creditor in lucro verſetur.

g *l. ſi rem meam.*

LXXXVIII. [g] Si rem meam quæ pigno-
B ris nomine alij eſſet obligata tibi ſoluero; nō liberabor: quia tibi auocari res poſſit ab eo qui pignori accepiſſet.

h *l. ſi debitor ibid.*

LXXXIX. [h] Si equus pigneratus à creditore væneat; quandiu redhiberi poſſit, non liberabitur debitor: ſicut in quolibet pignore vendito quandiu res inempta fieri poſſit.

i *l. Qui res 98. in princ. ibid.*

XC. [i] Qui res ſuas obligauit, poſtea aliquā poſſeſſionem ex his pro filia ſua dotem promittendo obligauit, & ſoluit; ſi ea res à cre-
C ditore euicta eſt, dicendum eſt nominatim ex dotis promiſſione agere poſſe.

k *l. qui ſibi 33. ibid.*

XCI. [k] Qui ſibi aut Titio fundum dari ſtipulatus eſt, quamuis fundus Titio datus fuerit tamen ſi poſtea euictus eſt, habet actionē.

l *ſi quis aliā 46. ibid.*

XCII. [l] Si quis aliam rem pro alia volenti ſoluerit, & euicta fuerit; manet priſtina obligatio. Et ſi pro parte fuerit euicta, tamen pro ſolido obligatio durat. Nam non accepiſſet rē integram creditor, niſi pro ſolido eius fieret.
D Sed & ſi duos fundos verbi gratia pro debito dederit, euicto altero fundo, remanet integra obligatio. Tunc ergo res pro re ſoluta liberationem præſtat, cùm pro ſolido facta eſt ſuſcipientis. Sed & ſi quis per dolum pluris æſtimatum fundum in ſolutum dederit; nō liberatur, niſi id quod deeſt, repleatur.

m *l. Etiam 27. ibid.*

XCIII. [m] Etiam circa ſtipulationem, & ex teſtamento actionem, ſi res tradita fuerit quæ debebatur, tamen ipſa res petenda eſt: vt puta, Poſſum fundum petere, licèt mihi traditus
E ſit ſi ius quoddam cautionis ſupererit.

n *l. ſolidum. 85. ibid.*

XCIV. [n] Solidum non ſoluitur, non minùs quantitate quàm die.

o *l. qui decē 72. ibid.*

XCV. [o] Bucephalum aut Pegaſum equos ſtipulatus ſum, cùm eſſet meus Pegaſus. Nec ſi meus eſſe deſierit, liberabitur promiſſor Pegaſum dando: neutrum enim videtur in Pegaſo equo conſtitiſſe, nec obligatio, nec ſecutio. Sed ei qui equum dari ſtipulatus eſt, vnū
F etiam ex his qui tunc ſtipulatoris fuerant dando, promiſſor liberatur.

p *l. ſi cùm aurum 50. ibid.*

XCVI. [p] Si cùm aurum tibi promiſiſſem, ignoranti quaſi aurum æs ſoluerim; non liberabor. Sed nec repetam hoc quaſi indebitum ſolutum, quod ſciens feci. Petentem tamen te aurum exceptione ſummouebo, ſi non reddas æs quod accepiſti.

q *l. Stichum 95. § ſi mandatu. ibid.*

XCVII. [q] Si mandatu meo Titio pecuniam credidiſſes, eiuſmodi contractus ſimilis eſt tu-
G tori pupilli. Et ideo mandatore conuento & damnato, quanquam pecunia ſoluta ſit, non liberari debitorem ratio ſuadet: ſed & præſtare debet creditor actiones mandatori aduerſus debitorem, vt ei ſatiſfiat.

r *d. §.*

XCVIII. [r] Cùm tutor pupillo tenetur ob id quòd debitorem eius non conuenit; neque

A iudicio cum altero accepto liberatur alter: nec ſi damnatos tutor ſoluerit, ea res proderit debitori. Quinetiam dici ſolet tutelæ contraria actione agendum, vt ei pupillus aduerſus debitores actionibus ſuis cedat.

ſ l. mandauero §. ſi mandauerim. D. mand. l. nemo rem ſuam 82. & 80 D. de verb. oblig. §. ſit itaque diſcretus Inſtit de act. cum ſimil. l. quo x 72. §. 1 Stichum. D. h t.

XCVIII. ſ Debitor creditoris nummos ſoluens nihil agit.

t l. qui ſibi. §. 1. D. h t.

XCIX. t Qui equum dari promiſit, & vulneratum à ſe offert, nõ liberatur. Iudicio quoque accepto, ſi equũ is, cum quo agetur, vulneratum à ſe offert, condemnari debebit. Sed & ab alio vulneratum, ſi det; condemnandus erit, cùm poſſit alium dare. Et qui Bucephalum aut Pegaſum dari promiſit; ſi Bucephalum vulnerauerat, non magis dãdo liberatur, quàm ſi ſolùm Bucephalum promiſiſſet, & à ſe vulneratum daret.

u l. qui ſic. ſ. id

C. u Qui ſic ſoluit vt recuperet; non liberatur, quemadmodum non alienantur nummi.

x l. Paulus. 101. ibid.

C C I. x Paulus reſpondit non ideò eos qui virilem portionem ex cauſa fideicommiſſi inferre debuerant, liberatos videri; quoniam quidam ex collegis per errorem plus debito intulerunt.

z l. qui hominem. §. vlt. ibid.

CII. z Qui perpetua exceptione ſe tueri poteſt; ſolutum repetit; & ideò non liberatur. Quare ſi ex duobus reis promittendi alter pepigerit ne ab eo peteretur, quamuis ſoluerit, nihilominus alter obligatus remanebit.

a l. creditor. 102 ibid.

D CIII. a Creditor oblatam à debitore pecuniam alia die accepturus diſtulit. Mox pecunia, qua illa reſpublica vtebatur, quaſi ærosa iuſſu Præſidis ſublata eſt. Item pupillaris pecunia, vt poſſet idoneis nominibus credi, ſeruata, ita interempta eſt. Quæſitum eſt cuius detrimentum eſſet: Scæuola reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur; Nec creditoris, nec tutoris detrimentum eſſe.

b l ſi x ibid.

E CIV. b Si x. ſtipulatus à Titio, deinde ſtipuleris à Seio quanto minoris ab illo conſequutus ſis; etſi x. petieris à Titio, non tamen abſoluitur Seius. Quid enim ſi condemnatus Titius nihil facere poteſt? Sed & ſi cum Seio prius egeris; Titius in nullam partem liberatur: incertum quippe eſt an omninò Seius debiturus ſit. Denique ſi totum Titius ſoluerit; nec debitor fuiſſe videbitur Seius; quia conditio eius deficit.

c l. cùm quis 38. §. de peculio. ibid.

F CV. c Si poſſeſſor hæreditatis exiſtimans ſe hæredem, ſoluerit; hæres non liberatur: quod propterea euenit, quòd ille ſuo nomine indebitam pecuniam dando, repetitionem eius habet.

d l qui res 98. in prin. ibid.

CVI. d Minor xxv. annis à creditore circumſcriptus, in rem ex cauſa debiti ſolutam reſtituitur.

e d l.

G CVII. e Rem caſtrenſis peculij ſoluentem patrem, perinde accipere debemus ac ſi alienam dediſſet, quamuis poſſit reſidere apud eum cui ſoluta eſt, prius mortuo inteſtato filio. Sed tunc acquiſita creditur cùm filius deceſſerit, & vtique cuius fuerit, euentus declaret; fitque ex hoc vt poſt facta in præteritum quid fuerint, declarent.

A Quarta pars capitis ſeptimi.

Cuiuſmodi ſolutionibus fideiuſſores liberentur, aut non.

Prima particula.

Cuiuſmodi ſolutionibus liberentur.

f l. vlt. D. de duob. reu.

CVIII. f Liberato reo ſolutione vel acceptilatione, fideiuſſor liberatur.

g l. Stichum 95. D. h. t.

B CIX. g Si inter emptorem & venditorem conuenerit prius quàm aliquid ex alterutra parte ſolueretur, ab emptione diſcedatur; fideiuſſor eo nomine acceptus ſoluto contractu liberabitur.

h l. ſi is cui 94. D. h. t.

CX. h Si fideiuſſor alienos nummos in cauſam fideiuſſionis dedit; conſumptis his, mandati agere poteſt. Et ideò ſi eam pecuniã ſoluit quã ſurripuerat; mandati aget, poſtquàm furti vel ex cauſa condictionis præſtiterit.

i l. 2. C. h. t.

C CXI. i Liberari fideiuſſores, quoties fiſcus tam debitori quàm creditori, licèt diuerſis ſtationibus ſuccedit, ius certum eſt.

k l. ſi duo. 93. D. eo. t.

CXII. k Quaſi generale quid retinendum eſt, vt vbi ei obligationi quæ ſequelæ locum obtinet, principalis accedit, confuſa ſit obligatio. Ergo ſi fideiuſſor reum hæredem ſcripſerit, confundetur obligatio.

Secunda particula quartæ partis capitis ſeptimi.

Cuiuſmodi ſolutionibus fideiuſſores non liberentur.

D

l l. qui hominem. 34. §. ſi x. ibid.

CXII. l Si x. aut equũ dari ſtipulatus fuero, & duos fideiuſſores accepero Titium & Meuium; & Titius quinque ſoluerit, non liberabitur prius quàm Meuius quinque ſoluat. Quòd ſi Meuius partem equi ſoluerit, vterque obligatus remanebit.

m l. Stichũ. §. ſi creditor. ibid.

E CXIII. m Si creditor debitoris hæreditatem poſſedit, & tantum ad eum peruenit, quantũ ſi quilibet alius bonorũ poſſeſſor ei ſoluerer, liberaret hæredẽ; nec poteſt dici fideiuſſores liberari. Neque enim ipſum ſibi ſoluiſſe pecuniã credendũ eſt, à quo hæreditas euincitur.

n d. l. vlt D. de duob. re. ſ.

CXIV. n Liberato reo ſolutione vel acceptilatione, liberatus fideiuſſor, vt & ſuprà relatum eſt; liberato reo, tempore, non liberatur fideiuſſor: quia multum intereſt res ſoluatur, an perſona liberetur.

o p Mora. in fi. de vſur. l. cùm filiusfa. D. de verb. oblig. l. Stichũ 95. § 1. D. h. tit.

F CXV. o p Si ante morã rei fideiuſſor promiſſum equum occiderit, reus ſolus liberatur: fideiuſſor tenetur actione ex ſtipulatu vtili.

q d. l. Stichũ. §. quod vulgo.

CXVI. q Quod vulgò iactatur, fideiuſſorem qui debitori hæres extitit, ex cauſa fideiuſſionis liberari; toties verũ eſt, quoties plenior rei promittendi obligatio inuenitur. Nã ſi reus natura dũtaxat fuit obligatus, fideiuſſor nõ liberabitur. E contrario non poteſt dici, nõ tolli fideiuſſoris obligationẽ, ſi debitor propriã & perſonalẽ habuit defenſionẽ. Nã ſi minor

G xxv. annis bona fidè pecuniã credidit, iſq; nũmos perdidit, & intra tempora in integrũ reſtitutionis deceſſit hærede fideiuſſore, difficile eſt dicere cauſã iuris honorarij, quę potuit auxilio minori eſſe, retinere fideiuſſoris obligationẽ debitoris acceſſionem, contẽplatione

iuris prætorij. Auxiliũ igitur reſtitutionis fideiuſſori, qui adoleſcenti hæres extitit, intra conſtitutum tempus ſaluum erit.

CAP VIII.

Quæ res pro ſolutione habeantur.

CXVI. [r] SOlutionis verbum pertinet ad omnẽ liberationem quoquo modo factam: magiſque ad ſubſtantiã obligationis refertur quàm ad nummorum ſolutionem.

CXVII. [ſ] Ex obligationes quæ conſenſu contrahuntur, contraria voluntate diſſoluuntur. Nam ſi Titius & Seius inter ſe conſenſerint, vt fundum Tuſculanum emptum Seius haberet centum aureis: deinde re nondum ſecuta; id eſt, neque pretio ſoluto, neque fundo tradito placuerit inter eos vt diſcederetur ab ea emptione & venditione; inuicem liberantur. Idẽ eſt in conductione & locatione, & in omnibus contractibus qui ex conſenſu deſcendunt.

CXVIII. [t] Naturalis obligatio, vt pecuniæ numeratione, ita iuſto pacto vel iureiurando tollitur: quia vinculum æquitatis quo ſoloſuſtinebatur, conuentionis æquitate diſſoluitur. Itaque fideiuſſor, quem pupillus dedit ex iſtis cauſis, liberari dicitur.

CXIX. [u] Pactũ de non petendo, naturalem obligationem quæ conſenſu conſtat contrario tollit; [x] ciuilem ope exceptionis elidit.[z] Nec eſt nouum in iure vt is liberari dicatur, qui per exceptionem liberatur, nõ ipſo iure.

CXX. [a] Qui ſe negauerit acturum, non eſt poſtea audiendus. [b] Et remittentibus actiones ſuas ad eas regreſſus non datur.

CXXI. [c] Sed adminiſtratores ciuitatum nõ poſſunt gratuitò debitoribus debita remittere.

CXXII. [d] Soror, cui legatum ab hæ te de fratre debebatur, poſt motam legati quæſtionem tranſegit, vt nomine debitoris contenta legatum non peteret. Placuit; quamuis nulla delegatio facta, neque liberatio ſecuta eſſet, tamen nominis periculum ad eam pertinere. Itaque ſi legatum cõtra placitum peteret, exceptionem pacti non inutiliter opponi.

CXXIII. [e] Verborum obligatio naturaliter reſoluitur, aut ciuiliter: Naturaliter, veluti ſolutione, aut [f] cùm res in ſtipulationem deducta ſine culpa promiſſoris in rerum natura eſſe deſierit; [g] & cùm id ante moram debitoris contingit: Ciuiliter, veluti acceptilatione; vel cùm in eandem perſonam ius ſtipulantis, promittentiſque deuenerit.

CXXIV. [h] Si debitor offerret pecuniam quæ peteretur, & creditor nollet accipere, denegatur ei actio. [i] Et qui x. debet; ſi ea obtulerit creditori, & ille ſine iuſta cauſa accipere recuſauit; deinde debitor eã ſine culpa ſua perdiderit, doli mali exceptione poteſt ſe tueri:* quanquam aliquando interpellatus non ſoluerit. Etenim non eſt æquum teneri pecunia amiſſa, qui non teneretur ſi creditor accipere voluiſſet. Quare pro ſoluto id in quo creditor accipiendo moram fecit, oportet eſſe. Et ſanè ſi vacca certa erat in dote, eámque obtulit maritus, & ea vacca periit ſine culpa eius, aut nummos obtulit maritus, eóſque non accipiente muliere perdiderit; ipſo iure deſinet teneri.

r l. Solutionis. ibid. l. 1. D. de re iud. l. liberationis. D. de verb. ſignif.
ſ §. vlt. Inſt. quib. mo. toll. oblig.
t Stichum 95. §. naturalis. D. h. t.
u d. §.
x §. præt de ea. Inſtit. except.
z Iac. Cuiacius in l. cum quis §. ſi debitorem. D. h. t. l. qui res. §. mihi Romæ. l. qui hominẽ. § quæ ſtipulatus ibid.
a l. ſi maritus. §. ſi negauerint. D. ad leg. Iul. de adult. l. 2. D. ad SC. Turpill. l. Poſtquam litis. C. de pact. l. Accuſationem. C. de his qui accuſ. non poſſ.
b l. Quæritur. §. ſi venditor. D. de Aedil. edict. cano. dos. 7. quæſt. 2. can. hoc illu. 33. quæ. 4.
c l. Præſes. C. de tranſ. l. Imperatores. D. de pact.
d l. Pupillus 96. §. ſoror. D. h. t.
e l. pen. ibi. ſidem l. Verborum 107. l. ſi ex legati cauſa. 23. D. de verb. obl.
g l. quod te. D. de rebus cred.
h l. ſi debitor 30. D. h. t.
i l. qui x. 72. l ſi ſeruus 39. l. Creditor 102. ibid.
* idem l. illud. D. de peric. & com. rei vend. l. ſi mul mora. D. ſolut. matr.

CXXV. [k] Nihil intereſt ipſo iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

CXXVI. [l] Si creditor oblatam à debitore pecuniã alia die accepturus diſtulit, ac mox pecunia, qua illa reſpublica vtebatur iuſſu Principis ſublata ſit: item ſi pupillaris pecunia, vt poſſet idoneis nominibus credi; nec creditoris nec tutoris detrimentum eſſe placuit,[m] vt & ſuprà relatum eſt.

CXXVII. [n] Si ſoluturus pecuniam tibi, iuſſu tuo ſignatam apud nummularium quoad probaretur depoſuero, tui periculi erit, cum eo tamen vt illud maximè ſpectetur an per te ſteterit quo minus in continenti probaretur. Nam tunc perinde habendum erit, ac ſi parato me ſoluere tu aliqua ex cauſa accipere nolles: in qua ſpecie non vtique ſemper tuum periculum erit. Quid enim ſi importuno tempore vel loco obtulerim?

CXXVIII. [o] Obſignatione totius debitæ pecuniæ ſolemniter facta, liberationem contingere manifeſtum eſt. Sed ita demùm oblatio debiti liberationem parit, ſi eo loco quo debetur ſolutio fuerit celebrata.

CXXIX. [p] Solutione & iudicium pro nobis accipiendo & inuiti & ignorantes liberari poſſumus.

CXXX. [q] Iuſiurandum quoque loco ſolutionis cedit.

CXXXI. [r] Liberatur reus iudicis ſententia abſolutus.

CXXXII. [ſ] Eius quantitatis cuius petitionem rationis excludit, vſuras non poſſe repoſci manifeſtum eſt.

CXXXIII. [t] Si conſtat pecuniam inuicem deberi, ipſo iure pro ſoluto compenſationem haberi oportet ex eo tempore ex quo ab vtraque parte debetur, vtique quo ad concurrentes quantitates: eiúſque ſolius quod amplius apud alterum eſt, vſuræ debentur, ſi modo petitio earum ſubſiſtit.

CXXXIV. [u] Minuũtur actiones per deductionẽ impenſarum etiam in iudicio factarũ.

CXXXV. [x] Nouatione tollitur obligatio[z] cùm hoc actum eſt; [a] veluti, ſi id quod tibi debebat Seius, à Titio nouandi animo ſtipuleris. Potéſtque debitor hac ratione etiam inuitus liberari: vt puta, ſi creditor aliquem ſupponat à quo debitum ſtipuletur animo nouandi.

CXXXVI. [b] Item per acceptilationem tollitur obligatio.

CXXXVII. [c] Aditio hæreditatis nonnũquam iure confundit obligationem, ſi creditor debitoris, vel contra debitor creditoris adierit hæreditatem. [d] Aliquando pro ſolutione cedit, ſi fortè creditor qui pupillo ſine tutoris authoritate nummos ei crediderit, hæres ei exſtitit. Non enim quanto pupillus locupletior factus eſt, habenda eſt ratio, ſi in rem pupilli verſa eſt pecunia.

k l. Nihil intereſt. 112. D. de reg. iur.
l Creditor 102. D. h. t.
m verſ. 100.
n l. ſi ſoluturus. 39. D. h. t.
o l. Obſignatione. C. eo. t.
p l. ſolutione. D. h. t.
q l. Iuſiurandũ. 27. D. de iureiur. l. Stichum. 95. §. quod vulgò. D. h. t.
r toto t. de except. rei iud.
ſ l. Eius. C. h. t.
t l. ſi conſtat. C. de compenſ. u tot. t. de impenſ. in reb. dot. fact.
x toto t. de nouat. D. & C.
z §. præterea. Inſtit. d. t. de nouat.
a l. ſi debitor 91. D. h. t.
b §. 1. Inſtit. d. t. de nou. l. ſi ut. l. Prout. l. pen. D h. t. §. 1 Inſtit. infrà. t. de acceptil.
c l. Stichum 95. §. aditio. D. h. t. l. debito ti. D. de pact. l. ſicut acceptilatio 75. l. qui hominem 34. §. quidam fideicommiſſa. l. cum quo 38. §. qui parte. D. h. t. l. cùm ſecundùm. C. de fideic. libert. l. licet. D. ad leg. Falc. l. pẽ C. de hæred act.
d d. § aditio

e d. §. adstio.

CXXXVIII. [e] Si duo rei ſunt ſtipulandi, & alter alterom hæredem ſcripſit, videndum an confundatur obligatio. Quò bonum eſt hæc dicere? Quòd ſi intendat ſibi dari oportere; vel ideò dari oportet ipſi quòd hæres exſtitit; vel ideò quòd proprio nomine ei deberetur. Atquin magna eſt huius rei differentia. Nam ſi alter ex reis pacti conuenti temporali exceptione ſummoueri poterit, intererit, is qui hæres exſtitit, vtrúmve ſuo nomine an hæreditario experiatur, vt ita poſſis animaduettere exceptioni locus ſit, nécne.

CAP. IX.

Quibus modis ſolutio probetur.

f l. Pecunia. 14. C h. t.

CXXXIX. [f] PEcuniæ ſolutæ profeſſio maiorem rei geſtæ probationem continet, quàm ſi chirographum acceptæ pecuniæ mutuæ fuiſſet redditum.

g l. 2. D. de pact. l. qui chirographum. 57. D. de lega. 3. c. ſane. iuncta glo. in verb reddēt. de renunc. l. mortis cauſa. §. Titia. D de dona cauſ mort.

CXL. [g] Si debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos conueniſſe ne peterem: profuturámque ei conuentionis exceptionem placuit.

h l. ſi chirographum. 24. D. de prob.

CXLI. [h] Chirographum cancellatum præſumitur ſolutum.

i l. inductum. C. h. t.

CXLII. [i] Inductum, id eſt cancellatum nécne ſit chirographum; veſtram ſolutionem ſemel debiti cauſâ factam ei qui exigendi poteſtatem habuit, probátium nihil intereſt.

k l. vlt. d. t.

CXLIII. [k] Solutionem aſſeueranti probationis onus incumbit; quo facto chirographum condicere poteſt.

l l. quecunque. Cod. de apoch. publ.

CXLIV. [l] Apochæ trium poſteriorum annorum, re tributi, reditúſve annui alicuius præſumptionem de præteritorum annorum ſolutione inducunt, niſi contrariæ probationes afferantur.

m l. Arrianus 47. D. de obli. & actio.

CXLV. [m] Arrianus ait, multum intereſſe, quæras vtrùm aliquis obligetur, an aliquis liberetur. Vbi de obligatione quæritur; propenſiores eſſe debere nos ſi habeamus occaſionem ad negandum. Vbi de liberando ex diuerſo, vt faciliores ſimus ad liberationem.

CAP. X.

Quibus modis creditoribus ſuccurratur ſolutionem debiti ſibi factam confeſſis, vel reddito debitoribus chirographo vel cancellato.

n l. ſi inter patrem. C. h. t.

CXLVI. [n] SI inter patrem tuum, eóſque quos debitores eſſe dicebas, non de dubia lite tranſactio facta eſt, ſed parte tantummodo recuperata vniuerſum ſe recepiſſe cauit, nec de ſuperfluo eos quos verbis obligaſti, per acceptilationem liberaſti, nec donationis cauſa id factum eſt; exuberantis debiti tibi repetitio competit.

o l. intereſt. ibid.

CXLVII. [o] Intereſt multùm; vtrúmne ſpe futuræ numerationis ſuſcepiſſe te quod inſtrumento continetur, ſcripſiſti; an accepta minore quantitate tantum quantum lectio probat, in ſcripturam conferri placuit. Nam ſuperiore quidem caſu reſidui petitio debiti manet integra: poſteriore verò cóſenſu tranſactionis finitis ſtare conuenit.

p l. quod debitori. ibid.

CXLVIII. [p] Quo debitori tuo chirographum redditum contra voluntatem tuam aſſeueras, nihil de iure tuo deminutum eſt. Quibuſcunque itaque argumentis iure proditis, hanc obligationem tibi probanti eom pro huiuſmodi facto liberationem minimè conſecutum, iudex ad ſolutionem debiti rectè compellet.

q l. inquiſitio. ibid.

CXLIX. [q] Inquiſitio veritatis tolli non potuit, quòd chirographa quæ fecerat procurator tuus, recepta tibiq; reſtituta ab ipſius hærede proponas, cum ſubſcriptione procuratoris ſignificante quòd nihil creditoribus debeatur: cum nihil prohibeat & creditoribus ſatisfactum eſſe; & non veſtræ pecuniæ, ſed ipſius cui negotium gerendum mandaueras, proceſſiſſe ſolutionem.

r l. ſi chirographum D. de probat.

CL. [r] Si chirographum cancellatum fuerit, licèt præſumptione debitor liberatus eſſe videtur; in eam tamen quantitatem, quam maniſeſtiſſimis probationibus creditor ſibi adhuc deberi oſtendit, rectè debitor conuenietur.

ſ l. 3. C. h. t.

CLI. [ſ] Non ex eo quod creditur conceſſit in factum priùs quàm inſtrumenta redderet, euacuatæ obligationis vires reparari queunt.

CAP. XI.

Quibus ex cauſis res ſolutæ condici ſeu repeti poſſint, vel non.

Prima pars.

Quibus ex cauſis res ſolutæ condici ſeu repeti poſſint.

t l. ſi non ſortem. §. qui filioſa. & §. ſi decem. l. cùm n. §. 1. D. de condict. indeb l. qui hominē.

CLII. [t] REgulariter qui nō liberatur, condicit: qui liberatur, non condicit.

u l. qui exceptionem 40. D. de condict. indeb.

CLIII. [u] Qui exceptionē perpetuam habet; ſolutum per errorem repetere poteſt.

x l. ſi quis. D. h. t.

CLIV. [x] Si quis offerenti ſe negotiis alienis bona fide ſoluerit, tum liberatur quando dominus ratum habuerit. Antequàm verò ratū haberet, an condici ex ea cauſa poſſit? Et intereſt qua mente ſolutio facta ſit: vtrum vt ſtatim debitor liberetur; an verò, cùm dominus ratum habuerit. Priore caſu confeſtim condici poteſt procuratori: poſteriore tunc demū ſcitur condictio, cùm dominus ratū habuerit.

z l. quod ſi fortè D. h. t. l. ſi procuratm falſo. D. de cō dict. ob cauſ

CLV. [z] Si fortè quis ita ſoluat, vt niſi ratum habeatur, condicat; ſi dominus ſolutionem ratam non habuerit, condictio ei qui ſoluit, competit.

* l. Ex parte 15. D. h. t.

CLVI. *Ex parte hæres inſtitutus, ſi x. quę defunctus promiſerat tota ſoluit, pro parte quidem qua hæres eſt, liberabitur: pro parte autem reliqua ea condicet. Sed ſi antequàm condicat, ei accreuerit reliqua pars hæreditatis, etiam pro ea parte erit obligatus: & ideò condiceoti indebitum doli mali exceptio obſtabit.

Secunda pars capitis vndecimi.

Quibus ex cauſis ſolutæ res condici non poſſint.

CLVII. [a] Ex

a l. 2. C. de cōpenſ.

A CLVII. [a] EX cauſa iudicati, ſolutum repeti non poteſt.

bd. l. qui exceptionem D. h. t.

CLVIII. [b] Qui exceptionem perpetuam haber, ſolutum per erroré non ſemper repetere poteſt. Nam ſi quidem eius cauſa exceptio datur, cum quo agitur ſolutum repetere poteſt, vt accidit in ſenatuſconſulto De interceſſionibus. Vbi verò in odiũ eius cui debetur, exceptio datur; perperam ſolutum nõ repetitur: veluti ſi filiusfamiliâs cõtra Macedo-
B nianum mutuam pecuniam acceperit, & paterfamiliâs factus ſoluerit, non repetit.

c l. Pupillo. 97. § vlt. D. h. t.

CLIX. [c] Cùm inſtitutus deliberaret, ſubſtituto pecunia per errorem ſoluta eſt. Ad eũ hæreditate poſtea deuoluta, cauſa condictionis euaneſcit: quia ratio facit vt obligatio debiti ſoluatur.

d l. pen. C. h. t.

CLX. [d] Si fundus in ſolutum datus, induſtria creditoris vel euentu melior ſit factus, debitori hoc non prodeſt: qui ſi minoris eſſet, hoc detrimentum eſſe ſuum nollet.

C

CAP. XII.

Quibus modis ei qui pro alio ſoluit, ſuccurratur, aut non.

e l. 2. C. de cōpenſ.
f l. Stichum, 95. § ſi mandato. D. h. t. nouæ Conſtit. 4.
* l. 1. § nunc tractemus. D. de tut. & rat. diſtr. l. 1. C. de oblig. & act.
g l. de qua re. §. vlt. D. de iudic.
h l. nulla. C. h. t.

CLXI. [e] EX cauſa iudicati ſolutum repeti non poteſt.

D CLXII. [f] Cùm ex pluribus debitoribus vnius creditoris, vel in ſolidum, vel pro parte obligatis vnus integrum debitum, vel vltra partem ſuam ſoluit, poteſt à creditore poſcere vt actionibus ſuis quas aduerſus alios habebat, cedat: * vel ſi actio mandata non fuerit, in rem vtilem aduerſus alios habet, [g] vel negotiorum geſtorum actionem.

E CLXIII. [h] Qui pro inuito & contradicente ſoluit, aduerſus debitorem actionem non habet. Nec ſoluens creditori alieno ad cedendum actionem cogere eum poteſt, licèt ſolutione ab alio facta euaneſcere ſoleat obligatio.

TIT. VI.

De Compenſationibus.

F *Hic titulus quinque capita continet. Quorum primum eſt, Quid ſit Compenſatio. Secundum, Qui poſſunt compenſare, aut non: Cuius prima pars eſt, Qui poſſunt compenſare. Secunda, Qui non poſſunt compenſare. Tertium caput eſt, Quibus in rebus locus eſt compenſationi, aut non. Cuius prima pars eſt, Quibus in rebus locus eſt compenſationi. Secunda, Quibus in rebus non eſt locus compenſationi.*
G *Quartum caput eſt, Qua forma fiat compenſatio. Quintum, De effectu compenſationis.*

CAP. I.

Quid ſit compenſatio.

a l. 1. D. h. t.
b Iac. Cuiacius Paratitl. Digeſt.

I. [a] COmpenſatio, eſt debiti & crediti inter ſe contributio: [b] Vel, compenſatio eſt per æris ſui computationem ab ære alieno liberatio.

c l. 3. D. h. t. c. dolo. de reg. iur. in 6. cum ibi annot. concord. l. Dolo. D. de doli except.

II. [c] Ideo compenſatio neceſſaria eſt, quia intereſt noſtra potiùs non ſoluere, quàm debitum repetere.

CAP. II.

Qui poſſunt compenſare, aut non.

Prima pars.

Qui poſſunt compenſare.

d l. verum. D. h. t.

III. [d] IPſo iure, eo minus fideiuſſor ex omni contractu debet quod ex compenſatione retinere poteſt. Sicut enim cùm totum peto à reo, malè peto: ita & fideiuſſor non tenetur ipſo iure in maiorem quantitatem, quàm reus condemnari poteſt.

e l. ſi quid. ibid.

IV. [e] Si quid a fideiuſſore petetur, æquiſſimum eſt eligere fideiuſſorem, vtrum quod ipſi, an quod reo debetur, compenſare malit: ſed & ſi vtrumque velit compenſare, audiendus eſt.

f l. in rem. ibi.

V. [f] In rem ſuam procurator datus poſt litis conteſtationem, ſi vice mutua conueniatur, æquitate compenſationis vtetur.

g l. vlt. ibid.
h l. Auferetur. §. qui compenſationem. D. de iur. fiſc.

VI. [g] Iuſſit Imperator, audiri approbantem ſibi à fiſco deberi, in quod ipſe conuenitur. [h] Sed qui compenſationem opponit fiſco, intra duos menſes debitum ſibi probare debet.

Secunda pars,

Qui non poſſunt compenſare.

* l. 1. C. h. t.

VII. * ET Senatus cẽſuit, & ſæpe reſcriptũ eſt, compenſationi in cauſa fiſcali ita demum locum eſſe, ſi eadem ſtatio, quid debeat, quæ petit. Atque hoc iuris propter confuſionem diuerſorum officiorum tenaciter ſeruandum eſt.

i d. l. Auferetur §. vt debitoribus. l. 3. C. h. t.
k l. ſi ex venditione d. t.
* l. Cum militi. D. h. t.

VIII. [i] Vt debitoribus fiſci quod fiſcus debet compenſetur, ſæpe conſtitutum eſt; excepta cauſa tributoria & ſtipendiorum, [k] item rei à fiſco emptæ, & quod ex cauſa annonaria debetur.

IX. * Cum militi caſtrenſium bonorum alius, cæterorum alius hæres exſtitit, & debitor alteri hæredum obligatus, vult compenſare quod ab alio debetur, non audietur.

CAP. III.

Quibus in rebus locus eſt compenſationi, vel non.

Prima pars.

Quibus in rebus ei locus eſt.

l l. vlt. C. eo. t. Iac. Cuiacius lib. 15. Obſeru. cap. 12.

X. [l] COmpẽſationes ex omnibus actionibus ipſo iure fieri Iuſtinianus ſanxit,

non placuit, quoniam ea non compenſatur.

XXXIV. [p] Vt debitoribus fiſci quod fiſcus debet compenſetur, ſępe conſtitutum eſt, excepta cauſa tribotoria, & ſtipendiorum, item rei à fiſco emptæ, & quod ex cauſa annonaria [q] debetur, vt & ſuprà relatum eſt.

XXXV. [r] Aduerſus depoſitũ opponi compenſatio non poteſt.

XXXVI. [s] Poſſeſſionem alienam occopantibus compenſatio nou datur.

XXXVII. [t] Quod in diem debetur, non compenſabitur antequam dies veniat, quanquam dari oporteat.

XXXVIII. [u] Quæcunque per exceptionem perimi poſſunt, in compenſationem non veniunt.

XXXIX. [x] Cauta & non recepta non poſſunt compenſari.

XL. [y] Ita demũm compenſationi locus eſt, ſi debitum quod in compenſationem deducitur verè ſubſiſtat vel iure ciuili & gẽtium, vel certè æquitate naturali, quamois ciuiliter non debeatur. [z] Naturalis enim eſt compenſatio, in eámque venit quod naturâ debetur. Vnde è contrario ſi ęquitatem nullam habeat obligatio, & exceptione perimi poſſit; non venit in compenſationem.

XLI. [a] In actione in rem prædo non habet dedoctionem ſeu compenſationem ſui crediti, nec ciuilis, nec etiam maximè naturalis.

XLII. [b] Non admittitur inuito altero cõpenſatio debiti quantitatis cum debito ex altera parte ſpeciei.

XLIII. [c] Si debeas decem millia, aut equum, vtrum adoerſarius volet; ita compenſatio huius debiti admittitur, ſi aduerſarius palam dixiſſet vtrum voluiſſet.

XLIV. [d] Ex cauſa iodicati ſolutum repeti non poteſt; ea propter nec compenſatio eius admitti poteſt.

XLV. [e] Ita compeoſationes obiiei Iuſtinianus Imperator cunſtituit, ſi cauſa ex qua compenſatur ſit liquida, & noo multis ambagibus innodata, ſed poſſit iudici facilem exitum ſui præſtare. Hoc itaque obſeruare iudices Iuſtinianus præcipit; & oon procliuiores ad admittendas compẽſationes exiſtere, oec molli animo eas ſoſcipere: ſed iore ſtricto vtentes, ſi inuenerint eas maiorem & ampliorem expoſcere indaginem, eas quidem alij iudicio reſeruare: litem autem priſtinam iam pene expeditam, ſententia terminali componere.

XLVI. [f] Quod Labeo ait, non eſt ſine ratione, vt ſi cui petitioni ſpecialiter deſtinata eſt compenſatio, in cæteris non obiiciatur.

CAP. IV.

Compenſatio qua forma fiat.

XLVII. [g] Qvæſitũ eſt, cũm ipſo iure fieri cõpenſationẽ traditũ ſit; plúſque petere eum cui obiici compenſatio poteſt; an factum hominis requiratur vt fiat cõpenſatio. Et pluribus placuit, idque noſtris moribus videtur magis conuenire, vt opponi ac obiici compenſatio debeat. Ac quidem in pleraque Francia receptum eſt vt fieri cõpenſatio non poſſit, niſi regiis literis è cancellaria ad eam rem impetratis. In Norioania accenſus iudicis ſeu viator in vim contractus authentici, ſeu ſententiæ iudicis contributionem, ſe debiti creditique inter ſe facere teſtatur: ac partibus diem ad iudicem eius diſceptaodæ cauſa dicit.

p l. Auferatur. § qui compenſationem. D. de iur. fiſc. l. 3. C. h. t.
q r l. vlt. d. t.
ſ d. l. vlt. l. vlt. C. Depoſ. § in bonæ fidei. Inſt. de actio. c. vlt. de dolo.
t l. quod in diẽ. C. h. t.
u l. quæcunque. D. eo. t.
x l. neque. C. h. t.
y l. etiam. D. h. t.
z l. quæcunque. ibid.
a l. vlt. in fi. C. h. t.
b Paulus IC. lib. 2. Recept. ſentent. cap. 5. l. ſi debeas 22. glo. & DD. in l. 1. D. h. t. & in l. vlt. C. eo. t. & §. in bo. fidei. Inſtit. de act. arg. quod aliud pro alio ſolui inuito creditore non poteſt. l. 2. D. de reb. cred. & in ſpeciebus eadẽ affectio.
c d. l. ſi debeas.
d l. 2. C. h. t.
e l. vlt. C. h. t.
f l. quod Labeo. D. h. t.
g Veſembecius h. t. l. 2. D. d. t. l. vlt. C. eo t. in verbo compenſationem obiici. §. in bo. fidei. Inſtit. de act. arg. quòd iudex poſſit compenſationem reprobare. l. quod in diem. §. 1. D. h. t. d. l. vlt arg. item l. 1. in fi. D. quæ ſent. ſine appell. reſcind. l. ſin autẽ. §. vlt. D. de nego. geſt. & quod dicitur mutuo deberi. l. 4. l. Poſtquã. D. h. t. de effectu accipiendũ. arg. quòd effectu debitor non eſt à quo peti vtiliter non poteſt. l. Marcellus 66. D. de reg. iur.

CAP. V.

De effectu compenſationis.

XLVIII. [h] Vnuſquiſq; creditorem ſuũ, eundémque debitorem petentem ſummouet, ſi paratus eſt compenſare.

XLIX. [i] Omnem deductionem, reputationem, retentionem, fieri ipſo iure tanquam compenſationem.

L. [k] Si conſtat pecuniam inuicem deberi, ipſo iure pro ſoluto haberi compenſationem oportet ex eo tempore ex quo ab vtraque parte debetur: vtique vſque ad concurrentes quantitates, eiúſque ſolius quod apud alterum eſt vſuræ debentur. [l] Sed & ſi inuicem ſit vſuraria pecunia, diuerſæ tamen ſint vſuræ, compeoſatio non minùs locum habet eius quod inuicem debetur, [m] vt & ſuprà relatum eſt.

LI. [n] Si quis compenſare potens ſoloerit, condicere poterit quaſi indebito ſoluto.

LII. [o] Inuicem debiti compenſatione habita, ſi qoid amplius quàm debeas ſoluens, vel accipere creditore noleute offerens, & conſignatum deponens; de pignoribus agere potes.

LIII. [p] Si rationem compenſationis iudex non haboerit, ſaloa manet petitio. Nec enim rei iudicatæ exceptio obiici poteſt. Aliud dicam ſi reprobarit compenſationem quaſi non exiſtente debito. Tunc enim rei iudicatæ mihi nocebit exceptio.

h l. 2. D. h. t.
i l. vlt. C. eo. t.
k l. ſi conſtat. C. h. t.
l l. cùm alter. D. eo. t.
m verſ. 13. & 14.
n l. ſi ambo. §. 1. D. h. t.
o l. inuicem. C. eo. t.
p l. quod in diem. D. h. t.

TIT. VII.

De nouationibus & delegationibus.

Hic titulus conſtat ſex capitibus, quorum primum eſt, Quid ſit nouatio & delegatio. Cuius prima pars eſt, Quid ſit nouatio. Secunda, Quid ſit delegatio. Secundum, Quando & quibus modis fit nouatio, aut non fit. Cuius prima pars eſt, Quãdo & quibus modis fit nouatio. Secunda, Quando, & quibus modis non fit nouatio. Tertium, Qui nouare obligationem poſſunt, aut non poſſunt. Cuius prima pars, Qui nouare obligationem poſſunt. Secunda, Qui non poſſunt. Quartum, De effectu nouationis. Quintum, Quando & quibus modis delegatio fiat, aut non fiat. Cuius prima pars eſt, Quando & quibus modis fiat delegatio. Secunda, Quando & quibus modis delegatio non fiat. Sextum, De effectu delegationis.

CAP. I.

Quid ſit nouatio & delegatio.

Prima pars.

Quid ſit nouatio.

a l.1.D.h.t.l.ſi pupillus.ibid.

I.[a] NOuatio eſt prioris debiti in aliam obligationem vel ciuilem, vel naturalem transfuſio, atque trãſlatio; hoc eſt, cùm ex præcedeoti cauſa ita noua conſtituitur, vt prior perimatur. Nouatio enim à nouo nomen accepit, & à noua obligatione:[b] vel, nouatio propriè eſt ex priore obligatione diei, vel conditionis, vel fideiuſſionis remanente eadem perſona debitoris in aliam obligationem nouam transfuſio, vel tranſlatio.

b Petrus Gregorius Syntagmate.h.t.

c Veſembecius. h.t.
d l.aliam.D.h.t.l.non ſolet. 86. D. de reg. iur.

II. [c] Nouatio duplex eſt; Alia voluntatia, quç fit ſtipulationibus:[d] Alia neceſſaria, quam inducit litis conteſtatio,[e] & ſententia.

Secunda pars dicti capitis primi.

Quid ſit delegatio.

* Glo.in l.1.C. de iudic. per l. Iulianus 60. D. de condict. indeb.
e l.Delegare 1. D.h.t.

III.[e] DElegare, eſt vice ſua alium reum dare creditori, vel cui dari iuſſerit. Fit autẽ delegatio vel per ſtipolationem, vel per litis conteſtationem.

f Fr. Duarenus. l. nec creditoribus. D.h.t.

IIII. [f] Tres perſonæ in delegatione neceſſariæ ſunt, Debitor delegans, Debitor delegatus, & creditor ſiue alius cui fit delegatio: omniúmque conſenſus in vera nouatione requiritur.

g Cuiacius Paratitl.l.2.C. de obl. & act.

V. [g] Nouatio eſt debitoris: Delegatio eſt nouatio creditoris ſimul & debitoris, quæ etiam fit per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem; vt ſi is cui ceſſi actionem, litem conteſtetur cum meo debitore; prioti genere volens delegatur: poſteriore inuitus.

CAP. II.

Quando & quibus modis fit nouatio, aut non fit.

Prima pars.

Quando & quibus modis fit nouatio.

h l.2.D.h.t.

VI. [h] OMnes res tranſire in nouationem poſſunt. Quodcunque enim ſiue verbis contractum eſt, ſiue non verbis, nouari poteſt & tranſire in verborum obligationem ex quacunq; cauſa, dummodo ſciamus ita demùm fieri ſi hoc agatur: cæterùm ſi hoc non agatur, duæ erunt obligationes.

i l.1.ibid.

VII. [i] Illud etiam non intereſt qualis præceſſit obligatio, vtrum naturalis, an ciuilis, an honoraria. Qualiſcunque igitur obligatio ſit, nouari verbis poteſt: dummodò ſequens obligatio aut ciuiliter teneat, aut naturaliter:[k] vt puta, ſi pupillus ſine tutoris authoritate promittat.

k § idem præterea. Inſt. quib. mo toll. oblig.
l l.Delegare. D. h.t l.ſolutio nẽ.D.de ſolut.

VIII. [l] Nooatio fit nonnunquam per litis conteſtationem: cùm ſcilicet pro Seio debitore ſe offert Titius, & litem mecum conteſtatur.

m l. in diem. D.h.t.

IX. [m] In diem obligatio nouari poteſt, & priùs quàm dies aduenerit. Et generaliter cõſtat & ſtipulatione in diem facta nouationem contingere: ſed non ſtatim ex ea ſtipulatione
A agi poſſe antequàm dies venerit.

n l. quoties.ibi.

X. [n] Si id quod ſub conditione debetur, purè quis nouandi caoſa ſtipulatur, ne nunc quidem ſtatim nouat, licèt pura ſtipulatio aliqoid egiſſe videatur; ſed tunc nouabit cùm exſtiterit conditio. Etenim exiſtens conditio primam ſtipulationem committit, commiſſámque in ſecundam transfert. Et ideò ſi fortè perſona promiſſoris pendente conditione
B fuerit deportata, ne quidem exiſtente conditione vlla continget nouatio: quoniam nunc cùm extitit conditio, non eſt perſona quæ obligatur.

XI. Quoties quod purè debetur, nouandi cauſa ſub conditione promittitur, non ſtatim fit nouatio; ſed tunc demùm cùm conditio extiterit. Et ideò ſi fortè Bucephalus equus fuerit in obligatione, & pendente
C conditione mortuus ſit; nec nouatio continget, quia non ſubeſt res eo tempote quo conditio impletur. Vide & ſi poſt moram Bocephalus in conditionalem obligationem deductus ſit, purgatur mora, nec in ſequentem deducitur obligationem.

p l.ſi quis abſente.h.t.

XII. [p] Si quis abſente me à debitore meo ſtipulatus eſt nouandi animo, & ego ratum habuero, nouo obligationem.

q l.ſi Stichum § 1.ibid.

XIII. [q] Legata vel fideicommiſſa ſi in ſtipulationem fuerint deducta, & hoc actum vt
D nouetur, fiet nouatio; Si quidem purè, vel in diem ſint relicta, ſtatim: ſi verò ſub conditione, nõ ſtatim, ſed vbi conditio extiterit. Nam & aliâs qui in diem ſtipulatur, ſtatim nooat ſi hoc actum eſt; cùm certum ſit diem quandoq; venturom. At qui ſub conditione ſtipolatur, non ſtatim nouat, niſi conditio extiterit,

r d.l.§.ſi quis ita, l.ſi Stichũ. §.1.ibid.

XIIII. [r] Stipulatio nouans poteſt præcedere ſtipulationem nouatam: vt ſi qois ita ſtipulatus fuerit [Qood à Titio ſtipulatus fuero, date ſpondes?]
E

ſ l.vlt.§.1.ibi.

XV. [ſ] Admonendi ſumus nihil vetare vna ſtipulatione plures obligationes nooari: Veluti, ſi ita ſtipulemur [Qood Titium & Seium mihi date oportet, date ſpondes?] Licèt enim ex diuerſis cauſis ſinguli fuerant obligati, vtrique tamen nouationis iure liberantur: cùm vtriuſque obligatio in vnius perſonam confluat.

t l.hominem.ibid.

XVI. [t] Te eqoum; & Seium X. mihi dare
F oportet: ſtipulor ab altero, [Quod te aut Seium date oportet,] vtrumque nouatur: meritò, quia vtrumque in poſteriorem deducitur ſtipulationem.

u l.aliam.C. h.t.l. 1. D.de ind.

XVII. [u] Fit interdum nouatio, cùm aliquid accedit obligationi contractæ, licèt ea non perimatur: veluti cùm litem cum debitore meo conteſtor: quæ nooatio neceſſaria dicitur,[x] quòd iudicium reddatur in inuitum.

x l.inter ſtipulantem D. de verb.obl.
z §.præterea. Inſt.o.quib.mo. toll.obl.

XVIII. [z] Interdum licèt poſterior ſtipulatio inutilis ſit, prima tollitur: Veluti ſi id
G quod Titio debes, à pupillo ſine tutoris authoritate ſtipulatus fuerit, quo caſu res amittitur. Nam & prior debitor liberatur: & poſterior obligatio nulla eſt.

a l.Obligationum ferè.§.vlt. D.de oblig.& act.

XIX. [a] Si ita ſtipulatus ſim, [Si fundum non dederis, centum dare ſpondes?] ſola

centum

centum in ſtipulatione ſunt; in exſolutione fundus. Sed ſi nauem fieri ſtipulatus ſim; & ſi non feceris centum, videndum vtrum duę ſtipulationes ſint, puta, & conditionalis; & exiſtens ſequentis conditio non tollat priorem obligationem; an verò transferat in ſe, & quaſi nouatio prioris fiat: quod magis verum eſt.

b d. l. ſi Stichũ. D. h. t.

XX. [b] Si quis obligationem ab vna perſona in aliam transferre velit: puta à Titio in Seium, ſtipulari eum oportet à Seio quod Titius debet: quo caſu licèt inſcius, & non conſentiens, liberatur: [c] Vel ſi abſque mutatione perſonæ velit aliud genus obligationis in obligationem transferre, interpoſita ſtipulatione rectè nouatio fiet, licèt noui nihil contineat nouans ſtipulatio. Sin autem ipſam verborum obligationem velit in aliam transferre, poſterior ſtipulatio nouabit priorem, modò aliquid noui contineat: id eſt ſi dies, conditio, pignus, aut fideiuſſor accedat, aut detrahatur.

c Theophil. in d. §. præterea.

Secunda pars capitis ſecundi.

Quando, & quibus modis nouatio non fiat.

XXI.[d] CVm hoc inter veteres conſtabat, tũc fieri nouationem, cùm nouandi animo in ſecundam obligationem itum fuerat; pro hoc autem dubium erat quando nouandi animo hoc videretur fieri, & quaſdam de hoc præſumptiones alij ex alijs cauſis introducebant: ideo Iuſtiniani proceſſit conſtitutio, quæ apertiſſimè definiuit tunc ſolùm fieri nouationem, quoties hoc ipſum inter contrahentes expreſſum fuerit, quòd propter nouationem prioris obligationis conuenerunt: alioqui & manere priſtinam obligationem, & ſecundam ei accedere vt maneat ex vtraque cauſa obligatio: etiamſi quis vel aliam perſonam adhibuerit, vel mutauerit, vel pignus acceperit, vel quantitatem augendam, vel minuendam eſſe crediderit, vel conditionem, ſeu tempus addiderit, vel cautionem minorem acceperit, vel aliquid fecerit ex quo veteris iuris conditores introducebant nouationes.

d l. vlt. C. h. t. l. 1. D. h. t. §. pen. Inſt. quib. mo. toll. obl. iure enim Digeſtorum ſi ſecunda ſtipulatio continerent plus quàm prima, præſumebatur nouatio. l. qui vſumfructum. D. de verb. obl. l. ſi pupillus. §. qui autem. D. h. t. §. ſi tantundem ſecunda ſtipulatio continebat quàm noua interuentu nouæ perſonæ fiebat nouatio, niſi nominatim expreſſum eſſet, vt eſſent duo rei l. 3. D. de duob. reis. Noua non interueniente perſona non præſumebatur nouatio, ſed alia ſtipulatione obligatio, remanente priore. l. ſcire debemus. D. de verb. obl. l. fundum Cornelianum. D. h. t. Petrus Greg. Syntag.

XXII. [e] Cùm pecuniam mutuam dedit quis, ſiue ſtipulatione & ex continenti fecit ſtipulationem, vnus contractus eſt. Idem erit dicendum & ſi ante ſtipulatio facta eſt, mox pecunia numerata ſit. Cùm enim pecuniam mutuam datam ſtipulamur, non exiſtimãdum numeratione naſci obligationem, & deinde eam ſtipulatione nouari, quia id agitur vt ſola ſtipulatio teneat: & magis implendæ ſtipulationis gratiâ numeratio intelligenda eſt fieri.

e l. ſi ita & d. ſeq. D. h. t.

XXIII. [f] Si ita fuero ſtipulatus [Quanto minus à Titio debitore exegiſſem, tantum fideiubes?] non fit nouatio: quia non hoc agitur vt nouetur.

f d. l. ſi ita.

XXIV. [g] Si aliud debitum deducatur in ſtipulationem; nouatio non erit, ſed ſeparata obligatio.

g l. ſi non fortem. § ſi centũ. D. de condict. ind.

XXV. [h] Iudicatum ſolui ſtipulatione, actio iudicati non nouatur: meritò, quia hoc ſolùm agitur ea ſtipulatione vt fideiuſſoribus cautum ſit, non vt ab obligatione iudicati diſcedatur.

h l. ſi Stichũ. §. idem Celſus. D. h. t.

XXVI. [i] Si X. quæ mihi Titius debet, aut X. quæ Seius debet, à Tertio ſtipulatus fuero; putat Marcellus neutrum liberari: ſed Tertium eligere poſſe pro quo X. ſoluere velit.

i d. l. § ſi x.

XXVII. [k] Si is cui X. Titius; quindecim Seius debebat, ab Attio ſtipulatus eſt, quod ille aut quod ille debeat, dari ſibi; nouatum vtrunque non eſt. Sed in poteſtate Attij eſt pro quo velit ſoluere, & eum liberare: fingamus autem ita actum vt alterutrum daret. Nam alioquin vtrumque ſtipulatus videtur: & vtrumq; nouatum, ſi nouandi animo hoc fiat.

k l. ſi ita mi d. t.

XXVIII. [l] Si quis ſtipuletur quod mihi debetur, non aufert mihi actionem, niſi ex voluntate mea ſtipuletur: liberat autem me is qui quod debeo promittit, etiamſi nolim.

l d. l. ſi Stichũ. §. vlt.

XXIX. [m] Si debitorem meum iuſſero tibi ſoluere; non ſtatim tu etiam ſtipulando id nouare potes, quamuis debitor ſoluendo tibi liberetur.

m l. ſi debitorem. ibid.

XXX. [n] Obligatio principalis per pœnalem non nouatur.

n Fr. Duarenus, Zaſius, Alciatus.

XXXI. [o] Quod dicimus, Si conditio adiiciatur, nouationem fieri; ſic intelligi oportet, vt ita dicamus factam nouationem ſi conditio extiterit: alioqui ſi defecerit, durat prior obligatio.

o § præterea. Inſt. quib. mod. toll. obl.

XXXII. [p] Si rem aliquam dari ſtipulatus ſum: deinde eandem ſub conditione ſtipuler nouandi animo, manere oportet rem in rebus humanis vt nouationi locus ſit, niſi per promiſſorem ſteterit quominus daret: ideóque ſi equum dare te mihi oporteat, & in mora fueris quominus dares, etiam mortuo eo teneris: * Et ſi priùs quàm moreretur, cùm iam mora facta ſit, eundem à te ſub conditione ſtipulatus fuero, & equus poſtea mortuus ſit: deinde conditio extiterit, cùm iam ex ſtipulatu obligatus es mihi; nouatio quoque fiet.

p l ſi rem. D. h. t.

* Contra opinionem Marcelli qui purgari moram hoc caſu putabat, vt refertur l. quoties. D. h. t. quam vt cum hac l. conciliẽt, improbare eam opinionẽ Marcelli in d. l. quoties. dicunt. vt & l. 15. §. quòd ſi ſeruus. D. de vſur.

XXXIII. [q] Prorogata ſolutionis die non intelligitur facta nouatio: nec fideiuſſores liberantur.

q Iaſon latè in l. 1. n. 18. 19. & ſeqq. C. de indic. & in l. lecta. D. de reb. cred.

CAP. III.

Qui nouare obligationem poſſunt, aut non poſſunt.

Prima pars.

Qui nouare obligationem poſſunt.

XXXIIII.[r] NOuare poſſumus aut ipſi ſi noſtri iuris ſumus, qui voluntate noſtra ſtipulamur.

r l. Nouare D. h. t.

XXXV. [ſ] Cui rectè ſoluitur, is etiam

ſ l. cui rectè. ibi.

nouate poteſt, excepto eo ſi mihi aut Titio ſtipulatus ſim. Nam Titius nouare nou poteſt licet ei rectè ſoluatur.

XXXVI. [t] Tutor poteſt nouare ſi hoc pupillo expediat. Item procurator omnium bonorum cui libera adminiſtratio permiſſa eſt, aut cui ſpecialiter ſit mandatum: [u] ſed ratihabitio mandato comparatur.

XXXVII. [x] Agnatum furioſi aut prodigi curatorem nouandi ius habere minimè dubitandum eſt, ſi hoc furioſo vel prodigo expediat.

XXXVIII. [z] Dubitari non debet quin filius cui adminiſtratio peculij permiſſa eſt, nouandi quoque peculiaria debita ius habeat: maximè ſi etiam meliorem ſuam conditionem eo modo faciat. Nam ſi alium iubeat ſtipulari, intereſt vtrum donãdi animo alium iubeat ſtipulari, an vt ipſi filio negotium gerat: quo nomine etiam mandati actiu peculio acquiritur.

XXXIX. [a] Si duo rei ſtipulandi ſint, an alter ius nouandi habeat, quæritur: & quid iuris ſibi vnuſquiſque ſibi acquiſierit. Ferè autem conuenit & vni rectè ſolui; & vnum iudicium petentem totam rem in litem deducere: item vnius acceptilatione perimi vtriuſque obligationem. Ex quibus colligitur vnumquemque perinde ſibi acquiſiſſe, ac ſi ſolus ſtipulatus eſſet: excepto eo quòd etiam facto eius, cum quo commune ius ſtipulantis eſt, amittere debitum poteſt. Secundùm quæ ſi vnus ab aliquo ſtipuletur, nouatione quoque liberare eum ab altero poterit, cùm id ſpecialiter agit: eò magis quòd eam ſtipulationem ſimilem eſſe ſolutioni exiſtimemus. Alioquin quid dicemus, ſi vnus delegauerit creditori ſuo communem debitorem, iſque ab eo ſtipulatus fuerit: aut mulier fundum iuſſerit doti promittere viro, vel nupturo ipſi dotem promiſerit? [b] Breuiter vnus ex duobus reis ſtipulandi poteſt in præiudicium ſeu damnum alterius nouare, delegare, & nomen debitoris cedere.

Secunda pars capitis tertij.

Qui nouare obligationem non poſſunt.

XL. [c] Cvi bonis interdictum eſt, nouare obligationem ſuam non poteſt, niſi meliorem conditionem ſuam fecerit.

XLI. [d] Pupillus ſine tutoris authoritate non poteſt nouare.

XLII. [e] Filius patris actionem ignorante eo nouare non poteſt.

XLIII. [f] Non ideò nouare veterem obligationem quiſquam rectè poteſt, quòd interdum ei rectè ſoluitur. Nam & iis qui in noſtra poteſtate ſunt, quod ab his creditum eſt rectè interdùm ſoluitur: cùm nemo eorum per ſe nouare priorem obligationem rectè poſſit.

XLIV. [*] Procorator, cui exactio pecuniæ mandata eſt, contra domini voluntatẽ nouationẽ facere; nec parte debiti accepta in eo quod ſolutum nõ eſt, liberare debitorem non poteſt.

*t l. Nouare. ibi. Procurator ... & l. Procurator totorum. D. de procur. l. non abs tulit. C. ... u l. ſi quis absente. D. eo. t. x l. vlt. §. 1. ibi. z d. l. vlt. a l. ſi rem. §. 1. ibid. b Petr. Gregorius Syntagmate. h. t. c l. 3. D. h. t. d l. Nouare. ibid. e l. filius. ibid. f l. non ideo. ib. * l. Procurator. D. h. t.*

XLV. [g] Si cuiuſcunque modi actiones ad potentiorum fuerint delatæ perſonas, debiti creditores iactura mulctentur. Aperta enim credentium videtur eſſe voracitas, qui alios actionum ſuarum redimunt exactores.

XLVI. [h] Iure ciuili Romano proſpectum eſt, ne iudiciorũ exitus durior nobis cõſtituatur, oppoſito nobis alio aduerſario: eóq; iure ſancitum eſt, vt ſi quis alienando rem, alium nobis aduerſarium ſuo loco ſubſtituerit, idq; data opera in fraudem noſtram fecerit, tanti nobis in factum actione teneatur, quanti noſtra intereſt alium aduerſarium nos non habuiſſe. Itaque ſi alterius prouinciæ hominem aut potentiorem nobis oppoſuerit aduerſarium, tenebitur; aut alium qui vexaturus ſit aduerſarium.

XLVII. [i] Ceſſio rerum mobilium, tametſi litigioſæ non ſint, eſt prohibita; non autem immobilium, [k] niſi ſint litigioſæ. Sed hoc plerunque indulgentia principali conceditur: idque admitti ſolet niſi aduerſarij euidenter interſit.

XLVIII. [l] Litigioſa res fit etiam per in ius vocationem.

XLIX. [m n] Maximè improbatur ceſſio actionis facti Procuratori, vel Aduocato.

L. Ceſſio facta ſcholaſtico à ſorore, [o] à matre filio, ab amita fratris filio; [p] filio quoque naturali admittitur: [q] ſimiliter facta fratri naturali non ex inceſtu orto.

LI. [r] Vbi permittitur ceſſio ſcholaſtico, totius ſummæ, non partis tantùm fieri ceſſionẽ oportet, [s] ne eadem de re controuerſia apud diuerſos iudices contra iuris præcepta agitetur.

CAP. IV.

De effectu nouationis.

LII. [ſ] Nouatione tollitur obligatio: veluti ſi id quod tibi Seius debebat, à Titio ſtipuleris. [t] Nã interuentu nouæ perſonæ noua naſcitur obligatio, & prima tollitur tranſlata in poſteriorem.

LIII. [u x] Nouatione legitimè facta liberãtur hypothecæ, & pignus: vſuræ non currunt.

LIIII. Si creditor pœnam ſtipulatus fuerit, ſi ad diem pecunia ſoluta non eſſet, nouatione facta non committitur ſtipulatio.

LV. [z] Si Bucephalum equum ſtipulatus ſim, & cùm in mora promiſſor eſſet quo minus daret, rurſum eundem ſtipulatus fuero; deſinit periculum ad promiſſorem pertinere, quaſi mora purgata.

LVI. [a] Paulus reſpondit, ſi creditor à Sempronio nouandi animo ſtipulatus ſit, ita vt à prima obligatione diſcederetur, rurſum eaſdem res à poſteriore debitore ſine conſenſu prioris obligari non poſſe.

LVII. [b] Si ab alio promiſſam ſibi dotem maritus ab vxore dotis nomine ſtipulatus ſit, nõ duplari dotem, ſed fieri nouationem placet, ſi hoc actũ eſt. Quid enim intereſt ipſa, an alius

g l. 1. C. ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare: vel actiones in ſe transferre. Guido Papa ſingul. 834. h l. 1. 2. & 3. D. de alien. mut. iud. cauſ. facta. i Arreſto curiæ Pariſ. in lite Senetony Procuratoris regij Albauille, dato 18. Febru. 1533. k cano. quæres 11. q. 1. l. vl. C. de litig. Glo. in l. vlt. de re iud. l Papo lib. 12. Arreſto. 2. & 5. m n C. l. 1. vt lite non conteſt. l. 2. C. de litig. l. luit. C. de proc. Iudicio curiæ Pariſ. dies 4. Decẽb. 1542. l. 1. 2. & 3. D. de alien. mut. iud. cauſ. fact. o Tiraquellus in repet. l. ſi vnquam. C. de reuoc. don. p Arnald. Contades in tract. bonorum poſſeſſionis, in bonorum poſſeſſione, vnde liberi. Rebuffus in tract. Des ceſſions & tranſports in Conſt. regias. q Papo d. libr. 2. t. 1. Arreſto 9. r Iudicio curiæ Pariſ. dies 11. Febr. 1543 ſ c. nullus de iudic. c. ex tenore. de reſcr. c. diſpendia. eod. in 6. t §. præterea. Inſt. quib. mo. toll. oblig. u x l. Nouatione. D. h. t. z l. ſi Stichum. ibid. a l. Paulus. ibi. b d. l. ſi Stichũ. §. vlt.

quilibet promittat? Quod enim ego debeo, ſi alius promittat, liberare me poteſt ſi nouationis cauſa id fiat. Si autem non nouandi animo hoc interuenit, vterque quidem tenetur: ſed altero ſoluente alter liberatur.

LVIII. [c] Aliam cauſam eſſe nouationis voluntariæ, aliam iudicio accepto multa exempla oſtendunt. Perit priuilegium dotis & tutelæ, ſi poſt diuortium dos in ſtipulationem deducatur, vel poſt pubertatem tutelæ actio nouetur, ſi id ſpecialiter actum eſt; quod nemo dixerit lite conteſtata. Neque enim deteriorem cauſam noſtram facimus actionem exercentes: ſed meliorem, vt ſolet dici in his actionibus quæ tempore vel morte finiri ſolent.

c *l. aliam. ibid.*

LIX. [d] Fit interdum nouatio cùm aliquid accedit obligationi contractæ, licèt ea non perimatur: veluti cùm litem cum debitore meo conteſtor. quę nouatio neceſſaria dicitur [e] quòd iudicium reddatur in inuitum, [f] vt & ſupra relatum eſt.

d *Franciſcus Duarenus h. t. d. l. aliam. & l. 1. D. de iudic.*
e *l. inter ſtipulantem D. de verb. obl.*
f *verſ. 17.*

LX. [g] Interdum etiam licèt poſterior ſtipulatio inutilis ſit, prima tollitur: veluti ſi id quod Titio debes, à pupillo ſine tutoris authoritate ſtipulatus fuerit: quo caſu res amittitur. Nam & prior debitor liberatur: & poſterior obligatio nulla eſt, vt & ſuprà quoque commemoratum eſt.

g *§. præterea Inſtit. quib. mo. toll. obl.*

LXI. [h] Debitor creditori tametſi is actiones ſuas alij mandauerit, ſoluere vtiliter poterit, niſi lis cum eo cui actio mandata eſt conteſtata ſit, aut aliquid ex debito ei ſolutum: aut denuntiatum ei fuerit ne antiquo creditori ſolueret.

h *l. 3. C. h. t.*

CAP. V.

Quando, & quibus modis delegatio fiat, aut non fiat.

Prima pars.

Quando & quibus modis fiat.

LXII. [i] Delegans, quoquo modo voluntatem ſuam declaret, partìm refert. [k] Delegatus autem reus ſeſe verbis obligare debet creditori cui delegauit.

i *l. delegare. 1. D. h. t.*
k *l. 1. C. eo. t.*

LXIII. [l] Nouatio eſt nouatio debitoris. Delegatio, nouatio creditoris ſimul & debitoris, quæ etiam fit per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem; vt ſi is cui ceſſi actionem, litem conteſtetur cum meo debitore. Priore genere volens delegatur, poſteriore inuitus: vt & ſuprà relatum eſt.

l *Cuiacius paratitl. l. 2. C. de obl. & act. l. delegare, 1. D. h. t.*

LXIV. [m] Si quis delegauerit debitorem, qui doli mali exceptione tueri ſe poſſe ſciebat, ſimilis videbitur ei qui donat: quoniam remittere exceptionem videtur. Sed ſi per ignorantiam promiſerit creditori, nulla quidem exceptione aduerſus creditorem vti poterit, quia ille ſuum recepit. Sed is qui delegauit, tenetur condictione vel incerti, ſi non pecunia ſoluta eſſet: vel certi, ſi ſoluta eſſet. Et ideò cùm ipſe præſtiterit pecuniam, aget mandati iudicio.

m *l. ſi quis delegauerit. ibid.*

Secunda pars capitis quinti.

Quando, & quibus modis non fit delegatio.

LXV. * Delegatio debiti niſi conſentiente & ſtipulanti promittente debitore iure perfici non poteſt: nec creditoris creditori quiſquam inuitus delegari poteſt. * Nominis autem venditio vel inuito eo aduerſus quem actiones mandātur, contrahi poteſt.

* *l. 1. C. h. t.*
* *l. Nec creditoris. ibid.*

LXVI. [q] Si non debitorem quaſi debitorem delegauero creditori meo; exceptio locum non habebit: ſed cōdictio aduerſus eum qui delegauit, competet.

q *l. ſi nō debitorem. ibid.*

CAPVT VI.

De effectu delegationis.

LXVII. [r] Ex delegatione animo nouandi facta tollitur prior obligatio; [ſ] & ex contractu pecuniæ creditæ actio inefficax dirigitur, ſi delegatione perſonæ ritè facta, iure nouationis vetuſtior contractus euanuit. [t] Et delegans alium debitorem, liberatur, non minus quàm ſi ſoluiſſet, ita vt in eum actio moueri non poſſit, ſed in delegatum: [u] qui enim debitorem delegat, pecuniam dare intelligitur quanta ei debetur.

r *Salycetus in l. 2. C. h. t.*
ſ *d. l.*
t *l. quod debitorem. 18 D. de fideiuſſ. l. mortis cauſa capitur. §. 1. D. de donat. cauſ. mort. l. 2. C. de cond. indeb. l. quamuis. §. planè ſi mulier. D. ad SC. Velleia.*
u *l. Delegare 11. D. h. t. §. 1. Inſtit. quib. mo. toll. obl.*

LXVIII. [x] Emptor qui delegante venditore pecuniam ita promittit [Quicquid ex vendito dare facere oportet] nouatione ſecuta vſuras neutri pòſt inſecuti temporis debet.

x *l. Emptor. D. h. t.*

LXIX. [z] Si delegatione facta iure nouationis tu liberatus es, fruſtra vereris ne eò quòd quaſi à cliente ſuo non faciat exactionem, ad te periculum redundet: cùm per verborum obligationem voluntate nouationis interpoſita à debito liberatus ſis.

z *l. 3. C. eo. t.*

LXX. [a] Doli exceptio quæ poterat deleganti opponi, ceſſat in perſona creditoris cui quis delegatus eſt. Idémque eſt & in cæteris ſimilibus exceptionibus: imò & in ea quæ ex ſenatuſconſulto filioſa. datur. Nam aduerſus creditorem cui delegatus eſt ab eo qui mutuam pecuniam contra ſenatuſconſultum dederat, non vtetur exceptione: quia nihil in ea promiſſione contra ſenatuſconſultum fit: tantò magis quòd hic nec ſolutum repetere poteſt. Diuerſum eſt in muliere quæ contra ſenatuſconſultum promiſit: nam & in ſecunda promiſſione interceſſio eſt. Idémque eſt & in minore qui circūſcriptus delegatur; quia ſi etiam nunc minor eſt, ruſum circumuenitur. Diuerſum, ſi iam exceſſit ætatem viginti quinque annorum: quamuis adhuc poſſit reſtitui aduerſus priorem creditorem. Ideò autem denegantur exceptiones aduerſus ſecundum creditorē, quia in priuatis cōtractibus & pactionibus nō facilè ſcire petitor poteſt, quid inter eum qui delegatus eſt, & de-

a *l. Doli. D. h. t.*

bitorem actum eſt: aut etiam ſi ſciat, diſſimulare debet, ne curioſus videatur: & ideò meritò deneganda eſt aduerſus eum exceptio ex perſona debitoris.

LXXI. [b] Si Titius donare mihi volens, delegatus à me creditori meo ſtipulanti ſpopondit, non habebit adoerſus eum illam exceptionem, vt quatenus facere poteſt condemnetur. Nam aduerſusme tali defeoſione meritò vtebatur, quia donatum ab eo petebam: creditor autem debitum perſequebatur.

b l. penult. ibid.

LXXII. [c] Creditor debitorem debitoris ſui conuenire non poteſt ſine prioris debitoris conſeoſu, [d] niſi priore obligatione bona creditori debitor obligauerit, aut iſtud ſaltem nomen, [e] vel niſi in cauſa iudicati, pignoribos & bonis debitoris noo ſufficientibus, perueniendum ſit ad nomina ordine ſeruato.

c l. ſi ſoluere. C. h. t.
d l. ſi conuenit. D. de pign. act. l. grege §. 2. D. de pign.
e l. à diuo Pio. D. de re iudic. l. 2. Cod. quando fiſc. vel priu. debit. debitor ſui com. poſſ.

De acceptilationibus.

TIT. VIII.

Hic titulus quinque habet capita, quorum primum eſt, Quid ſit acceptilatio. Secundum, Quibus modis fieri acceptilatio poſſit, aut non poſſit: cuius prima pars eſt, quibus modis fieri acceptilatio poſſit. Secunda, Quibus modis fieri acceptilatio non poſſit. Tertium, Qui acceptum facere poſſunt, aut non poſſunt: cuius prima pars eſt, Qui acceptum facere poſſunt. Secunda, Qui acceptum facere non poſſunt. Quartum, Quibus accepto fieri poteſt, aut non poteſt: cuius prima pars eſt, Quibus accepto fieri poteſt. Secunda, Quibus accepto fieri non poteſt. Quintum, De effectu acceptilationis. Sextum, Quibus proſit acceptilatio, aut non proſit. Cuius prima pars eſt, Quibus proſit. Secunda, Quibus non proſit.

CAP. I.

Quid ſit acceptilatio.

I. [a] Acceptilatio eſt liberatio per mutuam intertogationem, qoa vtriuſque contingit ab eodem nexu abſolutio. [b] Vel acceptilatio eſt imaginaria ſolutio. Quod enim ex verborum obligatione debetur, id ſi velit Titius remittere, poterit ſic fieri, vt patiatur hæc verba debitorem dicere: Quod ego tibi promiſi, habéſne acceptum? & Titius ita reſpondeat, Habeo.

a l. 1. D. h. t.
b §. 1. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.

II. [c] Acceptilatio quo ad formam attinet, iuris ciuilis actus dicitur: [d] quatenus conſenſum conuentiooémq; continet, & iis qui iueis ciuilis non ſunt participes permittitur; ad ius gentium refertur.

c Veſembecius h. t. l. actus. 74. D. de reg. iur.
d l. an inutilis. §. vlt. D. h. t. §. 2. Inſt. quib. mod. toll. obl. Cuiacius lib. 5. obſeru. cap. 36. & in t. de ver. oblig.

III. [*] Acceptilatio, iuris gentium dicitur, [:] quamuis ciuilem habeat formam, & authoritatem, ſeu approbationem iuris ciuilis; cùm & ſtipulatiooe fiat quæ eſt iuris ciuilis.

* l. pen. D. de ſolut.
: §. de conſtituta. Inſtit. de actio.

CAP. II.

Quibus modis fieri acceptilatio poſſit: aut non poſſit.

Prima pars.

Quibus modis poſſit.

IV. [f] Acceptilatione eæ tantùm ſoluuntur obligatiooes quæ ex verbis conſiſtunt; non etiam cæteræ. Conſentaneum enim viſum eſt verbis factam obligationem aliis poſſe verbis diſſolui: ſed & id quod ex alia cauſa debetur, poteſt in ſtipulationem deduci, & per acceptilationem diſſolui.

f l. 1. D. h. t.

V. [g] Et ſic acceptilatio fieri poteſt [Accepto facis decem] ſi ille reſpondet. [facio.]

g l. ſanè. ibi.

VI. [h] Quod io diem aut ſub conditione debetur, acceptilatione tolli poteſt: ſed ita id factum apparebit ſi conditio ſtipulationis extiterit, aut dies venerit.

h l. quod in diem. ibid.

VII. [i] Si legatorum ſub conditione relictorum fideiuſſori dato accepto latum ſit, legata debebuntur poſtea conditione exiſtente.

i l. & per iuſiurandum. § ſi legatorũ. ibid.

VIII. [k] Si ſub conditione legatum mihi datum nouãdi cauſa ſtipulatus ſum: & ante exiſtentem conditionem acceptum fecero, dicendum eſt etiam ſi conditio extiterit, neque ex teſtamento competituram actionem, quia nouatio facta ſit; neque ex ſtipulatu, quæ acceptilatio ne ſoluta ſit.

k l. ſi ſub conditione. ibid.

IX. [*] Quod in diem vel ſub conditione debetut acceptilatione tolli poteſt: ſed ita id factum apparebit ſi conditio ſtipulationis extiterit, aut dies venerit.

* l. quod in diem. ibid.

X. [l] Quamuis dicamus valere ſolutionem & acceptilationem debiti ſub conditione aduenïẽte, & haberi rationem temporis, quo accepto latũ vel ſolutum fuit, tamen intelligeudum eſt nec alterutrũ liberari, cùm ſit, [m] quia nondum debebatur pendente conditione, [n] cùm priuatio præſupponat habitum; [o] ſed aduenieote ea retrotrahitur, & quidem nouo iure firmatur.

l Petr. Gregorius Syntagmate. h t. l. ſub conditione 16. D. de ſolu.
m l. 1. cu. D. de obl. & act.
n l. Iulianus. D. de diuort. l. decem. D. de verb. obl.
o Vt in donationibus factis coniugibus, & filiisf. fa. l. Donationes quas parentes. D. de donat. inter vir. & vxor.

XI. [p] Vt contingat ſtatim liberatio, ſub cõditione debitum per nouationem transfunditur in puram obligationem; poſtea acceptilatione tollitur.

p Petr. Gregor. d. t. l. ſi ſub conditione. l. & per iuſiurandum. §. ſi legatorum. D. h. t.

XII. [q] Ex vno, & pluribus contractibos, vel certis, vel incertis, vel quibuſdam, exceptis cæteris, omnibus ex cauſis acceptilatio fieri poteſt.

q l. Ex vno. ibid.

XIII. [r] Eſt autem prodita ſtipulatio quæ vulgò Aqoiliana appellatur, per quam contingit vt omnium rerum obligatio in ſtipolatum dedocatur, & ea per acceptilationẽ tollatur. Stipulatio enim Aqoiliana renouat omnes obligationes; & à Gallo Aquilio ita compoſita eſt: Quicquid te mihi ex quacunque cauſa dare facere oportet, oportebitve præſens, in diémve: quarumcunqoe rerum mihi tecum actio eſt, quæque aduerſus te petitio, vel aduerſus te perſequutio eſt, eritve:

r §. eſt autẽ. Inſt. quib. mo. toll. oblig.

quódve

quódve tu mecum habes, tenes, poſſides, dolóve malo feciſti quò minus poſſideas: quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari ſtipulatus eſt Aulus Agerius, ſpopondit Numerius Nigidius. Quod Numerius Nigidius Aulo Agerio ſpopondit, id haberétne à ſe acceptum Numerius Nigidius Aulum Agerium rogauit; Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.

XIV. [f] Sicut quod debetur, pro parte rectè ſoluitur: ita in parte debiti acceptilatio fieri poteſt. [t] Et pars ſtipulationis accepto fieri poteſt, non tantùm ſi ſic dicat, Ex nummis x. quos tibi promiſi, quinque habéſne acceptos? Sed & ſi ſic, Quod ego tibi promiſi, id pro parte dimidia habéſne acceptum?

XV. [u] Sed & ſi non numerata pecunia, ſed certum corpus, veluti equus in ſtipulationem deductus eſt, poteſt ex parte accepto fieri, quomodo & vni ex hæredibus acceptum fieri poteſt.

XVI. [x] Si vſusfructus ſit in ſtipulatum deductus, puta fundi Titiani; poterit pro parte acceptilatio fieri: & erit reſiduæ partis fundi vſusfructus.

XVII. [z] Cùm locatio, conductio, emptio, venditio conuentione facta eſt, & nondum res interceſſit, vtrunque per acceptilationem, tametſi ab alterutra parte duntaxat interceſſit, liberatur obligatione.

XVIII. [*] Si is qui Bucephalum equum promiſit ita interroget; Quòd Bucephalum equum promiſi, Bucephalum & Pegaſum habéſne acceptos? exiſtimandum rectè accepto latum, & pro ſuperuacuo Pegaſi mentionem factam: quemadmodum ſi is qui x. promiſit ita interroget, Quod tibi x. promiſi, viginti habéſne acceptos? etiam x. nomine erit liberatus.

XIX. [*] Si is qui equum ſtipulatus eſt, Bucephalum accepto tulerit, dicendum eſt acceptilationem aliquid egiſſe, tuliſſéque totam obligationem. Quod enim inuito ſtipulatori promiſſor ſoluere poteſt, id & acceptum latum liberationem pariet.

XX. [a] Si donationis gratia nouatione facta per acceptilationem præſtitiſti liberationem, omnis agendi via præcluditur.

XX. [b] Commiſſus iam dolus remitti poteſt.

XXI. [c] Si acceptilatio inutilis fuit, tacita pactione id actum videtur ne peteretur, inutilis autem poteſt eſſe acceptilatio: veluti quòd inter abſentes facta ſit, [d] vel ſub conditione, vel in diem; [e] vel ratione rei.

XXII. [*] Si accepto latum fuerit ei qui non verbis, ſed re obligatus eſt, non liberabitur quidem: ſed exceptione doli mali, vel pacti conuenti ſe tueri poteſt.

Secunda pars capitis ſecundi.

f §. 1. Inſtit. d. t. l. pars ſtipulation. D. h. t.
t d. l.
u l. ſed etſi. ibid.
x l. & per iuſiurandum. §. 1. ibid.
z l. vlt. ibid.
* l. ſi is qui Stichum. ibid.
* l. & per iuſiurandũ. §. ſi is qui hominem.
a l. 2. C. eo t.
b l. ſi vnus §. illud & §. pacta quæ turpẽ. D. de pact.
c l. ſi vnus. §. ſi acceptilatio.
d Pet. Gregor. Syntag. h. t. l. ſi accepto latum. D. hoc t. l. cum emptor. D. de reſc. vend. d. §. ſi acceptilatio.
e d. l. cum emptor & d. l. ſi accepto latum.
* l. ſi accepto latum. D. h. t.

Quibus modis fieri acceptilatio non poſſit.

XXIII. [f] Acceptum ferri non poteſt, niſi quod verbis contractũ eſt. Acceptilatio enim verborum obligationem tollit, quia & ipſa verbis fit. Neque enim poteſt verbis tolli quod non verbis contractum eſt.

XXIV. [g] Niſi conſentiat acceptilatio cum obligatione, & niſi verum eſt quod in acceptilatione demonſtratur, imperfecta eſt liberatio: quia verbis verba ea demùm reſolui poſſunt quæ inter ſe congruunt. [h] Et ſi ego aliud accepto tuli, aliud rogaſti, nihil valet acceptilatio.

XXV. [i] Acceptio nec in diem, nec ſub cõditione fieri poteſt; quia exemplo ſolutionis naturalis eſt inducta; [k] quæ non fit niſi numerata in præſens pecunia. [l] Sed intelligendum id ita eſt, vt non valeat acceptilatio, cùm fit, ſed adueniente die eam retrotrahi, & nouo iure confirmari; vt & ſuprà relatum eſt.

XXVI. [m] Si id quod in ſtipulationem deductum eſt, diuiſionem non recipiat; acceptilatio in partem nullius erit momenti: vt puta, ſi ſeruitus fuit ruſtici prædij, vel vrbani. Et ſi quis viam ſtipulatus acceptum iter fecerit, acceptilatio nullius erit momenti: hoc idem eſt probandum ſi actus accepto fuerit latus. Si autem iter & actus accepto fuerit latus, conſequens erit dicere liberatum eum qui viam promiſit.

XXVII. [n] Illud quoque certum eſt, eum qui fundum ſtipulatus vſumfructum vel viã accepto facit, in ea eſſe cauſa vt acceptilatio non valeat. Qui enim accepto facit, vel totum, vel partem eius quod ſtipulatus eſt, debet accepto facere. Hæ autem partes non ſunt magis quàm ſi quis domum ſtipulatus, accepto ferat cæmenta, vel feneſtras, vel diætam.

XXVIII. [o] Si quis vſumfructum ſtipulatus vſum accepto tulerit, ſi quidem ſic tulerit acceptum quaſi vſu debito; liberatio non cõtinget. Si verò quaſi ex vſufructu, [p] cùm poſſit vſus ſine fructu conſtitui, dicendum eſt acceptilationem valere.

XXIX. [q] Eum qui fundũ ſtipulatus eſt, non poſſe de dolo malo clauſulam acceptum ferri conſtat. Non enim in partem debiti id conſiſtit; & aliud eſt quod debetur, aliud quod accepto fertur.

XXX. [r] Obligatio ita perimitur acceptilatione, vt ex ea agi non poſſit, nec reſtituatur quando ei facta eſt, qui nulla ex cauſa reſtitui in integrum poteſt: [t] veluti, ſi reſtitui poſſit ob ætatem, dolum, metum, quibus inductus fuerit ad accepto ferendum.

CAP. III.

Qui acceptum facere poſſunt, aut non poſſunt.

Prima pars.

f l. Aninitulu. § acceptum D. h. t.
g l. Niſi. ibi.
h l. Pluribus. ibid.
i Petr. Gregor. Syntag. h. t. l. 4. & 5. D. h. t. l. Actus 78. D. de reg. iur. arg. quod fictio imitari naturam debet. l. ſi filio 23. D. de lib. & poſth. l. adoptio. 16. D. de adopt. Bar. in l. ſi is qui. D. de vſuc. nu. 22.
k l 3. D de pign. act.
l ſuprà verſ. 9. l. quod in diem. D. h. t.
m l. & per iuſiurandum. §. 1 ibid.
n d. l. § illud.
o d. l. § ſi quis vſumfructum
p l. ſi vnus. §. ſed ſi generaliter D. de pact. l. hominẽ D. de opt. lega.
q d. l. & per iuſiurandum. §. cum qui fundum.
r Petr. Gregor. Syntag. h. t. l. vlt C. h. t. & ibi gl. per l. ſub prætextu Inſtrumenti. C. de tranſ.
ſ l. Actionem. ibid.

Qui acceptum facere poſſunt.

t l. & per iuſiurandum. §. ſ. D.h.t.

XXXI. [t] TVtor, curatórve furioſi acceptum facere non poſſunt; ne procurator quidem poteſt facere acceptum: ſed hi omnes debent nouare, & ſic accepto fatere.

u d.l.§.hæres.

XXXII. [u] Hæres quoque & liberare & liberari accepto poteſt, & hoourarij ſucceſſores.

x d.l.§.vlt.

XXXIII. [x] Ex pluribus reis ſtipulandi ſi vnus acceptum fecerit, liberatio contingit in ſolidum.

Secunda pars capitis tertij.

Qui acceptum facere non poſſunt.

z l.3.ibid.

XXXIV. [z] PEr procuratorem nec liberari, nec liberare quiſquam acceptilatione ſine mandato poteſt.

CAP. IIII.

Quibus accepto fieri poteſt, aut non poteſt.

Prima pars.

Quibus accepto fieri poteſt.

a d.l. & per iuſiurandum.§. tutor.

XXXV. [a] TVtori curatorive furioſi accepto fieri non poteſt, ſed nouatione facta poterunt liberari per acceptilationem. Nam & in abſentium perſona hoc remedio vti ſolemus: ſtipulamur ab aliquo id nouandi causâ quod nobis abſens debet; & ita accepto liberamus eum à quo ſtipulati ſumus: ita fiet vt abſens à nouatione, præſens acceptilatione liberetur.

b l.an inutilis. §. filiusfa. d.t.

XXXVI. [b] Filiusfamiliâs promittendo, patrem ciuiliter non obligat, ſed ſe obligat: propter quod accepto rogare filiusfamiliâs poteſt vt ſe liberet, quia ipſe obligatus eſt: pater autem acceptum rogando nihil agit; cùm non ſit ipſe obligatus, ſed filius.

c l.1 C.eo.t.

d l.2. D eo.t.

XXXVII. [c] Pupillus cum tutoris authoritate poteſt per acceptilationem liberari: [d] ſed & pupillum per acceptilationem etiam ſine tutoris authoritate liberari poſſe, placet.

* l.ſed etſi. ibid.

XXXVIII. [*] Vni ex hætedibus acceptum fieri poteſt.

Secunda pars capitis quarti.

Quibus accepto fieri non poſſit.

e d.l.2.

XXXIX. [e] PEr procuratorem qoiſqoam acceptilatione liberari ſine mandato unn poteſt.

f d.§ filiusfa.

XL. [f] Si filiusfamiliâs ſit obligatus, pater acceptom rogando nihil agit; vt & ſuprà relatum eſt.

CAP. V.

De effectu acceptilationis.

g §.1.Inſtit. quib. mo. toll. oblig.

A XLI. [g] PEr acceptilationem tollitur obligatio.

h l.Pluribus. D.h.t.

XLII. [h] Pluribus ſtipulationibus factis ſi promiſſor ita accepto rogaſſet [Quod ego tibi promiſi, habéſne acceptnm?] ſi quidem apparet quid actum eſt, id ſolùm per acceptilationem ſublatum eſt: ſi non apparet, omnes ſtipulationes ſublatæ ſunt.

i l. Qui hominem. ibid.

XLIII. [i] Qui equum aut decem ſtipulatus eſt, ſi quinque accepto fecerit, partem ſtipulationis peremit: & petere quinque, aut partem equi poteſt.

k l. & per iuſiurandum. § ſi Stichum. ibid.

XLIV. [k] Si Bucephalum aut x. ſub conditione ſtipulatus, Bucephalum aut x. acceptum fecero: & pendente conditione Bucephalus mortuus ſit, x. in obligatione manebunt, perinde ac ſi ſtipulatio interpoſita non fuiſſet.

l l. vlt.C.eo. tit.

XLV. [l] Per Aquilianam ſtipulationem pacto ſubditam, obligatione præcedente ſublata, & acceptilatione quæ fuit inducta peremptaj ei qui ex nulla cauſa reſtitui poteſt, omnis agendi via præcluditur.

m l. ſi accepto fuerit. D. d.t.

XLVI. [m] Si accepto fuerit lata ob rem iudicatam clauſula, cæteræ partes ſtipulationis euanuerunt: propter hoc enim interponũtur vt res iudicari poſſit.

n l. ſi accepto latum.ibi.

XLVII. [n] Inter acceptilationem, & apocham hoc intereſt; qoòd acceptilatiooe omni modo liberatio contingit; apocha non aliàs quàm ſi pecunia ſoluta ſit.

o l. An inutilis. ibid.

p Vulgaris lectio habet cõtra ſenſũ eſt. Sed Anto. Auguſtinus lib. 1. emend. c.2. ita emendat vt in textu: ita conciliatur hæc l. cũ l. ſi vnus. §. vlt. D.de pact.

XLVIII. [o] An inutilis acceptilatio vtile habet pactum, quæritur: & niſi [p] in hoc quoque conſenſum oon eſt, habet pactum. Dicet aliquis, poteſt ergo non eſſe conſenſus? cur non poſſit? Fingamus eum qui accepto ferebat, ſcientem prudentémqoe nollius eſſe momenti ſic accepto tuliſſe; quis dubitat non eſſe pactum, cùm conſenſum paciſcendi non habuerit?

p Veſembecius. h. t. d.l. an inutilis. l. cùm emptor. D. de reſc. vend. d.l. ſi vnus. § ſi acceptilatio. D.de pact.

XLIX. [p] Ratione conuentionis acceptilatio iuris gentiũ eſſe cẽſetur: ideò ſi aliæ quàm verborum obligationes accepto ferãtor, vim pacti habebit ea conuentio, niſi appareat conſenſum non eſſe.

q l. Ob eam. D. de praſc. verb. Pet. Greg. h.t.

r l.4. D.de condict. cauſ. dat.cau.nõ ſec.

L. [q] Si quis ita accepto tulerit, vt nomẽ debitoris ſui debitor ipſius delegaret, vetus obligatio non reſtaurabitur: ſed præſcriptis verbis agetur vt promiſſa præſtentur. [r] Vel ſi dum quis accepto ferret, condici poteſt ei qui accepto eſt liberatus.

CAPVT VI.

Quibus proſit acceptilatio, aut non proſit.

Prima pars.

Quibus proſit.

ſ Pet.Gregor. Syntag.h. t.l. ſi ex pluribus. D.h.t.

t l.1.§.ſi vnũ hominem. in verbo accepto latum d.t.

LI. [ſ] ACceptilatio vel in rem, vel in perſonam fit. Si in rem fiat; vni ex hæredibus accepto lato debito, vel vel vni ex correis; liberantur & cohæredes & alij corei. [t] Quando in perſonam rogantis

accepto

accepto fertur, liberatur tantùm is cui accepto fertur, non alij.

u d. l. ſi ex pluribus.

L I I. [u] Si ex pluribus obligatis vni accepto feratur; non ipſe ſolus liberatur, ſed & hi qui ſecum obligantur. Nam cùm ex duobus pluribúſve eiuſdem obligationis participibus vni accepto fertur, cæteri quoque liberantur, non quoniam ipſis accepto latum eſt, ſed qouniam velut ſoluiſſe videtur is qui acceptilatione ſolutus eſt.

x l. Et per iuſiurandum. §. vlt. ibid.

z d. l. § ſi fideiuſſori.

L I I I. [x] Ex pluribus reis ſtipulandi ſi vnos acceptum fecerit, acceptilatio contingit in ſolidum.

L I I I I. [z] Si fideiuſſori accepto fuerit latum, cùm reus re non verbis fuiſſet obligatus, an reus quoque liberetur. Et hoc iure vtimur; vt licèt reus non ſit verbis obligatus, tamen acceptilatione per fideiuſſorem liberetur.

a d. l. ſi ex pluribus. §. vlt.

b d. l. & per iuſiurandum, § tutor.

L V. [a] Si iudicati fideiuſſor ſit datus & acceptus, eique accepto latum ſit; liberabitur & iudicatus.

L V I. [b] Si ſtipulemur ab aliqoo nouandi causâ quod nobis abſens debet; ſit vt abſens nouatione, præſens acceptilatione liberetur.

Secunda pars capitis quinti.

Quibus non proſit acceptilatio.

c l. An inutilis. §. filius fa. D. h. t.

L V I I. [c] PAterfamiliâs acceptum rogando nihil agit, cùm filius promittendo eſt obligatus.

d d. l. & per iuſiurandum. §. qui ita.

L V I I I. [d] Quiita ſtipulatur à fideiuſſore, [Quod Titio credidero, fide tua eſſe iubes?] Deinde antequàm crederet acceptum fecerit fideiuſſori, reus non liberabitur ſed ſi quãdoqoe ei creditum fuerit, tenetur; Nam & ſi fideiuſſorem non ante liberatum eſſe credimus, quàm cùm fuerit creditum reo; non tamen reus antiquiore acceptilatione quàm obligatio eius eſt, liberari potuit.

e d. l. & per iuſiurandum. §. ſi fideiuſſorem.

f d. l. § ſi legatorum, & ibi gl. in verb. debebũtur, & §. qui ita.

L I X. [e] Si in rem accepto latum ſit à creditore fideiuſſori, tunc quoque liberatur debitor: [f] ſi in perſonam, tantùm liberatur fideiuſſor.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER VIGESIMVS.

TIT. I.

De Teſtamentis.

Hic titulus quatuordecim capita continet: quorum primum caput eſt, Quid ſit teſtamentum. Secundum caput eſt, Qui teſtamentum facere poſſunt. Tertium caput eſt, De forma teſtamentorum ſolemnium. Quartum caput eſt, De teſtameato per nuncupationem facto. Quintum caput, Qui poſſunt eſſe teſtes in teſtamento: vel non poſſunt. Cuius prima pars, Qui poſſunt eſſe teſtes in teſtamento. Secunda pars, Qui non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento. Sextum caput, De teſtamento inter liberos facto. Septimum caput, De teſtamento ruſticorum. Octauum caput, De teſtamento tempore peſtis facto. Nonum caput, De teſtamentorum forma ſecundùm iuris Pontificij præſcripta. Decimum caput, De hæredibus inſtituendis: Cuius prima pars eſt, Qui poſſunt hæredes inſtitui: vel non poſſunt. Secunda pars eſt, Qui non poſſunt inſtitui hæredes. Vndecimum caput eſt, Quæ inſtitutiones approbentur, vel non. Cuius prima pars eſt, Quæ inſtitutiones approbentur. Secunda pars, De inſtitutionibus ſub conditione factis: Cuius ſecundæ partis prima particula eſt, Quæ inſtitutiones ſub cõditione factæ valeant: ac quibus parendũ. Secunda particula d. ſecundæ partis, Quæ conditiones habeantur pro non ſcriptis, aut pro impletis. Tertia particula d. ſecundæ partis, De inſtitutionibus ſub conditione iuriſiurandi factis. Tertia pars capitis vndecimi, De inſtitutione hæredis in diem facta. Quarta pars d. capitis vndecimi, De hæredibus inſtitutis ex re certa. Quinta pars, De aliis quibuſdam inſtitutionibus non reprobatis. Sexta pars d. capitis vndecimi, De inſtitutionibus non ritè factis ſeu reprobatis. Duodecimum caput, De partibus hæreditatis. Tredecimum caput, De interpretatione & effectu quarundam inſtitutionum. Decimum quartum caput, De iure accreſcendi in teſtamentis. Cuius prima pars eſt, Quid & quale ſit ius accreſcendi, & ex quibus cauſis introductum. Secunda pars, Quibus accreſcat pars deficiens: & qui ex coniunctis in ea potiores. Appendix quædam ad ſuperiora.

CAP. I.

Quid ſit teſtamentum.

a l. 1. D. qui teſtamenta facere poſſunt.

I. [a] TESTAMENTVM eſt voluntatis noſtræ iuſta ſentẽtia de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit.

b t. de teſtam. Inſtitut. verbis mentis adiectum eſt expl. canda ... ta, & ad d... ſententiam al... rum teſtationi... quæ ſunt mu... tiplices mẽte... id eſt vltima... voluntatis. V... ſembe. Comm... h. t.

II. [b] Teſtamentum ex eo appellatum eſt, quòd teſtatio mentis ſit.

III. [c] Teſtamenti factio, non priuati, ſed publici iuris eſt.

c l. 3. D. qui teſta.

CAP. II.

Qui teſtamentum facere poſſunt.

IV. [d] SI quæramus, an valeat teſtamentum, in primis animaduertere debemus, an is qui fecerit teſtamentum habuerit teſtamenti factionem; deinde ſi habuerit, requiremus an ſecundum regulas iuris ciuilis teſtatus ſit.

V. [e] In eo qui teſtatur, eius temporis quo teſtamentum facit integritas mentis, non corporis ſanitas exigenda eſt.

VI. [f] A qua ætate teſtamentum vel maſculi, vel fœminæ facere poſſint, videamus. Et verius eſt in maſculis quartumdecimum annum ſpectandum; in fœminis verò duodecimum annum completum. Vtrùm autem exceſſiſſe debeat quis quartumdecimum annum, vt teſtamentum facere poſſit, an ſufficit compleſſe. Propone aliquem Calendis Ianuariis natum, teſtamentum ipſo natali ſuo feciſſe quattodecimo anno, an valeat teſtamentum. dico valere. Plus arbitror, etiam ſi pridie Calendarum fecerit, poſt ſextam horam noctis, valere teſtamentum. Iam enim compleſſe videtur quartumdecimum annum.

VII. [g] Qui apud exteros legatione funguntur, poſſunt facere teſtamentum.

VIII. [h] Iure ciuili Romano, lege Cornelia teſtamenta eorum qui in hoſtium poteſtate deceſſerint, perinde confirmantur, ac ſi ij qui ea feciſſent, in hoſtium poteſtatem non perueniſſent: & hereditas ex his eodem modo ad vnumquemque pertinet. Quare & filius eius qui in hoſtium poteſtate deceſſit, inuitus hæreditati obligatur: quamuis ſuus hæres dici non poſſit qui in poteſtate morientis nō fuit.

IX. [i] Hodie inter Chriſtianos captiui hoſtium ſerui non fiunt: ſimiliter nec obſides: ideò teſtandi ius eis ademptum non eſt.

X. [*] Etiam iure ciuili Romano, qui à latronibus capti ſunt, cùm liberi manent, poſſunt facere teſtamentum.

XI. [k] Si quis in capitali crimine damnatus appellauerit, & medio tempore pendente appellatione fecerit teſtamentū, & ita deceſſerit, valet eius teſtamentum.

XII. [l] Relegati in inſulam, & quibus terra Italica, & prouincia ſua interdicitur, teſtamenti faciendi ius retinent.

XIII. [m n] Cùm nouo iure Iuſtinianus induxerit, vt dānato neque bona, neque libertas auferatur, videtur eorum ſententia probabilis, qui putant ex hoc iure eiuſmodi reis teſtandi facultatem non ſolùm ante, ſed & poſt ſententiam mortis competere: idem obtinet in iis locis vbi publicatio bonorum damnationi non adhæret.

XIV. [o] Senium quidem ætatis, vel ægritudinem corporis ſinceritatem mentis tenentibus, teſtamenti factionem certum eſt non auferre.

XV. [p] Teſtamentum eius quod quis ante furorem conſummauit, valebit: & bonorum poſſeſſio ex eo teſtamento competit.

XVI. [q] Furioſi, ſi per id tempus fecerint teſtamentum quo furor eorum intermiſſus eſt, iure teſtati eſſe videntur: certè eo quòd ante furorem fecerint, teſtamento valente. Nam neque teſtamentum, neque vllum aliud negotium rectè geſtum, poſtea furor interueniens perimit.

XVII. [r] Si is qui te cum vxore tua hæredem ſcripſit, quādo teſtamentum ordinauit, ſanæ mentis fuit; nec poſtea alicuius ſceleris conſcientia obſtrictus: ſed aut impatiens doloris, aut aliqua furoris rabie conſtrictus ſe præcipitem dedit, eiúſque innocentia liquidis probationibus comprobari poteſt; à te adſcitæ mortis obtentu poſtremum eius iudicium conuelli non debet.

XVIII. [ſ] Prodigus, cui bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta eſt, teſtamentum facere nō poteſt: ſed id quod ante fecerit quàm interdictio bonorum ei fiat, ratum eſt.

XIX. [t] Eunuchis licet facere teſtamentū, componere poſtremas exemplo omnium voluntates, conſcribere codicillos ſalua teſtamentorum obſeruantia.

XX. [u] Moribus Franciæ peregrinorum liberi teſtamentum facere non prohibentur; licèt eis inteſtatis fiſcus ſuccedat.

XXI. [x] Moribus noſtris, vxor, tametſi in cura tutelâque viri ſit, in eius tamen non eſt poteſtate; [z] videtúrque interueniente viri authoritate teſtamentum facere poſſe; [a] cùm & donare mortis cauſa poſſit.

XXII. [b] Minor quoque xxv annis curatorem habens, licèt alienare abſque eius conſenſu non poſſit, teſtamentum tamen facere non prohibetur, etiam citra eius conſenſum.

XXIII. [c] Sicut priſcis legibus cautum eſt, Imperatori & Auguſtæ teſtamentum facere licet, & mutare.

XXIV. [d] Si quis poſt teſtamentum factum, aduerſa valetudine, aut quolibet alio caſu mutus aut ſurdus eſſe cœperit, ratum nihilominus manet eius teſtamentum. [e] Vbi autem huiuſmodi vitij non naturalis ſiue maſculo, ſiue fœminæ accidit calamitas; ſed morbus poſtea ſuperueniens & vocem abſtulit, & aures concluſit: ſi ponamus huiuſmodi perſonā literas ſcientem; teſtamentum ſua manu Iuſtiniani conſtitutione ſcribere permittitur. Sin autem infortunium diſcretum eſt, quod ita rarò contingit, & ſurdis, licèt naturaliter huiuſmodi ſenſus variatus eſt, tamen omnia facere & in teſtamentis, & in codicillis, & in mortis cauſa donationibus eadem cōſtitutione conceditur. Si autem vox articulata ei à natura conceſſa eſt, nihil prohibet eum omnia quæ voluerit facere: vt & ſcitur quoſdam iuriſperitos hoc ſubtiliùs cogitaſſe: & nullum eſſe qui penitùs non exaudiat, ſi quis ſupra cerebrum illius loquatur. In eo autem cui morbus poſtea ſuperueniens auditū tantummodo abſtulit; nec dubitari poteſt, quin poſſit omnia ſine aliquo obſtaculo facere: ſin verò aures quidem apertæ ſint, & vocem recipientes, lingua autem eius penitùs præpedita, licèt à veteribus auctoribus ſæpiùs de hoc variatum eſt, tamen ſi hunc peritum literarum eſſe proponamus, nihil prohibet eū

d l.4. ibid.
e l.3. ibid.
f l. qua ætate. ibid. l. ſi frater. C. qui teſta. fac. poſſ. § præterea Inſtit. quib. non eſt perm. facere teſta.
g l. qui à latronibus. ibid.
h l. lege Cornelia. ibi. Nou. 40. Leonis Imp. Conſtantinus Harmenopolus lib. 5. cap. 1.
i Panor. in rubr. de teſtam. contra iuris ciuilis Romani præſcripta: quo iure teſtamenta in captiuitate facta rata non erant, nec obſidum. l. eius. D. § 1. & § vlt. Inſtit. quib. non eſt permiſſum facere teſta. l. obſides. D. d. tit. de teſta.
* d. l. qui à latronibus. l. hoſtes autem. & l. ſi quis ingenuū. D. de capt. & poſtl. reu.
k d. l. § vlt.
l l. eius. § in inſulam d. t.
m Veſembecius comm. in d. t. auth. bona. C. de bon. dam. Nou. conſtit. 22. § deportati. auth. ſed hodie. C. de don. int. vir. & vxo. Clarus t. de teſta. quæſt 29. Tiraq. de pœn. temp. cauſa, prim. 79. Iuxta m c. quia enim t. de teſta.
o l. 3. C. qui teſta fac. poſſ.
p l. qui teſtamento § ne furioſus quidem. D. de teſt.
q § furioſi autem Inſti quib. non eſt permiſ. fac. teſta. l. furioſum. C. qui teſta fac. poſſ. vel non.

r l. 2. d. t.
ſ § item prodigus. Inſtit. quib. non eſt perm. fac. teſta. l. is cui. D. de teſta.
t l. Eunuchis. C. qui teſta. fac. poſſ.
u Io. Papo l. Not. lib. 1. p. 447.
x Veſembecius. t. qui teſta. fac. poſſunt.
z l. quæ in poteſtate. D h. t. de teſta. & c. Cuiacius. lib. 10. Obſeru. ca. 11. Vlpian. 21.
a l. Verba cōtraxerunt, vbi Bart. D. de verb. ſign. l. Teſtamentum vbi glo. in verb. contractus. & Bald. C. de teſta. per l. Pater filiū. D. de lega. 3. Tiraquellus de legibus connubialibus. in ſi. gl. 3. in ver. contractus. nu. 86.
b Paul. Caſtr. in l. ex facto. D. de vulg & pup. ſubſt. Zaſius. in l. ſtipulatio 41 nu 5. & 6. D. de verb. oblig. Bald. in l. ſi quando. C. de inoff. teſta. Salyc. in l. cum is. C. de dona. ante nupt.
c l. cùm heredes. C. qui teſta. fac. poſſ.
d § ſed ſi quis. Inſti. quib. non eſt perm. fac. teſta.
e l. Diſcretis. C. qui teſta fac. poſſ.

ſcribentem

ſcribentem hæc omnia facere, ſiue naturaliter, ſiue per interuentum morbi huiuſmodi infortunium ei acciderit; nullo diſcrimine neque in maſculis, neque in fœminis in omni iſta conſtitutione obſeruando.

XXIIII. [f] De teſtamento à cæco ordinando ita Iuſtinianus Imperator ſanxit: Hac conſultiſſima lege ſancimus, vt carentes oculis, ſeu morbo, ſeu vitio, ſeu ita nati, ſuæ condant moderamina voluntatis, ſcilicet præſentibus ſeptem teſtibus, quos aliis quoque teſtamentis intereſſe iuris eſt, tabulario etiam: vt cunctis ibidem collectis, primùm ad ſe conuocatos omnes, vt ſine ſcriptis teſtentur, edoceant: deinde exprimant nomina ſpecialiter hæredum, & dignitates ſingulorum, & indicia: ne ſola nominum commemoratio quicquam ambiguitatis pariat: & ex quanta parte, vel ex quot vnciis ad ſucceſſionem admitti debeant: & quid vnumquemque legatarium ſeu fideicommiſſarium aſſequi velint: omnia denique palàm edicant, quæ vltimarum capit diſpoſitionum ſeries, lege conceſſa. Quibus omnibus ex ordine peroratis, vno, eodémque loco & tempore, ſed & tabularij manu conſcriptis ſub obtutu ſeptem, vt dictum eſt, teſtium, & eorumdem manu ſubſcriptis, dehinc conſignatis tam ab eiſdem teſtibus, quàm à tabulario, plenum obtinebit robur teſtantis arbitrium. Quæ in eundem modum erunt obſeruanda, quamuis non hæredes inſtituere, ſed legata ſolùm & fideicommiſſa; & in ſumma, quæ codicillis habentur congrua; duxerint ordinanda. At cùm humana fragilitas, mortis præcipuè cogitatione perturbata, minùs memoria poſſit res plures conſequi, patebit eis licentia voluntatem ſuam ſiue in teſtamenti, ſiue in codicilli tenore compoſitam, cui velint ſcribendam credere: vt in eodem loco poſtea conuocatis teſtibus & tabulario: re etiam (vt dictum eſt) patefacta, cuius cauſâ conuocati ſunt, etiam chartula promatur: quam ſuſceptam teſtatori recitabit tabularius ſimul & teſtibus: vt vbi tenor eorum cũctis innotuerit, elogium ipſe ſuum profiteatur agnoſcere, & ex animi ſui quæ lecta ſunt diſpoſuiſſe ſentẽtia; & in fine ſubſcriptio ſequatur tam teſtium (prout dictum eſt) quàm tabularij. Sed quia tabulariorũ copia non in omnibus locis datur quærentibus, iubemus vbi tabularius reperiri non poſſit, octauum adhiberi teſtem: vt quod tabulario, pro ſupra dicto modo cõmiſimus, id per octauum teſtem effectum capiat; libera poteſtate concedenda voluntates ſuas in prædictum modum ordinantibus, chartulam ita ſubſcriptam, ita denique conſignatam, vt antelatæ formæ declarant, cui velint ex teſtibus cuſtodiendam mandare. Sic fieri nanque confidimus, vt non recipiat ſe tantùm in cæcis teſtandi licentia: ſed ne locum quidem vllum relinquat inſidiis tot oculis ſpectata, tot inſinuata ſenſibus, tot inſuper in tuto locata manibus.

f l. hac conſultiſſima. d. t.

Iuſtinianus Imperator.

XXV. [g] Omnes omninò quibus quaſi caſtrenſia peculia habere ex legibus conceſſum eſt, habeant licentiam in eis tantummodò vltimas volũtates condere ſecundùm noſtræ cõſtitutionis tenorẽ, quæ talibus teſtamentis de inoſſicioſi querela immunitatem præſtitit.

g l. vlt. ibid.

XXVI. [h] Habens cum alio bona communia, non prohibetur de parte ſua teſtari. Itaque Gordiani Imperatoris tale extat reſcriptum: Quanquam omnium bonorum ſocer tuus, itémque frater eius ſocij fuerint, tamen non eò minùs idem frater eius, cùm fati munus impleret, teſtamento ſuo potuit ſibi hæredem inſtituere quem vellet. Item non idcirco minùs is teſtamenti factionem habet, quòd indiuiſam ſucceſſionem cum ſorore tua dicatur habere.

h l. 1. ib. d.

Secunda pars capitis ſecundi.

Qui teſtamenta facere non poſſunt.

XXVII. [i] IMpuberes teſtamentum facere non poſſunt; quia nullum eorum animi iudicium eſt.

XXVIII. [k] Item furioſi, quia mente carent: nec ad rem pertinet ſi impubes poſtea pubes; aut furioſus, compos mentis poſtea factus fuerit, & deceſſerit.

XXIX. [l] In aduerſa corporis valetudine mente captus eo tempore teſtamentum facere non poteſt.

XXX. [m] Is cui lege, [n] iudicis interueniente ſententia, bonis interdictum eſt, teſtamentum facere non poteſt; & ſi fecerit, ipſo iure non valet. Quod tamen interdictione vetuſtius habuerit teſtamentum, hoc valebit.

XXXI. [o] Qui in poteſtate parentis eſt, teſtamenti faciendi ius non habet: adeò vt quãuis pater ei permittat, nihilomagis tamen teſtari poſſit.

XXXII. [p] Eius qui apud hoſtes eſt, teſtamentum quod ibi fecit, non valet, [q] quamuis redierit: ſed quod dum in ciuitate fuerat, fecit; ſiue redierit, valet iure poſtliminij; ſiue illic deceſſerit, valet lege Cornelia.

XXXIII. [r] Obſides teſtari non poſſunt niſi eis permittatur.

XXXIV. [ſ] Si quis neque audire, neque loqui poſſit, & vtroque morbo ſimul laboret: & hoc ex ipſa natura habeat, ei neque teſtamentum facere, neque codicillos, neque fideicommiſſum relinquere, neque mortis cauſâ donationem celebrare conceditur.

XXXV. [t] Moribus Galliæ, peregrinis teſtamentũ facere, ſi liberis careant, non conceditur: eorúmque bona fiſco poſt eorum mortem acquiruntur: Si liberos habeant in Gallia ortos, eis bona teſtamento relinquere poſſunt: ipſis quoque liberi in regno nati ab inteſtato ſuccedunt.

XXXVI. [u] Id ius ſpecialiter tributum mercatoribus in nundinis Cãpanis & Lugdunenſibus ſolitis negotiari: & generaliter Ale-

i §. præterea. Inſt. quib. non eſt perm. fac. teſta.
k d. §. l. furioſum C. qui teſt. fac. poſſ. vel nõ.
l l. in aduerſa. D. de teſt. &c.
m l. is cui lege. d. t. l. 1. & l. 1. & l. Iulianus. D. de cur. fur. l. is cui bonis. D. de verb. obl. §. Item prodigus. Inſt. quib. non eſt per. fa. teſt.
n Veſembec. Com in d. t. de teſt. D.
o l. qui in poteſtate. d. t. de teſta. l. 3. ſi filiusfa. ibid. t. quib. non eſt perm. fac. teſta. Inſt.
p l. Eius. D. de teſta.
q §. vlt. Inſt. quib. non eſt perm. fa. teſta.
r Obſides. D. de teſta.
ſ l. Diſcretis. C. qui teſta. fac. poſſ.
t Io. Papo l. Notar. p. 447. Contra præſcripta iuris ciuilis Romani, quo huiuſmodi teſtamenta approbantur. Auth. Omnes peregrini. C. Com. de ſucceſſ. §. vlt. de ſtatutis & conſuet. in Auth.
u Petr. Greg. Syntag. h. t.

xoniis, Allobrogib*, Sebuſianis; Auenioniis, Biarnenſibus, Flandria, Lotharingis,* Mediolanenſibus,* Neruiis ſeu Tornacenſibus, Sed & regia Conſtitutione Burdegalenſibus conceſſum vt eius ciuitatis incolæ alienigenæ pro ciuibus habeatur; idem & Toloſanis.

Iudicio curiæ Pariſ. nonis April. late 14. Cal. Feb. 1497.
** Decius Conſ. 192.*
** Conſt. regia 4. Id Nou. 1752.*

XXXVII. Si quis à Principe impetrauerit, vt pro regni incola habeatur, quin teſtamenti habeat factionem, dubitari non debet.

XXXVIII. [b] Ex Iuſtiniani conſtitutione deportatorum, vel capite aut metallo damnatorum bona non publicantur exſtantibus liberis, vel parentibus. Sed tamen quia eis bona adimuntur, & in liberos vel parentes transferuntur, atque adeò nudi exulant amiſſa ciuitate, ne hodie illi quidem habebunt teſtamenti factionem. Sed ſi is qui exulare iuſſus ab aliquo iudice territorium, bona habeat, de his teſtari poſſe videtur.

XXXVIII. [d] Si cui aqua & igni interdictum ſit, eius nec illud teſtamentum valet quod ante fecit: nec id quod poſtea fecerit. Bona quoque quæ tunc habuit cùm damnaretur, publicabuntur: aut ſi non videantur lucroſa, creditoribus concedentur.

XXXIX. [e] In inſulam deportati in eadem cauſa ſunt.

XL. [f] Si quis ob carmen famoſum damnetur, ſenatuſconſulto expreſſum eſt vt inteſtabilis ſit. Ergo nec teſtamentum facere poterit, nec ad teſtamentum adhiberi. [g] Quod ſi ex alia cauſa irrogata ſit infamia, teſtandi facultas adempta non videtur.

XLI. [h] Cui abſque iudicis pronuntiatione, ipſóque iure propter criminis atrocitatem, puta ob læſæ maieſtatis diuinæ aut humanæ crimen interdicta eſt bonorum ſuorum adminiſtratio, ſtatim à patrato facinore ſit inteſtabilis.

XLII. [i] Iure Pontificio fœneratoris manifeſti teſtamentum ratum non eſt, niſi priùs idoneè de reſtituendis vſuris cauerit, vel eas reſtituerit.

b Iac. Cuiac. in l. 8. C. qui teſt. fa. poſſ. Auth. Bona damnatorum. C. de bon. dam. Io. Papo 1. Notar. p. 446.
c Petr. Gregorius Syntag. h. t. arb. l. vlt. D. de aur. om. ind.
d l. Eius. §. 1. D. de teſt.
e d. l. § in inſulam. l. in cui. bonis. § vlt.
f Ob carmẽ D. h. t. d. l. ei cui lege. l. ei cui bonis D. qui teſt. fa. poſſ.
g Bart. d. ei cui bonis. § vlt.
h Cantiuncula in §. Item prodigus. Inſtit. quib. non eſt perm. fac. teſt. l. Manichæos. C. de hæret. l. vlt. C. ad leg. Iul. maieſt.
i c. quãquam, de vſur. in 6. Alex. in l. Gallus §. illeci caſus D. de lib. & poſth. Felinus in c. cum dilectus. nu. 3. de accuſ.

CAP. III.

De forma teſtamentorum.

Prima pars.

De forma ſolemnis teſtamenti.

XLIII. [k] De huiuſce teſtamenti forma Theod. & Valent. Impp. ita ſanxêre: Hac conſultiſſima lege ſancimus, licere per ſcripturam conficientibus teſtamentum, ſi nullum ſcire volunt ea quæ in eo ſcripta ſunt, conſignatam vel ligatam, vel tantùm clauſam inuolutámque proferre ſcripturam, vel ipſius teſtatoris, vel cuiuſlibet alterius manu conſcriptam, eámque rogatis teſtibus ſeptem numero, ciuibus Romanis puberibus omnibus ſimul offerre ſignandam: dum tamen teſtibus præſentibus teſtator ſuum eſſe teſtamentum dixerit quod offertur; eique ipſe coram teſtibus ſua manu in reliqua parte teſtamenti ſubſcripſerit: quo facto, & teſtibus vno eodémque die ac tempore ſubſcribentibus & conſignantibus, teſtamentum valere: nec ideò infirmari, quòd teſtes neſciant quæ in eo ſcripta ſunt teſtamento. Quòd ſi literas teſtator ignoret, vel ſubſcribere nequeat, octauo ſubſcriptore pro eo adhibito eadem ſeruari decernimus. In omnibus autem teſtamentis quæ præſentibus vel abſentibus teſtibus dictantur, ſuperfluum eſt vno eodémq; tempore exigere teſtatorem, & teſtes adhibere, & dictare ſuum arbitrium, & finire teſtamentum. Sed licèt alio tempore dictatum, ſcriptúmve proferatur teſtamentum, ſufficiet vno tempore, eodémque die, nullo alio extraneo interueniente, teſtes omnes, videlicet ſimul, nec diuerſis temporibus ſubſcribere, ſignaréque teſtamentum. Finem autem teſtamenti ſubſcriptiones & ſignacula teſtium eſſe decernimus. Non ſubſcriptum autem à teſtibus, ac non ſignatum teſtamentum pro infecto haberi conuenit.

k l. hac conſultiſſima. C. de teſta.

XLIV. [l] Conſtitutione Iuſtiniani Imperatoris propter teſtamẽtorum ſinceritatem, vt nulla fraus adhibeatur, hoc additum eſt, Vt hæredis nomẽ, vel hæredum per manum ipſius teſtatoris, ſi vires ad ſcribendum habeat, vel in quacunq; parte teſtamẽti proponatur: qui ſi vel ex morbi acerbitate, vel literarũ imperitia hoc facere non potuerit, per teſtiũ alicuius, aut alterius à teſtatore ad hoc electi, manum, nomen hæredis exprimatur.

XLV. [m] Si ſit literarum imperitus teſtator, cautius faciet, ſi vltra ſeptem teſtes tabulariũ ſeu notarium adhibeat: atque adeò etiam ſi ipſe ſit literarum peritus: idque maximè tum valebit, ſi qui ex teſtibus ſint mortui, qui publicato teſtamento agnoſcere ſigna ſua non poſſint, vt tanto minus eleuetur teſtamẽti fides. Tabularium autem haud neceſſe eſt inter cætera acta teſtamentum referre, qui ad eam rem, ſed ad ſubſcribendum teſtatoris loco, maximè ſi literas neſciat, aut morbo ſubſcribere impediatur, ſit adhibitus.

XLVI. [n] [o] Hæredes palam, ita vt exaudiri poſſint, nuncupandi ſunt. Licebit ergo teſtanti vel nuncupare hæredes, vel ſcribere. Sed ſi nuncupat, palam debet. Quid eſt palam: Non vtique in publicum, ſed vt exaudiri poſſit; exaudiri autem non ab omnibus, ſed à teſtibus. Et ſi plures fuerint teſtes adhibiti, ſufficit ſolemnem numerum exaudire.

XLVII. In teſtamentis quibus teſtes rogati adeſſe debent, alterius rei cauſa fortè rogati, ad teſtandum non eſſe idoneos placet. Quod ſic accipiendum eſt, vt licèt ad aliam rem ſint rogati, vel collecti, ſi tamen ante teſtamentum certiorentur ad teſtamentum ſe adhibitos, poſſe eos teſtimoniũ ſuum rectè perhibere.

XLVIII. [p] Vno contextu actionis teſtari oportet. Eſt autem [vno contextu] nullum alium actum teſtamento intermiſcere.

l §. ſed his omnibus. Inſt. de teſt. ordin. l. iubemus. & auth. ſeq. C. h. t.
m Io. Papo h. t. 1. not. §. ſi verò abſunt. de hær. & falc. Claud. Cantiuncula in §. Cæcus auté. Inſtit. quib. non eſt perm. fa. teſta. arg. l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fac. poſſ.
n o l. hæredes palam. D. de teſt. & c.
p d. l. §. vlt.

q l. qui teſtamento. §. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ.

XLIX. [q] Et veteres putauerunt, eos qui propter ſolemnia teſtamenti adhibentur, durare debere donec ſuprema conteſtatio peragatur.

r d. §.

L. [r] Non tamen intelligentiam ſermonis exigimus: hoc enim Marcus Imperator Didio Iuliano, in teſte qui Latinè non nouerat, reſcripſit. Nam ſi vel ſenſu percipiat quis, cui rei adhibeatur, ſufficere. Sed ſi teſtes detenti ſunt ibi inuiti, putant non valere teſtamentum.

ſ l. heredes palam. §. 1.

LI. [ſ] Si quid poſt factum teſtamentum mutari placeat, omnia ex integro facienda ſunt. Quod verò quis obſcurius in teſtamento vel nuncupat, vel ſcribit, an poſt ſolemnia explanare poſſit, quæritur. Vt puta, Bucephalum equum legauerat, cùm plures hoc nomine haberet: nec declarauit de quo ſentiret: Titio legauit, cùm plures Titios amicos haberet. Errauerat in nomine, vel prænomine, vel cognomine, cùm in corpore non erraſſet: poteritne poſtea declarare de quo ſenſerit: Et videtur poſſe. Nihil enim nunc dat: ſed datum ſignificat. Sed & ſi notam poſtea adiecerit legato, vel ſua voce, vel literis, vel ſummam, vel nomen legatarij quod non ſcripſerat: vel nummorum quantitatem, an rectè fecerit? Et placet, etiam qualitatem nummorum poſſe poſtea addi. Nam etſi adiecta non fuiſſet, vtique placeret coniectionem fieri eius quod reliquit vel ex vicinis ſcripturis, vel ex conſuetudine patrisfamiliâs, vel regionis.

t l. ſi is qui teſtamentum faceret. d. t.

LII. [t] Si quis, cùm teſtamentum faceret; priùs quàm ſecundos exprimeret hæredes, obmutuiſſet, magis eum teſtamentum facere, quàm feciſſe, Varus Seruium reſpondiſſe ſcripſit: itaque primos hæredes ex eo teſtamento non futuros. Labeo tunc hoc verum eſſe exiſtimat, ſi conſtaret voluiſſe plures, eum qui teſtamentum feciſſet, hæredes pronuntiare. Iauolenus putat nec Seruium aliud ſenſiſſe.

u l. ſi non ſpeciali. C. qui teſta. fac. poſſ.

LIII. [u] Teſtes adhibiti ad teſtamentum debēt in conſpectu teſtatoris teſtimoniorum officio fungi.

LIV. [x] Si vnus de ſeptem teſtibus defuerit, vel coram teſtatore omnes eodem loco teſtes ſuo vel alieno annulo non ſignauerint, iure deficit teſtamentum.

xx l. ad teſtiū. §. ſi quis. D. eo. tit.

LV. [xx] Si quis ex teſtibus nomen ſuum non adſcripſerit, veruntamen ſignauerit, pro eo eſt atque ſi adhibitus non eſſet. Et ſi, vt multi faciunt, adſcripſerit ſe, non tamen ſignauerit, adhuc idem dicemus.

a l. Iubemus. C. de teſta. l. noſtram. de eod.

LVI. [a] Iuſtinianus Imperator conſtituit, teſtatorem, ſi vires habeat ad ſcribendum, nomen hæredis vel hæredum in ſua ſubſcriptione, vel in quacunque parte teſtamenti ponere: vt ſit manifeſtum, ſecundùm illius voluntatem hæreditatem eſſe tranſmiſſam. Sin autem forſitan ex morbi acerbitate, vel literarum imperitia hoc facere minimè potuerit; teſtibus teſtamenti præſentibus, nomē vel nomina hæredis, vel hæredum ab eo nuncupari, vt omnimodo ſciant teſtes qui ſint ſcripti hæredes; & ita certo hæredis nomine ſucceſſio procedat. Si enim talis eſt teſtator, qui neque ſcribere, neque articulatè loqui poteſt, mortuo ſimilis eſt. Quod ſi non fuerit obſeruatum, & nomen hæredis vel hæredum non fuerit manu teſtatoris ſcriptum, hoc teſtamentum ſtare Iuſtinianus vetat: vel in totum, ſi tota nomina hæredum fuerint prætermiſſa, vel in eius hæredis inſtitutione, cuius nomen neque lingua, neque voce ſignificauit. Sed ne aliqua forſitan obliuio teſtium animis incumbat, pluribus interdum nominibus hæredum expreſſis; ipſi teſtes in ſuis ſubſcriptionibus (cum teſtator hæc non ſcripſerit, ſed nuncupauerit) eorum nomina ſubſcribere differre non debent ad æternam rei memoriam. Sin verò ipſe teſtator, in qualicunque parte teſtamenti nomina hæredum (ſicut dictum eſt) ſcripſerit, ſuperuacuum eſt poſtea teſtes in ſua ſubſcriptione hæc exprimere; cùm forſitan nec eos ſcire teſtator ſuos hæredes voluerit; & ſemel cauſa ex ipſius teſtatoris ſcriptura appareat.

b §. ſed cum paulatim. Inſtit. de teſta. ordin.

LVII. [b] Iure ciuili Romano, cum ſubſcriptione teſtium ſignacula teſtamentis imponi debent. [c] Poſſunt autem omnes teſtes & vno annulo ſignare teſtamentum. Quid enim ſi ſeptem annuli vna ſculptura fuerint? Sed alieno quoque annulo licet ſignare teſtamentum. [d] Et ſi ab ipſo teſtatore annulum accepero, & ſignauero, teſtamentum valet quaſi alieno ſignauerim.

c §. poſſunt autem d. t.

d l. ad teſtium. §. ſi ab ipſo D. qui teſta. fac. poſſ.

e d. l. §. ſignum autem.

LVIII. [e] Signum autem vtrùm annulo tantùm impreſſum adhibemus; an verò etſi non annulo, verùm alio quodã impreſſo? Variè enim homines ſignant. Et verùm eſt, vt tantùm annulo poſſit ſignare, dum tamen habeat χαρακτῆρα.

u d. l. §. vlt.

LIX. [u] Signatas tabulas accipi oportet, etſi linteo quo inuolutæ ſunt, ſigna impreſſa fuerint.

x d. l. §. poſſe.

LX. [x] Poſſe & nocte ſignari teſtamentum, nulla dubitatio eſt.

z d. l. § ſi ſigna.

LXI. [z] Si ſigna turbata ſint ab ipſo teſtatore, non videtur ſignatum.

a l. ſi teſtamentum d. t.

LXII. [a] Si teſtamentum, quod reſignauerit teſtator, iterum ſignatum fuerit ſeptem teſtium ſignis, non erit imperfectum: ſed vtroque iure valebit, tam ciuili quàm prætorio.

b l. Sancimus. §. 1. d. t.

LXIII. [b] Sancitum eſt à Iuſtiniano corrigente ſuam ipſius legem de octauo ſubſcriptore; ſi quis ſua manu totum teſtamentum, vel codicillum conſcripſerit, & hoc ſpecialiter in ſcriptura repoſuerit, quòd hæc ſua manu confecit, ſufficere ei totius teſtamenti ſcripturam: & non aliam ſubſcriptionem requiri; neque ab eo, neque pro eo ab alio: ſed ſequi hanc ſcripturam, & literas teſtium, & omnem, quæ expectatur, obſeruationem: & eſſe teſtamentum validum & codicillum, ſi quinque teſtium literis teſtatoris ſcripturæ coadiuuentur, in ſua firmitate remanere: & neminem callidum machinatorem huiuſmodi iniquitatis inueniri.

Io. Papo 1. h.t.

LXIIII. [c] Moribus Gallicis, pro octauo ſubſcriptore adhiberi ad teſtamenta tabularius ſeu Notarius publicus ſolet, eúmque teſtaméti αὐτόγραφον in ſua acta referre, aut penes ſe retinere neceſſe non eſt: neque adeò teſtes qui teſtamento ſubſcripſeriot, ſua ſignacula teſtamentis imponere; ſed tabularij ſignaculum pro omnibus ferè ſuffi. cit.* Nec in teſtamentis inter ſeptem teſtes tabularius numeratur.

Bald. in ric. de fid. r. nu. 19. per ac conſultiſ a. de teſta. ſembec. t. de la Inſtit. l. cùm anti- ſua. C. de a.

LXV. [d] Si quid in teſtando neceſſarium euenerit; & ipſum corpus laborantis reſpiciens contigerit, id eſt, vel victus neceſſarij, vel potionis collatio, vel medicaminis datio, vel impoſitio, quibus relictis ipſa ſanitas teſtatoris periclitetur; vel ſi quis neceſſarius naturæ vſus ad depoſitionem ſuperflui ponderis immineat vel teſtatori, vel teſtibus; conſtitutum eſt à Iuſtiniano Imperatore non eſſe ex hac cauſa teſtamentum ſubuertendum: licèt morbus comitialis (qood & factum eſſe compertum eſt) vni ex teſtibus contigerit: ſed eo, quod vrget & imminet, repleto vel depoſito, iterùm ſolita per teſtamenti factionem adhiberi. Et ſi quidem à teſtatore aliquid fiat, teſtibus pauliſper ſeparatis, cùm coram his facere aliquid naturale teſtator erubeſcat, iterum introductis teſtibus conſequeotiam factionis teſtamenti procedere. Si tamen in quendam, vel quoſdam teſtium aliquid tale contingat, ſi quidem ex breui temporis interuallo neceſſitas poteſt tranſire: iterùm eorundem teſtium reuerſum expectari, & ſolemnia peragi. Sin autem longiore ſpatio refectio fortuiti caſus iodigeat, & maximè ſi ſalus teſtatoris periclitantis immineat, tunc illo, vel illis teſtibus, circa quos aliquid tale eueniet, ſeparatis, alios ſubrogari: & ab eo, vel ab eis tam teſtatorem quàm alios teſtes ſciſcitari, ſi ea quæ eorum præſentiam antecedunt, omnia coram his proceſſiſſent. Etſi hoc fuerit vndique manifeſtum, tunc eos, vel eum vnà cum alijs teſtibus, ea quæ oportet facere, conuenit, etſi in medio ſubſcriptiones teſtium iam fuerint factæ. Sic etenim & naturæ ſubuenitur: & fit vt mortuorum elogia in ſuo ſtatu permaneant.

l. Quoniam. t.

LXVI. [e] Quoniam indignum eſt, ob inanem obſeruationem irritas fieri tabulas & indicia mortuorum; placuit, ademptis his, quorum imaginarius vſus eſt, inſtitutioni hæredis verborum non eſſe neceſſariam obſeruantiam, vtrùm imperatiuis & directis verbis fiat, an inflexis. Nec intereſt ſi dicatur [hæredem facio, aut inſtituo] vel volo, vel mando, vel cupio, vel eſto, vel erit: ſed quibuſlibet confecta ſententijs, vel in quolibet formata genere inſtitutio valeat, ſi modò per eam liquebit voluntatis intentio. Nec neceſſaria ſunt momenta verborum, quæ fortè ſeminecis & balbutiens lingua profudit. Et in poſtremis ergo iudicijs ordinandis, amota erit ſolemnium verborum neceſſitas: vt qui facultates proprias cupiunt ordinare, [f] in quacunque inſtrumenti materia conſcribere, & quibuſcunque verbis vti, liberam habeant facultatem.

f Idem in §. nihil autem. Inſtit de teſta. ordi.

LXVII. [g] Præpoſteri reprehenſionem, quam nouella conſtitutio Leonis Imperatoris in dotalibus inſtrumentis ſuſtuliſſe noſcitur, in alijs quoque omnibus tam contractibus quàm teſtamentis Iuſtinianus Imperator ſuſtulit: vt tali exceptione ceſſante, & ſtipulatio, & alij contractus, & teſtatoris voluntas indubitatè valeant; exactione videlicet poſt conditionem vel diem competente.

g l. Præpoſteri. C. d. t. de teſta.

LXVIII. [h] Ambiguitates, quæ vel imperitia, vel deſidia teſtantium oriuntur, reſecandas eſſe, Iuſtinianus Imperator quoque ſanxit: & ſiue inſtitutio hæredum poſt legatorum dationes ſcripta ſit, vel alia prætermiſſa obſeruatio, nooex mente teſtatoris, ſed vitio tabellionis, vel alterius qui teſtamentum ſcribit, nulli licentiam conceſſit per eam occaſionem teſtatoris voluntatem ſubuertere.

h l. ambiguitaten. d. t.

LXIX. [i] Teſtamentum ex alieno arbitrio pendere non debet: imò nec ad alterius quidem interrogationem & inſtantiam fieri poteſt.

i Veſembecius in tit. de teſtamentis, &c. Vide Iaſo. in l. iubemus. C. de teſta. Paul. Caſtrenſ. in l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fa. poſſ. Carol. Molin. latè Conſ. 31. 32. & ſeqq. l. illa inſtitutio. D. de hær. inſt. Tiraquel. Priuil. pia cauſa 21. & 78. Mar. Man. Singul. 68. Not. in c. cùm tibi. de teſta. Bart. in l. 1. §. ſi quis ita. D. de verb. obl.

LXX. [k] Oomibus præſtandum eſſe Honorius & Theodoſius Imperatores cenſuerũt, vt libero arbitrio, cui teſtandi facultas ſuppetit, ſucceſſorẽ ſuum oblatis Principi precibus poſſit declarare; & ſtabile ſciat eſſe quod fecerit. Nec inſtitutus hæres pertimeſcat, cùm oblatas preces idoneis teſtibus poſſit approbare, ſi ei alia nocere non poſſuot.

k l. Omnium. C. d. t. de teſta.

LXXI. [l] Apud Acta fieri, vel etiam inſinuari teſtamentum poteſt. Apud Acta autem factum teſtamentum intelligi debet, non modò quod fit in iudicio: ſed etiam quod domi ab ægroto, coouocato ad hoc magiſtratu, & publico actuario. [m] Apud acta enim fieri dicuntur, quæ geruntur coram iudice, etiam extra locum iudicij, maximè in his quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, vt eſt factio teſtamenti. [n] In illis autem quæ ſunt contentioſæ iuriſdictionis, & cauſæ cognitionem requirunt, verius eſt locum ſolemnem ſeruandum eſſe: [o] & apud Acta fieri intelligi quæ in loco publico fiunt ac fieri debent.

l Veſembecius in t. de teſtam. Comm. Schur. Conſ. 71. honeſta. nu. 2. & 7. C. de pact. l. Omnium. l. 2. l. Conſulta. l. teſtam. C. d. t. de teſta.

m Iaſ. in l. 2. nu. 4. C. de eden. Bald. in l. illud. nu. 3. C. de ſacroſ. Eccl.

LXXII. [p] Poſſunt etiam plures io eodem teſtamento ſimul teſtari: * Vt pater, filius: [r] maritus & vxor: [q] & quot ſunt perſonæ, tot eſſe teſtamenta intelliguotur.

text. in l. 3. C. de eman. lib. fa. l. 1. C. de his qui in Eccl. manu.
n *l. pen. D. de Iuſt. & iur.*
o *Glo. in l. 2. C. de eden. l. 6. C. de ſent.*
p *Veſembecius in t. qui teſta. fac. poſſ.*
q *l. 2. cum ll. ſeqq. D. de vulg. & pupil. ſubſt.*
r *Boer. in Conſ. Bituric. de conſ. co. mar. Bald. Iaſ. & DD præcipuè Alciatus in l. licet. C. de pact. per l. eo quod. C. ſi cert. pet. Raph. in l. Captatorias de hær. inſt. Cuiacius ad l. vnum. D. h. t.* ſ *l. Patris & filij. D. de vulg. & pup. vbi DD. l. Scire. D. de verb. obl.*

LXXIII. [t] Vnum reſtamentum pluribus exemplis conſignare quis poteſt; idque interdum neceſſarium eſt facere: fortè ſi nauigaturus,& ſecum ſerre, & relinquete indiciorum ſuorum teſtationem velit: [u] vel propter innomerabiles caoſas quæ humanis neceſſitatibus incumbunt.

LXXIV. [x] Eios bona; qui ſe Imperatorem ſacturum hæredem eſſe iactauerit, à fiſco occopari non poſſunt.

LXXV. [z] Si teſtamentum Venetiis factũ ſit, vbi numerus quatuor teſtium ſufficit: bona autem hæreditaria ſunt in ciuitate Pauiæ in qua originem & domicilium teſtator habuit, vbi iuris ciuilis forma in teſtamentis obſeruatur: quæſitum eſt an ex huiuſmodi teſtamento, ſcriptus hæres in poſſeſſionem bonotum defuncti mitti debeat; & verius eſt, mitti debere: [a] & bona, nedum ea quæ habuit vbi ſactum eſt teſtamentum, ſed &ea quæ alibi vbicunque fuère, hæredi acquiri.

LXXVI. [b] Teſtandi causà, de pecunia ſua legibus certis facultas permiſſa, non autem iuriſdictionis mutare formam, vel iuri publico derogare cuiquam permiſſum eſt: [c] nemóque (vt & ſupra relatum eſt) ſacete poteſt, quin leges locum habeant io ſuo teſtamento.

CAP. IV.

De teſtamento per nuncupationem facto.

LXXVII. [d] SI qnis ſine ſcriptis voluerit ordinare iure ciuili teſtamentum, ſeprem teſtibos adbibitis, & ſua voluntate coram eis nuncupata; ſciat hoc perfectiſſimum teſtamentũ iure ciuili, firmiúmque conſtitutum.

LXXVIII. [e] Per nuncupationem quoq;, hoc eſt, ſine ſcriptura, non aliâs valere teſtamenta Iuſtinianus ſanxit, quàm ſi ſeptem teſtes ſimul, eodémque tempote collecti teſtatoris volontatem, vt teſtamentum ſine ſcriptura facientis audietint.

LXXIX. [f] Si qois ſine ſcriptura teſtari cupiat, reliquorum ſolemnium ſecutus, [g] ſimul eodémque tempote collectis & rogatis ad eam rem, [h] vel ſaltem certioribus factis ſe ad teſtamentum adhiberi ciuibus, [i] puberibus, aliâſqoe idoneis [k] numero ſeptem, vt dictum eſt, [l] (niſi numerus, vel ſpecialis prerogatioa, [m] vel perſonæ ſublimitas, [n o p q] vel ruſticitas, & loci infrequẽtia, vel conſuetudo ſciente Principe introducta numerum minorem recipiat) poteſt ipſis audientibus, & loquentem videntibus ſuam voluntatem & teſtamentum nuncupare, quo quidem ita

A facto, dubitare qoenquam non oportet eiuſmodi teſtamentum eſſe in ſuo genere perfectiſſimum. [r] Et hoc qoidem genus teſtamenti ciuili iure introductum eſt: ac propterea non datur ex eo directa bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas: ſed vtilis tantùm ac ſecundùm nuncupationem.

LXXX. [ſ] Quamuis ſcriptura non ſit in hoc genere teſtamenti neceſſaria: plerunque B tamen vtile eſt eam ad probationis copiam adhiberi. [t] Nam ſi pet tabellionem deſcripta ſignatáque ſit, iſta nuncupatio fidem obtinebit etiam teſtibus mortuis. Diuerſum erit, ſi ſua ipſius teſtatoris, aut priuata manu ſcriptum ſit teſtamentom: ſi non vel ipſo poſtulante, vel poſt eius mortem hærede procorante, ſolemni more fuerit publicatum.

C LXXXI. [u] In teſtamento per noncupationem hęredes palàm nominandi: in ſcripto teſtamento, non item.

LXXXII. [x] In teſtamento, quod fit per nuncupationem ſine ſcriptura, verios eſt legatarios teſtes eſſe non poſſe. Si tabellio ei rei adhibeatnr, ſignétqoe teſtamentum, non ob eam infirmandum videtur teſtamentum.

LXXXIII. [z] Tam ſolemne teſtamentum quàm hoc quod fit per nuncupatiooem D vno actu & contextu fieri debet.

CAP. V.

Qui poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, aut non poſſunt.

Prima pars.

Qui poſſunt eſſe teſtes in teſtamento.

E LXXXIV. [a] AD teſtium numerum ſimul adhiberi poſſumus ego, & pater; & plures qui ſumus in eiuſdem poteſtate: * nec nocet ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi.

LXXXV. [b] Si furioſus habet intermiſſionem, eo tempore ad teſtamentum teſtis eſſe poteſt.

LXXXVI. [c] Plus qoàm ridiculum eſt dubitare, an aliquis iure teſtis adhibitus ſit, F quoniam idem & tabulas teſtamenti ſcripſerit: [d] imò & dictantibus teſtamenta, nec ſibi qoicquam adſcribentibus. ([e] Nam ſi hoc iuſſiſſe ſe teſtatot ſua ſcriptura conteſtetur, non ita videtur illicitum) Legatum vel fideicommiſſum, vel quodcunq; aliud teſtatorem poſſe relinquere, nulla dubitatio eſt.

LXXXVII. [f] Executor teſtamenti adhiberi ad id teſtis poteſt.

G LXXXVIII. [g] Legatariis & fideicommiſſariis, qui non iuris ſucceſſores ſuot; & aliis perſonis eis coniunctis, teſtimonium in teſtamentis non denegatur: & multò magis his qui in eorum poteſtate ſunt, vel qui eos habent in poteſtate, huiuſmodi licentia datur. [h] Quod quidem in teſtameoto

t l. vnum. D. qui teſta. fac. poſſ.
u §. ſed & vnum Inſtit. de teſta.
x l. vlt. D. d e. qui teſta. fac. poſſ.
z Io Petr. Ferrar. in forma libelli qua petitur hæreditas ex teſtamento l. vlt & l. ſi non ſpecialis. C. de teſta. ſa l midaes. D. de teſta. l. Domnian prin. & l. Lucius. D de teſta. mil. l. 2. cum ſeq. C. quemad. teſta. aper.
a l. hæres. l. Omnes vas. D. de acq. hær. & l. Nihil aliud. D. de re iud arg. l. 1. D de auth. tuto. & Inſtit. de legit. patro. tuto. argum. etiam quod actio ſeu obligatio qua ſita in vno loco, poteſt alibi intentari. l. vlt. C. de long. tẽpo. praſc. & quod acta facta vno in loco fidem faciunt in alio. l. 2. apud quẽ. C. de eden. l. à Proconſulibus. C de appell. & l. vlt. C. de teſta. & l vlt. C. de verb. & quòd attenditur locus vbi res geſta eſt. l. 1. in fi. D. de vent. inſp.
b l. Teſtandi. C. de teſta.
c l. Nemo. D de reg. iur.
d § vlt Inſtit. de teſta. ord.
e l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. l. in teſtamentis. C. de teſta.
f Claud Cantiuncula in d. §. ſed hæc quidem. Inſtit. de teſta. ordin.

g d. l. hac conſultiſſima. d. § per nuncupationem C. h. t. l. hæredes palam. §. pen D. de teſt. h § teſtes. § ſed neque. Inſt. d. t. de teſta. ord.
i l. Lucius. D de milit. teſta.
k l. Omnium. C. de teſta.
l l. vlt. d. t. m l. ſi non ſpecialis. ibid.
n o p q d. § per nuncupationem.

r l. 2. C. de bo. poſſ. ſecun. tab. Glo. in l. 2. in prin. & ibi Bart. & alij DD. D quemad. teſta. aper. Glo. & DD. in l. vlt. C. de fidei.
ſ Idem Cantiuncula in d. §. Sed hæc quidem. Glo. in l. 2. in prin. & ibi DD. & Bar. D. quemad teſta. aper. glo. & DD in l. vlt. C. de fidei.
t l. 2. & ibi DD. præſertim. Iaſ. C. de teſta.
u Io. Cuiacius in l. heredes palam. D. qui teſta fa. poſſ.
x Io. Papo h. t.
z Veſembec. in t. de teſt. D. l. heredes §. vlt. d. t. l. cum antiquitas. C. eo. t. Tiraq. Priuil. pia cauſæ. 6. Socinus Cõſ. 142. Vol. 1. arg. quòd ſolemniũ natura ſit vt diuidi nequeant. l. Cõtinuus 137. in prin. cum ibi ann. D. de verb. obl.
a l. ad teſtium. D qui teſt fac. poſſ.
* §. Pater. Inſt de teſt ord.
b l. qui teſtamento. §. in furioſis quidem. D. d. t. qui teſt. fac. poſſ.
c Domitius Labeo. d. t. qui teſta.
d l. 1. § ad teſta & l ſi quis. D. ad leg Cor. de falſ & C. de his qui ſibi aſcr.
e l. 2. C. d. t. de his qui ſibi aſc.
f Ang. & Bernerius in § legatarius. Inſtit. de teſt. ord. Veſembec. in t. de teſta. D.
g d. §. legatarius. l. qui teſtamento. D. qui teſta fac poſſ.
h Io. Papo l. Notar.

ſolemni locum habet;ac in eo quod fit per nuncupationem, ſi in ſcripturam ſit redactum, & à tabellione conſignatum: non autem in teſtamento quod fit per nuncupationem, ſcriptura non interueniente,* vt & ſuprà relatum eſt.

LXXXIX. [i] Patet eius qui de caſtrenſi peculio poteſt teſtari, adhiberi ab eo ad teſtamentum teſtis poteſt: & frater ergo poterit.

XC. [k] Teſtimonium eius, qui famoſo iudicio alicubi olim damnatus, teſtamenti ſolemnibus, ceu integræ vir exiſtimationis adhibitus eſt, cuius poſtea famæ labes detegitur, repudiandum non eſſe nonnulli cenſuête.

XC. [l] Generaliter autem teſtes adhiberi poſſunt cum quibus teſtamenti factio eſt.

XCII. [m] Non intelligentiam ſermonis in teſte adhibito ad ſolemne teſtamentum exigimus. Hoc enim Hadrianus Imperator Didio Iuliano, in teſte qui Latinè non nouerat, reſcripſit. Nam ſi vel ſenſu percipiat quis cui rei adhibeatur, ſufficere. Sed ſi teſtes detenti ſunt ibi muti; putant non valere teſtamentum.

Secunda pars capitis quinti.

Qui non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento.

XCIII. [n] Neque [o] mulier, [p] neque impubes, [q] neque furioſus, cùm in furore eſt, [r] neque is cui bonis interdictum eſt, [ſ] neque ij quos leges iubent improbos inteſtabiléſque eſſe, poſſunt in numerum teſtium adhiberi.

XCIV. [t] Si quis ob crimen famoſum damnetur, Senatuſcunſulto expreſſum eſt, vt inteſtabilis ſit: ergo nec ad teſtamentum adhiberi poteſt.

XCV. [u] Neque hæres ſcriptus, neque is qui in poteſtate eius eſt, neque pater qui eum habet in poteſtate, neque fratres qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes adhiberi poſſunt: quia hoc totum negotium quod agitur teſtamenti ordinandi cauſâ, creditur hodie inter teſtatorem & hæredem agi.

XCVI. [x] Sed & ſi filiusfamiliâs poſt miſſionem, [z] qui videlicet propter valetudinem à militiæ laboribus ſolutus ſit, aut cui emeritis ſtipendiis Imperator honeſtam miſſionem indulſit, de caſtrenſi peculio faciat teſtamentum; nec pater eius rectè adhibetur teſtis. Reprobatum eſt enim in ea re domeſticum teſtimonium. [b] Ergo nec frater qui in eiuſdem ſui patris eſt poteſtate, [c] aut qui emancipatus ſit, ſignandi causâ teſtis adhiberi poteſt. * Nec nothus quidem & naturalis, nec legitimus. Nam cùm poſt miſſionem teſtatur filiusfamiliâs miles, iure communi teſtari eum oportet. [e] Cæterùm ſi adhuc militans & in expeditione degens teſtetur, beneficio militibus conceſſo liberè vti poteſt, [f] adeóque non erit tunc magnopere inquirendum, quàm idonei teſtes, quíve numero fuerint adhibiti.

XCVII. [g] In omni teſtamentorum genere, non fratris modò, ſed & reliquorum domeſticorum teſtium (cuiuſmodi ſunt colonus adſcriptitius, haud vulgari modo familiaris, [h] erga virum vxor, & contrà: [i] atque aliæ id genus perſonæ, [k] quæ ex temporum, locorum, perſonarum, ac rerum circunſtantiis colligi poſſunt, reprobatum eſt in hac re, de qua agimus, productum ceu de domo teſtimonium.

XCVIII. [l] Mutus aut ſurdus, non qui blæſus aut ſurdaſter ſit, ſed qui planè ſurdus aut mutus ſit, ita vt hic eloqui nihil poſſit, ille nihil exaudiat, teſtes adhiberi teſtamento non poſſunt. Iſti enim quáuis teſtamentū facere quadam ſpeciali ratione valeant, vt ſuprà dictum eſt, non ſunt tamen ad ſolemnis teſtamenti fidem teſtes idonei. [m] Etenim verbis proferendis audiendiſque opus eſt.

XCIX. [n] Idem quoque de cæco iudicandum eſt, [o] qui etſi teſtamenti faciendi quandam habeat poteſtatem, non eſt aptus teſtamenti ſignator; ne quidē ſi codicillaris clauſula adhibeatur, aut periculum peſtis immineat: [p] quoniam teſtes omnes non audiiſſe modò, ſed vidiſſe etiam teſtatorem, cùm adhiberentur, oportet; [q] vſque adeò vt nec conſuetudo contraria vllo in loco recipienda ſit.

C. [r] Idem de eo teſte, qui mediante clauſura aſſerum dicit ſe teſtatorem audiuiſſe.

CI. [ſ] Singulos teſtes qui in teſtamento adhibentur, proprio chirographo annotare conuenit; quis, & cuius teſtamentum ſignauerit.

CII. [t] Conditionem teſtium tunc inſpicere debemus, cùm ſignarent, non mortis tempore. Si igitur cùm ſignarent, tales fuerunt vt adhiberi poſſent, nihil nocet ſi quid poſtea eis contigerit.

CIII. [u] Illud ſciendum eſt, ſi teſtes non idonei adhibeantur, teſtamentum nullum reddi, nec ex eo aditi hæreditatem poſſe, [x] etiamſi vel vnus tantùm ſit inhabilis: [z] niſi clauſula codicillaris ſit adiecta.

CIIII. [a] Nemo (vt & ſuprà relatum eſt) poteſt facere quin leges in ſuo teſtamento locum habeant. [b] Quare teſtator in teſtamento ſuo non poteſt derogare iuri publico, [c] aut iuriſdictioni, [d] ſolēnitatibus, [e] ſtatutis. [f] Nec auferre ius ex ſtatuto debitum, vt

i vers.19.
i d.l.qui teſtamento. §. per contrarium.
k Claud.Cantiuncula. Inſt. de teſta. ord. l.1.C.h.t & l. Barbarius Philippus. D. de offic.Prat Bal. in d.l.1.fa. l. vlt. & ibi glo. C ſine cenſ & reliq.
l §.teſtes autem.Inſt.de teſta.ord.
m d.l qui teſtamento.§.vl.
n d § teſtes autem.
o d.l qui teſtamento. §.mulier. l. Alemon C de proc. l.2. cùm ibi not. D.de reg iur. arg. quod mulier communionem non habeat. Aul. Gellius lib. 5. cap.16.
p d.§ teſtes autem.
q d.§ d l.qui teſtamento. §. ne furioſus.
r l.is cui D.h. t.d.§ teſtes autem.
ſ l. cùm lege. D. qui teſta fac poſſ d.§ teſtes.
t d l.is cui lege. §. vlt. D. qui teſta. fa. poſſ.
u § ſed neque. Inſtit de teſta. ord: d.l.qui teſtamento. in prin.
x § ſed ſi filiusfa. Inſtit. d 1. de teſta. ord.
z l.2.§. ignominiæ. D. de his qui not. infa & l.1.C.de rscuſ.veter.
a d.§.Ignominiæ.
b Claud.Cantiuncula in d. §.ſed ſi filiusf.
c Angel. in l. Parentes. D.de teſtibus. & in d.§.
d Claud Cant. in d § & 1.de milit teſt inſ.
** Claud.Cant. in d § glo & DD.in d.l.Parentes.*
e l.1.D de mil. teſta.

f Cantiuncula in d.§ l mil.. ses. C. de mil. teſta.
g Cl. Cātiūcula in d §.l.pen. D.de teſtib.l.2. C.eo.t.
h l.vlt.§ ad-iicientes. & §. ſeq. C. de his qui ad Eccl confug. & ibi glo.
i l.Reſpiciendum. §. furta. D.de pœn cum ſim.
k l.3.§.eiuſdē quoque. D. de teſtib.
l Idem Cantiuncula in §. teſtes autem. Inſt. de teſta. ord. §. Item ſurdus. Inſt. quib. non eſt perm. fac. teſt. in l heredes palam. l. Cùm ab initio. & l.ſeq D. quemad.teſta. aper. Io Faber in d §.teſtes autem.
n Idē Cantiūcula in d. §
o §.cæcus.Inſt Quib. non eſt perm.fac teſt
p l.ſi non ſpecialis & l.ſi vnus. C de teſt.
q Iaſ in l.Cunctos populos. col.9. C.de ſacroſ.Eccl.
r Cantiunc.in d.§.arg.ſuper. verſ. Contra Philippi Decij ſententiam. in Conſ. 284. incipiente, viſo puncto & diligenter. Vol.2.
ſ l. ſingulos. D. qui teſta. fac. poſſ. & quemad.
t l.ad teſtium. §.1.d.t.
u Veſembecius in d.t.
x l. Scio 14. cum ll. ſeqq. D. de teſtib l. ſi vnus. C. de teſtam. & qui.
z vt infrà t.de iure codi.
a Idem Veſemb.d t.qui teſta fa.D nu. 12.
b Iaſ.in l.nemo poteſt 58.D.de lega.1.in pri.lect. & nu.2.in 2.lect.
c Iaſ.ibid.
d Idem Iaſ.in d.l.in prin.nu 13.in 1.lect. & nu.25.in 2.lect.
e Iaſ ibid.nu 28.& in 2.lect.nu.42.
f Decius in l.iura ſanguinis.D de reg.iur.

legiti-

g Bal. in l. ſi quando. in pri. C. de inoff. teſta. Boerius De ciſ. 144. Cremo. ſing. 154. Salyc. in l. cum te C. de dona. ante nupt. Bal. in l. 1. C. de ſuis & legit. & in l. 1. C. de hæred. act. Iaſ. in auth. præterea. C. vnde vir. & vxor.
h l. vlt. C. fam. erciſc.

legitimam liberis, g dotalitium, aut quotam hæreditariam ſtatutis municipalibus, aut lege, vxori aſſignatam.

CAP. VI.

De teſtamento inter liberos facto.

Conſtantinus Imper.

CV. h INter omnes duntaxat hæredes ſuos, qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares videntur eſſe; atque adeo emancipatos, quos Prætor ad ſucceſſionem vocat: ſiue cœptũ, neque impletum teſtamentum, vel codicillus, ſeu epiſtola memoretur, ſiue quocunque alio modo ſcriptu ræ quibuſcunque verbis vel indiciis inueniá tur relictæ: iudicio familiæ erciſcundæ (licet ab inteſtato ad ſucceſſionem liberi vocẽtur) ſeruato Senatuſconſulti auxilio, defuncti diſpoſitio cuſtodiatur, etiamſi ſolennitate legum huiuſmodi diſpoſitio fuerit deſtituta. Si verò in huiuſmodi voluntate deſignatis liberis alia ſit mixta perſona, certum eſt eam voluntatem, quantùm ad illam duntaxat perſonam, pro nulla haberi: *ſi modò ſubiiciatur huic ſcripturæ, vel ipſius parentis, vel omnium inter quos ſit partitio, liberorum ſubſcriptio.

* Auth. ſi modo. ibid.

Iuſtinianus Imp.

i l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta.

CVI. i Ex imperfecto teſtamento voluntatem tenere defuncti, niſi inter ſolos liberos à parentibus vtriuſque ſexus habeatur, non volumus. Si verò in huiuſmodi voluntate alia ſit extranea, certum eſt eam voluntatem defuncti, quantùm ad illam duntaxat permixtam perſonam, pro nulla haberi, ſed liberis accreſcere. k Quod ſine ſubſcriptione ita procedit, ſi parens literas edoctus, manu propria, non ſignis, ſed litterarum conſequentia declaret & tempus, & liberorum nomina: item & vnciarum numerum, ſeu ſigna rerum ſpecialium: in quo & aliis legari, & fideicommitti poteſt. l Huc autem inter liberos teſtamentum ita infirmatur, ſi parens ſeptem teſtibus adhibitis declaret ſe nolle tale teſtamentum valere, vel in teſtamento perfecto, vel in non ſcripta perfecta voluntate.

k Auth. quod ſine. d. t.

l Auth. hoc inter. ibid.

CAP. VII.

De teſtamento ruſticorum.

Iuſtinianus Imper.

m l. vlt. C. d. t.

CVII. m IN illis locis, in quibus rarò inueniuntur homines literati, per præſentem legem ruſticanis concedimus antiquàm eorum conſuetudinem legis vicem obtinere: ita tamen vt vbi ſcientes literas inuenti fuerint, ſeptem teſtes, etiam ſine ſcriptura teſtimonium adhibentes, admittantur. Sin autem in illo loco minimè inuenti fuerint ſeptem teſtes, vſque ad quinque modis omnibus teſtes adhiberi iubemus: mi
A nùs autem nullo modo concedimus. Si verò vnus, aut duo, vel plures fuerint literati, liceat eis pro ignorantibus literas, præſentibus tamen, ſubſcriptionem ſuam interponere: ſic tamen vt ipſi teſtes cognoſcant teſtatoris voluntatem: & maximè quem, vel quos hæredes ſibi relinquere voluerit: & hoc poſt mortem teſtatoris deponant. Quod igitur quiſque ruſticorum (ſicut prædictum eſt)
B pro ſuis rebus diſpoſuerit, hoc omnimodò, legum ſubtilitate remiſſa, firmum, validúmque conſiſtat.

CAP. VIII.

De teſtamento tempore peſtis facto.

n Bald. in d. l. vlt. Papo. 1. Notar. h. t. Ang. & Baner. in § ſed hæc quidem de teſta. Fulgoſ. in l. Conficiuntur. § codicill. D. de iur. codic. Alex. conſ. 70. & 177. Vol. 2. Iaſ. & aly. D D. in d. l. vlt. Guido Papa. quæſt. 543.
o Papo 1. Notar. h. t.

CVIII. n QVinque quoque teſtes ſufficere in teſtamẽto ve-
C hementis peſtis tempore facto, vbi plures haberi non potuêre; nonnulli exiſtimauêre.

CIX o Mulieres in minùs ſolemni teſtamento adhiberi teſtes non poſſe, verius videtur.

CAP. IX.

De teſtamentorum forma, ſecundùm
D *iuris Pontificij præſcripta.*

p c. cùm eſſes. de teſta. ſed id genus teſtamenti Guido Papa reuocari cenſet, reconualeſcente teſtatore ſaltem poſt annum. quæ. 543. arg. l. ex teſtamento C. de teſta. mil. & in l. teſta. & in l. quod dicitur. D. eo. § ſed hæc tenus. Inſti. eo. vbi poſt miſſionem intra annum valebit. arg. item. l. 1. C. de ſacroſ. Eccl. & l. vlt. C. d. t. de milit. teſt. fa. l. non omnis D. de reb. cred. ſi cert. pet.

CX. p IVre Pontificio, teſtamentum coram Curione à parocho ægrotante grauiter factum, duobus vel tribus adhibitis teſtibus valere decernitur.

CXI. q Hoc teſtamenti genus à ruſticis rure factum, vel aliis vehementis peſtis tempore, etiam aliis in ditionibus quàm Pontifi-
E ciis, non improbatur.

CAP. X.

De hæredibus inſtituendis.

Prima pars.

Qui poſſunt hæredes inſtitui, vel non poſſunt.

Particula prima d. primæ
F partis.

Qui poſſunt inſtitui hæredes.

q Guido Papa. d. quæſt.
r l. placet. D. de lib. & poſt. l. poſthumum. ibid.

CXII. r PLacet, omnem maſculum poſſe poſthumum hæredem ſcribere, ſiue iam maritus ſit, ſiue nondum vxorem duxerit. Nam & maritus repudiare vxorem iure quidem ciuili Romano poteſt: & qui duxit vxorem, poſtea maritus effici. Nam & cùm maritus poſthumum hære-
G dem ſcribit, non vtique is ſolus poſthumus ſcriptus videtur, qui ex ea quam habet vxorem natus eſt, vel is qui tunc in vtero eſt; verùm is quoque qui ex quacunque vxore naſcatur. Ideóque qui poſthumum hæredem inſtituit, ſi poſt teſtamentum factum mutauit matrimonium; is inſtitutus videtur qui

ex poſteriore matrimonio natus eſt.

f l. ſed eſt quæſitum d.t.

CXIII. f Sed eſt quæſitum, an is qui generare facilè non poſſit, poſthumum hæredem facere poſſit. Et ſcribunt Caſſius & Iauolenus, poſſe. Spado quoque poteſt poſthumum hæredem inſtituere: quoniam nec ætas, nec ſterilitas ei rei impedimento eſt. Sed ſi caſtratus ſit, non poteſt hæredem inſtituere: hermaphroditus planè, ſi in eo virilia prȩualebunt, poſthumum hæredem inſtituere poterit.

t l ſi alienum. §.1. D de hæred. Inſtit. § in extraneis Inſt de hær. qual. & differ.

CXIV. t In extraneis hæredibus illa obſeruantur; vt ſit cum eis teſtamenti factio: ſiue ipſi hȩredes inſtituantur; ſiue hi qui in poteſtate eorum ſunt: & id duobus temporibus inſpicitur, teſtamenti facti, vt conſtet inſtitutio: & mortis teſtatoris, vt effectum habeat. Hoc ampliùs, & cùm adibit hæreditatem eſſe debet cum eo teſtamenti factio, ſiue purè, ſiue ſub conditione hæres inſtitutus ſit. Nam ius hȩredis eo vel maximè tempore inſpiciendum eſt, quo acquirit hȩreditatem. Medio autem tempore inter factum teſtamentum, & mortem teſtatoris, vel conditionem inſtitutionis exiſtentem, mutatio iuris hæredi non nocet: quia, vt dixi, tria tantùm tempora inſpicimus. u Ac ſolemus quidem dicere media tempora non nocere; vt puta, ciuis Romanus hæres ſcriptus, viuo teſtatore factus eſt peregrinus; mox ad ciuitatem Romanam peruenit, media tempora non nocent. Similiter, x ſi hæres inſtitutus ſcripti teſtamenti tempore ciuis Romanus fuit: deinde ei aqua & igni interdictũ eſt, hȩres fit, ſi intra illud tempus quo teſtator deceſſit, redierit: aut ſi ſub conditione hæres inſtitutus eſt quo tempore conditio exſtitit, idem & legato, & in bonorum poſſeſſionibus.

u l. ſed ſi conditionis d.t.

x l. liber homo. § ſi hæres ibid.

z l. in ſuis. D. de ſuis & legi.

CXV. z In ſuis hæredibus ſpectatur tantùm tempus mortis; quia in illis aditio non eſt neceſſaria.

a l. ille a inſtituto. § in quo. D. de hær inſtit.

CXVI. a Is qui apud hoſtes eſt, rectè hæres inſtituitur: quia iure poſtliminij omnia iura ciuitatis in perſonam eius in ſuſpenſo retinentur, non abrumpuntur. Itaque ſi reuerſus fuerit ab hoſtibus, adire hæreditatem poterit.

b § teſtamẽti. Inſt. de hæred qual & differ. c l.1. § minus. D. de hær. inſt. & l. filiusf. D. qui teſta fa poſ.

CXVII. b Teſtamenti factionem non ſolùm habere is videtur, qui teſtamentum facere poteſt: ſed etiam qui ex alieno teſtamento, vel ipſe capere poteſt, vel alij acquirere, licèt non poſſit facere teſtamentum. Et ideò furioſus, & c mutus, & ſurdus, & poſthumus & infans, & filiusfamiliâs teſtamenti factionem habere dicuntur: licèt enim teſtamentum facere non poſſint, attamen ex teſtamento vel ſibi, vel alij acquirere poſſunt.

d l extraneum 1. & 2. C eod. e C l. Cantum cula in d.§ Inſt. l. recuſare. §. item ſi municipes & commu. D. ad SC. Treb. l. ſi quid relictum. & l. ciuitatibus. D. de lega. 1. & l. 3. D. ad SC. Treb. l. hæreditatis de hæred. inſtit. Aul. Gel lib. 6 c.7. Lucius Florus lib. 2 in ſi. Eutropius li. 4 in bello Numant.

CXVIII. d Extraneum etiam penitus ignotum hæredem quis inſtituere poteſt.

CXIX. e Municipium & ciuitas, & reſpublica directò, vel per fideicommiſſum hæres inſtitui, & legatum accipere poteſt. Quo iure olim & opulentiſſimæ hæreditates populo Romano obuenêre, & in primis Aſia per teſtamentum obuenit.

f l. Collegiũ C. de teſta.

CXX. f Collegium approbatum inſtitui hæres, eique legari poteſt.

g l. non dubium. ibid l. cum hæredes. C. qui teſtam. fac. poſſ.

CXXI. g Non dubium, nec incertum eſt, ſicut Imperatoribus, ita qualibet dignitate vel poteſtate decoratis viris, tam hæreditatem, quàm legatum, ſeu fideicommiſſum relinqui poſſe.

h § Poſthumus. inſtit. de lega. 1.

CXXII. h Poſthumus alienus hæres inſtitui & antè poterat, & nunc poteſt, niſi in vtero eius ſit quæ iure noſtro vxor eſſe non poteſt.

i §. Seruus Inſtit. de hær. inſtit.

CXXIII. i Et vnum hominem, & plures vſque in infinitum, quot quis hæredes velit facere, licet.

Particula ſecunda capitis decimi.

Qui non poſſunt hæredes inſtitui.

k l.1. C. eo. l. ſi in metallũ. D. de his quæ pro non ſcript. hab.

CXXIV. k QVi deportantur, aut in metallum damnantur, ſi hæredes ſcribantur, tanquam peregrini capere non poſſunt: ſed hæreditas in ea cauſa eſt, in qua eſſet, ſi ſcripti hæredes non fuiſſent.

l l. Collegiũ C. de hær. inſti.

CXXV. l Collegium ſi nullo ſpeciali priuilegio ſubnixum ſit, hæreditatem capere nõ poſſe dubium non eſt.

m l. pen. ibi.

n § vlt. Inſtit eo. t l. 3. C. eo. t.

CXXVI. m Imperatorem litis cauſa hæredem inſtitui, inuidioſum eſt, neque permittitur: nec calumniæ facultatem ex principali maieſtate capi oportet. n Et Pertinax Imperator oratione expreſſit, non admiſſurum ſe hæredem eius, qui litis cauſâ Principem reliquerit hæredem: neque tabulas non legitimè factas, in quibus ipſe ob eam cauſam hæres inſtitutus erat, probaturum; neque ex nuda voce hæredis nomen admiſſurum; neque ex vlla ſcriptura, cui iuris authoritas deſit, aliquid adepturum. Secundùm hæc Seuerus & Antoninus Impp. ſæpiſſimè reſcripſerunt; Licèt enim, inquiunt, legibus ſoluti ſimus, attamen legibus viuimus.

Honorius & Theodoſius Imperat.

o l. Nolumus. C de teſtam.

CXXVII. o Nolumus conuelli deficientium ſcriptas iure ac ſolenniter voluntates, dum quoddam morientium ſupremum, & non ſcriptum proceſſiſſe confirmatur arbitrium; tanquam patrimonium ſuum ad nos maluerit pertinere. Omnibus enim priuatis & militantibus interdicimus, ne huiuſmodi perhibeant teſtimonia: & falſi criminis reos teneri præcipimus; ſi cùm ſcriptæ iure ac ſolemniter deficientium extiterint voluntates, non ſcriptum aliquid, ſub noſtrorum nominum mentione falſò aſtruere moliantur. Nemo itaque relictus hæres, vel legibus ad ſucceſſionem vocatus, noſtrum, vel potentium nomen horreſcat: nemo ferre teſtimonia in hunc modum, vel ſuſcipere in geſtis huiuſmodi voces audeat, noſtro, vel etiam priuatorum potentium nomine.

p l. ſi quis. C. qui teſta. fac. poſſ.

CXXVIII. p Si quis Imperatorem fortè hæredem inſtituerit, habeat mutandi iudicij facultatem: & quemcunque voluerit, ſecun-

dùm

dùm leges, in teſtamento ſuo hæredem ſcribendi.

CAP. XI.

Quæ inſtitutiones approbentur: vel non.

Prima pars.

Quæ inſtitutiones approbentur.

CXXIX. q Qui teſtatur, ab hęredis inſtitutione plerunque debet initium facere teſtamenti: licet etiam ab exhęredatione, quam nominatim facit. Nam Traianus reſcripſit, poſſe nominatim etiam ante hęredis inſtitutioně filium exhęredare.

q l. 1. D. de hæred. inſtit.

CXXX. r Quo loco ſcribatur hæres ſine parte, vtrùm primo an medio, vel nouiſſimo, nihil intereſt.

r l. quo loco d. tit.

CXXXI. ſ Inſtitutum autem hæredem dicimus, eum non ſolùm qui ſcriptus eſt, ſed, ſolummodò nuncupatus.

ſ d. l. 1. §. 1.

CXXXII. t Qui neque legaturus quid eſt, neque quenquam exhęredaturus, quinque verbis poteſt facere teſtamentum, vt dicat [Lucius Titius mihi hęres eſto.] Hæc autem ſcriptura pertinet ad eũ qui per ſcripturam teſtatur: qui poterit etiam tribus verbis teſtari: vt dicat [Lucius hæres eſto.] Nam & *mihi* & *Titius* abundant.

t d. l. §. qui neque.

CXXXIII. u Pius Imperator reſcripſit [Illa mea eſto] inſtitutionem valere, licèt deeſſet [hæres.]

u d. l. §. item Pius.

CXXXIV. x Iulianus illum hæredem eſſe non putauit, quando deeſt aliquid. Sed & ipſa valebit ſubaudita [iubeo.]

x d. §.

CXXXV. z Si ſic ſcribat [Lucius hæres,] licèt non adiecerit [eſto] credimus plus nuncupatum, minùs ſcriptum. Et ſi ita, [Lucius eſto] tantundem dicimus. Ergo & ſi ita [Lucius] ſolummodò.

z d. l. §. ſi ex fundo.

CXXXVI. a Si quis nomen hæredis quidem non dixerit, ſed indubitabili ſigno eum demonſtrauerit, quod penè nihil à nomine diſtat (non tamen eo quod contumeliæ cauſa ſolet addi) valet inſtitutio.

a l. quoties §. ſi quis nomen. d. t.

CXXXVII. Nemo dubitat ita hæredem nuncupari poſſe [Hic mihi hæres eſto] cùm ſit coram qui oſtenditur.

b l. nemo. d. t.

CXXXVIII. His verbis [Titius hęreditatis meæ dominus eſto] rectè inſtitutio fit.

CXXXIX. c Qui frater non eſt, ſi fraterna caritate diligitur, rectè cum nomine ſuo ſub appellatione fratris inſtituitur.

c ibid.

CXL. d Teſtamentum non ideò infirmari debebit, quòd diuerſis deficie os nominibus appellauit; cùm ſuperflua nõ noceant. Namque neceſſaria prætermiſſa imminuunt contractus, & teſtatoris officiunt voluntati, non abundans cautela.

d l. teſtamentum. C. de teſta.

CXLI. e Si in nomine vel prænomine, ſeu agnomine teſtator errauerit, nec tamen de quo ſenſerit, incertum ſit; error huiuſmodi non officit veritati.

e l. ſi in nomine. d. t.

CXLII. f Neque profeſſio, neque aſſeueratio nuncupantium filios, qui non ſunt, veritati præiudicat: & quæ, vt filiis teſtamento relinquũtur, iuxta ea quæ à Principibus ſtatuta ſunt, non deberi certi iuris eſt.

f l. neque. d. t.

CXLIII. g Errore ſcribentis teſtamentum, iuris ſolemnitas mutilari nequaquam poteſt, quando minus ſcriptum, plus nuncupatum videtur. Et ideò rectè teſtamento condito, quanquam deſit [hęres eſto] conſequens eſt, exiſtente hærede legata ſeu fideicommiſſi iuxta voluntatem teſtatoris oportere dari.

g l. Errore. ibid.

h Id eſt, vt veteres interpretes explicant rectè, ſi in teſtamento is nominatim ſit qui exiſtit hæres, quamuis errore ſcribentis hæc verba omiſſa ſint.

CXLIV. i Verba teſtamenti, quibus mater veſtra nihil ſe cuiquam dediſſe ſignificauit; ſi res aliter ſe habeat, fidem veri non perfringunt.

i l. Verba C. de teſta.

CXLV. k Non ideò minùs mater tua iure hæres videtur inſtituta, quòd non vxor, ſed affinis nominata ſit.

k l. non ideò ibid.

CXLVI. l Si ita ſcripſerit teſtator, [Quãta ex parte me à Titio hæredem inſtitutum recitaſſem, ex ea parte Sempronius mihi hęres eſto non eſt captatoria inſtitutio.] Planè nullo recitato teſtamento ab ipſo teſtatore, inanis videbitur inſtitutio, remota ſuſpicione captatoriæ inſtitutionis.

l l. Clemens. §. 1. ibid.

CXLVII. m Captatorias inſtitutiones, non eas Senatus improbauit, quæ mutuis affectionibus indicia prouocarent: ſed quorum conditio confertur ad ſecretum alienæ voluntatis.

CXLVIII. m n Si quis ita ſcripſerit hæredem [Ex qua parte codicillis Titium hæredem ſcripſero, hæres eſto,] etiamſi pars in codicillis non ſit aſcripta, erit tamen hæres quaſi ſine parte ſcriptus.

m n Si quis ita 26. D. de hæred. inſtit.

CXLIX. o Aſſe toto non diſtributo ita ſcriptum eſt, [Quem hæredem codicillis fecero, hæres eſto,] Titium codicillis hæredem inſtituit: eius quidem inſtitutio valet; quòd licèt codicillis dari hæreditas non poſſit, tamen hæc ex teſtamento data videtur. Sed hic tantum ex hęręditate habebit, quantum ex aſſe reſiduum manſit.

o l. Aſſe ibid.

CL. p Si quis cùm primum hæredem ex parte dimidia ſcribere deſtinaſſet, Primum & Secundum ſcripſerit, ſolus Primus ſcriptus videbitur; & ſolus hæres erit, quaſi ex parte dimidia inſtitutus.

p l. Quoties. d. t.

CLI. q Si teſtator, cùm dictaſſet ex ſemiſſe aliquem ſcribi, ex quadrante ſit ſcriptus, Celſus defendi poſſe ait ex ſemiſſe hæredem fore, quaſi plus nuncupatum ſit, minùs ſcriptum. Quæ ſententia reſcriptis iuuatur generalibus: idémque eſt, & ſi ipſe teſtator minùs ſcribat, cùm plus vellet adſcribere.

q d. l. in prin. Nam ſemper ex ea parte quis intelligitur hæres inſtitutus, de qua ſenſit teſtator. nec poteſt aliud ſcripſiſſe quàm ſenſit, vt in prima parte principij d. l. ſed plus, vel minus. Et hic erratum eſt nõ in ſubſtantia, ſed in quantitate.

CLII. r Sed ſi maiorem partem adſcripſerit teſtamentarius, vel, quod difficilius eſt probatione, ipſe teſtator, pro quadrante, ſemiſſem; Proculus putat ex quadrante fore hæredem; quoniam ineſt quadrans in ſemiſſe: quam ſententiam Celſus probat.

r d. l. in pen.

CLIII. ſ Sed & ſi quis pro centum ducenta ſcripſiſſet, idem iuris eſt. Nam & ibi vtrũque ſcriptum eſt, & quod voluit, & quod adiectum eſt: quæ ſententia non eſt ſine ratione.

ſ ibid.

CLIV. t Si teſtator conditionem addidit,

t l. Quoties. D d. t. de hær. inſt.

Digitized by Google

dum nollet; detracta ea, hæredem futurum reſponſum eſt: nec nũ cupatum videri quod contra voluntatem ſcriptum eſt.

u l. his verbis. §. vlt. ibid.

CLV. [u] Si in patre, vel patria, vel ſimili aſſumptione falſum ſcriptum eſt, dum de eo qui demonſtratus eſt, conſtet, inſtitutio valet.

x d l. §. 1.

CLVI. [x] Illa inſtitutio valet [Filius meus impiiſſimus, malè de me meritus hæres eſto] Purè enim hæres inſtituitur, licèt cum maledicto; & omnes huiuſmodi inſtitutiones receptæ ſunt.

Secunda pars capitis vndecimi.

De inſtitutionibus ſub conditione factis.

Prima particula.

Quæ inſtitutiones ſub conditione factæ valent: ac quibus parendum.

z §. hæres. Inſtit. d. l. 1. de hær. inſtit.

CLVII. [z] Hæres & purè, & ſub conditione inſtitui poteſt.

a Veſembecius. d. l. 1. de hær. inſtit. D. l. vn. §. ſin autem. C. de cad. tol. l. vlt. C. de nec. ſeru. hær. inſt.

b c l. ſi pater C. de inſtit. & ſubſt. l. filius. §. ...D. d. l. 1. de hær. inſt.

CLVIII. [a] Conditio quæ quidem poſſibilis ſit, aut eſt in poteſtate, aut ab euentu aut fortuna pendet, aut mixta eſt; quæ videlicet partim ab animo atque voluntate pendet hæredis, partim ab euentu fortunæ. In poteſtate, veluti [Si Titio x. dederis, hæres eſto.] [b c] Ab euentu, caſûve pendet, vt, [ſi nauis ex Aſia redierit.] Mixta, vt [Filius hæres eſto, ſi in patriam redierit.]

d Veſemb. d. loco.

e l. filius. l. vlt. D. de cõd. inſt

CLIX. [d] Sub his omnibus conditionibus [e] extraneus rectè hæres inſtituitur: & deficiente conditione, deficit conditio; & exiſtente, exiſtit.

f § ſi plures. inſt. d. l. de hær. inſt.

CLX. [f] Si plures conditiones in inſtitutionibus aſcriptæ ſunt; ſi quidem coniunctim, vt puta, [Si illud vel illud factum fuerit,] omnibus parendum eſt: ſi ſeparatim, veluti [Si illud aut illud factum fuerit] cuilibet conditioni parere ſatis erit.

Antoninus Imperator.

g l. 2. C eo. t.

CLXI. [g] Conditioni, ſub qua teſtamento matris hæres inſtituta es, ſi non paruiſti, locum babet ſubſtitutio. Nec enim videri poteſt ſub ſpecie turpium nuptiarum viduitatem tibi indixiſſe; cùm te filio ſororis ſuæ probabili conſilio matrimonium iungere voluerit.

h l. ei qui. D. de cond. inſtit.

CLXII. [h] Ei qui hæreditatem vel legatum accepit, ſi decem dederit; neque hæreditas, neque legatum acquiri poteſt, quàm ſi poſt impletam conditionem id egerit ſcriptus hęres, vel legatarius; per quod hæreditas, vel legatum acquiri ſolet.

i l. inſtitutio. §. 1. ibid.

CLXIII. [i] Si quem ita inſtitutum ponamus, [Ille, ſi eum codicillis hæredem ſcripſi, hæres eſto,] valet inſtitutio, etiam in filio qui in poteſtate eſt: cùm nulla ſit conditio, quæ in præteritum confertur, vel quæ in præſens: veluti [Si Rex Parthorum viuit: Si nauis in portu ſtat.]

k l. vlt. ibid.

CLXIV. [k] Si filius ſub conditione hæres erit, & nepotes ex eo ſubſtituantur, cùm non ſufficit ſub qualibet conditione filium hæredem inſtitui; ſed ita demùm teſtamentum ratum eſt, ſi conditio fuit in filij poteſtate; conſideremus, num quid interſit quæ conditio fuerit aſcripta, vtrùm quæ moriente filio impleri non potuit: veluti, [Si Alexandriam B ierit, filius hæres eſto] iſque Romæ deceſſerit; an verò quæ potuit extremo vitæ momẽto impleri; veluti, [Si Titio decẽ dederit, filius meus hæres eſto :] quæ conditio per alium impleri poteſt. Nam ſuperior quidem ſpecies conditionis admittit viuo filio nepotes ad hæreditatem; & qui, ſi neminem ſuſpectum haberent, dum moritur legitimus, patri hæres exiſteret: altera verò ſpecies conditionis viuo filio non admittit nepotes ad C hæreditatem: qui ſubſtituti ſi non eſſent, inteſtato auo hæredes exiſterent. Neque enim filius videtur obſtitiſſe, poſt cuius mortem patris teſtamentum deſtituitur: quemadmodum ſi exhæredato eodem filio, nepotes, cùm filius moreretur, hæredes eſſent.

l eadem. l.

CLXV. [l] Seruius refert quendam ita hæredem inſtitutum [Si in Capitolium aſcenderit] & ſi non aſcenderit, legatum ei da- D tum: cúmque antequam aſcenderet, mortem obiiſſe: de quo reſpondit, conditionem morte defeciſſe.

m l. inſtitutio talis. l.

CLXVI. [m] Inſtitutio talis [Si codicillis Seium hæredem ſcripſero, hæres eſto,] non eſt inutilis in quouis hærede inſtituto, præter filium. Eſt enim conditionalis inſtitutio: nec videtur hæreditas codicillis data: verùm conditionalis eſt hæc inſtitutio, quæ te- E ſtamento data eſt. Proinde & ſi ita ſcripſerit, [Cuius nomen codicillis ſcripſero, ille mihi hæres eſto,] pari ratione dicendum erit, inſtitutionem valere nullo iure impediente.

n l. ſi pupillus. ibid.

CLXVII. [n] Si pupillus fuerit ſub conditione hæres inſtitutus, conditioni etiam ſine tutoris authoritate parere poteſt: idémque erit & ſi legatum ſub conditione relictum fuerit: quia conditione impleta, pro eo eſt, quaſi purè ei hæreditas, vel legatum reli- F ctum ſit.

o l. qui ex fratribus. h. t.

CLXVIII. [o] [Qui ex fratribus meis Titiam conſobrinam vxorem duxerit, ex beſſe hæres eſto: qui non duxerit ex triente hæres eſto.] Viuo teſtatore, conſobrina defuncta, ambo ad hæreditatem venientes ſemiſſes habebunt: quia verum eſt eos hæredes inſtitutos, ſed emolumento portionum euentu nuptiarum deſertos.

p l. verba hæc. ibid.

CLXIX. [p] Verba hæc [Publius Męuius, G ſi volet, hæres eſto] in neceſſario hærede conditionem faciunt: vt ſi nolit, hæres non exiſtat. Nam in voluntaria hæredis perſona fruſtrà adiicitur; cùm, etſi non fuerint addita, inuitus non efficiatur hæres.

q l. iam dubitari. l. D. d. t. de cond. inſtit.

CLXX. [q] Dubitari non poteſt, quin ſui quoque hęredes ſub hac conditione inſtitui

poſſint,

poſſint, Vt ſi voluiſſent, hæredes eſſent, ſi hæredes non eſſent, alium quem viſum eſſet eis, ſubſtituerent.

r l. 3. ibid.

CLXXI. r Si quis ita ſcripſerit [Si Titius hęres erit, Seius hęres eſto] quaſi quæuis conditio expectatur Titij aditio, vt Seius hæres fiat.

ſ l. ſi ita. ibid.

CLXXII. ſ Si ita ſcriptum fuerit [Titius hæres eſto: Si Titius hęres erit, Męuius hęres eſto,] Si Titius ſuſpectam adierit hæreditatem, poteſt Męuius ſuo arbitrio adire, & quartam retinere.

t l. ſi plures. ibid.

CLXXIII. t Si plures inſtitutiones ex eadem parte ſub diuerſis conditionibus fuerint, conditio quę prior exſtiterit, occupauit inſtitutionem.

u l. illa inſtitutio. D. de hæred. inſtit.

CLXXIV. u Illa quidem inſtitutio [Quos Titius voluerit,] ideò vitioſa eſt, quòd alieno arbitrio permiſſa eſt. Nam ſatis conſtanter veteres decreuerunt teſtamentorum iura per ſe firma eſſe oportere, non ex alieno arbitrio pendere. x Sed ſi quis Sempronium hæredem inſtituerit ſub hac conditione [Si Titius in Capitolium aſcenderit] quamuis non aliâs hæres poſſit eſſe Sempronius, niſi Titius in Capitolium aſcenderit: & hoc ipſum in poteſtate ſit repoſitum Titij; quia tamen ſcriptura non eſt expreſſa voluntas Titij, erit vtilis ea inſtitutio. Quædam enim in teſtamento ſi exprimantur, effectum nullum habent; quando, ſi verbis tegantur, eandem ſignificationem habeant quam haberent expreſſa; momentum aliquod habebunt. Sic enim filij exhæredatio cum eo valet, ſi quis hæres exiſtat, & tamen nemo dubitat quin ſi ita quis filium exhæredauerit, [Titius hæres eſto: Et cùm hæres erit, Titius filius exhæres eſto;] nullius momenti eſſe exhæredationem.

x l ſi quis Sempronium. ibid.

z l hæredi. D de condic. inſt.

CLXXV. z Heredi, quem teſtamento inſtituit, codicillis ſcripſit conditionem: quęro an ei parêre neceſſe habeat. Modeſtinus reſpondit, hęreditas codicillis neque dari, neque adimi poteſt: porrò in defectu conditionis, de ademptione cogitaſſe intelligitur.

CLXXVI. Poteſt quis ita hęredem inſtituere, [Si intra annum ſeptuageſimum deceſſero, ille mihi hæres eſto.] Non enim pro parte teſtatus intelligi debet; ſed ſub conditione inſtituiſſe.

Secunda particula d. ſecundæ partis capitis vndecimi.

Quæ conditiones habeantur pro non ſcriptis, aut pro impletis.

* §. impoſſibilis inſt. d. t. de hær. inſtit.

CLXXVII. * IMpoſſibilis conditio in inſtitutionibus & legatis pro non ſcripta habetur.

a l. ſi Mæuia. D. eo. t.

CLXXVIII. a [Si Męuia mater mea, & filia mea viuent, tum Lucius Titius hæres eſto,] Seruius reſpondit; etſi teſtator filiam nullam habuerit, mater autem ſuperuixiſſet, tamen Titium hæredem fore: quia quod impoſſibile eſſet, nullam vim haberet.

b l. Seruum ¶. 8.

CLXXIX. b Si in non faciendo impoſſibilis conditio ſit aſcripta, ſecundùm omnium ſententiam hæres erit, perinde ac ſi purè inſtitutus eſſet.

Iuſtinianus Imperator.

c pen. C eo. tit.

CLXXX. c Si teſtamentum ita ſcriptum inueniatur, [Ille hæres eſto ſecundùm conditiones infra ſcriptas] ſi quidem ei nihil relictum, neque aliqua conditio in teſtamento poſita inueniatur; ſuperfluam conditionum pollicitationem eſſe ſancimus, & teſtamentum puram habere inſtitutionem. Et argumento vtimur, quòd Papinianus reſpondit, vicos relictos, qui proprios fines habebant, non ideò ex fideicommiſſo minùs deberi, quòd teſtator fines eorum, & certaminis formam declaraturum promiſit, ac poſtea morte præuentus non fecit. Sin autem conditiones quaſdam in quauis parte teſtamenti poſuit, tùm videri ab initio conditionalem eſſe inſtitutionem; & ſic omnia compleri, tanquam ſi teſtator ipſas inſtitutiones eiſdem conditionibus copulaſſet, quæ infra cõſcriptæ ſunt.

d l. vter ex fratribus. D. d. t. de condic. Inſtit.

CLXXXI. d Plerumque hæc conditio, [ſi Mæuiam vxorem duxerit, ſi fecerit,] pro eo accipi oportet, quòd per eam non ſtet quominus ducat, det, aut faciat.

e l. ſi quis teſtamento. ibid.

CLXXXII. e Si quis teſtamento hoc modo ſcripſerit, [filius meus, ſi Titium adoptauerit, hæres eſto: ſi non adoptauerit, exhæres eſto:] & filio parato adoptare, nolit ſe ad rogandum dare; erit filius hæres quaſi expleta conditione.

f l. Mulier. ibid.

CLXXXIII. f Mulier quæ viro ſuo ex dote promiſſam pecuniam debebat, virum hęredem ita inſtituerat, Si pecuniam quam doti promiſiſſet, neque petiiſſet, neque exegiſſet; puto ſi vir denuntiaſſet cæteris hæredibus per ſe non ſtare, quominus acceptum faceret id quod ex dote ſibi deberetur, ſtatim eum hæredem futurum: quòd ſi ſolus hæres inſtitutus eſſet ſub tali conditione, nihilominus puto ſtatim eum hæredem futurum; quia impoſſibilis conditio pro non ſcripta accipienda eſt.

Seuerus & Antoninus Impp.

g l. 1. C. de inſtit. & ſubſt.

CLXXXIV. g Cùm auum maternum ea conditione filiam tuam hæredem inſtituiſſe proponas, [ſi Antilli filio nupſiſſet] nõ priùs eam hæredem exiſtere, quàm conditioni paruerit: aut Antilli filio recuſante, matrimonium impeditum fuerit.

h l. ſi quis ita. D. de condit. Inſtit.

CLXXXV. h Si quis ita inſtitutus ſit [ſi monumentum teſtatoris in proximo triduo mortis eius fecerit] cùm monumentum in triduo perfici non poſſit, dicendum erit conditionem euaneſcere quaſi impoſſibilem.

i l. Paterfa. D. de hær. inſtit.

CLXXXVI. i Paterfamilias teſtamento duos hæredes inſtituerat: eos monumentum facere iuſſerat in diebus certis, deinde ita ſcripſerat, [Qui eorum non ita fecerit, omnes exhæredes ſunto] Alter hæres hæreditatem prætermiſerat: reliquus hæres conſule-

bat, cùm ipſe monumentum exſtruxiſſet, nú-quid minus heres eſſet ob eam rem quòd cohæres eius hęreditatem non adiiſſet? Alphenus reſpondit, neminem ex facto alterius hęreditati neque alligari, neque exhæredari poſſe: ſed vti quiſque conditionem impleſſet, quamuis nemo adiiſſet, tamen hæredem eſſe.

k *l. conditiones contra. D. de condit. Inſt.*

CLXXXVII. [k] Conditiones contra edicta Imperatorum, aut contra leges, aut quę legis vicem obtinent, vel quæ contra bonos mores, vel deriſoriæ ſunt, aut huiuſmodi, quas Prætures improbauerunt, pro non ſcriptis habentur; ac perinde ſi conditio hęreditati, vel legato adiecta non eſſet, capitur hæreditas, legatúmve.

l *l. conditiones quæ. ibid.*

CLXXXVIII. [l] Conditiones quæ contra bonos mores inſeruntur, remittendę ſunt; veluti ſi ab hoſtibus patrem ſuum non redemerit; ſi parentibus ſuis alimenta non præſtiterit.

m *l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſt.*

CLXXXIX. [m] Conditio dirimendi matrimonij, tanquam turpis ab inſtitutione reiicitur: & remanet inſtitutio pura: ſicque Valerianus & Galienus Impp. reſcripſerunt: Reprehendenda tu magis es quàm mater tua. Illa enim ſi hæredem te eſſe ſibi vellet, id quod eſt inutile, matrimonium te dirimere cum viro non iuberet, tu porrò voluntatem eius diuortio comprobaſti. Oportuerat autem, etſi conditio eiuſmodi admitteretur, præferre concordiam maritalem: cùm boni mores hęc obſeruari vetent, ſine vllo damno coniunctionem retinere potuiſti. Redi igitur ad maritum, ſciens hæreditatem matris, etiamſi redieris, retenturam: quippe quam retineas licet.

n *l. quidam in fin. D. d. t. de condit. Inſt.*

CXC. [n] Quidam in ſuo teſtamento hæredem ſcripſit [Si reliquias eius in mare abiiciat] quærebatur, cùm hæres inſtitutus con ditioni non paruiſſet, an expellendus eſſet ab hæreditate. Modeſtinus reſpondit, laudandus magis eſt quàm accuſandus heres, qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundùm eius voluntatem abiecit: ſed memor humanę conditionis ſepulturę cōdidit. Sed hoc prius inſpiciendum eſt, an homo qui talem conditionem poſuit, compos mentis eſſet. Igitur ſi perſpicuis rationibus hæc ſuſpic o amoueri poteſt, nullo modo legitimus heres de hęreditate controuerſiam facit ſcripto hęredi.

o *l. ſi quis ſub conditione.*

CXCI. [o] Si quis ſub conditione hęredes inſtituiſſet, Si inuicem cauiſſent ſe legata teſtamento relicta reddituros; placet remitti eis conditionem: quia ad fraudem legum reſpicerent, quę vetarēt quoſdā legata capere: quanquam etſi cautum eſſet in ipſa actione, exceptione tuendus eſſet promiſſor.

Tertia particula ſecundæ partis capitis vndecimi.

De inſtitutionibus ſub conditione iuriſiurandi factis.

o *l. quæ ſub conditione. ibi.*

CXCII. [o] Væ ſub conditione iuriſiurandi relinquuntur, à Prætore reprobantur. Prouidit enim ne is qui ſub iuriſiurandi conditione quid recipiendo, aut omittendo, perderet hæreditatem, legatúmve; aut cogeretur turpiter accipiendo, conditionem iurare. Voluit ergo eum cui ſub iuriſiurandi conditione quid relictum eſſet, ita capere, vt capiunt hi quibus nulla talis iuriſiurandi conditio inſeritur: & rectè. Cùm enim faciles ſint nonnulli ad iurandū contemptu religionis: alij perquàm timidi metu diuini numinis vſque ad ſuperſtitionem, ne hi, vel illi aut conſequerentur, aut perderent quod relictum eſt, Prætor cōſultiſſimè interuenit. Etenim potuit is qui voluit factum, quod religionis conditione adſtringit, ſub conditione faciendi relinquere. Ita enim homines aut facientes admitterentur: aut non facientes deficerentur conditione.

p *d. l. §. 1.*

CXCIII. [p] Hoc edictum etiam ad legatum pertinet, non tantùm ad hæredis inſtitutionem. In fideicommiſſo quoque oportet eos, qui de fideicommiſſo cognoſcunt, ſubſequi Prætoris edictum quia vice legatorum funguntur. Et in mortis cauſa donationibus dicendum eſt edicto locum eſſe, ſi fortè quis cauerit, ſi iuraret ſe aliquid facturum, reſtituturum quod accepiſſe oportebit; itaque remitti cautionem.

q *d. l. §. ſi quis ſub iuriſiurandi.*

CXCIV. [q] Si quis ſub iuriſiurandi conditione, & præterea ſub alia ſit inſtitutus, vidēdum eſt an remittatur conditio. Et magis eſt vt remitti iuriſiurandi conditio debeat, licèt alij conditioni parendum habeat: ſed ſi ſub iuriſiurandi conditione ſit inſtitutus, aut ſi decem millia dederit, hoc eſt alternata conditione, vt aut pareat conditioni, aut iuret, videndum nunquid remitti conditio debet; quia poteſt alteri conditioni parendo, eſſe ſecurus. Sed eſt verius remitti conditionem, ne alia ratione conditio altera eum vrgeat ad iuſiurandum.

r *d. l. §. vlt.*

CXCV. [r] De hoc iureiurando remittendo non eſt neceſſe adire Prætorem. Semel enim in perpetuum à Prætore remiſſum eſt, nec per ſingulos remittendum. Et idcirco ex quo dies legati ceſſerit, remiſſum videtur, etiam ignorante ſcripto hæredę. Ideóque in hærede legatarij rectè ſeruatur, vt poſt diem legati cedentem, ſi deceſſerit legatarius, debeat hæres eius actione de legato vti, quaſi purè legato relicto ei qui hæres exſtiterat.

ſ *d. l. §. quiſum.*

CXCVI. [ſ] Qui ſuus hæres iurare iubetur, daturum ſe aliquid, vel facturum quod non improbum eſt; actiones hæreditarias non aliàs habebit, quàm ſi dederit, vel fecerit id quod iuſſus erat iurare.

Tertia pars capitis vndecimi.

De inſtitutione hæredis in diem facta.

t *l. Hæreditas. D. de hæred. Inſtit. §. hæres. Inſti. eo. tit.*

CXCVII. [t] Hæreditas ex die, vel ad diem non rectè datur:

veluti [Poſt quinquennium quàm moriar:] Vel [Ex Calendis illis] Vel [Vſque ad Calendis illas hæres eſto] Denique diem adiectum haberi pro ſuperuacuo placet: & perinde eſſe, ac ſi purè hæres inſtitutus eſſet.

u l. in tempus. D. d. t. de hær. inſt. Repugnat enim ſummum ius l. Actus legitimi. D. de reg. iur. d. §. hæres

CXCVIII. [u] In tempus capiendæ hæreditatis inſtitui poſſe hæredem, beneuolentiæ eſt: veluti [Titius cùm capere poterit, hæres eſto.] Idem & in legato.

x l. ſi quis inſtituatur. D. d. t. de hær. inſtit.

CXCIX. [x] Si quis inſtituatur in diem certam, vel incertam, is bonorum poſſeſſionem agnoſcere poteſt; & tanquam hæres diſtrahere hęreditatem. Sed ſi bonorum poſſeſſionem non admittat, & conditionem trahat, cui facile parere poſſit; hîc Prætoris erunt partes, vt imitetur edictum ſuum illud, quo pręfinit tempus intra quod adeatur hæreditas.

Quarta pars capitis vndecimi.

De hæredibus inſtitutis ex re certa.

z l. ex facto. §. cùm hæc. ibid.

CC. [z] HÆc inſtitutio non eſt repudianda ſi alius rerum Prouincialium, alius rerum Italicarum hæres fuerit ſcriptus: officióq; iudicis attribuentur ſingulis res quæ aſcriptæ ſunt.

a d. l. §. rerum.

CCI. [a] Rerum autem Italicarum, vel Prouincialium ſignificatione, quę res accipiendę ſint, videndum eſt. Et facit quidem totum voluntas defuncti: nam quod ſenſerit, ſpectandum eſt. Veruntamen hoc intelligendũ erit, rerũ Italicarum ſignificatione eas contineri quę perpetuò quis ibi habuerit. Cæteroquin ſi tempore aliquo tranſtulit in aliquem locũ, non vt ibi haberet, ſed vt denuò ad priſtinum locum reuocaret; neque augebit quò tranſtulit, neque minuet vnde tranſtulit.

b d. l. § proinde.

CCII. [b] Proinde & ſi pecuniam miſit in prouinciam ad merces comparandas, & necdum comparatæ ſint; dicendum pecuniam, quæ idcirco miſſa eſt, vt pro ea merces adueherentur, in Italico patrimonio inuingẽdam. Nam & ſi dediſſet in prouincia de pecuniis quas exercebat in Italia, dicendum eſt hanc quoque Italici patrimonij eſſe rationem. Igitur effici, vt merces quoque iſtæ quæ comparatę ſunt vt Romam veherentur, ſiue perueɐtę ſunt eo viuo, ſiue nondum: & ſiue ſciuit, ſiue ignorauit ad eum hæredem pertinere, cui Italicæ res ſunt aſcriptæ.

* d. l. ex facto. in prin.

CCIII. * Dicebat Vlpianus (quod & ſuprà relatum eſt) rerum hæredem inſtitui poſſe vt rerum Italicarum, vel Prouincialium: ſed ita vt officio iudicis familię erciſcundæ contineatur, nihil amplius qui ex re inſtitutus eſt, quàm rem ex qua ſcriptus eſt; conſequi. Ita igitur res accipietur; Pone duos eſſe hęredes inſtitutos, vnum ex fundo Corneliano, alterum ex fundo Liboniano; fundorum alterum facere dodrantem honorum; alterum quadrantem. Erunt quidem hęredes ex æquis partibus, quaſi ſine partibus inſtituti: veruntamen officio iudicis continebitur, vt vnicuique eorum fundus qui relictus eſt; adiudicetur, vel attribuatur.

c d. l. § vnde ſiu.

CCIV. [c] Vnde quęſitum; ęris alieni onus pro qua parte agnoſci debeat. Et refert Papinianus; pro hęreditariis partibus eos agnoſcere æs alienum debere: hoc eſt, pro ſemiſſe; fundos etenim vice præceptionis accipiendos. Quare, ſi fortè tantum ſit æs alienum, vt nihil detracto eo ſupereſſe poſſit; conſequenter dicemus inſtitutiones iſtas ex re factas, nullius eſſe momenti. Et ſi fortè Falcidia interueniens reſciſionem eſſet legatorum factura, hîc officium iudicis reſcindet præceptiones iſtas, vt non plus quiſque eorum habeat, quàm eſſet habiturus ſi legatum accepiſſet, vel alias præceptiones. Quod ſi fuerit incertum, rectiſſimè probatur officio iudicis cautiones eſſe interponendas.

c d. l. §. cum hæc ita.

CCV. [c] Si vnus rerum prouincialium, alius Italicarum hæres fuerit ſcriptus, officio iudicis, vt dictum eſt, attribuentur res quę adſcriptæ ſunt. Erunt tamen hæredes ſine partibus, vt & ſuprà relatum eſt, quia nulla pars aſcripta eſt: quæ res facit, vt ſi fortè in aliis facultatibus plus ſit, in aliis minùs: & æris alieni ratio vrgeat, dici oporteat imminutionem earundem fieri quam ſupra oſtendimus: proinde ſi aliis fuerint legata relicta, contributio admittenda erit.

d l. quoties. § ſi duo. d. t.

* Id eſt, niſi ea ſit teſtatoris mens, vt non æqualiter, ſed ex certis partibus hæredes ſibi eſſe velit.

CCVI. [d] Si duo ſint hæredes inſtituti, vnus ex parte tertia fundi Corneliani, alter ex beſſe eiuſdem fundi, Celſus expeditiſſimam Sabini ſententiam ſequitur, vt detracta fundi mentione, quaſi ſine partibus hæreditate potiantur: * ſi modò voluntas patrisfamiliàs maniſeſtiſſimè non refragetur.

e l. ſi alterius. d. t.

CCVII. [e] Si alterius atque alterius fundi pro partibus quis hæredes inſtituerit, perinde habebitur quaſi non adiectis partibus hæredes ſcripti eſſent.

f l. Attius. ib.

CCVIII. [f] [Attius fundi Corneliani hæres eſto. Duo Titij illius inſulæ hæredes ſunto] habebunt duo Titij ſemiſſem; Attius ſemiſſem.

g l. 1. § ſi ex fundo.

CCIX. [g] Si ex fundo fuiſſet ſolus aliquis inſtitutus; valet inſtitutio detracta fundi mentione.

h Io. Petr. Ferrarius Papien. col. 447. d. § ſi ex fundo.

i l. quoties C. eo. t. de hær. inſt.

k Guliel. Cuganus in l. Seruo. D. de cond. inſt. arg. l. ex re militari § vlt. & l. miles. D. de teſta mil. Bart. in d. l. quoties. §. ſi duos. & in l. ex facto. D. d. t.

CCX. [h] Si quis ex re certa hæres inſtituatur nullo cohærede adiecto, habetur loco hæredis in totam hæreditatem inſtituti. [i] Si alius hæres inſtitutus ſit ſine parte; habetur legatarij loco. [k] Quòd ſi vniuerſalis hæres repudiet; aut mortuus fuerit; ex re certa inſtitutus iure accreſcendi loco vniuerſalis & veri hæredis habebitur.

l Petr. Ferr. Pap. in forma libelli, quo petitur hæreditas ex teſtamento. in verb. in. m. nib. bona arg. quod nemo poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. l. ius noſtrũ. D. de reg. iur. & nemo poteſt facere quin leges locum habeant in ſuo teſtamento. l. nemo

CCXI. [l] Si quis hæredem ex re certa inſtituerit nullo cohærede adiecto, & expreſsè prohibuerit ne ad alia bona trahatur inſtitutio; in vniuerſam tamen hęreditatem ſuccedet inſtitutus eo modo hæres.

Iuſtinianus Imp.

CCXII. [m] Quoties certi quidã ex certa re ſcripti ſunt hæredes: & certis rebus pro ſua

poteſt. D. de lega. 1. Et hanc eſſe communem Ferrarius dicit opinionem. Contra Bartoli ſententiam in d. § ſi duos. qui in huiuſmodi inſtitutione autumat veri accreſcendi non eſſe locum: & reſiduum bonorum ad ſuccedentes ab inteſtato pertinere.

m d. l. quoties. C. d. t. de hær. inſt.

inſtitutione contenti eſſe iuſſi ſunt, quos legatariorum loco haberi certum eſt, alij verò ex certa parte, aut ſine parte, qui pro veterum legum tenore ad certam vnciarum inſtitutionum referuntur; eos tantummodò omnibus hæreditariis actionibus vti, vel conueniri decernimus, qui ex certa parte, vel ſine parte ſcripti ſunt: nec aliquam deminutionem earũdem actionum occaſione hæredum ex certa re ſcriptorum fieri.

Quarta pars d. capitis vndecimi.

De aliis quibuſdam inſtitutionibus non reprobatis.

a l. 1. D. d. t. de her. inſt.

CCXIII. [a] Plus Imperator, cùm quidam portiones ita diſtribuiſſet, ille ex parte tota; ille ex tota, nec adiecißet, [hæres eſto] valere inſtitutionem reſcripſit.

b l. 2. ibid.

CCXIIII. [b] Circa eos qui ita hæredes inſtituti [Ex partibus quas adſcripſero] non putat Marcellus eos hæredes nullis adſcriptis partibus: quemadmodum ſi ita eſſent inſtituti [Si eis partes adſcripſero] Sed magis eſt, vt ſic vtraque inſtitutio accipiatur, ſi voluntas defuncti non refragatur, [ex quibus partibus adſcripſero] ſi minus, ex æquis, quaſi duplici inſtitutione facta: quam ſententiam Celſus probat

p d. l. in pr.

CCXV. [p] Aliter atque in illa inſtitutione, [Ex qua parte Titius hæredem ſcripſit, Seius hæres eſto] Tunc enim ſi non eſt à Titio ſcriptus; nec Seius ab eo: nec immeritò. Hîc enim creditur ineſſe conditio.

q d. l. §. 1.

CCXVI. [q] Poteſt autem intereſſe vtrùm ita quis ſcribat, [Ex his partibus quas adſcripſi, aut adſcripſero;] Vt ſuperiori non dicas, nullis adſcriptis partibus, nullam eſſe inſtitutionem: Quo modo in illo Marcellus [Ex his partibus, ex quibus teſtamento matris ſcripti fuiſſent, hæredes ſunto,] ſi inteſtata mater deceſſit, hos non eſſe inſtitutos, dicendum eſt.

r l. quoties. d. t.

CCXVII. [r] Si quis ita dixerit [Vter ex fratribus meis Titio & Mæuio Seiam vxorem duxerit, ex dodrante: vter non duxerit, ex quadrante hæres eſto;] hîc rectè factam inſtitutionem eſſe certum eſt: ſed ex qua parte, incertum. Planè erit ſimilis ſi ita inſtitutio facta fuerit, [Vter ex ſupraſcriptis fratribus meis Seiam vxorem duxerit, hæres eſto,] puto valere quaſi ſub conditione factam.

Sexta pars d. capitis vndecimi.

De inſtitutionibus non rite factis, ſeu reprobatis.

s l. quoties. §. heres. d. t.

CCXVIII. [s] Hæres inſtitui, niſi certus demonſtretur, nemo poteſt.

t l. in tempore. ibid.

CCXIX. [t] Quoties non apparet quis hæres inſtitutus ſit, inſtitutio non valet: quippe euenire poteſt, vt teſtator complures amicos eodem nomine habeat, & ad deſignationem nominis ſingulari nomine vtatur; niſi ex aliis apertiſſimis probationibus fuerit reuelatum pro qua perſona teſtator ſenſerit.

u l. hæreditas ibid.

CCXX. [u] Hæreditas ad Titium Primum nullo iure pertinet, cùm inſtitutus hæres non ſit: nec quicquam ei prodeſt, quòd ab eo aliqoid legatum eſt: aut aliquis ei teſtamento commendatus eſt.

x l. Captatorias ibid.

CCXXI. [x] Captatorias inſtitutiones non eas Senatus improbauit, quæ mutuis affectionibus iudicia prouocauerunt: ſed quarum conditio confertur ad ſecretum alienæ voluntatis.

z d. l. §. 1.

CCXXII. [z] Illæ autem inſtitutiones captatoriæ non ſunt, ſi ita quis hæredem inſtituat, [Qua ex parte Titius me hæredem inſtituerit, ex ea parte Mæuius hæres eſto:] quia non in præteritum, ſed in futurum inſtitutio collata eſt. Sed illud quæri poteſt, an idem ſeruandum ſit quod Senatus cenſuit, etiamſi in aliam perſonam captionem direxerit: Veluti ſi ita ſcripſit, [Titius, ſi Mæuium tabulis teſtamenti ſui hæredem à ſe ſcriptum oſtenderit, hæres eſto] Quod in ſententiam Senatuſconſulti incidere non eſt dubium.

CAP. XII.

De partibus hæreditatis.

a l. Seruum. §. hæreditas. D. de her. inſt.

CCXXIII. [a] Hæreditas plerunque diuiditur in duodecim vncias, quæ aſſis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina, ab vncia vſque ad aſſem. puta hæc, [2] Sextans, [3] quadrans, [4] triens, [5] quincunx, [6] ſemis, [7] ſeptunx, [8] bes, [9] dodrans, [10] dextans, [11] deunx, [12] as.

b §. non autem Inſtit. eo. t.

CCXXIIII. [b] Non autem vtique ſemper duodecim vncias eſſe oportet. Nam tot vnciæ aſſem efficiunt, quot teſtator voluerit. Et ſi vnum tantùm quis ex ſemiſſe hæredem inſtituerit, totus as in ſemiſſe erit. Neque enim idem ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus poteſt decedere, niſi ſit miles, cuius ſola voluntas in teſtando ſpectatur. Et è contrario poteſt quis in quotcunque voluerit vncias ſuam hæreditatem diuidere.

c §. ſi plures. ibid.

CCXXV. [c] Si plures inſtituantur hæredes, ita demùm in hoc caſu partium diſtributio neceſſaria eſt, ſi nolit teſtator eos ex æquis partibus hæredes eſſe.

d l. quoties. §. heredes. D. de her. inſtit.

CCXXVI. [d] Hæredes iuris ſucceſſores ſunt: & ſi plures inſtituantur, diuidi inter eos à teſtatore ius oportet. Quod ſi non fiat, omnes æqualiter hæredes ſunt.

e l. interdum. ibid.

CCXXVII. [e] Interdum hæc adiectio [æquè hęredes ſunto] teſtatoris voluntatem exprimit: vt puta [Primus & fratris mei filij æquè hęredes ſunto] Namque hęc adiectio [æquè] declarat omnes ex virilibus partibus inſtitutos: qua detracta, ſemiſſem fratris filij, ſemiſſem Primus habebit.

f l. item quod. d. t.

CCXXVIII. [f] Si cui pars appoſita non eſt,

excutiamus, duos ex quadrantibus hęredes aſcripſit, tertium ſine parte; quod deeſt aſſi, feret tertius.

g d.l.§.ſed ſi.

CCXXIX. g Si aſſe expleto teſtator alium ſine parte hęredem ſcripſerit, is in alium aſſem veniet. Aliter, ſi ita ſcripſiſſet, [expleto aſſe, ex reliqua parte hęres eſto:] quoniam cùm nihil reliquum eſt, ex nulla parte hęres inſtitutus eſt.

h d.§.

CCXXX. h Si expleto aſſe, duo ſine partibus ſcribantur, vtrum in ſinguloa aſſes iſti duo, an in vnum aſſem coniungantur, quęritur. Et verius eſt, in vnum aſſem venire. Nam & ſi vnus ſine parte, duo coniunctim ſine parte inſtituantur, non tres trientes fieri Celſus ſcripſit: ſed duos ſemiſſes.

i d.§.

CCXXXI. i Quod ſi quis dupundium diſtribuit, & tertium ſine parte inſtituit, hic non in alium aſſem, ſed in trientē venit;[k] ſcilicet non tantum capiet, quantum alij hæredes: ſed potiùs tres aſſes fiunt; quorum ſingulos ſinguli capient.

k Fr. Duaren. lib. 2. Diſp. ca. 36.

l l. quæſitum. d. t.

CCXXXII. l Quæſitum eſt, ſi plus aſſe paterfamiliâs diſtribuiſſet, & aliquem ſine parte feciſſet hæredem: vtrúmne is aſſem habiturus foret, an id duntaxat quod dupundio deeſſet. Et hanc eſſe tollerabiliſſimam ſententiam puto, vt eadem ratio in dupundio, omníque re deinceps quæ in aſſe ſeruetur. Paulus; Eadem ratio eſt in ſecundo aſſe, quæ in primo.

m l. quo loco. §. 1. d. t.

CCXXXIII. m Si iam mortuo quadrans, alij dodrans datus ſit, Labeo ait eum qui ſine parte hæres inſtitutua ſit, alterum aſſem habiturum; & hanc mentem eſſe teſtantis. Quod & Iulianus probat, & verum eſt. Quòd ſi viuua & mortuus ex parte dimidia coniunctim hæredea inſtituti ſunt, ex altera alius æquas partea eos habituros ait: quia mortui pars pro non ſcripta habetur.

n §. ſi plures. Inſt. de hær. Inſt.

CCXXXIIII. n Partibus in quorundam perſonis expreſſis, ſi quis alius ſine parte nominatus erit, ſi quidem aliqua pars aſſi deerit, ex ea parte hæres fit. Et ſi plures ſine parte ſcripti ſunt, omnes in eandem partem concurrunt.

o d.§.

CCXXXV. o Si verò totus as completus ſit, in dimidiam partem vocantur. & ille vel illi omnes in alteram dimidiam. Nec intereſt primus, an mediua, an nouiſſimus ſine parte hæres ſcriptus ſit. Ea enim pars data intelligitur quæ vacat.

p §. videamus. d. t.

CCXXXVI. p Videamus ſi para aliqua vacet, nec tamen quiſquam ſine parte ſit hæres inſtitutus; quid iuris ſit: veluti, ſi trea ex quartis partibua hæredea ſcripti ſunt. Et conſtat, vacantem partem ſingulis tacitè pro hæreditaria parte accreſcere; & perinde haberi, ac ſi ex tertiis partibus hæredes ſcripti eſſent. Et ex diuerſo, ſi plurea hæredes ſcripti in portionibus ſint; perinde habeantur ac ſi vnuſquiſque ex quarta parte hæres ſcriptus fuiſſet.

q §. & ſi plures. ibid.

CCXXXVII. q Et ſi plures vnciæ quàm duodecim vnciæ diſtributæ ſint, is qui ſine parte inſtitutus eſt, quod dupundio deeſt habebit. Idémque erit ſi dupundius expletus ſit: quæ omnes partes ad aſſem poſtea reuocantur, quamuis ſint plurium vnciarum.

r l. ſi inæqualibus d. t.

CCXXXVIII. r Si inæqualibus partibus datis, ita adiiciatur, [Quos ex diſparibus partibus hæredea inſtitui, æquè hæredes ſunto] exiſtimandum eſt exæquari eos, ſcilicet ſi hoc ante peractum teſtamentum ſcriptum ſit. * Nam in ipſo teſtamento licet ſe corrigere: poſt perfectum verò teſtamentum omnia de integro facienda ſunt.

** i. n. annot.*

ſ l. interdum §. 1. ibid.

CCXXXIX. ſ Paterfamiliâs diſtribuere hęreditatem in tot partes poteſt, quot voluerit. Sed ſolemnis aſſis diſtributio in duodecim vncias fit. Denique ſi minus diſtribuit, poteſtate iuris in hoc reuoluitur. Vt puta, Si duos ex quadrante hęredes ſcripſerit. Nam hęreditas eius reſidua accedet, vt ex ſemiſſibus videantur ſcripti. Sed ſi alter ex quadrante, alter ex ſemiſſe hęredes ſcripti ſunt; qui accedit quadrans, pro partibus hęreditariis eia adcreſcet. Sed ſi exceſſerit in diuiſione duodecim vncias, ęquè pro rata decreſcet. Vt puta, me ex duodecim vnciis, te ex ſex ſcripſit; ego hęreditaria habebo beſſem, tu trientem.

t d.l.§. ſed ſi duos.

CCXL. t Sed ſi duos ex aſſe hęredes ſcripſerit, alios ex duodecim vnciis, an æquè diſtributio fiat, quęritur. Et putat Labeo & illos ex ſemiſſe, & hos qui ex duodecim vnciis ſcripti ſunt, ex ſemiſſe hæredes fore.

u d.§.

CCXLI. u Sed ſi duos ex aſſe hæredes inſtituerat, tertium autem ex dimidia & ſexta; Labeo ait, in viginti vncias aſſem diuidendum: octo laturum ex dimidia & ſexta ſcriptum; illos duos, duodecim.

x ibid.

CCXLII. x Apud eundem refertur [Titius ex parte tertia] deinde aſſe expleto [idē ex parte ſexta;] in duodecim vncias hæreditatem diuidendam Trebatium dicere.

z l. Iulianus.

CCXLIII. z Iulianus refert, ſi quis ita hæredem ſcripſerit, [Titius ex parte dimidia hæres eſto: Seius ex parte dimidia: ex qua parte Seium inſtitui, ex eadem parte Semproniua hærea eſto,] dubitari poſſe, vtrùm in tres ſemiſſea diuidere voluit hæreditatem, an verò in vnum ſemiſſem Seium & Sempronium coniungere: & ideo coniunctim eos videri inſtitutos; ſic fiet vt Titiua ſemiſſem, hi duo quadrantea ferant.

a d.l.§. idem ſcripſit.

CCXLIIII. a Idem ſcripſit; ſi Primus ex ſemiſſe, Secundua ex ſemiſſe; Tertius ex dodrante ſubſtitutus ſit, facti quidem quæſtionem eſſe. Verùm rectè dicitur, ſi quidem Primus adierit, æquales partes habituros: ſi repudiauerit, quindecim partes futuraa: ex quibua nouem quidem laturum Tertium, ſex Secundum. b Nam Tertium & inſtituti, & ſubſtituti perſonam ſuſtinere; in tres partea inſtitutum videri, in ſex, ſubſtitutum.

b l. nam Tertium. d. t.

c l. ſi quis hæredes. ibid.

CCXLV. c Si quis hæredes ita inſtituit,

[Titius ex parte prima: Seius ex parte ſecunda: Męuius ex parte tertia: Sulpitius ex parte quarta hęredes ſunto] æquè partes hęreditatis ad inſtitutos pertinebunt, quia teſtator appellatione numeri, ſcripturę magis ordinem, quàm modum partibus impoſuiſſe videtur.

d l. Ex vnciis. ibid.

CCXLVI. [d] Ex vnciis ſex, primo hęrede inſtituto, ſecundo ex octo; ſi tertius ex reſidua parte, vel nulla, hęres inſtituatur, quinque vncias hęreditatis tertius habebit: in viginti quatuor etenim partes hęreditate diſtributa, tertio, ratio calculi, veluti ex decem partibus inſtituto, quinque vncias aſſignauit.

e l. liber homo. §.1. ibid.

CCXLVII. [e] Si quis ita hęredem inſtituerit [Titius qua ex parte mihi ſocius eſt, in vectigali ſalinarum pro ea parte mihi hęres eſto] Quidam putant, ſi aſſe deſcripto id dictum ſit, vt maximè ſocius fuerit Titius, non eſſe hæredem: ſed ſi qua pars vacua relicta fuerit; ex ea hæredem eſſe. Quod totum & ineptum, & vitioſum eſt. Quid enim vetat aſſe deſcripto, vtiliter Titium ex parte fortè quarta, ex qua ſocius erat, hæredem inſtitutum eſſe?

f d. l. §. Titius.

CCXLVIII. [f] [Titius hęres eſto; Seius & Mæuius hęredes ſunto] verum eſt quod Proculo placet, duos ſemiſſes eſſe; quorum alter coniunctim duobus datur.

g l. quidam. ib.

CCXLIX. [g] Quidam teſtamento ita hęredes inſtituit [Titia filia mea hæres eſto: ſi quid mihi liberorum me viuo, mortuóve naſcetur, tunc qui virilis ſexus, vnus, pluréſve naſcentur, ex parte dimidia & quarta: qui fœminini ſexus, vna, pluréſve natæ erunt, ex parte quarta mihi hęredes ſunto.] Conſulebatur quota ex parte poſthumus hæres eſſet. Africanus reſpondit eam hæreditatem in ſeptem aſſes diſtribuendam. Ex his filiam quatuor, poſthumum tres habiturum: quia filię totus as, poſthumo dodrans datus eſt, vt quartam portionem ampliùs filia, quàm poſthumus ferre debeat. Idem ſi poſthuma quoque nata eſſet, tantumdem ſola filia, quantum vterque poſthumorum habiturus eſſet. Itaque in propoſito cùm as filiæ, dodrans poſthumo ſit datus; viginti vnam partes fieri, vt filia duodecim, nouem filius habeat.

CAP. XIII.

De interpretatione & effectu quarundam inſtitutionum.

k l. Titius. d. t.

CCL. [k] [Titius & Seius, vtérve eorum viuet, hęres mihi eſto.] Exiſtimo ſi vterque viuat, ambo hæredes fore, [l] quia tacita ſubſtitutio ineſſe videatur inſtitutioni. Idémque in legato eodem modo relicto Senatus cenſuit.

l l. quia. ibid. l. ſeq.

m l. Cum in teſtamento. ibi. ibid.

CCLI. [m] Hæc verba [Publius, Marcus, Caius inuicem ſubſtituti hęredes mei ſunto] ſic interpretanda ſunt, vt breuiter videatur teſtator tres inſtituiſſe hæredes: & ſic inuicem ſubſtituiſſe: perinde ac ſi ita ſcripſiſſet, [ille, & ille, & ille inſtituti hæredes & ſubſtituti ſunto.]

n l. ſi ita. §. vl. d. t.

CCLII. [n] In teſtamento ita ſcriptum eſt, [Lucius Titius ex duabus vnciis; Caius Attius ex parte vna; Seius ex partibus duabus hæredes mihi ſunto] Conſulebatur quid iuris eſſet. Africanus reſpondit, hanc ſcripturam illam interpretationem accipere poſſe, vt Lucius Titius duas vncias habeat; cæteri autem, quaſi ſine partibus inſtituti, ex reliquo dextante hæredes ſint: quem dextantem ita diuidi oportet, vt Seius quincuncem, Attius & Mæuius alterum quincuncem habeant.

o l. hoc articulo. ibid.

CCLIII. [o] Hoc articulo *quiſque* omnes ſignificantur. Et ideo Labeo ſcribit, ſi ita ſcriptum ſit, [Titius & Seius quanta quiſque eorum ex parte hæredem me habuerit ſcriptum, hæres mihi eſto,] niſi omnes habeant ſcriptum hæredem teſtatorem, neutrum hæredem eſſe poſſe, quoniam ad omnium factum ſermo refertur: in quo puto teſtatoris mentem reſpiciendam. Sed humanius eſt eum quidem qui teſtatorem ſuum hæredem ſcripſerit, in tantam partem ei hæredem fore: qui autem eum non ſcripſerit, nec ad hæreditatem eius admitti.

p l. liber homo §. Titius. ibid.

CCLIIII. [p] [Titius hæres eſto: Seius, & Mæuius hęredes ſunto,] verum eſt quod Proculo placet, duos ſemiſſes eſſe; quorum alter coniunctim duobus datur.

q l. ſi ita. ibid.

CCLV. [q] Si ita quis inſtitutus ſit, [Titius hęres eſto, ſi Secundus hæres non erit.] Deinde [Secundus hæres eſto] placet primo gradu Secundum eſſe inſtitutum.

r l. ſi te ſolum. ibid.

CCLVI. [r] Si te ſolum ex parte dimidia purè, ex altera ſub conditione hæredem inſtituern, & ſubſtituero tibi; non exiſtente conditione, ſubſtitutum ex ea parte hęredem fore, Celſus ait. Sed ſi te hæredem inſtituero, & deinde eundem te ſub conditione hęredem inſtituam, nihil valere ſecundam inſtitutionem, quia ſatis plena prior fuiſſet. Sed ſi plures inſtitutiones ſub diuerſis conditionibus fuerint factę, vtra prior conditio extiterit; id faciet quod ſuprà diximus, ſi purè, & ſub conditione idem inſtituatur.

ſ l. ſi quis ita. ibid.

CCLVII. [ſ] Si quis ita ſcripſerit, [Titius ex parte dimidia hæres eſto. Idem Titius ex altera parte dimidia, ſi nauis ex Aſia venerit, hęres eſto] cùm ex prima inſtitutione adierit hęres: quamuis inſtitutio alterius inſtitutionis pendeat, ex aſſe fit hęres, ſcilicet etiam conditione deficiente, cùm non proſit ei quicquam conditio exiſtens: quippe cùm non dubitetur, quin ſi quis ex parte dimidia hęres inſtitutus ſit, nec præterea quiſquam alius, ex aſſe hęres inſtitutus videatur.

t l. liber homo §. Titius. ibid.

CCLVIII. [t] [Titius ex ſemiſſe hęres eſto: Seius ex quadrante hęres eſto: Titius ſi in Capitolium aſcenderit ex alio quadrante hęres

eſto,

eſto.] Antequam Capitolium aſcendat, ſi ſe pro hęrede gerat, ex ſemiſſe hęres erit. Si Capitolium aſcenderit; & ex quadrante hęres erit: nec erit ei neceſſe pro hęrede ſe gerere, quippe iam hęredi.

u d l § ſi ita.

CCLIX. [u] Si ita ſcriptum fuerit [Titius ex parte tertia, Męuius ex parte tertia hæredes ſunto. Titius ſi intra Calendas nauis ex Aſia venerit, ex reliqua parte hæres eſto] videamus num Titius ſtatim ex ſemiſſe hæres ſit. Nam duo hæredes inſtituti ſunt: ſed Titius aut ex ſemiſſe, aut ex beſſe. Ita ſextans vtique erit in pendenti: & ſi conditio exſtiterit, ex beſſe hæres erit: ſi non exſtiterit, ille ſextans Mæuio accreſcet. Sed ſi deceſſerit Titius antequam conditio exiſtet, deinde conditio exſtiterit; tamen ille ſextans non Titij hæredi, ſed Mæuio accreſcet. Nam cùm adhuc dubium eſſet Titio an Mæuio is ſextans datus eſſet, Titius deceſſit, nec poteſt intelligi datus ei qui tempore dandi in rerum natura non fuit.

x l. ſi ita ſcriptum. ibid.

CCLX. [x] Si ita ſcriptum fuerit [Tithaſus ſi in Capitolium aſcenderit, hæres eſto,] ſecunda ſcriptura potior erit.

z l. ſi quis ita hæres.

CCLXI. [z] Si quis ita hæres inſtituatur, [Si legitimus hæres vindicare nolit hæreditatem meam] dicendum deficere conditionem teſtamenti, illo vendicante.

a l. ſi quis inſtituatur. ibid.

CCLXII. [a] Si conditioni hæres parere non potuerit, quam in ſua poteſtate non habebit, veluti inſtitutione collata in alterius factum, aut quendam caſum, [Si ille, puta, Conſul factus fuerit] tunc poſtulantibus creditoribus conſtituet Prætor, niſi intra certum tempus hæreditas obtigerit, ſe bona defuncti vendi iuſſurum: & interim quæ vrgebunt per [b] procuratores diſtrahi iuſſurum.

b qui in aliis locis ſemper curatores vocantur.

CCLXIII. Sed & ſi ſub conditione quis hæres inſtitutus ſit, & graue æs alienum ſit quod ex pœna creſcit, & maximè ſi publicum debitum imminet; per curatorem ſoluendum æs alienum: ſicuti cùm venter in poſſeſſione ſit, aut pupillus hæres tutorem non habeat. Et ideò ait Sabinus cauſæ cognitionem adiectam, propter eos qui ſine dilatione peregrè eſſent; vel ægritudine, vel valetudine ita impedirentur, vt in ius produci non poſſint, nec tamen defenderentur.

d l. Cornelius. ibid.

CCLXIIII. [d] [Cornelius & Mæuius vter eorum volet, hæres eſto.] Vterque vult; Proculus illam adiectionem [Vter eorum volet] ſuperuacuam putat. Id enim, ea non adiecta, futurum erat, vt vter vellet, hæres eſſet; & vter nollet, hæres non eſſet. Quòd ſi hi ex numero neceſſariorum hæredum eſſent; tum id non fruſtrà adiectum eſſe; & non ſolùm figuram, ſed vim quoque conditionis continere. Dicerem tamen ſi vterque hæres eſſe vellet, vtrumque hæredem eſſe.

f l. ſi quis hæredem. ibid.

CCLXV. [f] Si quis hæredem ſcripſerit ſub tali conditione [Si ille Conſul

A factus fuerit, vel Prętor] Vel ita filiam ſuam inſtituerit hęredem [Si nupta fuerit] viuo autem teſtatore, vel ille Conſul proceſſerit, vel Prętor fuerit factus; vel filia eius nupta fuerit: vel adhuc viuo teſtatore Conſulatum quidem vel Pręturam ille depoſuerit; filia autem eius à marito diuerterit; omni veterum dubitatione explosa, ſanxit Iuſtinianus Imperator, quandocunque impleta fuerit conditio; ſiue viuo eo, ſiue mortis tempore, ſiue poſt mortem, conditionem videri completam. Quod & in legatis & fideicommiſſis obtineri cenſuit, ne dum nimia vtimur circa huiuſmodi ſenſus ſubtilitate, iudicia teſtantium defraudentur.

(B at "tor, quandocunque")

g l. liber homo. §. ſi Attius. D. de hær. Inſt.

C CCLXVI. [g] Si Attius Titium, & Męuium, & Seium ex ęquis partibus hęredes inſtituit, Titius interim ſolus adit hęreditatem, & Seium hęredem inſtituit, poterit Seius Titij adire hęreditatem; Attij vel adire, vel omittere. Sed Attio, antequam adeat, vel omittat eius hęreditatem, Titius ex triente duntaxat hęres erit: Si adierit Seius Attij hęreditatem, Titius ex triente.

h l. Clemens Patronus. ibid.

CCLXVII. [h] Clemens Patronus teſtamento cauerat, vt ſi ſibi filius natus fuiſſet, D hæres eſſet: ſi duo filij, ex æquis partibus hæredes eſſent: ſi duæ filiæ, ſimiliter. Si filius & filia; filio duas partes, filiæ tertiam dederat. Quærebatur quemadmodum in propoſita ſpecie partes faciemus, cùm filij debeant pares eſſe, vel etiam ſinguli plus quàm ſoror accipere. Quinque igitur partes fieri oportet: vt ex his binas maſculi, vnam fœmina accipiat.

i l. qui non militabat. §. 1. ibi.

E CCLXVIII. [i] Titio ex duabus partibus, Publio Mæuio ex quadrante ſcriptis hæredibus, aſſem in dodrantem eſſe diuiſum Papinianus reſpondit. Modum enim duarum partium ex quadrante declarari: quod veteres, nummis Titio legatis nummorum ſpecie non demonſtrata, cęterorum legatorum contemplatione receperunt.

k d l. §. filijs.

CCLXIX. [k] Filiis hęredibus inſtitutis, ac poſtea fratris filio pro duabus F vnciis, vnum aſſem inter omnes videri factum placuit, & ex eo decem vncias filios accepiſſe. Tunc enim ex altero aſſe portionem intelligi relictam, cùm aſſe nominatim dato, vel duodecim vnciis diſtributis, reſidua portio non inuenitur. Nihil autem intereſt quibus locis ſine portione quis hęres inſtituatur, quò magis aſſis reſiduum accepiſſe videatur.

l d l. §. vl. cum 3. ll. ſeqq.

G CCLXX. [l] Seius Męuium ex parte, quam per leges capere poſſit, hęredem inſtituit, ex reliqua parte Titium. Si Męuius ſolidum capere poterit, Titius adiectus aut ſubſtitutus hæres non erit. Quòd ſi non ſit reliqui facta mentio, tantundem in altero aſſe habebit

Mæuius, quantum Titius in primo. Quòd ſi Mæuius nullius capax ſit; in totum ſubſtitutus admittitur.

m l. Titius. d. tit.

CCLXXI. m Titius qui fratrem habebat, teſtamento ita cauit, Titius frater meus ex aſſe mihi hæres eſto. Si mihi [Titius hæres eſſe noluerit, aut (quod abominor) priùs moriatur, quàm meam hæreditatem adierit, aut filium, filiámve; ex ſe natum natámve non babebit; tunc Mæuius, & Sempronius hæredes mihi ex æquis partibus ſunto] Quæro, cùm Titius hæreditatem adierit, & liberos aditæ hereditatis tempore non habuerit, an Mæuius & Sempronius ex ſubſtitutione hæredes eſſe poſſint. Item quæro, ſi ex ſubſtitutione hæredes eſſe non poſſiut, an in partem hæreditatis videantur adiecti. Scæuola reſpondit; Apparet quidem non eam mentem teſtatoris fuiſſe, vt quenquam hæredem adhiberet fratri, quem apertè ex aſſe hæredem inſtituiſſet. Igitur ſi fratet adiit, Mæuius & Sempronius hæredes non erunt, quos amplius noluerit hæredes eſſe, ſi frater, priùs quàm hereditatem adiret, deceſſiſſet liberis relictis. Nam prudens conſilium teſtantis aduertitur. Non enim fratrem ſolum heredem prætulit ſubſtitutis; ſed etiam eius liberos.

n l. vlt. ibid.

CCLXXII. n Pactumeius Androſthenes Pactumeiam Magnam filiam Pactumeij Magni ex aſſe hæredem inſtituerat; eique patrem eius ſubſtituerat: Pactumeio Magno occiſo, & rumote perlato, rurſum hæredem inſtituit hac præfatiooe, [Quia hæredes quos volui habere, mihi continere non potui, Nonius Ruf. s hæres eſto] Pactumeia Magna ſupplicauit Imperatorem Romanum. Et cognitione ſuſcepta, licèt modus inſtitutionis contineretur, quia falſus rumor non ſolet obeſſe, tamen ex voluntate teſtantis putauit Imperator ei ſubueniendum. Igitur pronuntiauit hæreditatem ad Magnam pertinere. Sed legata ex poſteriore teſtamento eam præſtare debere, perinde atque ſi in poſterioribus tabulis ipſa fuiſſet hæres ſcripta.

CAP. XIV.

De iure accreſcendi in teſtamentis.

Prima pars.

Quid, & quale ſit ius accreſcendi in teſtamentis: & quibus ex cauſis introductum.

o Fr. Duaren. li. 1 de iur. accreſcendi cap. 1. Not. vel teſtamento C. de impub.

p Duarenus d. l. 1 cap. 2 § hic itaque. C. de cad. tol.

CCLXXIII. o IVs accreſcendi, id eſt quo pars vnius hæredis deficiens, alteri cohæredi vel aliis accreſcit.

CCLXXIV. p Pars hæreditatis deficiens accreſcit cohęredi, etiam inuito ac nolenti, ſi hæreditatem adierit etiam pro parte ſua. Et n qui ſemel ex aliqua parte hæres extiterit, deficientium partes etiam inuitus accipit, o id eſt, ei tacitè deficientium partes etiam inuito accreſcunt.

n l. 51. D. de acq. her.

o Duarenus d. loco l. qui ex duabus. A t.

CCLXXV. p Ius accreſcendi in teſtamẽtis duabus de cauſis introductum eſt: vna, quòd abſurdum eſt eiuſdem hæreditatis partem agnoſcere, & partem repudiare: altera, q quòd ius Romanum non patitur vt quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.

p Duar. d loco. §. hic ita C. de cad. toll.

q l. hæreditas. Inſt. de her. inſt. l. ius noſtrum. D. de reg. iur.

CCLXXVI. r Animaduertendum eſt hęredem fungi vice defuncti, & vnam, eandémque perſonam habere fictione quadam iuris: hęres enim dicitur qui in locum defũcti ſuccedit, eiúſq; perſonam repræſentat, quaſi adhuc viuere quodammodo intelligatur: idque humanitatis ratio ſuaſit mortalium votis indulgeri, qui ſpecie quadam atque vmbra immortalitatis delectantur. Et quia in his fictionibus veteres Iuriſconſulti s ſolent naturam, quoad fieri poteſt, imitari, crediderũt abſurdum atque ineptum eſſe, quenquam defunctum fingi in rerum natura eſſe tantùm pro parte: cùm nõ poſſit quiſquam certus homo, puta Titius, pro parte eſſe.

r Duar. d. c. 2. l. heres. D de vſur. Auth. de iur. à mor. praeſt.

s § minorem Inſt. de adopt. l. quæſitum. D. eo t.

CCLXXVII. t Qui totam hæreditatem acquirere poteſt, is pro parte eam ſcindẽdo adire non poteſt.

t l. 1. D. de acq her.

CCLXXVIII. u Et ſi vnum tantùm quis ex ſemiſſe hæredem ſcripſerit, totus as in ſemiſſe erit. Neque enim (vt & ſuprà dictum eſt) idem ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus decedere poteſt, niſi ſit miles; cuius ſola voluntas in teſtamento ſpectatur. x Et ius Romanum (vt ſuprà quoque relatum eſt) non patitur eundem in paganis & teſtatò & inteſtatò deceſſiſſe: earúmque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, teſtatus, & inteſtatus.

u § hæreditas. Inſt. de her. inſtit.

x l. ius noſtrum 7. D. de reg. iur.

CCLXXIX. z Inde illud efficitur, Ne volente quidem teſtatore fieri poſſe, vt duobus hæredibus inſtitutis, pars vnius deficiens non accreſcat alteri, ſed ad hæredem legitimum deferatur. a Illa enim prior lex, quę vetat quenquam pro parte inteſtatum decedere, publicum ius continet, b quod voluntate priuatorum non mutatur.

z l. ſi duobus. D. de mil. teſt.

a Duar. d. cap. 2.

b l. 3. D. de teſta.

CCLXXX. c Subtilitates quæ ex antiquo iure proficiſcuntur, plerunque emendari videas, aut iure Pretorum, aut interpretatione prudentum, cùm abſque manifeſta iniquitate, aut incommodo ius antiquum retineri non poteſt: d cuius rei exemplum eſt in obligatione ad tempus conſtituta. d Verùm in hoc iure accreſcendi, vt nulla eſt vtilitas, quæ hominem prudentem & cordatum mouere potuerit, vt ea de re legem ferret; ita incommodum ex eo prouenieus, nullum tale eſt, vt noua lege id tolli & abrogari ſit neceſſe. Finge teſtatorem velle partem hæreditatis ſuæ ad fratrem ſuum peruenire; partem ad extraneum: quid prohibet eum qui hoc animo in fratrem eſt, hæredem ſimul cum alio inſtituere? Vt & ſi poſt tempus certum cu-

c Duar. d. cap.

d l. Obligationum fere. D. de obl. & act.

piat

piat hæreditatem ſuam ad fratrem peruenire, ſatis ei conſulitur per fideicommiſſum, quod vice hæreditatis eſt.

Pars ſecunda dicti capitis.

Quibus accreſcat pars deficiens: & qui in ea potiores ex coniunctis.

e l. Coniunctim. D. de lega. 3.

CCLXXXI. [e] Coniunctim hæredes inſtitui, aut coniunctim legari; hoc eſt, totam hæreditatem, & tota legata eſſe ſingulis data; partes autem concurſu fieri.

f l. interdum. §. 1. D. de hær. inſtit.

CCLXXXII. [f] Paterfamiliâs diſtribuere hæreditatem in tot partes poteſt, quot voluerit: ſed ſolemnis aſſis diſtributio in duodecim vncias fit. Denique ſi minùs diſtribuit, poteſtate iuris in hoc reuoluitur: vt puta, ſi duos ex quadrante hæredes ſcripſerit. Nam hæreditas eius reſidua accedit, vt ex ſemiſſibus videantur ſcripti. Sed ſi alter ex quadrante, alter ex ſemiſſe hæredes ſcripti ſint, qui accedit quadrans, pro partibus hæreditatis eis adcreſcet. Sed ſi exceſſerit in diuiſione duodecim vncias, æquè pro parte decreſcet: Vt puta, me ex duodecim vnciis hæredem, te ex ſex ſcripſit; ego hæreditatis habebo beſſem, tu trientem.

g §. videamus. Inſti. eo t.

CCLXXXIII. [g] Videamus ſi pars aliqua vacet; nec tamen quiſquam ſine parte ſit hęres inſtitutus, quid iuris ſit: veluti, ſi tres ex quartis partibus hæredes ſcripti ſunt. Et conſtat, vacantem partem ſingulis tacitè pro hæreditaria parte accreſcere: & perinde haberi ac ſi ex tertiis partibus hæredes ſcripti eſſent. Et ex diuerſo, ſi plures hæredes ſcripti in portionibus ſint; tacitè ſingulis decreſcere: vt verbi gratiâ; ſi quatuor ex tertiis partibus hæredes ſcripti ſint; perinde habeantur ac ſi vnuſquiſque ex quarta parte hæres ſcriptus fuiſſet.

h l. hæredes. D. d. t. de hær. inſt.

CCLXXXIV. [h] Hæredes ſine partibus, vtrùm ſcripti ſint coniunctim an ſeparatim, hoc intereſt; quòd ſi quis ex coniunctis deceſſit; hoc non ad omnes, ſed ad reliquos qui coniuncti erant pertinet: ſin autem ex ſeparatis; ad omnes qui teſtamento eodem ſcripti ſunt, pertinet.

i Anim. in d. l.

CCLXXXV. [i] Fieri non poteſt quin hæredes ſemper coniuncti ſint aliquo modo; cùm verum ſit eos ad eandem rem, id eſt hęreditatem vocari. Legatarij verò plerunque ſunt diſiuncti, ac tum non eſt inter eos ius accreſcendi.

k l. liber homo. §. cum quis d. t.

CCLXXXVI. [k] Cùm quis ex inſtitutis, qui non cum aliquo coniunctim inſtitutus ſit, hæres non eſt; pars eius omnibus pro portionibus hæreditariis adcreſcit: nec refert primo loco quis inſtitutus, an alicui ſubſtitutus hæres ſit.

l l. ſi quod. §. 1. ibid.

CCLXXXVII. [l] Si quis duos ex duodecim ſine parte hæredes ſcripſit, mox vnus ex his, qui ſine parte fuerũt, repudiauerit; vtrùm omnibus ſemuncia, an ad ſolum ſine parte ſcriptum pertineat. Seruius omnibus adcreſcere ait. Nam quantùm ad ius accreſcendi, nõ ſunt coniuncti qui ſic inſtituuntur.

m d. §.

CCLXXXVIII. [m] Celſus ſcribit, & ſi expleto aſſe duos ſine parte hæredes ſcripſit, neque hos, neque illos coniunctos.

n d. l. liber homo. §. 2 titu.

CCLXXXIX. [n] [Titius hæres eſto. Seius & Mæuius hæredes ſunto] verũ eſt quod Proculo placet, duos ſemiſſes eſſe, quorum alter coniunctim duobus datur.

o §. hu n C. de cad. tol.

CCXC. [o] Cùm vnius generis coniuncti tantùm reperiuntur, conſtat partem deficientem omnibus accreſcere.

p l. Tripl. 142. D. verb ſig.

CCXCI. [p] Triplici modo coniunctio intelligitur: Aut enim re per ſe coniunctio contingit; aut re & verbis; aut verbis tantùm. Nec dubium eſt quin coniuncti ſint, quos & nominum & rei complexus iungit: veluti, [Titius & Mæuius ex parte dimidia hæredes ſunto] vel ita [Titius, Mæuiúſque hæredes ſunto] vel [Titius cum Mæuio ex parte dimidia hæredes ſunto] Videamus autem ne etiamſi hos articulos detrahas [&, quæ, cum] interim tamen coniunctos accipi oporteat; veluti, [Lucius Titius, Publius Mæuius ex parte dimidia hæredes ſunto. Sempronius ex parte dimidia hæres eſto,] vt Titius & Mæuius veniant in poſſeſſionem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur. [Lucius Titius ex parte dimidia hæres eſto: Seius ex parte qua Lucium Titium hæredem inſtitui hæres eſto, Sempronius ex parte dimidia hæres eſto] Iulianus ait, dubitari poſſe, an tres ſemiſſes facti ſint, vel an Titius in ſemiſſem cum Caio Seio inſtitutus ſit. Sed eo quòd Sempronius quoque ex parte dimidia ſcriptus eſt, in eundem ſemiſſem duos coactos, & coniunctim hæredes ſcriptos eſſe.

q l. ſi ita quis 64. D. t. de hær. inſt.

CCXCII. [q] Si ita quis hæredes inſtituerit, [Titius hæres eſto: Caius & Mæuius ęquis ex partibus hæredes ſunto,] quamuis [&] ſyllaba coniunctionem faciat, ſi quis tamen ex his decedat, non alteri ſoli pars accreſcit, ſed omnibus hæredibus pro portionibus hęreditariis: quia non tam coniunxiſſe, quàm celeriùs dixiſſe videatur.

ſ l. Re coniuncti. D. d. l. vno ita. C. cad. tol.

CCXCIII. [ſ] Si ita hæredes coniuncti ſint, vt alij ſint re coniuncti, alij re & verbis, quæritur quis eorum potior eſſe debeat: & præfertur omninò cæteris, qui re & verbis coniunctus eſt. Quòd ſi re tantùm coniunctus ſit; conſtat non eſſe potiorem. Si verò verbis quidem coniunctus ſit, re autem non; quæſtionis eſt an coniunctus potior ſit. Et magis eſt, vt & ipſe præferatur.

t Duar. d. 2.

CCXCIV. [t] Coniunctus re tantùm, non eſt cęteris potior, nec iis pręfertur, quia nihil re vera habet quod cæteris commune non ſit, qui coniuncti eſſe non poſſunt niſi ad eandem rem vocentur.

u ibid.

CCXCV. [u] Qui verbis tantùm coniunctus eſt, potior eſt cæteris, & iis præfertur: vt puta, iis qui re tantùm coniuncti ſunt, & diſiunctis; quia ſcilicet is qui deficienti coniunctus eſt verbis, eodem iure nititur quo cæteri qui ad eandem rem vocantur. Deinde

hoc amplius habet, quòd coniunctim & eadem oratione, eiſdémque verbis vocatur: [x] præterea propter vnitatem ſermonis in vnum corpus cum cæteris redigitur.

x d. §. his ita. C. de cad. toll.

z Duarenus d. cap.

CCXCVI. [z] Commiſtio re & verbis coniunctorum. [Titius & Sempronius hæredes ſunto; Caius hæres eſto.] Hîc in parte Titij Sẽpronius præfertur Caio, quia re & verbis coniunctus eſt.

B Aliud exemplum coniunctionis re & verbis coniunctorum cum re coniunctis. [Titius & Sempronius heredes ſunto: Mæuius hæres eſto: Caius heres eſto.] Hîc in parte Mæuij præfertur, Caius cæteris qui re coniunctus eſt: ſed par eſt omnium cauſa, quia ij ſimiliter re coniuncti ſunt.

a Ibid.

C CCXCVII. [a] Commiſtio re coniunctorum, & verbis coniunctorum. [Titius hæres eſto: Mæuius & Caius heredes ſunto equis partibus.] Hîc deficiente Mæuio Caius Titio præfertur: quia verbis coniunctus potior eſt re coniuncto.

Aliud exemplum commiſtionis re coniunctorum cum verbis tantùm coniunctis. [Titius & Sempronius heredes ſunto: Mæuius & Caius hæredes ſunto equis partibus.] Hîc deficiente Meuio Caius ceteris prefertur, quia coniunctus eſt verbis Meuio; ceteri tantùm ei coniuncti ſunt, quamuis inter ſe ſint re coniuncti & verbis.

b Ibid.

D CCXCVIII. [b] Commiſtio cõiunctorum verbis tantùm, & re & verbis coniunctorum. [Titius & Sempronius heredes ſunto æquis partibus. Ex qua parte Titium inſtitui, & eadẽ Mæuium inſtituo.] Hîc deficiente Titio pars eius accreſcit Mæuio qui vtroque modo coniunctus eſt, non Sempronio qui verbis tantùm.

c Ibid.

E CCXCIX. [c] Commiſtio triplicis generis coniunctorum. [Titius & Sempronius heredes ſunto equis partibus: Ex qua parte Titium inſtitui, ex eadem Mæuium inſtituo: Caius heres eſto.] Hic Titio Sempronius eſt coniunctus verbis tantùm: Mæuius re & verbis ſimul. Quarè Titio deficiente, portio eius vni Meuio accreſcit.

d C. quando non pet. part. l. ſi ex pluribus. D. de iure & leg.

CCC. [d] Sed non dubium eſt quin ius accreſcendi locum habeat in hereditate, etiamſi nulla eſt coniunctio inter hæredes.

e §. his ita. C. de cad. toll.

F CCCI. [e] Si cohæredes ſint omnes coniunctim, vel omnes diſiunctim inſtituti, vel ſubſtituti; hoc quod fuerit quocunque modo vacuatũ, ſi in parte hereditatis, vel partibus conſiſtat, aliis cohæredibus cum ſuo grauamine acquiritur: [f] niſi quis facere aliquid iuſſus ſit, quod ab alio non poſſit impleri. Quid enim ſi teſtator iuſſerit eum in certum locum abire, vel liberalibus ſtudiis imbui, vel domum ſuis manibus exſtruere, vel pingere, vel vxorem ducere? quæ omnia teſtatoris volũtas in ipſius ſolius perſona intelligitur concluſiſſe, cui & ſuam munificentiam relinquebat.

f §. ne autem d. t.

A CCCII. Dictum eſt ſuprà, intra coniunctos eiuſdem generis æqualitatem ſeruari, & partem deficientem pariter omnibus accreſcere: vt puta, ſi omnes ſint re & verbis coniuncti. Sed quia inter ipſos alij interdum coniunctiores reperiuntur, dubitatur an in iure accreſcendi potiores ſint. Exempli gratiâ, [h] Si ita ſcriptum ſit [Titius & fratres mei hæredes ſunto] vel [i] [Hæredes mei, & Titius filio meo impuberi hæredes ſunto]

h l. interdum. D. de her. inſt.

i l. qui liberos. D. de vulg. & pup. ſubſt.

B Nam etſi in his exemplis omnes ſunt coniuncti re & verbis, tamen qui collectim vocantur, videntur inter ſe magis coniuncti eſſe, [k] & in vnum corpus propter vnitatem ſermonis redacti.

k d. §. his ita. C. de cad. tol.

l Duar. cap. 9. d. lib.

m d. l. interdũ.

n l. vlt. C. de impub.

CCCIII. [l] Quod diximus, hos haberi loco vnius; ſic accipiendum eſt; niſi voluntas teſtatoris appareat contraria: veluti, [m] [Titius & fratris mei filij æquè hæredes ſunto]

C aut ita [n] [Quiſquis mihi hæres erit, & Titius idem filio meo impuberi hæres eſto.] In poſteriore enim exemplo dictio [quiſquis] vim partitionis & diſtributionis habet, & perinde accipitur, ac ſi nomina hæredum expreſſa eſſent hoc modo, [Sempronius, Caius, & Titius filio meo hæredes ſunto]

o Duar. d. lib. 2. de iur. accr. cap. 12.

CCCIV. [o] Relatum iam ſæpiùs ſupra eſt, re ac verbis coniunctum omnibus præferri, qui aut re tantùm, aut verbis tantùm coniuncti ſunt.

p l. item quod Sabinus. §. 1. D. de hær. inſt.

q l. Triplici modo. D. de verb. ſig.

D Quod etſi verum eſt, & ab omnibus receptum, tamen hanc etiam exceptionem habere videtur, ſcilicet, [p] niſi ſine parte inſtitutus ſit: alij verò partes habeant voluntate teſtatoris. Nam etſi re vera coniuncti ſunt qui ſine parte inſtituuntur, & eis accreſcat deficiens portio hæreditatis; tamen quia partes non habent expreſſas verbis teſtatoris, eorum potior cauſa non eſt, quàm cæterorum qui re tantùm cõiunguntur:

E & quantum ad ius accreſcendi attinet, coniuncti non ſunt, qui diſiuncti, id eſt, re tantùm coniuncti ſunt; vt ſunt coniuncti, quibus teſtator partes aſcripſit.

Appendix ad ſuperiora.

r Duar. lib. 1. de iur. accr. ca. 1. Si Titio & Iuliano. D. de lega. 2.

ſ l. vlt. Duar. d. ca. 1.

t l. ſi duobus. D. de bo. poſſ. contra tab. l. ſi ponas. §. vlt. D. de inoff. teſtam.

u Duar. ca. 2. d. lib. 1.

x l. ſi Titio. D. de vſufr. arg. l. ſi totam.

z l. 4. D. de vulg. & pup. ſubſt. fa. Lcentum. §. 1. D. de hær. inſt.

CCCV. [r] Ius accreſcendi quadamtenus ſimile eſt ſubſtitutioni.

F CCCVI. [ſ] Ius accreſcendi plerunque locum habet contra voluntatem expreſſam teſtatoris: [t] Veluti, inter præteritos filios aut exhæredatos, quibus honorum poſſeſſio, vel querela inofficioſi teſtamenti competit. Hi enim Prætoris edicto, aut alia parte iuris ciuilis vocantur ad hæreditatem.

CCCVII. [u] Conuenit inter omnes, ius accreſcendi in hæredem tranſire qui in vniuerſum ius defuncti ſuccedit.

CCCVIII. [x] Emptori hæreditatis competit ius accreſcendi.

G CCXIX. [z] Qui ex parte hæres eſt, partem alterius per legem vendicat.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER XXI.

TIT. I.

De Codicillis.

Hic titulus ſex capitibus continetur: quorum primum eſt, Quid ſint codicilli; & quo modo conficiantur. Secundum, Qui facere codicillos poſſint, aut non poſſint: Cuius capitis prima pars eſt, Qui facere codicillos poſſint. Secunda, Qui non poſſint facere codicillos. Tertium caput, Qui codicilli valeant aut non valeant: Cuius prima pars eſt, Qui codicilli valeant. Secunda, Qui codicilli non valeant. Quartum caput, Quæ res fieri codicillis poſſint, aut non poſſint. Cuius prima pars eſt, Quæ res fieri codicillis poſſint. Secunda, Quæ res fieri codicillis non poſſint. Quintum caput, Interpretationes quorundam codicillorum. Sextum de clauſula codicillari adiecta teſtamento.

CAP. I.

Quid ſint codicilli: & quemadmodum conficiantur, vel non.

Prima pars.

Quid ſint, & quomodo conficiantur.

I.[a] CODICILLI ſunt, omnis ſcriptura, qua quis moriens, leuiter, ac ſine vlla teſtamenti ſolemnitate, aut hæredis inſtitutione teſtatur de eo quod poſt mortem ſuam fieri velit.

B

II. [b]Codicillus qui fit ſine ſcriptis,[c] vt fieri poteſt, abuſiuè tamen codicillus dicitur.

III. [d]In omni voluntate, excepto teſtamẽto, quinque teſtes vel rogati, vel qui fortuitò venerint in vno eodémque tempore debent adhiberi (ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis cõficiatur) teſtibus videlicet, quando in ſcriptis voluntas componitur, ſubnotationem ſuam accommodantibus.

C

IV. [e]Codicilli quatuor modis conficiuntur: Aut enim confirmantur teſtamento in futurum, vel in præteritum, [f] tametſi nouo iure neutro caſu ſpecialis confirmatio deſideratur: Aut per fideicommiſſum, teſtamento nõ iure facto, vbi addita eſt clauſula: [Si non iure valet quod ago, valeat vt valere poteſt][g h] Aut ſine teſtamento ab inteſtato ſuccedentibus; quoniam creditur paterfamiliâs ſponte ſua his hæredibus relinquere legitimam hæreditatem. [i] Quamobrem his onus imponere poteſt, in quos, hæreditate ſponte relicta, liberalis exſtitit.

D

V. [k] Inter teſtamentum & codicillos hæc ſumma eſt differentia; quòd non vt teſtamẽto, ita codicillis verbis directis hæreditas dari, vel confirmari, vel adimi poteſt, [l] ne ius codicillorum & teſtamentorum confundatur. Nam ſi codicillis (qui nullam iuris ſolemnitatem deſiderant, niſi quò ad probationem, quinque teſtes) idem liceret quod teſtamento, periret ius teſtamentorum tantis vigiliis excogitatum & inuentum.

E

A

VI. [m] Si idem codicilli quod teſtamenta poſſent; cur diuerſum his inſtrumentis vocabulum mandaretur, quæ vis ac poteſtas vna ſociaſſet? Igitur ſpecialiter codicillis inſtituendi ac ſubſtituendi poteſtas iuris auctoritate data non eſt.

B

VII. Codicillos & plures quis facere poteſt: & ipſius manu neque ſcribi, neque ſignari neceſſe eſt.

Imperator.

C

VIII. [n o]Non idcirco minùs, quòd inteſtatò te abſente codicillos mater tua fecit, hi, quibus precariis verbis adſcripta ſunt, legata capient.

IX. [p]Si quis nuncupet hæredem, vt in teſtamento nuncupatiuo; & poſtea legata in codicillos conferat, codicilli potiùs, quàm teſtamentum hæ tabulæ exiſtimandæ ſunt, in quibus hæres nullus ſcriptus eſt.

D

X. [q] Tractari ſolet de eo, qui cùm tabulas teſtamenti non feciſſet, codicillis ita ſcripſit, [Titium hęredem eſſe volo.] Sed multùm intereſt fideicommiſſariam hæreditatem legitimo, per hanc ſcripturam, quam codicillorũ inſtar habere voluit, reliquerit; an verò teſtamentum facere ſe exiſtimauerit. Nam hoc caſu nihil à legitimo peti poterit. Voluntatis autem quæſtio ex eo ſcripto plerunque declarabitur. Nã ſi fortè à Titio legata reliquit, & ſubſtitutum adſcripſit, hæres ſi non exſtitiſſet; non codicillos, ſed teſtamentum voluiſſe facere intelligetur.

E

XI. [r]Sæpiſſimè reſcriptum & conſtitutum

a *Veſembecius t. de iure codicillorum. D.*

b *Idem Veſembec. ibid.*

c *L. vlt. in fi. C. h. t. verbo ſcriptis, vel ſine ſcriptis. l. generaliter. C. de ſacro. Eccl.*

d *d. l. vlt. C. h. t.*

e *Veſemb. d. loco.*

f *§. 1. Inſt. h. t. l ſiue ab inteſto C. eo t.*

g h *l. Conficiuntur. §. 1. D. h. t.*

i *l. cùm filiofa. vbi DD. D. de fideic. hær. l. 5. D. de lega. 3.*

k *Comacens Paratitlo. D. l. hæreditas. C. h. t.*

l *l. ſi idem d. tit.*

m *d. l. ſi idē.*

n o *l. non idcirco ibid.*

p *Veſembec. Comm. in hũc tit.*

q *l. Illud enim. §. 1. d. t.*

r *l. 1. ibid.*

eſt, eum qui teſtamētum facere opinatus eſt, A
nec voluit quaſi codicillos id valere, videri nec codicillos feciſſe: ideóque quod in illo teſtamento ſcriptum eſt, licèt quaſi in codicillis poterit valere, tamen non debetur.

** V'eſembec. Comm. in hũc t. l. non codicillum C. de teſt.* ** l. vlt. vbi D D. C. h. t. l. confirmãntur. D. eo t.*

XII. * Qui hæredem inſtituit, codicillos velle facere non videtur:* & ſi deſit teſtamēti ſolemnitas, ne iure quidem codicillorum ea teſtatio valebat: niſi adiecta ſit vulgaris clauſula [Si non valet iure teſtamenti, valeat iure B
codicillorum] quæ inſtitutionis ius ad cauſam fideicommiſſi trahit.

f l. vlt. ibid.

XIII. [f]Si palam hæres nuncupatus ſit, legata autem in tabulas collata fuerint; Iulianus ait, tabulas teſtamenti non intelligi, quibus hæres ſcriptus non eſt, & quòd codicilli magis quàm teſtamentum, intelligendæ ſint. Et hoc puto rectiùs dici.

t l. literæ, ibi.

XIV. [t]Literæ, quibus hæreditas promittitur, vel animi affectus exprimitur, vim codi- C
cillorum non habent.

CAP. II.

Qui facere codicillos poſſint, aut non.

Prima pars.

Qui poſſint facere codicillos.

u l. Confirmantur. §. 1. l. Diui. §. pen. ibid.

XV. [u] Codicilli toties valent, quoties D
quis teſtamentum facere potuit. Non tamen hoc intelligemus, vt exigamus potuiſſe eum eo tempore quo ſcribit eos codicillos, facere. Quid enim ſi ſufficientium teſtium facultatem non habuit? ſed ſi iure teſtamenti factionem habuit?

x d. l. §. ſi poſt factum.

XVI. [x] Licèt mutus teſtamentum facere non poſſit, tamen teſtāmentum quod ante fecerit, in eodem ſtatu eſt.

z l. eum qui, ibid.

XVII. [z] Eum qui codicillorum tempore E
ſoluendo ſit, rectè hæreditatem dare placuit, quamuis teſtamenti facti tempore ſoluendo non ſit.

Secunda pars dicti capitis ſecundi.

Qui facere codicillos non poſſunt.

a l. 2. § furioſus. ibid.

XVIII. [a] Furioſus non intelligitur codi-
cillos facere, quia nec aliud F
quicquam agere intelligitur: cùm per omnia & in omnibus abſentis & quieſcentis loco habeatur.

b l. ne codicillos. C eo t.

XIX. [b]Ne codicillos quidem furētem poſſe facere, certiſſimi iuris eſt. Si igitur ſcriptura velut codicillorum patris tui prolata, vt aliquid ex ea peti poſſit, aſſeuerationi tuæ mētis eſſe compotem negantis, fidem adeſſe probari conuenit.

c l. Ariſto. D. h. t.

XX. [c]Ariſto negat valere codicillos ab eo G
factos, qui paterfamiliâs necne eſſet, ignoraſſet. Vlpianus notat, niſi veteranus fuit: tunc enim & teſtamentum valebit.

CAP. III.

Qui codicilli valeant, aut non.

Prima pars.

Qui codicilli valeant.

d l. Confirmantur. ibid.

XXI. [d] Confirmātur codicilli quatuor modis: Aut enim in futurum confirmātur; aut in præteritum: aut per fideicommiſſum teſtamento facto. Sed ideò fideicommiſſa dari poſſunt ab inteſtato ſuccedentibus, quoniam creditur paterfamiliâs ſponte ſua his relinquere legitimam hæreditatem.

e l. 3. §. vlt. ibid.

XXII. [e]Teſtamento facto, etiamſi codicilli in eo confirmati non eſſent, vires tamen ex eo capient. Denique ſi hæreditas ex teſtamento adita non fuiſſet, fideicommiſſum ex huiuſmodi codicillis nullius momenti erit.

f l. Diui. §. licet. ibid.

XXIII. [f] Licèt in confirmatione codicillorum paterfamiliâs adiecerit, Vt non aliâs valere velit, niſi ſua manu ſignatos; tamen valent ab eo facti codicilli, licèt neque ab eo ſignati, neque manu eius ſcripti fuerint. Nam ea quæ poſtea geruntur, prioribus derogant.

g l. ſiue initio. C. h. t.

XXIV. [g]Siue initio, ſiue nouiſſimè relicta ſeruari mandauerit, confirmatione munitus, nullam iuſtā gerere ſolicitudinem potes. Ac quidem confirmati in teſtamento codicilli valent, ſiue præcedat teſtamentum, ſiue ſequatur.

h d. l. Diui. § licet.

XXV. [h] Etiamſi poſthumus natus rupetit teſtamentum, tamen teſtamentum quod ante fecit, in eodem ſtatu eſt.

Alexander Imp.

i l. 1. C. h. t.

XXVI. [i]Cùm poſt ruptum agnatione poſthumi teſtamentum, patrem pupillorum veſtrorū literas emiſiſſe proponas, quibus præcedens iudicium confirmauit; Prætor nihil contra ius fecit, ſi nouiſſimam eius voluntatē ſecutus, reliquum præſtandum eſſe pronuntiauit.

k l. is qui. D. h. t.

XXVII. [k] Is qui viuum filium habebat, cùm codicillos ad eum ſcripſiſſet, deceſsit inteſtatus. Agnatione ſui hæredis nemo dixerit codicillos euanuiſſe.

*l l. cum propon**as. C. h. t.*

XXVIII. [l]Per ſequentes codicillos non derogatur præcedentibus, niſi quatenus inuicem ſunt confirmati. De quo tale reſcriptum extat: Cùm proponas pupillorum veſtrorum matrem diuerſis & diſſonis volūtatibus duos codicillos confirmaſſe, in dubium non venit id quod in priore codicillo inſcripſerat, per eum in quem ſecreta voluntatis contulerat, ſi id diſcrepat, & contrarium eſt, reuocatū eſſe.

m l. Confirmantur. § ſi miles. D. h. t.

XXIX. [m] Si miles teſtamentum quidem ante militiam, & codicillos in militia fecerit; an iure militari valeant codicilli quæritur: quoniam teſtamentum iure communi valet, niſi ſi militiæ tempore ſignauit, vel quædam adiecerit,[n] vel detraxerit, certè codicilli tempore militiæ facti non debent referri ad teſtamentum, ſed iure militari valent.

n §. ſed & ſi quis. Inſtit. de mil. teſta.

Secunda pars tertij cap.

Qui codicilli non valeant.

o V'eſembec. Comment. in hunc t.

XXX. [o] Reuocantur codicilli per ſubſequens teſtamentum, aut codicillos contrarios. [p] Nam ſi di-

p l. 3. C. h. t.

q §. poſteriore Inſtit. quib. mo. teſta. infir. DD. in l. pacta nouiſſima. C. de pact.

uerſi tantùm ſint, vtrique ſuſtinentur, ſicuti diuerſa legata,q etiamſi poſterius teſtamẽtum omni caſu rumpat prius: quia plenam de omnibus rebus & vltimam continet voluntatem, quæ vna tantùm eſſe poteſt, ideóque derogat reliquis præcedentibus, veluti à quibus teſtator ipſe receſſerit.

r l. 1. C. h. t.

XXXI. r Rupto quidẽ teſtamẽto agnatione poſthumi, codicillos quoque ad teſtamẽtum pertinentes non valere, in dubium non venit.

ſ l. 1. §. vlt. D. de his quæ in teſta. del.

XXXII. ſ Si quis codicillos in teſtamento confirmauit, & codicillis quid adſcripſit, mox deleuit, ita vt appareat; Et Pomponius ſcribit codicillos deletos non valere.

t l. ante tabulas. D. h. t.

XXXIII. t Ante tabulas teſtamenti, codicilli facti non aliàs valent, quàm ſi teſtamento quod poſtea factum eſt, vel codicillis confirmentur, aut voluntas eorum quocunque indicio retineatur. Sed non ſeruabuntur ea de quibus defunctus nouiſſimè iudicauit.

CAP. IIII.

Quæ res fieri codicillis poſſint, aut non poßint.

Prima pars.

Quæ res fieri codicillis poſſint.

u l. hæreditatem. C. eo. t. §. pen. Inſtit. eo. t. l. 2. §. vlt. D. eo. t.

D XXXIV. u PEr codicillos fideicommiſſum relinqui poteſt. De quo tale reſcriptum extat: Hæreditatem quidem neque adimi codicillis poſſe manifeſtum eſt: verbis tamen precariis per huiuſmodi etiam nouiſſimam ordinationem iuta non faciunt irritas voluntates. Vnde inefficaciter te codicillis rogatam eſſe, vt quibuſdam rebus contenta, portionem, quam teſtamento facto es conſecuta, aliis reſtitueres, falsò tibi perſuaſum eſt.

x l. 2. §. vl. D. h. tit.

E XXXV. x Hæreditas teſtamento inutiliter data, non poteſt codicillis quaſi hæreditas confirmari; ſed ex fideicommiſſo petitur, ſalua tamen ratione legis Falcidiæ.

z l. confirmantur. in prin. ibid.

XXXVI. z Ideò fideicommiſſa dari poſſunt ab inteſtato venientibus, quoniam creditur paterfamiliâs ſponte ſua relinquere his legitimam hæreditatem.

a l. ab inteſtato. ibid.

XXXVII. a Ab inteſtato factis codicillis, relicta etiam poſtea natis inteſtati ſucceſſor debebit. Quicunque enim ab inteſtato ſucceſſerit, locum habent codicilli. Nam vnus caſus eſt, nec intereſt qui ſuccedit, dum inteſtato ſuccedat. Ad teſtamentum autem quod quocunque tempore feciſſet, pertinent codicilli. Et vt manifeſtiùs dicam, inteſtato patrefamiliâs mortuo, nihil deſiderant codicilli, ſed vicem teſtamenti exhibent: teſtamento autem facto ius ſequuntur eius.

b l. 2. in prin. ibid.

G XXXVIII. b Si ei, qui poſt teſtamentum factum & ante codicillos ſcriptos natus eſſet, per fideicommiſſum aliquid daretur, vt. le eſt. Quòd ſi ei qui poſt teſtamentum factum, & antequam codicilli ſcriberentur datum eſſet; pro non ſcripto habetur.

c l. 3. ibid.

XXXIX. c Si quis, cùm teſtamentum nullum habebat, codicillis fideicommiſſa hoc modo dedit [Quiſquis mihi hæres erit, bonorúmve poſſeſſor, eius fidei committo;] fideicommiſſa præſtari debent: quia paterfamiliâs qui teſtamenti factionem habet, & codicillos faceret, perinde haberi debet, ac ſi omnes hæredes eius eſſent ad quos legitima eius hæreditas vel bonorum poſſeſſio peruentura eſſet. Sed & ſi poſt codicillos factos natus quis eſſet, proximus agnatus, vel ſuus hæres fideicõmiſſum præſtari debebit. Intelligitur enim is quoque hæres ſcriptus; & ideo non perinde habendus eſt, ac ſi rupiſſet hos codicillos.

Secunda pars capitis quarti.

Quæ res fieri codicillis non poſſint.

d l. ſi idem. C. h. t.

C XL. d COdicillis ſpecialiter inſtituendi, ac ſubſtituendi poteſtas iuris auctoritate data non eſt; & codicillis dari aut adimi hæreditas non poteſt.

e f l. quod per manus. l. eo. t.

XLI. e f Quod per manus traditum eſt, codicillis hæreditatem dari non poſſe; rationem illam habet; ne per codicillos (qui ex teſtamento valerent) ipſum teſtamentum quod vires per inſtitutionem hæredum accipit, confirmari videretur.

g l. 2. §. vl. ibid.

XLII. g Hæreditas teſtamento inutiliter data, non poteſt codicillis quaſi hæreditas confirmari: ſed ex fideicommiſſo petitur, ſalua tamen ratione legis Falcidiæ.

Seuerus & Antoninus Impp.

h l. Diui.

XLIII. h Nihil egiſſe matrẽ, quæ cùm purè liberos ſuos hæredes inſtituerit, conditionem emancipationis codicillis adiecit: quia neque codicillis hæredi inſtituto conditionẽ adiicere, neque ſubſtituere directò poteſt.

i d. l. Diui. §. vlt.

E XLIV. i Si poſt teſtamentum factum mortuo quis legauerit codicillis, licèt teſtamento confirmatis, pro non ſcripto legatum fit.

k l. quedam. d. t.

XLV. k Nullius momenti eſt legatum quod datum eſt ei, qui tempore codicillorum in rebus humanis non eſt, licèt teſtamenti tempore fuerit. Eſſe enim debet, cui detur.

l l. quidam. ibid.

XLVI. l Quidam referunt; An legata, quę, poſteaquam inſtituti mortem obierunt, codicillis adſcripta vel adempta ſunt, à ſubſtitutis debeantur; an perinde datio & ademptio valeat, ac ſi teſtamento facta eſſet. Quod Sabinum & Caſſium reſpondiſſe aiunt, Proculo diſſentiente. Nimirum autẽ Sabini & Caſſij collectio, quam & ipſi reddunt, illa eſt, quòd codicilli pro parte teſtamenti habentur, obſeruationẽmque & legem iuris inde traditam ſeruent. Scæuola; Ego autem auſim ſententiam Proculi veriſſimam dicere. Nullius enim momenti eſt legatum, quod datum eſt ei qui tempore codicillorũ in rebus humanis non eſt, licèt teſtamenti tẽpore fuerit. Eſſe enim debet cui detur. Deinde ſic quæri, an datum conſiſtat, vt non antè iuris ratio, quàm perſona quærenda ſit. In hoc propoſito igitur; quod poſt obitum hæredis codicillis legatum vel ademptum eſt, nullius momenti eſt:

quia hæres, ad quem ſermo confertur, in rebus humanis non eſt: eáque ademptio & datio nunc vana efficitur. Hæc in eo hærede ita ſe habent; qui ex aſſe inſtitutus erit, dato ſubſtituto, ita vt ab inſtituto codicilli confirmentur. Quòd ſi duo inſtituti ſint, ſubſtitutis datis, vnúſque eorum deceſſerit, vtilia videntur legata: ſed circa hęredem erit tractatus; nunquid totum legatum debeat; ſi [Quiſquis mihi hæres erit] legatum erit: an verò non quia ſit ſubſtitutus hæres qui partem faciat, licèt ipſe legatum non debeat. Idem enim poteſt circa expreſſa nomina tractari; multóque magis ſolum cohæredem totum debere puto, quia is adiunctus ſit, qui etiam tunc cùm adiungebatur in rebus humanis non erat. Africanus;[m] Sed cùm ea teſtatoris voluntas fuerit, vt ex vniuerſa hæreditate legata erogarentur; dicendum, ſcriptis hæredibus profuturam doli exceptionem, ſi amplius quàm hæreditaria portio petatur.

m l. ſed cùm ea. ibid.

CAP. V.

Interpretationes quædam quorundam codicillorum.

Plotiana Celſo ſuo ſalutem.

XLVII.[n] LVcius Titius his verbis ita cauit, [Si quid tabulis, aliòve quo genere ad hoc teſtamentum pertinens reliquero, ita valere volo] Quæro, an codicilli qui ante hoc teſtamentum ſcripti ſunt, debeant rati eſſe. *Iauenius Celſus Plotianæ ſalutem.* Hæc verba; [Si quid ad hoc teſtamentum pertinens reliquero, valere volo] etiam ea quę ante teſtamentum ſcripta ſunt comprehendere videntur.

n l. Plotiana. ibid.

XLVIII. [o] Relicta ab eo, quem quis ſolum ſibi ſucceſſurum putat, ſi in partem ſuccedit, pro parte dimidia debentur, ſi diuidua ſunt. Marcellus IC. Is qui vnum filium habebat, cùm codicillos ad eum ſcripſiſſet, deceſſit inteſtatus, hærede eo relicto quem poſtea procreauit. Agnatione ſui hæredis nemo dixerit codillos euanuiſſe. Igitur ſi nihil tum de poſthumis ſperauit, codicilli non euaneſcent: & quæ relicta ſunt pro parte dimidia, filius, ad quem codicillus factus eſt, ſoluere compellitur, non autem poſthumus. Sed etſi codicillos reliquiſſet, duobus ſuperſtitibus filiis decedens, cùm putaret alterum ex his prius deceſſiſſe; ſimili modo dici poteſt, omnia perinde debere filium ad quem ſcripti ſunt codicilli, atque ſi ſolus hæres extitiſſet patri. Vlpianus notat; Imò duntaxat partem debet: eorum tamen quæ pro parte præſtari non poſſunt, nihil eſſe omnino præſtandum: quoniam ille aliâs illa non fuerit filio ablaturus, niſi ſolum putaret ſucceſſorem ſibi futurum.

o l. a quo v... ibid.

CAP. VI.

De clauſula codicillari adiecta teſtamento.

XLIX.[p] CLauſula codicillaris adiecta teſtamento, inſtitutionis ius ad cauſam fideicommiſſi trahit.

p Veſembecius ... hunc t. D.

L. [q] Si quis omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato, vel alio modo hęreditatem poſſideat; in eum actionem vtilem pollicetur Prætor, perinde ac ſi hæreditas ex teſtamento adita eſſet, vt quæ relicta ſunt, præſtentur. Nam alioqui iure ſcripto, quæ in teſtamento relicta ſunt, ab inteſtato non debentur, neque peti poſſunt.[r] Cæterùm vbi teſtamento clauſula codicillaris eſt adiecta, vel alioqui nulla fraus ſubeſt, permiſſa eſt, omiſſo teſtati iure, ab inteſtato aditio.

q Idem Veſembec. in t. ſi quis omiſſa cauſa teſtament. D. l. 1. & 2. l. libertatibus. ibi. l. eam quam. C. de teſta.

r l. vlt. C h. t. Bar. in l. licet & l. vlt. co. t. l. Controuerſia. D. de trãſact.

LI. [s] Ex his verbis, quæ teſtamento paterfamiliâs addidit, [Hoc meum teſtamentum omnino valere volo] videtur voluiſſe eum, omninò valere ea quæ reliquit, etiamſi inteſtatus deceſſiſſet, hiſque verbis comprehendiſſe hæredis inſtitutionem: quæ ſi iure directo ſuſtineri nequibit, in fideicommiſſum flectetur.

s l. Ex ea ſcriptura. D. de teſta.

TIT. II.

De fideicommiſſariis hæreditatibus: & ad ſenatuſconſultum Trebellianum.

Hic titulus ſex capitibus continetur, quorum primum eſt; De origine fideicommiſſorum, & forma eorum: & quo modo dari & relinqui poſſint. Secundum, Interpretationes fideicommiſſorum, quod ad partes relictas attinet. Tertium, Cuiuſmodi ſit ſenatuſconſultum Trebellianum, & cuiuſmodi fuerit ſenatuſconſultum Pegaſianum. Quartum, Quando fiduciarij hæredes cogantur adire fideicommiſſariam hæreditatem, vel non cogantur. Appendix ad dictam primam partem dicti capitis quarti, Quibus modis ſuccurratur fideicommiſſario, ſi hæres reſtituere hæreditatem rogatus ſit: vel creditoribus ſuccurratur, ſi fideicommiſſarius ipſe abſit. Secunda pars dicti capitis quarti, Quando hæres fiduciarius non cogatur adire & reſtituere hæreditatem. Quintum caput, Quæ perſonæ reſtituere hæreditatem debeant: & quibus fieri reſtitutio debeat. Sextum, Quando quarta pars hæreditatis detrahi ſeu retineri rogato eam reſtituere, & quatenus poſſit, vel non.

CAP. I.

De origine fideicommiſſorum, & forma eorum, & quomodo dari & relinqui poſſint, aut non.

I. [a] SCiendum eſt omnia fideicommiſſa primis temporibus infirma fuiſſe, quia nemo inuitus cogebatur præſtare id de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hæreditates, vel legata relinqui, fideicommittebantur eis qui capere ex teſtamento poterant hæreditatem. Et ideò fideicommiſſa appellabantur, quia nullo vinculo iuris, ſed tantùm pudore eorum qui rogabantur, continebantur. Poſtea Auguſtus Impe-

a Inſt. h. t.

rator primus ſemel, iterúmque gratia perſonarum motus, vel quia per ipſius ſalutem rogatus quis diceretur, aut ob inſignem quorumdam perfidiam iuſſit Conſulibus auctoritatem ſuam interponere. Quod quia iuſtum videbatur, & populare erat, paulatim conuerſum eſt in aſſiduam iuriſdictionem: tantúſque eorum fauor factus eſt, vt paulatim etiam Prætor proprius crearetur, qui de fideicommiſſis ius diceret; quem fideicommiſſarium appellabant.

b §.1.d.t. II. [b] In primis igitur ſciendum eſt, opus eſſe vt aliquis recto iure hæres inſtituatur; eiúſque fidei committatur, vt eam hæreditatem alij reſtituat. Alioqui inutile eſt teſtamentum, in quo nemo hæres inſtituitur. Cùm igitur aliquis ſcripſerit, [Lucius Titius hæres eſto] poteſt adiicere, [Rogo te Luci Titi, vt cùm primùm poteris hæreditatem meam adire, eam Caio Seio reſtituas.]

c §.poteſt autē. d.t. III. [c] Poteſt autem quiſque & de parte reſtituenda hæredem rogare: & liberum eſt, vel purè, vel ſub conditione relinquere fideicommiſſum, vel ex certo die.

d. l.1.D.h.t. IIII. [d] Omne verbum ſignificans legitimum ſenſum Legare, vel fideicommittere volentis, vtile atque validum eſt: ſiue directis verbis, quale eſt [iubeo] ſiue precariis verbis vtatur teſtator: quale eſt [Rogo, volo, mando, fideicommitto,] ſiue iuramentum interpoſuerit.

e §.prætereà. Inſt.eo.t.l.1.§. hoc autem. D. eo.t. V. [e] Inteſtatus quoque moriturus poteſt rogare eum, ad quem bona ſua, vel legitimo iure, vel honorario pertinere intelligit, vt hæreditatem ſuam totam, partémve eius, aut rem aliquam (veluti fundum, equum, pecuniam) alicui reſtituat: cùm alioqui legata niſi ex teſtamento non valeant.

f d.§. VI. [f] Eum quoque, cui aliquid reſtituitur poſſumus rogare, vt id rurſum alij, aut totum, aut partem reſtituat.

g l.ex facto. D.h.t. VII. [g] Ex facto tractatum eſt, an per fideicommiſſum rogari quis poſſit, vt aliquem hæredem faciat; & Senatus cenſuit, rogari quidem quem, vt aliquem hæredem faciat, non poſſe; verùm videri per hoc rogaſſe, vt hæreditatem ſuam ei reſtituat: id eſt, quicquid ex hæreditate ſua conſecutus eſt, vt ei reſtitueret.

h ibid. VIII. [h] Iulianus quoque tale fideicommiſſum valere ait, [Fidei tuæ committo vt hæreditatem Titij reſtituas] cùm eſſet is qui rogatus eſt, à Titio hæres inſtitutus.

* ibid. IX. * Non tantùm autem ſi hæredem quem ſcripſero, potero rogare vt hæredem faciat aliquem, verumetiam ſi legatum ei, vel quid aliud ei reliquero. Nam eatenus erit obligatus, quatenus quid ad eum peruenit.

X. [i] Siquis cauerit [Peto vt illi des, aut illi fideicommiſſum relinquas] admittendus eſt. Nam cùm in hæredum inſtitutione Senatus cenſuit vtile; de cæteris quoque idem erit accipiendum. i d.l.§.1.

XI. [k] Vbi purè fideicommiſſum datum eſt, ſi adiectum ſit [Rogo des filio tuo, faciáſque vt ad eum perueniat] reſcriptum eſt in id tempus dari quo capere poteſt, id eſt, ſui iuris fiat. k l.Purè, ibid.

XII. [m] [Te rogo Luci Titi hæreditatem meam cum Attio partiaris,] ex Senatuſconſulto Trebelliano, in eum cui reſtituta eſt hæreditas actiones competere, Ariſto ait: quia pro hoc accipiendum ſit [Rogo hæreditatem illam reſtituas]: nec verba ſpectantur Senatuſconſulti, ſed ſententia quibuſcunque verbis, dum teſtator ſenſerit vt hæreditas ſua reſtituatur. d.l.§.1.

XIII. [n] Et ſine ſcriptura per fideicommiſſum hæreditas rectè relinquitur: Igitur ſi vxor tua te & priuignum ſuum in diſcrimine mortis conſtituta deſignauerit, velle ſucceſſionem obtinere, vſque ad dodrantem eius voluntatem ſeruari conuenit cùm ab inteſtato ei ſuccedentes, de reſtituendo fideicommiſſo conuentos; vltra quartam ære alieno deducto, quantum penes eos ſententia Senatuſconſulti relinqui præcepit, tantùm obtinere poſſe præſtiterit. m l.& ſine ſcriptura. C.h.t.

XIIII. [o] Per codicillos fideicommiſſum relinqui poteſt; de quo tale reſcriptum extat ſuprà quoque relatum: Hæreditatem quidem neque adimi codicillis poſſe manifeſtum eſt: Verbis tamen precariis per huiuſmodi etiam nouiſſimam ordinationem iura non faciunt irritas voluntates. Vnde inefficaciter te codicillis rogatam eſſe, vt, quibuſdam rebus contenta, portionem quam teſtamento facto es conſecuta, aliis reſtitueres, falsò tibi perſuaſum eſt. n l.hæreditatē. C.de codic. §. pen. Inſtit. eo.t. l.2.§.vlt. D. eo.t. * 1. de codicil. verſ.34.

XV. [p] Si quis cùm teſtamentum nullum habebat, codicillis fideicommiſſa hoc modo dedit, [Quiſquis mihi hæres erit bonorúmve poſſeſſor, eius fidei committo] fideicommiſſa præſtari debent: quia paterfamiliâs, qui teſtamenti factionem habet, & codicillos faceret, perinde haberi debet, ac ſi omnes hæredes eſſent ad quos legitima eius hæreditas, vel bonorum poſſeſſio peruentura eſſet. Sed & ſi poſt codicillos factos natus quis eſſet proximus agnatus, vel ſuus hæres; fideicommiſſum præſtari debebit. Intelligitur enim is quoque hæres ſcriptus: & ideo non perinde habendus eſt, ac ſi rupiſſet hos codicillos. [q] Quod & ſuperiore titulo relatum eſt. p l.1.D.d.t.de codic. q verſ.39.

XVI. [r] Hæreditas teſtamento inutiliter data, non poteſt codicillis quaſi hæreditas confirmari: ſed ex fideicommiſſo petitur, ſalua tamem ratione legis Falcidiæ. r l.2.§.vlt. ibid.

f l. 2. in prin. ibid.

A XVII. [f] Si ei qui poſt teſtamentum factum, & ante codicillos ſcriptos natus eſſet, per fideicommiſſum aliquid daretur, vtile eſt. Quòd ſi ei qui poſt teſtamentum factum, & ante quam codicilli ſcriberentur, datum eſſet; pro non ſcripto habetur. [t] Quud & ſupra quoque relatum fuit.

t d. 2. de codic. verſ. 38.
u l. cùm virū. C. h. t.

B XVIII. [u] In fideicommiſſis voluntas magis quàm verba plerunque intuenda ſunt.

Imperator Romanus.

x l. quamuis. C. h. t.

XIX. [x] Quamuis ſimpliciter te ac fratrem tuum aliquis inſtituerit hæredes, eiúſque hæreditatis commodum pater ex tua fratriſque perſona pro portionibus veſtris poteſtatis ratione quæſierit, tamen quia inferioribus verbis teſtamenti vos ſui iuris C facere teſtator curauit, intelligi poteſt reſtituendæ hæreditatis commodi fideicommiſſo patrem obſtrictum eſse.

z l. ſi quis priore. D. eo. t.

XX. [z] Si quis priure facto teſtamento, poſterius fecerit teſtamentum, etiamſi ex certis rebus in poſteriores tabulas hæredes inſtituit, ſuperiustamen teſtamentum ſublatum eſt, vt Seuerus quoque & Antoninus Imperatores reſcripſerunt. Cuius conſtitutionis verba retuli, cùm alia D quoque præterea in conſtitutione expreſsa ſint. *Imperatores Seuerus & Antoninus Cocceio Campano.* Teſtamentum ſecundo loco factum, licèt in eo certarum rerum hæres ſcriptus ſit, iure valere, perinde ac ſi rerum mentio facta non eſſet: ſed & teneri hæredem ſcriptum, vt contentus certis rebus ſibi datis, aut ſuppleta quarta ex lege Falcidia, hæreditatem reſtituat his qui priore teſtamento ſcripti E fuerant propter incerti fideicommiſſi verba, quibus, vt valeret prius teſtamentum, expreſsum eſt; dubitari non oportet, ſi non aliquid ſpecialiter contrarium in ſecundo teſtamento expreſſum eſt.

a l. Lucius Titius. ibid. l. vlt. § Lucius. D. de lega. 2.

XXI. [a] Lucius Titius inteſtatò moriturus, cùm haberet vxorem, & ex ea filiam emancipatam, codicillis hæc verba inſeruit [Pertinent autem hi codicilli ad vxorem & filiam. Itaque rogo quicquid aut ego reliquero, aut vos ipſæ habeatis, F commune vobis ſit. Quod ſi ego non rogarem, vos pro veſtra pietate faceretis] Filia inteſtati patris bonorum poſſeſſionem accepit. Quæſitum eſt, an aliqua pars hæreditatis Lucij Titij ex cauſa fideicommiſſi debeatur: Scæuola reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, debere, etiamſi vxor parata ſit in commune bona ſua conferre.

G XXII. Qui filium & filiam habebat teſtamentum fecit: & ita de filia cauit: [Mando tibi ne teſtamentum facias priùs quàm liberos ſuſceperis] Pronuntiauit Imperator, fideicommiſſum ex hac ſcriptura deberi: quaſi per hoc, quòd prohibuiſſet eam A teſtari, petiiſſet vt fratrem ſuum hæredem faceret. Sic enim accipiendam eam ſcripturam, ac ſi hæreditatem ſuam rogaſſet eam reſtituere.

c l. ſi legatum § ſi quis bona. ibid.

XXIII. [c] Si quis bona ſua, vel omnia ſua rogauerit reſtituere; fideicommiſſariam reſtitutionem eſſe intelligendum eſt. Nam meorum & tuorum appellatione, etiam actiones contineri dicen- B dum eſt.

d l. ille à quo § vlt. & duabus ll. ſeqq.

XXXIIII. [d] Si quis bona rogatus ſit, vel pecuniam, vel omnia ſua reſtituere, cogi poterit. Hoc idem & ſi patrimonium reſtituere fuerit rogatus, ſi facultates, & quicquid teſtator habebat; ſi cenſum, vel etiam fortunas, ſi ſubſtantiam, atque adeo peculium; quia plerique diminutiuè patrimonium ſuum peculium dicunt; C cogendus erit: de ſucceſſione enim ſua hic rogauit. Nec ignoro in quibuſdam ex his Mætianum dubitare, ac voluntatis dicere eſſe quæſtionem; vtrùm de ſucceſſione teſtator ſenſit. Sed & ſi quis ita rogauerit, [Quicquid ex hæreditate, boniſque meis ad te peruenerit, rogo reſtituas, cogi] poterit adire, & reſtituere hæreditatem ex Senatuſconſulto Trebelliano, quamuis peruenire propriè dicatur, quod deductis oneribus ad aliquem peruenit.

e l. Scæuola ib.

D XXV. [e] Scæuola reſpondit; Si pater filium ſuum impuberem ex aſſe ſcripſerit hæredem, eique codicillis ſubſtituerit, deinde filius impubes deceſſerit, licèt ſubſtitutio inutilis ſit, quia codicillis hæreditas neque dari, neque adimi poteſt, tamen benigna interpretatione placet, vt mater quæ ab inteſtato pupillo ſucceſſit, ſ[illegible] titutı fideico nmiſſo obligetur. E Quòd ſi inuicem fuerint ſubſtituti; in fideicommiſſo ſubſtitutio valeat: vnóque eorum mortuo; qui ſuperſunt, totum accipiant.

f l. ſi frater. C. h. t.

XXVI. [f] Directa ſubſtitutio pupillaris exſpirat pubertate, non autem fideicommiſſaria. De quo tale reſcriptum extat: Si frater tuus, poſtquàm patris hæres extitit, pubes iam factus ſine liberis deceſſit, ex pupillari ſubſtitutione tibi hęreditas eius debita non eſt. Sed ſi verbis fideicommiſſi ali- F qua parte teſtamenti confirmata eſt, fideicommiſſum petere non prohiberis.

Valentinianus & Galienus Imperatores.

g l. eam quam C. h. t. de fideicommiſſis.

XXVII. [g] Eam quam frater tuus inſtituerat, ſiue non quæſita hæreditate deceſſerit, cùm tamen ſimpliciter antequàm duodecimum ætatis annum impleuiſſet, verbis G precariis nonnullos ei voluerit ſubſtitutos, nihil prohibet fideicommiſſum petere etiam ab iis qui bona inteſtati tenent. Tũ enim locum habet quod regulariter traditur; Ea quæ relinquunrur, ſi ex teſtamento non adeatur hæreditas, non valere, cùm relicta verbis di-

rectis

rectis adiri potuit hæreditas; non cùm illa i-
pſi ſic data eſt, vt eſſet ab inteſtato ſucceſſo-
ribus poſtulanda.

h l. verbum. ibid.

XXVIII. h Verbum[volo]licèt deſit, ta-
men quia additum perfectum ſenſum facit,
pro adiecto habendum eſt.

i l. ſi in perſona. ibid.

XXIX. i Si dies fideicommiſſi ceſſit
viuente fideicommiſſario, fideicommiſſum
tranſit ad eius hæredem, tametſi tum cùm
relictum fuit, is cui relinquebatur natus non
eſſet. De quo Diocletianus & Maximia-
nus Imperatores ita reſcripſerunt: Si in per-
ſona patris tui, cui te ſucceſſiſſe proponis,
fideicommiſſi dies vtiliter ceſſit, licèt tem-
pore quo fuerat datum; necdum te natum
fuiſſe probetur, vxorem patrui tui, quem
contendis rogatum fuiſſe, patri tuo (ſi ſine li-
beris deceſſerit) ab auo tuo relicta reſtituere,
ſi ei ſucceſſerit, conuenire debes. Nam ſi
patrui etiam hæreditas tibi quęſita eſt, non
de fideicommiſſo quærendum; ſed hæreditas
ab ea vindicanda eſt.

k l. omnibus. D. h. t.

XXX. k Omnibus ciuitatibus quæ ſub
Imperio populi Romani ſunt, reſtitui debe-
re & poſſe hæreditatem, ſenatuſconſultum
Apronianum iubet. Sed & actiones in eas
placuit ex Trebelliano transferri: atque adeò
municipes ad eas admittuntur.

l l. etiam. C. eo. t l. 5. C. de reb. cred.

XXXI. l Etiam à pupillorum tutoribus,
velut ab ipſis pupillis relicta fideicommiſſa
debentur.

m l. Clari. ibi.

XXXII. m Clari & aperti iuris eſt, in fi-
deicommiſſis poſteriores voluntates eſſe fir-
miores.

XXXIII. n Et in epiſtola, libello, imò e-
tiam nutu, fideicommiſſum relinqui poſſe
non ambigitur.

Iuſtinianus Imperator.

o l. vlt. ibid.

XXXIIII. o Quæſtionem ex facto e-
mergentem reſecantes, & voluntati mor-
tuorum proſpicientes; ſancimus, ſi ſine ſcri-
ptura & præſentia teſtium, fideicommiſſo
derelicto, fideicommiſſarius elegerit hæ-
redis iuramentum, vel forſitan fideicom-
miſſarij; quoties ab eo relictum eſt fideicõ-
miſſum ſiue vniuerſitatis, ſiue ſpeciale, ne-
ceſſe habere hæredem, vel legatarium, ſeu
fideicommiſſarium, priùs iureiurando de
calumnia præſtito, vel ſacramentum ſubi-
re, & omni inquietudine ſeſe relaxare; vel
ſi recuſandum exiſtimauerit ſacramentum,
aut certam partem, vel quantitatem ma-
nifeſtare fideicommiſſario derelictam no-
luerit, ſi forſitan maiorem fideicommiſſarius
expetat; omnimodo exactioni fideicommiſſi
ſubiacere, & eum ad ſatisfactionem com-
pelli: cùm ipſe ſibi iudex & teſtis inueniatur,
cuius religio à fideicommiſſario electa eſt,
nullis teſtibus, nulliſque aliis aduentitiis
probationibus requiſitis. Sed ſiue quinque
ſint teſtes, ſiue minùs, vel nemo cauſam per
illius ſacramentum vel dandum, vel recu-
ſandum ſuſceperit, ſuam tamen habere tam
firmitatem quàm exactionem, ſiue pater ſit

A qui fideicommiſſum dederit, ſiue extraneus,
vt æquitatis ratio in omnes procedat: Cùm
enim res per teſtium ſolemnitatem oſtendi-
tur, tunc & numerus teſtium, & nimia ſubti-
litas requirenda eſt. Lex enim, nequid fal-
ſitatis incurrat per duos fortè teſtes compoſi-
tum teſtamentum, maiorem numerum te-
ſtium expoſtulat, vt per ampliores homi-
nes perfectiſſima veritas reueletur. Cùm au-
B tem quis, qui aliquid ex voluntate defuncti
lucratur (& maximè ipſe hæres, cui ſumma
authoritas totius cauſæ commiſſa eſt) dicere
compellitur veritatem per ſacramenti reli-
gionem; quorſum ad extraneam fidem re-
curratur, propria & indubitata fide relicta?
cùm & in leges reſpeximus, quæ iuſtis teſta-
torum diſpoſitionibus omnimodo hæredes
obedire compellunt: & ſic ſtrictius cauſam
exigant, vt etiam amittere lucrum hæredita-
C tis ſanciant eos qui teſtatoribus ſuis minimè
paruerint.

Secunda pars dicti capitis primi.

D *Quibus modis fideicommiſſaria hæreditas dari aut relinqui rectè non poſſit.*

p l. ſi veritas. d. t.

XXXV. p EX minùs ſolemni volunta-
te non debentur fideicom-
miſſa; de quo Diocletianus & Maximianus
Imperatores ita reſcripſerunt: Si veritas vel
ſolemnitas iuris deeſt, & amplexus patris
voluntatem relicta dediſti, vel tranſactio-
nis cauſa ſtipulatoribus promiſiſti, nego-
E tiúmque integrum eſt; ad ſolutionem vrgeri
non potes.

q l. ex teſtamento. ibid.

XXXVI. q Ex teſtamento, quod iure
non valet, nec fideicommiſſum quidem, ſi
non ab inteſtato quoque ſuccedentes rogati
probentur, peti poteſt.

r l. fideicõmiſſum. ibid.

XXXVII. r Fideicommiſſum eius
qui reliquerat, pœnitentia probata, ſuc-
ceſſores nunquam præſtare compelluntur.

ſ l. Lucius Titius. §. 1. D. h. tit.

XXXVIII. ſ Mæuia duos filios hære-
des reliquerat: & eodem teſtamento ita
F cauit; [Fidei autem hæredum meorum
committo, vti omnis ſubſtantia mea ſit pro
depoſito ſine vſuris apud Caium Seium &
Lucium Titium, quos, etiam ſi licuiſſet,
curatores ſubſtantiæ meæ dediſſem, remo-
tis aliis, vt reſtituant nepotibus meis,
prout quiſque eorum ad annos viginti
peruenerit, pro portione; vel ſi vnus,
ei omnem.] Quæſitum eſt an fideicom-
miſſum præſtari Lucio Titio & Seio de-
G beret. Scæuola reſpondit, ſecundùm ea
quæ proponerentur, Lucium Titium, i-
tem Caium Seium fideicommiſſum petere
non poſſe.

t l. ab eo. C. eo. t.

XXXIX. t Ab eo, qui neque legatum, ne-
que fideicommiſſum, neque hęreditatem, vel
mortis causâ donationem accepit, nihil per
fideicommiſſum peti poteſt.

u l. hæres. §. vlt. D. h. t.

XL. [u] Vt Trebelliano locus eſſet, non ſufficit de hæreditate rogatum eſſe, ſed quaſi hæredem rogari oportet. Denique ſi qua portio hæreditatis fuerit legata, (legari enim poſſe portionem hæreditatis placet nobis), rogatúſque fuerit hanc partem reſtituere, dubioprocul non fiet reſtitutio ex Senatuſconſulto: ideóque nec quarta retinebitur.

Iuſtinianus Imperator.

x l. cùm acutiſſimi. C. h. t.

XLI. [x] Cùm acutiſſimi ingenij vir, & meritò ante alios excellens Papinianus in ſuis ſtatuerit reſponſis, ſi quis filium ſuum hæredem inſtituit, & reſtitutionis poſt mortem oneri ſubegit, non aliter videri hoc diſpoſuiſſe, niſi cùm filius eius ſine ſobole vitam ſuam reliquerit; Nos huius ſenſum meritò mirati, pleniſſimum ei donamus euentum, vt ſi quis hæc diſpoſuerit, non tantùm filium inſtituens, ſed etiam filiam: vel ab initio nepotem vel neptem, vel aliam deinceps poſteritatem, & eam reſtitutionis poſt obitum grauamini ſubiugauerit: non aliter ſenſiſſe hoc videatur, niſi ij qui reſtitutione onerati ſunt ſine filiis aut filiabus, nepotibus vel neptibus, pronepotibus, aut proneptibus fuerint defuncti; ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones propriis anteponere.

z l. ſi eius. D. eo. t.

XLII. [z] Si eius, qui nouiſſimus ex filiis mortuus eſt, partem hæreditatis voluit pater reſtitui; & ſimul fratres diem ſuum obiiſſent; propinquum, ſi non oſtenderit quis nouiſſimus obiiſſet, ad partem hæreditatis non admitti, ſed matrem ex Tertylliano ſenatuſconſulto ad vtrinſque hęreditatem admitti conſtat.

• CAP. II.

Interpretationes quorundam fideicommiſſorum, quòd ad partes relictas attinet.

a l. voluntatis. C. h. t.
b l. cùm quæſo. C. de lege.

XLIII. [a] Voluntatis defuncti quæſtio, in æſtimatione iudicis eſt.

XLIV. [b] Cùm manifeſtum eſt, eum qui ab initio duodecim vncias rei cuidam reliquit, alij autem poſtea ſex; receſſiſſe quidem à priore voluntatem; voluiſſe autem minui eam ſex vnciis, cùm alij eas obtulit. Si quis vel agrum vel hæreditatem reliquerit, Primo quidem in totum, Secundo autem in partem dimidiam; vtrumque in ſex vncias eſſe vel dominium rei legatæ, vel hæredem. Et ſi tota re Primo relicta, tertiam partem Secundo reliquerit ſecundùm prædictum modum, octo quidem vncias vel agri, vel hæreditatis apud Primum remanere; tertiam autem partem, vel quatuor vncias ad Secundum migrare. Et ſic in omnibus ſtatuendum eſt, id eſt hæreditatibus, & legatis, vel fideicommiſſis: veſtigia enim voluntatis teſtatoris non aliter niſi per huiuſmodi viam æſtimanda ſunt.

c l. Marcellus. §. quidam. eo.

XLV. [c] Quidam, libetis ſuis ex diſparibus partibus inſtitutis, datis præceptionibus, ita vt ipſe maximam partem patrimonij inter liberos diuiſiſſet, rogauit eum qui ſine liberis decederet, portionem ſuam fratribus reſtituere: Imperator noſter reſcripſit præceptiones quoque fideicommiſſo contineri: quia non portionem hæreditariam teſtator commemoraſſet, ſed ſimpliciter portionem. In portionem autem & præceptiones videri cecidiſſe.

Carus, Carinus & Numerianus Imppp.

d l. cùm virum. C. h. t.

XLVI. [d] Cùm virum prudentiſſimum Papinianum non ignoremus ſcripſiſſe etiam legata huiuſmodi fideicommiſſo contineri, id eſt, vbi hæres rogatus fuerit, quicquid ex hæreditate ad eum peruenerit, fideicommiſſo contineri; animaduertis etiam præceptionis compendium teſtatoris verbis comprehenſum. Sanè quoniam in fideicommiſſis voluntas magis quàm verba plerunque intuenda ſunt, ſi quas pro rei veritate præterea probationes habes ad commendandam hanc patris voluntatem, apud Præſidem experiri non vetaris.

e l. Baliſta. D. h. t.

XLVII. [e] Baliſta filiumfamiliâs hæredem ita inſtituit [Trebellianus, ſi cauerit coloniæ Philippenſium; ſi ſine liberis morietur; quantacunque pecunia ex hæreditate de bonis meis ad eum peruenit; eam pecuniam ad coloniam Philippenſium peruenturam] Reſpondi, ex his verbis quæ proponis, id eſt, pecuniam, etiam fructus quos ex hæreditate percepit, reſtituere eum debere, perinde quaſi ſpecialiter hoc teſtator expreſſiſſet.

f l. ex aſſe. ibi.

XLVIII. [f] Ex aſſe hæres inſtitutus, partem hæreditatis mihi purè, tibi ſub conditione reſtituere rogatus; cùm ſuſpectam diceret, poſtulante me adiit, & mihi totam ex ſenatuſconſulto reſtituit: num quandocunque conditio exſtiterit, fructus partis tuæ reſtituere tibi debeam, non immeritò dubitatum eſt: & pleriſque placet, eos non eſſe præſtandos: quia nec ab hærede præſtarentur, ſi ſua ſponte adiiſſet: ſufficiat autem ius tuum tibi integrum conſeruari; necnon meliorem tuam conditionem fieri. Iidem tamen exiſtimabant, ſi ex aſſe hæres inſtitutus, mihi quadrantem, tibi æquè quadrantem ſub conditione reſtituere rogatus ſit: & cùm ſuſpectam hæreditatem diceret, cogente me adiit, quandocunque conditio exſtiterit, ſemiſſem tibi eſſe reddendum. Sed nec lege Falcidia in propoſita ſpecie vſurum me puto, quamuis hæres, ſi ſponte adiiſſet, vteretur.

g l. ſcribit Celſus. ibid.

XLIX. [g] Scribit Celſus; Si is qui quingẽta in bonis habebat, petit ab hęrede ſuo, vt ſi ſine liberis moreretur, quãta pecunia ex hęreditate

ſua ad

ſua ad eum perueniſſet, Mæuio reſtituatur. Quæritur, ſi ex fructibus medio tempore quingenta perceperit, & ſine liberis deceſſerit, an hæres eius Mæuio eadem quingenta debeat: & cùm diu multúmque tractauit, an cùm augmentum hæres ſenſit; periculum etiam ſuſtineat; an verò contrà ſentiendum. Nouiſſimè ait, iniquum eſſe ad fideicommiſſarium damnum pertinere, ad quem augmentum non pertinet: & quæritur, an adſupplendum quodcunque ex quingentis defuerit, etiam augmentum ad eum pertinebit, hoc eſt, vt vſque ad ſummam quadringentorum damna & fructus computentur; quod verius eſſe arbitror.

a l. Poſtulante. §. 1. ibid.

L. [a] Cùm hæreditarios nummos quis fœnerauit, aut ex fundis fructus percepit, nihil eo nomine præſtat ei cui hæreditas per fideicommiſſum relicta eſt, ſi non interceſſit mora; ſcilicet quia ſuo periculo fœnerauit; colendóve fundo, vel in cogendis fructibus inſumpſit operam: nec æquum erat, eius, vt ſic dixerim, procuratorem conſtitui, cuius nullus ſumptus aut labor interuenerit.

b l. in fideicommiſſaria. ibid.

LI. In fideicommiſſaria hæreditatis reſtitutione, conſtat non venire fructus, niſi cùm mora facta eſt: aut cùm quis ſpecialiter fuerit rogatus hæreditatem reſtituere.

c d. l. §. 1.

LII. [c] Quoties quis rogatur hæreditatem reſtituere, id videtur rogatus reddere, quod fuit hæreditatis.

d d. l. §. vlt.

LIII. [d] Si legatum ſit hæredi relictum, & rogatus ſit portionem hæreditatis reſtituere, id ſolùm non debere eum reſtituere quod à cohærede accepit: verùm quod à ſemetipſo ei relictum eſt, in fideicommiſſum cadit. Et id Marcus Imperator decreuit.

e l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ibid.

LIIII. [e] Ex facto tractatum memini: Rogauerat quędam mulier filium ſuum, vt ſi ſine liberis deceſſiſſet, reſtitueret hęreditatem fratri ſuo. Is poſtea deportatus in inſulam, liberos ſuſceperat. Quęrebatur igitur, an fideicommiſſi petitio defeciſſet. Nos hîc dicemus conceptos quidem ante deportationem, licèt poſtea edantur, efficere vt conditio deficiat. Poſt deportationem verò ſuſceptos quaſi ab alio non prodeſſe: maximè cum ſua quodammodo cauſa fiſco ſint vindicanda.

f d. l. § ſi quis rogatus.

LV. [f] Si quis rogatus fuerit filiis ſuis reſtituere hęreditatem, Papinianus etiam deportato tribuit eligendi facultatem, cui liberorum fideicommiſſum reſtitui, velit. Sed ſi ſeruus pœnæ fuerit conſtitutus, nullo ante concepto filio, iam parêre conditioni non poterit, deceſſiſſéque ſine liberis videtur. Sed cùm decedit, electionem illàm quam Papinianus deportato dedit, huic dari non oportet.

g d. l. §. ſi quis autem.

LVI. [g] Si quis autem ſuſceperit quidem filium, verùm viuus amiſerit, videbitur ſine liberis deceſſiſſe. Sed ſi naufragio, vel ruina, vel aggreſſu, vel quo alio modo ſimul cum patre perierit; cùm conditio defecerit, videamus. Et magis non defeciſſe arbitror, quia non eſt verum filium eius ſuperuixiſſe. Aut igitur filius ſuperuixit, aut extitit conditio. Cùm autem quis ante, & quis poſtea deceſſerit non apparete; exſtitiſſe conditionem magis dicendum eſt.

h d. l. §. vlt.

LVII. [h] Si quis ita fideicommiſſum reliquerit, [fidei tuæ, fili, committo, vt ſi alieno hærede à te relicto, moriaris, reſtituas Seio hæreditatem] videri eum de liberis ſenſiſſe, Pius Imperator reſcripſit. Et ideò cùm quidam ſine liberis decederet, cui auunculus ab inteſtato bonorum poſſeſſionem habens; exſtitiſſe conditionem reſcripſit.

i l. iubemus. § ſin autem. C. h. tit.

LVIII. [i] Si is qui fideicommiſſaria reſtitutione grauatus eſt, viuo filio ſuperſtite, vel nepote ex filio ſeu filia nato, vel pronepote, vel poſthumo relicto deceſſerit, non videtur exſtitiſſe conditio: & ideò deficit fideicommiſſi petitio.

k l. hæres § cùm proponeretur D. eo. t.

LIX. [k] Cùm proponeretur, quendam filiam ſuam inſtituiſſe: & rogaſſe eam ſi ſine liberis decederet, hæreditatem Titio reſtitueret: eáque dotem dediſſet certæ quantitatis: mox decedens inſtituiſſe hæredem maritum ſuum; quærebatur an dos detrahi poſſet. Dixi, non poſſe dici in euerſionem fideicommiſſi factum quod & mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat. Quare dicendum eſt, dotem decedere, ac ſi quod ſuperfuiſſet rogata eſſet reſtituere. Quare ſi tantos fructus ex hæreditate maritus percepit, vt inde poſſit doti ſatisfieri, dicendum eſt potiùs fructibus hoc expenſum ferendum quàm hæreditati.

l l. Seius ibid.

LX. [l] Species in qua fideicommiſſum conditionale eſſe non intelligitur ex veri ſimili teſtatoris voluntate; ob hanc cauſam ad hæredem non tranſit. Seius Saturninus ex claſſe Britannica teſtamento reliquit hæredem Valerium Maximum trierarcham: à quo petit vt filio ſuo Seio Oceano, cùm ad annos ſedecim perueniſſet, hæreditatem reſtitueret. Seius Oceanus antequàm impleret annos, defunctus eſt. Nunc Manlius Seneca qui ſe auunculum Seij Oceani dicit, proximitatis nomine hæc bona petit. Maximus autem trierarcha ſibi ea vindicat, quia defunctus eſt is cui reſtituere iuſſus erat. Quæro; vtrum ad Valerium trierarcham pertineant, qui ſe defuncti auunculum eſſe dicit; Reſpondi, ſi Seius Oceanus, cui fideicommiſſa hæreditas ex teſtamento Seij Saturnini, cùm annos ſedecim haberet, à Valerio Maximo fiduciario hærede reſtitui debeat, priùs quàm præfinitum tempus impleret, deceſſit, fiduciaria hæreditas ad eum

pertinet, ad quem cętera bona pertinuerint; quoniam dies fideicommiſſi viuo Oceano ceſſit: ſcilicet ſi prorogando tempus ſolutionis tutelam magis hęredi fiduciario permiſiſſet, quàm incertum diem fideicommiſſi conſtituiſſe videatur.

a l. Poſt mortẽ. C. h. t.

LXI. [a] Poſt mortem ſuam rogatam reſtituere hęreditatem defuncti, iudicio etiam antequàm fati munus impleat poſſe ſatisfacere, id eſt reſtituere hęreditatem, quarta parte vel retenta, vel omiſſa, ſi voluerit; explorati iuris eſt.

b l. Sed & ſi a-lio. D. eo.

c l. ſed ante. ib.

LXII. [b] Si quis ſub conditione fuerit hęres ſcriptus, pendente conditione nihil agit, tametſi paratus eſt reſtituere hęreditatem. Sed & ſi [c] ante diem, vel ante conditionem reſtituta fuerit hæreditas, vt teſtator rogaoit, planè poſtquam extiterit conditio, vel dies venerit ſi ratam habeat reſtitutionem hęreditatis, benignius eſt intelligi tunc videderi tranſlatas actiones.

d l. heres. §. ſed eum. ibid.

LXIII. [d] Si quis rogetur reſtituere hæreditatem, & quædam res perierint, placet non cogi eum reddere quod non babet: culpę planè reddere rationem tenetur, ſed eius quę dolo proxima eſt. Sed ſi cùm quædam diſtrahere deberet, lata culpa, non leui, & rebus ſuis conſueta negligentia, huiuſmodi rei rationem reddet. Sed & ſi ędes vſtæ ſint, culpę eius reddet rationem: pręterea ſi qoi partus extant, & partuum partus, quamuis in fructibus hi non babentur: ſed & ſi quem ſumptum fecit in res hęreditarias, detrahet. Quòd ſi ſine facto eios prolixitate temporis ædes vſu acquiſitæ ſint, æquiſſimum erit nihil eom præſtare, cùm culpa careat.

e Paulus. ibid.

LXIIII. [e] Paulus reſpondit, ſi certa portio hæreditatis relicta proponatur, & is res hæreditarias quaſdam furatus ſit, in his rebus quas ſubtraxit, denegari ei petitionem oportere, rectè reſpondetur.

f l. Lucius Titius §. vlt. ibid.

LXV. [f] Hæres eius qoi poſt mortem ſoam rogatus erat vnioerſam hæreditatem reſtituere, minimam quantitatem, quam ſolam in bonis fuiſſe dicebat, his quibus fideicommiſſum debebatur, reſtituit: poſtea repertis inſtrumentis apparuit quadruplo amplius in hæreditate fuiſſe. Quæſitum eſt, an in reliquum fideicommiſſi nomine conoeniri poſſit. Scæuola reſpondit, ſecuodùm ea quæ proponerentur, ſi non tranſactum eſſet, poſſe. [g] Sed licèt tranſactum ſit, ſi tamen codicilli poſtea reperti ſunt, in reliquum agi poteſt.

g l. 3. §. cùm tranſactio. D. de tranſ.

h l. ſi heredi. D. h. t.

LXVI. [h] Si hæredi eius cui naturâ debuerit, aliquis ſoluerit, ei cui fideicommiſſa hęreditas relicta ſit, id reddendum.

Iuſtinianus Imperator.

i l. ſi duobus. 1. C. eo. t.

LXVII. [i] Nemo hęres ea quæ per legatum, vel purè, vel ſub certo die relicta ſunt, vel quæ reſtitui aliis diſpoſita ſunt, vel ſubſtitutioni ſuppoſita ſecundùm veterem diſpoſitionem, putet in poſterum alienanda, vel pignoris, vel hypothecæ titulo ad ſignanda: ſed ſciat boc quod alienum eſt, non ei licere (vt pote ſui matrimonij non exiſtens) aliis applicare: quia ſatis abſurdum eſt & irrationabile, rem quam in ſois bonis purè non poſſidet, eam ad alios poſſe transferre, vel hypothecę pignoriſve nomine obligare, & alienam ſpem decipere.

k d. l. §. vlt.

LXVIII. [k] Sin aotem ſub conditione, vel incerta die fuerit legatum relictum, vel fideicommiſſum vnioerſitatis, vel ſpeciale, vel ſubſtitutione, vel reſtitutione; melius quidem faciet, ſi & in bis caſibus caueat ab omni venditione, vel hypotheca; ne ſe grauioribus oneribus euictionis nomine ſupponat. Sin aotem auaritię cupidine propter ſpem conditionis minimè implendę, ad venditionem vel hypothecam proſiluerit, ſciat qoòd conditione impleta, ab initio etiam in irritum deducetur, & ſic intelligenda eſt quaſi nec ſcripta, nec penitus fuerit celebrata, vt nec vſucapio, nec longi temporis pręſcriptio contra legatarium, vel fideicommiſſarium procedat. Qood ſimiliter obtinere cenſemus in huiuſmodi legatis, ſiue purè, ſiue ſub conditione, ſiue ſub incerta die relicta ſunt. Sed in bis caſibus legatario quidem vel fideicommiſſario omnis licentia pateat rem vindicare, & ſibi aſſignare, nullo obſtaculo ei à detentoribus opponendo.

l Auth. Res quę ſubiacent.

LXIX. [l] Res quę ſubiacent reſtitutioni, prohibentur alienari quidem, vel obligari: ſed ſi liberis portio legitimę deficiat ad dotis conſtitutionem, ſiue propter nuptias donationis obligationem, permittitur res prędictas in eam cauſam alienare, vel obligare pro modo honeſtati perſonarum congruo. Ea enim quę communiter omnibus proſunt, his quæ ſpecialitet quibuſdam vtilia ſunt, præponimus.

Idem Iuſtinianus.

m d. l. §. vlt.

LXX. [m] Emptur autem ſciens rei grauamen; aduerſus venditorem actiooem habeat tantùm ad reſtitutionem pretij: neque duplæ ſtipulatione, neque melioratione locum habente: cùm ſufficiat ei pro pretio quod ſciens dedit pro aliena re, ſibi ſatisfieri. Creditori nihilominos pigneratitia contraria actione competet, vt ex omni parte, omníqoe ſtudio id quod ſemper propetamus, ad effectum perducatur: & vltima elogia defunctorum legitimum finem ſortiantur; bonæ verò fidei emptores integra iura, & nullo modo ex bac conſtitutione deminuta contra venditores habeant.

Imperator Hadrianus.

n l. Imperator. D. h. t.

LXXI. [n] Cùm Iulius Cerealis Iulio Simonidi, ſi in poteſtate ſua eſſe deſiiſſet, hæreditatẽ reſtituere rogatus eſſet: ac multa in fraudẽ fideicommiſſi fieri probaretur: reſtitui hæredi-

tatem

tatem filio iuſsit, ita ne quid in ea pecunia, quandiu filius eius viueret, haberet. Nam quia cautiones non poterant interponi conſeruata patria poteſtate, damnum conditionis propter fraudem inflixit. Poſt decreti autem auctoritatem in ea hæreditate filio militi comparari debuit, ſi res à poſſeſſoribus peti, vel etiam cum debitoribus agi oporteret. Sed paternæ reuerentiæ congruum eſt, egenti forrè patri, officio iudicis ex acceſſionibus hæreditatis emolumentum præſtari.

a l. Hæredes mei. ibid.

LXXII. [a] [Hæredes mei, quicquid ad eos ex hæreditate, boniſve meis peruenerit, id omne poſt mortem ſuam reſtituant patriç meç coloniæ Beneuentanorum] nihil de fructibus pendente conditione perceptis, petitum videri conſtitit.

b l. Deducta. §. quod ex hæreditate. ibid.

LXXIII. [b] Quod ex hæreditate ſuperfuiſſet, cùm moreretur, reſtituere rogatus; fructus ſuperfluos reſtituere non videtur rogatus: cùm ea verba deminutionem quidem hęreditatis admittant, fructuum autem additamentum non recipiant.

c d. l. §. ult.

LXXIV. [c] Hæres eius qui bonorum ſuperfluum poſt mortem ſuam reſtituere fuerat rogatus, pignori res hęreditarias datas, ſi non in fraudem id factum ſit, reſtituere non cogitur.

d l. Titius. ibid.

LXXV. [d] Titius rogatus eſt quod ex hæreditate ſuperfuiſſet, Mæuio reſtituere: quod medio tempore alienatum vel deminutũ eſt, id quandoque peti non poterit, ſi non interuertendi fideicommiſſi gratia tale aliquid factum probetur. Marcus autem Imperator cùm de fideicommiſſaria hæreditate cognoſceret his verbis [Quicquid ex hęreditate mea ſuperfuerit, rogo reſtituas] viri boni arbitriũ ineſſe credidit. Indicauit enim erogationes quæ ex hæreditate factæ dicebantur, non ad ſolam fideicommiſsi deminutionem pertinere; ſed pro rata patrimonij quod hęres habuit diſtribui oportere, non tantùm æquitatis ratione, verùm exemplo quoque motus, feciſſe. Cùm enim de conferendis bonis fratribus ab emancipato filio quæreretur; præcipuum autem quod in caſtris fuerat acquiſitum, militi relinqui placeret: conſultus Imperator; ſumptus quos miles fecerat, non ex eo tantùmmodò patrimonio quod munus collationis pati debuit, ſed pro rata caſtrenſis pecuniæ decedere oportere conſtituit: Propter huiuſmodi tractatus Mæuius fideicommiſſi nomine cautionem exigere debet. Quod eò pertinet, non vt ex ſtipulatione petatur, quod ex fideicommiſſo peti non poterat; ſed vt habeat fideiuſſores eius quantitatis, quam ex fideicommiſſo petere potuit.

e l. Deducta. §. hæreditatẽ.

LXXVI. [e] Hæreditatem poſt mortem ſuam reſtituere rogatus, exceptis redditibus, fœtus pecorum, qui ſummiſſi gregem retinent, non retinebit.

f d. l. Deducta. § hæreditatem.

LXXVII. [f] Cùm ita fuerit ſcriptum [fidei filiorum meorum committo, vt ſi quis eorum prior diem ſuum obierit, partem ſuam ſuperſtiti fratri reſtituat: Quòd ſi vterque ſine liberis diem ſuum obierit; omnem hæreditatẽ ad neptem meã Claudiam peruenire volo] Defuncto altero, ſuperſtite filio, nouiſſimo autẽ ſine liberis defuncto prima quidem facie propter conditionis verba filius non admitti videbatur. Sed cùm in fideicommiſſis voluntatem ſpectari conueniat, abſurdum eſſe reſpondi, ceſſante prima ſubſtitutione partis nepti petitionem denegari, quam totam hæreditatem habere voluit auus, ſi nouiſsimus frater ſine liberis decederet.

g l. A filia. ibid.

LXXVIII. [g] A filia petit mater, vt ſi ſine liberis ſuperſtitibus moreretur, partem eius quæ ex bonis patris perueniſſet, reſtitueret; quod ſi ſine liberis, vniuerſum fratri reſtitueret. Quæritur, defuncta ea in matrimonio, ſuperſtite filia, an hæres eius cum parte hæreditatis, eius quoque quod dotis nomine datum erat, partem reſtituere debeat. Scæuola reſpõdit; id quod in dotem fuiſſet, non contineri in partem hæreditatis quæ reſtituenda eſt. Sed & ſi ex promiſſione dotis aliquid debitũ fuit, æris alieni loco habendum.

h l. Deducta. in prin. ibid.

LXXIX. [h] Deducta parte quarta reſtituere rogatus hæreditatem, priùs quàm reſtitueret hæreditario debitori, hæres extitit. Quoniam actio confuſa per Trebellianum redintegrati non poteſt, pecuniæ quoque debitæ dodrans ex cauſa fideicommiſſi petetur. Sed in eum diem quo actio confuſa eſt, vſuræ præteriti temporis, quæ in obligatione, vel officio iudicis fuerunt, computabuntur: poſterioris, ita demùm ſi mora fideicommiſſo facta ſit.

i l. ſi res aliena. ibid.

LXXX. [i] Si res aliena legata fuerit, iſq; domino rei hærede inſtituto petierit vt hæreditatem Mæuio reſtituat, Mæuius legatum inutiliter petet. Non enim poterit conſequi, quod ad inſtitutum, id eſt rei dominum pertinere non poterit.

k l. Paulus. ibid.

LXXXI. [k] Paulus reſpondit his verbis [Semproni, hæredem te non ſcripſi, feſtinans per infirmitatẽ; ideóque dari ei volo tantùm quãtum pro vncia hæreditatis competeret] videri magis quantitatẽ, quàm portionẽ hæreditatis relictã. Sed ſic accipiendum, vti videatur de vncia etiam reſtituenda ſenſiſſe.

l l. Deducta. §. cùm hæreditas. ibid.

LXXXII. [l] Cùm hæreditas ex cauſa fideicommiſſi reſtituenda eſt, non ideo nominum periculum ad hæredem pertinebit, quòd hæres à quibuſdam pecuniam exegerit.

CAP. III.

Cuiuſmodi ſit ſenatuſconſultum Trebellianum: & cuiuſmodi fuerit ſenatuſconſultum Pegaſianum.

m §. Et Neronis quidem Inſtit. h. t. l. 1 D. eo. t.

LXXXIII. [m] Neronis Imperatoris temporibus; Trebellio Maximo, & Annæo Seneca Conſulibus, Senatuſconſultum factum eſt; quo cautũ eſt, vt ſi hæreditas ex fideicommiſſi cauſa reſtituta ſit, omnes actiones quæ ex iure ciuili hæredi & in hæredẽ cõpeterent, ei & in eũ darẽtur, cui ex fideicommiſſo reſtituta eſſet hæreditas.

n § poſt quod Inſtit. d. t.

LXXXIV. [n] Poſt quod Senatuſconſultum Prætor vtiles actiones ei & in eum qui recipit

hæreditatem , quaſi hæredi & in hæredem dare cœpit.

* § ſed quia. ibid.

LXXXV. * Sed quia hæredes ſcripti, cùm aut totam hęreditatē, aut penè totam plerunque teſtituere rogabantur, adire hęreditatem ob nullum vel minimum lucrum recuſabant, & ideo extinguebantur fideicommiſſa: poſtea Veſpaſiani Auguſti temporibus, Pegaſo & Puſione Conſulibus, Senatus cenſuit vt ei qui rogatus eſſet hęreditatem reſtituere, perinde liceret quartam retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis tetinere conceditur. Ex ſingulis quoque rehus eadem retentio permiſſa eſt.

r §. ſed ſi recuſabat. ibid.

LXXXVI. r Sed ſi recuſabat ſcriptus hæres adire hęreditatem ob id quòd diceret eam ſibi ſuſpectam, cauebatur Pegaſiano Senatuſconſulto, vt deſiderante eo cui reſtituere rogatus eſſet, iuſſu Prętoris adiret & reſtitueret hęreditatem: periodéque ei, & in eum qui reciperet hæreditatem, actiones darentur, ac iuris eſt ex Trebelliano Senatuſconſulto: quo caſu nullis ſtipulationibus opus eſt: quia ſimul & huic qui teſtituit, ſecuritas datut, & actiones hęreditarię ei & in eum transferuntur qui recipit hæreditatem, vtroque Senatuſconſulto in hac ſpecie concurrente.

Iuſtinianus Imperator.

ſ Sed quia. ibid.

LXXXVII. ſ Sed qnia ſtipulationes ex Senatuſconſulto Pegaſiano deſcendentes, & ipſi antiquitati diſplicuerunt: & quibuſdam caſibus captioſas eas homo excelſi ingenij Papinianus appellat, & nobis in legibus magis ſimplicitas qoàm difficultas placet; ideò omnibus nobis ſuggeſtis tam ſimilitudinibus, quàm differentiis vtriuſque Senatuſconſulti; placuit exploſo Senatuſconſulto Pegaſiano, quod poſtea ſuperuenit omnem authoritatē Trebelliano Senatuſconſulto præſtare, vt ex eo fideicommiſſarię hęreditates reſtituantur, ſiue habeat hęres ex voluntate teſtatoris quartam, ſiue plus, ſiue minus, ſiue nihil penitus: vt tunc, quando vel nihil, vel minus quarta apud eum remanet, liceat ei vel quartam, vel quod deeſt ex noſtra conſtitutione retinere, vel repetere ſolutum quaſi ex Trebelliano Senatuſconſulo, pro rata portione actionibus tam in hæredem quàm in fideicommiſſarium competentibus. Si verò totam hęreditatem ſponte reſtituerit, omnes hęreditarię actiones fideicommiſſario & aduerſus eum competent.

t § ſed etiam. ibid.

LXXXVIII. t Sed etiam quod præcipuū Senatuſconſulti Pegaſiani fuerat, vt quando recuſaret hæres ſcriptus ſibi datam hęreditatem adire, neceſſitas ei imponeretur totam hęreditatem volenti fideicommiſſario reſtituere, & omnes ad eum & contra eum transferre actiones; & hoc tranſpoſuimus ad Senatuſconſultum Trebellianum, vt ex hoc ſolo neceſſitas hęredi impooatur, ſi ipſo nolente adire, fideicommiſſarius deſideret reſtitui ſibi hęreditatem, nullo nec damno, nec commodo apud hęredem remanente.

u d.l.1. D.h.t.

LXXXIX. u Sublata eſt Senatuſconſulto Trebelliano dubitatio eorum qui adire hęreditatem recuſarent, ſiue metu litium, ſeu prętextu metus.

c d.l.§.1.

XC. c Quanquam autem Senatus ſubuentum voluit hæredibus, ſubuenit tamen & fideicommiſſario. Nam in eo quòd hæredes, ſi conueniantur, exceptione vti poſſunt, hæredibus ſubuentum eſt: in eo verò quòd ſi agant hætedes, repelluntur per exceptionem: quódque agendi facultas fideicommiſſariis competit, proculdubio conſultum eſt fideicommiſſariis.

CAP. IV.

Quando fiduciarij hæredes cogantur adire fideicommiſſam hæreditatem, vel non cogantur.

Prima pars.

Quando cogantur.

d d.l. 1.§ hoc autem.

XCI. d HOc Senatuſconſultum locum habet ſiue ex teſtamento quis hæres eſſet, ſiue ab inteſtato, rogatúſque ſit reſtituere hæreditatem.

e d.§.

XCII. e In filij quoque familiâs militis, qui de caſtrenſi peculio vel quaſi caſtrenſi teſtari poteſt, Senatuſconſultum locum habet.

f ibid.

XCIII. f Bonnrum quoque poſſeſſores, vel alij ſucceſſores ex Trebelliano reſtituere poterunt hæreditatem.

g l.facta. § ſi quis.d.e.

XCIV. g Si quis bonorum poſſeſſoris fideicommiſerit de hæreditate reſtituenda, & is paſſus fuerit diem bonorum poſſeſſionis agnoſcendæ tranſire, aut per hoc tempus, quo is cui reſtitui debebit hæreditas, aliqua ex cauſa non potuit adire Prætorem, & poſtulare vt petita bonorum poſſeſſione reſtituatut ſibi hæreditas; ſuccurri ei debet: id eſt, vt reſtituatur tempus bonorum poſſeſſionis admittendæ, exhibendi fideicommiſſi gratiâ.

h l. Cogi. §. ſed & ſi quis. ibid.

XCV. h Si miles rogauerit quem res Italicas reſtituere, vel res prouinciales; dicendum eſt, ſuſpectá hæreditatē dicentē, cogi adire & reſtituere. Nam qua ratione ex certa re miles hæredem inſtituere poteſt, actionéſque ei dabuntur; pari ratione etiam ex Trebelliano tranſibunt actiones. Et quamuis placeat, cùm quis hæreditatem, bonáque, quæ ſibi ab aliquo obuenerunt, vt quæ in aliqua regione habeat, ex Trebelliano non tranſire actiones; tamen contrà reſponſum eſt in militis teſtamento. Nam ſicuti conceſſum eſt militibus, circa inſtitutionem ſeparare ſpecies bonorū; ita & ſi per fideicommiſſum ab inſtitutis hæredibus id fecerit, admittetur ſenatuſconſultum Trebellianum.

i l.Recuſare. §.meminiſſe. ibid.

XCVI. i Meminiſſe oportebit de hærede inſtituto Senatum loqui: ideóque tractatum apud Iulianum, an in inteſtato locum habeat. Et eſt veriùs, eóque iure vtimur, vt hoc ſenatuſconſultum ad inteſtatos quoque pertineat, ſiue legitimi, ſiue honorarij

ſint ſucceſſores, ſed & ad filium qui in poteſtate patris eſt, vt à Prætore compellantur miſcere ſe hæreditati: quod ſi fecerint, tranſtuliſſe videbuntur actiones.

k l.ille à quo. §.1.ibid.

XCVII. [k] Si de teſtamento alicuius quæratur, hęres non debet audiri ſi ſuſpectam ſibi hęreditatem dicat. Nam etſi maximè dicatur vel ius teſtandi non habuiſſe eum qui teſtatus eſt, vel de viribus teſtamẽti, vel de ſua conditione dubitetur; nõ erit audiẽdus. Quid ergo, ſi de viribus fideicõmiſſi tractetur? hęc quęſtio prætermittenda non erit. Sed ſi fideicommiſſarius dicat [Adeat priùs] & ſic de hoc quæratur. Credo interdum audiendum fideicommiſſarium, ſi cognitio prolixiorem tractatum habeat. Finge enim verba fideicommiſſi de longinquo petenda; & iuſtam deliberationem de quantitate fideicommiſſi incidere: Dicendum erit, compellendum eum adire, ne priùs hæres decedens fideicommiſſarium decipiat.

l l.omnes.ibi.

XCVIII. [l] Omnes qui de hęreditate deliberant, deſiderante eo qui ſuo periculo velit adiri hæreditatem, coguntur adire; ſed non ſtatim reſtituere: ſed vt completo tempore deliberationis, ſi expedire ſibi compererint hęreditatem, ſentiant commodum teſtamenti eo iure quo ſi ſponte adiiſſent: ſin verò oneroſam crediderint; reſtituta ea, exonerentur oneribus hęreditariis.

m l.ſi legatus. ibid.

XCIX. [m] Si legatus ſuſpectam dicat hęreditatem; legationis tempore compellendus eſt accipere iudicium: quia hic non multùm officio occupatur: & licèt ſe deliberare dicat, an adeat; cogendus eſt adire, non vt ſtatim reſtituat: ſed vt reuerſus domum, ſi putauerit ſibi expedire, commodo Falcidię vel teſtamẽti vtatur: vel ſi non putauerit, reſtituat totam hęreditatem ne onera patiatur.

n l.ſed & qui magna.

C. [n] Sed & qui magna prędıtus eſt dignitate, vel authoritate; harenarij, vel eius mulieris quę corpore quęſtum fecerit, hęreditatem reſtituere cogetur.

o l.cogi. §.ſi pater.ibid.

CI. [o] Si pater, filio, quem in poteſtate habet, rogetur reſtituere hęreditatem, an filius patrem ſuum, ſi ſuſpectam dicat hæreditatem, cogere poſſit? Et non eſt dubium, patrem à filio per Prętorem cogi poſſe. Sed & ſi id fideicommiſſum ad caſtrenſe peculium ſpectaturum eſt, & filiusfamiliâs aliquod munus militię ſuſtinebat, aliíve officio prærat, multò magis dicendum erit, poſſe eum poſtulare, vt pater ſuus cogatur adire & reſtituere hęreditatem, quamuis contra obſequium patri debitum videtur id eſſe deſideraturus.

p l.ille à quo. §.ſi quis filiuſf. fa.ibid.

q l.Nam quod ad ius.ibid.

CII. [p] Si quis filiusfamiliâs magiſtratũm gerat, patrem ſuum, in cuius eſt poteſtate, cogere poterit ſuſpectam dicentem hæreditatem adire, & reſtituere. [q] Nam quod ad ius publicum attinet non ſequimur ius poteſtatis.

r l.quamuis. §.vlt.& l.ſeq.ibid.

CIII. [r] Nihil intereſt cui noſtro nomine reſtituatur hæreditas, paterfamiliâs ſit, an is qui in aliena poteſtate eſt; mulier an maſculus.

ſ l.omnis. §.qui rogatus. ibid.

CIV. [ſ] Qui rogatus eſt emancipato filio reſtituere hæreditatem, cogi debet adire & reſtituere, quamuis filius contra ta-

A bulas bonorum poſſeſſionem accipere poſſit.

t l.Recuſare. §.Titius.ibid.

CV. [t] Titius hæres inſtitutus, Sempronio ſubſtituto rogatus eſt ipſi Sempronio hæreditatem reſtituere; inſtitutus ſuſpectam dicebat hæreditatem: Quæritur an cogendus eſt adire & reſtituere hæreditatem. Et deliberari poteſt. Sed verius eſt, cogendum eum: quia intereſſe Sempronij poteſt ex inſtitutio-

B ne magis quàm ſubſtitutione hæreditatem habere, legatis onerata ſubſtitutione. Nam etſi legitimus hæres fuerit is cui fideicommiſſaria hæreditas relicta eſt, idem dicetur.

u l.Apud Iulianum. §.idem Iulianus. ibid.

CVI. [u] Iulianus ait; ſi duo fuerint inſtituti cum filio eius impubere, & iidem ſubſtituti filio, ſufficere ei qui fideicommiſſum in ſecundis tabulis accepit, vnum ex hæredibus inſtitutis cogere adire hæreditatem; hoc enim facto, confirmatíſque patris tabulis, poterunt

C ex ſubſtitutione cogi ambo adire, & reſtituere.

x l.1. §.ſed & quoties ibi.

CVII. [x] Quoties quis rogatus duobus reſtituere hæreditatem, alteri purè, alteri in diem; & ſuſpectam dicit; alteri purè, alteri in diem vniuerſam hæreditatem reſtitui Senatus cenſuit. Cùm autem extiterit conditio, ſi velit alius fideicommiſſarius partem ſuam ſuſcipere; tranſire ad eum ipſo iure actiones.

z l.Cogi. §.ſi quis hæres. ibi.

CVIII. [z] Si quis hæres inſtitutus rogatus

D fuerit hæreditatem non totam, ſed partem reſtituere: vel ſi duobus reſtituere ſit rogatus, & alter ex his ſibi velit reſtitui hæreditatem, alter recuſet; Senatus cenſuit vtroque caſu exonerari eam qui ſuſpectam hæreditatem dicit: totámque hæreditatem tranſire ad eum qui adire cogit.

a d.l. § ſed & ſi quis.

CIX. [a] Sed & ſi quis, non hæreditatis ſuæ partem dimidiam rogauit hæredem ſuum reſtituere, ſed purè hæreditatem Seiæ, quæ ad

E eam peruenerat, vel partem totam, vel partẽ eius; hæréſque inſtitutus ſuſpectã dicat; cùm placeat illud quod Papinianus ait; ex Trebelliano tranſire actiones; dici poterit, ſi ſuſpecta dicatur hæreditas, cogendum hęredem inſtitutum adire & reſtituere hæreditatem, totámque hæreditatem ad eum cui reſtituitur, pertinere.

b d.l. §.cùm quidam.

CX. [b] Cùm quidam duos hæredes inſtituerit, & ab his petierit, ſiue vterque, ſiue alter

F hæres eſſet, vt hæreditas ſua ex parte dimidia reſtitueretur poſt quinquennium; & ſcripti ſibi ſuſpectam hæreditatem dicant; fideicommiſſarius autem deſideret ſuo periculo adiri hęreditatem; cenſuit Senatus ambos hęredes, alterúmve eorum cogi adire hæreditatem, & fideicommiſſario eam reſtituere, ita vt fideicommiſſario, & aduerſus eum actiones competant, quaſi ex Trebelliano reſtituta hæreditate.

c l.ſi qui puri. §.1.ibid.

G CXII. [c] Si ſub conditione hæres inſtitutus, rogatúſque hęreditatem reſtituere, non vult conditioni parere, & adire, & reſtituere: vel ſi conditio in dando ſit, offerente fideicõmiſſario, recuſante autem hęrede factum adimplere; licentia dabitur fideicommiſſario ſecundùm imitationem dationis factum imple-

re:& tunc neceſſitas imponitur hæredi adire hæreditatem. Ceteræ conditiones quæ non ſunt in poteſtate hæredis, ad officiom Prætoris non pertinent.

d l. facta. §. ſi ſub conditione. ibi.

CXII. [d]Si ſub conditione heres inſtitutus ſit, qui ſuſpectam ſibi hæreditatem eſſe dicit, ſi neque difficultatem, neque turpitudinem vllam habet conditio, nec impedimentum aliquod, iubendus eſt parête conditioni, & adire, & ita reſtituere. Si verò turpis, aut difficilis ſit conditio, apertè iniquum eſt cogi eum explere alterius gratiâ. Sed & remitti eam ab initio, viſum eſt. Plus enim tribui à Prætore ei qui fideicommiſſum petit, quàm teſtator voluit, abſurdum eſt. Vtique autem teſtator, niſi expleta ſit conditio, neque ſcriptum hæredem ad hæreditatem vocauit, neque per hunc illi voluit reſtitui hæreditatem.

e d. l. § ſi dãda.

CXIII. [e] Si dandæ pecuniæ conditio adſcripta eſt hæredi, debet ei offerre pecuniam is qui petit fideicommiſſum, vt hæreditatem, impleta conditione, poſſit adire, & reſtituere. Quòd ſi conditio adſcripta eſt, & ea eſt quam Prætor remittit, ſufficit edictum, vt Iulianus ait: & hactenus iubendus eſt à Prætore iis actionibus vti, aut petere bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas, vt ita nactus actiones, tunc reſtituta hæreditate transferat eas ex ſenatuſconſulto.

f d. l. § ſi verò.

CXIV. [f] Si verò nominis ferendi conditio eſt, quam Prætor exigit, rectè quidem facturus videtur, ſi eam expleuerit. Nihil enim mali eſt, honeſti hominis nomen adſumere.

g quale eſt nomen.

[g] Nec enim in famoſis & turpibus nominibus hanc conditionem exigit Prætor. Sed tamen ſi recuſet nomen ferre, remittenda eſt conditio, vt Iulianus ait: & permittendæ vtiles actiones, aut bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas danda eſt, vt nactus actiones, transferat eas ex ſenatuſconſulto.

h l. Seruo. §. 1. D. h. t.

CXV. [h] Si teſtator rogaſſet hæredem vt reſtituat hæreditatem mulieri, ſi non nupſiſſet; dicendum erit compellendum hæredem, etiãſi ſuſpectã dicat, hæreditatẽ adire, & reſtituere eam mulieri, etiamſi nupſiſſet. Idem in cæteris quoque conditionibus Iulianus probat, quæ ſimiliter niſi fine vitæ expleri non poſſent. Secundùm quam ſententiam, cautione præſtita his, quorum intereſt, ab his, quibus teſtiu ſub iiſdem conditionibus hæres rogatus eſſet, reſtituet hæreditatem.

** l. ſi eius pupilli. §. 1. ibid.*

CXVI. *Si neceſſarij hæredes, quemadmodum filiusfamilias, ſub conditione quauis leuiſſima hæredes ſint inſtituti, cui parere ſolitum eſt, dicendum eſt cogi reſtituere hæreditatem deſiderantibus his quibus reſtituere rogati ſunt; quia etiam neceſſarij hæredes fideicommiſſæ hæreditatis gratiâ conditioni parere erunt compellendi.

i l. ſi poſtulãte. §. etiam eo tempore. ibi.

CXVII. [i] Etiam eo tempore, quo creditorum fraudandorum conſilium inieris, citra periculum interdicti fraudatorij hæreditatem ſuſpectam adibis: & reſtitues mihi: quia & remoto fideicommiſſo liberum tibi fuerat adire hæreditatem, & creditores meos tali commodo fraudare: & ego nihil turpiter faciam recipiendo eam hæreditatem, quam, remota poſtulatione mea, creditores compellere te vt adires non potuerunt. Sed & ſi filius ſuus, hæres patri, rogatus ſit à patre hęreditatem mihi reſtituere, cùm ſuorum creditorum fraudandorum cõſilium iniſſet, tanquam ſuſpectam, ex decreto Prætoris mihi reſtituerit, mihi vix fraudatorio interdicto locus erit: quia bonis patris eius venditis, nihil proprium creditores eius ex ea hæreditate ferre potuerint: niſi fortè proprij creditores filij audiri debeant; ſi poſtulent, vt dimiſſis bonis patris, eius bona ſibi vendere permittatur.

k l. ſi hæres. ibid.

CXVIII. [k] Si hæres, ab eo, qui cùm moreretur ſoluendo non fuit, rogatus eſt hæreditatem reſtituere, & ſuſpectam ſibi dicit, dubium non eſt quin hodie coactus ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituere poſſit. Sed & ſi ſua ſponte adierit, ex eodem ſenatuſconſulto reſtituturus eſt, quamuis ſumma pecunię, aut certum corpus per fideicommiſſum ab eo qui ſoluendo non fuit, datum eſt, perinde non debeatur, atque ſi legatum eſſet. Eo enim caſu legatarij hęredis vice fungi eum cui fideicommiſſum relictum eſt, neceſſe eſt.

l l. Apud Iulianum. ibid.

CXIX. [l]Apud Iulianum relatum eſt, ſi legatum fuerit relictum hęredi inſtituto, ſi hęres non erit; & ob hoc ſuſpectam dicat hęreditatem, ne perdat legatum, offerri ei oportere quantitatem legati à fideicommiſſario, deinde cogendum: nec illud admittit Iulianus, vt quaſi hęreditatem non adiiſſet, ſic legatum à cohęrede petat, ſed magis arbitratur à fideicommiſſario id præſtandum. Sed & ſi quid aliud ſua intereſſe dicat, non cogetur adire, niſi ei damnum vel lucrum ſarciatur, vel à Prætore onus remittatur quod recuſat.

m l. Cogi §. inde quæri tur. ibid.

CXX. [m]Quęritur, ſi quis hęreditatem rogatus ſit reſtituere, deducto ęre alieno, vel deductis legatis, an cogi poſſit adire & reſtituere hæreditatem, quia vi ipſa magis, quod ſupereſt ex hæreditate, quàm ipſam hæreditatem reſtituere ſit rogatus. Et ſunt qui putent, inutilem eſſe hanc deductionem: nec enim poſſe exinde deduci quantitatem, non magis quàm ſi fundum quis deducto ęre alieno, vel deductis legatis reſtituere ſit rogatus. Neque enim recipit fundos ęris alieni, vel legati minutionẽ. Sed Iulianus exiſtimat locum eſſe, ne dupliciter fideicommiſſarius oneretur, cùm hæres ęs alienum vel legatum deducit, & cùm conuenitur à creditoribus & legatariis: reſtituta ſibi ex Trebelliano hæreditate, ait eam deductionem non debere eum pati ab hærede: aut cauere debere illi hęredem, defenſum iri eum aduerſus legatarios, cæteróſque.

m l. ſi eius pupilli. § 1. ibid.

CXXI. [m] Si quis rogatus reſtituere hæreditatem, deceſſit antequam eam reſtituat, hęres eius poterit hæreditatem reſtituere; &

e 4

Trebelliano

A Trebelliano ſenatoſconſulto tranſibunt actiones Sed ſi duo ei hæredes extitiſſent, vti quiſque reſtituiſſet, pro ea parte tranſituras actiones. Nam & ſi ipſe partem reſtituiſſet, pro ea patte intetim tranſituras, vetius eſt. Sed & ſi plures hæredes extiterunt ei; qoi rogatus eſt reſtituere hæreditatem, ſi quidem intetim reſtituerint; vel ei coi reſtitui debuit, plores hæredes extiterint; vt coi reſtituta erit, pro ea parte ex hoc ſenatuſconſulto habebit B actiones.

n l. ſermo. §. cum prætor. ibid.

CXXII. n Cùm Pratot cognita cauſa, per errorem, vel etiam ambitioſè iuberet hæreditatem reſtitui; etiam publicè intereſt reſtitui propter rerum iudicatarum authoritatem.

o l. recuſare ibid.

CXXIII. o Recuſare non tantùm præſentes, ſed etiam abſentes, vel per epiſtolam poſſunt. Nam etiam aduerſus abſentes poſtulatur decretum, C ſiue certa ſit eorum voluntas qui recuſant adire, ſiue incerta; adeò præſentia non eſt neceſſaria.

p d. l. §. vlt.

CXXIV. p Si quis alio loco reſtituere hæreditatem iuſſus ſit, & eam ſuſpectam dicat, Iulianus ſcribit cogendum eum eſſe, ſimilémque eſſe ei qui in diem rogatus eſt reſtituere.

q l. ſed ſciendum. ibid.

CXXV. q Sed ſciendum eſt, impendiorum quoque quæ ad iter explicandum neceſſaria eſſent, rationem haberi debere. Nam ſi ita inſtitutus eſſet [Si Titio decem dediſſet] non aliter D cogeretur, quàm ſi ei pecunia offeratur. Sed & ſalutis & dignitatis ratio habenda erit. Quid enim ſi morbo adplicitus, Alexandriæ iuſſus fuit adire, vel veſpilionis nomen teſtatoris ferre? r De ætate quoque & iure, id eſt an liceat ei eò ire nécne, æſtimabitur.

r l. De ætate. ibid.

ſ l. ſed & ſi alio. ibid.

CXXVI. ſ Sed & ſi in alio loco ioſſus eſt adire, & reipublicę cauſa abſit, ęquè cogendum adire hæreditatem, & reſtituere Iulianus ait, vbi abeſt. Planè ſi quis petierit ad deli- E berandum tempus, & impetrauerit: deinde poſt tempus deliberationis adierit, & reſtituerit hęteditatem, non videtur coactus hoc feciſſe. Nec enim ſuſpectam coactus adiit, ſed ſponte, poſt deliberationem. Quòd ſi ſuſpectam dicit, profiteri debet non ſibi expedire adire hęteditatem; neqoe hoc dici expedit, non eſſe ſoluendo: ſed profiteri eum oportet quòd noo putat ſibi expedire hęreditatem F adire.

* l. vtrum quod. ibid.

CXXVII. * Sed & qui repudiauit hæreditatem, cogetur adire, & reſtituere ipſam ſi iuſtæ cauſæ allegentur. Planè ſi bona vænierint, non opottere Prætorem, ne quidem pupillum reſtituere, niſi ex cauſa.

* l. ſi patroni. §. cui Titiana. ibid.

CXXVIII. * Cui Titiana hæreditas ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituta eſt, Mæuianam hæreditatem quam Titius defunctus ex Trebelliano Sempronio reſtituere debuit, & ipſe reſtituere poterit, ſicut alius quilibet G ſucceſſor.

Appendix ad d. primam partem d. cap. quarti.

Quibus modis ſuccurratur fideicommiſſario ſi hæres reſtituere hæreditatem rogatus ſit abſens, vel defunctus ſine hærede, vel in poteſtate patris: vel quemadmodum creditoribus ſuccurratur, ſi fideicommiſſarius ipſe abſit.

Iuſtinianus Imperator.

t l. Sancimus. §. vlt. C. h. t.

B CXXIX. t Cvm aliquis hæreditatem reſtituere iuſſus eſt, & dolo malo, vel poſt litem conteſtatam, vel antea ſeſe contumaciter celauerit: vel ſi ſuppoſitus fiduciatiæ reſtitutioni, antequam teſtitueret hæreditatem ab hac luce ſubtractus eſt, nollo hærede vel ſucceſſore exiſtente, vel fideicommiſſarius, cui reſtituta eſt ex Trebelliano hæreditas, alij per fideicommiſſum teſtituere iuſſus fuent res hæreditarias, quem- C admodum actionum translatio celebretur, in tribus iſtis caſibus apud veteres dubitabatur; & Domitius Vlpianus conſtituendum eſſe ſuper his putauit: Sancimus igitur vt ſiue per contumaciam abfuerit is cui reſtitutio impoſita eſt, ſiue morte præuetus fuerit, nullo relictoſucceſſore, ſin: à primio fideicommiſſatio in ſecundum tranſlatio celebrari iuſſa eſt, ipſo iure vtiles actiones transferantur.

u l. Omnibus. §. ſi pater. D. h. t.

D CXXX. u Si patet filium quem in poteſtate habebat, hæredem ſcripſerit, & ab eo petierit, vt hæreditatem Sempronio reſtitueret, iſque ſuſpectam eam ſibi eſſe dicet, poterit ex Trebelliano ſenatuſconſulto bæteditas reſtitui. Quare & ſi non inmiſcuerit ſe hæreditati, nihilominus actiones quæ ei & in eum competebant, ad Sempronium transferentur.

x l. cum hæreditas. ibid.

CXXXI. x Cùm hæreditas ex Trebelliano E ſenatuſconſulto reſtituitur, ſi res vrgeat, & metus ſit ne pet abſentiam fortè fideicommiſſarij dies actionis exeat, hæres iodicium ſuſcipere cogitur: ſimilique modo, filio de poſſeſſione contra tabulas deliberante, ſcriptus hæres à cteditoribus hæteditatis conuenitur.

* l. Cogi. §. hi qui ſolidũ. ibid.

CXXXII. * Hi qui ſolidum capere non poſſunt, hætedes inſtituti, & rogati reſtitoere ſolidum, adire hæreditatem & reſtituere F cogentur, cùm nihil ſit oneris apud eos remanſurum.

Secunda pars dicti capitis quarti.

Quando hæres fiduciarius non cogatur adire hæreditatem, & reſtituere.

z l. ita tamen. § patre. ibid.

G CXXXIII. z A Patre hæres ſcriptus, & exhæredato filio ſubſtitutus, ſi rogatus fuerit hæreditatem quæ ad eum ex ſubſtitutione prouenerit, Titio reſtituere, cogendus non eſt, viuo pupillo, patris hæreditatem adire: primùm quia fideicõmiſſum ſub cõditione datum eſt: deinde quia

non probè de hęreditate viuentis pueri aget: mortuo autem pupillo, compelli debet hęreditatem patris adire. Quod ſi duo hęredes à patre inſtituti fuerint, & vtriuſque fideicommiſſum ſit, vt exhęredati filij hęreditatem reſtituant, ſatis erit vel vnum cogi adire. Hoc enim facto, etiam is qui patris hęreditatem non adit, filij hęreditatem adire & reſtituere cogetur.

a d. l. §. quo-ties.

CXXXIV. [a] Quoties filius emancipatus honorum poſſeſſionem contra tabulas accepit, nulla ratio eſt compellendi hæredis ad reſtituendam hęreditatem. Et ſicut neque legata, neque fideicommiſſa cętera pręſtare cogitur: ita ne ad reſtitutionem quidem hęreditatis compelli debet. Marcellus; Planè compellendus eſt adire. ſi iam filius bonorum poſſeſſionem accepit; ne intercidat fideicommiſſum mortuo hærede inſtituto, & omiſſa à filio honorum poſſeſſione.

b l. ille à quo. §. vlt. ibid.

CXXXV. [b] Non omnis ſuſpectam hęreditatem repudiatione amiſſam cogi poteſt adire, ſed is ad quem actiones tranſire poſſunt. Nec enim ęquū eſt ad hoc quenquá compelli adire hęreditatem, vt emolumentum quidem hæreditatis refundat; ipſe verò oneribus hęreditariis obſtrictus relinquatur. Quare ſi fideicommiſſum pecuniarium alicui fuerit relictum, ceſſat compulſio, tametſi indemnitatis cautio offeratur. Proinde qui hæreditatem rogatur reſtituere, is demùm compellitur reſtituere.

c l. cogi. §. & generaliter. ibid.

CXXXVI. [c] Generaliter poteſt dici, ita demùm quem non poſſe cogi adire & reſtituere hęreditatem, ſi de re certa vel quantitate rogatus fuerit. Cæterùm ſi de vniuerſitate ſenſiſſe teſtatorem appareat, nulla quęſtio eſt, quin ſiue ſuſpectam dicat, cogi poſſit; ſiue ſpontè adiit, ex Trebelliano tranſeant actiones.

CAP. V.

Quæ perſonæ reſtituere hæreditatem debeant: & quibus fieri reſtitutio debeat.

Iuſtinianus Imperator.

d l. ſancimus. C. h. t.

CXXXVII. [d] SAncimus licentiam eſſe, etiam ſoli tutori rectè fieri fideicommiſſi nomine vniuerſitatis reſtitutionem, quod pupillo relictum eſt, & ſine onere fideiuſſionis; vbi tamen pupillus fari non poſſit, vel abeſſe noſcitur: ne dum nimia ſubtilitate vtimur circa res puillares, ipſa ſubtilitas ad perniciem eorum reuertatur. Idémque iuris eſſe oportet & ſi furioſo fideicommiſſaria debeatur hæreditas, vt reſtitutio curatori eius ſoli, nomine ſcilicet furioſi celebretur. Quis enim ſenſus, quę vox certa furioſo eſſe intelligitur? cùm in vtroque caſu reſtituentes pleniſſimam conſequantur ex noſtra lege ſecuritatem? hoc etiam obſeruandum & ſi ipſi puilli vel furioſi reſtitutione grauati ſunt.

d l. ſed ſi. §. vtrum autem. l. qui ita. §. 1. ibid.

A CXXXVIII. [d] Vtrum autem præſenti, an etiam abſenti reſtitui poſsit, procuratore adeunte Prætorem, videndum eſt. Ego puto cogi poſſe hęredem inſtitutum adire, atque adeo reſtituere abſenti. nec vereri hęredem oportere, ne fortè in damno moretur, cùm ei per Prætorem ſuccurri poſſit, ſiue cautum ei fiat, ſiue non, etſi priùs deceſſerit fideicommiſſarius quàm ei reſtituatur hęreditas. Exem-B plum enim huius rei capi poteſt ex reſcripto Pij Imperatoris.

CAP. VI.

Quãdo quarta pars hæreditatis deduci, ſeu retineri ab hærede rogato eam reſtituere, & quatenus poſſit, vel nõ, aut ſoluta ea repeti.

e Vde ſemb. in hunc t. Com. §. ſed quia. Inſtit. h. t.

C CXXXIX. [e] CVm ſtipulationes vſitatæ olim inter hæredem & fideicommiſſarium diſplicerent, vis omnis ſenatuſconſulti Pegaſiani in ſenatuſconſultum Trebellianum tranſlata eſt, ſic vt ex eo quartam retinere liceat, [f] actionibus nihilominus pro rata portione tam hæredi quàm fideicommiſſario, & in eos competẽtibus. [g] Quod in actionibus creditorum duntaxat verum eſt Nam ſi hæres nihil vltra quartam habeat, & D fideicommiſſarij portio legatis ſufficiat, præſtare is ſolus ea cogetur; & hæres quartam ſine onere habebit, ſicut plerique putant, [h] niſi teſtator aliud voluerit. Si enim legata hærede quarta ſoluere teneretur, quartam non retineret fideicommiſſarius, & fraus fieret ſenatuſconſulto; ac rurſum in antiquum ſtatum res rediret; & vltimæ voluntates interciderent.

f Vde ſemb. in d. §.

g d. § ſed quia. & §. ſi quis. d. t.

h l. 1. §. ſi is qui quadringẽta & §. vlt. l. ibid. l. vlt. C. eo. t.

i idem Vde ſemb. Comm. in hunc t.

CXL. [i] Sed & illud ſenatuſconſulto in-E eſt, vt ſi hæres nolit adire, poſſit eum, officio iudicis implorato, fideicommiſſarius cogere ad adeundam & reſtituendam hæreditatem. [k] Quo caſu hæres quartam detrahere nequit, [l] ſed eius loco fideicommiſſarius, aliâs non detracturus. [m] Sed planè loco hæredis hoc caſu eſt, omnéſque actiones in eum trãſeunt: [n] ita vt hæres adire coactus, omninò & habeat exceptionem, ſi conueniatur; & repellatur exceptione, ſi actiones hæreditarias ex-F erceat.

k l. ille à quo tempeſtiuũ. l. Nam quod. l. Imperator. D. h. t.

l l. nam quod.

m d. l. 1. §. inde Neratius. l. ex aſſe. l. facta. §. ſi cùm ſuſpecta. ibid.

n l. quamuis ibid.

o d. l. 1. §. quando.

p l. quia poterat. D. h. t.

CXLI. [p] Quia poterat fieri vt hæres inſtitutus nolit adire hæreditatem, veritus ne damno afficeretur, proſpectum eſt vt ſi fideicommiſſarius diceret ſuo periculo ſe adire, & reſtitui ſibi velle; cogatur hæres inſtitutus à Prætore adire & reſtituere hęreditatem. Quod ſi fuerit factum, tranſeunt actiones ex Trebelliano, nec quartæ commodo hæres in reſtitutione vtetur. Nam cùm alieno periculo ad-G ierit hæreditatem, meritò omni commodo arcebitur. Nec intereſt ſoluendo ſit hæreditas, an non ſit. Opinio enim vel metus, vel color eius qui noluit adire hæreditatem inſpicitur, non ſubſtantia hæreditatis: nec immeritò. Non enim præſcribi hæredi inſtituto debet cur metuat hæreditatem adire, vel cur nolit:

cùm variæ ſint hominum voluntates, quorundam negotia timentium; aliorum æris alieni cumulum timentium, tametſi locuples videatur hæreditas: cæterorum offenſas vel inuidiam etiam timentiũ; nonnullorũ etiam gratificari volentium his quibus hæreditas relicta eſt, ſine onere tamen ſuo.

CXLII. [q] Vt Trebelliano locus eſſet, non ſufficit de hæreditate rogatum eſſe, ſed quaſi hæredem rogari oportet. Denique ſi quæ portio hęreditatis fuerit legata (legari enim poſſe partem hæreditatis placet) rogatúſque fuerit hanc partem reſtituere, dubio procul non fiet reſtitutio ex ſenatuſconſulto; ideóq; nec quarta retinebitur.

q l. heres §. vlt. ibid.

CXLIII. [r] Si perceptis quibuſdam rebus hęres rogatus ſit reſtituere hęreditatem: & coactus eam adierit, quęſtionis eſt, an tenebitur. Reſpondi, eum qui iuſſu Prętoris adiit hęreditatem, omni commodo prohiberi debere. Sed ſi eidem legatum eſſet, & ſuſpectam ſibi hęreditatem dicat, non aliter cogendus eſt adire, quàm vt legata quę ſub conditione [Si hęres non eſſet] reſtituatur, non quidem à cohęredibus, ne onerentur; ſed ab eo cui reſtituta fuerit hęreditas. Nam ſicut explendę fidei gratia cogendus eſt adire hęreditatem, ita & ob id ipſum damno affici non debet.

r l. ſi præcepta, ibid.

CXLIV. [ſ] Cùm rogatus fuerit quis, vt ſi ſine liberis decederet, quod tunc de hęreditate ſupereſt, reſtituat; vel aliis fideicommiſſi verbis grauatus, quartam inſtitutionis fideicommiſſario reſtituere cogitur: ſuper hoc igitur & cautionem, niſi à defuncto remiſſa ſit, exponet. Quòd ſi contingat eam diminui; aut ex ipſius ſubſtantia ſuppletur, aut ea deficiente in rem actione & hypothecaria vti fideicommiſſario permittitur aduerſus rerum acceptores. Ex cauſa tamen dotis, ſeu propter nuptias donationis, ſeu captiuorum redemptionis, vel ſi non habeat vnde faciat expenſas, huius quartæ permittitur diminutio.

ſ Auth. Contrà, cùm rogatus. C. h. t.

Iuſtinianus Imperator.

CXLV. [t] Quidam teſtamento condito iuſſit omnem hæreditatem quam ei dereliquit, alij reſtituere; cui ſpeciale etiam fideicommiſſum adſcripſit; Quærebatur; à quo conſequi debeat ſpecialis fideicommiſſarius id quod ei derelictum eſt, vtrúmne ab hærede poſt reſtitutionem hæreditatis accipiat, an vnà cum aliis rebus oporteat & hoc generali fideicommiſſo aggregari, vt ipſe ſpeciali fideicommiſſario hoc tradat, ſiue in rebus, ſiue in pecuniis fideicommiſſum relictum ſit. Sancimus itaque totam quidem ſubſtantiam ſecundùm ſenatuſconſulti Trebelliani auctoritatem ex ſpeciali fideicommiſſario dependere.

t Quidam d. t. u Auth. Sed & in re. ibid. x glo. in §. ſed quia ſtipulationes in verb. liceat inſt. Inſtit. h. t. Lud. Roman. Conſ. 206. Alex. Conſ. 29. Imola in l. Marcellus. D. h. t. & Conſ. 36. & 67. lib. 1. & Conſ. 5. lib. 3. & Conſ. 101. Iaſ. in d. l. Marcellus Bertran. Conſ. 36. lib. 4. Ang. in d. §. ſed quia ſtipulationes. Barbatius Cõſ. 10. Cotta in verb. Trebellianica. Paris Conſ. 16 Iulius Clarus tract. de teſta. quæſt. 61.

CXLVI. [u] Sed & in ea re ceſſat Falcidia, quæ ita relatà eſt, ne alienetur, ſed permaneat apud ſucceſſores eius cui relicta eſt.

CXLVII. [x] Teſtator prohibere hæredem fiduciarium poteſt, ne quartam detrahat.

CXLVIII. [z] Ac tametſi id expreſſum non fuerit à teſtatore, tamen id ab eo quandoque intellectum videbitur: Veluti ſi ita dixerit [volo & iubeo hæredem totam vel integram hæreditatem reſtituere.]

CXLIX. [a] Et hæc quidem locum habent etiam in liberis, non quidem primi gradus, ſed vlterioris, hæredibus inſtitutis.

CL. [b] Teſtator liberos primi gradus inſtitutos hæredes, & reſtituere aliis hęreditatem rogatos, niſi ipſius teſtatoris nepotibus prohibere non poteſt ne quartam ex ſenatuſconſulto Trebelliano deducant, etiam detracta eorum legitima portione.

z Bald. Conſ. 63. Alex. Conſ. 5. lib. 3. Curtius Iunior Conſ. 16. Ripa in l. cum filiof. D. de lega. 1. & in l. 1. §. quoties. D. h. t. quia in teſtamentis mens & voluntas præcipue dominantur Iulius Clarus d. quæſt. 61.

a Iulius Clarus d. quæſt.

b Iulius Clarus ibid. Bald. in l. iubemus. C. h. t. quam opinionem communiter approbatam refert Iaſ. Conſ. 19. lib. 4. & Conſ. 100. v. ſi & Cõſ. 104 Socin. Iunior Conſ. 131. Guido Papa Deci. 50. & Conſ. 140. c Idem in c. Raymutius & c. Raynaldus. de teſta.

TIT. III.

De ſubſtitutionibus.

Hic titulus ſeptem capitibus continetur: quorum primum eſt, Quæ & qualis ſit ſubſtitutio: déque eius forma. Secundum, De vulgari ſubſtitutione. Tertium, De pupillari ſubſtitutione. Quartum, Quando in vnum caſum vel duos, ſcilicet vulgarem & pupillarem caſum, vel in vtrumque facta ſubſtitutio intelligatur. Secunda pars dicti capitis, Quando in vnum tantùm caſum ſubſtitutio facta intelligatur. Tertia pars dicti capitis quarti, Interpretationes quarundam ſubſtitutionum pupillarium. Quintum caput, De ſubſtitutione quaſi pupillari, ſeu Iuſtinianæa (quam exemplarem vocant.) Sextum, De ſubſtitutione militari, & ea quam compendioſam vocant. Septimum, Communia quædam de ſubſtitutionibus.

CAP. I.

Quid ſit ſubſtitutio, & quæ eius forma.

I. [a] HÆredes aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti; inſtituti primo gradu; ſubſtituti ſecundo, vel tertio.

II. [b] Hæredis inſtitutio aut duplex eſt, aut ſimplex. Simplex, veluti [Lucius Titius hęres eſto. Si mihi Lucius Titius hæres non erit, tũc Caius Seius hæres eſto] Duplex, veluti [filius mihi hæres eſto: ſi hæres non erit, & intra pubertatem deceſſerit, tunc Caius Seius hæres eſto.]

a l. 1. D. de vulgari & pupillari ſubſtitutione. b d l.

III. [c] Simplex inſtitutio, ſeu potius ſubſtitutio, eſt vulgaris vel pupillaris tantùm. Duplex, vulgaris & pupillaris coniuncta.

IV. * Subſtitutio eſt ſubſidiaria inſtitutio, id eſt in ſubſidium parata. Duo enim ſunt quę ſubſtitutioni locum faciunt; periculum deficientis hæredis, & præmatura mors filij impuberis; cui pater in ſubſidium ętatis imperfectæ poteſt hęredem inſtituere [d] iure nouo moribus introducto. [e] Quæ duo, modò cauſæ, modò caſus ſubſtitutionum appellantur. In priorem autem caſum facta ſubſtitutio vulgaris dicitur, quòd vulgaris & omnibus teſtantibus obuia ſit, vt pote quibus omnibus imminet periculum, [f] ne irritum fiat teſta-

*c Nic. Vigelius h. t. * Gabr. Gaſtius antecessor Aurelianus tract. de impuberum & aliis ſubſtitutionib. d l. 2. D. d. t. de vulg. & pup. ſubſt. e l. cum filio. §. filio. d. t. l. Precibus C. de impuberum & aliis ſubſtitut. f l. 1 D. de in. rupt. & irr. teſta.*

mentum ſcripto hęrede non adeunte hęrediditatem. In ſecundum caſum facta ſubſtitutio pupillaris dicitur, quia in pupillorum fauorem introducta eſt.

g Vieſembecius Comm in l. de vulg. & pup. ſubſt. ex vnareno.
h §. 1. Inſt. d. 1. i l. humanitatis. C. de impub. & al. ſubſt.

V. g Quatuor ponuotur vulgò ſubſritutionum ſpecies, Vulgaris, Pupillaris, Quaſi pupillatis, ſeu Iuſtiniana; & Militaris. h Nam reciproca quæ dicitur, quin eadem ſit cum vulgari, dubium non eſt. Duę tamen priores proprię ſunt ſubſtitutionum ſpecies, quę directò & verbis ciuilibus fiunt. Tertia conſtitutionibus. Principũ contra ſubtilitatẽ iuris, & humanitatis intuitu introducta eſt. Quarta ad ius militare duntaxat pertinet.

CAP. II.

De vulgari ſubſtitutione.

k Gabr. Gaſtius d tract. de imp. & aliis ſubſt. in l. 3. C. d. t.

VI. k SVbſtitutio vulgaris, eſt ſubſtitutio in periculũ deficientis hęredis ſpecialiter facta: Velut [Titius hęres eſto: Si Titius hęres non erit, Séptonius hęres eſto] Séptonij inſtitutio, ſubſtitutio eſt, quę vulgaris dicitur, quia in caſum vulgarẽ ſpecialiter eſt concepta, in qua differt à reciproca, pupillari & cęteris, quæ etſi in caſum vulgarẽ factæ intelligantur, id tamẽ ſpecialiter non fit. Sic intelligimus à varia ſubſrituendi forma plures huiuſmodi ſubſtitutionũ ſpecies cõſtitui.

l Idem Gabr. Gaſtius, eo ſuprāſcripto.

VII. l Ex his conſequens eſt nullam eſſe vulgarem ſubſtitutionem tacitam: quamuis qui aliter ſubſtituerit, veluti per reciprocam aut pupillarem ſubſtitutionem, etiam in caſum vulgarem intelligatur ſubſtituiſſe. Sed aliud eſt caſus ſubſtitutionis, aliud ipſa ſubſtitutio: ſiquidem caſus ſubſtitutionum alij ſunt expreſſi, alij taciti: ſubſtitutiones autem ſemper expreſſæ ſunt; veluti, pupillaris ſubſtitutio caſum pupillarem expreſſum, & vulgarem tacitum continet; ſed pupillaris dicitur à caſu expreſſo. Sic vulgaris ſubſtitutio facta impuberi, vulgarem caſum expreſſum & tacitum pupillarem continet; ſed vulgaris dicitur à caſu expreſſo. m Et cum ſubſtitutio (quam compendioſam appellant) diſcernitur à pupillari, pupillaris appellatur in ſecũdum caſum expreſſa.

m l. Precibus. C. de imp. & al. ſubſt.

n l. Poteſt quis D. de vulg. & pupil. ſubſt.

VIII. n Poteſt quis in teſtamento plures gradus hæredum facere: vt puta [Si ille hæres non erit, ille eſto,] & deinceps plures.

o §. & plures. Inst. de vulg. ſubſt.

IX. o Et plures in vnius locum, vel vnus in plurium, vel ſinguli in ſingulorum: vel inuicem ipſi qui hæredes inſtituti ſunt: vel ſingulis liberis, vel ei qui eorum nouiſſimus morietur, hæres ſubſtitui poteſt. Singulis, ſi neminem eorum inteſtatò decedere velit: nouiſſimo, ſi ius legitimatum hæreditatum inter eos cuſtodiri velit.

p l. 5. C. de imp. & al. ſubſt. & Gab. Gaſtius in eam l.

X. p Hæc conditio ſubſtitutionis [Si hæres non erit] non aliâs defeciſſe videtur, quàm ſi inſtitutus ex teſtamento hæres ſit: vnde Alexander Imperator Achillæ ita reſcripſit, Hæres inſtituta matris teſtamento, ſi ſucceſſionem ex teſtamento omiſiſti, & ab inteſtato bonorum poſſeſſionis ius habere voluiſti, ſubſtituto locum quin feceris, in dubium non venit. Proinde ſi ſubſtitutus hæreditatem am-

A plexus eſt, actionibus quæ aduerſus matrem competebant; ipſam conuenire, non ſucceſſionem ab inteſtato potes vindicare.

q l. vlt. §. Titius. D. de vulg. & pup. ſubſt.

XI. q In pleriſque caſibus quæritur an quiſquam ſibi ipſi ſubſtitui poſſit? Et reſpondetur cauſa inſtitutionis mutata, ſubſtitui poſſe. igitur ſi Titius hæres ſcriptus ſit; & ſi hæres non ſit, idem hæres eſſe iuſſus ſit, ſubſtitutio nullius momenti erit. Sed ſi ſub conditione

B quis hæres ſcriptus ſit; purè autem ſubſtitutus; cauſa immutatur: quoniam poteſt ex cõditione deficere conditio, & ſubſtitutio aliquid adferre. Sed ſi extiterit conditio, duę purę ſunt; & ideo nullius momenti erit ſubſtitutio. Contrà, ſi purè quis inſtituatur, deinde ſub conditione ſibi ſubſtituatur, nihil faciet conditio conditionalis, nec mutata cauſa eſſe intelligetur, quippe cùm ſi

C extiterit conditio, duę purę ſint inſtitutiones.

r l. 71. D. de hær. inſt.

XII. r Sub conditione hærede inſtituto, ſi ei ſubſtituamus, niſi eandẽ conditionem repetamus, purè eum hæredem ſubſtituere intelligemur.

ſ §. vlt. Inſtit. de pup. ſubſt.

XIII. ſ Extraneo vel filio puberi hæredi inſtituto ita ſubſtituere nemo poteſt, vt ſi hæres extiterit, & intra aliquod tempus deceſſerit, alius ei ſit hæres. Sed hoc ſolùm permiſſum eſt, vt eum per fideicommiſſum te-

D ſtator obliget alij hęreditatem eius vel totam, vel pro parte reſtituere.

Iuſtinianus Imperator.

t l. vlt. C. de impub. & al. ſubſt.

XIIII. t Cùm quidam prægnantem habens coniugem, ſcripſit hæredem ipſam quidem ſuam vxorem ex parte, matrem verò ex alia parte; & adiecit: Si non poſthumus natus fue-

E rit, alium hæredem eſſe; poſthumus autẽ natus impubes deceſſit: dubitabatur quid iuris ſit, tam Vlpiano, quàm Papiniano viris diſertiſſimis, voluntatis eſſe quæſtionem ſcribentibus: cùm opinabatur Papinianus ideò teſtatorẽ voluiſſe poſthumo nato & impubere defuncto, matrem magis ad eius venire ſucceſſionem, quàm ſubſtitutũ. Si enim & ſuę ſubſtantię partem vxori dereliquit, multò magis & luctuoſam hæreditatem ad matrem venire curauit. Nos itaq; in hac ſpecie Papiniani

F dubitationem reſecantes, ſubſtitutionẽ quidem in huiuſmodi caſu, vbi poſthumus natus adhuc impubes, viua matre, deceſſerit, reſpuendam eſſe cenſemus: tunc autem omninò ſubſtitutionem admittimus, cùm poſthumus minimè editus fuerit, vel poſt eius partum mater prior deceſſerit.

u l. Cùm in teſtamento. D. de hær. inſt.

XV. u Cùm in teſtamento ita ſcribitur [Si filius me viuo morietur, nepos ex eo poſt mortem meam natus hæres eſto] duo gradus

G hæredum ſunt. Ex quo apparet, ſi nepoti Titius ſubſtitutus fuerit & filius patri hæres extiterit, non poſſe Titium vnà cum filio hęredem eſſe; quia non in primum, ſed ſecundum gradum ſubſtituitur.

x l. quidam teſtamento. D. de vulg. & pup. ſubſt.

XVI. x Subſtitutione tertio gradu facta, ſi primi gradus hæres adhuc ſuperſit, cohę-

rede,

rede, eiúſq; ſubſtituto deficiente, tertio gradu ſubſtitutus, primi gradus hæredem non excludit: Vt puta, Quidam teſtamento Proculum ex parte quarta, & Quietum ex parte dimidia & quarta heredem inſtituit; deinde Quieto Florum, Proculo Soſiam ſubſtituit. Poſtea ſi neque Florus, neque Soſia hæredes eſſent, tertio gradu ex parte dimidia & quarta coloniam Leptitanurum; ex quarta complures hęredes ſubſtituit in plures quàm tres vncias. Quietus hęreditatem adiit; Proculus & Soſia viuo teſtatore deceſſerunt. Quæritur, an quadrans Proculo datus, ad ſubſtitutum tertio gradu pertineat. Iulianus reſpondit, eã videri voluntatem patrisfamiliâs fuiſſe, vt in tertio gradu ſcriptos hęredes ita demùm ſubſtitueret, ſi tota hęreditas vacaſset: idque apparere euidenter ex eo quòd plures quàm duodecim vncias inter eos diſtribuiſſet.

XVII. [a] Quo gradu hęres liberis ſubſtituatur, nihil intereſt.

XVIII. [a] Poſt aditam hæreditatem directæ ſubſtitutiones non impuberibus filiis factæ expirare ſolent.

XIX. [b] Si filius, & ex eo nepos poſthumus ita hæredes inſtituãtur, vt Gallo Aquilio placuit, & nepoti ſi hæres non erit, Titius ſubſtituatur, filio hærede exiſtente, Titium omnimodo, id eſt etiamſi nepos natus non fuerit, excludi Africanus reſpondit.

XX. [c] Si quis filiumfamiliâs hæredem inſtituerit, & ita ſcripſerit [Si mihi Titius iſte filiusfamiliàs hæres non erit, Sempronius hæres eſto] filio adeunte iuſſu patris, ſubſtitutus excluditur.

z l. quo gradu. & l. poteſt d. t. a l. poſt adit. ã. C. de imp. & al. ſubſt. l. 19. §. ſed ſi ſec. D. de cond. & dem. b l. in ſubſtitutione. § ſi filius. D. de vul. & pup. ſub. c l. ſi quis ſi liumfa. d. t.

CAP. III.

De pupillari ſubſtitutione.

Prima pars.

Cuiuſmodi ſit pupillaris ſubſtitutio, quo modo fiat: déque interpretatione eius.

XXI.* Pupillaris ſubſtitutio ſic definiri poteſt, Vt ſit expreſſa in ſecundùm caſum ſubſtitutio: Vel ita; Specialiter in ſubſidium pupillaris ætatis facta ſubſtitutio: Veluti [Filius meus hæres eſto: Si filius meus intra pubertatem deceſſerit, ei Titius hæres eſto.]

* Gabriel Gaſtius hoc tract. in l. ſi teſtamento. C. de impub. & aliis ſubſt. l. precibus. d. t.

XXII. [d] Moribus introductum eſt, vt paterfamiliâs liberis impuberibus teſtamentũ facere poſſit, donec maſculi ad quatuordecim annos perueniant; fœminæ ad duodecim. Quod ſic erit accipiendum, ſi in patris ſint poteſtate; cæterùm emancipatis, nequaquam: Planè poſthumis poteſt: nepotibus etiam, & deinceps ſi qui non recaſuri ſunt in patris poteſtatem. Sed ſi eos pater præcedat, ita demùm ſubſtitui eis poteſt, ſi hæredes inſtituti ſint, vel exhæredati: ita enim per legem Velleam ſuccedendo non rumpunt teſtamentum. Nam ſi principale teſtamentum ruptum ſit; & pupillaris euanuit.

d l. 2. D. de vulg. & pup. ſubſt.

A XXIII. * In pupillari ſubſtitutione ſecundùm præfatum modum ordinata, duo quodammodo ſunt teſtamenta; alterum patris, alterum filij, tanquam ſi ipſe filius ſibi hæredem inſtituiſſet. aut certè vnum teſtamentum eſt duarum cauſarum, id eſt duarum hæreditatum.

* § igitur. Inſtit. de pup. ſubſt.

XXIV. *Sin autem quis ita formidnloſus ſit, vt timeat ne filius ſuus pupillus adhuc ex eo B quòd palàm ſubſtitutum acceperit poſt obitum eius periculo inſidiarum ſubiaceat, vulgarem quidem ſubſtitutionem palàm facere, & in primis teſtamenti partibus ordinare debet: illam autem ſubſtitutionem, per quam ſi hæres extiterit pupillus, & intra pubertatem deceſſerit, ſeparatim in inferioribus partibus ſcribere, eámque partem proprio lino, propriáque cera conſignare, & in priore parte teſtamenti cauere ne inferiores tabulę viuo filio & adhuc impubère aperiantur. C

* ſin autẽ. ibid.

XXV. *Illud palàm eſt, non ideo minus valere ſubſtitutionem impuberis, quòd in eiſdem tabulis ſcripta ſit, quibus ſibi quiſque hęredem inſtituiſſet, quamuis pupillo hoc periculoſum ſit.

* § illud. ibid.

XXVI. [c] Non ſolùm hæredibus inſtitutis impuberibus liberis ita ſubſtituere parentes poſſunt, vt ſi hæredes eis extiterint, & ante pubertatem deceſſerint, ſit eis hæres is quem D voluerint; ſed etiam exhęredatis. Itaque eo caſu ſi quid exhæredato pupillo ex hæreditatibus, legatiſve, aut donationibus propinquorum atque amicorum acquiſitum fuerit, id omne ad ſubſtitutum pertinet.

c §. non ſolùm. Inſt. de pupil. ſubſt.

XXVII. [d] Liberis ſuis impuberibus quos in poteſtate habet paterſamilias, non ſolùm ita, vt ſuprà diximus, in vulgari ſubſtitutione ſubſtituere poteſt; id eſt, vt ſi hæredes eis non E extiterint, alius ſit eis hæres; ſed eò amplius, vt ſi hæredes ei extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, ſit eis aliquis hæres: veluti ſi quis dicat hoc modo [Titius filius meus hæres mihi eſto: & ſi filius meus hæres mihi non erit; ſiue hæres erit, & priùs moriatur quàm in ſuam tutelam venerit, tunc Seius hæres eſto.] Quo caſu ſi quidem non extiterit hæres filius, tunc ſubſtitutus patri fit hæres. Si verò extiterit hæres filius, & ante pubertatem deceſſerit, ipſi filio fit hæres ſubſtitutus. Nam mo- F ribus inſtitutum eſt, vt cùm eius ætatis filij ſunt, in qua ſibi teſtamentum facere non poſſunt, parentes eis faciant.

* d. §. Inſt. de pupil. ſubſt.

XXVIII. [e] Si teſtamento facto, intra puberem ætatem, & in ſua poteſtate conſtitutæ filiæ directis verbis pater ſubſtituit, hæredem te factum ex teſtamento poſt euentum conditionis inteſtati, ſucceſſionem excluſiſſe conſtitit.

e l. 7. C. de imp. & aliis ſubſt.

XXIX. [f] Filium impuberem & Titium G hæredes inſtituit: filio, quiſquis ſibi hæres eſſet, ex ſupraſcriptis ſubſtituit. Titius omiſit hæreditatem, Męuius adiit: mortuo deinde filio putat Africanus magis ei ſoli ex ſubſtitutione deferri hęreditatem, qui patris quoque hęreditatem adierat.

f l. qui complures § 1. D. de vulg. & pup. ſubſt.

XXX. [g] Quęro, ſi ita facta propona-

g l. 41. §. item quæro. d. t.

A tur ſubſtitutio [Filius meus ſi intra decimum
annum deceſſerit, Titius hęres eſto: ſi intra
decimum quartum, Męuius] filiúſque octo
annotum deceſſerit, vtrùm Titius ſolus ex
ſubſtitutione ei hęres erit, an & Męuius;
quia certum eſt & inter quatuordecim an-
nos filium deceſſiſſe. Paulus reſpondit, Om-
ne quidem ſpatium quod eſt intra puberta-
tem, liberum eſſe patri ad ſubſtituendum fi-
B lio: ſed finis huius, pubertas eſt. Magis autem
eſt in vtroq; eorum tempus ſuum ſeparatim
ſeruari, niſi contraria voluntas teſtatoris a-
pertè oſtendatur.

h l.2. § ſi primus. D. de bo. poſſ. ſec. tab.

XXXI. [h] Si Primus quidem ita ſubſti-
tutus ſit, ſi intra decem deceſſerit: Secundus,
ſi poſt decem intra decimum quartum annũ;
ſi quidem intra decem deceſſerit Primus, ſo-
lus hęres erit, & accipiet bonorum poſſeſſio-
nem. Si verò poſt decem intra decimũ quar-
C tum. Secũdus ſolus hęres erit, & accipiet bo-
norum poſſeſſionem: nec ſibi iungentur; cùm
ad ſuam quiſque cauſam ſubſtitutus ſit.

i l.39. Cùm ex filio § vlt. D. de vulg. & pup. ſubſt.

XXXII. [i] Non videri cum vitio factam
ſubſtitutionem his verbis placuit, [Ille filius
meus, ſi (quod abominor) intra pubertatis an-
nos deceſserit, tunc in locum, partémve eius
Titius hæres eſto,] non magis quàm ſi poſt
demonſtratam conditionem ſibi hæredẽ eſse
ſubſtitutum iuſſiſset. Nam & qui certæ rei hę-
D res inſtituitur cohærede non dato, bonorum
omnium hæreditatem obtinet.

k l. qui liberis. d.

XXXIII. [k] Qui liberis impuberibus ſub-
ſtituit, aut purè, aut ſub cõditione ſubſtituit.
Purè ſic, [Si filius meus intra pubertatem de-
ceſſerit, Seius hæres eſto] ſiue enim Seius iſte
hæres ſubſtitutus ſit, & impuberi ſubſtitutus,
ſiue ſolùm ſubſtitutus, nullam habet condi-
tionem. Sub conditione autem inſtitutus, id
eſt. [Si mihi hæres non erit] non aliâs exiſtet
E hæres ex ſubſtitutione, niſi ex inſtitutione
hæres fuerit. Cui ſimilis eſt & hæc ſub-
ſtitutio [Quiſquis mihi ex ſuptaſcriptis hæ-
res erit] habet enim in ſe eandem condi-
tionem.

l l.41 Cohæredi § Iulius. ib.

XXXIIII. [l] Iulius Longinus pater eos
quos ſibi hæredes inſtituerat, filiis ita ſubſti-
tuit, [Quiſquis mihi hæres erit] vnus ex hæ-
redibus inſtitutis, qui tacitam fidem accom-
modauerat, vt non capienti partem, ex eo
F quod acceperat, daret, ad ſubſtitutionem im-
puberis admiſſus; vtrùm pro ea parte pro
qua ſcriptus eſt, veniat, an verò pro ea quam
cepit, ita vt augeatur eius pars ex ſubſtitu-
tione. Paulus reſpondit; Qui in fraudem
legum fidem accommodat, adeundo hæ-
res efficitur: nec deſinet hæres eſſe, licèt res
quæ ita relictæ ſunt, auferantur. Vnde
& ex ſecundis tabulis in tantum hæres
eſſe poteſt, in quantum ſcriptus eſt. Sa-
G tis enim punitus eſt in eo quod fecit contra
leges.

m l. qui plures. ibid.

XXXV. [m] Qui plures liberos habet,
poteſt quibuſdam ſubſtituere: neque vtique
neceſſe habet omnibus, ſicut poteſt nulli ſub-
ſtituere.

n § vel ſingulis. Inſt. de vulg. ſubſt.

XXXVI. [n] Vel ſingulis liberis, vel ei
A qui eorũ nouiſſimus impubes morietur, ſub-
ſtitui poteſt. Singulis quidem, ſi neminem
eorum inteſtatum decedere voluerit: nouiſſi-
mo, ſi ius legitimarum hæreditatum inte-
grum cuſtodiri velit.

o l.1. § prius autem. D. de vulg. & pupil. ſubſt.

p l. ſubſtitutio. d.t.

XXXVII. [o] Et poſthumum ſuum filio im-
puberi poteſt quis ſubſtituere: [p] & ſubſtitui
liberis is etiam poteſt, qui poſt mortem eius
natus fuerit, cũ ſubſtitutus hæres fuerit.

q § ſubſtituitur. Inſt. de pup. ſubſt.

B XXXVIII. [q] Subſtituitur impuberi aut
nominatim, veluti [Titius] aut generaliter, vt
[Quiſquis mihi hæres erit] Quibus verbis
vocantur ex ſubſtitutione, impubere mortuo
filio, illi qui & ſcripti ſunt hęredes; & exti-
terunt, & pro qua parte extiterunt.

r l. Cohæredi. § 1. D. de vulg. & pup. ſubſt.

XXXIX. [r] Filio impuberi in ſingulas cau-
ſas alium & alium hęredem ſubſtituere poſ-
ſumus: Veluti, vt alius, ſi ſibi nullus alius fi-
lius fuerit; & alius, ſi filius fuerit, & impubes
C mortuus ſit, hæres ſit.

ſ d.l. qui plures. in prin.

XL. [ſ] Et ad breue tempus ætatis ſubſtitue-
re pater impuberi filio poteſt, vt puta [Si fi-
lius meus intra annum decimum deceſſerit,
Titius hæres eſto.] Itaq; & ſi diuerſos ſubſti-
tuat poſt finem ætatis; admittendum erit: Ve-
luti [Si intra annum decimum filius meus de-
ceſſerit, Titius ei hæres eſto: ſi poſt decimum,
intra decimum quartum, Męuius hæres eſto.]

t l. ſi ita quis. ibid.

XLI. [t] Si ita quis ſubſtituerit [Si filius
D meus intra decimum annum deceſſerit, Seius
hæres eſto] deinde hic intra quartumdeci-
mum annum poſt decimum deceſſerit; magis
eſt vt non poſſit bonorum poſſeſſionem ſub-
ſtitutus petere. Non enim videtur in hunc
caſum ſubſtitutus.

u l. ex duobus. ibid.

XLII [u] Ex duobus impuberibus ei qui ſu-
premus moreretur hæredem teſtator ſubſti-
tuit: Si ſimul morerentur, vtrique hæredem
eſſe Africanus reſpondit: quia ſupremus, non
E is demùm qui poſt aliquem, ſed etiam poſt
quem nemo ſit, intelligitur. Sicut & è contra-
rio, proximus non tantùm is ante quem ne-
mo ſit, intelligitur.

x l. qui ex liberis D. de bo. poſſ. ſec. tab.

XLIII. [x] [Qui ex liberis meis impubes ſu-
premus morietur, ei Titius hæres eſto] Am-
bobus peregrè defunctis, ſi ſubſtitutus igno-
ret vter nouiſſimus deceſſerit, admittenda eſt
Iuliani ſententia, qui propter incertum con-
ditionis, etiam prioris poſſe peti bonorum
F poſſeſſionem reſpondit.

z d.l. ex duobus. § vlt.

XLIV. [z] Etiamſi contra tabulas patris bo-
norum poſſeſſio petita ſit, ſubſtitutio tamen
pupillaris valet: & legata omnibus præſtan-
da ſunt quæ à ſubſtituto data ſunt.

a l. cùm ex filio. D. de vulg. & pupil. ſubſt.

XLV. [a] Cùm ex filio quis duos nepotes
impuberes haberet, ſed alterũ eorum in ſua
poteſtate, alterum non: & vellet vtrunque ex
æquis partibus hæredem habere; & ſi quis
ex his impubes deceſſiſſet, ad alterum par-
G tem eius transferre; ex conſilio Labeonis, Of-
filij, Caſcellij, Trebatij eum quem in poteſta-
te habebat ſolum hæredem fecit: & ab eo al-
teri dimidiam partem hęreditatis, cùm in
ſuam tutelam veniſſet, legauit. Quòd ſi is qui
in poteſtate ſua eſſet impubes deceſſiſſet, al-
terum hæredem ei ſubſtituit.

b l. 76. Scæuola D. ad Sena. Treb.

A XLVI. [b] Scæuola reſpondit; Si pater filium ſuum impuberem ex aſſe ſcripſerit hęredem, eique codicillis ſubſtituerit: deinde filius impubes deceſſerit, licèt ſubſtitutio inutilis ſit (quia codicillis hęreditas neque dari, neque adimi poteſt) tamen benigna interpretatione placet, vt mater quę ab inteſtato filio ſucceſſit, ſubſtitutis fideicommiſſo obligetur. Quòd ſi inuicem fuerint ſubſtituti; & in fideicommiſſi ſubſtitutionem valere: B vno quoque eorum mortuo, qui ſuperſunt, totum accipiunt.

c l. ſi pater impuberes ibid.

XLVII. [c] Si pater impuberes filios inuicem ſubſtituerit, & ei qui nouiſſimus mortuus fuerit, Titium; reſpondendum eſt, ſolos fratres bonorum poſſeſſionem accepturos, & quodã modo duos gradus huius inſtitutionis factos, vt primò fratres ſubſtituerentur; ſi illi non eſſēt hęredes, tunc Titius vocaretur. C

d l. 3. ibid.

XLVIII. [[d]Quiſquis mihi hęres erit, idem filio impuberi hęres eſto] placuit ad hãc ſubſtitutionem ſcriptos tantummodò admitti.

Secunda pars dicti capitis tertij.

Quando ſubſtitutio pupillaris ſit inutilis, vel euaneſcat, aut finiatur, aut pendeat.

e l. 2. §. 1. ibid.

D XLIX. [e] QVisquis impuberi teſtamentum facit, ſibi quoq; debet facere: cęterùm ſoli filio non poterit, niſi ſit miles: adeò autem, niſi ſibi quoque fecerit, non valet, vt, niſi adita quoque patris hæreditas ſit, pupillare teſtamentum euaneſcat. Planè ſi omiſſa cauſa principalis teſtamenti ab inteſtato poſſideatur hæreditas, dicendum eſt & pupillo ſubſtitutum ſeruandum.

f d. l. § priùs autem.

E L. [f] Priùs autem ſibi quis debet hæredem ſcribere, deinde filio, & non conuertere ordinem ſcripturæ: cæterùm ſi antè filio, deinde ſibi teſtamentum faciat, non valere. Quæ ſententia reſcripto Imperatoris noſtri (inquit Modeſtinus) ad Virium Lupum Britanniæ Præſidem comprobata eſt; & meritò. Conſtat enim vnum eſſe teſtamentum, licèt duæ ſint hæreditates: & poſthumum quis poteſt filio ſuo ſubſtituere.

g d. l. §. vlt.

F LI. [g] Sed ſi quis ita fuerit teſtatus [Si filius meus intra quattuordecimum annum deceſſerit; Seius hæres eſto] deinde [filius meus hęres eſto] valet ſubſtitutio, licèt conuerſa ſcripturâ filij teſtamentum fecerit. Sed & ſi ita ſcripſerit [Si filius mihi hæres non erit, Seius hæres eſto] ſecundo quidem gradu Seius ſcriptus eſt hæres; & ſi filius hæres non extiterit, proculdubio Seius ei hæres erit: ſed & ſi extiterit filius hæres, & intra pubertatem de- G functus eſt, Seius admittendus rectè videtur, vt non ordo ſcripturæ, ſed ordo ſucceſſionis ſpectetur. Quod igitur dictum eſt, ſingulis liberis ſubſtituere licere; ideò adiectum eſt, vt declaretur non eſſe à filij teſtamento incipiendum.

h §. liberis Inſtit. de pupil. ſubſt.

A LII. [h] Liberis ſuis teſtamentum nemo facere poteſt, niſi & ſibi faciat. Nam pupillare teſtamentum pars & ſequela eſt paterni teſtamenti: adeò vt ſi patris teſtamentum non valeat; nec filij valeat.

i l. ſi quis cum § 1. D. de vulg. & pup. ſubſt.

LIII. [i] Si ſuo teſtamento perfecto, alia rurſus hora pater filio teſtamentum fecerit, adhibitis legitimis teſtibus; nihilominus id valebit: & etiam patris teſtamentum ratum B manebit. Nam & ſi ſibi & filio teſtamentum pater feciſſet, deinde ſibi tantùm, vtrumque rumperet: Sed ſi ſecundum teſtamentum ita fecerit pater, vt ſibi hæredem inſtituat, ſi viuo ſe filius decedat, poteſt dici non rumpi ſuperius teſtamentum, quia ſecundum non valet, in quo filius præteritus ſit.

k l. Patris ibi. l. vt bonorum D. de bo. poſſ. ſecund. tab.

LIV. [k] Patris & filij teſtamentum pro vno habetur, etiam in iure prætorio. Nam vt Mar- C cellus ſcribit, ſufficit tabulas patris eſſe ſignatas, etſi reſignatæ ſint filij: & ſeptem ſigna in patris teſtamento ſufficiunt. Sed & ſi pater ſibi per ſcripturam, filio per nuncupationem, vel contrà fecerit; teſtamentum valebit.

l l. ſi ita. § vlt. D. d. t. de bo. poſſ. ſec. tab.

LV. [l] Quidam teſtamentum in tabulis ſibi fecit; filio autem impuberi per nuncupationem ſubſtituit. Iulianus reſpondit, ſententiam Prætoris in danda bonorum poſſeſſione eam eſſe, vt ſeparatim patris, ſeparatim filij D hæredes æſtimari debeant. Nam quemadmodum ſcripto hærede filio ſeparatim ab hæredibus patris, ita poteſt videri ſeparatim à ſcriptis patris hæredibus bonorum poſſeſſio dari.

m l. ex pupillari teſtamento. D. de vulg. & pupil. ſubſt.

LVI. [m] Ex pupillari teſtamento, ſuperius principale neque ex parte, neque in totum confirmari poſſe. Martianus ſcripſit.

n l. 2. §. interdum ibid.

LVII. [n] Interdum etiam pupillaris teſta- E menti causâ compellendus hæres inſtitutus adire hæreditatem, vt ex ſecundis tabulis teſtamentum conualeſcat; vt puta, ſi iam pupillus deceſſit. Cæterùm ſi adhuc viuat, improbum eſſe Iulianus exiſtimat eum, qui ſollicitus ſit de viui hæreditate.

o d. §. interdũ

LVIII. [o] Si minor viginti quinque annis adeundæ hæreditatis causâ fuerit reſtitutus, puto proficere ſecundis tabulis, vt Prætor vtiles actiones decernat ſubſtituto.

p l. qui plures. §. vlt. ibid.

LIX. [p] Si à patre inſtitutus, roga- F túſque hęreditatem reſtituere, coactus ex fideicommiſſo adierit; quamuis cætera quę in teſtamento relicta ſunt, per eam reſtitutionem confirmentur, vt legata; ſecundas tamen tabulas non oportere reſuſcitari deſtituto in iure ciuili teſtamento, Scæuola dicebat: ſed plerique in diuerſa ſunt opinione; quia & pupillares tabulæ pars ſunt prioris teſtamenti; quo iure vtimur.

q l. is qui contra. ibid.

G LX. [q] Is qui contra tabulas teſtamenti patris bonorum poſſeſſionem petierit, ſi fratri impuberi ſubſtitutus ſit, repellitur à ſubſtitutione.

r l. ſed ſi plures. § 1. ibid.

LXI. [r] Filio impuberi ex aſſe inſtituto ſubſtitutus quis eſt: exſtitit patri filius

hæres; an poſſit ſubſtitutus ſeparare hæreditates, vt filij habeat, patris non habeat, quæſitum eſt. Non poteſt: ſed aut vtriuſque debet hæreditatem habere, aut neutrins. Idémque eſt, & ſi pater me hæredem ſcripſerit ex parte, filium ex parte, & ego patris hæreditatem repudiauero: nam neque filij hæreditatem habere poſſum.

LXII. [f] Si filius, qui patri ac poſtea fratri ex ſecundis tabulis hæres extitit, hæreditatem patris recuſet, fraternam autem retinere malit, audiri debet. Iuſtiùs enim Prętorem facturum exiſtimo, ſi fratri ſeparationem bonorum conceſſerit. Etenim ius diceoti propoſitum éſt, liberos oóeribus hæreditariis noo ſponte ſuſceptis liberare; non inuitos ab hæreditate remouere. Itaqne legara duntaxat ex ſecundis tabulis præſtari debẽt, habita ratione facultatum in Falcidia, non patris, vt aliâs ſolet, ſed impuberis.

f l. ſi filius qui patri ibid.

LXIII. [t] Si quidem non extiterit hæres filius, tunc ſubſtitutos patri ſit hæres: Si verò extiterit hæres filius, & ante pubertatem deceſſerit, ipſi filio fit hæres ſubſtitutus.

t Inſt. de pupil. ſubſt. in princ.

LXIV. [u] Si pater filium impuberem hæredem ſcripſerit, & ei ſubſtituerit eum qui ſibi poſt mortem natus fuerit: deinde viuo patre poſthumus natus erit, teſtameotũ rumpetur. Poſt mortem autem fratris, viuo patre, natus ſolus hæres patri ſuo exiſtet.

u l. ſi pater filium. ibid.

LXV. [x] Si ex aſſe hæres ſcriptus, filio exhęredato ſubſtitutus repudiauerit patris hæreditatem, cùm non haberet ſuhſtitutum, nõ poterit filij adire. Nec enim valet filij teſtamentum, niſi patris fuerit adita hæreditas. Nec ſufficit ad ſecundarum tabularum vim ſic eſſe factum teſtamentum, vt ex eo adiri hæreditas poſſit.

x l. Sed ſi plures §. ſi ex aſſe. ibid.

LXVI. [z] Ad ſubſutitos pupillares pertinent, ſi quæ poſtea pupillis obuenerint. Neq; eoim ſuis honis teſrator ſuhſtituit, ſed impuberis; cùm & exhęredato ſubſtituere quis poſſit: niſi mihi proponas militem eſſe, qui ſubſtituit hæredem hac mente, vt ea ſola velit ad ſubſtitutum pertinere, quæ à ſe ad ſubſtitutum peruenerunt.

z d. l. §. ad ſubſtitutos.

LXVII. [a] Cum quidam duobus impuberibus filiis ſuis hęredibus ioſtitutis adiecit, [Si vterque impubes deceſſerit, illum ſibi eſſe hæredem] dubitabatur apud antiquos legũ authores, vtrúmne tunc voluerit ſubſtitutum admitti tantummodò, cùm vterq; filius eius in prima ætate deceſſerit: an vtroq; decedente, illico ſubſtitutũ in eius partem ſuccedere. Et placuit Sabino ſubſtitutiooem tũc locum habere, cùm vterque deceſſerit. Cogitaſſe enim patrem, primo decedente, fratrem ſuum in eius portione ſuccedere. Nos eiuſdem Sabini veriorem ſententiam exiſtimantes, non aliter ſubſtitutionem admittendam eſſe ceoſemus, oiſi vterque eorum in prima ætate deceſſerit.

a l. cum quidã. C. de imp. & aliis ſubſt.

LXVIII. [b] Hæc verba [Quiſquis mihi hæres erit, idem impuberi filio hęres eſto] hũc habent ſenſum, vt ei oon omnis qui patri hęres extiterit, ſed qui ex teſtamẽto hęres extiterit, ſubſtitutus videatur. Et ideo pater qui per filium hęres exſtitit, ad ſubſtitutionem oon admittetur: neque hæredis hæres, quia non ex iudicio veniunt.

b l. qui liberis. §. 1. ibid.

LXIX. [c] Cùm pater impuheri filiæ, quæ nouiſſima diem ſuum obiiſſet, tabulas ſecundas feciſſet, & impubes filia ſuperſtite ſorore vita deceſſiſſet, irritam eſſe factam ſubſtitutiooem placuit in perſona quidem prioris, qoia non nouiſſima deceſſit: in alterius verò, quia puberem ætatem compleuit.

c l. cohæredi §. cum pater.

LXX. [d] Maſculo vſque ad quatuordecim annos ſubſtitui poteſt, fœminæ vſque ad duodecim aonos; & ſi boc tempus exceſſerint, ſubſtitutio euaneſcit.

d §. maſculo. Inſt. de pupil. ſubſt.

LXXI. [e] In pupillari ſubſtitutione, licèt longius tempus comprehenſum ſit, tamen finietur ſubſtitutio pubertate.

e l. in pupillari. D. de vulg. & pupil. ſubſt.

LXXII. [f] Cùm filiæ, vel nepoti qui locum filij tenuit, aut poſt teſtamentum cœpit tenere, parẽs ſubſtituit; ſi quis ex his mortis qooque tempore non fuit in familia, ſubſtitutio pupillaris fit irrita. Quòd ſi hæredem filium pater rogauerit, ſi impubes diem ſuum obierit, Titio hæreditatem ſuam reſtituere, legitimum hæredem filij, ſalua Falcidia, cogendum patris hæreditatem, vt ab impobere fideicommiſſo poſt mortem eius dato, reſtituere placuit. Quæ ita locum habebunt, ſi patris teſtamentum iure valuit. Alioqui ſi non valuit ea ſcriptura, quam teſtamentum eſſe voluit, codicillos non faciet, niſi hoc expreſſum eſt: nec fideicommiſſo propriæ facultates filij tenebuntur. Et ideo ſi pater filium exhætedauerit, & ei nihil reliquerit, nullum fideicommiſſum erit. Alioqui ſi legata, vel fideicommiſſa filius acceperit, intra modum eorum fideicommiſſum hæreditatis filio datum, citra Falcidiæ rationem debebitur.

f d. l. Cohæredi. §. cum filia.

LXXIII. [g] Tametſi pater exhæredato filio ſuhſtituere poſſit, præterito tamen nõ poteſt.

LXXIV. [h] Si impubes emaocipetur à patre, ſubſtitutio pupillariter ei facta, fit irrita.

LXXV. [i] Verbis ciuilibus ſubſtitutionem poſt quartumdecimum annum ætatis fruſtra fieri, conſtitit. Sed qui non admittitur vt ſubſtitutus; vt adiectus hæres quandoque nõ erit: ne quid fiat contra voluntatem, ſi filius interim non habeat totum quod ei teſtameoto pater dedit.

g Petrus Gregorius Syntag. tract. de ſubſt. c. 22. d. 2. §. & ded. l. ex pupillari. D. de vulg. & pup. ſubſt.

h Gabriel Gastius in tract. de ſubſt. in l. hæreditatem. C. de imp. d. l. Cohæredi. §. cum filia. D. d. l. de vulg. & pup. ſubſt.

i l. Verbis. D. de vulg. & pup. ſubſt.

CAP. IIII.

Quando in vnum caſum, vel duos, ſcilicet vulgarem, vel pupillarem, vel in vtrumque facta ſubſtitutio intelligatur.

Prima pars.

Quando in vtrumque caſum ſubſtitutio facta intelligatur.

LXXVI. [k] Vulgaris ſubſtitutio facta impuberi, vulgarem caſum, expreſ-

k Gabriel Gastius in l. 9. C. de imp. & aliis ſubſt.

ſum,

ſum, & tacitũ pupillarem continet, ſed vulgaris dicitur à caſu expreſſa.

LXXVII. [l] Iam hoc iure vtimur ex Marci & Veri conſtitutione, vt cùm pater impuberi filio in alterum caſum ſubſtituit, in vtrũque caſum ſubſtituiſſe intelligatur, ſiue filius hæres non extiterit, ſiue extiterit, & impubes deceſſerit. Quod ius ad tertium quoque genus ſubſtitutionis tractum eſſe videtur. Nam ſi pater duos filios impuberes hæredes inſtituerit, eóſque inuicem ſubſtituerit, in vtrumque caſum reciprocam ſubſtitutionem factam videri Pius Imperator conſtituit.

l *l. 4. in prin. D. de vulg. & pup. ſubſt.*

LXXVIII. [m] Si duobus impuberibus inſtitutis, pater eos inuicem ſubſtituerit, non ſolùm in vnum caſum, videlicet vulgarem, [n] qui expreſſus intelligitur per hæc verba [Vos inuicem ſubſtituo :], ſed etiam in vtrunque inuicem ſubſtituti cenſentur.

m *Gabr. Gaſtius in l. 2. C. de Imp. & alijs ſubſt.*
n *Inſtit. de vulg. ſubſt.*

LXXIX. [o] Si puberem & duos impuberes filios teſtator inuicem ſubſtituerit; hîc imparitatem eſſe interpretes crediderunt. Quod ego non ſatis totum crediderim: quoniam cùm extraneis impuberes ſubſtituuntur, etiam inter ſe ſubſtituti ſunt; vt nihil impedimento eſſe videatur, quin dicamus impuberes inuicem ſubſtitutos, cùm hoc poſtulet pupillorum, & ſubſtitutionis cauſa omniũ conſenſu fauorabilis: nihilque repugnet ſubſtitutionis reciprocæ natura, quæ non impedit quominus coniuncti hęredes cum alijs inſtituti & inuicem ſubſtituti videantur primo loco, & ſeparatim, & inter ſe ſubſtituti [p] propter præſumptam teſtantis voluntatem. Adhæc ſi tanta ſit pręſumptio fraternitatis, vt debeat videri pater ius legitimarum hæreditatum conſeruaſſe; quare non ſimili fauore conſeruamus ſubſtitutionem factam fratribus imparibus per quam excluderetur mater? Cui cùm hoc ſolùm reſponderi poſſit, quòd ſubſtitutio reciproca non patitur; proculdubio & hîc reſpondebimus, [q] ſubſtitutionem reciprocam factam duobus impuberibus in vtrumque caſum valere.

o *Gabr. Gaſtius in l. 2. C. de impub. & alijs ſubſt.*
p *l. Cohæredi. §. quæ diſcretas. D. de vulg. & pupil. ſubſt.*
q *l. 4. d. t.*

Secunda pars dicti capitis quarti.

Quando in vnum tantùm caſum ſubſtitutio facta intelligatur.

LXXX. [r] SI teſtator filium impuberẽ, & extraneum hæredes inſtituit, eóſque inuicem ſubſtituit, in pupillarem tantùm caſum ſubſtituiſſe intelligitur. De quo Seuerus & Antoninus Imperatores Frontinæ ita reſcripſerunt: Hæreditatem quidem defuncti inteſtati filij delatam tibi, dubitari non oportet. Subſtitutio enim teſtamento patris facta [ſ] ad pubertatis tempora porrigi nõ poteſt: quia ipſo, & alijs non eiuſdem conditionis hæredibus inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis propter eorum perſonam, quibus in vnum duntaxat caſum ſubſtitui poteſt, etiam in filio idem debere ſeruari, & ratio ſuadet, & Marcus pater conſtituit.

r *l. 2. C. de imp. & alijs ſubſt.*
ſ *Id eſt, in eũ caſum quo ſolet concipi intra tempora pubertatis. Gab. Gaſtius in hanc l.*

LXXXI. [t] Quamuis placuerit, ſubſtitutionem impuberi, qui in poteſtate teſtatoris fuerit, à parente factam ita [Si hæres non erit] porrigi ad eum caſum, quo poſteaquàm hæres extitit, impubes deceſſit, ſi modò non contrariam defuncti voluntatem extitiſſe probetur, cùm tamen proponas ita ſubſtitutionem factam eſſe [Si mihi Firmianus filius, B & Ælia vxor mea (quod abominor) hæredes non erunt, in locum eorum Publius Firmianus hæres eſto] manifeſtum eſt in eum caſum factam ſubſtitutionem, quo vtrique hæredum ſubſtitui potuit.

t *l. 4. C. d. t. de Imp. & al. ſubſt.*

LXXXII. [u] Si alter pubes, alter impubes hoc communi verbo [Eóſque inuicem ſubſtituo] fuerint ſubſtituti, in vulgarem tan- C tummodò caſum videri ſubſtitutionem Seuerus & Antoninus conſtituerunt. Incongruum enim videbatur vt in altero duplex eſſet ſubſtitutio; in altero ſola vulgaris. Hoc itaque caſu ſingulos ſeparatim ſubſtituere pater debebit, vt ſi pubes hæres non extiterit, impubes ei ſubſtituatur: ſin autem impubes hęres extiterit, & intra pubertatem deceſſerit; pubes frater in portionem cohęredis ſubſtituatur. Quo caſu in vtrumque euentum ſubſti- D tutus videbitur: ne, ſi vulgari modo impuberi quoque ſubſtituatur, voluntatis quęſtionem relinquat, vtrùm de vna vulgari tantummodò ſubſtitutione in vtriuſqoe perſona ſenſiſſe intelligatur. Ita enim in altero vtraque ſubſtitutio intelligitur, ſi voluntas parentis non refragetur: vel certè, euitandæ quęſtionis gratiâ, ſpecialiter in vtrumque caſum impuberi ſubſtituat fratrem, ſiue hęres non erit, ſiue hęres erit, & intra annos pubertatis de- E ceſſerit.

u *l. 4. §. ſed ſi alter. D. de vulg. & pup. ſubſt.*

LXXXIII. [x] Titius legitimum filium, & alterum naturalem hæredes inſtituit, eóſque inuicem ſubſtituit. Titius legitimus filius, quem pater anniculum reliquit, poſt patris mortem impubes deceſſit, ſuperſtite matre & fratre naturali, quem etiam cohæredem habebat. Quęro, an hęreditas eius ad Titium naturalem fratrem ex cauſa ſubſtitutionis pertineat, an verò ad matrem. Paulus re- F ſpondit; ad primum caſum non exiſtentium hęredum, ſubſtitutionem (de qua quęritur) pertinere; non ad ſequentẽ, ſi quis eorum poſtea deceſſiſſet intra pubertatem, cùm naturalis filij duplex ſubſtitutio locum habere non poſſit. Et ideò ad matrem legitimi filij hęreditas ab inteſtato pertinet: Aliter, ſi eiuſdem ætatis liberi inſtituti, inuicémque ſubſtituti fuiſſent. Tunc enim altero defuncto intra pubertatem, eius ſucceſſio non ad matrem, ſed ad ſubſtitutum fratrem deuoluitur.

x *l. Titius. d. tit.*

G

Tertia pars d. capitis quarti.

Quando in ſimplicem vel duplicem caſum ſubſtitutio facta intelligatur.

Diocletianus & Maximianus, Patronæ.

x l. precibus. C. de imp. & aliis ſubſt.

LXXXIV. [x] PRecibus tuis manifeſtiùs exprimere debueras, Maritus quondam tuus miles defunctus, quem teſtamento facto hæredem communem filium veſtrum inſtituiſſe proponis, & ſecundum hæredem ſcripſiſſe; vtrúmne in primum caſum filio ſuo, quem habuit in poteſtate mortis tempore, an, ſi intra quartumdecimum ſuę ętatis annum, aut poſtea deceſſerit, ſubſtituerit. Nam non eſt incerti iuris, quòd ſi quidem in patris militis poſitus poteſtate, primo tantùm caſu habuit ſubſtitutum, & patri hęres extitit; eo defuncto ad te omnimodo eius pertineat ſucceſſio. Si verò ſubſtitutio, & in ſecundum caſum vel expreſſa, vel compendio non vſque ad certam ætatem facta repeziatur; ſiquidem intra pubertatem deceſſit, eos habere debet hæredes quos pater ei conſtituit. Sin verò poſt pubertatem; tunc eius te obtinere ſucceſſionem veluti ex cauſa fideicommiſſi, & bona quæ, cùm moreretur, patris eius fuerunt, à te peti poterunt.

Tertia pars d. capitis quarti.

Interpretationes quarundam ſubſtitutionum pupillarium.

a Gabr. Gallius in l. 2. d. t. ex Cicerone libro 2. de Inuentione, & in Topicis.

LXXXV. [a] FVit controuerſia inter ſummos Iuriſconſultos Craſſum & Scęuolam, in cauſa hęredis ita inſtituti à Coponio [Si poſthumus mihi naſcatur, hęres eſto; Is ſi intra pubertatem deceſſerit, Curius in eius locum partémve hæres eſto] Poſthumus natus non eſt. Quærebatur an Curius admitti deberet. Scæuola negabat quòd in eum caſum non eſſet ſubſtitutus, ſi non naſceretur poſthumus, ſed ſi moreretur; quę conditio impleri non potuit non nato poſthumo; cùm niſi natus mori non poſſit; [b] & conditiones in ſua forma implendæ ſint. At contra dicebat Craſſus, [c] voluntatem defuncti in conditionibus primum locum obtinere: & qui voluerit Curium hæredem eſſe, ſi poſthumus natus moreretur, multò magis eum ad ſubſtitutionem vocaſſe, ſi poſthumus non naſceretur. Vicit Craſſus, Curiúſq; ad ſubſtitutionem vocatus eſt.

b l. Mæuius. D. de cond. & dem.
c l. in conditionibus. d. t.

d l. 5. ſi frater. C. de fideic.

LXXXVI. [d] Si frater tuus poſtea quàm patri hæres extitit, pubes iam ſine liberis deceſſit, ex pupillari ſubſtitutione tibi hæreditas eius delata non eſt. Sed ſi verbis fideicommiſſi aliqua parte teſtamenti confirmata eſt; fideicommiſſum ab hæredibus petere non prohiberis.

Iuſtinianus Imperator.

e l. vlt. C. de imp. & aliis ſubſt.

LXXXVII. [e] Si quis duobus hæredibus inſtitutis, filio ſuo impuberi eos vnà cum alio tertio ſubſtituerit, & verba teſtamenti ita compoſuerit, [Quiſquis mihi hæres erit, & Titius filio meo hæres eſto] ſecundùm quod apud Vlpianum inuenimus; mortuo impubere filio, quærebatur quomodo ad ſubſtitutionem vocentur tres ſubſtituti, vtrúmne duo priores, qui & patri hæredes fuerant ſcripti, in dimidium vocentur; tertius in reliquam dimidiam: an tres ſubſtituti, vnuſquiſque ex triente, ad ſubſtitutionem vocentur. Alia applicata dubitatione; ſi quis hæredem ita ſcripſerit [Titius vnà cum filiis ſuis, & Sempronius mihi hæredes ſunto.] Et in præſenti etiam ſpecie quærebatur ſecundùm Vlpianum voluntas teſtantis; vtrúmne Titium vnà cum filiis ſuis in dimidiam vocet, & Sempronium in aliam dimidiam, an omnes in virilem portionem. Nobis autem in prima quidem ſpecie videtur, tres ſubſtitutos, vnumquemque in trientem vocari: in ſecunda autem ſpecie, (cùm & naturâ pater & filius eadem eſſe perſona penè intelligantur) dimidiam quidem partem Titio cum filiis ſuis, alteram autem partem Sempronio adſignari.

f Gabr. Gallius in l. ſi teſtamento. d. t.
g l. ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe, & §. ſeq. D. de vulg. & pupil. ſubſt.
h l. 3. d. t.

LXXXVIII. [f] Per pupillarem ſubſtitutionem ſucceditur pupillo, non teſtatori. [g] Vnde pupilli teſtamentum dicitur: & pater qui pupillo ſubſtituit, ſuis bonis non ſubſtituere: & contrà, [h] qui ſuis bonis ſubſtituit, pupillo non ſubſtituere dicitur, quamuis qui in vnum caſum ſubſtituit, in vtrumque intelligatur ſubſtituiſſe: quod ita explicandum eſt, vt pupillaris ſubſtitutio ad ſolam pupilli hæreditatem pertineat; caſus autem vulgaris tacitus ad hæreditatem patris. [i] Ex eo quod dicimus per pupillarem ſubſtitutionem ſuccedi pupillo, fit, vt ſubſtitutus non ſolùm accipiat bona quæ impubes habuit à patre, ſed alia vndecunque quæſita.

i l. ſed ſi plures §. ad ſubſtitutos. ibid.

k Gabriel Gallius in d. l. ſi teſtamento.

LXXXIX. [k] Galli qui pleniſſimè ius Romanorum ſuſcepêre, rectè crediderunt ſecùdùm eam quam haberent in liberos poteſtatem, ſibi licere perinde ac Romanis pupillariter ſuis liberis ſubſtituere; frequentiſſiméque hodie ſubſtituunt.

CAP. V.

De ſubſtitutione quaſi pupillari, ſeu Iuſtiniana, (quam exemplarem vocant.)

l Id Gabr. Gallius in l. humanitatis. C. d. t. de imp. & al. ſubſt.

XC. [l] HOc ſubſtitutionis genus ſic definiri poteſt, vt ſit ſubſtitutio liberis à parente in ſubſidium morbi perpetui ſpecialiter facta: veluti [Si filius meus in furore deceſſerit, Sempronius ei hæres eſto.]

Iuſtinianus Imperator.

m d. l.

XCI. [m] Humanitatis intuitu parentibus indulgemus, vt ſi filium, & ex eo nepotem vel neptem cuiuſcunque ſexus habeant, nec alia proles deſcendentium eis ſit; iſte tamen filius vel filia; nepos vel neptis, pronepos vel proneptis, mente captus, vel mente capta perpetuò ſit: vel ſi duo, vel plures iſti fuerint, nullus verò eorum ſapiat, liceat iiſdem parẽtibus, legitima portione ei vel eis relicta, quos voluerint his ſubſtituere, vt occaſione huiuſmodi ſubſtitutionis ad exemplum pupillaris querela nulla contra teſtamẽtum eorum oriatur: ita tamen vt ſi poſt filia, aut alij

deſcen-

deſcendentes ex huiuſmodi mente capta perſona ſapientes ſunt, non liceat parenti, qui, vel quę teſtatur, alios quàm ex eo deſcendentes, vnum, vel certos, vel omnes ſubſtituere. Sin verò etiam liberi teſtatori vel teſtatrici nulli ſint ſapientes, ex his verò perſonis quæ mente captæ ſunt, nullus deſcendat; ad fratres eorum, vnum, vel certos, vel omnes eandem fieri ſubſtitutionem oportet.

n Gabr. Gaſtius in d. l.

XCII. [n] In eo cõuenit hæc ſubſtitutio cum pupillari, quòd vtraque liberis tantùm à parentibus fit. In eo autem differt, quòd pupillaris fit tantùm liberis impuberibus in poteſtate: hæc autem & puberibus & impuberibus mente captis, quamuis in poteſtate non ſint, [o] quinimò & naturalibus tantùm qui liberorum nomine continentur. Quo fit vt non ſolùm pater & auus, ſed & mater & auia ſubſtituere poſſint.

o l. ex facto. §. ſi quis rogatus. D. ad SC. Treb.

p Idem Gabr. Gaſtius in d. l. humanitatis.

q arg. l. de emancipatis. C. de legit. hæred.

r Bart. in l. ex facto. D. de vulg. & pup. ſubſt.

XCIII. [p] Quæſitum eſt, ſi pater vel mater filio mente capto ſubſtituerint; cuius ſubſtitutio potior ſit. [q] Et receptior videtur ea ſententia, vt ſubſtitutus à patre habeat bona paterna; ſubſtitutus à matre, bona materna. [r] Quòd ſi mente captus quædam aliunde bona habeat, ſi is fuerit in poteſtate patris morientis; in his ſubſtitutus à patre præferatur: ſin autem in poteſtate non fuerit; concurrant à patre & matre ſubſtituti. Quæ ſententia multis non probatur, quòd [ſ] videatur abſurdum eundem duobus teſtamentis decedere: meliúſque putant ſubſtitutum à patre omnibus præferri. Sed iniquè hoc contra matrem admitti nemo non videt. Propterea in ambiguo probabilius mihi videtur, vltimam voluntatem ſpectandam, vt potior ſit ſubſtitutio parentis vltimò morientis. Quandiu enim parens aliquis ſuperuiuit, non eſt præmorientis inſtitutio ſubſidiaria, cùm poſſit ſuperſtes ſubſtituere. [t] Sic auus non poteſt ſubſtituere nepoti recaſuto in poteſtatem patris. Quod Iuſtinianus videtur ſua conſtitutione ſignificare, cùm vult vnum ex liberis mente captis, aut fratribus, ſi extẽt, ſubſtitui debere: nec parentum meminit, quorum, ſi morienti auo, patre vel matre ſuperſtite, vel contrà, liceret ſubſtituere, non minus humanum erat rationem habere, quàm fratrum.

ſ l. querebatur. D. de mil. teſta.

t l. 2. §. nepotibus. D. de vulg.

u Gabr. Gaſtius d. loco.

XCIV. [u] Differt etiam à pupillari hæc ſubſtitutio, quòd illa iure poteſtatis liberis etiam exhæredatis fieri poteſt; quilibet etiam per eam ſubſtitui poteſt: hæc autem humanitatis ratione ſolis inſtitutis ſaltèm ex legitima fieri poteſt: ita vt illi ſubſtituantur, quos veriſimiliter mente captus, ſi ſanos eſſet, ſubſtitueret: veluti liberi, vel fratres mente capti, ſi extent. Quod ita neceſſarium eſt, ſi huiuſmodi liberi vel fratres ſapientes ſint: alioqui ſi etiam liberi fuerint mente capti, legitimâ eis relicta extranei poterunt ſubſtitui. Cui conſequens eſt quod ſtatuit Iuſtinianus, vt ſi ex liberis alij ſint mente capti; alij ſapientes, ſoli ſapientes ſubſtituantur; videlicet in vniuerſum cæteris relicta legitima. [x] Eſt enim illorum interpretum inhumana ſententia, qui volunt teſtatorem, ex liberis vnum ſubſtituere poſſe, cæteris prætieritis.

x Auth. non licet. C. de lib. præt.

z Gabr. Gaſtius in d. l. humanitatis.

XCV. [z] Sed an quod de liberis ſubſtituẽdis dicimus, ad naturales etiam pertinet? Et profectò, vt fauorabile videtur, ſi parenti cõcedamus filio naturali mente capto inſtituto ſubſtituere; [a] Ita odioſum erit, ſi neceſſitatem legitimos ſubſtituendi, ad naturalem ſobolem extendamus in præiudicium legitimorum.

a l. Generaliter. §. cum autem. C. t.

XCVI. [b] Effectus huius ſubſtitutionis iidem ferè ſunt ac pupillaris, ad cuius exemplum introducta eſt. [c] Quapropter & tacitum caſum vulgarem continet: & mente capti teſtamentum dicitur, quo ſubſtitutus vniuerſa bona mente capti, quia hæres eſt, conſequitur. Cæterùm eo differunt, [d] quòd pupillaris matrem & fratres excludit: hæc autem neque fratres excludit, qui ſubſtitui debent; nec patrem aut matrem, aliúmve parentem; quo ſuperſtite, præmoriens parens mente capto ſubſtituere non poteſt, vt dictum eſt.

b Gabr. Gaſtius. d. loco.

c l. ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe. & § ſeq. D. de vulg.

d l. Papinianus. § ſed non ex impuberis. D. de inoff. teſta.

XCVII. [e] Mater liberis mente captis ſubſtituere non poteſt, ſi ſecundum coniugium inierit.

e Bart. in l. ex facto D. de vulg. Zazius tract. de ſub. & Cantiuncula in t. de pup. ſubſt. in Inſtit.

Appendix de ſubſtitutione à matre filio impuberi facta, & de ſubſtitutione facta muto à parente, Principis permiſſu.

XCVIII. [f] SI mater ita teſtetur, vt filium impuberem, cùm erit annorum quatuordecim, hæredem inſtituat, eique in pupillaribus tabulis, ſi ſibi hæres non erit, alium ſubſtituat; valet ſubſtitutio.

f l. ſi mater D. de vulg.

XCIX. [g] Qui filium habebat mutum puberem, impetrauit à Principe, vt muto ſubſtituere ei liceret; & ſubſtituit Titium: mutus duxit vxorem poſt mortem patris, & naſcitur ei filius. Quæro an rumpatur teſtamentum. Paulus reſpondit, Beneficia quidem principalia ipſi Principes ſolent interpretari. Verùm voluntatem Principis inſpicientibus, poteſt dici eatenus id eum tribuere voluiſſe, quatenus filius eius in eadem valetudine perſeueraſſet, vt quemadmodum iure ciuili pubertate finitur pupillare teſtamentum; ita Princeps imitatus ſit ius in eo qui propter infirmitatem non poteſt teſtari. Nam & ſi furioſo filio ſubſtituiſſet, diceremus deſinere valere teſtamentum, cùm reſipuiſſet, quia iam poſſet ſibi teſtamentum facere. Etenim iniquum incipit fieri beneficium Principis, ſi adhuc hîc valere teſtamentum dicamus. Igitur etiam agnatione ſui hæredis dicendum eſt rumpi ſubſtitutionem; quia nihil intereſt, an alium hæredem inſtitueret ipſe filius poſtea, an iure habere cœperit ſuum hæredem. Nec enim aut patrem, aut Principem de hoc caſu cogitaſſe veriſimile eſt, vt eum qui poſtea naſceretur exhæredaret. Nec intereſt quemadmodum beneficium principale intercedat circa teſtamenti factionem; vtrùm in perſona vnius, an complurium.

g l. qui filium 41. d. t.

CAP. VI.

De ſubſtitutione reciproca (quam & breuiloquam appellant.)

C. [h] HÆc ſubſtitutio breuiloqua dicitur, quia breuiter fit; & [i] reciproca, quia de vno in alterum reflectitur, ac repetitur.

CI. [k] Et plures in vnius locum poſſunt ſubſtitui, vel vnus in plurium, vel ſinguli in ſingulorum, vel inuicem ipſi qui hæredes inſtituti ſunt.

CII. [l] Hæc verba; Publius, Mæuius, Caius inuicem mihi hæredes ſunto, ſic interpretanda ſunt, vt breuiter videatur teſtator tres inſtituiſſe hæredes, & inuicem eos ſubſtituiſſe, perinde ac ſi ita ſcripſiſſet, [ille, & ille, & ille inſtituti hæredes & ſubſtituti ſunto.]

CIII. [m] Quòd ſi, qui inuicem ſubſtituuntur, fuerint ex diſparibus partibus hæredes inſtituti, nec in ſubſtitutione facta eſt vllarum partium mentio, non videtur alias partes teſtator ſubſtitutioni tacitè inſeruiſſe, quàm quæ manifeſtè in ipſa inſtitutione expreſſæ ſunt; ſed vt pro ea parte quiſque in portionẽ deficientis vocetur. [n] Nam ſi veriſimile eſt [o] eandem fuiſſe ſubſtituentis affectionem, quæ fuerat inſtituentis; [p] credendum eſt ex iiſdem partibus ſubſtitutos, ex quibus inſtituti ſunt.

CIV. [q] Huius analogiæ exemplum eſſe poteſt, ſi vnus ex vncia; ſecundus ex beſſe, tertius ex quadrante ſit inſtitutus: repudiãte Tertio, in nouem partes diuidetur quadrans; feretque duos trientes qui ex beſſe inſtitutus fuerat: vnam partem feret qui ex vncia ſcriptus eſt: atque ita Pius Imperator reſcripſit.

CV. [r] Sunt tamen caſus vbi hoc aliter habet: veluti ſi alia fortè fuerit mens teſtatoris. Quod vix credendum eſt, [ſ] niſi euidenter expreſſum ſit, veluti ſi teſtator expreſſum quid cuique, aut vni, vel alteri relinquere velit, adſcripſerit.

CVI. [t] Si pater impuberes filios inuicem ſubſtituerit, & ei qui nouiſſimus mortuus fuerit, Titium; dicendum eſt, ſolos fratres bonorum poſſeſſionem accepturos, & quodam modo duos gradus huius inſtitutionis factos, vt primò fratres inuicem ſubſtituerentur: ſi illi non eſſent, tunc Titius vocaretur. Quod & ſuprà relatum eſt.

CVII. [u] Si quibuſdam coniunctim, quibuſdam ſeparatim hæredibus inſtitutis, poſtea omnes teſtator inuicem ſubſtituerit, ſoli coniuncti ex ſubſtitutione vocantur: non autem alij ſeparati. Nempe, Qui diſcretas portiones coniunctis pluribus ſeparatim dedit, ac poſt omnẽ inſtitutionis ordinẽ ita ſcripſit; [Quos hæredes meos inuicẽ ſubſtituo] coniunctos primo loco vice mutua ſubſtituere videtur; quibus inſtitutionũ partes nõ agnoſcẽtibus, cæteri omnes cohæredes admittuntur.

CVIII. [x] Qui patrem & filium pro parte hæredes inſtituerat, & inuicem ſubſtituerat, reliquis cohæredibus datis poſt completum aſſem; ita ſcripſit: [Hos omnes inuicem ſubſtituo.] Voluntatis fuit quæſtio commemoratione omnium, an patrem & filium ſubſtitutioni cohæredum immiſcuiſſet; an eam ſcripturam ad cæteros tranſtuliſſet. Quod magis veriſimile videtur propter ſpecialem inter patrem & filium ſubſtitutionem.

cl. Cancula in §. plures. In... de vulg. ... ſt. l. cùm in ... amento. §. ... verba. D. ... hæred. inſti. ... lo. & DD. ... l. Lucius Ti ... l. iam hoc ... re. § ſi ex diſ... aribus ibid. ... Si & plu... Inſtit. de pu... l. ſubſt. ... d. l. cùm in ... ſtamento. §. ... c verba. ... l. iam hoc ... re. § & ſi ex ... ſparibus. D. ... vulg. & ... p. ſubſt. l ſi ... teſtamento. ... d. l. 1 C. de ... mp & al. ſub... ſti. ... Cantuncu ... m d. § & ... lures. ... l. Publius. ... Titia in ſi. ... D. de cond. & ... em. ... l. ſi plures. ... D. de vulg. ... Cantunc. ... l. l. d. l. ſi plu... res. ... r Cantunc. ... d. loco. ... ſ d. l. ſi plu... res. l vtrum. §. ... vlt. D. de reb. ... dub. l. nonnun... quam. D. ad SC. Treb. ... t l. ſi pater impuberes. D. de vulg.

u l. Cohæredi. § qui diſcretas. ibid.

x d. l. §. qui patrem.

CAP. VII.

De ſubſtitutione militari: & ea (quam compendioſam vocant.)

CIX. [z] COmpendioſa ſubſtitutio fit talibus verbis, [Quandocunque filius meus deceſſerit, ille ſit hæres.]

CX. [a] Subſtitutio facta talibus verbis [Quãdocunque filius ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo Alterocham] etiam poſt tempus pubertatis valet: quia illud verbum [ſubſtituo] trahitur ad fideicommiſſariam. Si autem ſubſtitutio facta fuiſſet his verbis [Si Adiecta non ſit hæres, Alterocha ſit hæres] vel ſic [Quandocunque Adiecta filia mea impubes deceſſerit, ei Alterocha ſit hæres] tunc niſi Adiecta decederet intra pubertatem, Alterocha non ſuccederet ei, [b] niſi teſtator fuiſſet miles.

CXI. [c] Centurio filio, ſi intra viceſimum & quintum ætatis annum ſine liberis deceſſerit, directò ſubſtituit. Intra quatuordecim annos etiam propria bona filij ſubſtitutus iure communi capiet: poſt eam autem ætatem, ex priuilegio militum, patris duntaxat cum fructibus inuentis in hæreditate.

Alexander Imperator.

CXII. [d] In teſtamento quidem eius qui nõ miles fuit, ſi duobus hęredibus inſtitutis; vno, cui potuit vſque ad tempus pubertatis ſubſtituere; altero, cui poſteaquàm hæres exſtitit ſubſtituere non potuit, inuicem ſubſtitutio iiſdem verbis facta eſt; in eum ſolùm caſum eam locum habere ſententiis prudentum virorum, & conſtitutionibus parentum meorũ placet, quòd vtrique pari ratione potuit ſubſtitui. Sed cùm ex teſtamento militis controuerſiam eſſe proponas, defuncta eius paruula filia poſteaquàm hæres exſtitit patri, cũ qua ſimul ęquis portionibus hæres inſtitutus eras, ſubſtitutione inuicem facta, & mater quidem inteſtatæ filiæ ſibi ſucceſſionem defendat: tu autem ex ſubſtitutione ad te pertinere contendas; iuris quidem ratio manifeſta eſt, licere militibus, proprio priuilegio, etiam hæredibus extraneis, poſteaquàm hæredes exſtiterint, mortuis ſubſtituere: ſed tibi probandum eſt an ita frater tuus ſenſerit.

CXIII. [e] Si militis hæreditas adita non fuerit, an ſubſtitutio quam pupillo fecit, valeat, quæritur. Et conſequens erit hoc dicere, quia permittitur filio facere teſtamentum cùm ſibi non fecerit.

z Glo. in ca. Raynutius. de teſtam. l. Precibus C. de imp. & alijs ſubſt.
a Glo. in c. in verb. ſubſtitutionn.
b l. Centurio. D de vulg. l. verbis. ibid. l. Precibus. C. de imp. Guido Papa queſt. 521.
c l. Centurio. D. de vulg.
d l. in teſtamento. C. de teſta. mil.
e l. 41. §. vlt. D. de vulg.

CAP. VIII.

Communia quædam de ſubſtitutionibus.

CXIV. [f] QVandiu prior hæres inſtitutus hæreditatem adire poteſt,

f l. 3. D de acq. her. l. 3. in prin. D. de her. inſt.

poteſt, ſubſtitutus non poteſt.

g l. 66. d. t.

CXV. g Seius Mæuium ex parte quam per leges capere potuit, hæredem inſtituit, ex reliqua Titium. Si Mæuius in ſolidum capere poterit; Titius adiectus, aut ſubſtitutus hæres non erit.

h §. quacunque. Inſtit. de pupil ſubſt.

CXVI. h Quæcunque diximus de ſubſtitutione impuberum inſtituturum, vel exhęredatorum; eadem etiam de poſthumis intelligimus.

i l. poſt aditā. C. de impub.

CXVII. i Poſt aditam hęreditatem, directæ ſubſtitutiones non impuberibus filiis factæ, exſpirare ſolent.

CAP. IX.

De iure accreſcendi in ſubſtitutionibus.

k l. 59 D. de hær. inſt.

A CXVIII. k Cum quis ex inſtitutis, qui cum aliquo coniunctim inſtitutus ſit, hæres non eſt, pars eius omnibus pro portionibus hæreditariis accreſcit: neque refert primo loco quis inſtitutus, an alicui ſubſtitutus hęres ſit.

l l. 2. § ſi duo D. de bo. poſſ. ſec. tab.

CXIX. l Si duo ſunt hęredes inſtituti, Primus & Secundus, & Secundo Tertius ſubſtitutus, omittente Secundo bonorum poſſeſſionem, Tertius ſuccedit. B Quòd ſi Tertius noluerit hęreditatem adire, vel bonorum poſſeſſionem accipere, recidit bonorum poſſeſſio ad Primum: nec erit neceſſe petere bonorum poſſeſſionem: ſed ipſo iure ei accreſcit: hæredi autem ſcripto ſicut portio hęreditatis, ita & bonorum poſſeſſio accreſcit.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER XXII.

TIT. I.

De legatis & fideicommiſſis.

Hic titulus viginti tribus capitibus continetur; quorum primum eſt, Quid ſit legatum & fideicommiſſum: déque eorum forma. Cuius prima pars, Quid ſit legatum & fideicommiſſum. Secunda, Quæ forma, & quo modo legata & fideicommiſſa non rectè contrahantur. ¶ Secundum caput, Qui poſſunt legare & fideicommittere; & quibus legari aut fideicommitti poſſit. Cuius prima pars eſt, Qui legare poſſunt aut non: ſecunda, Quibus legari aut fideicommitti poſſit, vel non. Cuius partis prima particula eſt, Quibus poſſit legari, aut fideicommitti: ſecunda particula eſt, Quibus legari aut fideicommitti non poſſit. Tertia pars dicti capitis ſecundi, A quibus legari, aut fideicommiſſum relinqui poſſit, aut non poſſit. Cuius partis prima particula eſt, Quibus legari & fideicommiſſum relinqui poſſit, aut non poſſit. Secunda particula, A quibus legari aut fideicommitti non poſſit. Tertium caput, Quæ res legari, aut per fideicommiſſum relinqui poſſunt, aut non poſſunt. Cuius partis prima pars eſt; Quæ res poſſunt legari, aut per fideicommiſſum relinqui. Secunda, Quæ non poſſunt. ¶ Quartum eſt, De legato nominis, ſeu rei debitæ. Cuius prima pars eſt; De re teſtatori debita legata. Secunda, De liberatione legata. Tertia pars dicti capitis quarti; De re alij debita quàm teſtatori, legata. ¶ Quintum, De legato rei alienæ. Cuius prima pars eſt, Quando id legatum valeat. Secunda, Quæ res alienæ legari non poſſunt. ¶ Sextū caput, De legato rei alienæ. Cuius prima pars eſt, Quando id legatum valeat. Secunda pars dicti capitis ſexti, Quæ res alienæ legari non poſſint. ¶ Septimum, De legatis in diem. ¶ Octauum, De conditionibus adiectis legatis ſeu fideicommiſſis. Secunda pars dicti capitis, De Mutiana cautione. Prima particula dictæ ſecundæ partis; Quando interponatur ea cautio. Secunda particula dictæ ſecundæ partis dicti capitis octaui. Quando non interponenda ea cautio. Tertia pars dicti capitis, De aliis quibuſdam conditionibus. Quarta pars dicti capitis octaui, Quando conditio habetur pro impleta, aut non. Cuius quartæ partis prima particula eſt, Quando conditio habetur pro impleta, aut remittatur. Secunda particula dictæ quartæ partis dicti capitis octaui, Quando conditio non habetur pro impleta, aut non remittatur. ¶ Nonum, De legatis, ſeu fideicommiſſis ſub modo ſeu pœna relictis. ¶ Decimum, De cauſa adiecta legato. ¶ Vndecimum, De demonſtrationibus. ¶ Duodecimum, De interpretatione & effectu quorundam legatorū ¶ Tredecimum, De auro, argento, mundo, ornamentis, vnguentis, & ſtatuis legatis. ¶ Quartumdecimum, De alimentis & cibariis legatis. ¶ Quintumdecimum, De prohibita rei legatæ alienatione. ¶ Decimum ſextum, De iure accreſcendi in legatis. ¶ Decimum ſeptimum, Quale, & quo modo legatum præſtandum. ¶ Decimum octauum, De legatis vtilibus, & quæ legata non extinguantur, vel non deficiant. ¶ Decimum nonum, De legatis & fideicommiſſis inutilibus, & iis quæ deficiunt ſeu extinguntur. Secunda pars dicti capitis decimi noni eſt, Quando legatum extinguatur propter concurrentem cauſam lucratiuam, Tertia pars dicti capitis decimi noni. De regula Catoniana, Quarta pars dicti capitis decimi noni, De legato inutili non repetendo. ¶ Vigeſimum, De adimendis vel transferendis legatis. Cuius prima pars eſt, Quibus modis legata adimantur vel transferantur. Secunda pars, Quibus modis legati ſeu fideicommiſſi ademptio vel tranſlatio fieri non poſſit. ¶ Vigeſimum primum, De actionibus lega-

torum ſeu fideicommiſſorum cauſa competentibus. Cuius prima pars, Qua actiones competant. Secunda pars, Quando legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine ſatiſdari debeat. Tertia pars, Aduerſus quos actiones legatorum ſeu fideicommiſſorum cauſa competant. ¶ Vigeſimumſecundum, Effectus actionum legatorum ſeu fideicommiſſorum cauſa competentium. ¶ Vigeſimumtertium, Quando actio legatorum ſeu fideicommiſſorum cauſa non competit.

CAP. I.

Quid ſit legatum & fideicommiſſum: déque eorum forma.

a l.Legatum. 116.D. de legatis 1.

b §.1 Inſtit. h.t.

I. [a] LEGATVM eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator, ex eo quod vniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit: vel [b] legatum eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda.

II. Quid ſit fideicommiſſum refertur ſuprà titulo De fideicommiſſariis hæreditatibus; & titulo, Ad ſenatuſconſultum Trebellianum.

c l.etiam hoc modo 115. D. de lega 1.

d l & eo modo.

III. [c] Etiam hoc modo [Cupio dés, opto des, credo te daturum] fideicommiſſum valet.

IV. [d] Et eo modo relictum [Exigo, deſidero vti des] fideicommiſſum valet. Sed & ita [Veto hæreditatem meam Titij eſſe; Seio hæreditatem meam reſtituturum te Titio.]

Iuſtinianus Imperator.

e l.1.C.de legatis & fideicommiſſis.

V. [e] Omne verbum ſignificans teſtatoris legitimum ſenſum legare ſeu fideicommittere volentis, vtile ac validum eſt, ſiue directis verbis, quale eſt [iubeo] ſiue precariis vtatur teſtator, quale eſt [rogo, volo, mando, fideicommitto] ſiue iuſiurandum interpoſuerit; cùm & hoc nobis audientibus ventilatum eſt, teſtatore quidem dicente ὡς ὅρκῳ, partibus autem huiuſmodi verbum huc & illuc lacerantibus. Sit igitur, ſecundùm quod diximus, verborum non inefficax voluntas ſecundùm verba legantis vel fideicommittentis: & omninò quæ naturaliter inſunt legatis, & fideicommiſſis inhærere intelligantur: & contrà quicquid fideicõmittitur, hoc intelligatur eſſe legatum: & ſi quid tale eſt quod non habet naturam legatorum, hoc ei ex fideicommiſſo accommodetur, & ſit omnibus perfectus euentus; & ex omnibus naſcantur in rem actiones; ex omnibus hypothecariæ; ex omnibus perſonales. Vbi autem aliquid contrarium & legatis & fideicommiſſis eueniet, hoc fideicommiſſo quaſi humaniori aggregetur, & ſecundùm eius dirimatur naturam. Et nemo moriens putet legitimam voluntatem reprobari, ſed noſtro ſemper vtatur adiutorio: & quemadmodum viuentibus prouidimus, ita morientibus proſpiciatur: & ſi ſpecialiter tantùm legati teſtator faciat mentionem, hoc & legatum, & fideicõmiſſum intelligatur: & ſi fidei hæredis vel legatarij aliquid cõmittatur, hoc & legatum eſſe videatur. Nos enim non verbis, ſed rebus leges imponimus.

f l.1. D.h.t.

g l. & in epiſtola.C. eo t.

VI. [f] Per omnia exæquata ſunt legata fideicommiſſis.

VII. [g] Et in epiſtola, vel breui libello, vel ſine ſcriptura, etiam nutu fideicommiſſum relinqui poſſe adhibitis teſtibus, nulla dubitatio eſt.

h l.Teſtamento.D.d.t. de lega.1.

VIII. [h] Teſtamento filium & vxorem hæredes quidam inſtituit. poſtea epiſtolam ſcripſiſſe dicitur, qua quicquid in peculio habuit filius, ei donauit: & adiecit, præcipua hæc eũ, ſuique iuris & poſt mortem ſuam, habere velle: quæro, cùm teſtator ſignificauerit ſi quid obſignatum recepiſſet, id vice codicillorum valeret: epiſtola autem non ſit obſignata, an quæ epiſtola continentur ad filium pertineát? Reſpondi, ſi fides epiſtolæ conſtaret, deberi quæ in ea dare ſe velle ſignificauit.

i l.Miles 75. D de lega.2.

IX. [i] Miles ad ſororem epiſtolam, quam poſt mortem ſuam aperiri mandauit, talem ſcripſit: [Scire te volo mandare me tibi aureos octingentos] valebit; nec aliud probandum in cuiuſlibet ſuprema voluntate. Placet enim conſiſtere fideicommiſſum, ac ſi defunctus cum eo loquatur quem precario remuneratur.

k l. cùm pater.77. § donationes, ibid.

X. [k] Donationis prædiorum epiſtolam, ignorante filio, mater in æde ſacra verbis fideicommiſſi non ſubnixam depoſuit: & literas tales ad æditum miſit [Inſtrumentum voluntatis meæ poſt mortem meam filio meo tradi volo] Cùm pluribus hæredibus relictis inteſtatò diem ſuum obiiſſet; intelligi fideicommiſſum filio relictum reſpondi. Non enim quæri oportet, cum quo de ſupremis quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur.

l l. Pamphilo.39. §. 1.D. de lega 3.

XI [l] Propoſitum eſt, non habentem liberos nec cognatos in diſcrimine vitæ conſtitutum per infirmitatem, accerſitis amicis Seio contubernali dixiſſe, quòd vellet ei relinquere prædia: eáque dicta C. Seium redegiſſe, ipſo teſtatore interrogato, an ea dixiſſet: & reſponſo eius τὸ, μάλιστα inſerto. Quæſitum eſt, an prædia quæ deſtinata eſſent ex cauſa fideicommiſſi ad C. Seium pertinerent. Reſpondit ſuper hoc, nec dubitandum eſſe quin fideicommiſſum valeret.

m l Nutu 21. D. de lega.3.

XII. [m] Nuto etiam relinquitur fideicommiſſum, dum modò nutu relinquat qui & loqui poteſt, niſi ſuperueniens morbus ei impedimento ſit.

n L.Titius. §.vlt.D.de lega.3.

XIII. [n] [L.Titi, hoc meum teſtamentum feci, ſcripſi ſine vllo iuriſperito, rationem animi mei potiùs ſecutus quàm nimiam & miſeram diligentiam. Et ſi minùs legitimè, minúſve peritè fecero, pro iure legitimo haberi tamen debet hominis ſani voluntas rata:] deinde hæredem inſtituit. Quæſitum eſt, inteſtati eius bonorum poſſeſſione petita, an portiones adſcriptæ ex cauſa fideicõmiſſi peti poſſunt. Reſpondit Scæuola, ſecundùm ea quæ proponerentur, poſſe.

o d l. §. matre. ibid.

XIV. [o] Matre & vxore hæredibus inſtitutis, ita cauit teſtator [A te vxor cariſſima pe-

to, ne

peto ne quid poſt mortem tuam fratribus A
tuis relinquas. Habes filios ſororum tuarum
quibus relinquas. Scis vnum fratrem tuum fi-
lium noſtrum occidiſſe dum illi rapinam fa-
cere vellet: ſed & alius mihi deteriora fecit]
quæro, cùm vxor inteſtata deceſſit, an legiti-
ma eius hæreditas ad fratrem pertineat. Re-
ſpondi poſſe defendi, fideicõmiſſum deberi.
p l. fideicommiſſa. 11. ibid. XV. p Fideicommiſſa quocunque ſermo-
ne relinqui poſſunt, non ſolùm Latina, vel B
Græca, ſed etiam Punica, vel Gallicana, vel
alterius cuiuſque generis linguâ.

Iuſtinianus Imperator.

q § ante hære dis inſt. h. t. XVI. q Ante hæredis inſtitutionem inuti-
liter antea legabatur: ſcilicet quia teſtamen-
ta vim ex inſtitutione accipiunt: & ob id ve-
luti caput & fundamentum intelligitur totius
teſtamenti hæredis inſtitutio. Sed quia inci-
uile putauimus ſcripturæ ordinẽ ſequi (quod
& ipſi antiquitati vituperandum fuerat vi- C
ſum) Conſtitutione & hoc vitium emendaui-
mus, vt liceat & ante hæredis inſtitutionem,
& inter medias hæredum inſtitutiones lega-
tum relinquere.
r l. cùm pater. 77. § fidei tuæ. D. de lega. 2. XVII. r [Fidei tuæ cõmendo, vxor, vt des,
vt reſtituas filię meæ cùm morieris, quicquid
ad te quoquo nomine, de bonis meis perue-
nerit] etiã ea quæ poſtea codicillis vxori de-
dit, fideicõmiſſu continebuntur. Nam ordo
ſcripturæ non impedit cauſam iuris & vo- D
luntatis: ſed dos prælegata retinebitur; quo-
niam reddi potiùs videtur, quàm dari.
ſ l. verbum C. h. t. XVIII. ſ Verbum [volo] licèt deſit, quia
additum perfectam ſententiam facit, pro ad-
iecto habendum eſt.
t l. vnũ ex familia. 67 § ſi omiſſa. D. d. t. de lega. 2. XIX. t Si omiſſa fideicõmiſſi verba ſint, &
cætera quę ſcribi debuerant, cõgruant, rectè
datum & minus ſcriptũ exẽplo inſtitutionis,
legatorúmq; intelligitur. quam ſententiã Im-
perator quoque Seuerus ſecutus eſt. E
u d. l. §. item Marcus. XX. u Marcus Imperator reſcripſit; verba
quibus teſtator ita cauerat, non dubitare ſe,
quodcunque vxor eius cepiſſet libertis ſuis
redditurам, pro fideicommiſſo accipienda:
quod reſcriptum ſummam habet vtilitatem,
ne ſcilicet honor bene tranſacti matrimonij,
fides etiam communium libertorum decipiat
patrem qui meliùs de matre præſumpſerat:
& ideò Princeps prudentiſſimus, cùm fidei-
commiſſi verba ceſſare animaduerteret, eum F
ſermonem pro fideicommiſſo reſcripſit ob-
ſeruandum.
x l. ſequens. 68. d. t. XXI. x Sequens quæſtio eſt; an etiam ea
quæ viuus per donationem in vxorem contu-
lit, in fideicommiſſi petitionem veniant. Re-
ſpondi, ea extra cauſam bonorum defuncti
computari debere; & propterea fideicom-
miſſo non contineri: quia etiam ea habiturus
eſſet alio hærede exiſtente. Planè nominatim
maritus vxori fideicommittere poteſt, vt & ea
reſtituat.

Iuſtinianus Imperator.

z § ſed olim. Inſt. h. t. XXII. z Olim quidem Legatorum gene-
ra quatuor numerabãtur; per vindicationem,
per damnationem, ſinendi modo, per præce-
ptionem: & certa quædam verba cuique ge-
neri legatorum adſignata erant, per quę ſin-
gula legatorum genera ſignificabantur. Sed
conſtitutionibus principum, cui & noſtra ac-
ceſſit, ſolemnitas huiuſmodi penitus ſublata
eſt: & quibuſcunque verbis aliquid relictum
ſit, id perſequi legatariis licet.
XXIII. [a Peto L. Titi contentus ſis cen- a l. Peto. 79. D. de lega. 2.
tum aureis] fideicommiſſum valere placuit;
idque reſcriptum eſt. Quid ergo, ſi cùm hære-
dem ex parte inſtituiſſet, ita locutus eſt [Peto
pro parte tua contentus ſis, L. Titi, centum
aureis] petere poterunt cohæredes eo reti-
nente ſiue præcipiente id quo contentũ eſſe
voluit defunctus? Sanè facilius eſt id probare,
quàm probari potuit illud, cùm ibi fideicom-
miſſum petatur ab his cum quibus teſtator
non eſt locutus. Idem dicemus, ſi cùm ex aſſe
ſcripſiſſet hæredem eius gratiâ qui legitimus
hæres futurus eſſet, ita loquutus eſſet. [Peto
pro hæreditate quam tibi reliqui, quæ ad fra-
trem tuum iure legitimo rediret, contentus
ſis centum aureis.]
XXIV. b Si quis ita ſcripſerit [Sufficiunt b l. fideicommiſſa. 11. § ſi quis ita. D. de lega. 3.
tibi vineæ vel fundus] fideicommiſſum eſt:
quoniam & illud fideicommiſſum eſſe arbi-
tramur [Contentus eſto illa re.]
XXV. c Hæc verba [Te, fili, rogo vt præ- c d. l. §. hæc verba.
dia quæ ad te peruenerunt pro tua diligentia
diligas, & curam eorum agas, vt poſſint ad fi-
lios tuos peruenire] licèt non ſatis exprimant
fideicommiſſum, ſed magis conſilium, quàm
neceſſitatem relinquendi; tamen ea prædia in
nepotibus poſt mortem patris eorum vim fi-
deicommiſſi videntur habere.

Secunda pars capitis primi.

Qua forma, aut quo modo legata & fideicommiſſa non rectè relinquantur.

Impp. Diocletianus & Maximia.

XXVI. d SI veritas aut ſolẽnitas iuris deeſt, d l. ſi veritas.
nec amplexus parentis volunta-
tem relicta dediſti; vel tranſactionis cauſa ſti-
pulantibus promiſiſti, negotiúmque integrũ
eſt, ad ſolutionem vrgeri non debes.
XXVII. e Quoties quis exemplum fidei- e d. l. fideicommiſſa. §. 1.
commiſſi præparat, & priùs decedat quàm
teſtaretur, non valent quaſi ex codicillis quæ
in exemplo ſcripta ſunt, licèt verba fidei-
commiſſi habeant; & ita Pium Imperatorem
decreuiſſe Martianus ſcribit.
XXVIII. f Si ita quis ſcripſerit [Illum f d. l. § ſi ita quis.
tibi commendo] Pius Imperator reſcripſit fi-
deicommiſſum non deberi. Aliud eſt enim
perſonam commendare: aliud volunta-
tem ſuam fideicommittentis hæredibus in-
ſinuare.

CAP. II.

Qui poſſunt legare aut fideicommittere: & quibus legari & fideicommitti poſſit, aut non poſſit: & à quibus le-

gari aut fideicommitti poſſit, vel non poſſit.

Prima pars.

Qui legare poſſunt, aut non.

g l. 2. D. de lega. 1.

XXIX. [g] SCiendum eſt eos demum fideicōmiſſum poſſe relinquere qui teſtandi ius habent.

h l. maritus. §. his quibus. D. de lega. 3.

XXX. [h] Hi quibus aqua & igni interdictum eſt; item deportati fideicommiſſum relinquere non poſſunt: quia nec teſtamenti faciendi ius habent: cùm ſint ἀπόλιδες.

Secunda pars dicti capitis ſecundi.

Quibus legari, aut fideicommitti poſſit, aut non.

Prima particula.

Quibus poſſit legari aut fideicommitti.

i §. legari. Inſtit. h. t.
k l. ſi quid relictum 17. D. de lega. 1.

XXXI. [i] LEgari illis ſolùm poteſt cum quibus teſtamenti factio eſt.

XXXII. [k] Si quid relictum ſit ciuitatibus, omne valet, ſiue in diſtributionem relinquatur, ſiue in alimenta, ſiue in eruditionem puerorum, ſiue quid aliud.

l l. ſi quis à filio. 32. §. vlt. ibid.
m l. Ciuitatibus.

XXXIII. [l] Si parti ciuitatis aliquid ſit relictum quod ad ornatum, vel impendiam reipublicæ ſpectat, ſine dubio debebitur.

XXXIIII. [m] Ciuitatibus legari poteſt, etiam quod ad honorem ornatúmque ciuitatis pertinet: ad ornatū puta, quòd ad inſtruendum forum, theatrum, ſtadium, legatum fuerit: ad honorem puta, quod ad ludos ſcenicos, ludos Circenſes, aut quod ad diuiſionem ſingulorum ciuium, vel epulum relictum fuerit; hoc amplius, quod in alimenta infimæ ætatis, puta ſenioribus, vel pueris puelliſque relictum fuerit: hæc omnia ad honorem ciuitatis pertinere intelliguntur.

Caius IC.

n l. ſi hæres. 72. §. 1.

XXXV. [n] Vicis legata perinde licere capere atque ciuitatibus, reſcripto Imperatoris noſtri continetur.

o l. cùm ſenatus. C. h. t.

XXXVI. [o] Cùm ſenatus temporibus Marci Imperatoris permiſerit Collegiis legare, nulla dubitatio eſt, quòd ſi corpori cui licet coire, legatum ſit, debeatur. Cui autem non licet, ſi legetur, non valebit, niſi ſingulis legetur; hi enim non quaſi collegium, ſed quaſi certi homines admittentur ad legatum.

p l. ſi poſt mortem. 68. D. de lega. 1.

XXXVII. [p] Si poſt mortem patris fiſco legetur, non dubium eſt quin mortuo patre ad filium pertineat legatum: nec intereſt, an patri hæres extiterit, nécne.

q l. ſi quis ita.

XXXVIII. [q] Si quis ita ſcripſerit [illis qui teſtamētum meum ſignauerint, hæres meus decem dato] Trebatius vtile legatum eſſe putat: quod Pomponius verum eſſe exiſtimat; quia ipſum teſtamentum confirmat teſtibus adhibitis: quod verum eſſe exiſtimo.

r l. qui duos. 8. D. de lega. 2.

XXXIX. [r] Si is qui vnum reū habebat, quod

A is ſibi deberet, duobus in ſolidum ſeparatim legaſſet; oneratur hæres duobus ſatisfacere, vni actionem cedendo, alteri actionē cedēdo.

ſ l. ſi Titio. ibi.

XL. [ſ] Si Titio aut Seio, vtri hæres vellet, legatum relictum eſt, hæres alteri dando liberabitur: ſi neutri dedit, vterq; petere poteſt atq; ſi ipſi ſoli legatum fieret. Nam vt ſtipulando duo rei conſtitui poſſunt, ita & teſtamento poteſt idem fieri.

t l. ſi quis Titio. ibid.

B XLI. [t] Si hæres damnatus eſſet decem vni ex libertis dare, & non conſtitueret cui daret, hæres omnibus eadem decem dare cogēdus eſt.

u l. cùm quidam 24. ibid.

XLII. [u] Cùm quidam ita fideicommiſſum reliquit, [Rogo reſtituas libertis meis, quibus voles] Marcellus putauit poſſe hæredem, etiam indignū omnibus præferre: & ſi ita [his, quos dignos putaueris] præferre poſſe ait eos qui non offenderint. Idem ait, ſi neminem C eligat, omnes ad petitionem fideicōmiſſi admitti videri, quaſi iam præſenti die datum ſit, cùm ſic relinquitur [quibus voles,] nec vlli offerat. Planè ſi cæteri defuncti ſunt, ſuperſtiti dandum.

x d. l. vnū ex familia. ibid.

XLIII. [x] [Rogo fundum cùm morieris reſtituas ex libertis cui voles.] Quòd ad verba attinet, ipſius eſt electio: nec petere quiſquā poterit quandiu præferri alius poteſt. Itaq; eueniet vt quod vni datū eſt, viuis pluribus vnus petere non poſſit; ſed omnes petāt quod non D omnibus datum eſt: & ita demùm petere poſſit vnus, ſi ſolus moriente eo ſuperfuit.

z l. ſi ſeruus §. huiuſmodi. 108. D. de leg. 1.

XLIV. [z] Huiuſmodi legatum, illi aut illi [vter eorū primus Capitoliū aſcenderit [vtile eſſe euidenti argumento probari Africanus ait, quòd conſtet vſumfructum libertis legatū, & qui eorum ſuperuixerit, proprietatē vtiliter legari: idque & de hærede inſtituendo dicendum eſſe exiſtimauit.

a l. ſi quis duobus. ibid.

E XLV. [a] Si quis duobus hæredibus inſtitutis ita legauerit [Bucephalū equū aut decē, hæredes danto] non poteſt alter hęredū quinque, alter partem Bucephali dare: ſed neceſſe eſt vtrunque aut Bucephalum totum, aut decem ſoluere.

Iuſtinianus Imperator.

b l. cùm quidam. C. de verb. ſig.

XLVI. [b] Cùm quidam ſic legatum, vel fideicōmiſſum vel tutelam ſcripſiſſet: [ille aut ille mihi hæres eſto:] Vel [illi aut illi do, lego, vel F dari volo: vel illū aut illum tutorē eſſe volo, vel iubeo] dubitabatur, vtrúmne inutilis ſit huiuſmodi inſtitutio, & legatum, & fideicōmiſſum, & tutoris datio: an occupantis melior conditio ſit; an ambo in huiuſmodi lucra, vel munera vocentur: & an ſecundùm aliquē ordinem admittātur: an vterq; omnimodò: cùm alij in inſtitutionibus primum quaſi inſtitutū admitti, ſecundū quaſi ſubſtitutū: alij in fideicōmiſſis poſteriorem ſolum acceptutū fidei- G cōmiſſum exiſtimauerint, quaſi recētiore voluntate teſtatoris vtentem. Et ſi quis eorū altercationes ſigillatim exponere maluerit, nihil prohibet nō leue libri volumen extēdere, vt ſic explicari poſſit tāta auctorum varietas: cùm nō ſolū iuris auctores, ſed etiā ipſę principales cōſtitutiones, quas ipſi auctores retu-

lerunt

lerunt inter ſe variaſſe videtur. Melius itaq;
nobis viſum eſt, omni huiuſmodi verboſitate
exploſa, coniunctionem (aut) pro (&) accipi:
vt videatur copulatiuo modo eſſe prolata:
& magis ſit παραδιάζευξις, vt & primam
perſonam inducat, & ſecundam non repel
lat. Quemadmodum enim verbi gratiâ in
interdicto [Quod vi aut clam,] *aut* coniun-
ctio pro (&) apertiſſimè poſita eſt, ita &
in omnibus huiuſmodi caſibus ſiue inſtitu-
tionum, ſiue legatorum, ſiue fideicom-
miſſorum, ſeu tutelarum hoc eſt intelli-
gendum, vt ambo veniant æqua lance ad
hæreditatem: ambo legatum ſimiliter ac-
cipiant: fideicommiſſum inter vtrumque
diuidatur: tutores ambo fungantur offi-
cio: & ſic nemo defraudetur commodo te-
ſtatoris; & maior prouidentia pupillis infe-
ratur: ne dum dubitabitur apud quem debeat
eſſe tutela, in medio res pupillorum depe-
reant. Sed hæc quidem ſancimus, cùm in
perſonas huiuſmodi profertur ſcriptura: ſin
autem vna quidem eſt perſona; res autem i-
ta derelictæ ſunt [Illam aut illam rem do, le-
go vel per fideicommiſſum relinquo,] tunc
ſecundùm veteres regulas & antiquas defi-
nitiones vetuſtatis iura maneant incorrupta,
nulla innouatione eis ex hac conſtitutione
introducenda. Quod etiam in contractibus
locum habere ſancimus.

c l. non quocunque. 82. §. vlt. D. de lega. 1.

XLVII. [c] Cùm mihi Bucephalus e-
quus, aut Pegaſus equus legati fuiſſent duo-
rum teſtamentis: & Bucephalum ex altero
teſtamento conſecutus fuiſſem; ex altero Pe-
gaſum petere poſſum. Quia & ſi vno teſta-
mento Bucephalus aut Pegaſus legati fuiſ-
ſent, & Bucephalus ex cauſa lucratiua meus
factus fuiſſet, nihilominus Pegaſum petere
poſsum.

d l. Titia textores. 36. §. 1. ibid.

XLVIII. [d] Nihil diſtat vtrum ita legetur
[Titio & Mæuio] an ita [Titio cũ Mæuio] v-
trique enim coniunctim legari videtur.

e l. ſi quis legauerit. 121. ib.

XLIX. [e] Si quis legauerit Titio cum Mæ-
uio; & ſine altero alter ad legatum admitti-
tur. Nam & cùm dicit Prætor [Ventrem
cum liberis in poſseſſionem eſse iubeo] et-
ſi non ſunt liberi, venter in poſseſſionem
mittetur.

f l. ſi pluribus 33. ibid.

L. [f] Si pluribus eadem res legata fue-
rit, ſi quidem coniunctim, etiamſi alter vin-
dicet, alter ex teſtamento agat; non plus
quàm partem habebit is qui ex teſtamen-
to aget. Quòd ſi ſeparatim, ſi quidem e-
uidentiſſimè apparuerit, ademptione à prio-
re legatario facta; ad ſecundum legatarium
contuliſse, priorem ad legatum peruenire
placet. Sin autem hoc minimè apparere
poteſt, pro virili portione ad legatum om-
nes venire: ſcilicet niſi ipſe teſtator ex ſcri
ptura manifeſtus eſset vtrumque eorum
ſolidum accipere voluiſse. Tunc enim v-
ni pretium, alij ipſa res adſignatur, electione
vel pretij ſeruanda ei qui prior de legato ſi-
ue fideicommiſso litem conteſtatus eſt: ita
tamen vt nõ habeat licentiam, altero electo,
ad alterum tranſire.

g l. Planè 34 ibid.

A LI. [g] Planè vbi transferre voluit le-
gatum in nouiſſimum, priori non debebi-
tur, tametſi nouiſſimus talis ſit, in cuius per-
ſona legatum non conſtitit. Si verò con-
iuncti disiunctim commixti ſunt, con-
iuncti vnius perſonæ poteſtate fungun-
tur.

h l. 4. cùm filiofa. ibid.

LII. [h] Cùm filiofamiliâs alieno le-
gatum vel hæreditas datur, fideicommitti
B patri poteſt: ac tum demùm ex perſona i-
pſius fideicommiſſum vires capit, cùm ipſi,
cui commodum hæreditatis vel legati quæ-
ritur, fideicommiſſum relinquitur. Deni-
que Iulianus non inſubtili ratione motus, pa-
trem, cuius filius hæres inſtituturus eſt, extero
quidem, habita ratione legis Falcidiæ, reſti-
tuere hæreditatem reſpondit, quoniam ex
perſona ſua filius obligari non poſſit; ac
pater non vt hæres, ſed vt pater rogari vi-
C deatur: & ideò ſi rogatus ſit pater poſt
mortem ſuam quod ad ſe peruenit ex lega-
to vel hæreditate filio relictum, reſtituere,
iſque viuo patre decedat, omnimodò patrem
id retenturum: quoniam ex perſona patris vi-
res acceperit.

i l. quæſitũ. 91 ibid.

LIII. [i] Quæſitum eſt, ſi filiusfamiliâs qui
filium habebat, hæres inſtitutus fuiſſet, cùm
eſſet vterque in poteſtate aliena, an ab eo fi-
lio eius legari poſſit. Reſpondi, cùm poſſit à
D filio patri legari, conſequens eſſe vt vel fra-
tri ipſius vel filio legari poſſit.

k l. ſi ita 45 §. vlt. ibd.

LIV. [k] Si pater filiæ ſuæ teſtamento aureos
tot dare iuſſerit vbi ea nupſiſſet: & ſi filia nu-
pta ſit cùm teſtamentum fit, ſed abſente pa-
tre & ignorante, nihilominus legatum debe-
tur. Si enim hoc pater non ignorabat, videtur
de aliis nuptiis ſenſiſſe.

l l. Paulus § vlt. & 2. & ſeqq.

LV. [l] Si tibi, & poſthumo ſuo, vel alieno
E hæreditatem reſtituere quis rogauerit: vel
ex parte te, ex parte poſthumum hæredem
inſtituiſſet, legatúmve ſimiliter vel fidei-
commiſſum reliquiſſet; verùm poſthumus
partem faciat ſi natus ſit, an & ſi natus non
ſit, quæritur. Ego commodiùs dici puto, ſi
quidem natus non eſt, minimè eum partem
facere: ſed totum ad te pertinere, quaſi ab
initio tibi ſolido relicto: ſin autem natus
fuerit, vtroſque accipere quantum cui-
que relictum eſt, vt vno mortuo, pars tibi
F dimidia debeatur: duobus natis, tertia tibi
debeatur: tribus natis, quia trigemini quo-
que naſcuntur, quarta debeatur: & noſtra
quidem ætate Serapias Alexandrina ad Ha-
drianum Imperatorem perducta eſt cum
quinque liberis quos vno fœtu enixa eſt: ſed
tamen quod vltra tres naſcitur, ferè porten-
toſum videtur.

m l. ſi deportatis. §. 1. D. de lega. 3.

LVI. [m] Si miles deportato fideicommiſ-
ſum reliquerit, verius eſt quod & Marcellus
G probat capere eum poſſe.

n l. 3. D. de his quæ pro non ſcript. hab.

LVII. [n] In metallum damnato legari ali-
mentorum cauſâ poteſt.

o l. ſi ita quis 51. D. de leg. 2

LVIII. [o] Si ita quis teſtamento caniſſet [Illi,
quantã pecuniam per legem accipere poteſt,
dari volo] tum quãdo capere poterit videtur
relictum. Sed & ſi dixerit, quã maximã partẽ

dare poſſum, damnas eſto hęres meus ei dare; idem erit dicendum.

p l. cùm ei 42. ibid.

LIX. p Cùm ei qui partem capiebat legatum eſſet vt alij reſtitueret, placuit ſolidum capere poſſe.

q l. cùm ſenatus D. de reb. dub.

LX. q Cùm ſenatus, temporibus Marci Imperatoris permiſerit collegiis legare, nulla dubitatio eſt quòd ſi corpori cui licet coire legatum ſit, debeatur.

r l. Sed ſi hoc ſpecialiter. §. 1. D. de cond. & dem.

LXI. r Cuidam non ſolidum capienti, ampliùs lege conceſſa portione relictum eſt; ſi hæredi quid dediſſet, quæritur an id quod conditionis implendæ cauſa dederit, ex cauſa legati conſequi poſſit, quaſi non capiat quod eroget; an verò id extra ſit: nec ideò magis ex bonis teſtatoris ampliùs capiat quàm capturus eſſet ſi ſine conditione legatum eſſet. Et Iulianus rectiſſimè ſcribit, tantò amplius eum capturum quantùm conditionis implendæ causâ capere eum oportet: hoc intereſſe hæredi, an extraneo dare iuſſus eſt: quia computatione facta, quę ſemper in perſona eius introduceretur, non ampliùs lege conceſſa portione ad eum ſubſideret.

Iuſtinianus Imperator.

ſ §. legari. Inſtit. h. t.

LXII. ſ Incertis perſonis neque legata, neque fideicommiſſa olim relinqui conceſſum erat. Nam nec miles quidem incertæ perſonę poterat relinquere, vt Hadrianus Imperator reſcripſit. Incerta autem perſona videbatur, quam incerta opinione teſtator animo ſuo ſubiiciebat: veluti ſi quis ita dicat; Quicunque filio meo filiam ſuam in matrimonium dederit, ei hæres meus illum fundum dato. Illud quoque quod iis relinquebatur, qui poſt teſtamentum primi Conſules deſignati eſſent, æquè incertæ perſonæ relinqui videbatur: & denique multæ aliæ ſpecies ſunt.

t §. ſub certa. ibid.

t Sub certa verò demonſtratione, id eſt, ex certis perſonis incertæ perſonæ rectè legabatur: veluti [ex cognatis meis qui nūc ſunt, ſi quis filiam meam vxorem duxerit, hæres meus illam rem dato.]

u Claud. Cantiuncula in d. §.

LXIII. u Quod tamen obtinebat, atque etiamnum obtinet, ſi euentus id quod in huiuſmodi legatis certum apparebat ad meram incertitudinem reduxerit. Exempli causâ

x l. ſi fuerit. §. vlt. D. de reb. dub.

x dixit teſtator, [Vni ex cognatis meis qui primus Capitolium aſcenderit] & ſimul duo veniſſe dicantur, nec appareat quis prior venerit; vel ei qui monumentum fecerit, & plures fecerint. In his enim & ſimilibus omnibus legata propter incertitudinem palam eſt impediri.

** § incertis. uſi d. t. de le-*

LXIIII. * Incertis autem perſonis legata vel fideicommiſſa relicta & per errorem ſoluta repeti non poſſe, ſacris conſtitutionibus cautum erat.

Idem Imperator Iuſtinianus.

z § poſthumo. ibid.

LXV. z Poſthumo quoque alieno inutiliter olim legabatur. Eſt autem alienus poſthumus qui inter ſuos hæres teſtatori futurus non eſt; ideóque ex emancipato filius conceptus, neque nepos extraneus erat poſthumus auo. Sed nec huiuſmodi pars ſine emendatione relicta eſt, cùm huic parti medemur non ſolùm in hæreditatibus, ſed etiam in legatis & fideicommiſſis.

a §. poſthumus. ibid.

a Poſthumus autem alienus hæres inſtitui ante poterat: & nunc poteſt, niſi in vtero eius ſit quæ iure noſtro vxor eſſe non poteſt.

b l. vlt. D. de lega. 1.

LXVI. b Si tutor pupillam ſuam contra ſenatuſconſultum duxit, illa quidem ex teſtamento eius capere poteſt: ipſe autem non poteſt: & meritò puniendi ſunt: quod imputari non poteſt mulieri quæ à tutore decepta eſt.

Secunda particula dictæ ſecundæ partis dicti capitis ſecundi.

Quibus legari, & fideicommiſſum relinqui non poſſit.

c l. pen. D. de his quæ pro non ſcript. hab.

LXVII. c Si eo tempore quo legatum alicui adſcribebatur, in rebus humanis non erat; pro non ſcripto hoc habendum.

LXVIII. Si quid in metallum damnato extra cauſam alimentorum relictum fuerit, pro non ſcripto eſt, nec ad fiſcum pertinet. Nam pœnæ ſeruus eſt, non Cæſaris: & ita Pius Imperator reſcripſit. Sed & ſi poſt teſtamentum factum hæres inſtitutus, vel legatarius in metallum damnatus ſit, ad fiſcum non pertinet.

e l. cùm ſenatus D. de reb. dub.

LXIX. d e Si corpori, cui coire non licet, legetur, non valebit niſi ſingulis legetur. Hi enim non quaſi collegium, ſed quaſi certi homines admittentur ad legatum.

f l. Pater filiū 38. § fideicommiſit. D. de lega. 3.

LXX. f Fideicommiſit eius cui duo millia legauit in hæc verba, [A te peto ea duo millia ſolidorum reddas collegio cuiuſdam templi; quæſitum eſt, cùm id collegium poſtea diſſolutum ſit, vtrùm id legatum ad Petronium pertineat; an verò apud hæredem remanere debeat. Reſpondi, Petronium iure petere, vtique ſi per eum non ſtet parere defuncti voluntati.

g l. non oportet. 52. D. de lega. 2.

LXXI. g Non oportet priùs de conditione cuiuſquam quæri, quàm aut hæreditas, legatúmve ad eum pertineat.

Tertia pars dicti capitis ſecundi.

A quibus legari aut fideicommitti poſſit: aut non poſſit.

Prima particula.

A quibus poſſit.

h l. 1. §. ſciendum. D. de lega. 3.

LXXII. h Sciendum eſt eorum fideicommitti poſſe, ad quos aliquid

peruen-

petuentutum eſt morte eius, vel dum his datur, vel eis non adimitur, nec tantùm proximi bonotum poſſeſſoris, verùm inferioris quoque committere poſſumus: ſed & eius qui nondum natus eſt fideicommitti poſſe, ſi modò natus nobis ſucceſſurus eſt.

i l. Imper. Antonin. §. 1. D. de lega. 2.

LXXIII. [i] Si centum legatis, duplum reſtituere rogatus ſit, ad ſummam legati videbitur conſtitiſſe. Si autem poſt tempus fideicommiſſum relictum ſit, vſurarum duntaxat additamentum admittetur: nec mutanda ſentētia erit, quò d fortè legato percepto: maximum emolumentum ex aliquo negotio conſecutus eſt, aut pœnam ſtipulationis imminentem euaſit. Hæc ita, ſi quantitas cum quantitate conferatur. Enimuerò ſi pecunia accepta rogatus ſit rem propriam, quamuis maioris pretij, reſtituere, non eſt audiendus legatarius legato accepto, ſi volet computare. Non enim æquitas hoc ptobare patitur, ſi quod legatorum nomine percepit legatarius, offerat.

k d. l. in prin.

LXXIV. [k] Imperatot Antoninus reſcripſit, legatarium, ſi nihil ex legato accepit, ei cui debet fideicommiſſum, actionibus ſuis poſſe cedere; nec id cogendum ſoluere. Quid ergo, ſi non totum, ſed pattem legati relicti reſtituere rogatus, abſtinuit eo; vtrùm actionibus ſuis in totum cogetur cedere, an verò nonniſi ad eam quantitatem quæ fideicommiſſo continetur? quod ratio ſuadet. Sed & ſi legatum percepetit, non ampliùs ex cauſa fideicommiſſi cogetur ſoluere quàm recepit.

l l. Titius 88. § filiam. D. de lega. 2.

LXXV. [l] Filiam ex aſſe inſtituit hæredem: eique ſubſtituit nepotem ſuum: & ita cauit [Si, quod abominor, neque filia mea, neque nepos meus hæredes mei erunt, tunc portionem meam partis dimidiæ fundi illius ad libertos meos pertinere volo] quæritur, cùm ante teſtamentum & filius & nepos deceſſerint, an fideicommiſſum ad libertos pertineat. Reſpondi, ſecundùm ea quę proponerentur, ſi nullus alius hæres inſtitutus, & ſubſtitutus eſſet quàm filia & nepos, videri legitimorum fideicommiſſum eſſe vt præſtarentur.

m l. cùm pater. § filium. ib.

LXXVI. [m] Filius mattem hæredem ſcripſerat: & fideicommiſſa tabulis data cum iuriſiurandi religione præſtari rogauerat: cùm teſtamentum nullo iure factum eſſet, nihilominus matrem legitimam hęredem cogendam præſtare fideicōmiſſum, reſpondi. Nam enixæ voluntatis preces ad omnem ſucceſſionis ſpem porrectæ videbantur.

n l. ſi quis ita fuerit D. de lega. 3.

LXXVII. [n] Si ita fuerit fideicommiſſum relictum [Ad quemcunque ex teſtamento vel ab inteſtato] vel ita [Ad quemcunque quoquo iure bona mea perueniant] hac oratione, & eius qui poſtea natus erit, inque familiam venerit, aut eius qui poſtea cognitus eſſe cœperit, fideicommiſſum videtur: eius quoque quæ nondum nupta erit, ſed poſtea eo caſu, quo ex edicto ad vxorem bona mariti inteſtati ſolent peruenire.

o l. vt hæredibus. 50. D. de lega. 2.

LXVIII. [o] Vt hæredibus ſubſtitui poteſt, ita etiam legatariis. Videamus an idem fieri poſſit, & cùm mortis cauſa donabitur, vt id promittat ille alteri, ſi ipſe capere non poterit; quod magis eſt: quia in poſterioris quoque perſona donatio confertur.

p l. à filio. 29. D. de lega. 1.

LXXIX. [p] A filio patri purè legari poteſt; nec intereſt an die cedente legati in patris poteſtate ſit; & ſi iuſſu patris adita ſit hæreditas, imputabitur ei in Falcidiam.

q l. filiusfa. 114. ibid.

B LXXX. [q] Filiusfamiliâs miles vel veteranus, licèt ſine liberis decēdat, poteſt fideicōmittere à patre: quia etiam teſtamentum facere poteſt.

r d. l. pen. ibid.

LXXXI. [r] A fratris poſthumo fideicommiſſum dari poteſt. Sola enim voluntas ſeruatur in fideicommiſſo: & obtinuit Galli ſententia alienos quoque poſthumos legitimos nobis hæredes fieri.

ſ l. filiusfa. 114. §. qui ab inteſtato. ibid.

C LXXXII. [ſ] Qui inteſtatò decedit, & ſcit bona ſua vacantia ad fiſcum peruentura, fidei fiſci committere poteſt.

t l. quidā 97. §. 1. D. de leg. 1.

LXXXIII. [t] Quoties lege Iulia bona vacantia ad fiſcum pertinent, ea legata & fideicommiſſà præſtantur, quę præſtare cogeretur hæres à quò relicta ſunt.

u l. ſed & ſi ſic. ibid.

LXXXIIII. [u] Si ſic fideicommiſſum dedero ab hærede meo [Te rogo L. Titi, vt ab hærede tuo petas dari Mæuio decem aureos] vtile erit fideicommiſſum, ſcilicet vt

D mortuo Titio ab hærede eius peti poſſit.

x l. ſi fuerit. §. 1. ibid.

LXXXV. [x] Si quis non ab hærede vel legatario, ſed ab hæredis vel legatarij hærede fideicommiſſum reliquerit, hoc valere benignum eſt.

z l. cùm pater. 77. §. 1. D de lega. 2.

LXXXVI. [z] Surdo & muto qui legatum accepit, vt cùm moreretur, reſtituat, rectè mandatur. Nam & ignorantes adſtringuntur fideicommiſſo; quibus ignorantibus emolumentum ex teſtamento quæritur.

** l. 3. §. ſi rem. ibid.*

LXXXVII. * Si rem quis debeat ex ſtipulatu ei qui eam legauerit; fideicommittere ei non poterit, licèt ex legato commodum ſentire videatur; quòd dominium nanciſcitur, nec expectat ex ſtipulatu actionem: fortaſſis quis dicat, & ſumptum litis quem ſuſtineret, ſi ex ſtipulatu litigaret, ſe vincere; ſed dicendū eſt huius fideicommiſſum eſſe.

a l. à patre. 4. ibid.

F LXXXVIII. [a] A patre relictum fideicommiſſum, ſi hæreditas ei non quæratur, emancipato filio vtilibus actionibus poſtulatur. Penes eum enim hæreditatis commodum remanet.

Secunda particula dictę tertiæ partis dicti capitis ſecundi.

A quibus legari, aut fideicommiſſum relinqui non poſſit.

b l. 1. §. ſciendum. ibid.

LXXXIX. [b] SCiendum eſt, eorū fidei demùm cōmitti poſſe, ad quos

aliquid peruenturum eſt morte eius; & dum his datur, vel eis non adimitur.

XC. [c] Non eſt recipiendum vt cui nihil dederis eum rogando obliges.

c l. ſed & ſi ſic. 6. ibid.

XCI. [d] Si quis creditori ſuo legauerit id quod debet, fidei eius committere non poterit, niſi commodum aliquod ex legato conſequatur, fortè exceptionis timore, vel ſi quid debitum fuit, vel ſub conditione.

d l. ſi deportatio 7. §. vlt. ibi.

XCII. [e] A ſubſtituto exhæredati non poteſt legari vel fideicommitti, etiamſi exhæredato pater aliquid legauerit. De quo cùm quidam ſuum filiumfamiliâs impuberem exhæredatum fecit, aliis hæredibus ſcriptis: eidem autem pupillo alium ſubſtitutum reliquit, maximam ſcilicet oſtendens ad filium ſuum affectionem, nihil quidem emolumenti reliquit: ſed poſt exhæredationis iniuriam etiam ſubſtitutionem addidit; & à ſubſtituto legatum reliquit: quærebatur; ſi huiuſmodi legatum vel fideicommiſſum poſſet valere. Sed & ſi legatum eidem exhæredato filio pater reliquerit, & ei ſubſtituerit, exhæredato alio; iterùm certabatur ſi ſaltem per eundem modum fideicommiſſum poſſet relinquere. Cùm igitur antiquitas quidem hoc diuersè tractare maluerit: nobis autem huiuſmodi iurgia ſuperuacua eſſe videantur, ſancimus nullo legato, nullo fideicommiſſo huiuſmodi ſubſtitutū, qui exhæredato filio datus eſt, prægrauari, nec ſi ipſam rem quam pupillo legauit, à ſubſtituto eius vel legare vel fideicommittere voluit.

e l. cùm quidā. C. h. t.

XCIII. [f] Cùm à poſthumo ita legetur [Si hæres erit,] & non nato poſthumo ſubſtituti adeant, legata non deberi exiſtimandum eſt, quæ ille, ſi viueret, debiturus erat.

f l. ſi hærede ſ. §. ſi ab exhæredati.

XCIIII. [g] Si duobus ſit legatum, quorum alter inſtitutus ſit, à ſemetipſo legatum ei inutiliter videtur: ideóque quod ei à ſemetipſo legatum eſt, ad collegatarium pertinet.

g l. Planè 59. §. ſi duobus. ib.

CAP. III.

Quæ res legari aut per fideicommiſſum relinqui poſſunt: aut non poſſunt.

Prima pars.

Quæ poſſunt.

XCV. [h] Tam corporales res legari poſſunt, quàm incorporales.

h §. tam autē. Inſt. h. t.

XCVI. [i] Poteſt quis etiam res ſingulas per fideicommiſſum relinquere: veluti fundum, argentum, equum, veſtem & pecuniam numeratam: & vel ipſum hæredem rogare vt aliquid reſtituat; vel legatarium, quamuis à legatario rogari non poſſit.

i t. de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis. Inſtit. in princ.

XCVII. [k] Poteſt autem non ſolùm proprias res teſtator per fideicommiſſum relinquere: [l] ſed & hæredis aut legatarij, aut fideicommiſſarij, aut cuiuſlibet alterius. Itaque & legatarius & fideicommiſſarius non ſolùm de ea re rogari poteſt, ſed etiam de alia, ſiue ipſius, ſiue aliena ſit.

k §. 1. d. t.

l l. hæredum. C. h. t.

XCVIII. [m] Hoc ſolùm obſeruandum eſt, ne plus quiſquā rogetur alij reſtituere, quàm ex teſtamēto ceperit. Nam quod amplius eſt, inutiliter relinquitur.

m d. §. hoc ſolùm. Inſt. d. t. de ſing. reb. per fid. rel.

XCIX. [n] Labeo refert; agrum cuius commercium non habes, legari tibi poſſe Trebatium reſpondiſſe: quod meritò Priſcus Fulcinius falſum eſſe aiebat. Sed Proculus ait; ſi quis hęredem ſuum, eum fundum, cuius is hęres commercium non habeat, dare iuſſerat ei qui eius commercium habeat, talē hæredem obligatum eſſe: quod verius eſt, vel in ipſam rem, ſi hæc in bonis teſtatoris fuerit; vel ſi non eſt, in eius æſtimationem.

n l. Paulus 49. D. de leg. 2.

C. [o] Cùm bonorum parte legata, dubium ſit vtrùm rerum partes, an æſtimatio debeatur, Sabinus quidem & Caſſius æſtimationem; Proculus & Nerua rerum partes eſſe legatas, exiſtimauerunt. Sed oportet hæredi ſuccurri, vt ipſe eligat, ſiue rerum partes, ſiue æſtimationem dare maluerit. In his tamen rebus partem dare hæres conceditur, quæ ſine damno diuidi poſſunt. Sin autem vel naturaliter indiuiſæ ſint, vel ſine damno diuiſio earum fieri non poteſt, æſtimatio ab hærede omnimodo præſtanda eſt.

o l. non amplius 26. §. vl. D. de lega. 1.

CI. [p] Poteſt autem hæres, vel paucioribus, vel in vna re relictam partem legatario dare, in quam vel legatarius conſenſerit, vel iudex æſtimauerit: nec neceſſe habet legatarius in omnibus vindicare portionem.

p l. Poteſt. 27. ibid.

CII. [q] Sempronio lego omnem hæreditatem Publij Mæuij; Sempronius ea demùm onera ſuſcipiet quæ Mæuianæ hæreditatis fuerunt, & in diem mortis eius qui hæres Mæuij exſtitit, perſeuerauerunt; ſicut vice mutua præſtabuntur actiones quæ præſtari potuerunt.

q l. cùm filius 76. §. 1. D. de lega. 2.

CIII. [r] Si cui fundus centum legatus fuerit, ſi centum hęredi, vel cuilibet alij dederit, vberrimum videtur legatum. Nam aliquando intereſt legatarij fundum potiùs habere, quàm centum. Sępe enim communes fundos etiam ſupra iuſtam ęſtimationem intereſt noſtra acquirere.

r ſi cui fundus. 54. ibid.

CIIII. [ſ] Etſi ęquo pretio emere vel vendere iuſſerit hęredem ſuum teſtator, adhuc vtile legatum eſt. Quid enim ſi legatarius, à quo emere fundum hæres iuſſus eſt, cùm ex neceſſitate eum fundum venderet, nullum inueniret emptorem? vel ex diuerſo, quid ſi legatarij magni intereſſet eum fundum emere; nec alias hæres vēditurus eſſet, quàm ſi teſtator iuſſiſſet?

ſ l. & ſi æquo. 67. D. de lega. 1.

CV. [t] Si teſtator quoſdam ex hæredibus iuſſit æs alienum ſoluere, non creditores habebunt aduerſus eos actionem, ſed cohęredes, quorum intereſt hoc fieri; nec ſolùm hoc

t l. Seruo. §. ſi teſtator. ibid. l. 41. in fi. D. de iur. dot. l. Taio gener. D. de cond. & dem

casu

caſu alius habet actionem quàm cui teſtator dari iuſſit, ſed alio quoque; veluti ſi filiæ nomine genero aut ſponſo dotem dare iuſſerit. Non enim gener, aut ſponſus, ſed filia habet actionem, cuius maximè intereſt.

CVI. [u] Tale legatum valet, Damnas eſto domum illam reficere, vel illam ęre alieno liberare.

CVII. [x] Quidam in teſtamento ita ſcripſit [Reipublicæ Gtanis-Canorũ lego in tutelam viæ reficiendæ, quæ eſt in colonia eorũ vſque ad viã Aureliam] quęſitum eſt, an hoc legatum valeat. Iuuentius Celſus reſpondit; propemodum quidem imperfecta eſt hæc ſcriptura, quia ſumma adſcripta non eſt: poteſt tamen videri tanta ſumma legata quanta ei rei ſufficiat, ſi modò non apparet aliam fuiſſe defuncti voluntatem, aut ex magnitudine eius pecuniæ, aut ex mediocritate facultatum quas teſtator reliquit. Tunc enim officio iudicis ſecundùm æſtimationem patrimonij & legati quantitas definiri debet.

CVIII. [y] In pecunia legata, confitenti hęredi modicum tempus ad ſolutionem dandũ eſt: nec vrgendus ad ſuſcipiendum iudicium: quod quidem tempus ex bono & æquo prætorem obſeruare oportebit.

CIX. [z] Si pecunia legata in bonis legantis non ſit, ſoluendo tamen hæreditas ſit, hæres pecuniam legatam dare compellitur, ſiue de ſuo, ſiue ex vẽditione rerum hęreditariarum, ſi tamen voluerit.

CX. [a] Si hæres iuſſus ſit facere vt Lucius centum habeat, cogendus eſt hæres centum dare: quia nemo facere poteſt vt habeam centum, niſi mihi dederit.

CXI. [b] Si quis legauerit fundum Cornelianum, exceptis vineis quæ mortis eius tempore erunt; ſi nullæ vineæ erunt, nihil legato decedet.

CXII. [c] Equum caſtrenſis peculij legare pater poteſt: & ſi viuo patre mortuus ſit filius, & apud patrem peculium remanſit, conſtitit legatum. Cùm enim filius iure ſuo non vtitur, retrò creditur pater dominium in equo peculiari habuiſſe.

CXIII. [d] Labeo ſcribit, cùm certa res, aut equus legatur ita [Qui meus erit cùm moriar, hæres dato] & cõmunis ſit, totum deberi. Trebatium verò reſpoudiſſe pattem deberi, Caſſius ſcripſit.

CXIV. [e] Cùm fundus communis legatus ſit, nõ adiecta portione, ſed [meum] nominauerit, portionem deberi conſtat.

CXV. [[f] Bucephalum equum qui meus erit cùm moriar, hæres dato] magis conditionem legato inieciſſe, quàm demonſtrare voluiſſe patremfamiliàs apparet, eò quòd ſi demonſtrandi cauſa bæc oratio propooeretur, ita concepta eſſet, Bucephalum qui meua eſt, noo, qui meus erit: ſed conditio talis accipi debet; quatenus meus erit, vt ſi totum alienauerit, legatũ exſtinguatur: ſi partem, pro ea parte debeatur quæ teſtatoris mortis tempore fuerit.

[u] §. ſed & tale. Inſtit. h. t.

[x] l. Quidam. 30. D. de lega. 2.

[y] l. ſi domus 31. §. in pecunia. ibid.

[z] l. ſi pecunia. D. de lega. 2.

[a] l. ſi hæres. 73. D. de leg. 1.

[b] l. ſi quis legauerit. 72. ibi.

[c] l. Seruum. D. de 44. lega. 1.

[d] l. Serui. §. 1. ibid.

[e] d. l. §. vltim.

[f] d. l. Stichũ. ibid.

A CXVI. [g] Fundo legato ſi vſusfructus alienus ſit, petendus eſt ab hærede. Vſusfructus enim, etſi in iure, non in parte conſiſtit, emolumentum tamen rei continet. Enimuerò fundo relicto, & ob reliquas præſtationes quæ legatum ſequũtur, agetur; verbi gratiâ, ſi fundus pignori datus, vel aliena poſſeſſio ſit; non idem placuit de cæteris ſeruitutibus. Sin autem res mea legetur, legatum præter iſtas

B cauſas non valebit.

CXVII. [h] Quod in rerum natura adhuc non ſit, legari poteſt: veluti, quod ex illa equa natum erit: vel ita [ex vino quod in fundo meo natum erit, vel è fructibus tãtum dato.]

CXVIII. [i] Si res quæ legata eſt, in rerum natura ſit ſi fortè dubium ſit an equus legatus viuat; placuit agi quidem ex teſtamento poſſe: ſed officio iudicis contineri vt cautio interponeretur, qua hæres caueat

C eam rem perſecuturum: & ſi nactus ſit, legatario reſtituturum.

CXIX. [k] Vlpianus; legato generaliter relicto, veluti equi, C. Caſsius ſcribit, id eſſe obſeruandum, ne optimus vel peſsimus accipiatur: quæ ſententia reſcripto Imperatoris noſtri & Seueri iouatur.

CXX. [l] Cum equus Titio legatus eſſet, quęſitum eſt, vtrùm arbitrium hætedis eſt quem volet dare; an potius legatatij. Reſponsũ eſt,

D verius eſſe, electionem eius eſſe cui poteſtas ſit qua actione vti velit, id eſt, legatarij.

CXXI. [m] Si de certo fundo ſenſit teſtator, nec appareat de quo cogitauit, electio hæredis erit quem velit dare: at ſi appareat, ipſe fundus vindicabitur. Sed & ſi lancem legauerit, oec appareat quam, æquè electio eſt hęredis quam velit dare.

CXXII. [n] Si domus alicui ſimplicìter ſit legata, neque adiectum quæ domus, cogentur

E hæredes quam volent domum ex his quas teſtator habebat, legatario dare: quòd ſi nullas ædes reliquerit, magis deriſorium eſt quàm vtile legatum.

CXXIII. [o] Si domus fuerit legata, licèt particulatim ita refecta ſit, vt nihil ex priſtina materia superſit, tamen dicemus vtile manere legatum. At ſi ea domo deſtructa, aliam eodem loco teſtator ædificauerit, dicemus interire legatum: niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe

F fuerit approbatũ. [p] Hæc enim deſtructio mutatæ teſtatoris voluntatis indicium eſt.

CXXIV. [q] Si quid alicui licitè fuerit relictum, vel ius aliud, quod ipſe quidẽ propter corporis ſui vitium, vel propter qualitatem relicti, vel aliam quantumcuoque probabilem cauſam habere non potuit: alius tamen habere potuit, quanti ſolet comparari, tãtam æſtimationem accipete.

CXXV. [r] Si numerus nummotum legatus

G ſit, oec apparet quales ſint legati; ante omnia ipſius patrisfamiliâs conſuetudo, deinde regionis in qua verſatus eſt, exquirenda eſt. Sed & mens patrisfamiliâs, & legatarij dignitas, & neceſſitudo, item ſummarum quæ præcedunt vel ſequuntur ſcripta ſunt ſpectanda.

[g] l. Mauius. 66 § fundo D. de lega. 2.

[h] l. quod in rerum 24. D. de lega. 1.

[i] l. Seruo 69. §. vlt. ibid.

[k] l. legato 37. ibid.

[l] l. ſi ſeruus 108 § cum homo ibid.

[m] d. l. §. 1.

[n] l. ſi domus 81.

[o] l. ſi ita. §. vlt. ibid.

[p] In annotationibus.

[q] l. ſi filiusfa. 114. §. ſi quid alicui.

[r] l ſi ſeruus. 50. §. vlt. ibid.

f l. planè 34. 1 ibid.

CXXVI. [f] Si eadem res ſæpiùs legetur in eodem teſtamento, ampliùs quàm ſemel peti non poteſt: ſufficitque vel rem conſequi, vel rei æſtimationem. Sed ſi duorum teſtamentis mihi eadem res bis legata ſit, bis petere poterò, vt ex altero teſtamento rem conſequar, ex altero æſtimationem.

t d l. §. ſed ſi non corpus.

CXXVII. [t] Sed ſi non corpus ſit legatum, ſed quantitas eadem in teſtamento ſæpiùs, Pius Imperator reſcripſit, tunc ſæpiùs præſtandam ſummam, ſi euidentiſſimis probationibus oſtendatur teſtatorem multiplicaſſe legatum voluiſſe: idémque & in fideicommiſſo cõſtituit, eiuſque rei euidens ratio eſt, quòd eadẽ res ſæpiùs præſtari non poteſt: ſed eadem ſumma, volẽte teſtatore, multiplicari poteſt. Sed hoc ita erit accipiendum, ſi non certum corpus nummorum, vt puta centum quæ in arca habet, ſæpiùs legauit. Tunc enim fundo legato comparandum puto. Sed quia in eodem teſtamento eadem ſumma bis aſcripta eſt, creditur teſtator non multiplicare eam voluiſſe. Facilius enim ei fuiſſet ſemel cẽtum quinquaginta bis aſcribere, ſeu repetere quòd oblitus eſſet ſe eam legaſſe. Diuerſa eſt coniectura, ſi in teſtamento & codicillis aſcripta ſit.

u d l. §. ſed ſi pondus.

CXXVIII. [u] Sed ſi pondus auri, vel argenti ſæpiùs ſit legatum, Papinianus reſpondit magis ſummæ legato comparandum: meritò, quia non ſpecies certa legata videatur. proinde & ſi quid aliud eſt quod pondere, numero, mẽſura continetur, ſæpiùs relictum idẽ erit dicendum, id eſt ſæpiùs deberi, ſi hoc teſtator voluerit.

x d. l. §. quòd ſi rem.

CXXIX. [x] Quòd ſi rem emiſſem mihi legatã, vſque ad pretium quod mihi abeſt competet mihi ex teſtamento actio: & multò magis hoc dicendum eſt, ſi duobus teſtamentis mihi eadem res legata ſit. Sed ſi me reſtituere rogauerit vel ipſam rem, vel aliud pro ea, aut ſub conditione legaſſet dandi quid pro ea; hactenus mihi abeſſe res videtur, quatenus ſum præſtaturus.

z l. 2. D. de lega. 2.

CXXX. [z] Quoties nominatim plures res in legato exprimuntur, plura legata ſunt. Si autem ſuppellex, aut argẽtum, aut peculium, aut inſtrumentum legatum ſit, vnum legatum eſt.

a l. neminem. ibid.

CXXXI. [a] Neminem eiuſdem rei legatæ ſibi partem velle; partem nolle, verius eſt.

b l. ſed duobus. ibid.

CXXXII. [b] Sed duobus legatis relictis vnum quidem repudiare, alterum verò amplecti, reſpondetur. Sed ſi vnum ex legatis onus habet, & hoc repellatur, non idem dicendum eſt.

c l. Grege. ibid.

CXXXIII. [c] Grege autem legato non poſſunt quædam ſperni, quædam vindicari: quia non plura, ſed vnum legatum eſt: idémque dicendum de veſte aut argento legatis, & ſimilibus.

d l. nummis 75. D. de lega. 3.

CXXXIV. [d] Nummis indiſtinctè legatis, hoc receptũ eſt, vt exiguiores legati debeantur, ſi neque ex conſuetudine patrisfamiliâs, neque ex regione vnde fuit, neque ex contextu teſtamenti poſſit apparere.

e l. quæſitum 78. illud. ibid.

A CXXXV. [e] Illud fortaſſe quæſiturus ſit aliquis, cur argenti appellatione, etiam factum argentum contineatur, cùm, ſi marmor legatum eſſet, nihil præter rudem materiam demonſtratum videri poſſit; cuius hæc ratio traditur: quippe ea quæ talis naturæ ſunt, vt ſæpiùs in ſua redigi poſſint initia; ea materiæ potentiâ victa, nunquam vires eius effugiant.

f l. Chartis. 76. ibid.

B CXXXVI. [f] Chartis legatis, neminem dicet libros factos legato cedere: hinc idem & in tabulis eſt.

g l. ſi chorum. 79. §. 1. ibid.

CXXXVII. [g] His verbis [quæ in familia mea erunt] nummos ibi repoſitos vt mutui darentur non eſſe legatos, Proculus ait: at eos quos præſidij cauſa repoſitos habet, vt quidã bellis ciuilibus fecitaſſent, eos legato contineri: & audiſſe ruſticos ſenes ita dicẽtes, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe, peculium

C appellantes quod præſidij cauſa ſeponeretur.

h l. ſi cui. D. de lega. 3.

CXXXVIII. [h] Si cui ædes legatæ ſint, id totum habebit ædificium, quod ſuper ſolum earum ædium erit. Paulus: Hoc tum demùm falſum eſt, cùm dominus binarum ædium ſupra conclaue, quod ſupra concamerationem alterarum ædium eſſet, in vſum alterarum conuertit, atque ita his vſus ſ. erit: namque eo modo alteris ædibus id accedet quod alteris decedet.

i l. ſi areæ. 39. D. de lega. 2.

D CXXXIX. [i] Si areæ legatæ poſt teſtamẽtum factum ædificium impoſitum eſt; vtrumque debebitur, & ſolum & ſuperficies.

k l. ſi tibi homo 66. vlt. D. de lega. 1.

CXL. [k] Valet legatum, ſi ſuperficies legata ſit ei cuius in ſolo fuerit, licèt is dominus ſoli ſit. Nam conſequetur vt hac ſeruitute liberetur, & ſuperficiem lucri faciat; & ſi quis fundum vectigalem legauerit, non proprietas videtur legata, ſed ius quod in vectigalibus fundis habuit.

l l. ſi tibi homo. §. ibid.

E CXLI. [l] Si tibi iumentum quod pignori dederas, legatum ab alio fuerit; actionem ex teſtamento habebis vt pignus luatur.

m l. ſi res obligata 57. ibid.

CXLII. [m] Si res obligata, per fideicommiſſum fuerit relicta; ſi quidem ſcit eam teſtator obligatam, ab hærede luenda eſt, niſi animo alio fuerit: aut ſi hanc, vel aliam rem relicturus fuiſſet, ſi ſciſſet obligatam; vel aliquid eſſe ſuperfluum, exſoluto ære alieno. Quòd ſi teſtator eo animo fuit, vt quanquam

F prædiorum liberandorum onus ad hæredes ſuos pertinere noluerit, nec tamen apertè vtique de his liberandis ſenſerit, poterit fideicommiſſarius per doli exceptionem à creditoribus (qui hypothecariâ ſecum egerunt) conſequi vt actiones ſibi exhibeantur. Quod quanquam ſuo tempore non fecerit, tamen per iuriſdictionem præſidis prouinciæ id ei præſtabitur.

n l. ſi quis ſeruum. §. ſi quis legauerit, D. de lega. 2.

CXLIII. [n] Si quis legauerit [ex illo dolio

G amphoras decem] etſi non decem, ſed pauciores inueniri poſſint, non extinguitur legatum: ſed hoc tantummodò accipit quod inuenitur.

o l. Stichum. 12. D. de lega. 1.

CXLIV. [o] [Stichus liber eſto, & vt eum hæres artificium doceat, vnde ſe tueri poſſit, peto.] Pegaſus inutile fideicommiſſum eſ-

ſe ait,quia genus artificij adiectumnon eſſet: ſed prętor aut arbiter ex voluntate defuncti, ætate, & conditione, & natura ingenij eius cui relictum eſt, perſpecta;ſtatuet quod potiſſimùm artificium hęres docere eum ſumptibus ſuis debeat.

CAP. IV.

De legato nominis,ſeu rei debitæ.

Prima pars.

De re teſtatori debita,legata.

CXLV. [p] (p l. ſeruum. 44.§.cum quis. ibid. l.qui chirographum.59. D.de lega.3.) EVm qui chirographum legat, debitum legare, non ſolùm tabulas,argumento eſt venditio. Nam cùm chirographa væneunt, nomen vænijſſe videtur. Sed & ſi nomen legetur,henignè id quod debetur accipiendum eſt, vt actiones aduerſus debitorem cedantur.

CXLVI. [q] (q l.ex legato. D.h.t.) Ex legato nnminis, actionibus ab his qui ſucceſſerunt non mãdatis, directas quidem actiones legatarius habere non poteſt;vtilibus autem ſuo nomine experietur.

CXLVII. [r] (r §. iam autem.) Quod defuncto debetur, poteſt alicui legari, vt actiones ſuas hæres legatario præſtet, niſi exegerit viuus teſtator pecuniam.Nam hoc caſu legatum extinguitur.

CXLVIII. [ſ] (ſ l. legatum ita. 106. D.d t.de lega.1.) Legatum ita erat [Quæ L. Titius mihi debet, ea hæres meus Cornelio dare damnas eſto]nihil amplius ex hoc legato quàm actiones ſuas hæres præſtare debet.

CXLIX. [t] (t §.quæſit.ibid.) Quæſitum eſt, an ad depoſitam pecuniam petendam ſufficiant verba codicillorum, cùm hoc ſolum,nec aliam probationem habeat. Reſpondi,ex his quæ proponerentur,ſcilicet cùm iuſiurandum dediſſe ſuper hoc teſtator affirmauit, credendam eſſe ſcripturam.

Secunda pars d.capitis quarti.

De liberatione legata.

CL. [u] (u l.1.D.de liberatione legata.) OMnibus debitoribus ea quæ debentur, rectè legantur, licèt domini eorum ſint.

CLI. [x] (x §.ſi quis debitori.Inſtit.h.tit.) Si quis debitori ſuo liberationem legauerit, legatum vtile eſt; neque ab ipſo debitore,neque ab hærede eius poteſt hæres petere, neque ab alio qui hæredis loco ſit. Sed poteſt à dehitore conueniri vt liberet eum. Poteſt autem quis ad tempus iubere ne hæres petat.

CLII. [z] (z d.l.1.) Iulianus ſcripſit,ſi res pignori data legetur debitori à creditore, valere legatum: haberéque eum actionem vt pignus recipiat priùs quàm pecuniam ſoluat.Sic autem loquitur,vt quaſi debitum non debeat lucrari:ſed ſi alia teſtãtis voluntas fuit;& ad hoc peruenietur exemplo licitationis.

CLIII. [a] (a l.3.ibid.) Liherationem poſſe legari iam certum eſt.ſed & ſi chirographum quis decedens debitori ſuo dederit, exceptionem ei competere puto,quaſi pro fideicommiſſo huiuſmodi datione valitura.

CLIV. [b] (b l.quod mihi. ibid.) Si ita legatum factum ſit [Quod mihi Sempronius debet,peti nolo] non tantùm exceptionem habere debitorem; ſed & fideicommiſſum, vt liberetur, petere poſſe, reſponſum eſt.

CLV. [c] (c l.Creditor ibid.) Si creditor debitori legauit ita [C. Seio quicquid mihi ſub pignore hortorum ſuorum debuit,ab hæredibus meis dari volo] quæro,cùm teſtator viuus à Seio aliqua recepit,an id ex cauſa legati peti poſſit: Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponerentur, non poſſe.

CLVI. [d] (d l. Non ſolùm noſtrum ibid.) Non ſolùm noſtrum debitorem, ſed & hæredis, & cuiuſlibet altèrius liberari, legare poſſumus.

CLVII. [e] (e d.l.§.ſi verba.) Si verba liberationis in rem ſint collata, pro eo eſt, quaſi hæres ab eo debitore, hæredéque eius petere vetitus ſit; vt adiectio hæredis perinde nihil valeat, atque non eſſet valitura ipſius debitoris perſonâ nõ comprehenſa.

CLVIII. [f] (f d.l.§.tale) Tale legatum [Hæres meus à ſolo Titio ne petito] ad hæredem L. Titij nõ tranſit,ſi nihil viuo L. Titio aduerſus teſtamẽtum ab hærede, eò quòd exigere debitum tẽtauit,ſit commiſſum. Quoties enim cohæret perſonæ id legatum, perſonalis ſeruitus ad hæredem eius non tranſit: ſi non cohæret, tranſit.

CLIX. [g] (g l.2.ibid.) Hęredem damnatũ à fideiuſſore non petere,à reo petere poſſe,certũ eſt; ſed à reo petere vetitũ, ſi à fideiuſſore petat; reo ex teſtamento teneri, Celſus putat.Idem Celſus ait,nullam dubitationem habere; quin hærede petere vetito, nec hæres hæredis petere poſſit.

CLX. [h] (h l.ſi quis in teſtament ibid.) Si quis in teſtamento damnatus eſt,ne à Titio debitore exigat, neque ipſum, neque hæredem eius poteſt conuenire. Nam neque hæredis hæres agere,neque ab hæredis hærede exigi poteſt.

CLXI. [i] (i l.ſi creditor ibid.) Si creditor debitori, qui ſe exceptione perpetua tueri poterat,legauerit quod ſibi deberet, nullius momenti legatum erit: at ſi idem debitor creditori legauerit,intelligẽdum erit exceptionem eum remittere creditori voluiſſe.[k] (k l.idem ibid.) Idem eſt & ſi in diem debitor fuit,vel ſub conditione.

CLXII. [l] (l l.cum hæres.ibid.) Cùm hęres rogatur debitorem ſuum liberare, de eo tantùm cogitatum videtur quod in obligatione manſerit. Itaque ſi quid ante tabulas apertas fuerit ſolutum, ad cauſam fideicommiſſi non pertinebit: quod autem poſt tabulas apertas ante aditam hæreditatem,ab eo qui voluntatem defuncti nõ ignorabat fuerit exactum, dolo proximum erit,ideóque repeti poteſt.

CLXIII. [m] (m l.cùm neceſſitatem, h.t.) Cum neceſſitatem reddendæ rationis defunctus remittendam eſſe petierit, manifeſti iuris eſt voluntatem defuncti immutatam eſſe debere.

CLXIV. [n] (n l.non ſolùm noſtrum §. hæres.D.de liber.lega.) Si hæres vetitus ſit agere cum eo qui defuncti negotia geſſerit, non videbitur obligatio ei prælegata eorum quę dolo vel ex fraude eius qui negotia geſſerit, commiſſa ſunt:& id videtur teſtator ſenſiſſe.

CLXV. [o] (o l.Procurator.ibid.) Procurator, à quo rationes hæres exigere prohibitus, eóque nomine procuratorem liberare damnatus eſt, pecuniam ab argentario debitam ex contractu, quem vt

procurator fecit; iure mandati cogetur reſti-tuere, vel actiones præſtare.

n l. Aureꝯ. §. Mæuia. ibid.

CLXVI. [n]Mæuia teſtamento ſuo alterum ex hæredibus ſuis actione tutelæ voluit liberari his verbis [Rationem tutelæ quam egit Iulianus Paulus cum Antiſtitin Cicerone, poſci ab eo nolo: eóque nomine cauſa omni liberatum eſſe volo] quæro, an ſi qua pecunia ex tutela apud eum remanſit, peti ab eo poſſit. Scæuola reſpondit, nihil proponi cur pecunia, quæ pupillæ eſſet, & apud tutorem poſita maneret, legata videretur.

o l. Creditor. §. Titia. ibid.

CLXVII. [o]Titia quæ duos hæredes habebat ita cauit, [Rationem tutelæ meæ quam egit P. Mæuius, cum L. Titio, repoſci ab eo nolo] quæritur, an ſi qua pecunia ex tutela apud eum remanſit, peti ab eo poſſit. Reſpondi, nihil proponi cur non pecunia quæ puellæ eſſet, & apud tutorem remaneret, legata videretur: item quæritur, an contutor liberatus videretur; reſpondi, contutorem non liberari.

p d. l. §. inter cætera.

CLXVIII. [p] Inter cætera liberto ita legauit teſtator [Et ſi quid me viuo geſſit, rationes ab eo exigi veto] quæritur, an chartas in quibus rationes ſunt; item reliquas ſecundùm accepta & expẽſa hæredibus reddere debeat. Reſponſum eſt, ea, de quibus quæreretur, poſſe hæredem vindicare.

q l. ſi quis rationes. ibid.

CLXIX. [q] Si quis rationes exigere vetetur, vt eſt ſæpiſſimè reſcriptum, non impeditur reliquas exigere quas quis reliquauerit; quòd ſi quis & hæc velit remittere, ita debet legare [Damnas eſto hæres meus quicquid ab eo exegerit illa vel illa actione, id ei reſtituere, vel actionem ei remittere.]

r l. Aurelius. §. Titius. ibid.

CLXX. [r]Titius teſtamento facto, & hæredibus filiis inſtitutis, de patre tutore ſuo quõdam facto ita locutus eſt, [Seium patrem meum liberatum eſſe volo ab actione tutelæ,] quæro quatenus hæc verba accipi debeant; id eſt, an pecunias, quas vel ex venditionibus rerum factis, aut ex nominibus exactis in ſuos vſus conuertit, vel nomine ſuo fœnerauit, filiis & hæredibus teſtatoris nepotibus ſuis debeat reddere. Scæuola reſpondit, eum, cuius notio eſt, æſtimaturum. Præſumptio enim propter naturalem affectum facit omnia videri patri conceſſa: niſi aliud ſenſiſſe, teſtatorem ab hæredibus eius approbetur.

ſ l. Aurelius. §. 1. ibid.

CLXXI. [ſ]C. Seius cùm adoleuiſſet, accepit P. Mæuium, & L. Sempronium. Idem cùm in fatum concederet, teſtamento ſuo de curatoribus ſuis ita cauit [Quæſtionem curatoribus meis nemo faciat. Rem enim ipſe tractaui.] quæro, an rationem curæ hæredes adulti à curatoribus petere poſſint, cùm defunctus, vt ex verbis teſtamenti appatet, confeſſus ſit ſe omnem rem ſuam adminiſtraſſe. Modeſtinus reſpondit, ſi quid dolo curatores fecerunt, aut ſi quæ res penes eos ſunt, eo nomine eos conueniri poſſe.

t l. ſi ſeruus. 119. D. de lega. 1.

CLXXII. [t] Si ſeruus vetitus eſt à teſtatore rationes reddere, nõ hoc conſequitur, vt ne quod apud eum ſit, reddat, ſed ne ſcrupuloſa inquiſitio fiat; hoc eſt, vt negligentiæ ratio

A non habeatur, ſed tantùm fraudis.

u l. ſi id quod. D. à 3. de liber. lega.

CLXXIII. [u]Si id quod mihi debetes, vel tibi, vel alij legauero, idque mihi ſolueris, vel qualibet alia ratione liberatus à me fueris; exſtinguitur legatum. Vnde Iuliano placuit, & ſi debitori hæres exſtiterit creditor, poſteàque ipſe creditor deceſſerit, legatum extingui: & hoc verum eſt; quia confuſione perinde exſtinguitur legatum, ac ſolutione.

B

Tertia pars dicti capitis quarti.

De re debita alij quàm teſtatori, legata.

x l. ſi cui legatur. §. ſi Titio. D. de lega. 1.

CLXXIV [x] SI Titio decem quæ ego debeo legauero, & rogauero eadem creditori meo præſtare; fideicõmiſſum quidem in creditoris perſona non

C valet; quia nihil eius intereſt: hæres verò poteſt cum legatario agere, quia ipſius intereſt creditori ſolui, ne eum conueniat; ergo propter hoc valebit legatum.

z d. l. §. ſed ſi teſtator.

CLXXV. [z]Sed ſi teſtator mihi decem ſub fideiuſſore debeat; fideicommiſſi petitio non ſolùm hæredi, ſed & fideiuſſori competit. Intereſt enim eius ſolui mihi, quàm in ipſum cõuentum mandati actionem intendere: nec intereſt ſoluendo ſit néc ne.

D

a §. ex contrario Inſt.

CLXXVI. [a]Si debitor creditori ſuo quod debet legauerit, inutile eſt legatum, ſi nihil plus eſt in legato quàm in debito; quia nihil amplius per legatum habet. Quod ſi in diem vel ſub cõditione debitum purè ei legauerit, vtile eſt legatum propter repræſentationem. Quod ſi viuo teſtatore dies venerit, vel cõditio exſtiterit; Papinianus ſcripſit, vtile nihilominus eſſe legatũ, quia ſemel conſtitit quod & verum eſt.

E Non enim placuit ſententia exiſtimantium exſtinctum eſſe legatum, quia in eã cauſam peruenit à qua incipere non poteſt.

b l. ſi credito-ri. 28. §. 1. de

CLXXVII. [b]Marcellus putat, rem quam ex ſtipulatu mihi debes, ſi legaueris, vtile eſſe legatum, vt neque Falcidia hoc minuat.

c d. l. in prin.

CLXXVIII. [c]Si creditori meo, tutus aduerſus eum exceptione, id quod debeo legẽ, vtile legatum eſt: quia remiſſa ei exceptio videtur. Sic Ariſto ait, id quod honoraria actione mihi debetur, ſi legetur mihi, legatum

F valere: quia ciuilis datur mihi actio pro honoraria.

d l. ſi autem 29. ibid.

CLXXIX. [d] Si autem neque modo, neque tempore, neque conditione, neque loco debitum proferatur, inutile eſt legatum.

e l. Creditorem. 85. D. de lega. 2.

CLXXX. [e] Creditorem, cui res pignoris iure obligata à debitore legata eſſet, non prohiberi pecuniam creditam petere, ſi volũtas teſtatoris compenſare volentis euidenter

G non oſtendatur.

f l. ſi deporta-ti. 7. §. vlt. D. de lega. 3.

CLXXXI. [f]Si quis creditori ſuo legauerit id quod debet, fidei eius committi non poterit, niſi cõmodum aliquod ex legato conſequatur, fortè exceptionis timore: vel ſi quid in diem debitum fuit, vel ſub conditione.

g l. cùm quidam 21. D. de lega. 2.

CLXXXII. [g] Cùm quidam vxori ſuæ

dotem

dotem reddidiſſet, quadraginta ei legare voluiſſet, hoc tamen prætextu vſus eſſet, quaſi dotis reddendæ nomine eam ſummã legaret, exiſtimo deberi quadraginta. Etenim Reddẽda verbũ, quamuis ſignificationem habet retrò dandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem.

CLXXXIII. [h] Confeſſio debiri falſa vim habet fideicommiſſi; nempe [Quiſquis mihi hæres erit, ſciat debere me Demetrio patruo meo denariûm ttia millia; & depoſita apud me à Seleuco patruo meo denaria tria, quæ etiam protinus reddi & ſolui ei iubeo] quæſitum eſt, an ſi non deberentur, actio eſſet. Reſponſum eſt, ſi nnn deberentur, nullam quaſi ex dehito actionem eſſe, ſed ex fideicommiſſo.

h l. cum his. quiſquis. ibid.

CLXXXIV. [i] Si mihi, quod Titius debebat fuerit legatum, neque Titius debeat, ſciendum eſt nullum eſſe legatum. Et quidem ſi quantitas non ſit adiecta, euidenti ratione nullum eſſe legatum conſtat. Nam & ſi quod ego Titin debeo, ei legauero quantitate non adiecta, conſtat nollum eſſe legatum; ſed ſi decem quæ Titio debeo, legauero; nec quicquam Titio debeam, falſa demonſtratio nõ perimit legatum; vt in legato dotis Iulianus reſpõdit. Quòd ſi adiecerit, [Decem quæ mihi Titius debet, lego] ſine dubio nihil erit in legato. Nam inter falſam demõſtrationem & conditionem, ſiue cauſam multùm intereſt. Proinde & ſi Titio decem, quæ mihi Seius debet, legauero, nullũ erit legatum. Eſſe enim debitor debet. Nam & ſi viuus exegiſſem, exſtinguetur legatum; & ſi debitor maneret, actiones aduerſus eum hæres meus præſtare cogeretur.

i l. ſi ſic legatum 77. §. 1. D. de legá. 2.

CLXXXV. [k] Qui decem, quæ debet, legat, id legat quod peti poteſt, nimirum decem. Nam in hoc legato nihil niſi decem eſſe apparet. At qui decem legat quæ ſibi debebantur, ſi debitori legat, in perſona eius, liberationem: ſi alij, actionem ad illa decem petenda, legare intelligitur. Porro neque liberatio in eo intelligi poteſt qui non teneatur, neque aduerſus eum qui nihil debeat vlla actio eſt. Quo ſit, quia id legatum eſt quod non ſit, ideò nihil ſit etiã quod debeatur. Cæterùm vbi de re conſtabit quæ eſt, eáque in rerum natura erit, nunquam demonſtratio falſa nocebit. Denique vbi res non ſubeſt, nõ propter demonſtrationem falſam, ſed propter rem legatum nullum eſt.

k in annotatio nibus Plantiniana editionis.

CLXXXVI. [l] Creditori ita poteſt legari, ne indebitum ab eo repetatur.

l l. Creditori. 24. D. de lega. 3.

CLXXXVII. * Debitor non ſemper quod debet iure lrgat: ſed ita, ſi plus ſit in ſpecie legati. Si enim idem ſub eadem conditione relinquitur, quod emolumentum legati futurum eſt?

* l. Mænius. 66. §. debitor. D. de lega. 2.

CLXXXVIII. * Si creditoris voluntas iure ſubnixa liberari te debito volentis doceri poteſt, etiam antequàm tibi liberatio à ſucceſſore præſtetur, iuris, exceptionem tibi ex voluntate defuncti deſcendentem competere manifeſtum eſt.

* l. ſi creditorem. C. h. t.

CAP. VI.

De legato rei alienæ.

Prima pars.

Quando id legatum valeat.

CLXXXIX. [m] NOn ſolùm teſtatotis, vel bæredis res; ſed etiam aliena legari poteſt: ita vt hæres cogatur redimere eam, & præſtare: vel ſi eam non poſſet redimere, æſtimationem eius dare. Sed ſi talis ſit res, cuius commercium non ſit, vel eam adipiſci hæres non poſſit, nec æſtimatio eius debeatur: veluti ſi campum Martium, vel baſilicas, vel templa, vel quæ publicis vſibus deſtinata ſunt, legauerit; nullius momenti tale legatum eſt.

m §. non ſolùm. Inſtit. h. t. § hoc ſolùm. Inſtit. de ſing. reb. per fid. rel.

CXC. [n] Quod autem diximus, rem alienam legari poſſe; ita intelligendum eſt, ſi defunctus ſciuiſſet rem obligatam eſſe, non legaſſet: & ita Pius Imperator reſcripſit. Et verius eſt, ipſum qui agit, id eſt legatarium probare oportere, ſciuiſſe rem alienam legare defunctum, non hæredem probare oportere ignoraſſe rem alienam; quia ſemper neceſſitas probandi incumbit ei qui agit.

n § quod autem. ibid.

CXCI. [o] Sed & ſi rem obligatam creditori aliquis legauerit, neceſſe habet hæres eã luere: & in hoc quoque caſu idem placet quod in re aliena, vt ita demùm luere neceſſe habeat hæres, ſi ſciebat defunctus rem obligatam eſſe: & ita Seuerus & Antoninus Imperatores reſcripſerunt. Si tamen defunctus voluerit legatarium rem luere, & hoc expreſſerit, non debet hæres eam luere.

o §. ſed & ſi rem. ibid.

CXCII. [p] Qui confitetur ſe quidem debere, iuſtam autem cauſam adfert, cur vtique præſtare non poſſit, audiendus eſt: vtputa, ſi aliena res legata ſit, negétque dominum eam vendere velle, vel immenſum pretium eius rei petere affirmet. Æquiſſimum enim eſt ei ex hac cauſa æſtimationem officio iudicis concedi.

p l. ſi domus. 41. § qui confitetur. D. de lega. 1.

CXCIII. [q] Si res aliena legata fuerit, & eius rei viuo teſtatore legatarius dominus factus fuerit, ſi quidem ex cauſa emptionis, ex teſtamento, actione pretium cõſequi poteſt: ſi verò ex cauſa lucratiua, ad eum pertineat, veluti ex donatione, vel ex alia ſimili cauſa, agere non poteſt. Nam traditum eſt duas lucratiuas cauſas in eundem hominem, & eãdem rem concurrere non poſſe. Hoc tamen (ſi ex duohus teſtamentis eadem res eidem debeatur) intereſt, vtrùm rem, an æſtimationem conſecutus ſit. Nam ſi rem habet, agere non poteſt; quia habet eam ex cauſa lucratiua: ſi æſtimationem tantùm, agere poteſt.

q § ſi res aliena. Inſtit. h. t.

CXCIV. [r] Cùm alienam rem quis legauerit, vel reliquerit, ſi quidem ſciens, tam ex legato quàm ex fideicommiſſo ab eo qui legatum ſeu fideicommiſſum meruit, peti poteſt. Quòd ſi ſuam eſſe putauit, non aliâs valet relictum, niſi proximæ perſonæ, vel vxori, vel tali alij perſonæ da-

r l. cùm quidam alienam C. h. t.

tum ſit, cui legaturus eſſet, etſi ſciſſet rem alienam eſſe.

u §. ſed ſi rem. Inſtit, h. t.

CXCV. [u] Si rem legatarij quis ei legauerit, inutile eſt legatum: quia quod proprium eſt ipſius, ampliùs eius fieri non poteſt: & licèt alienauerit eam, nõ debetur nec ipſa res, nec æſtimatio eius.

x § ſi quis rẽ. ibid.

CXCVI. [x] Si quis rem ſuam quaſi alienam legauerit, valet legatum. Nam & plus valet quod in veritate eſt, quàm in opinione. Sed ſi legatarij eſſe putauit, valere conſtat, quia exitum voluntas defuncti habere poteſt.

z § ſi rem ſuã. ibid.

CXCVII. [z] Si rem ſuam legauerit téſtator, poſteáque eam alienauerit, Celſus putat, ſi nõ adimendi animo vendidit, nihilominus deberi: idémque Seuerus & Antoninus Imperatores reſcripſerunt.

** d t.*

CXCVIII. [*] Iidem reſcripſerunt, eum qui poſt teſtamentum factum prædia quę legata erant pignori dedit, ademiſſe legatum non videri: & ideò legatarium cum hærede eius agere poſſe vt prædia à creditore luantur.

a § ſi verò d. tit.

CXCIX. [a] Si verò quis partem rei legatæ alienauerit, pars quæ non eſt alienata, ita debetur, ſi non adimendi animo alienata ſit.

b l Poteſt. 18, D. de lega. 2.

CC. [b] Poteſt mihi legari res mea ſub conditione, ſi mea eſſe deſierit.

c l qui qua tuor 30 §. vlt. D. de lega. 3.

CCI. [c] Si ædes alienas vt dares damnatus ſis, neque eas vlla conditione emere poſſis, æſtimare iudicem oportere Atteius ſcribit, quanti ædes ſint; vt pretio ſoluto hæres liberetur: idémque iuris eſt, & ſi potuiſſes emere, nec emiſſes.

d l. vnum ex familia 67. §. ſi rem tuam. D. de lega. 2.

CCII. [d] Si rem tuam quam exiſtimabam meam, te hærede inſtituto, Titio legem, non eſt Neratij Priſci ſententię, nec conſtitutioni locus, qua cauetur non cogendum præſtare legatum hæredem. Nam ſuccurſum eſt hæredibus ne cogerentur redimere quod teſtator ſuum exiſtimans reliquit; Sunt enim magis in legandis ſuis rebus, quàm in alienis comparandis & onerandis teſtatorum faciliores voluntates: quod in hac ſpecie non euenit, cùm dominium rei ſit apud hæredem.

Secunda pars dicti capitis ſexti.

Quæ res alienæ legari non poſſunt.

e l legatarius. 58. § conſtat. D de lega. 1.

CCIII. [e] Conſtat res alienas legari poſſe: vtique ſi parari poſſunt, etiamſi difficilis earum comparatio ſit. Si verò Salluſtianos hortos qui ſunt Auguſti, vel fundum Albanum qui principalibus vſibus deſeruit, legauerit quis; furioſi eſt talia legata teſtamento adſcribere. Item campum Martium, aut forum Romanum, vel ædem ſacram legari nnn poſſe, conſtat. Sed & ea prædia Cæſaris quæ in formam patrimonij redacta, & ſub procuratore patrimonij ſunt, ſi legentur; nec æſtimatio eorum debet præſtari: quoniam cõmercium eorum niſi iuſſu principis non ſit, cùm diſtrahi non ſoleant.

f l. Cætera. 40. ibid.

CCIV. [f] Cætera igitur præter hæc videamus: Et quidem corpora legari omnia, & iura, & ſeruitutes poſſunt. Sed ea quæ ædibus iuncta ſunt, legari non poſſunt: quia hæc legari non poſſe ſenatus cenſuit, Ariola & Panſa, Conſulibus.

g d l.

CCV. [g] Tractari tamen poterit, ſi quando marmora & columnæ fuerint ſeparatæ ab ædibus, an legatum conualeſcat. Et ſi quidem ab initio non conſtitit legatum, ex poſtfacto non conualeſcet: quemadmodum nec res mea legata mihi, ſi poſt teſtamentum factum fuerit alienata; quia vires ab initio legatum non habuit. Sed ſi ſub conditione legetur, poterit legatum valere, ſi exiſtentis conditionis tempore mea non ſit, vel ædibus iuncta non ſit ſecundùm eos qui & emi rem meam ſub conditione, & promitti mihi ſtipulanti & legari aiunt. Purum igitur legatum Catoniana regula impediet; conditionale, non: quia ad legata conditionalia regula Catoniana nõ pertinet.

De annuis legatis.

h l. Aedes. D. de annuis legatis.

CCVI. [h] Penſio, aot res annua integra debetur, veluti, ſi legatum ita factum ſit; [A vobis quoque, cæteri hęredes, peto, vt vxori meæ præſtetis quoad viuet annuos decem aureos] Vxor ſuperuixit marito quinquennio & quatuor menſibus; quæro an hæredibus eius ſexti anni integrum legatum debeatur. Modeſtinus reſpondit, integri ſexti anni legatum deberi.

i l. in ſingulos ibid.

CCVII. [i] In ſingulos annos relictum legatum ſimile eſt vſufructui, cùm morte finiatur, non tamen diminutione capitis perſonæ finitur, ſicut vſusfructus qui ita legari poteſt, [Titio vſumfructum fundi do lego, & quoties capite minutus erit, eundem vſumfructum ei do] illud certè amplius eſt in hoc legato, quòd ingreſſu cuiuſlibet anni, ſi deceſſerit legatarius, eius anni legatum hæredi relinquat: quod in vſufructu non ita eſt, quoniam fructuarius, etiam ſi maturis fructibus, nondũ tamen perceptis, deceſſerit, hæredi ſuo eos fructus non relinquit.

k l. Vini. ibid.

CCVIII. [k] [Vini Falerni quod domi naſcetur, in annos ſingulos binos culeos hæres meus Altio dato] etiam pro eo anno quo nihil vini natum eſſet, deberi duos culeos, ſi modò ex vindemia cæterorum annorum dari poſſint.

l l. Annua. ibid.

CCIX. [l] Annua his verbis legauit teſtator; [Si morentur cum matre mea quam hæredem ex parte inſtitui] Quæſitum eſt, an mortua matre conditio appoſita defeciſſe videatur, ac per hoc neque cibaria, neque veſtiaria debeantur. Scæuola reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, deberi.

m l legatum. D. de vſu vſufruct. red. & habit. lega.

CCX. [m] Legatum ciuitati relictum, vt ex reditu quotannis in ea ciuitate, memoriæ conſeruãdæ gratiâ, ſpectaculum celebretur; quod illi ciuitati non licet. Quæro quid de legato exiſtimes. Modeſtinus reſpondit, cùm teſtator ſpectaculum edi voluerit in ciuitate, ſed tale quod ibi celebrare non licet, iniquũ eſſe, hanc quantitatem quam in ſpectaculum

teſtator deſtinauerit lucro hæredum cedere. Igitur adhibitis hæredibus & primoribus ciuitatis diſpiciendum eſt in quam rem conuerti debeat fideicommiſſum, vt memoria teſtatoris alio & licito genere celebretur.

CAP. VII.

De legatis in diem.

CCXI. [a] Legatis quæ relinquuntur, aut dies certus, aut incertus, aut conditio adſcribitur: & ſi nihil eorum factum ſit, præſentia debentur legata, niſi vi ipſa conditio inſit.

CCXII. [b] Cùm dies certus adſcriptus eſt, quamuis dies nondum venerit, ſolui poteſt; quia certum eſt debitum iri.

CCXIII. [c] Dies legatorum cedit ſimul ac res incipit ad legatarium pertinere: licèt aliquo caſu fieri poſſit vt non debeatur: nec actio competat. [d] Sanè in contractibus in diẽ, cùm dies cedit, & iam debetur, nec fieri poteſt vt non debeatur.

CCXIIII. [e] Dies incertus eſt, cùm ita ſcribitur, [Hæres meus cùm morietur, decẽ dato] Nam diem incertũ mors eius habet: & ideò ſi legatarius deceſſerit, ad hæredẽ eius legatum non tranſit; quia nõ ceſſit dies viuo eo, quamuis certum fuerit moriturum hæredem.

CCXV. [f] Dies incertus conditionẽ fecit.

a l.1. D. de conditionibus & demonſtrationibus: & cauſis & modis eorum quæ in teſtamento ſeruantur.
b d.l.1.
c in annotationibus Plantiniani l. hæres. & l. mulier. D. ad SC. Treb.
d l. Cedere diem. D. de verb. ſign.
e d.l.1. §.1.
f l. Dies. D. d. t. de cond. & dem.

Imperator Iuſtinianus.

CCXVI. [g] Poſt mortem hæredis aut legatarij olim inutiliter legabatur: Veluti ſi quis ita dicat [Cùm hæres meus mortuus fuerit do, lego] vel [Pridie quàm hæres meus aut legatarius morietur.] Quod correximus, firmitatem huiuſmodi legatis ad fideicommiſſorum ſimilitudinem præſtantes; ne in eo caſu deterior cauſa legatorum, quàm fideicommiſſorum inueniatur.

CCXVII. [h] [Hæres meus, cùm morietur Titius, centũ ei dato] putum legatũ eſt; quia non conditionale; ſed mora ſuſpenditur.

CCXVIII. [i] [Hæres meus cùm ipſe morietur, centum Titio dato] legatum ſub cõditione relictum eſt. Quamuis enim hæredem moriturum certum ſit, tamen incertum eſt an legatario viuo dies legati cedet; & nõ eſt certum ad eum legatum peruenturum.

g l. poſt mortẽ. Inſt. h. t. de leg.
h l. hæres meus. D. d. t. de cond. & dem.
i d. l. §. 1.

Impp. Seuerus & Antoninus Æliæ.

CCXIX. [k] Si Petronilla ad eam ætatem peruenit, cui legatum vel fideicommiſſũ relictum erat; petitionem ad hęredem tranſmiſit, licèt ante deceſſerit quàm conſequeretur legatum vel fideicommiſſum.

k ſi Petronilla. C. quando dies legati cedit.

CAP. VIII.

De conditionibus adiectis legatis ſeu fideicommiſſis.

CCXX [l] Conditionum quædã ſunt, quæ quandoque impleri poſſunt, etiam viuo teſtatore: vt puta [Si nauis ex Aſia venerit] Nam quandocunque venerit nauis, conditioni paritũ videtur: quędã nonniſi poſt mortẽ teſtatoris, [Si decem dederit: Si in Capitolium aſcenderit] Nam vt paruiſſe conditioni videatur, talem conditionem additam fuiſſe ſcire debet: ſi enim id fortè fortuna fecerit, paruiſſe conditioni non videbitur.

l l. Conditionum quædam. ibid.

CCXXI. [m] Conditionum, quæ in futurum conferuntur, triplex natura eſt; vt quædam ad id tempus quo teſtator viuat; quædam ad id quod poſt mortem eius futurum ſit, quædam ad alterutrum pertineant. Tempus autem vel certum vel infinitum cõprehenditur: quæ omnia nõ minus in fideicõmiſſis quàm in inſtitutionibus & legatis incidere ſolent. Vt hæc conditio [Titiæ, ſi mihi nupſerit] non dubiè, niſi viuente teſtatore impleri poteſt: illa etiam conditio [ſi ad exequias funeris mei venerit] niſi poſt mortem impleri poteſt. Illa verò [Si filio meo nupſerit,] vel viuente, vel mortuo teſtatore impleri poteſt. Et prima quidem & tertia ex relatis conditionibus infinitum tempus habent. Quandocunq; enim nupſerit, impletur conditio. Secunda ad certum tempus adſcripta eſt.

m l. Cõditionũ quæ in futurũ. ibid.

CCXXII. [n] Dies incertus conditionem in teſtamento facit, vt & ſuprà relatum eſt.

n l. Dies. ibid.

CCXXIII. [o] Hæc ſcriptura [Si Primus hęres erit, damnas eſto dare] pro cõditione non eſt accipienda. Magis enim demonſtrauit teſtator quando legatũ debeatur, quàm conditionem inſeruit: niſi fortè hoc animo fuerat teſtator vt faceret conditionem. Proinde nec illud dicendum erit facere conditionẽ [Quicquid mihi Epheſi oportet dari, do lego] Sed ſi ſic leget [Si Primus mihi hęres non erit, damnas eſt Secundus dare] & ſi Primus hęres non extitit, legatum non debetur: Si Primus adierit cum Secundo, non extitiſſe conditionem nequaquam ambigendum eſt.

o l. hæc ſcripturæ. ibid.

CCXXIV. [p] Hęc verba [Quiſquis mihi ex ſupraſcriptis hęres erit, aut ſi hęres erit Seius] Vel [ſi hæreditatem adierit] ſubiectum legatum non faciunt conditionale.

p l. 3. D. de lega. 1.

CCXXV. [q] Ineſt conditio legatis, veluti cùm ita legimus [Quod ex Arethuſa natum fuerit, hæres dato] aut [Fructus qui ex eo fundo percepti erunt, hæres dato.]

q l. 1. § ineſt. D. d. t. de cõd. & dem.

Imperator Alexander Maximo.

CCXXVI. [r] Ex his verbis [Do lego Seuerinę filiæ meæ & Secundo decem, quæ legata accipere debebit cùm ad legitimum ſtatum peruenerit] non conditio legato vel fideicõmiſſo inſerta, ſed petitio in tẽpus legitimę ætatis dilata eſt. Et ideò ſi Ælia Seuerina filia teſtatoris, cui legatum relictum eſt, die legati cedente vita functa eſt, ad hæredem ſuũ actionem tranſmiſit: ſcilicet vt eo tempore ſolutio fiat, quo Seuerina, ſi rebus humanis ſubtracta non fuiſſet, viceſimum quintum annum ętatis impleſſet. Non cœptum enim annum, ſed impletum, ſi de emolumento relicti fideicommiſſi tractetur, expectandum eſſe iuris prudentibus placuit.

r l. Ex his verbis. C. quando dies legat. fideicommiſſi cedat.

CCXXVII. [ſ Admonitio magis quam cõditio] Titia hæredis inſtituti liberos habentis filio cõmiſit, vti rẽ eius vniuerſã reſtitueret filiis eius liberiſve eorũ, cùm ipſi petiiſſẽt, ſine vlla iuris cauillatione. Quęritur an his verbis [cũ illi à te petierint] cõditio fideicõmiſſo

ſ l. Titia. D. d. t. de cond. & dem.

adſcripta videatur. Reſponſũ eſt, nõ videri.

CCXXVIII. [a] Conditiones extrinſecus non ex teſtamento venientes, id eſt, quæ tacitè ineſſe videantur, non faciunt legata conditionalia.

a l. Conditiones. 2. D. d. t. de condit. & dem

CCXXIX. [b] Conditionum verba, quæ teſtamento præſcribuntur, pro voluntate conſiderantur: & ideò cùm tutores teſtamẽto dati, donec puer adoleuerit, id egerunt, vt curatores ipſi conſtituerentur, conditio fideicommiſſi talis pręſcripta, ſi tutelam in annũ decimum octauũ geſſerint, defeciſſe non videtur.

b l. Pater Seuerinã § conditionum. ibid.

CCXXX. [c] In fideicommiſſo dato [Volo reſtituas ſi ſine liberis decedas] deficit ex voluntate conditio, etiam vno filio ſuperſtite relicto.

c d. l. §. 1.

CCXXXI. [d] Pater Seuerinam Proculã [ſi non nupſerit] id eſt, ſi nubere noluerit, deſignauit: eidẽ filiæ prædiũ, ſi Ælio Philippo nupſiſſet; verbis fideicommiſſi reliquit: quòd ſi nupſiſſet, id prædium Philippo dari voluit. Nondum viripotens puella diem ſuum obiit. Reſpondi, cùm in conditionibus teſtatorum voluntatẽ potiùs quàm verba conſiderari oporteat, Ælio Philippo ita datum fideicommiſſum. Vnde ſi ei Procula defuncti filia nubere noluiſſet; quare cùm ea priùs quàm viripotens fieret, ita deceſſerit, conditio defeciſſe non videtur?

d d. l. in prin.

CCXXXII. [e] Aliquando accidit, vt ſub conditione datum legatum purum intelligatur: veluti quod ſub ea conditione relictũ eſt, ſub qua etiam hæres alius inſtitutus eſt. Item quod ſub hac conditione relictum eſt [ſi hæreditatem adierit] Ex diuerſo quoq; purè datum legatum conditionale videtur, quod ſub conditione ademptum eſt: quia ſub contraria conditione datum intelligitur.

e l. aliquando. ibid.

CCXXXIII. [f] Libertis omnibus legauit domum: & hæc verba adiecit [vt in ea habitẽt liberti: & vt ad vnum qui nouiſſimus deceſſerit, perueniat; & eò ampliùs eiſdem libertis meis dari volo fundum Soſianum] quæſitum eſt, an conditio appoſita, ne de nomine exiret, ad ſequens quoque legatum pertineret; Scæuola reſpondit, pertinere.

f d. l. §. libertis.

Iuſtinianus Imperator.

CCXXXIV. [g] Si plures perſonæ vnam conditionem implere fueriot iuſſæ, apud Vlpianum dubitabatur, vtrúmne plures eandẽ ſimul facere debeant; an ſinguli quaſi ſoli implere compellantur. Videtur autem nobis vnumquemq; neceſſitatem habere conditionẽ implere: & pro portione ſibi contingeote accipere quicquid ex hoc commodi eſt: vt hi quidem qui compleuerint iuſſa, ad lucrũ vocentur: qui autem neglexerint, ſibi imputent ſi ab huiuſmodi commodo repellantur.

g l. ſi plures. C. de conditionibus inſertis tam legatis quàm fideic.

CCXXXV. [h] In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet; eáque regit conditiones. Denique & in ea conditione [Si filia mea cum Titio nupta erit] placuit non ſemper mortis tempus obſeruari: ſed voluntate patrocinaote tardiùs produci.

h l. in conditionibus D. de cond. & dem.

CCXXXVI. [i] Multùm intereſt conditio facti, an iuris eſſet. Nã huiuſmodi cõditiones

i l. multum intereſt. ibid.

A [Si nauis ex Aſia venerit: Si Titius Conſul factus erit] quamuis impletæ eſſent, impedient hæredem circa adeundã hæreditatem, quandiu ignoraret eas impletas eſſe: quæ verò ex iure venient; in his nihil ampliùs exigendum quàm vt impletæ ſint: Veluti, ſi quis ſe filiumfamiliâs exiſtimet, cùm ſit paterfamiliâs, poterit acquirere hæreditatem. Quare & ex parte hæres ſcriptus, qui ignorat an tabulæ teſtamenti apertæ ſint, adire hæreditatem poterit.

CCXXXVII. [k] Si ſic legatum ſit [Si nauis ex Aſia venerit] & ignorante teſtatore nauis venerit teſtamenti facti tempore, dicendum pro impleta haberi. Et ſi cui ſit legatum eſt [cùm pubes erit] ſimili modo hoc erit dicendum.

k l. hæc conditio ſi. a. §. 1. ib.

CCXXXVIII. [l] Si iam facta ſunt quæ conditionis loco ponuntur, & ſciat teſtator quæ iterum fieri poſſunt, expectatur vt fiant: ſi verò neſciat, præſenti die legata debentur. [m] Nam ſi iterum fieri non poſſunt, non eſt expectandum vt iterum fiant, & legata ſub illo ita relicta purè debentur, Veluti ſi ſic legatum ſit [cum pubes erit.]

l l. ſi iam facta.

m in Annot. Plantinianis codicis.

CCXXXIX. [n] Item ſciendum eſt promiſcuas conditiones poſt mortem impleri oportere, ſi in hoc fiant vt teſtamento pareatur: Veluti [Si Capitolium aſcenderit] & ſimiliter non * promiſcuas etiam viuo teſtatore exiſtere poſſe: Veluti, [Si Titius Conſul factus fuerit.]

n d. l.

** promiſcuas, id eſt quæ in poteſtate accipientis ſint, & interim fieri poſſint quæ dicuntur arbitrariæ.*

CCXL. [o] Hæc conditio [Si in Capitolium aſcenderit] ſic accipienda eſt, ſi cùm primùm aſcendere potuerit.

o l. hæc conditio, ſi Capitoliũ, d. …

CCXLI. Si mihi totus fundus, tibi ſub conditione legatus fuerit: & tu deceſſeris antequam conditio extiterit, non habebo neceſſitatẽ implere conditionem: vtpote, cùm etiam ſi conditio defecerit, pars quam vindicaturus eras, mihi accreſcat.

CCXLII. [p] Cùm vni ita legatum ſit [Si Seiam vxorem duxerit, hæres meus centum dato] ſi quidem Seia moriatur, defectus conditionis intelligitur: vtroque autem viuente, ſi quidem ipſe nolit vxoreoi ducere, quia ipſius facto conditio deficit, nihil ex legato conſequitur: muliere autem nolente nubere, cùm ipſe paratus eſſet, legatum ei debetur.

p l. in teſtamento. ibid.

Imperator Alexander Liciniæ.

CCXLIII. [q] Legatum ſiue fideicommiſſum à patruo tuo ſic relictum tibi, ſi filio eius nupſiſſes, cùm mortuo filio priuſquàm matrimonium cum eo contraheres, defecerit; nulla ratione deberi tibi exiſtimas.

q l. legatum. C. de cond. inſert. tam lega. quàm fideic.

CCXLIV. [r] Conditionibus parẽte pupillus & ſine tutoris authoritate poteſt: nec quicquam obeſt, quòd expleta cõditione neceſſarius hęres aliquando eſſe poteſt. Nã hoc iure poteſtatis fit, non cõditionis explendæ.

r l. Conditionibus. D. d. t. de cond. & dem.

CCXLV. [ſ] Nonnunquam contingit, vt quædã nominatim expreſſa officiant, quamuis omiſſa tacitè intelligi potuiſſent, nec eſſent obſitura: quod euenit ſi alicui ita

ſ d. l. Nonnunquam. ibid.

legatur,

legatur[Titio do, lego, ſi Mæuius in Capitolium aſcenderit] Nam quamuis in arbitrio Mæuij ſit in Capitolium aſcendere, & velit efficere vt legatum Titio debeatur, nun tamen poterit alijs verbis vtiliter legari [Si Mæuius voluerit] Nam in alienam voluntatem conferri legatum nõ poteſt: inde dictum [Expreſſa nocent; non expreſſa non nocent.

a l. ſi quis legata. §. 1. ibid.

CCXLVI. [a] Duobus eadem res[ſi hæredi centum dediſſent]legata eſt; ſi altera ex his quinquaginta dederit, alteri cum ſua conditione adcreſcit.

b l. Mæuius. ibid.

CCXLVII. [b] Mæuius, cui fundus legatus eſt, ſi Callimacho, cum quo teſtamenti factionem non habebat, ducenta dediſſet, conditioni parêre debet, & ducenta dare vt ad eum legatus fundus pertineat, licèt nummos non faciat accipientis. Quid enim intereſt vtrùm tali perſonę dare iubeatur, vel in aliquo loco ponere, vel in mare deiicere? Neq; enim illud quod ad talẽ perſonã peruenturũ eſt teſtamenti nomine, ſed mortis cauſa, capitur.

l cui fundus. ibid.

CCXLVIII. [g] Cui fundus legatus eſt[ſi decẽ hæredi dederit,] partem fundi conſequi non poteſt niſi totam pecuniam numeraſſet. Diſſimilis cauſa eſt cùm duobus eadẽ res ſub conditione legata eſt. In hac enim quæſtione ſtatim à teſtamento, quo pluribus conditio appoſita eſt, diuiſa quoque in ſingulas perſonas videri poteſt: & ideò ſinguli cum ſua parte & conditioni parêre & legatũ capere poſſunt Nam quãuis ſumma vniuerſæ cõditionis ſit adſcripta, enumeratione perſonarum poteſt videri eſſe diuiſa. In eo verò cui ſub conditione legatum eſt, ſcindi ex accidente conditio non debet: & omnis numerus eorum pro ſingulari perſona eſt habendus.

d l. cum pupillus. §. 1. ibid.

CCXLIX. [d] Diſiunctiuo modo conditionibus adſcriptis alteram defeciſſe nõ oberit, altera poſtea impleta: nec intereſt in poteſtate fuerint accipientis conditiones, aut in euentum collatæ.

e l. in facto. ib.

CCL. [e] In facto exiſtentes conditiones varietatem habent: & quaſi tripertitam recipiunt diuiſionem, Vt quid detur: Vt quid fiat, Vt quid obtingat, vel retrò ne detur, ne fiat, ne obtingat. Ex his, dandi, faciendique conditiones in perſonas collocãtur; aut ipſorum quibus quid relinquitur, aut aliorum tertia species in euentu ponetur. Fiſcus iiſdem conditionibus parêre debet, quibus perſona, à qua id ipſum quod relictum eſt peruenit; ſicut etiam cum ſuo onere hoc ipſum vindicat.

f l. legato ſub conditione. ibi.

CCLI. [f] Legato ſub conditióne relicto, ſi hæres, à quo ſub conditione legatum eſt, pendente conditione moriatur, hæredem ſuum obligatum relinquit.

g l. ſi ita expreſſum erit. ib.

CCLII. [g] Si ita expreſſum erit.[Titio ſi voluerit, do lego]apud Labeonem Proculus notat, non aliter ad hæredem legatarij pertinere, quàm ſi ipſe legatarius voluerit ad ſe pertinere: quià conditio iuncta perſonæ videtur.

h l legatũ ſub cõditione. ibid. l. 24. D. de adim. lega.

CCLIII. [h] Legatum ſub conditione relictum, & ad alium tranſlatum, ſi non conditio perſonæ cohæreat, ſub eadem conditione tranſlatum videtur.

i l mea res. ib.

CCLIV. [i] Mea res ſub conditione legari mihi poteſt; quia in huiuſmodi legatis non teſtamenti facti tempus, ſed conditionis explendæ ſpectari oportet.

k l. ſi fundus legatus. ibid.

CCLV. [k] Si fundus legatus fuerit, ſi pupillo vel furioſo pecunia data eſſet, videtur expleta conditio, ſi curatori vel tutori data eſt.

l l. inter demonſtrationẽ. ibid.

CCLVI. [l] Inter demonſtrationem & conditionem hoc intereſt, quòd demonſtratio plerunque factam rem oſtendit; conditio, futuram.

m l. quibus diebus. §. 1. ibid.

CCLVII. [m] Quidam ita legauerat [Si P. Cornelius impenſam, quam in fundum Seianum feci, hæredi meo dederit, tum hæres meus Publio Cornelio fundum Seianum dato.] Caſcellius aiebat etiam pretium fundi dari debere. Ofilius impenſæ verbo negat pretium ſignificari, ſed eos duntaxat ſumptus, quos in eum, poſteaquam emptus eſſet, fecit. Idem Cumanus ſcribit, adiecto eo, quòd non deductis fructibus impẽſarum ratio haberi debeat: & hoc magis verum puto.

n l. falſa demonſtratio. §. ſi quis rem. ibi.

CCLVIII. [n] Si quis rem legauerit, ſi mortis tempore eius erit, nec tunc eius inuenitur, æſtimatio eius legata non videtur. Quid ergo ſi quis ita ſcripſerit[Bucephalum & Pegaſum equos do lego, ſi mei erunt cùm moriar]& vnum ex his alienauerit; an alter poſſit à legatario vindicari. Nam hunc ſermonem, licèt pluralis ſit, pro eo oportet accipi atque ſi ſeparatim dixiſſet[Bucephalum do, ſi meus erit cùm moriar.]

o l. in his quæ extra. ibid.

CCLIX. [o] In his quæ extra teſtamentum incurrunt, poſſunt res ex bono & æquo interpretationem recipere: ea verò quæ ex ipſo teſtamento oriuntur, debent ſecundùm ſcripti iuris rationem expediri.

p l hæc ſcriptura. §. 1. ibid.

CCLX. [p] [Ius accreſcendi tranſmittitur ad hæredes]vt puta; Cùm eadem res alteri purè, alteri ſub conditione legatur: aut cùm alter purè, alter ſub conditione hæres ſcriptus eſt; pars legati vel hæreditatis, deficiente conditione, accreſcit etiam hæredi eius cui purè legatum vel hæreditas data eſt; ſi tamen hæreditas eius adita fuerit.

q l. intercidit

CCLXI. [q] Intercidit legatum, ſi ea perſona deceſſerit cui legatum eſt. Quid ergo ſi non deceſſerit, ſed in ciuitate eſſe deſierit? puta alicui legatum, ſi Conſul erit: & is in inſulam deportatus eſt; nunquid non interim extinguitur legatũ, quia reſtitui in ciuitate poteſt? quod probabilius eſſe arbitror. Non idẽ erit dicendum, ſi ea pœna in eum ſtatuta fuerit quæ irrogat ſeruitutem: quia ſeruitus morti aſſimilatur.

r l. vni ex hæredibus. ibid.

CCLXII. [r] Vni ex hæredibus fundum legauit, ſi centũ hæredibus dediſſet, deducet ſuã partem hęreditariam, & reliquam ſummã hęredibus pro portione eorum dabit. At ſi hęres ex parte ita inſtitutus eſſet[ſi hæredibus decẽ dediſſet] non aliter eſſet hæres, quàm ſi tota decem cohæredibus dediſſet: quia nõ ante ad hæreditatem admitteretur, quàm ſi omnem

ſummam dediſſet.

a l. Iulianus. ibid.

CCLXIII. [a]Iulianus ait, ſi hæredi legatarius; cui ſub conditione legauerit [ſi hæredi decem dederit] id quod ei debebat hæres accepto tuliſſet, non quidem videri conditioni paruiſſe, quaſi dederit: ſed quaſi per hæredem ſtet quominùs pareat, poſſe petere legatum, quaſi exſtiterit conditio.

CCLXIV. [b]Legatario ex adita hæreditate ad parendum conditioni, tempus computabitur.

Secunda pars dicti capitis octaui.

De Mutiana cautione.

Prima particula dictæ ſecundæ partis.

Quando interponatur ea cautio.

b l. Mutiane. ibid.

CCLXV. [c]MVtianæ cautionis vtilitas conſiſtit in conditionibus quæ in non faciendo ſunt conceptæ: Vt puta [Si in Capitolium non aſcenderit, Si Stichum non manumiſerit] & ſimilibus: & ita Ariſtoni, Neratio, & Iuliano viſum eſt. Quæ ſententia & conſtitutione Pij Imperatoris comprobata eſt. Nec ſolùm in legatis placuit verùm in hæreditatibus quoque idem remedium admiſſum eſt.

c l. Titio. ibid.

CCLXVI. [d][Titio fundus, ſi in Aſiam non venerit: & idem ſi peruenerit, Sempronio legatus eſt] cùm in omnibus conditionibus, quæ morte legatariorum finiuntur, receptum ſit, vt Mutiana cautio interponatur; hæres cautionem à Titio accepit, & fundum ei dedit; ſi poſtea in Aſiam peruenerit, Sempronio hæres quod ex ſtipulatu cautionis interpoſitę conſequi poteſt, vtili actione præſtare cogetur: ſed ſi cautio medio tempore defecerit, quæ ſollicitè fuerat exacta, non de ſuo præſtabit hæres: ſed quia nihil poteſt ei obijci, ſatis erit actiones legatario præſtari. Si tamen Titius in Aſiam veniſſet, Sempronius priùs quàm legatum accipiat deceſſerit, hæredi eius debebitur quod defunctus petere potuit.

d l. is cui.

CCLXVII. [d]Is cui ſub conditione non faciendi aliquid relictum eſt, ei caueri debet Mutiana cautione, ad quem iure ciuili defecta conditione, hoc legatum, eáve hæreditas pertinere poteſt.

e l. heres meus §. quũm ibid.

CCLXVIII. [e]Quamuis vſusfructus cùm morietur legatarius inutiliter legetur, tamen cautionis Mutianæ remedium vſufructu quoque ſub conditione, alicuius faciendo, locum habet.

f d. l. § qui poſt.

CCLXIX. [f]Qui poſt Mutianam cautionem interpoſitam, legatum accepit, ſi contra cautionem aliquid fecerit, etiam fructus hæredi reſtituet: hoc enim legatarius & in exordio cauere cogitur.

Secunda particula d. ſecundæ partis d. capitis octaui.

Quando non interponatur Mutiana cautio.

g l. Pater Seuerinam. D. t. de cond. & dem.

CCLXX. [g]SOcrus nurui ſuæ fideicômiſſum reliquerat [Si cum filio meo in matrimonio perſenerauerit] diuortio ſine culpa viri poſt mortem ſocrus facto, defeciſſe conditionem reſpondi: nec ante diem fideicommiſſi cedere, quàm mori cœperit nupta vel maritus: & ideò nec Mutianã cautionem locum habere, quia morte viri conditio poſſit exiſtere.

h l. hoc genus. ibid.

CCLXXI. [h]Hoc genus legati [Si Titio non nupſerit] perinde habẽdum eſt, ac ſi poſt mortem Titij legatum fuiſſet: & ideò nec Mutiana cautione interpoſita capere legatũ poteſt; ſed & alij nubendo legatum conſequitur.

Tertia pars d. capitis octaui.

De aliis quibuſdam conditionibus.

* l. quidam teſtamento. 94. §. ſi ſcriptus. D. de leg. 1.

CCLXXII. *SI ſcriptus ex parte hæres rogatus ſit præcipere pecuniam, & eis quibus teſtamento legatum erat diſtribuere, id quod ſub cõditione legatũ eſt, tũc præcipere debebit, cùm conditio exſtiterit: interim ab eo aut eis quibus legatum eſt, ſatiſdari oportebit.

Quarta pars d. capitis octaui.

Quando conditio habetur pro impleta, aut remittatur, vel non.

Prima particula d. partis quartæ d. capitis octaui.

Quando conditio habetur pro impleta, aut remittatur.

k l. Iulius Paulus ṡo §. ibid.

CCLXXIII. [k]TVnc demùm pro impleta habetur conditio, cùm per eum ſtat, qui, ſi impleta eſſet, debiturus eſſet.

l l. iure ciuili. ibid.

CCLXXIV. [l]Iure ciuili receptum eſt, quoties per eum, cuius intereſt cõditionẽ impleri, fit, quò minùs impleatur; vt perinde habeatur ac ſi impleta eſſet: quod pleríque ad legata, & ad hæredum inſtitutionem perduxerũt: quibus exẽplis ſtipulationes quoque cõmitti rectè putauerunt, cùm per promiſſorẽ factum eſſet quò minus ſtipulator cõditioni pareret.

m l. cùm pupilli. ibid.

CCLXXV. [m]Cùm pupillus & tutor eius conditionem in perſona pupilli collatam impedit, iure communi conditio impleta eſſe videtur.

n l. quibus diebus. ibid.

CCLXXIV. [n]Quibus dieb[*] vicinus tuus te via publica cùm ad parẽdum conditioni ire velles, ire prohibuerit: nec per te ſtaret quò minùs agendo ob calumnias eam ſummoueas, hi dies conditioni non imputabuntur.

o l. obtinuit. ib.

CCLXXVII. [o]Impoſſibiles conditiones teſtamento adſcriptas pro nullis habendas vſu receptum eſt.

p l. cum tale §. falſam. ibid.

CCLXXVIII. [p]Falſam conditionẽ Caſcellius & Cælius Sabinus impoſſibilẽ eſſe dixerunt, veluti, Pãphilus [ſi quod Titio debeo ſoluerit liber eſto,] ſi modò Titio nihil fuit debitum. Quòd ſi poſt teſtamẽtum factũ teſtator pecu-

niam

niam exoluit defeciſse conditionem intelligi.

q l. non dubitamus. ibid.

CCLXXIX. q Non dubitamus quin turpes conditiones remittendæ ſint; quo in numero ſunt plerunque, iuriſiurandi.

r l. cùm pupil. ius §. quod in fraudem. ibid.

CCLXXX. r Quod in fraudem legis ad impediendas nuptias ſcriptum eſt, nullam vim habet: veluti [Titio pater centum, ſi filia quam habet is in poteſtate, non nupſerit,] vel [ſi pater eius vxorem non duxerit, hæres dato.]

ſ l. cùm tale. §. Mæuiæ ibi.

CCLXXXI. ſ [Mæuiæ ſi non nupſerit, fundum cùm moriar, do lego] poteſt dici, etſi nupſerit, eam confeſtim ad legatũ admitti. Non idem probatur, ſi certus dies, incertúſve legato fuerit adſcriptus.

Imp. Iuſtinianus.

t l. 2. C. de in dicta viduitate tollenda & lege Iulia Miſcella.

CCLXXXII. t Ambiguitates legis Iuliæ Miſcellæ generali lege tollentes, nullum cõcedimus fieri iuramentum ſecundùm prædictam legem; ſed penitùs vnà cum Mutiana cautione ſuper hac quieſcente, licere mulieribus, etiam maritorum ſuorum interminatione ſpreta, quæ viduitaté eis inducit, & non dato ſacramento, procreandæ ſobolis gratiâ tamen ad ſecũdas migrare nuptias, pœna huiuſmodi ceſsante, ſiue habeant liberos, ſiue non, & ea percipere quæ mariti dereliquerunt. Quorum omnium manifeſtiſſimum eſt, dominium minimè eas, liberis exiſtentibus habere, vſufructu tantummodò apud eas remanente, & ad liberos mortuorum proprietate deferenda, ſecundùm ea quæ de ſecundis nuptiis, & lucris quæ ex his mulieribus obueniunt, ſtatuta ſunt, ne ex neceſſitate legis & ſacramento colorato periurium committatur. Cùm enim mulieres ad hoc natura procreauerit vt partus educant, & maxima eis cupiditas in hoc conſtituta ſit; quare ſcientes prudentéſque periurium committi patimur? Tale igitur iuramentum conquieſcat: & lex Iulia Miſcella cedat cum Mutiana, cautione ſuper hoc introducta à noſtra republica ſeparata. Augeri enim magis noſtram rempublicam, & multis hominibus legitimè progenitis frequentari, quàm impiis periuriis effici volumus: cùm ſatis inhumanum eſſe videatur per leges, quæ periuria puniunt, viam periuriis aperiri.

u Auth. hodie. d.

CCLXXXIII. u [Nouo iure conditio viduitatis correcta in muliere, etiam correcta eſt in viro, & conditio in viduitate appoſita, ſi perſeuerantiam non requirit, eſt exſpectanda.] Nempe, cui relictum quid fuerit à coniuge, vel qualibet perſona, ne ſecundas ineat nuptias, intra annum quidem non petat, niſi ſpes nuptiarum deficiat: poſt annum verò capiat, præſtita cautione rei cum fructibus reſtituendæ, ſi contrà fecerit, pro re immobili iuratoria cautio fiat cum hypothecis: pro mobili, ſi perſona ſit idonea, eadem ſit cautio: alioqui & fideiuſſor exigitur, ſi præſtari poteſt. Contractis nuptiis res vindicari poteſt: quod ſic admittitur, ac ſi ei relictum, vel ordinatum non eſſet.

x d. l. 2.

CCLXXXIV. x [Lex Iulia Miſcella correcta in muliere, eſt correcta in viro: & conditio in viduitate appoſita, ſi perſeuerantiam non requirit, eſt expectanda. De quo ſic Imperator Iuſtinianus: Legem Iuliam Miſcellam, quemadmodum in fœminis ſuſtulimus, in maſculis eſſe ſublatam pertinere quidem ad ſenſum noſtræ legis, quam ſuper hoc promulgauimus, non eſt incertum. Ne tamẽ quædam ambiguitas ſimplices animos mouerit, etiam ex præſenti lege ſancimus, legem Iuliam Miſcellam & ſenatuſconſultum quod circa eam factum eſt, necnon Mutianam cautionem, quæ ſuper talibus nuptiis introducta eſt, non ſolùm in fœminis, ſed etiam in maſculis ceſſare. Sed quia apud Vlpianum, & libris Sabinianis, inuenimus quædam verba quæ effugiunt legis Miſcellæ obſeruationem, ne quis & ea ſublata eſse putauerit, ſancimus, cùm huiuſmodi mulieribus aliquid relinquatur [ſi vidua erit]: vel [quoties vidua erit] vel è contrario maribus, ſi amiſerint vxores, vel quando ad cœlibatum peruenerint, non vetari ea vindicare, vel legitimo modo ſumere quæ eis relicta ſunt. Nemini enim, vt permaneant, vel fœmina in viduitate, vel maſculi in coelibatu videtur eſse relictum vt locum ante noſtram legem habeat lex Iulia Miſcella quæ iam perempta eſt: ſed cùm primùm hoc euenerit, ideò competat talibus perſonis eius quod relictum eſt perſecutio, quia ſub conditione relictum eſſe videtur, ſiue ſemel, ſiue in annos ſingulos hæc liberalitas fuerit conſcripta, quaſi pro ſolatio ſuæ triſtitiæ.

z l. cùm tale. §. ſi arbitratu. D. d. t. de cod. & dem.

CCLXXXV. z [Si arbitratu Titij Seia nupſerit, hæres meus ei fundum dato] viuo Titio, etiam ſine arbitratu Titij nubentem legatum accipere, reſpondendum eſt; eámque legis ſententiam videri, ne quod omninò nuptiis impedimentum inferatur. Sed ſi Titius viuo teſtatore decedat, licèt conditio deficit, quia tamen ſuſpenſa quoque pro nihilo foret, mulieri ſuccurretur.

** l hoc modo. ibid.*

CCLXXXVI. * Hoc modo legato [Si L. Titio non nupſerit] non eſſe legi locum Iulianus aiebat] Quòd ſi ita ſcriptum eſſet [Si Arriciæ non nupſerit] intereſſe, an fraus legi facta eſſet, quæ alibi nuptias non facilè poſſit inuenire. Interpretandum ipſo iure reſcindi quod fraudandæ legis gratiâ eſſet adſcriptum. Legem enim vtilem reipublicæ, ſobolis ſcilicet procreandæ causâ, adiuuandam interpretatione. * Cùm enim alibi nubere non poſſit, perinde eſt ac ſi ita dictum ſit [ſi non nupſerit] nec locus adiectus eſt, niſi vt lex fraudetur.

** in Annot. codices Plantiniani.*

** l quoties. d. tit.*

CCLXXXVII. * Quoties ſub conditione mulieri legatur [Si non nupſerit] & eiuſdẽ fideicõmiſſum ſit, vt Titio reſtituas, ſi nubat, commodè ſtatuetur; & ſi nupſerit, legatũ eam petere poſſe: & non cogendam fideicommiſſum præſtare.

a l filia ibid.

CCLXXXVIII. a Filiæ ſuæ quis ita legauit [Si Attia filia mea arbitratu L. Titij nupſerit, ei tot hæres meus dato] Titio ante teſtatorem

mortuo Attia nupſerat, quærebatur an legatum ei deberetur. Reſponſum eſt, deberi.

b l. mulcta teſtamento §. 1. ibid.

CCLXXXIX. Cum ita eſſer ſcriptum [Si filia & mater mea viuent,] altera iã mortua, non defici conditione, Sabinus quoq; & Caſſius quaſi impoſſibiles eas conditiones in teſtamẽto poſitas pro non ſcriptis eſſe dixerũt.

e l. ſi quis ita legauerit. ibid.

CCXC. [e] Si quis ita legauerit [Dum vxor mea cum filio erit, hæres meus tantum dato] ſi ea latitans patronũ, de medio diſceſſit, vt tamen conſilium retineret habendi ſecum liberos; deberi legatũ Trebatius & Labeo aiunt: quia non omne momentum exigendũ ſit vt cum liberis ſit; ſed tantùm ſi eam mentẽ & propoſitum habeat, ne filium à ſe met dimittat, néve per eam ſtet quominus cum ea filius educetur.

Secunda particula dictæ quartæ partis dicti capitis octaui.

Quando conditio non habeatur pro impleta, aut non remittatur.

Imperator *Gordianus.*

CCXCI. [a] Legatum alij ſub cõditione ſic relictum [ſi vxor nuptui ſe poſt mortem mariti nõ collocauerit] contractis nuptiis conditio deficit: ideóque peti non poteſt.

a l. 1. C. de indicta vid. toll.

CCXCII. [b] Cùm ita legatum ſit [Si Titio non nupſerit: vel ita [Si neque Titio, neq; que Seio, neque Mæuio nupſerit.] & denique ſi plures perſonæ comprehenſæ fuerunt, magis placet ſi cuilibet eorum; nec videri tali conditione viduitatem iniunctam, cùm alij cuilibet commodè poſſit nubere. Et ſi ita legatum ſit [Si Titio nupſerit] & quidem ſi honeſtè Titio poſſit nubere, dubium non erit quin ſi non paruerit conditioni, excludatur à legato: ſi verò indignus ſit nuptiis eius iſte Titius; dicendum eſt poſſe eam beneficio legis cuilibet nubere. Quæ enim Titio nubere iubetur, cæteris omnibus nubere prohibetur. Itaque ſi Titius indignus ſit, tale eſt quale ſi generaliter ſcriptum eſſet [ſi non nupſerit.] Nam & cæteris omnibus nubere prohibetur: & Titio cui in honeſtè nuptura ſit, nubere iubetur.

b l. cum ita. D. de cond. & dem.

CCXCIII. [c] Cùm vir vxori [ſi à liberis non nupſerit] aliquid legauit, quid iuris ſit? Iulianus reſpondit poſſe mulierem nubere, & legatum capere. Quòd ſi ita ſcriptum eſſet [[d] ſi à liberis impuberibus non nupſerit] legem locum non habere: quia magis cura liberorum quàm viduitas iniungeretur.

c l. ſed ſi hoc ſpecialiter. §. vlt. ibid.

d Id eſt, ſi de nec filios habuerit eos, non deſeruerit, & non nupſerit. Alc. lib. 7. Parerg. cap. 1.

CCXCIV. [e] Titio centum relicta ſunt, ita vt Mæuiam vxorem, quæ vidua eſt, ducat, conditio non remittetur: & ideò nec cautio remittenda eſt. Huic ſententiæ non refragatur, ſi Mæuiam vxorem non ducat, prætor actionem denegat. Aliud eſt enim eligendi matrimonij metu libertatem auferri, aliud ad teſtamentum certa lege inuitari.

e l. Titio. §. 1. ibid.

CCXCV. [f] Hæc ſcriptura [ſi decem dederit, aut iurauerit ſe aliquid facturum] vnam A conditionem exprimit habentem duas partes: ſi quandocunque hæres erit ſub conditione, ſi iurauerit ſe decem daturum, aut monumentum facturum; quamuis verbis edicti ad hæreditatem vel legatum admittatur, tamen compellentur facere id quod facturum ſe iurare iuſſus eſt, ſolo iureiurando remiſſo.

f l. hæc ſcriptura. ibid.

Impp. *Seuerus & Antoninus.*

CCXCVI. [g] Cùm patremfamiliâs fidei B commiſſi nomine, quod in diem certam reliquit, ita cauere præcepiſſe proponas [ſi à marito non diuertiſſet] iuriſdictionis [h] originem perinde ſeruari æquum eſt, ac ſi nihil conſtitutum fuiſſet. Id eſt edicti perpetui, quo hæredes legatorum nomine cauere iubentur, perinde obſeruari oportet, atque ſi nihil conſtitutum fuiſſet de remittenda conditione ex hac conditione [ſi à marito diuerterit] conditio [niſi diuerterit] remittitur; nõ item [ſi non C diuerterit] tantum enim ea remittitur, ſi conditio repugnat iuri publico, nempe ſi à marito non diuerterit.

g l. 2. C. de condit. inſertis lega. quam fideic.

h l. 5 D. de Inſtit. & l. 8 D. de vſu & hab.

CAP. IX.

De legatis & fideicommiſſis ſub modo ſeu pæna relictis.

CCXCVII. [i] SI cui in hoc legatũ ſit, vt ex eo aliquid faciat, velu D ti monumentum teſtatori; vel opus & epulum municipibus faceret; vel ex eo vt partem alij reſtitueret; ſub modo legatum videtur.

i l. Demonſtratio. D. de cond. & dem.

Imp. *Antoninus.*

CCXCVIII. [k] In legatis quidẽ & fideicõmiſſis modus etiam adſcriptus pro cõditione obſeruatur. Sed & ſi per te non ſtat, quò minùs id quod tibi relictum eſt obtineas, nihil oberit.

k l. 1. C. de his quæ ſub modo legantur, vel fideicommiſſa relinquuntur.

E CCXCIX. [l] In teſtamento quidam ſcripſerat, vt ſibi monumentum ad exemplum eius quod in via Salaria eſſet P. Septimij Demetrij fieret: niſi factum eſſet, hæredes magna pecunia mulctarentur: & cùm id monumentum P. Septimij Demetrij nullum reperiatur, ſed P. Septimij Damæ erat, ad quod exẽplum ſuſpicabatur, eum qui teſtamentum fecerat, monumentum ſibi fieri voluiſſe; quærebatur, cuiuſmodi monumentum hæredes facere oporteret: & ſi ob eam rem nullum monumentum F feciſſent, quia non reperiretur ad quod exemplum facerent; an pœna tenerentur? Alphenus reſpondit; ſi intelligeret quod monumentum demonſtrare voluiſſet, is qui teſtamentum feciſſet, tametſi in ſcriptura illa non eſſet, tamen ad id quod ille ſe demonſtrare animo ſenſiſſet, fieri debere: ſi autem voluntas eius ignoraretur, pœnam quidem nullam vim habere, quoniam ad quod exemplum fieri iuſſiſſet, id nuſquam extaret: monumẽtum G tamen omnimodo ſecundùm ſubſtantiam & dignitatem defuncti extrui debere.

l l. in teſtamento. D. de cond. & dem.

CCC. [m] Cum ita in teſtamento ſcriptũ erat, [vt aliquid in foro fiat] Labeo ait, ſi non appareat quid mortuus ſenſerit, in eius municipij loco eſſe faciendum: quam ſententiam ego quoque probo.

m l. quæ cõditio. §. 1. ibid.

CCCI.

CCCI. [o] Thermus minor, quorũ arbitratu monumentũ ſibi fieri vellet, teſtamento ſcripſerat; deinde ita legauerat [Lucius Publius Cornelius ad monumentum meum ædificandum mille hæres meus dato] Trebatius reſpondit pro eo habendum ac ſi ita legatum eſſet, ſi ſatiſdediſſent ſe ita id monumentum ex ea pecunia facturos; Labeo ſententiam Trebatij probat: quia hæc mens teſtatoris fuiſſet, vt iſta pecunia in monumentum conſumeretur. Idem & ego, & Proculus probamus.

CCCVII. [p] Si tibi legatum eſt, vel fideicommiſſum relictum, vti aliquid facias, etiã ſi non intereſt hæredis id fieri, negandum tibi actionem, ſi non caueas; hæredi futurũ quod defunctus voluit, Nerua & Attilicinus putauerunt.

CCCIII. [q] [Vxori meæ dum cũ filio meo Capuæ erit hæres meus, ducenta dato. [Filius à matre migrauit. Si ambo Capuæ habitaſſent, legatum matri debitum iri putaui. Sin autem in aliud municipium tranſiiſſent, vnius anni tantummodò debitum iri quo vnà habitaſſent quantolibet tempore, Trebatius ait. Videamus an his verbis [Dum cum filio Capuæ erit] conditio ſignificetur: vel ea ſcriptura pro ſuperuacua debeat haberi: quod nõ probo. Sin autem per mulierem mora non eſt quo minùs cum filio habitet, legata deberi.

Imperator Antoninus.

CCCIV. [r] Ex his verbis [Titio decẽ millia vel inſulam relinquo] ita vt quinque millia ex his, vel eandem inſulam Mæuio reſtituat, licèt antea neque legati, neque fideicõmiſſo petitio competebat, tamen in libertate ſeruo data à Seuero Imperatore admiſſa eſt. Sed & in pecuniariis cauſis voluntatis tuendæ gratiâ, non immeritò recipiendum eſt, vt etiam ex huiuſmodi verbis ſiue ad conditionem, ſiue ad modum reſpiciant, ſiue ad dandum vel faciendum aliquid fideicommiſſi actio naſcatur. Sin verò legato aut fideicommiſſo relicto, teſtator legatarium ſeu fideicommiſſarium prohibuerit vel hæredem ſuum, vel alium quendam debitum exigere; habet debitor aduerſus legatarium, ſeu fideicommiſſarium agentem vſque ad quantitatem relicti fideicommiſſi ſiue legati exceptionem.

CCCV. [ſ] Mulcta teſtamento nõ committitur ab hærede, vel legatario, vel eo qui ex vltima voluntate aliquid lucratur; qui alicuius arbitratu monumentum facere iuſſus ſit, ſi is cuius arbitrium eſt, non viuat, aut ei arbitrari nolit.

Iuſtinianus Imperator.

CCCVI. [t] Pœnæ nomine inutiliter antea legabatur, atque adeo legatum adimebatur, vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur quod coercendi hæredis cauſa relinquitur, quò magis aliquid faciat aut non faciat: veluti ſi quis ita ſcripſerit [Hæres meus, ſi filiam ſuam in matrimonium collocauerit] Vel ex diuerſo [Si non collocauerit Titio, decem aureos dato] Et in tantum hæc regula obſeruabatur, vt quamplurimis conſtitutionibus principalibus ſignificaretur, nec Principem agnoſcere quod ei pœnæ nomine legatum ſit, nec ex militis quidem teſtamento talia legata valere, quamuis aliæ militum volũtates in ordinandis teſtamentis valdè obſeruabantur. Nihil autem intererat qua ratione Titius coerceretur, vtrùm legati datione, an cohæredis adiectione. Sed huiuſmodi ſcrupuloſitas nobis non placuit: & generaliter ea quæ relinquuntur, licèt pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium tranſlata, nihil diſtare à cæteris legatis conſtituimus, vel in dando, vel in adimendo, vel transferẽdo: exceptis videlicet iis quæ impoſſibilia ſunt, vel legibus interdicta, aut aliâs probroſa huiuſmodi enim teſtamentorum diſpoſitiones valere, ſecta noſtrorum temporum nõ patitur.

CCCVII. [u] Modus, eſt pars diſpoſitionis teſtamentariæ: & ideò habetur pro cauſa, quã finalem vocant; vt [Titio lego centum vt ibi monumentum extruat.]

CCCVIII. [x] [z] Demonſtratio legatum vitiat, non falſa cauſa: [a] quia legandi ratio, vt ſuprà etiam dictum eſt, legato non cohæret, vt ea ceſſante, legatum ceſſare debeat: præſertim cùm hæc cauſa impulſiua, vt dicitur, magis ſit, quàm finalis: [b] cuiuſmodi etſi ceſſet, nõ ſolet effectum rei impedire.

CCCIX. [c] Modum implere legatarius neceſſe habet, [d] quia modus adſcriptus pro conditione obſeruatur: & vtrunque ad formam pertinet: etiam modus, vt ſuprà dictum eſt, eſt cauſa finalis legati, [e] qua ceſſante, meritò ceſſare debet diſpoſitio, [f] & relictis legatarius carere.

CCCX. [g] Si tamen per eum non ſtat, erit excuſandus: vt & ſuprà relatum eſt.

CCCXI. [h] Illud inter conditionem & modum intereſt, quòd legatum ſub modo ſtatim peti poteſt, præſtanda cautione de modo implendo, [i] quoniam pura eſt obligatio [k] & actionem ſtatim ſuppeditat: conditionale non item, [l] quia nihil pendente conditione debetur.

CAP. X.

De cauſa adiecta legato.

CCCXII. [m] Si ita legatum ſit, [Quoniam filius minor ex arcâ mea decem ſuſtulit, filius maior decem è medio ſumito] debetur legatum: quia idcirco relictum eſt vt conditio filiorum exæquaretur. Nam cauſa in præteritum, pœna in futurum confertur.

CCCXIII. [n] Quod iuris eſt in falſa demonſtratione vt legatum non vitiet, hoc vel magis eſt in falſa cauſa: veluti [Titio fundum do, quia negotia mea curauit:] item [fundum filius meus præcipito, quia frater eius ipſe tot aureos ſumpſit] licèt enim filius eius pecuniam ex arca nõ ſumpſit, vtile legatum eſt. At ſi conditionaliter concepta ſit, veluti hoc modo [Titio, ſi negotia mea curauit, fundum

o l. quibus diebus. §. vlt. ibid.
p l ſi tibi. 49. D. de lega. 3.
q l qui qua... 30. §. vxori ibid.
r l. poſtea. C. de his quæ ſub mod. leg. fid. el.
ſ l. mulcta. D. de cõd. & dem.
t §. vlt. Inſti. de lega.

u Veſemb. ... de condit. & dem. D.
x idem Veſemb. ibid. §. huic proxima. Inſtit. de lega.
l falſa demonſtratio. D d.t. de cod & dem.
z l. Demonſtratio. d.t. §. 1. § longe. Inſtit. de leg. l. 1. C. de falſa cauſ. adiec. leg. l. aũ tale. § falſam D d.t. de cond & dem
a l ſi mulier. C. de iur. dot.
b Veſemb. d. loco.
c l. ... & 2. C. de his quæ ſub modo.
d l. Generaliter. vbi glo. ad verb. derelictu. C. de Epiſc. & cler. & in l. 1. §. 1. & ... in verb. cau... C d poſt. : e cũ ceſſante, de app. in c. ceſſante. de reg. iur.
Glo. in l. 1. C. de his quæ ſub modo.
g Veſemb d. loco. d l. 1.
h Veſemb. ibi.
i l. Libertus. §. hac ſcriptura. D. de man. teſta.
k l. Liberto. §. Lucius. D. de arg. lega. l. ſi tibi legatum D. de lega. 3.
l l. 2. C. de his quæ ſub modo. l. cum in teſtamento. C. de pdere. hær. l, qui hæredi. §. vlt. D. de cõd. & dem. l. 1. §. ſin autem C. de cad. toll.
m l ſi ita legatum ſit. D. de cond. & d. m.
n l. Demonſtratio. §. 1. ibi.

do:] vel [Titius filius meus, ſi frater eius centum ex arca mea ſumpſit, fuodum præcipito] vtile erit legatum, ſi & ille negotia curauit, & eius frater centum ex arcą ſumpſit.

** l. cum tale. § falſum. ibid. * ſi falſam c[a]uſam eſſe ſciſſet. arg. l. cum alienam. C. de lega.*

CCCXIV. *Falſâ cauſâ legato non obeſſe verius eſt: quia ratio legandi legato non cohæret: ſed plerunque doli exceptio locuoı habebit, ſi probetur * aliâs legaturũ nõ fuiſſe, id eſt cum conſtiterit teſtatorem legare voluiſſe, hoc extra legatum eſt, qoamobrem hoc fecerit. Demonſtratio verò quæcunque additur, qoaſi in re eſt, quia demonſtratiooes ex ipſius rei circunſtantiis petuntur.

** § longè magis. Inſt. de leg.*

CCCXV. *Legato falſa cauſa adiecta non nocet, veluti cum quis ita dixerit [Titio, quia me abſente negotia mea curauit, Stichum do lego] vel ita [Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus ſum, ſtichum do lego] licèt enim neque negotia teſtatoris nunquam geſſerit Titius, neque patrocinio eius liberatus ſit; legatum tamen debetur.

CAP. XI.

De demonſtrationibus.

a l. falſa demonſtratio. §. inter. D. de cond. & dem.

CCCXVI. [a] INter demonſtrationem & conditionem hoc intereſt, quòd demonſtratio plerunque factam rem oſtendit; conditio, futuram: vt & ſuprà relatum eſt.

b d. l. in princ.

CCCXVII. [b] Falſa demonſtratio neque legatario neque fideicommiſſario nocet, neque bæredi inſtituto: veluti ſi fratrem dixerit, vel ſororem, vel quodlibet aliud: & hoc ita iuris ciuilis ratione, & conſtitutionibus Seueri & Antonini Imperatorum cautum eſt. Sed ſi controuerſia ſit de nomine inter plures, qui probauerit ſenſiſſe de ſe defunctum, ille admittetur.

c l. Nominatim. ibid.

CCCXVIII. [c] Nominatim alicui legatur ita [Lucio Titio] an per demonſtrationem corporis, vel artificij, vel neceſſitudinis, vel affinitatis, nihil intereſt. Nam demonſtratiò plerunque vice nominis fungitur: nec intereſt falſa an vera ſit quam teſtator demonſtrauerit.

d l. cum tale. §. vlt. ibid.

CCCXIX. [d] Falſam legati demonſtrationem non facere legatum, Sabinus reſpondit: veluti ſi quis cùm Titio nihil legaſſet, [quinquaginta Seio dato] idque ſumpſit ex defuncti voluntate, quia non animo legandi, ſed diminuendi legatum quod falsò datum exiſtimaret, ita ſcriberet: propter falſam tamen demonſtrationem non plus Seius aſſequetur quàm ſi hoc demonſtratum fuiſſet.

l Demonſtratio falſa. ibid.

CCCXX. [e] Demonſtratio falſa eſt, veluti ſi ita ſcriptum ſit, [ſtichum quem de Titio emi; fundum Tuſculanum qui mihi à Seio donatus eſt] Nam ſi cõſtat de quo homine, & de quo fundo ſenſerit teſtator; ad rem non pertinet, ſi is quem ſe emiſſe ſignificauit donatus eſſet, aut quem donatum ſibi eſſe ſignificauit, emerit. Et ſi in perſona legatarij deſignanda aliquid erratum fuerit (conſtat autem coı legare voluerit) perinde valet legatum ac ſi nullus error interueniſſet.

§ ſi quidem in nomine. Inſt. de lega.

CCCXXI. [f] Si in nomine, cognomine, prænomine legatarij quis errauerit, cùm de perſona conſtat, nihilominus valet legatum: idque in hæreditatibus ſeruatur; & rectè. Nomina enim ſignificandorum bominum gratiâ reperta ſunt: qui & ſi qoo alio modo cognoſcantur, nihil intereſt.

g l. Stichum. D. de lega. 1.

CCCXXII. [g] [Bocephalum equum qui meus erit cùm moriar, hæres dato] magis cõditionem legato iniecisse, quàm demonſtrare voluiſſe patremfamiliâs apparet, eò quòd ſi demonſtrandi cauſa hæc oratio poneretur, ita concepta eſſet [Bucephalus qui meus eſt,] non [qui meus erit] ſed conditio talis accipi debet, quatenus meus erit, vt ſi totum alienauerit, legatum extinguatur: ſi partem, pro ea parte debeatur quæ teſtatoris mortis tempore fuerit.

CAP. XII.

De interpretatione & effectu quorundam legatorum.

h l. fideicommiſſa. 1. § cum ſi quis. D. de lega. 3.

CCCXXIII. [h] IN fideicommiſſis præcipuè ſpectanda ſeruandáque eſt teſtantis voluntas.

i l. Non aliter 69 ibid. k d. l. § 1.

CCCXXIV. [i] Non aliter à ſignificatione verborum recedi oportet, quàm cùm manifeſtum eſt aliud ſenſiſſe teſtatorem. [k] Non enim in cauſa teſtamentorum ad definitionem vtique verborum deſcendendum eſt, cùm plerũque abuſiuè loquamur: nec proprijs oominibus, nec vocabulis ſemper vtamur.

l l. Clari. C. de lega. & fideicom.

CCCXXV. [l] Clari & aperti iuris eſt, in fideicommiſſis poſteriores voluntates eſſe firmiores.

m l. Nunc. 21. §. vlt. D. de lega. 3.

CCCXXVI. [m] Semper ſuprema voluntas potior eſt, modò certa ſit; & ſpecialiter expreſſa.

n l. Quædam. D. de reb. dubijs.

CCCXXVII. [n] Quædam ſunt in quibos res dubia eſt; ſed ex poſt facto retroducitor: vt ecce, ſi res legata fuerit: & deliberante legatario, eam rem hæres alij tradiderit. Nam ſi quidem voluerit legatarius habere legatum, traditio nulla eſt, ſi verò repudiauerit, valet: tantundem eſt & ſi pecuniam hæreditariam legatam reddiderit hæres. Nam ſi quidem non repudiauerit legatarius, alienam pecuniam reddidit; ſi verò repudiauerit, ſuam pecuniam reddidiſſe videtur. Quid ergo ſi conſumpta fuerit pecunia? Itidem erit ex euentu dicendum.

o l. quoties. ibid.

CCCXXVIII. [o] Quoties in actionibus aut exceptionibus ambigua eſt oratio, cõmodiſſimum eſt id accipi, quò res de qua agitur magis valeat, quàm pereat.

p l. qui concubinam 29. D. de lega. 3.

CCCXXIX. [p] In dubio ſequimur quod minus eſt.

q l. pen. ibid.

CCCXXX. [q] Si fundus ab omnibus hæredibus legatus ſit, qui vnius hæredis eſſet, noo ampliùs quàm partem ſuam præſtabit: cæteri in reliquas partes tenebuntur.

r l. legatum 116 §. hæredi. ibid.

CCCXXXI. [r] Hæredi à ſemetipſo legatum dari nõ poteſt, à cohærede poteſt. Itaque ſi fundus legatus ſit ei qui ex parte dimidia

hæres

hæres inſtitutus eſt, & duobus extraneis; ad-
hęredem cui legatus eſt, ſexta pars fundi per
tinet, quia à ſe vindicare non poteſt: à cohæ-
rede verò ſemiſſario duobus extraneis con-
currentibus, non ampliùs tertia parte: extra-
nei autem & ab ipſo hærede, cui legatum
eſt, ſemiſſem, & ab alio hærede trientem
vindicabunt.

a l. in tacitis. 103. §. ſi Attio ibid.

CCCXXXII. [a] Si Attio ita legatum fue-
rit [Quiſquis mihi hæres erit, damnas eſto At-
B tio hęredi meo decem dare] deducta ſua par-
te Attius decem petet. Item ſi iuſſus fuiſſet
hæres decem dare; & ſibi fundum habere, de-
ducta ſua parte, decem dabit. Denique con-
ſtitit, cùm ita legatum fuiſſet [Quiſquis mi-
hi hæres erit, damnas eſto hæredi meo de-
cem dare] exæquari omnium hæredum par-
tes, eò quòd vnuſquiſque & ſibi & cohæredi
ſuo dari damnatus videretur.

b l. ſi hæredes. 124. ibid.

C CCCXXXIII. [b] Si hæredes nominatim
enumerati dare quid damnati ſunt, propiùs
eſt vt viriles partes debeant: quia perſona-
rum enumeratio hunc effectum habet, vt exę-
quentur in legato præſtando, qui ſi nominati
non eſſent, hæreditarias partes debituri
eſſent.

c l. ſi duobus. §. 1. ibid.

CCCXXXIV. [c] Hęres, adiecto ei nomi-
ne cuiuſdam qui hæres non ſit, dare quid
damnatus totum legatum debet. Nam & ſi
D duos ex hæredibus ſuis nominatim quis dam-
naſſet, & alter hæreditatem non adiiſſet, to-
tum deberet, ſi pars eius qui non adiiſſet, ad
eum qui adiiſſet, perueniret.

d l. Turpia. 54. §. vlt. ibid. Non oportet accipere partẽ pro qua inſtituti ſunt, ſed pro parte hæredum, atque ſi dixiſſet, Sit quidã ex hæredibus nominati ibi ſunt. Si igitur hæc l. non diſſidet à l. 124. D. ibid. & l. 17. D. de reb. dubiis, Quidam legẽdum putant, ſi perſonæ hæredum nominatæ ſunt: ſed ſine auctorum auctoritate non ſoleõ emẽdare. Charondas.

CCCXXXV. [d] Si pars hæredum nomi-
nata ſit in legando, viriles partes hæredes de-
bent; ſi verò omnes, hęreditarias.

CCCXXXVI. [e] Si Titio & Mæuio lega-
tus ſit Bucephalus equus qui Titij erat, pars
E Bucephali debebitur Mæuio. Nam Titius,
quamuis ad legatum non admittatur, par-
tem facit.

e l. huiuſmodi. 84. §. ſi Titio & Mæuio. D. de leg. 1. l. pen.

f l. ſi pluribus 44. D. de leg. 2.

CCCXXXVII. [f] Si pluribus hæredibus
inſtitutis, ita ſcriptum ſit [Hæres meus dam
nas eſto dare aureos quinque] non quilibet
hæres, ſed omnes videbuntur damnati: vt v-
nà quinque dent.

g l. ſi ita relictum 41. ibid.

CCCXXXVIII. [g] Si ita relictum fuerit
[Quantum hæres meus habebit, tantum Ti-
thaſo dari volo] pro eo eſt, quaſi ita ſit ſcriptũ
F [quantum omnes hęredes habebũt] Quòd ſi
ita fuerit [Quantũ tuus hęres habebit, tantum
Tithaſo hæredes meos dare volo] minor pars
erit accipienda, quæ venit in legato.

h d. l. § vlt.

CCCXXXIX. [h] Si ita ſcriptum ſit [De-
cem aut quindecim hæres dato] pro eo eſt, ac
ſi decem ſolùm legata ſint: aut ſi ita ſit, [poſt
annum, aut poſt biennium quàm ego de-
ceſſero, hæres dato] poſt biennium videtur
legatum: quia hæredis eſſet poteſtas in e-
G ligendo.

i l. qui concubinam. 29. §. cùm ita legatum. D. de leg. 3.

CCCXL. [i] Cùm ita legatum eſſet [Vt
Titia vxor mea tantulam partem habeat quã-
tulam vnus hæres] ſi non æquales partes eſ-
ſent hæredum, Q. Mucius & Gallus putabant
maximam partem legatam eſſe, quia in ma-
iore minor quoque ineſſet. Seruius & Offi-
A lius, minimam; cùm in poteſtate eius eſſet
quam partẽ vellet, daret. Labeo hoc probat;
idque verum eſt.

k l. cùm pater 77. §. cùm exiſtimaret. D. de lega. 2.

CCCXLI. [k] Cùm exiſtimaret quidam ad
ſolam conſobrinam ſuam bona ſua omnia
peruentura, codicillis ad eam factis, pluribus
fideicommiſſa reliquerat: iure ſucceſſionis ad
duos eiuſdem gradus poſſeſſione deuoluta, ra-
tionibus æquitatis & perpetui edicti exem-
B plo, pro parte dimidia mulierem releuãdam
reſpondi.

l ſi res 2. D. de lega 2.

CCCXLII. [l] Si res mihi per fideicõmiſ-
ſum relicta, eadem tibi legata, vel per fidei-
commiſſum relicta ſit, non communicandi a-
nimo, ſed in ſolidum; ambigendum non eſt ſi
alteri ſit ſoluta, alterum nullum quidem ius in
ipſam rem habere, ſed actionem de pretio in-
tegram eum habere.

m l. ſi pluribus 44. §. 1 ibid.

CCCXLIII. [m] Si ita legatum fuerit, [Lu-
C cius Titius hæres meus, Tithaſo quinque au-
que aureos dare damnas eſto] Deinde alio lo
co ita [Mæuius hæres meus Tithaſo quinque
aureos damnas eſto dare,] niſi Titius oſten-
derit adimendi cauſà à Publio legatum eſſe re
lictum, quinos ab vtroque capiet.

Sempronius Proculus Nepoti ſuo, ſalutem.

n l. Sempronius. 47. ibid.

CCCXLIV. [n] Binæ tabulæ teſtamenti eo-
D dem tempore exemplaris cauſà ſcriptæ, vt
fieri ſolet, eiuſdem patrisfamiliâs proferun-
tur: in alteris centum; in alteris quinquaginta
aurei legati ſunt Titio: quæris, vtrum quinqua
ginta aureos, an centum duntaxat habiturus
ſit legatarius. Proculus reſpondit, in hoc caſu
hæredi magis parcẽdum eſſe: ideóque vtrum
que legatum nullo modo deberi; ſed tantum-
modò quinquaginta aurei.

Imperator Iuſtinianus.

o l. cùm quæſtio. C. de verb. ſig.

E CCCXLV. [o] Cùm quæſtio talis animos
veterum mouit, Si quis cuidam agrum, Cor-
nelianum puta, vel alium quemlibet in ſoli-
dum legauerit, deinde alij partem eius dimi-
diam; quantam portionem Primus, quantam
Secundus legatarius conſequuturus ſit; ſimilis
dubitatio & in hæreditate & in fideicom-
miſſis fuit: cúmque ſint computationes multæ
& multis ratiocinationibus dignæ, nos huiuſ-
modi computationes quaſi ſuperfluas, & con-
F trarias voluntati teſtatoris, omnes eſſe ſopien-
das cẽſemus. Cùm enim manifeſtum ſit, eum
qui ab initio duodecim vncias rei cuidam re
liquit, alij autem poſtea ſex, receſſiſſe quidem
à priore voluntate; voluiſſe autem minui eas
ſex vncias, cùm alij eas obtulit; ſic præſens ca-
ſus exitum apertiſſimum inueniet. Si quis ita-
que vel agrum vel hæreditatem reliquerit,
Primo quidem in totum, Secundo autem in
partem dimidiam; vtrunque in ſex vncias eſ-
G ſe dominum rei legatæ, vel hæreditatis,
conſtat. Et ſi tota re Primo relicta, tertiam par
tem Secundo reliquerit, ſecundùm prædictũ
modum octo quidem vncias vel agri vel hæ-
reditatis apud Primum remanere: tertiam au-
tem partem vel quatuor vncias ad Secundũ
migrare, certum eſt. Et ſic in omnibus ſtatuẽ-

dum eſt hæreditatibus, vel legatis, vel fideicommiſſis, veſtigia enim voluntatis teſtatoris niſi per huiuſmodi viam æſtimanda ſunt.

Idem Iuſtinianus.

a d. l. §. ſed & aliam.

CCCXLVI. [a]Sed aliam diſceptationem iuris antiqui non abſimilem decidere nobis humanius viſum eſt: Agitabatur enim, ſi quis agrum Cornelianum, vel fortè alium, vel quãdam rem cuidam legauerit: & poſtea iterum vel ſæpiùs quidem fuiſſet Titij mentio ſemel autem Sempronij; quid ſtatuendum eſt, & quid iuris ſit, ſi coniunctim, aut ſeparatim eis relinquatur, ſiue in legato hoc conſiſtat, ſiue in hæreditate: huiuſmodi igitur decidentes antiquam controuerſiam, ſancimus, cuicunque hæreditas vel ager ſæpiùs ei relictus, æqua lance & hæreditatem, & agrum, & aliam quamcunque rem diuidi, & ad mediam partem vnumquenque vocari, niſi ſpecialiter expreſſerit & dixerit teſtator, tantas partes vnum, tantas autem alterum habere. In omnibus autem teſtatoris voluntatem, quæ legitima eſt, dominari cenſemus.

a l. qui filiabus §. 1. D. de lega. 2.

CCCXLVII. [a]Si quis ita legauerit [Si quæ filia mihi gignitur, ei hęres meus centum dato] pluribus natis, videtur ſingulis tantundem legaſſe: quod ita accipiendum eſt, niſi euidens ſit contraria ſententia teſtatoris.

b d. l. in prin.

CCCXLVIII. [b]Qui filiabus legauit, ſi mentionem aliqua parte teſtamenti poſthumæ fecit, videtur in filiarũ legato & de poſthumis ſenſiſſe.

c l. legata inutil. ter. §. vlt. ibid.

CCCXLIX. [c]In legato pluribus relicto, ſi partes adiectæ non ſunt, æquè ſeruantur.

d l. ſi quis ſeruum. § ſi inter duos. ibid.

CCCL. [d]Si inter duos dubitetur de eodem legato, cui potiùs dari oportet, vt puta, ſi Titio relictum eſt, & duo eiuſdem nominis amici teſtatoris viuant, & legatum petant, & hæres ſoluere paratus ſit: deinde ambo defendere hæredem parati ſunt, eligere debere hæredem cui ſoluat, vt ab eo defendatur, conſtat.

e l. Titius 96. D. de lega. 3.

CCCLI. [e][Appellatione hæreditatis non continentur legata, nec fideicommiſſa] Nempe, Si Titius ex parte hæres inſtitutus rogatus ſit Mæuio hæreditatem reſtituere, & rurſum Titio partem ſuam, aut partis partem reſtituere; an hanc quoque partem, quam à cohærede ex fideicommiſſo recepit, Titius Mæuio reſtituere debeat. Antoninus Imperator conſultus reſcripſit, non debere reſtituere: quòd hæreditatis appellatione neque legata, neque fideicommiſſa contineantur.

f l. filiusfa. 52. §. 1. ibid.

CCCLII. [f]Si cui centum libri ſunt legati, centum volumina ei dabimus, non centũ quæ quis ingenio ſuo metitus eſt; vt puta, cùm haberet Homerum totum in vno volumine, non quadraginta quinque libros computamus, ſed vnum Homeri volumen pro libro accipiendum eſt.

g d. l. §. ſi Homeri.

CCCLIII. [g]Si Homeri corpus ſit legatum, & non ſit plenum, quantæcunque partes inueniuntur, debentur.

h l. Cui quæ Romæ 84. D. de lega 3.

CCCLIV. [h]Cui, quæ Romæ eſſent, legata ſunt, ea etiam quæ cuſtodiæ cauſa in horreis extra extra vrbem repoſita ſunt, debentur.

i l. Prædijs 91. §. pater. ib.

CCCLV. [i]Pater filio tabernam purpurariam cum purpuris quæ in diem mortis eius ibi fuerunt, legauit; neque pretia purpuræ condita, neque reliqua legato contineri conſtat.

k l. ſi ita 86. ibid.

CCCLVI. [k]Si ita legatum ſit [Domum quoque meam cùm moriar] nummos ad diẽ exactos à debitoribus, vt aliis nominibus collocarentur non puto legatos: & Labeonis diſtinctionem valdè probo; qui ſcripſit, nec quod caſu abeſſet, minus debitum; nec quod caſu ibi ſit, magis eſſe legatum.

l l. quidã. D. de tritico vino & oleo legato.

CCCLVII. [l]Quidam hæredem damnauerat dare vxori ſuæ vinum, oleum, ſalſamenta; Trebatius aiebat ex ſingulis rebus non ampliùs deberi, quàm quantum hæres dare voluiſſet; Ofilius, Caſcelius, Tubero, omne quãrum paterfamiliâs reliquiſſet, legatum putãt. Labeo id probat: idque verum eſt.

m l. ſi grege 21 D. de leg. 1.

CCCLVIII. [m]Si grege legato aliqua pecora viuo teſtatore mortua eſſent, in eorúmque locum alia ſubſtituta ſint, idem grex videbitur: & ſi diminutum ex eo grege pecus eſſet, & vel vnus bos ſupereſſet, is vindicari poterit quamuis grex deſierit eſſe.

n l. legatarum

CCCLIX. [n]Si quis alicui legauerit [licere lapidem cædere] an etiam ad hæredem hoc legatum tranſeat, dubitatum eſt. Et Marcellus negat ad hæredem hoc tranſmitti, niſi nomen hæredis adiectum legato fuerit.

o l. cùm pater. §. rogo. D. de lega. 2.

CCCLX. [[o]Rogo, filia, bona tua quandoque diſtribuas liberis tuis, vt quiſque de te meruerit] Videtur omnibus liberis, etſi æqualiter promeruerint, fideicommiſſum relictũ, quibus, matris electione ceſſante, ſufficiet, ſi non offenderint. Eos autem quos mater elegerit, fore potiores, ſi ſoli promeruiſſent exiſtimari: quod ſi neminem elegerit, eos ſolos non admitti qui offenderint.

p l. Non dubiũ 14. §. vlt. D. de lega. 3.

CCCLXI. [p]Si cui relictum eſt vt alienam rem redimat vel præſtet; ſi redimere non poſſit, quòd dominus vendere nolit, niſi vel immodico prædio vendat; iuſtam æſtimationem inferet.

q l. vxori 35. D. de lega. 3.

CCCLXII. [q]Vxori ſuę inter cætera quidam legauerat [Et domus eam partem in qua morari conſueuimus] qua ſitum eſt, cùm tam teſtamenti faciendi tempore, quàm mortis totam domum in vſu haberet, nec quicquam ex ea locatum; an ea tantummodò videtur legaſſe cubicula vbi dormire conſueuerat. Scæuola reſpondit, ad omnem partem in qua morari cum familia conſueuiſſet, legatum pertinere.

r l. fideicommiſſa 11 §. prouide. ibid.

CCCLXIII. [r]Si ita ſit fideicommiſſum relictum, [illi, ſi demeruerit] omnino fideicõmiſſum debebitur, ſi modò ad arbitrium boni viri meritum teſtator æſtimauit. Et ſi ita ſit [ſi te non offenderit] æquè debebitur, ſi alius vir bonus & non inimicus meritum potuit admittere.

ſ d. l. §. ſi cui.

CCCLXIV. [ſ]Si cui fuerit fideicõmiſſum relictum [ſi morte patris ſui iuris fuerit effe-

ctus, & emancipatione ſoi iuris factus ſit, non deficit conditio: ſed & cum mors patris contingat, quaſi extante conditione ad fideicommiſſum admittetur.

a l. omnia. 32. D. de leg. 1

CCCLXV. [a] Omnia quæ teſtamento ſine die vel conditione adſcribuntur, ex die hæreditatis debeantur.

b l. ſi ita relictum. 43. §. 2. ibid.

CCCLXVI. [b] Pegaſus ſolitus fuerat diſtinguere, ſi in diem fideicommiſſum relictum ſit, veluti poſt annos decem, intereſſe cuius cauſâ tempus dilatum ſit, vtrùm hæredis; quo caſu hæredem relictum retinere debere: an verò legatarij; veluti, ſi in tempus pubertatis ei qui impubes ſit fideicommiſſum relictum ſit; tunc enim fructus præſtandos & antecedentis temporis. Et hæc ita intelligenda ſunt, ſi non nominatim adiectum eſt, vt cum incremento hæres fideicommiſſum præſtet.

c l. ſi ita ſcriptum. 29. ſi ſub conditione. ibi.

C CCCLXVII. [c] Si ſub conditione, vel ex die legatum ſit, ante conditionem vel diem certum repudiare non poſſumus. Nam nec pertinet ad nos antequàm duos veniat, vel conditio exiſtat.

CCCLXVIII. Si filiæ ita legatum ſit [cum in tutelam ſuam peruenerit,] tunc debetur cùm viripotens facta ſuerit.

d e l. Iauolenus. D. de annuis legatis.

D CCCLXIX. [d e] Iauolenus reſpondit, eum qui rogatus ſit poſt decem annos reſtituere pecuniam, & ante diem reſtituerit; ſi propter legatarij perſonam, in diem fideicommiſſum relictum probetur: & perdituro ei id hæres ante diem reſtituiſſet, nullo modo liberatum eſſe: quòd ſi tempus hæredis cauſa prorogatum eſſet, vt commodum medij temporis ipſe ſentiret, liberatum eum intelligi. Nam & plus eum præſtitiſſe quàm deberetur.

f l. ſi mihi & tibi. D. de leg.

E CCCLXX. [f] In legatis, nouiſſimæ ſcripturæ valent; quia mutari cauſa præcedentis legati vel die vel conditione, vel in totum ademptione poteſt. Sed & ſi ſub alia & alia conditione legatum ademptum eſt, nouiſſima ademptio ſpectanda eſt.

F CCCLXXI. [g] Qui quinque in arca habebat, ita legauit, vel ſtipulanti promiſit [Decem quæ in arca habeo] & legatum & ſtipulatio valebit, ita tamen vt ſola quinque vel ex ſtipulatione, vel ex teſtaméto debeantur. Vt verò quinque quæ deerunt, ex teſtamento petantur, vix ratio patietur. Nam quodam modo certum corpus quod in rerum natura non ſit, legatum videtur. Quòd ſi mortis tempore plena ſumma fuerit, & poſtea aliquid ex ea deperierit, ſine dubio ſoli hæredi deperit.

g l. ſi area. 39. D. de lega. 3.

CCCLXXII. [h] Si areæ poſt teſtamentũ factum ædificium impoſitum eſt, vtrumque debebitur, & ſolum & ſuperficies.

h l. ſi ita ſit. 45. D. de lega. 2.

G CCCLXXIII. [i] Si ita ſit ſcriptum [Filiabus meis centum aureos do] an & maſculini generis & fœmini liberis legatum videatur? Nam ſi ita ſcriptum eſſet [Filiis meis hoſce tutores do] reſponſum eſt etiam filiabus tutores datos eſſe, quod non eſt ex contrario accipiendum, vt filiarum nomine maſculi contineantur. Peſſimum enim foret, fœminino vocabulo maſculos contineri.

** l. ſi ... 87. ibid.*

A CCCLXXIV. * Filio pater quem in poteſtate retinuit, hæredi pro parte inſtituto legatum reliquit. Duriſſima ſententia eſt exiſtimantium denegandam ei legati petitionem ſi patris abſtinuerit hæreditate. Non enim impugnatur iudicium ab eo qui iuſtiſſimis rationibus noluit negotiis hæreditariis implicari.

k l. ſed ſi non aliàs 88. ibid.

B CCCLXXV. [k] Sed ſi non aliâs voluit patrem eum habere legatum, niſi hæreditatem retineat, tunc neque aduerſus cohæredem dandam ei legati petitionem ſecundùm Ariſtonis ſententiam conſtat: cum ipſi filio non videretur ſoluẽdo eſſe hæreditas. Et hoc ita eſt, licèt non creditor expreſſiſſet, tamen manifeſtè approbetur.

Ex teſtamento debitum quid dicatur.

l l. cùm filio 76. § hæres meus D. de lega. 2.

C CCCLXXVI. [l] [Hæres meus Titio dato quod ex teſtamento Sempronij debetur mihi.] Cùm iure nouationis, quam legatarios idémque teſtator ante fecerat, legatum ex teſtamento non debeatur, placuit falſam demonſtrationem legato non obeſſe: nec in totum falſum videri quod veritatis primordio adiuuaretur.

Maſculinum continet fœmininum.

m l. qui duos 62. D. de leg. 3.

D CCCLXXVII. [m] Qui duos mulos habebat, ita legauit [Mulos duos qui mei erunt cùm moriar, Seio hæres dato] Idẽ nullos mulos, ſed duas mulas reliquerat; reſpondit Seruius, deberi.

n l. quod his verbis. 83. ibid.

CCCLXXVIII. [n] Quod bis verbis relictũ eſt [Quicquid ex hæreditate, boniſve meis ad te peruenerit, cùm morieris reſtituas] fructus quos hæres viuus percepit; item quæ fructuũ vice ſunt, non venire placuit. Nec enim quicquam proponi, ex quo de his quoque teſtatricem rogaſſe, probari poſſit.

o l. cùm in teſtamento D. de reb. dub.

E CCCLXXIX. [o] Cùm quid in teſtamento ambiguè, aut etiam perperam ſcriptum eſt, benignè interpretari, & ſecundùm quod credibile eſt cogitatum, credendum eſt. At cùm quæritur in ſtipulatione quid acti eſt; ambiguitas contra ſtipulatorem eſt.

p l. Eas omnes. D. de cond. & dem.

F CCCLXXX. [p] Eas res omnes, quæ protinus agentem repellunt, in fideicommiſſis nõ pro conditionibus obſeruari oportet. Eas verò quæ habent moram cum ſumptu, admittemus cautione ublata. Nec enim parem dicemus eum, cui ita dictum ſit [ſi monumentum fecerit,] & eum cui datum eſt, vt monumentum faciat.

CAP. XIII.

De auro, argento, mundo, ornamentis, unguentis, & ſtatuis legatis.

q l. cùm aurum D. de auro, arg. mund. & cæt.

G CCCLXXXI. [q] Auro legato vaſa aurea continentur; & gémis gémea vaſa. Secundùm hoc, ſiue gémæ ſint in aureis vaſis, ſiue in argenteis; auro,

argentóve cedent: quoniam hoc ſpectamus, quæ res alicuius rei oroandæ cauſa fuerit adbibita, non quæ ſit pretioſior.

a l. ſi vt habiliter ibid.

CCCLXXXII. [a] Si vt habiliter gemmę geri poſſint, incluſæ auro fuerint; non aurum gemmis dicimus cedere.

b l. ſi gēma. ibi.

CCCXXXIII. [b] Si gemma ex annulo legetur, vel aliæ materiæ iunctæ, vel emblemata; rectè legantur: & ſeparantur, & pręſtanda ſunt.

c l. Quintus Mutius. §. 1. ibid.

CCCLXXXIV. [c] Cùm cui argentum omne legatum eſt, an ei quoque nummi legati videantur, quæritur. Et ego puto, non contineri. Non facilè enim argenti numero quiſquam nummos computat: idem argento facto legato puto, oiſi euidenter contra ſeniiſſe teſtatorem appareat.

d l. in prin.

CCCLXXXV. [d] Quintus Mutius ita definit argentum factum, vas argenteum videri eſſe.

e l. ſi ſtatuam. ibid.

CCCLXXXVI. [e] Si ſtatuam legauero, & poſtea ex alia ſtatua hrachium ei adiecero, omnimodo ſtatua à legatario vindicari poteſt.

f l. ſi vt habiliter.

CCCLXXXVII. [f] Cui aurum vel argentum factum legatum eſt, ſi fractum aut colliſum ſit, non continetur. Seruius enim exiſtimabat aurum vel argentum factum id videri, quo commodè vti poſſumus: argentum autem fractum aut colliſum non incidere in eam definitionem; ſed infecto contineri.

g l. ſi quando. ibid.

CCCLXXXVIII. [g] Si quando alterius generis materia auro, argentóve iuncta ſit, ſi factum aurum vel argentum legetur, id quod iniectum eſt debetur. Vtra autem alterius materiæ ſit acceſſio; viſu atque aſpectu rei, conſuetudine patrisfamiliâs æſtimandum eſt.

h l. Ornamentorum. ibid.

CCCLXXXIX. [h] Ornamentorum appellatione veſtem muliebrem non contineri; nec error hæredis ius murare potuit.

i l. Titia teſtamento. ibid.

CCCXC. Titia teſtamento, item codicillis multas ſpecies tam argenti quàm veſtis per fideicommiſſum reliquit. quæro annon aliæ ſpecies legato cedant, quàm quæ in hæreditate inuentæ eſſent. Scæuola reſpondit, eas cedere quæ inuentæ eſſent; de cæteris cauendum, vt ſi inuentæ eſſent, præſtentur.

k l. ſi vxori. §. 1. ibid.

CCCXCI. [k] Cùm ita legatum eſset [Argentum quod domi erit cùm moriar] O filius, nec quod depoſitum eſset, nec quod commodatum reliquiſset argentum, legatum videri reſpondit. Caſchelius idem de commodato ait. Labeo, quod depoſitum eſset, ita deberi, ſi præſentis tantùm cuſtodię cauſa, non perpetuæ, veluti thaſauro depoſitum eſset. Atteius Seruium reſpondiſse ſcribit, cui argentum, quod in Tuſculano fundo cùm moreretur habuiſset, legatum eſset: & quod antequam moreretur ex vrbe in Tuſculanum iuſsu teſtatoris tranſlatum eſset, deberi; contrà, ſi iniuſsu teſtatoris tranſlatum eſset.

l l. Seia. ibid.

CCCXCII. [l] Seia ab hærede Publio Męuio ita legauit [Antoniæ Tertullæ do lego auri pondo tot: & vnionem cum hyacinthis:] poſtea vnionem ſuſtulit: neque vllum mortis tempore inter ornamenta ſua vnionem reliquit: quæro, an hæres ex cauſa fideicommiſſi æſtimationē rei quæ in hæderitate nō eſt, præſtare debeat. Marcellus reſpondit, non debere.

m ibid.

CCCXCIII. [m] Item quæro, ſi probari poſſit Seiam, vnionem & hyacinthos quoſdā in aliam ſpeciem ornamenti quod pretioſius fecit, additis aliis gemmis & margaritis conuertiſſe; an hos vniones vel hyacinthos petere poſſit, & hæres compellatur ornamento poſteriorum eximere, & præſtare? Marcellus reſpondit, petere non poſſe. Nam quî fieri poteſt vt legatum vel fideicommiſſum durare exiſtimetur, cùm id quod teſtamento dabatur, in ſua ſpecie non permanſerit? vt interim omittam quòd diſſolutione ac permutatione tali, voluntas quoque videatur mutata.

CAP. XIV.

De alimentis & cibariis legatis.

Imperator Antoninus Pius libertis Sextæ Baſiliæ.

n l. Caio Seio. D. de alimentis & cibariis legatis.

CCCXCIV. [n] Qvamuis verba teſtamenti ita ſe habeāt, Vt quoad cum Claudio Iuſto morari eſſetis, alimenta & veſtrarium legata ſint; tamē hanc fuiſſe defunctæ volūtatem interpretor, vt & poſt mortem Iuſti vobis præſtari voluerit. Scæuola reſpondit, eiuſmodi ſcripturam ita accipi, vt neceſſitas alimentis præſtandis ſemper maneat.

o d. l. §. vlt.

CCCXCV. [o] Item ſi ſcriptum teſtamentum ita fuiſſet [Et tecum ſint ſemper volo] quæro cùm manumiſſi ab hærede ob grauiorem ſeruitutem diſceſſerint, an alimenta his debeantur, quæ negat præſtare, niſi vice ſeruitutis iis vteretur. Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, deberi.

p l. Legatis. cum l. ſeq. l. Diariis. ibid.

CCCXCVI. [p] Legatis alimentis; cibaria & veſtitus & habitatio debebuntur; quia ſine his ali corpus non poteſt: cætera quę ad diſciplinam pertinent, legato non continentur; niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem probetur. [q] Sed diariis cibariis legatis; neque veſtitus, neque habitatio debentur.

q d. l. Diariis.

CAP. XV.

De prohibita rei legatæ alienatione.

r l. filiusfamilias 114. §. Diui. 14. D. de leg. 1.

CCCXCVII. [r] IMperatores Seuerus & Antoninus reſcripſerunt; eos qui teſtamento vetant quid alienari, nec cauſam exprimunt propter quam id fieri volunt; niſi inueniatur perſona cuius reſpectu hoc à teſtatore diſpoſitum eſt, nullius momenti eſſe ſcripturā, quaſi nudum præceptum reliquerint; quia talem legem teſtamēto oon poſſunt dare. Quod ſi liberis aut poſteris, aut hæredibus conſulentes, huiuſmodi voluntatem ſignificarent; eam ſeruandam eſſe:

sed

ſed hæc neque creditoribos neque fiſco fraudi eſſe debere. Nam ſi hæredis bona propter teſtatoris creditores væneant, fortonam communem fideicommiſſarij quoque ſequentur.

a l. Lucius Titius. 93. D. de lega.3.

CCCXCVIII. [a] Lucius Titius teſtamento ſuo ita cauit, Ne vllo modo prædium ſuburbanum aut domum hæres alienaret: filia eius hæres ſcripta hæredem reliquit filiam ſuam, quæ eaſdem res diu poſſedit; & decedens extraneos hæredes inſtituit; quæſitum eſt, an prædia pertinerent ad Iuliam quæ Lucium Titium teſtatorem patruum maiorem habuit. Scæuola reſpondit, nihil proponi quominus pertinerent, cùm hîc nudum præceptum ſit.

b l. Peto 79. § fratre. de lega.2.

CCCXCIX. [b] Quidam fratre hærede inſtituto vetat ne domus alienaretur, ſed vt in familia relioqueretur: ſi non paruerit hæres voluntati, ſed domum alienauerit, vel extero hærede inſtituto deceſſerit, omnes fideicommiſſum petent qui in familia fuerunt. Quid ergo ſi non foit eiuſdem gradus? Ita res temperari debet, vt proximus quiſque primo loco videatur inuitatus; nec tamen ideò ſequentium cauſa propter ſuperiores in poſterũ lædi debet: ſed ita proximus quiſque admittendus eſt ſi paratus eſt cauere ſe familiæ domum reſtituturum: quòd ſi cautio nõ fuerat ab eo, qoi primo loco admiſſus eſt, deſiderata; nulla quoque eo nomine naſcetur condictio, ſed petitio familiæ competit. Cautionem autem ratione doli mali exceptionis puto iuſtè deſiderari, quamuis nemo alius ſuperſit. Si quidam poſtea ſunt emancipati, tractari poteſt an hi quoque rectè fideicommiſſum petant: & puto rectè petituros; quoniam familiæ appellatione hi quoque perſonæ demonſtratæ intelligantur.

c l. cùm pater. § l. libertis. ibi.

CCCC. [c] Libertis prædium quidam reliquit: ac petit ne id alienarent, vtque in familia libertorum retinerent: ſed excepto vno, cæteri partes ſuas vendiderunt; qui non vendidit, cæterorum partes quibus oon dedit alienandi voluntatem, integras petet. Eos enim ad fideicommiſſum videtur inuitaſſe qui iudicio paruerunt: alioqui perabſurdum erit vice mutua petitionem induci, ſcilicet vt ab altero partem alienatam quis petat, cùm partem ſuam alienando perdiderit. Sed hæc ita procedere poſſunt ſi ſuam partem alienauerit. Cæterùm prout quiſque prior alienauerit, partem poſteriori non faciet: qui verò tardiùs vendidit, in ſuperiorum partibus feciſſe partem intelligitur. At ſi nemo vendiderit, & nouiſſimus ſine liberis vita deceſſerit, fideicommiſſi petitio non ſupererit.

d l. Pater 38. D. de lega.3.

CCCCI. [d] Quæſitum eſt, cùm filius prędia hæreditaria, vt dimitteret hæreditarios creditores, diſtraxiſſet, an emptores qui fideicommiſſum ignorauerunt, bene emerint. Scæuola reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, coortactum valere, ſi non erat aliud in hæreditate vnde debitum exſolueret.

e d. l. § filiam

CCCCII. [e] Filiam ſuam hæredem quidam inſtituerat & ita cauerat, [Volo etiam ædificium de nomine meorum exire: ſed ad vernas meos, quos hoc teſtamento meo nominaui, pertinere volo] quæſitum eſt, an ad vnum è vernis qui remanſit, totum fideicommiſſum pertineret. Reſpondi, ad eum qui ex vernis ſupereſſet, ſecundùm ea quæ proponerentur, virilem partem pertinere.

f l. quoties C. de lega. & fideic. l. nihil proponi. 120. D. de lega.1.

CCCCIII. [f] Quoties ab omnibus qui alienatione facta ad fideicommiſſi petitionem aſpirare poſſunt, venditio celebratur; aut quibuſdam vendentibus alij conſenſerint, contractus aucturitas nequaquam conuelli poteſt.

CAP. XVI.

De iure accreſcendi in legatis.

g l. ſi quis Titio. D. de leg.2.

CCCCIV. [g] SI quis Titio decem legauerit, & rogauerit vt reſtituat Mæuio, Mæuiſque fuerit mortuus, Titij commodo cedit, non hæredis; niſi Titium vt miniſtrum elegit. Idem eſt, ſi ponas vſumfructum legatum.

h l. Mæuio. 41. ibid.

CCCCV. [h] Si ita legatum ſit [Seio partem dimidiam lego: eundem fundum Titio lego.] Si Seius deceſſerit, pars eius vtrique accreſcit; quia cùm ſeparatim & partes fundi & totus legatus ſit, neceſſe eſt vt ea pars quæ ceſſit pro portione legati, coiqoe eorũ quibus fundus legatus eſt, accreſcat.

i l. ſi quis legata. § 1. D. de cond. & dem.

CCCCVI. [i] Duobus eadem res, ſi hæredi centũ dediſſent, legata eſt. Si alter ex his quinquaginta dederit, alteri cum ſua conditione accreſcit, vt & ſuprà quoque relatum eſt.

k l. ſi Titio. 61. § 1. D. de lega. 2.

CCCCVII. [k] Iulianus ait, ſi alter ex legatariis repudiaſſet portionẽ, cùm eſſent fideicommiſſa relicta, cohæredem eius non eſſe cogendum fideicommiſſum præſtare; portionem enim ad cohæredem ſine onere pertinere. Sed poſt reſcriptum Seueri quo fideicommiſſa ab inſtituto relicta à ſubſtitutis debentur, hic quaſi ſubſtitutus cum ſoo onere conſequetur adcreſcentem portionem.

l l. Coniunctim. 89. D. de lega.3.

CCCCVIII. [l] Conionctim hæredes inſtitui, aut coniunctim legari, hoc eſt totã hæreditatem & tota legata ſingulis data eſſe: partes autem concurſu fieri, nulla dubitatio eſt.

m l. Teſta[illegible]to. § 2. de l[illegible]

CCCCIX. [m] Seio, quem hæredi ſubſtituerat, ita legauit teſtator [Seio ſi mihi hæres nõ erit, & vxori eius Marcellæ argenti libras quindecim dari volo] quæro cùm Seius hęres exſtiterit, an Marcellæ legati dimidia portio debeatur. Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponer[illegible]tur, deberi.

Reliqua t. de teſtamento, cap. D[illegible]re accreſcendi.

CAP. XV[illegible]I.

Quale, & quo modo legatum præſtandum.

n l. quod in rerum. 24. § ſi quis poſt teſtamentum D. de lega.1.

CCCCX. [n] SI legata res augeatur, legatum creſcit; ſi diminuatur, decreſcit: nempe, ſi quis poſt teſtamentum factum, fundo Titiano legato, partẽ aliquam adiecerit,

quam fundo Titiano deſtinet, id quod adiectum eſt, exigi à legatario poteſt: & ſimilis eſt cauſa alluuionis, & maximè ſi ex alio agro qui fuit eius cùm teſtamentum faceret, eam partem adiecit. Quòd ſi poſt teſtamentum factum ex fundo Titiano aliquid detraxit, & alij fundo adiecit, videndum eſt, vtrúmne eam quoque partem legatarius petiturus eſt quaſi fundi Titiani eſſe deſierit; cùm noſtra deſtinatione fundorum nomina & domus, non naturâ conſtituantur. Et magis eſt, vt quod alij deſtinatum eſt, ademptum eſſe videatur.

a l. non amplius. 26. ibid.

CCCCXI. [a] Cùm bonorum parte legata, dubium ſit, vtrùm rerum partes an æſtimatio debeatur; Sabinus quidem & Caſſius æſtimationem, Proculus & Nerua rerum partes eſſe legatas exiſtimauerunt. Sed oportet hæredi, ſuccurri, vt ipſe eligat, ſiue rerum partes, ſiue æſtimatinnem dare maluerit. In his tamen rebus partem dare hæres cunceditur, quæ ſine damno diuidi non poſſunt: ſin autem vel naturaliter indiuiſæ ſint, vel ſine damno diuiſio earum fieri non poteſt, æſtimatio ab hærede omnimodo præſtanda eſt.

b c l. legatariis. 68. §. ſcio. ibid.

CCCCXII. [b c] Scio ex facto tractatum fuiſſe, quendam duos fundos eiuſdem nominis habuiſſe, & legaſſe fundum Cornelianum; alterum autem fuiſſe pretij maioris, alterum minoris; hæredem autem aſſeruiſſe minorem legatum; legatarium verò maiorem: vulgò dictum, minorem vtique legatum eſſe, ſi maiorem non probaret legatarius.

d l. ſi domus. 81. §. cùm alicui. ibid.

CCCCXIII. [d] Cùm alicui poculum legatum eſſet, velletq; hęres ęſtimationem pręſtare, quia iniquum eſſe aiebat id ſeparari à ſe, non impetrauit à Prætore.

e cum res. 47. §. ſed ſi Stichus. ibid.

CCCCXIIII. [e] Si res aliena vel hæreditaria ſiue culpa hæredis perierit, vel non compareat; amplius hæres cautione præſtita, quãdo recuperauerit, tenebitur ſoluere: ſed ſi ſua culpa perit, ſtatim damnandus eſt.

f d. l. §. culpa.

CCCCXV. [f] Culpa autem qualiter ſit æſtimanda, videamus; an tantùm ea quæ dolo proxima eſt, ſed an etiam ea quæ leuis eſt: vel num diligentia quoque exigenda eſt ab hærede; quod verius eſt.

g §. hæredes. 48. ibid.

CCCCXVI. [g] Si vnus ex hæredibus equum legatum occidiſſet; omninò mihi non placet cohęredem teneri, cuius culpâ factum non ſit.

h l. Domus. 58. cum §. & seqq. ibid.

CCCCXVII. [h] Domus hæreditarias exuſtas, & hæredis nummis extructas, ex cauſa fideicõmiſſi poſt mortem hęredis reſtituendas viri boni arbitratu ſumptuum rationibus deductis & ædificiorum ætatibus examinatis reſpondi, ſi non culpa eius incendium contigiſſet. Quòd ſi nulla retentione facta domum tradidiſſet, incerti condictio ei competet quaſi plus debito ſoluerit. Sumptus autem in reficienda domu neceſſarios legatario factos, petenti ei legatum, cuius poſtea conditio extitit, non eſſe reputandos exiſtimaui.

i l. huiuſmodi. 84. §. ſi cum homo. D. de lega. 1.

CCCCXVIII. [i] Si cui equus legatus fuiſſet, & per legatarium ſtetiſſet quominus Bu-A cephalum quem hæres dare volebat acciperet; mortuo Bucephalo exceptio doli mali hæredi proderit.

k d. l. §. ædes.

CCCCXIX. [k] Si ædes, quibus hæredis ędes ſeruiebant, legatæ ſunt, & traditæ legatario, non impoſita ſeruitute; Dixi poſſe legatarium ex teſtamento agere, quia non plenum legatum accepiſſet: ſicut & eum qui debilitatum ab hærede equum acceperit, rectè B ex teſtamento agere poſſe.

l l. qui ſolidum. 38. D. de lega. 2.

CCCCXX. [l] Qui ſolidum fideicommiſſum fruſtrà petebat, hærede Falcidiam obiiciente, ſi partes interim ſolui ſibi deſiderauerit, nec acceperit, in ea moram paſſus intelligitur.

m l. mortuo 49. ibid.
* l. ſi poſt diẽ. D. quãdo dies lega. ced.
n l. ſolum §. vlt. D. de rei vend.

CCCCXXI. [m] Mortuo boue qui legatus eſt, neque coriũ, neque caro debetur, * ſi nõdum acquiſitus ſit; quia fortè ante diem legati vel conditionis interit: [n] quòd ſi acquiſi-C tus eſſet bos, corium & caro vindicari poſſet.

Imp. Antoninus Agrippæ.

* l. 1. C. quando dies legat. ced.

CCCCXXII. * Si competenti iudici annua legata vel fideicommiſſa tibi relicta probaueris; ab initio cuiuſque anni exigendi ea habes facultatem.

Iuſtinianus Imperator.

o l. 2. § ſin autem. C. de lega. & fideic.

CCCCXXIII. [o] Si ſub conditione vel D incerta die fuerit relictum legatum, vel fideicõmiſſum vniuerſitatis, vel ſpeciale, vel ſubſtitutione, vel reſtitutione; meliùs quidem faciet legatarius, ſi & in his quidem caſibus caueat ab omni venditione & hypotheca, ne ſe grauioribus oneribus euictionis nomine ſupponat. Sin autem auaritiæ cupidine propter ſpem conditionis minimè implendæ ad venditionem vel hypothecam proſiluerit, E ſciat quòd cunditione impleta, ab initio cauſa in irritum deducetur: & ſic intelligenda eſt quaſi nec ſcripta, nec penitùs ſuerit celebrata: vt nec vſucapio, nec longi temporis præſcriptio contra legatarium vel fideicommiſſarium procedat. Quod ſimiliter obtineri cenſemus in huiuſmodi legatis, ſiue purè, ſiue ſub conditione, ſiue ſub incerta die relicta ſint. Sed in his omnibus caſibus legatario quidem, vel fideicommiſſario omnis licentia pa-F teat eam vindicare & ſibi aſſignare, nullo obſtaculo ei à detentoribus opponendo.

p Auth. Res quæ. ibd.

CCCCXXIIII. [p] Res quæ ſubiacent reſtitutioni, prohibentur quidem alienari, vel obligari. Sed ſi liberis portio legitima non ſufficiat ad dotis, ſiue propter nuptias donationis obligationem; permittitur res prædictas in eam cauſam alienare vel obligare pro modo honeſtati perſonarum congruo. Ea enim quæ communiter omnibus proſunt, his G quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus.

Iuſtinianus Imperator.

q d. l. §. vlt.

CCCCXXV. [q] Emptor autem ſciens rei grauamẽ aduerſus venditorẽ, actionẽ habeat tãtùm ad reſtitutionẽ pretij, neq; duplę ſtipu-

lation, neque melioratione locum habente: cùm ſufficiat, ſaltem pro pretio quod ſciens dedit pro aliena re, ſibi ſatisfieri; creditori nihilominus pigneratitia contraria actione aduerſus debitorem competente, vt ex omni parte omnique ſtudio id quod ſemper properamos, ad effectum perducatur, & vltima elogia defunctorum legitimum finem ſortiantur, bonæ fidei proculdubio emptoribus integra iura, & nullo modo ex hac conſtitutione deminuta, contra venditorem habentibus.

CAP. XVIII.

De legatis vtilibus, & quæ legata non extinguantur, vel non deficiant.

CCCCXXVI.[a] QVi quartam partem bonorum legare voluit, dimidiam ſcripſit. Proculus rectè ait poſſe defendi quartam legatam; quia ineſſet dimidia. Idem erit & ſi quinquaginta voluit legare, & centum ſcripta ſint: quinquaginta enim debebuntur. Sed & ſi plus legare voluit, & minus ſcripſit, valebit legatum.

CCCCXIIII. [b] Cùm imperfecta ſcriptura inuenitur, ita demùm verbum legati vel fideicommiſſi quod præcedit vel ſequitur, ad communionem adſumitur, ſi dictum ſcripto congruat.

CCCCXXVIII. [c] Si Fortidianum fundum primò pater tuus tibi per præceptioné legauit, dominium quoque eius tibi quæritur. Error autem nominum in ſcriptura factus, ſi de pecoribus vel poſſeſſionibus legatis non ambigitur, ius legati non minuet.

Conſtantinus, Conſtantius & Conſtans.

CCCCXXIX [d] In legatis vel fideicommiſſis neceſſaria non ſit verborum obſeruantia, ita vt nihil prorſus interſit quis talem voluntatem verborum caſus exceperit, aut quis loquendi vſus effuderit.

CCCCXXX. [[e] In arbitrium alterius conferri legatum vel conditio poteſt.] Quid enim intereſt [Si Titius in Capitolium non aſcenderit? vel ſi noluerit] Sed ſi legatum ſit pupillo, vel pupillæ arbitrio tutorum; neque conditio ineſt legato, neque mora, cùm placeat in teſtamentis, legatum in alterius arbitrium collatum pro viri boni arbitrio accipi. Quæ enim mora eſt in boni viri arbitrio, quod iniectum legato, velut certam quantitatem exprimit pro viribus patrimonij?

CCCCXXXI. [f] [Illi, ſi volet, Bucephalũ equum do] conditionale eſt legatum: & non aliter ad hæredem tranſit, quàm ſi legatarius voluerit: quamuis aliâs quod ſine adiectione [ſi volet] legatum ſit, ad hæredem legatarij tranſmittatur. Aliud eſt enim iuris, ſi quid tacitè continetur; aliud, ſi verbis exprimatur.

a l. qui quartam, D. de leg. 1.

b l. cùm pater. 77. § cum imperfecta. D. de lega.

c l. ſi Fortidianum. C. h. t.

d l. in legatis. ibid.

e l. 1. D. de lega. 2.

f l. ſi ita legatum. § illi. D. de lega. 1.

A CCCCXXXII. [g] Si ſic legatum, vel fideicommiſſum ſit [ſi æſtimauerit hæres, ſi iuſtum putauerit] & legatum & fideicommiſſum debebitur: quoniam viro potius bono commiſſum eſt; non in meram volontatem hæredis collatum.

CCCCXXXIII. [h] Si Titius à me rem emiſſet, & eandem mihi legaſſet antequàm ei

B traderem; mox ei tradidero, & pretium recepero; videtur quidem prima facie rem mihi eam legaſſe, & ideò legatum non conſiſtere: ſed ex empto liberatus, vtique per legatum rem vindicare potero quam tradidi: ſed ſi nondum erat mihi ſolutum pretium; Iulianus ſcribit, ex vendito quidem me non acturum vt pretium conſequar: ex teſtamento verò, vt rem quam vendidi & tradidi, recipiam. Idem ſubiungit, ſi pretium quidem mihi erat ſolutum, rem autem nondum tradidero; ex

C teſtamento me agentem, liberationem conſequi. Idem Iulianus ſcribit; ſi fundum teſtator, quem ab alio emerat, mihi legauit, hæredem cogẽdum actionem ex empto mihi præſtare: ſcilicet ſi nondum res tradita fuerit vel defuncto, vel hæredi.

CCCCXXXIV. [i] Qui equum ſibi legatum ab hærede emit, ſi cognito legato ex teſtamento egerit, & equum obtinuerit, actione ex vendito [k] abſolui debet; quia hoc iudicium

D bonæ fidei eſt, [l] & continet in ſe doli exceptionem. Quid ſi pretio ſoluto ex teſtamento agere inſtituerit? equum conſequi debebit, & actione ex empto pretium recuperabit: quemadmodum recuperaret ſi equus euictus fuiſſet. Quod ſi iudicio ex empto actum fuerit, & tunc actor compererit equum ſibi legatum eſſe, & agat ex teſtamento; non aliter abſolui hæredem oportebit, quàm ſi pretium reſtituerit, & equum actoris fecerit.

E CCCCXXXV. [m] Si in teſtamento ſcriptum eſſet [hæres meus aureos cẽtum Licinio damnas eſto] neque adſcriptum *dare*, deberi legatum, conſtat.

CCCCXXXVI. [n] Si quis equos, quos Gadibus haberet, à teſtamento quod Romæ moriens fecerat, triduo quo mortuus fuerit, mihi dare damnauerit; ratum legatum, & anguſtias temporis nihil legato nocere, conſtat.

F CCCCXXXVII. [o] In teſtamento ita ſcriptum erat [Lucio Titio, ſi is hæredi meo tabulas, quibus pecuniam repromiſerat, dederit, centum dato] Titius deinde antequam tabulas hæredi redderet, deceſſerat: quæſitum eſt an hæredi eius legatum debeatur. Caſſius reſpõdit, ſi tabulæ fuiſſent, non deberi, quia redditis his dies legati non ceſſit. Iulianus notat, ſi teſtamenti faciendi tempore tabulæ nullæ fuerunt, vna ratione dici poteſt legatum Titio

G deberi: quia ἀδύνατος conditio pro non ſcripta habetur.

CCCCXXXVIII. [p] Duo rei teſtamento conſtituti [Lucius Titius hæres meus, aut Mæuius hæres meus decem Seio dato] cum vtro velit, Seius aget: vt ſi cum vno actum ſit & ſolutum, alter liberetur,

g l. ſi ſic legatum. 75. ibid.

h l. legatarius pro parte. 38. §. ſi Titius.

i l. huiuſmodi. 84. § qui ſeruum. D. de leg. 1.

k l. liberari ... ea venditor vel ſi maxime, denegari debet actio ex vendito hæredi ſi eã à prætore poſtulet, vt pretium conſequatur. Sic prætor dicit actione quæ ſolutum. l. item. D. ex quib. cauſ. maio. non autem interpretandum eſt à iudice abſolui.

l Ita vt actio quæ hinc naſci debet, ipſo iure euaneſcat, & vim naſcendi & facultatem non habeat. l. Sed & ſi ideo. D. Sol. matr. & l. item §. ſecundum D de pact. & l ſi mulier. § ſi det. D. quod met. cauſ. Hotom. ad §. actionum. Inſt. de act.

m l. ſi in teſtamento. 106 ibi. l. 67. & l. 77. § 22. D. de lega. 2.

n l. ſi mihi. §. ſi quis ſeruo. D. de leg. 1.

o l. ab omnibus 104. ibid.

p l. ſi ex toto. §. ſi ita ibid.

A quaſi ſi duo tei ptomittendi in ſolidum obligati fiſiſſent. Quid ergo ſi ab altero partem petierit? liberum ei erit ab alterutro reliquum petere; idem erit & ſi alter partem ſoluiſſet.

CCCCXXXIX. Si nauem legauero, & ſpecialitet meam adſctipſero: eámque por partes totam refeceto, catina eadem oianente, à legatario rectè vindicaretur.

a l. ſi ita legatum §. vlt. ibi.

B CCCCXL. [a] Si domus fuerit legata, licèt particulatim ita refecta ſit, vt nihil ex priſtioa materia ſuperſit, tamen dicemus vtile manere legatum: at ſi ea domu deſtructa, aliam eodem loco teſtator ædificauerit, dicemus interite legatum: [b] niſi aliud teſtatotem ſenſiſſe fuerit approhatum.

b hæc enim deſtructio mutatæ voluntatis indicium eſt.

c l. Seruũ 44. § ſi areæ. ibi.

CCCCXLI. [c] Si areæ legatæ domus impoſita ſit, debebitur legatario, niſi teſtator mutauit voluntatem.

d l. § ſi pocula.

C CCCCXLII. [d] Si pocola quis legauit, & maſſa facta eſt; vel cõtrà; item ſi laoa legetur, & veſtimentum ex ea fiat; Iulianus ſcripſit legatum in omnibus ſupraſcriptis conſiſtere, & deberi quod extat: quam ſententiam puto veram, [e] ſi modò non mutauerit teſtator voluntatem. Sed & ſi lancem legauit, & maſſam fecit, mox poculum; debebitur poculum durante ſcilicet voluntate.

e hæc verba conciliãt hunc. §. cum l. 88. D. de lega. 3.

f d l. Seruum. §. 1.

CCCCXLIII. [f] Si quis rem ſibi legatam ignorans adhuc legauetit: & voluerit ad ſe pertinere; D legatum valebit: quia vbi legatarius non repudiauit, retrò ipſius videtur, ex quo hæteditas adita eſt: ſi verò repndiauerit, retrò videtur res repudiata fuiſſe hæredis.

** l. ſi à ſubſtituto. 45. D. de lega. 1.*

CCCCXLIV. * Si à ſubſtituto pupilli equos tibi legaſſem, eóſque tu à pupillo emiſſes: & antequam ſcires tibi legatos eſſe, alienaſſes; vtile legatum Neratius Ariſto & Ofilius probant.

g l. ſi ſeruus. §. 1. ibid.

E CCCCXLV. [g] [Sententia lata contra hæredem an noceat legatariis] Si hæreditatis iudex contra hæredem non agentem cauſam, vel colluſoriè agentem prouunriauerit; nihil hoc nocebit legatariis. Quid ergo ſi per iniuriam fuerit pronuntiatum, non tamen prouocauit? Iniuria ei facta non nocebit legatariis; vt & Sabinus ſignificat. Si tamen ſecundùm ſubſtitutum pronuntiet; an legatarius teneatur, videamus: & cùm ius faciat hæc F pronuntiatio quod attinet ad ipſius perſonam, nunquid legatariis teneatur? Nec enim tam iniquè cauſari poteſt, ſecundùm ſe iudicatum per gratiam. Reſpondebit igitur & legatariis vt & creditoribus.

h d. l. §. ſi quis ante.

CCCCXLVI. [h] Si quis ante quæſtionem de familia habitam adierit hæreditatem, vel necem teſtatotis non defenderit; legatorum perſecutio aduerſus fiſcum locũ habet. Quid G tamen ſi fiſcus bona non agnoſcat? ex neceſſitate re[illegible]dabit onus legatorum ad hæredem. Sed ſi ſubiecit debitorem ſibi, vt ei hæreditas adiudicaretur, & oneribus careret; vel minùs plenè defendit cauſam, non ſe exonerat, exemplo eius qui colluſoriè de hæreditate litigauit.

i l. quid ergo. §. ſi hæres. ibid.

CCCCXLVII. [i] Si hæres animal legatum occiderit, puto teneri non vt cotium pręſtet, & cętera λείψανα, ſed vt pręſtet pretium quanti eſſet, ſi viueret.

k d. l. § non ſi ædes.

CCCCXLVIII. [k] Itẽ ſi ædes legatas ad damnum infectum poſſideri paſſus eſt, puto eum teneri. Debuit enim repromittere.

l l. Turpia. 54. §. ſi Titiæ. ibi.

CCCCXLIX. [l] Si Titiæ legatum relictum eſt, ſi arbitratu Seij nupſiſset: & viuo teſtatore Seius deceſſiſset, & ea nupſiſset; legatum ei debetur.

m l. ſi domus. 81. §. de euictione. ibid.

CCCCL. [m] De euictione an cauere debeat is qui equum præſtat, ex cauſa legati videamus. Et regulariter dicendum eſt, quoties ſine iudicio præſtita res legata euincitur, poſſe eam ex teſtamento peti. Cæterùm ſi iudicio petita eſt, officio iudicis cautio neceſſaria eſt, vt ſit ex ſtipulatu actio.

n l. ſi ita legatum. 65. ibid.

CCCCLI. [n] Si ita legatum ſit Seio [Eqnos decem do, præter eos decem qoos Titio legaui] ſi quidem decem tantùm inueniantur in hæreditate, inutile eſt legatum: ſi verò ampliores, præter eos quos Titius elegit, in cæteris valet legatum: ſed non in ampliores quàm decem qui legati ſunt; quòd ſi minùs ſunt; in tantos.

o l. ab omnibus 104. §. cum quidam. ibid.

CCCCLII. [o] Cum quidam hæredem inſtituit quandocunque mater eius deceſſiſſet, & ab eo legata ei qui ſub conditione hæres inſtitutus fuiſſet, relicta eſſent; iſq; viua matre deceſſit, poſtquam dies legati ceſſerit; quæſitum eſt, an hęredi eius legata debeterentur. Verius eſt, legatum deberi, ſiue purè à ſubſtituto legatũ datũ eſt primo hæredi, ſiue ſub ea conditione [ſi hæres non fuerit] quia motiente eo conditio impletur.

p l. Iulianus. 60. D. de leg. 2.

CCCCLIII. [p] [Ad quem pertineat legatum fideicommiſſo deficiente] Iulianos ait, ſi à filio hærede legatum ſit Seio, fideique eius commiſſum fuerit ſub conditione, vt Titio datet: & Titius pendente conditione deceſserit, fideicommiſſom deficiens apud Seium remanet; nec ad filium hæredem pertinet: quia in fideicommiſſis potiorẽ cauſam habere eum cuius fides electa ſit, ſenatus voluit.

q l. Lucius Titius. 88. § Sempronia. ibid.

CCCCLIIII. [q] Qui factum hæredis impugnat, non teſtamentum, non eſt iodignus legato: Sempronia ſubſtitota hæredi inſtituto legata accepit, ſi hæres non eſſet. Mouit contra inſtitutum actionem, quòd dolo eius factum eſſe dicebat, quo minus teſtatrix volens primo loco ſcribere eam hæredem, teſtamentum mutaret; nec obtinuit: quæro an legati perſecutionem ſaluam haberet. Reſpondi, ſecundùm ea quæ propooereotur, ſaluam habere.

r l. ſi quis in principio 22. D. de lega. 3.

CCCCLV. [r] Semper ſuprema voluntas potior eſt, modò certa ſit, & ſpecialiter expreſſa. Si quis in principio teſtamenti adſcripſerit [Cui his legauero, ſemel deberi volo] Poſtea eodem teſtamento vel codicillis ſciens ſæpe ei legauerit; ſuprema voluntas potior habetur. Nemo enim ſibi poteſt legem dicere, vt à priore ei recedére non

liceat. Sed hoc ita locum habebit, ſi ſpecialiter dixerit prioris voluntatis ſe pœnituiſſe, & voluiſſe vt legatarius legata accipiat.

a d.l. §. miles.

CCCCLVI. [a] Miles in eum ex militari delicto dicta ſententia, permittente eo in ipſa ſententia qui damnauerat; ſicuti teſtamẽti faciendi, ita fideicommiſſum relinquendi poteſtatem conſequitur.

CCCCLVII. [Semproniæ mulieri meę reddi iubeo ab hæredibus meis centum aureus quos mutuò ab ea acceperā] quæſitū eſt, ſi hanc pecuniā vt debitā Sempronia petens victa ſit, an fideicōmiſſum peti poſſit. Scæuola reſpondit, ſecundùm ea quę proponerẽtur poſſe ex cauſa fideicōmiſſi peti, quòd apparuiſſet non eſſe ex alia cauſa debitum.

b l. ſi fideicommiſſum. C. quando dies lega. ſeu fideic. ced.

CCCCLVIII. [[b] Fideicōmiſſum ab inteſtato relictum, poſt diem eius cedentẽ tranſmittitur ad hæredem.] *Impp. Diocletianus & Maximian. Euſebio.* Si fideicommiſſum fuerit ſorori tuæ relictum codicillis: & poſteaquam dies fideicōmiſſi ceſſit, rebus humanis, licèt ignorans fideicommiſſum, exceſſerit; actionem huiuſmodi acquiri potuiſſe diſſimulare non poteris, ſalua ſcilicet ab inteſtato ſuccedenti quarta portione.

c § ſi grex Inſti. de lega.

CCCCLIX. [c] Si grex legatus fuerit; & poſtea ad vnam ouẽ peruenerit, quod ſuperfuerit, vindicari poteſt. Grege autem legato, etiam eas oues, quę poſt teſtamentum factum gregi adiiciuntur, legato cedere Iulianus ait. Eſt autem gregis corpus ex diſtantibus capitibus; ſicut ædium vnum corpus ex cohærentibus lapidibus. Ædibus denique legatis, columnas & marmora quæ poſt teſtamentū factum adiecta ſunt, legato dicimus cedere.

d Clau. Cantiuncula Paraphr. in tit. de lega. Inſtit. Bart. in l. 2. C. De his quæ pœnæ nom. Alim Parad. lib. 5. cap. vlt.

CCCCLX. [d] Erit vtile legatum, ſi teſtator fundum Sempronianum vxori leget; & heredem damnet in annus ſingnlos decem vxori dare, quoad fundum præſtiterit. Tametſi enim exiſtere poſſint qui has annuas præſtationes vſurarum nomine prohibitarum noſtro iure videri pronuntient, verius tamen eſt eas præſtationes, ſi nulla facta eſt mentio vſurarum, legati magis quàm fœnoris iure hæredi eſſe impoſitas.

e cum virum. C. de lega.

CCCCLXI. [e] [Ex fideicommiſſo vniuerſali debentur prælegata, etiam ſi poſtea facta ſint, ſi verba fideicommiſſi ſint apta ad comprehendẽdum illa; niſi aliud appareat de voluntate teſtatoris]. *Carus, Carinus & Numerianus Imppp.* Cùm virum prudẽtiſſimum Papinianum reſpondiſſe non ignoremus etiam legata huiuſmodi fideicommiſſo cõtineri, id eſt, vbi hæres rogatus fuerit, quicquid ex hæreditate ad eum peruenerit, poſt mortem reſtituere; animaduertimus etiam præceptionis compendium teſtatoris verbis comprehẽſum eſſe. Sanè quoniam in fideicommiſſis voluntas magis quàm verba intuenda ſunt, ſi quas pro rei veritate præterea probationes habes ad commendandam hãc patris voluntatem, quam fuiſſe adſeueras apud Pręſidem prouinciæ, experiri non vetaris.

f l. Clari. ibid.

CCCCLXII. [f] Clari & aperti iuris eſt, in fideicommiſſis poſteriores volnotates eſſe

A potiores.

g l. etiam. ibi.

CCCCLXIII. [g] Etiam à pupillorum tutoribus velut ab ipſis relicta fideicommiſſa debentur.

h l. ſi in perſonam. ibid.

CCCCLXIIII. [h] [Si dies fideicommiſſi ceſſit viuente fideicommiſſario, fideicommiſſum tranſit ad eius hæredem etiam tunc in rerum natura non exiſtentem] *Diocletianus & Maximianus Impp.* Si in perſonam patris

B tui te ſucceſſiſſe proponis; fideicommiſſi dies vtiliter ceſſit, licèt eo tempore quo fuerit datum, necdum te natum fuiſſe probetur, vxorem patrui tui, quem contendis rogatum fuiſſe, patri tuo, ſi ſine liberis deceſſerit, ab auo relicta reſtituere, ſi ei ſucceſſerit, de fideicommiſſo conuenire debes.

i l. hæredũ, ibi.

CCCCLXV. [i] Hæredum etiam res proprias per fideicommiſſum relinqui poſſe, non

C ambigitur.

CCCCLXVI. [Repudiatio patris non nocet filio cui eſt legatum] Ex repudiatione fideicommiſſi, doli mali exceptio iuſta cauſa interueniente tunc opponitur, quãdo ipſe cui fideicommiſſum relictum eſt, repudiatione vſus fuerit. Vnde cùm hoc non te, ſed patrem tuum feciſſe adſeueres, qui tibi nocere non potuit, nihil tibi obeſſe poteſt.

k l. I. vnica. C. de his quæ pœnæ nomine in teſtamento, vel codicillis ſcribuntur, vel relinquuntur.

CCCCLXVII. [[k] Relictum vel in alium trãſlatũ pœnæ nomine valet, niſi ob turpem cau-

D ſam, vel impoſſibilem conditionẽ relinquatur.] Superuacuam obſeruationem veterum, per quam teſtatorum voluntates ad effectum duci impediebantur, amputamus; præcipiẽtes nullũ valere, dicendo pœnæ nomine quædam eſſe relicta vel adempta, in ſupremis teſtantium voluntatibus eas infirmare: ſed licere teſtanti pro replenda ſua voluntate, vel pœnas dari præcipere: vel aliã pecuniariam pœnam inferre quibus voluerit, tã in adimendis hære-

E ditatibus, vel legatis, vel fideicõmiſſis, quàm in præcipiendo ad alias perſonas ea transferri ab eo cui ab initio relicta ſunt; vel aliquid aliis ab eo dari; ſi minùs ſuis diſpoſitionibus hæres vel legatarius paruerit. Quòd ſi aliquid facere, vel legibus interdictum, vel alias probroſum, vel impoſſibile iuſſus aliquis fuerit, tunc ſine vllo damno, etiam neglecto teſtatoris præcepto, ſeruabitur.

l l. ſi fidei.

CCCCLXVIII. [l] Si fidei meæ cõmitta-

F tur, vt, quod mihi relictum fuerat ſupra quod petere poſſum, aliis reſtituam; poſſe me id capere conſtat.

Iuſtinianus Imperator.

m l. vlt. C. de lega.

CCCCLXIX. [m] Illud quod de legatis vel fideicommiſſis temporalibus, vtpote irritis, à legum conditoribus definitum eſt, emendare proſpeximus, ſancientes etiam talem legatorum vel fideicommiſſorum ſpeciem valere, & firmitatem habere. Cùm enim

G iam conſtitutum ſit, fieri poſſe temporales donationes, & contractus; conſequens eſt etiam legata, vel fideicommiſſa confirmari, poſt cõpletum videlicet tempus ad hæredem iiſdẽ legatis vel fideicommiſſis remeantibus, neceſſitatẽ habente legatario vel fideicõmiſſario cautionẽ in perſonã hæredis exponere,

vt ei poſt tranſactum tempus res non culpâ
eius deterior facta reſtituatur.

a l. cùm pater. 46 § vicos. D. de lega. 2.
CCCCLXX. [a] Vicos ciuitati relictos,
qui proprios fines haberent, ex cauſa fidei-
commiſſi non minùs deberi placuit: quòd te-
ſtator fines eorum ſignificaturum, & certami-
nis formam quam celebrari ſingulis annis
voluit, alia ſcriptura ſe declaraturum promi-
ſit, ac poſtea morte præuentus non fecit.

b l. Senatus 45 §. 1 ibid.
CCCCLXXI. [b] Marcellus ſcribit, ſi ma-
ritus diætam in vxoris hortis quos in do-
tem acceperat, fecit, poſſe eum hæc detra-
here quæ vſui eius futura ſint, ſine mulieris
tamen damno, nec ad hoc ſenatuſconſul-
tum futurum impedimento: ergo ſi non eſt
ei obfuturum quò minus detrahat, dici o-
portebit poſſe eum hæc legare, quæ detrahe-
re poteſt.

c l. Titia. 34. § ſi ea conditione. D. de lega. 2.
CCCCLXXII. [c] Si ea conditione liberto
fideicommiſſum relictum eſt, ne à filiis rece-
deret: & per tutores factum eſt quò minus
conditionem impleret; iniquum eſt eum,
cùm ſit inculpatus, emolumento fideicom-
miſſi carere.

d l. ſi legatarius. 8. § ſi per no. D. de leg. 1.
CCCCLXXIII. [d] Cùm per fideicommiſſum
quid relinquitur, ipſum præſtandum quod
relictum eſt. Cùm verò ipſum præſtari non
poteſt, æſtimatio eſt præſtanda.

e d. l. in prin.
CCCCLXXIV. [e] Si legatarius, à quo fidei-
commiſſum relictum eſt, petierit legatum,
id tantùm quod per iudicem exegerit, præ-
ſtare fideicommiſſario cogetur. vel ſi nõ exe-
gerit, actionem cedere. Ad eum enim litis pe-
riculo ſpectare iniquum eſt, ſi non culpâ
legatarij perierit.

f l. 2. C. h. t. de leg.
CCCCLXXV. [f] Quamuis hæres inſtitutus
hæreditatem vendiderit, tamen legata & fi-
deicommiſſa ab eo peti poſſunt: & quod eo
nomine datum fuerit, venditor ab emptore
petere poterit.

g l. ſi tibi. 10. D. de leg. 3.
CCCCLXXVI. [g] Si tibi & ei qui ex tri-
bus liberis meis in funus meum venerit, cẽ-
tum aureos legauero, non minuitur in perſo-
na tua legatum, ſi nemo venerit.

Imperatores Theodoſius & Valentinianus.

h l. vnica. C. de his.
CCCCLXXVII. [h] Per hanc iubemus
ſanctionem, in poſterum filios ſeu filias, ne-
potes, aut neptes, pronepotes, aut proneptes
à patre vel matre, auo & auia, proauo vel
proauia, licèt non ſint inuicem ſubſtituti, ſeu
cum extraneis, ſeu ſoli ſint inſtituti; & ante
apertas tabulas defuncti, ſiue ſe nouerint ſcri-
ptos hæredes, ſiue ignorauerint; in liberos
ſuos cuiuſcunque ſint ſexus vel gradus dere-
lictam ſibi hæreditariam portionem poſſe
tranſmittere; memoratáſque perſonas, ſi ta-
men hæreditatem non recuſant, nulla huiuſ-
modi præſcriptione ſibi obſtante, eam tan-
quam debitam vindicare: quod etiam, ſcili-
cet ſuper legatis, ſeu fideicommiſſis à patre
vel matre, auo vel auia, proauo vel proauia de-
relictis, locum habet. Siquidem perindi-
gnum eſt, fortuitas ob cauſas, vel caſus hu-
manos, nepotes vel neptes: pronepotes aut
A proneptes auita vel proauita ſucceſſione
fraudari: aliósque aduerſus auitum vel proa-
uitum deſiderium vel inſtitutum, legati com-
modo vel hæreditatis gaudere: habeant verò
ſolatium triſtitiæ ſuæ, eſt meritò conſu-
lendum.

i l. 2. ibid.
CCCCLXXVIII. [i] Etiamſi veritas de-
biti non ſubeſt, falſa tamen demonſtratio non
B perimit legatum: & ex teſtamento eius quo-
que nomine competit actio.

Imperator Diocletianus & Maximianus.

k l. in legatis. C. de lega.
CCCCLXXIX. [k] In legatis vel fidei-
commiſſis neceſſaria non eſt verborum ob-
ſeruatio: ita vt nihil prorſus interſit quis ta-
lem voluntatem verborum caſus exceperit,
aut quis loquendi vſus effuderit.

Iidem Impp.

l l. vxor. ibid.
C CCCCLXXX. [l] Vxor patrui tui ſi teſta-
ta deceſſerit, res tuas, vſumfructum earũ ha-
bens, legare non potuit.

Iuſtinianus Imperator.

CCCCLXXXI. In annalibus legatis vel
fideicommiſſis, quæ teſtator non ſolùm cer-
tæ perſonæ, ſed & eius hæredibus præſtari vo-
luit, eorum exactionem omnibus hæredibus,
& eorũ hæredum hæredibus ſeruari pro vo-
D luntate teſtatoris præcipimus.

m l. cùm reſponſo. ibid.
CCCCLXXXII. [m] [Hæres qui partem
hæreditatis in qua fuit inſtitutus, repudiat, to-
tum legatum conſequitur.] *Imperator Gordia-
nus Mutiano.* Cùm reſponſo viri prudentiſ-
ſimi Papiniani, quod precibus inſertum eſt,
præceptionis legatum, & omiſſa parte hære-
ditatis vindicari poſſe declaretur; intelligis
de ſiderio tuo iuxta iuris formam eſſe conſul-
tum. Verba verò reſponſi hęc ſunt; [filię mater
E ita legauit: Præcipito, ſumito extra partem
hæreditatis] Cùm hæreditati matris filia re-
nuntiaſſet, nihilominus rectè eam legatum
vindicare poſſe viſum eſt.

n l. ſi cui. 56. D. de lega. 2.
CCCCLXXXIII. [n] Si cui res legata
fuerit, & omninò aliqua ex parte voluerit eſſe
ſuam; totam acquiret.

o l. ſi chorus. 79. §. area. ibi.
CCCCLXXXIV. [o] Area legata ſi inæ-
dificata fuerit, & rurſus area ſit, quanquam
tunc peti non poterat, nunc tamen debetur.

p l. ſi tibi. 20. § ſic fideicommiſſum. ibid.
F CCCCLXXXV. [p] Sic fideicommiſſum
relictum, [niſi hæres meus noluerit, illi decẽ
dari volo] quaſi cõditionale fideicommiſſum
eſt: ideóque poſt primam voluntatem non e-
rit arbitrium hæredis, dicendi noluiſſe. Hoc
autem legatum, cùm voluerit, tractum habet
quandiu viuet is à quo fideicommiſſum reli-
ctum eſt: verùm ſi antequam dederit, deceſ-
ſerit; hæres eius præſtat. Sed & ſi antequam fi-
deicommiſſarius conſtituat, deceſſerit; ad hę-
G redem ſuum nihil tranſtuliſſe videtur. Con-
ditionale enim eſſe legatum nemini dubium
eſt: & pendente conditione legati videri de-
ceſſiſſe fideicommiſſarium.

q l. quod Princ. 56. D. de lega. 2.
CCCCLXXXVI. [q] Quod Principi relictum
eſt, qui antequam dies legati cedat, ab homi-
nibus ereptus eſt, ex conſtitutione Antonini

Imperatoris, ſucceſſori eius debetur.

CAP. XIX.

De legatis & fideicommiſſis inutilibus, & iis quæ deficiunt vel extinguuntur.

abcd l. quæ in teſtamẽto. C. de his quæ pro non ſcriptis habentur.

CCCCLXXXVII. [abcd] QVæ in teſtamento ſcripta eſſent, nec intelligerentur quid ſignificarent, ea perinde ſunt ac ſi ſcripta non eſſent; reliqua autem per ſe ipſa valent.

e d. l. ſi quis in fundi. D. de lega. 1.

CCCCLXXXVIII. [e] Si quis in fundi vocabulo errauerit, & Cornelianũ pro Semproniano nominauerit, debebitur Sempronianus. Sed ſi in corpore errauit, non debebitur. Quòd ſi quis, cùm vellet veſtem legare, ſupellectilem adſcripſit, dum putat ſupellectilis appellatione veſtem contineri; Põponius ſcripſit veſtem non deberi: quẽadmodum ſi quis putet auri appellatione electrum, vel auricalcum contineri; vel quod ſtultius eſt, veſtis appellatione argentum contineri. Rerum enim vocabula immutabilia ſunt: hominum mutabilia.

f l. ex imperfecto 23. D. de leg. 3. l. vlt. D. de teſta. l. pen. D. de hær. Inſtit.

CCCCLXXXIX. [f] Ex imperfecto teſtamento legata vel fideicommiſſa Imperatorem vindicare, inuerecundum eſt. Decet enim tantæ maieſtati eas ſeruare leges, quibus ſolutus videtur.

g l. 1. D. de his quæ pro nõ ſcriptis habentur.

CCCCXC. [g] Si quis hæreditatem vel legatum ſibi adſcripſerit; quæritur an hæreditas vel legatum pro non ſcripto habeatur; & quidem ſi ſubſtitutum habeat huiuſmodi inſtitutio. Vlpianus reſpondit; Pars hæreditatis de qua me conſuluiſti, ad ſubſtitutum pertinet. Nam ſenatus, cùm pœnas legis Corneliæ conſtitueret aduerſus eum qui ſibi hæreditatem vel legatum ſcripſiſſet, eodem modo improbaſſe videtur, quo improbatæ ſunt illæ, [Qua ex parte Titius me hęredem in ſuis tabulis recitauerit, ex ea parte hæres eſto] vt perinde habeantur, ac ſi inſertæ non fuiſſent.

Imperator.

h l. ſi legatarius. C. de leg.

CCCCXCI. [h] Si legatarius vel fideicommiſſarius celauerit teſtamentum; & poſtea in lucem emerſerit, an poſſit legatum ſibi relictum vindicare, dubitabatur: quod omni modo inhibendum eſſe cenſemus, vt non accipiat fructum ſuæ calliditatis qui voluit hæredem hæreditate ſua defraudare; ſed huiuſmodi legatum illi quidem auferatur, maneat autem quaſi pro non ſcripto apud hæredem; vt qui alij nocendum eſſe exiſtimauit, ipſe ſuam ſentiat iacturam: quemadmodum ſi legatarius, cui propter tutelam gerendam aliquid relictum ſit, non ſubierit tutelam, ei quidem legatum aufertur, pupillo autem adſignatur, cui ille vtilis eſſe noluit.

i l. non eſt dubium ibid.

CCCCXCII. [i] Non eſt dubium denegari legatorum actionem ei, pro portione competenti, in his rebus quas ſubſtraxiſſe eum de hæreditate apparuerit.

k l. 1. D. de his quæ vt indignis auferũtur.

CCCCXCIII. [k] Seuerus & Antoninus Imperatores reſcripſerunt, eum quaſi indignum carere legato ſeu fideicommiſſo ſibi ex teſtamento relicto, cùm patronum ſuum quaſi illicitæ mercedis negotiatorem detulerit.

CCCCXCIV. Si quis teſtamento facto, à filiis ſuis quos hæredes inſtituiſſet, fideicommiſſa reliquiſſet, non vt à legitimis hæredibus, ſed vt à ſcriptis; & teſtamentum aliquo caſu irritum factum ſit; filij ab inteſtato venientes, fideicommiſſa ex teſtamento præſtare compelli non poſſunt.

CCCCXCV. Nec fideicommiſſa ab inteſtato data debentur ab eo, cuius de inofficioſo teſtamẽto conſtitiſſet; quia crederetur quaſi furioſus teſtamentum facere non potuiſſe; nec aliud quid pertinens ad ſuprema eius iudicia valet.

lmn l. cùm quis decedens 37. §. Titia, D. de lega. 3.

CCCCXCVI. [lmn] Titia honeſtiſſima fœmina, cùm in negotiis ſuis opera Callimachi ſẽper vteretur, teſtamẽto facto manu ſua, [Cõſtitui, darique volo Callimacho mercedis loco decem millia denariũm] quęro, an hæc pecunia ex cauſa mercedis ab hæredibus Titij exigi poſsit. Reſpondi, non idcirco quod ſcriptum eſt, exigi poſſe in fraudem legis relictum.

o l. Lucius Titius 123. §. 1. D. de lega. 1.

CCCCXCVII. [o] In teſtamento ita ſcriptum eſt, [Caio Seio illud & illud hęres meus dato, Et te rogo Sei, fideíque tuæ mando vti ea omnia quæ ſupra ſcripta ſunt reddas ſine vlla mora] quæro, an tacitum fideicommiſſum ſit. Marcellus reſpondit, nihil ei prodeſſe poſſe, ſi his verbis paterfamiliâs cum eo locutus eſt. Non enim idcirco circumueniſſe minùs leges exiſtimandus eſt, cùm perinde incertum ſit cui proſpectum voluerit.

p l. in tacitis 103. ibid.

CCCCXCVIII. [p] In tacitis fideicommiſſis fraus legi fieri videtur, quoties quis neque teſtamento, neque codicillis rogaretur: ſed domeſtica cautione vel chirographo obligaret ſe ad præſtandum fideicommiſſum ei qui capere non poteſt.

q l. Captatoria 64. ibid.

CCCCXCIX. [q] Captatoriæ ſcripturæ ſimili modo neque in hæreditatibus, neque in legatis valent.

r l. Turpia 54. ibid.

D. [r] Turpia legata quæ denotandi magis legatarij gratiâ ſcribuntur, odio ſcribentis, pro non ſcriptis habentur.

ſ l. Nemo 55. ibid.

DI. [ſ] Nemo poteſt in teſtamento ſuo cauere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeãt; quia nec tempore, aut loco, aut conditione finiri obligatio hæredis legatorum nomine poteſt.

t l. ſi quis inquilinos 112. §. ſi quis ſcripſerit. ibid.

DII. [t] Si quis ſcripſerit teſtamento fieri quod contra ius eſt, vel contra bonos mores, non valet: ſicuti ſi quis ſcripſerit contra legẽ aliquid, vel contra edictum prætoris, vel etiam turpe aliqoid.

u d. l. §. 4

DIII. [u] Seuerus & Antoninus Imperatores reſcripſerunt, iuſiurandum contra vim legum & auctoritatem ſcriptum, nullius eſſe momenti.

x l. Seru 113. §.

DIV. [x] Ineptæ voluntates defunctorum circa ſepulturam; veluti veſtes, vel ſi qua alia ſuperuacua in funus impendantur,

non valere Papinianus ſctibit.

l. vxorem. 1. §. cum heres. D de leg. 3.

D V. [a Nemo cogitur adoptare ex cauſa fideicommiſſi] hæres alicuius vel legatarius rogatus eſt vt quendam adoptet, his verbis adiectis [Si aliâs fecerit, exhæres eſto,] vel perdat legatum. Quæſitum eſt ſi non adoptauerit, an ei qui adoptatus non eſt, actio quædam ex fideicommiſſo competat. Reſpõſum, fideicommiſſum quo quis rogatur vt adoptet, ratum non eſſe.

b l. filiusf. 114. §. vt quis heredem. D. de leg. 1.

D VI. b Si quis liberos ſuos emancipare rogatus fuerit, non cogitur hoc facere: poteſtas enim patria inæſtimabilis eſt.

c l. 1. D. de leg. 3.

D VII. c Illud indubitatè dicitur, ſi quis inteſtatus decedens ab eo qui primo gradu ei ſuccedere potuit, fideicommiſſum reliquerit; ſi eo repudiante ad ſecundum gradum deuoluta ſit ſucceſſio; enim legatum non debere: & ita Imperator noſter reſcripſit.

d l. ſi legato. C. de lega.

D VIII. d [Subſtitutio vulgaris facta in legato exſpirat per agnitioné primi legatarij] *Imperator Antoninus*. Si legata relicta primus legatarios agnouit, ſubſtitutio eorum in perſona Puntianæ facta euanuit: & error in nomine non vitiat, ſi de corpore conſtat.

e l. D. de peculio legato.

D IX. e Quæ acceſſionum locum obtinent, exſtinguuntur cùm principales res peremptæ fuerint.

f l. Prædiis. 97 D. de lega. 3.

D X. f Prędiis per præceptionem filię datis cum reliquis actorum & colonorum; reliqua etiam videntur legata quæ de reditu prædiorum in eadem cauſa manſerunt: alioquin pecuniam à colonis exactam, & in kalendarium in eadem regione verſam, reliquis non contineri neq; colonorum, neque actorum, facilè conſtabit.

g l. Ciuitatibus 122. §. vlt. D. de lega. 1.

DXI. g Is cui ſub hac cõditione fundus legatus eſt [ſi centum hæredi dediſſet, ſi tantum ſit in pretio fundi quantũ hæredi dare iuſſus eſt, nõ eſt cogẽdus fideicõmiſſum à ſe relictum pręſtare: quoniam nihil ex teſtamento videtur capere qui tantum erogat quantum accepit.

h l. quidam teſtamento. § ſi tibi ſeruus. ibi.

D XII. h Si tibi equus legatus fuerit, & petitum à te vt Titio aliquid præſtares vſque ad pretium equi: deinde equus perierit, nihil fideicommiſſi nomine pręſtare cogendus eris.

i l. ſi domus. 81. ibid.

D XIII. i Si domus alicui ſimpliciter ſit legata, neq; adiectum ſit quę domus, cogentur hęredes vnam domum ex his quas teſtator habuit, legatario dare. Quòd ſi nullas ędes reliquerit; magis deriſorium eſt quàm vtile legatum, vt & ſuprà relatum eſt.

k l. Titia textores. 36. §. vlt. ibid.

D XIIII. k Si duobus equus legatus fuerit, ſi alteri Bocephalum hęres dederit antequam interpellaretur ab altero, & Bucephalus perierit, hæres non tenetur: quia nihil per eum factum intelligitur.

l l. ſi Titio. 55. D. de lega. 2.

D XV. l Si Titio & mihi eadem res legata fuerit, & in die cedente legati deceſſerit, me hęrede relicto; & vel ex mea propria cauſa vel hęreditaria repudianero; magis placere video, partem defeciſſe.

m l. Plane. 34. § ſi duobus. ibi.

D XVI. m Si duobus ſit legatum, quorum alter inſtitutus ſit, à ſeipſo legatum ei inutiliter videtur; ideóque quod ei à ſe legatum eſt, ad collegatarium pertinebit.

n l. Legatarius. § 1. D.

D XVII. n Si legatum nobis relictum conſtituerimus nolle ad nos pertinere, pro eo erit quaſi nec legatum ſit; & ita Iulianus ſcribit.

o l. cùm propombatur 64. § 1. D. de lega. 2.

D XVIII. o Quadrigæ legatum, equo mortuo, perire quidam ita tradunt, ſi equus deceſſit qui demonſtrahat quadrigam; ſed ſi medio rempore ſuppleatur, ad legatarium pertinebit.

p l. ab eo. C. de lega.

D XIX. p Ab eo qui neque legatum, nec fideicommiſſum, nec mortis cauſâ donationé accepit, nihil per fideicommiſſum relinqui poteſt.

q l. quod ſuturum. 24. § 1. D. de lega. 1.

D XX. q Si vſumfructum habeam, eúmque legauerim, niſi poſtea proprietatem eius nactus ſim, inutile legatum eſt.

r l. Proprias. C. de lega.

D XXI. r Proprias res tuas legari, vel fidei tibi committi non poſſe, certum eſt.

Imperatores Diocletianus & Maximianus.

ſ l. vxor. ibi.

D XXII. ſ Vxor patrui tuĩ ſi teſtata deceſſerit, res tuas, vſumfructum earum habens, legare non potuit.

t l. ſi vniuerſa. ibid.

D XXIII. t Si vniuerſæ facultates quas pater tuus reliquit, debito fiſcali aut priuato abſumuntur; nihil ex his quæ teſtaméto eius adſcripta ſunt, valere poteſt.

D XXIV. Legatum in aliena voluntate poni poteſt: in hæredis, non poteſt.

Exemplum iuris perſonalis.

u d. l. Legatarius.

D XXV. u Si quis alicui legauerit licere lapidem cædere; quæſitum eſt, an etiam ad hęredem hoc legatum tranſeat. Et Marcellus negat hoc tranſmitti, niſi nomen hæredis adiectum legato fuerit.

x z l. ſi Auguſtæ. D. de lega. 1.

D XXVI. x z Si Auguſtæ legaueris, & ea inter homines eſſe deſierit; deficit, quod ei relictum eſt, ſicut Diuus Hadrianus Imperator in Plotinæ perſona, & proximè Antoninus Imperator in Fauſtinæ Auguſtæ perſona conſtituit, cùm ea antè inter homines eſſe deſiiſſet, quàm teſtator decederet.

a l. ſi fuerit. D. de rebus dubijs.

D XXVII. a Si fuerit legatum relictum vni ex cognatis meis, qui primus Capitolium aſcenderit: ſi ſimul duo veniſſe dicantur, an impedietur legatum? vel ei qui monumentum fecerit, & plures fecerint; vel ei qui maximus natu eſt, & duo pares ætate ſint: aut ſi legatum Sempronio amico, & duo ſint æqua charitate coniuncti: b ſed & ſi duobus hominibus eiuſdem nominis fuerit legatum; an ademptio nulla eſt, quæri poteſt. Et verius eſt in his omnibus legata impediri: ademptionem autem in vtrunque valere.

b l. Videtur contrarium dici in l. 3. D. de adem. lega.

c in ambiguo. D. d. t. de reb. dub.

D XXVIII. c In ambiguo ſermone non vtrunque dicimus: ſed duntaxat quod volumus. Itaque qui aliud dicit quàm vult, non id dicit quod vox ſignificat, quia non vult: neque id quod vult, quia id non loquitur.

d l. Paulus. ibid.

D XXIX. d Paulus reſpondit, cùm nomen fideicommiſſarij teſtamento adſcriptum non ſit, nulli perſonæ, neque incertæ da-

tum

tum fideicommiſſum videri, indubitatum eſt.

Imperatores Diocletianus & Maximianus.

a l. ſi veritas. C. de lega.

DXXX. a Si veritas vel ſolemoitas iuris deeſt, nec amplexus parentis voluntatem relicta dediſti, vel tranſactionis cauſa ſtipulantibus promiſiſti, negotiúmq; integrum eſt ad ſolutionem; vrgeri non potes.

b l. ex teſtamento. ibid.

DXXXI. b Ex teſtamento quod iure non valet, nec fideicommiſſum quidem, ſi non ab inteſtato quoque ſuccedeotes rogati probeotur, peti poteſt.

c l. quidam. ib.

DXXXII. c [Legata & fideicommiſſa relicta à filio præterito non debentur] *Imperator Iuſtinianus.* Quidam filium ſuum à ſacris paternis remiſit: & poſtea teſtamento condito eum præterit, nullo penitus ei relicto, aliis hæredibus derelictis: ipſum autem quem neque hæredem, neque exhæredem fecit, fideicommiſſo prægrauauit; quærebatur ſi vtile eſſet huiuſmodi fideicommiſſum. Tota igitur dubitatione ſuper hoc exploſa nobis in hoc caſu placuit; vt emancipatus, vtpote iniuria affectus, non compellatur fideicommiſſum à ſua perſona relictum præſtare. Quod etiam in aliis perſonis quas exhæredari neceſſe eſt, locum habere cenſemus.

d l. ea hæredibus. 50. §. ſi Titius. D. de lega. 2.

DXXXIII. d Si Titius mihi Bucephalum equum aut decem debeat, & legauerit Bocephalum quē mihi debet, placet exſtingui legatum decem ſolutis: ſi diuerſis, alij decem, alij Bucephalus legatus fuerit; ex euentu ſolutionis legatum valet.

e l. quoties. C. de lega.

DXXXIV. e Quoties principali loco hæres inſtitutus teſtatori ſuccedit, legata ſeo fideicommiſſa à ſubſtituto data peti non poſſunt.

Secunda pars dicti capitis decimi noni.

Quando legatum exſtinguatur propter concurrentem cauſam lucratiuam.

f l. natu 108. §. Stichum D. de lega. 3.

DXXXV. f Fideicommiſsom relictum, & apud eum ex cauſa lucratiua inuentum, exſtingui placuit; niſi defunctus æſtimationem quoque eius præſtari voluit.

g l. ſi ſeruus. 108. §. Stichū. D. de lega. 1.

DXXXVI. g Bucephalum equum, quem de te ſtipulatus eram, Titius à te hærede mihi legauit: ſi quidem non ex lucratiua cauſa, ſtipulatio interceſſit, vtile legatum eſſe placebat: ſin è duabus, tunc magis placet inutile eſſe legatum, quia nec abſit quicquam; nec bis eadem res præſtari poſſit. Sed cùm mihi ex teſtamento Titij Bucephalum deberes, & eundem à te hærede Sempronius mihi legauerit: fideique meæ commiſert, vt eum alicui reſtituam, legatum inutile erit: & ſi pecuniam à me legauerit; multò magis ſi in priore teſtamento legatum ſit; quod inde abſcedit ratione Falcidiæ, ex ſequenti teſtamento conſequar.

h l. Titia Seio 87. ibid.

DXXXVII. h [In legato quantitatis non habet locum regula de duabus cauſis lucratiuis.] Nempe, Titia Seio teſſeram frumentariam comparari voluit poſt diem trigeſimum à morte ipſius; quæro, cùm Seius viua teſtatrice teſſeram frumentariam ex cauſa lucratiua habere cœpit, nec poſſit id quod habet petere; an ei actio competat. Paulus reſpondit, ei de quo quæritur pretium teſſeræ præſtandum: quoniam tale fideicommiſſum magis in quantitate, quàm in corpore conſiſtit.

Tertia pars dicti capitis decimi noni.

De regula Catoniana.

i l. 1. D. de regula Catoniana.

DXXXVIII. i Catoniana regola ſic definit; Quod ſi teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator, inutile foret, id legatum quandocunque deceſſerit, non valere; quæ definitio in quibuſdã falſa eſt. Quid enim, ſi quis ita legauerit [Si poſt Caleodas mortuus fuero, Titio dato?] an cauillamur? Nam hoc modo, ſi ſtarim mortuus fuerit, non eſſe legatum verius eſt, quàm inutiliter datum. Item ſi tibi legatus eſt fundus qui teſtamenti tempore tuus eſt, ſi eum viuo teſtatore alienaoeris, legatom tibi debetur: quod uon deberetur ſi teſtator ſtatim deceſſiſſet.

k l. 2. ibid.

DXXXIX. k Sed & ſi ſic legauerit [Si filia mea Titio nupta erit,] ſufficere viſum eſt ſi mortis tempore inueniatur, licèt teſtamenti facti tempore fuerit impubes.

l l. 3. ibid.

DXL. l Catoniana regula non pertinet ad hæreditates; neque ad ea legata, quorum dies non mortis tempore, ſed poſt aditam cedit hæreditatem.

m l. 4. ibid.

DXLI. m Placuit Catonianam regulam ad conditionales inſtitutiones non pertinere.

n ibid.

DXLII. n Regula Catoniana ad nouas leges non pertinet, id eſt latas poſt regulam Catonianam, vt eſt lex Papia Poppæa.

Quarta pars dicti capitis decimi noni.

De legato inutili ſoluto non repetendo.

o l. 2. C. de fideic.

DXLIII. o Agnoſcens minùs ſolemnem voluntatem, & ſoluens, non repetit. Imperatoris reſcriptum ita exſtat. Etſi inutiliter fideicommiſſum relictũ ſit, tamen ſi hæredes voluntate defuncti prædia ex cauſa fideicommiſſi auo tuo præſtiterunt; fruſtrà ab hæredibus eius quæſtio tibi mouetur, cùm non ex ſcriptura, ſed ex conſcientia relicti fideicommiſſi defuncti voluntati ſatisfactum videatur.

Imp. Antoninus.

p l. 1. ibid.

DXLIV. p Si probaueris Demetrium petiiſſe de matre tua hæredéque ſua, vt tibi alimenta menſtrua & veſtiarium annuum præſtaret: eámque ſecutam voluntatem filij ſui

per multum temporis, id eſt, non minùs in tali cauſa triennio ea præſtitiſſe, vt in futurum quoque ea præſtentur: & ſi qua in præteritum præſtita non ſunt, vt exſoluantur impetrabit.

CAP. XX.

De adimendis vel transferendis legatis.

Prima pars dicti capitis.

Quibus modis legata adimantur vel transferantur.

DXLV. [a] ADemptio legatorum, ſiue eodem teſtamento adimatur, ſiue codicillis, firma eſt. Sed etſi non contrariis verbis fiat ademptio; veluti ſi quis ita legauerit, [Do, lego] ita adimatur [Non do, non lego:] ſiue non contrariis, ſed aliis quibuſcunque modis.

a l. tit. de ademptione legatorum. Inſtit.

DXLVI. [b] Transferri quoque legatum ab alio ad alium poteſt: veluti ſi quis ita dixerit, [Bucephalum equum quem Titio legaui, Seio do, lego] ſiue in eodem teſtamento, ſiue in codicillis hoc fecerit: quo caſu & Titio adimi videtur, & Seio dari.

b §. 1. d. t.

DXLVII. [c] Detrahere legatis vel adiicere, ſi nihil præter numeratam pecuniam legatum ſit, promptum eſt. Cùm verò res corporales interueniunt; & ſcriptura difficilior fit, & obſcura petitio.

c l. vlt. D. de adimendis vel transferendis legatis.

DXLVIII. [d] Sicut adimi legatum poteſt: ita & ad alium transferri: veluti hoc modo, [Quod Titio legaui id Seio do lego] quia res in perſonam Titij tacitam ademptionem habet.

d l. ſicut. ibid.

DXLIX. Tranſlatio legati fit quatuor modis. Aut enim à perſona in perſonam tráſfertur; aut ab eo qui dare iuſſus eſt transfertur vt alius det; aut cùm res pro re datur, vt pro fundo decem aurei; aut quod purè datum eſt, transfertur ſub conditione.

DL. [f] Sed ſi id quod Titio dedi, à Mæuio dem, quamuis ſoleant eſſe duo eiuſdem rei debitores, tamen verius eſt ademptum eſſe legatum. Nam cum dico [Quod Titium dare damnaui, Seius damnas eſto] dicere videor, ne Titius det. Item ſi pro fundo decem legentur, quidam putant non eſſe priùs ademptum legatum; ſed verius eſt ademptum eſſe. Nouiſſima enim voluntas ſeruatur.

f ibid.

DLI. [g] Nihil intereſt inducatur quod ſcriptum eſt, an adimatur.

g l. nihil intereſt. d. t.

DLII. [h] Nihil prohibet priorem ſcripturam corrigere, commutare, reſcindere.

h l. nihil prohibet. ibid.

DLIII. [i] Si quis Titio ita legauerit [Titio fundum do lego, Si Titius deceſſerit, Seio hæres meus dare damnas eſto] rectè legatum tranſlatum videtur. Sed & ſi iam mortuo eo cui legatum erit, eaſdem res tranſtulerit, debetur.

i l. 3. ibid.

DLIV. [k] Si quis plus quàm dedit, ademerit, ademptio valet: veluti ſi quis viginti legauerit, & quadraginta ademerit.

k d. l. §. ſi quis plus.

DLV. [l] Fundo legato, adimi ita poteſt, [Fúdum illum præter vſumfructum neque do neque lego] vt vſusfructus in legato relinquaquatur; item pars fundi adimi poteſt.

l l. 2. ibid.

DLVI. [m] Non ſolùm legata, ſed & fideicommiſſa adimi poſſunt; & quidem nuda voluntate. Vnde quæritur, an etiam inimicitiis interpoſitis fideicommiſſum non debeatur. Et ſi quidem capitales vel grauiſſimæ inimicitiæ interceſſerint, ademptum videtur quod relictum eſt; ſi autem leuis offenſa; manet fideicommiſſum. Secundùm hæc & in legato tractamus; doli mali exceptione oppoſita ſcilicet fideicommiſſario vel legatario, ab hærede.

m d. l. §. vlt.

DLVII. [n] Seuerus & Antoninus Imperatores reſcripſerunt, cùm teſtator quaqua ratione motus peſſimum libertum eſſe adiecisſet; ea quæ priore ſcriptura ei relicta fuerant, adempta videri.

n l. Diui. ibi.

DLVIII. [o] Libertus qui in priore parte teſtamenti legatum acceperat; & ingratus poſtea eadem ſcriptura appellatus eſt; commutata voluntate actionem ex teſtamento habere non poteſt.

o l. libertus. ibid.

DLIX [p] Si ita legatum eſt [Titio hæres meus decem dato: Si Titius non dederit, eadem decem Sempronio dato] ſi moriatur Titius ante diem legati, Sempronius vtiliter legatum petet. Tranſlatum enim legatum intelligi debebit.

p l. ſi legati §. 1. ibid.

DLX. [q] Rem legatam ſi teſtator viuus alij donauerit; omnino exſtinguitur legatum: nec diſtinguimus vtrum propter neceſſitatem rei familiaris donauerit legatum: hæc enim diſtinctio in donantis munificentia non cadit, cùm nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtat.

q l. Rem legatam. ibid.

DLXI. [r] Alteri ex hæredibus præceptionem prædij dedit, mox alteri præſtari aduerſus debitorem actiones ad eum finem mandauit, quo prædium fuerat comparatum: cùm poſtea prædio diſtracto citra vllam offenſam eius qui præceptionem acceperat, pretium in corpus patrimonij rediſſet, non eſſe præſtandas actiones Papinianus reſpondit.

r l. alteri. ib.

DLXII. [ſ] Si iure teſtamento facto fideicommiſſum tibi reliquero; deinde poſtea aliud fecero non iure, in quo fideicommiſſum relictum tibi, vel aliud quàm quod priore teſtamento, vel omninò non ſit relictum; videndū eſt an mens mea hæc fuerit, faciens poſtea teſtamentum vt nolim ratum tibi eſſe priore teſtamento relictum: quia nuda voluntate teſtamenta infirmantur. Sed vix id obtinere poteſt: fortaſſis ideò quòd ita demùm à priore teſtamento velim recedi, ſi poſterius valiturum ſit: & nunc ex poſteriore teſtamento fideicommiſſum ei nō debetur, etiamſi iidem hæredes vtroque teſtamento inſtituti, ex priore exſtiterunt.

ſ l. ſi iure 17. D. de lega. 3.

DLXIII. [t] [Reuocato legato videtur reuocatum onus legato appoſitum.]

t l. Pamphilo 39. §. vlt. ibi.

DLXIV. [u] Fideicommiſſum eius qui reliquerat, pœnitentiâ probata, ſucceſſores nunquam præſtare compelluntur.

u l. fideicommiſſum. C. de legat.

a l. fideicommiſſa. 11. §. ſi rem. D. de leg. 3.

DLXV. [a] Si rem ſuam teſtator legauerit, eámque neceſſitate vrgente alienauerit, fideicommiſſum peti poteſt, niſi probetur teſtatorem adimere voluiſſe; probationem autem mutatæ voluntatis ab hæredibus exigendam. Ergo & ſi nomẽ debitoris exegerit quod per fideicommiſſum reliquit, non tamen hoc animo quaſi vellet extinguere fideicommiſſum, poterit dici deberi; niſi fortè inter hæc intereſt. Hic enim exſtinguitur ipſa ſubſtantia debiti; ibi res durat tametſi alienata ſit. Cùm tamen quidam nomen debitoris exegiſſet, & pro depoſito pecuniam habuiſſet, putaui fideicommiſſi petitionem ſupereſſe: maximè quia ipſe non exegerit, ſed debitor vltrò pecuniam obtulerat quam offerente ipſo non potuit non accipere. Paulatim igitur admittemus, & ſi ex hac parte pecuniæ rẽ comparauerit, quasi non hoc animo exegit vt fideicommiſſarium priuaret fideicommiſſo, poſſe adhuc fideicommiſſi petitionem ſupereſſe.

b quod ſi alij. ibid.

DLXVI. [b] Si alij legetur ſub conditione quod alij porè datum eſt; non planè receſſum videtur à primo, ſed ita demum ſi conditio ſequentis exſtiterit. Cæterùm ſi hoc animo fuerit teſtator, vt omnino receſſum à primo putauerit, dicendum erit à primo ademptum legatum. [c] Et ideò ſi viuo teſtatore mortuus fuerit is in quem tranſlatum legatum fuerit, nihilomagis ad eum à quo tranſlatum fuerit, pertinebit.

c l. & ideo. ib.

d l. 3. §. conditio. ibid.

DLXVII. [d] Conditio legati an adimi poſſit, quæri poteſt. Et Papinianus ſcribit generaliter conditionem adimi non poſſe. Nec enim, inquit, datur conditio: ſed adſcribitur. Quod autem adſcribitur, non poteſt adimi; ſed quod datur. Sed melius eſt ſenſum magis quàm verba amplecti.

e l. legatum. ib.

DLXVIII. [e] Legatum ſub cõditione datum cùm transfertur, ſub eadem conditione transferri videtur, ſi non conditio priori perſonæ cohæreat. Nam ſi quis vxori ſublatis liberis legauerit, repetita conditio non videtur, quæ fuit in perſona mulieris neceſſaria.

f l. legatum. ib.

DLXIX. [f] Ex parte hæres inſtitutus etiam legatum acceperat. Eum teſtator inimicitiis grauiſſimis perſecutus, cùm teſtamentum aliud facere inſtituiſſet, neq; perficere potuiſſet, præteriit: hæreditariæ quidem actiones ei non denegantur, ſed legatum ſi petat, exceptione doli mali ſubmouebitur.

Secunda pars dicti capitis vigeſimi.

Quibus modis legati, ſeu fideicommiſſi ademptio vel tranſlatio fieri non poſſit.

g l. 3. §. ſi duobus. ibid.

DLXX. [g] ADemptio inutilis propter incertitudinem.] Si duobus Titiis ſeparatim teſtator legauerit: & vni ademerit; nec appareat cui ademptum ſit, legatum debetur: quemadmodum in dando ſi non appareat cui datum ſit, dicemus neutri legatum.

h l. legatum nulli. ibid.

DLXXI. [h] Legatum alicui, nulli alij adimi poteſt quàm cui datum eſt: quapropter ſi filio alieno legatum fuerit, patri adimi non poteſt.

i l. legata. § 1. ibid.

DLXXII. [i] Quibus ex cauſis datio legati inutilis eſt, ex iiſdem cauſis etiam ademptio inefficax habetur.

k l. 3. C. de lega.

DLXXIII. [k] Qui poſt teſtamentum factum prædia quæ legauit, pignori vel hypothecæ dedit; mutaſſe voluntatem circa legatariorum perſonam non videtur. Et ideò ſi in perſonam actio electa eſt, rectè placuit ab hærede prædia liberari.

l l. qui hominem D h. t.

DLXXIV. [l] Qui equum legat, & Bucephalum adimit; non perimit legatum, ſed extenuat.

m l. Modeſtinus. ibid.

DLXXV. [m] Modeſtinus reſpondit, ſi adimendo legatum quod Mæuio relictum ſit; fideicommiſſum ab eo datum defunctus reuocare noluit, hæredes ex cauſa fideicommiſſi conueniri poſſe, rectè probari.

n l. 1. ibid.

DLXXVI. [n] Qui actu legato adimit, nihil adimit: quia nunquam actus ſine itinere eſſe poteſt.

o l. 3. §. ſi loci. ibid.

DLXXVII. [o] Si loci vſumfructum leget, & iter adimat, non valet ademptio, nec vitiatur legatum: ſicuti qui proprietatem fundi legat iter adimendo, legatum non minuit.

DLXXVIII. Legatum filiæ in teſtamento, non reuocatur per legatum factum in codicillis.

CAP. XXI.

De *actionibus legatorum ſeu fideicommiſſorum cauſa competentibus.*

Prima pars dicti capitis.

Quæ actiones competant.

Imp. Iuſtinianus.

p q l. 1. C. Communia de legatis & fideicommiſſis. & de in rem miſſione tollenda.

DLXXIX. [p] [q] [PRo te teſtatoris legata vel per fideicõmiſſum relicta competunt tres actiones, ſcilicet perſonalis, hypothecaria, & rei vindicatio.] Cùm hi qui legatis vel fideicõmiſſis honorati ſunt, perſonalem actionem plerunque habere noſcantur; quis vel vindicationis, vel ſinẽdi modo, aliorùmque generum legatorum ſubtilitatem prono animo admittat, cùm poſteritas optimis rationibus vſa, nec facilè ſuſcepit, nec inextricabiles circuitus laudauit? quis in rem miſſionis vtatur ambagibus? Rectiùs igitur eſſe cenſemus, in rem quidem miſſionem penitus aboleri: omnibus verò tam legatariis quàm fideicommiſſariis vnam naturam imponere; & non ſolùm perſonalem actionẽ præſtare; ſed & in rem, quatenus eis liceat, eaſdem res per quodcunque genus legati, ſiue per fideicommiſſum fuerint derelictę, vindicare in rem actione inſtituenda: & inſuper vtilem Seruianam, id eſt hypothecariam ſuper his quæ fuerint derelicta, in res mortui

A præſtare. Cùm enim iam hoc iure noſtro increbuit, licere teſtatori hypothecam rerum ſuarum in teſtamento quibus voluerit dare: & iterum Nouellæ conſtitutiones in multis caſibus & tacitas hypothecas introduxerunt; non abs re eſt etiam in præſenti caſu hypothecariam donare actionem, quæ etiam nullo verbo præcedente poſſit ab ipſa lege introduci. Si enim teſtator ideò legata vel fidei-
B commiſſa dereliquit, vt omnimodò perſonæ ab eo honoratæ ea percipiant; apparet ex eius voluntate etiam præfatas actiones contra res teſtatoris eſſe inſtituendas, vt omnibus modis voluntati eius ſatisfiat; & præcipuè cùm talia ſint legata vel fideicommiſſa quę piis actibus ſunt deputata. Et hęc diſpoſuimus, non tantùm ſi ab hęrede fuerit legatum derelictũ vel fideicommiſſum: ſed & ſi à legatario, vel fideicommiſſario, vel alia perſona, quã gra-
C uare fideicommiſſo poſſumus, fideicommiſſum cuidam relinquatur. Cùm enim non aliter valeat, niſi aliquid lucri adferat ei, à quo derelictum eſt, nihil eſt graue etiam aduerſus eum non tantùm perſonalem, ſed etiam in rem & hypothecariam extendere actionẽ in rebus quas à teſtatore conſecutus eſt. In omnibus autem huiuſmodi caſibus, in tantum hypothecariã vnumquemq; conuenire volumus, in quãtum perſonalis actio aduerſus eũ competit, & hypothecam eſſe non ipſius hę-
D redis, vel alterius perſonæ quæ grauata eſt fideicommiſſo rerum, ſed tantummodò earum quæ à teſtatore ad eum peruenerunt.

a *l. cùm filius 76. §. varus. D. de lega. 2.* DLXXX [a] Variis actionibus legatorum ſimul legatarius vti non poteſt: quia legatum datum in partes diuidi non poteſt. Non enim ea mente datũ eſt legatariis pluribus actionibus vti: ſed vt laxior eis agendi facultas ſit, ex vna interim quæ fuerit electa, legatum petere.

E b *l. ſi hæres 63. ibid.* DLXXXI. [b] Si hæres rem legatã ignorans in funus conſumpſit, ad exhibendum actione nõ tenebitur, quia nec poſſidet, nec dolo malo fecit quominus poſſideret: ſed per in factum actionem legatario conſulitur, vt indemnitas ei ab hęrede præſtetur.

c *l. legatarius. 38. D. de lega. 1.* DLXXXII. [c] Legatarius pro parte acquirere, pro parte repudiare legatum nõ poteſt: hęredes eius poſſunt, vt alter eorum partem ſuam acquirat, alter repudiet.

F d *l. huiuſmodi. 84. §. vlt. ibid.* DLXXXIII. [d] Si is cui legatum fuerat, antequam conſtitueret qua actione vteretur, deceſſit duobus hæredibus relictis, legatũ accipere ſimul venientes, niſi conſenſerint, non poſſunt. Quare quamdiu alter rem vindicare vult; alter in perſonam agere non poteſt: ſed ſi conſenſerint, rem communiter habebunt. Conſentire autem vel ſua ſponte debent, vel iudice imminente.

G
Impp. Seuerus & Antoninus.

e *l. 1. C. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti* DLXXXIV. [e] Si in fraudem legatorum tranſmiſſam hęreditatem ad ſubſtitutum probatura es; vtilis actio aduerſus eum, cum quo fraudis conſilium participatum eſt, tibi competit. Planè ſi pecuniã acceptã omiſit aditionem, legata & fideicommiſſa præſtare cogitur.

Impp. Diocletianus & Maxmianus Apro & Piæ.

DLXXXV. Si Proculiana patri veſtro, cuius eſtis hæredes, teſtamento quid reliquit, & ſcripti iure ſecundùm eius iudicium, vel omiſſa cauſa teſtamenti ſucceſſerunt ab inteſtato; aditus competens iudex, quatenus legis Falcidiæ modus patitur, vobis relicta reſtitui iubebit.

Secunda pars dicti capitis primi.

Quando legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine ſatiſdari debeat.

Imp. Antoninus Pius.

DLXXXVI. [f g] [EX ſummaria cognitione venitur ad ſatiſdationem legatorum. Quoniam nihil actor ampliùs poſtulat quàm vt fideicommiſſi nomine ſatiſdetur, non debet is qui iuri dicundo præeſt, ſubtiliter cognoſcere, debeatur necne fideicommiſſum: ſed tantùm decernere vt ſatiſdetur. *f g l. 1. vt in poſſeſſionem legatorum vel fideicommiſſorũ ſeruandorũ cauſa mittatur, & quando ſatiſdari debeat.*

Marcus Imp. Stratonicæ.

DLXXXVII. [h] Ipſis rerum experimentis cognouimus ad publicam vtilitatem pertinere, vt ſatiſdationes, quæ voluntatis defunctorum tuendæ gratiâ in legatis & fideicommiſſis introductæ ſunt, eorundem voluntate remitti poſſint: quicunque enim iudicio voluntatis cautio legati vel fideicommiſſi remitti poteſt. *h l. 1. ibid.*

Imp. Alexander Proculiano.

DLXXXVIII. Scire debetis fideicõmiſſi quidem & legati ſatiſdationem remitti poſſe, Marcum & Commodum Imperatores cõſtituiſſe. Vt autem viri boni arbitratu is cui vſusfructus relictus eſt, vtatur fruatur; minimè ſatiſdationem remitti poſſe.

Impp. Diocletian. & Maximia.

DLXXXIX. [k] Contra eos, ſiue ſucceſſores eorum, qui rempublicam adminiſtrantes per officij neceſſitatem ciuitati ſub conditione relicti fideicommiſſi, ſatis accipere debuerunt; quanti reipublicæ intererit, ſatis acceptam non eſſe, dirigendam certum eſt actionem. *k l. vlt. ibid.*

DXC. [l] Inſtrumenta prædiorum per fideicommiſſum relictorum ad probationem originis eorum hæredes præſtare neceſſe non habent: cautionem tamen præſtare debent; quòd ſi opus fuerit legatario ſeu fideicummiſſario, ipſa ſi habeant, proferant. *l l. inſtrumenta. C. de lega.*

DXCI. [m] [Vbi teſtator eſt confiſus de ſola fide hęredis, cogitur hęres ſoluere legatum: & negans fideicommiſſum, cogitur iurare vel ſoluere.] Salyc. *Imp. Iuſtinianus A. Ioanni præfecto prætorio*: Quæſtionem ex facto emergentem reſecantes, & voluntati mortuorum *m l. quæſtionẽ. C. de fideic.*

proſpi-

proſpicientes, ſancimus ſi ſine ſcriptura vel præſentia teſtium, fideicōmiſſo derelicto, fideicommiſſarius elegerit hæredis iuramentū, vel forſitan legatarij, quoties relictum eſt ab eo fideicōmiſſum ſiue vniuerſitatis, ſiue ſpeciale, neceſſe habere hæredē, vel legatarium ſeu fideicommiſſarium, priùs iureiurando de calumnia præſtito, vel ſacramētum ſubire, & omni inquietudine ſeſe relaxare: vel ſi recuſandum exiſtimauerit ſacramentum, aut certam partem vel quantitatem manifeſtare fideicommiſſario derelictā noluerit, ſi forſitan maiorem fideicōmiſſarius expetat, omnimodo exactioni fideicommiſſi ſubiacere, & eum ad ſatisfactionem cōpelli: cùm ipſe ſibi iudex & teſtis inueniatur, cuius religio & fides à fideicommiſſariu electa eſt, nullis teſtibus, nulliſque aliis aduentitiis probationibus requiſitis. Sed ſiue quinque ſint teſtes, ſiue minores, vel nemo, cauſam per illius ſacramentum vel dandum vel recuſandum, ſuam habere tā firmitatem quàm exactionem, ſiue pater ſit, qui fideicommiſſum dederit, ſiue extraneus; vt æquitatis ratio cōmuniter in omnes procedat. Cùm enim res per teſtium ſolemnitatē oſtenditur, tunc & numerus teſtium, & nimia ſubtilitas requirenda eſt. Lex etenim, ne quid falſitatis incurrat per duos fortè teſtes compoſitum teſtamentum, maiorē teſtium numerum expoſtulat, vt per ampliores homines perfectiſſima veritas reueletur. Cùm autem is qui ex voluntate defuncti aliquid lucratur, & maximè ipſe hæres (cui ſumma auctoritas totius cauſæ commiſſa eſt) dicere compellitur veritatem per ſacramenti religionem; qualis locus teſtibus relinquatur, vel quemadmodum ad extraneam fidē decurratur propria & indubitata fide relicta? cùm & in leges reſpeximus quæ iuſtis diſpoſitionibus teſtatorū omnimodo hæredes obedire compellunt: & ſic ſtrictiùs cauſam exigunt, vt etiam amittere lucrum hæreditatis ſanciant eos qui teſtatoribus ſuis minimè paruerint.

Tertia pars d. capitis vigeſimi primi.

Aduerſus quos actiones legatorum ſeu fideicommiſſorum cauſa competant.

DXCII. [a] Legatorum petitio aduerſus hæredes pro partibus hæreditariis competit: nec pro his qui ſoluendo non ſunt onerari cohæredes oportet.

[a l. legatorum 33. D. de leg. 2.]

DXCIII. [b] Si quis hæredes inſtituerit, & ita legauerit, [Quiſquis mihi Gallicarum rerū hæres erit, damnas eſto dare] ab omnibus hæredibus videtur legatum: quoniam ad omnes eos res Gallicanæ pertinent.

[b l. ſi quis in fundi vocabulo. D. de leg. 1.]

DXCIV. [c] [Ille aut ille hæres Seio centū dato,] poteſt Seius, ab vtro velit, petere.

DXCV. [d] Cùm à pluribus hæredibus inſtitutis via legata eſt, quia partem non recipit, ſinguli hæredes in ſolidum conueniuntur. quia ab vno ex hæredibus adeunte peti poteſt.

[c l. ille aut ille 25. D. de leg. 3.]
[d l. vlt. D. de uſufr. lega.]

CAP. XXII.

Effectus actionum legatorum ſeu fideicommiſſorum cauſa competentium.

DXCVI. [e] Cùm equus ex teſtamento petitus eſt, cauſa eius temporis quo lis conteſtabatur, [f] repræſentari debet actori, ſicut partus equarum & fructus fundorum in hoc iudicium deducuntur.

[e l. quæſitum. 91. § vlt. D. de leg. 1.]
[f alias repræſentari.]

DXCVII. [g] Is qui fideicommiſſum debet, poſt moram non tantùm fructus, ſed etiam omne damnum quo affectus eſt, fideicommiſſarius præſtare cogitur.

[g l. is qui 26. D. de lega. 3.]

DXCVIII. [h] Legatorum ſeu fideicommiſſorum vſuras ex eo tempore quo lis conteſtata eſt, exigi poſſe manifeſtū eſt: ſed & fructus rerum & mercedes iumentorum quæ ex teſtamento debentur, ſimiliter præſtari ſolent.

[h l. 1. C. de vſuris & fructibus legatorum ſeu fideicommiſſorum.]

DXCIX. [i] [Hæres ab vſuris excuſatur propter dubiū legis Falcidiæ, niſi legatarius paratus ſit ſatiſdare quanto plus receperit] Salyc. De quo Imp. Antoninus liberis Caſſiani ita reſcripſit: Aduerſus eos qui ſub obtētu legis Falcidiæ morantur, notiſſimū eſt iuris auxilium. Si igitur propoſita ſtipulatione cauere cū ſatiſdatione poteſtis, vos reſtituturos quāto amplius, quàm per eam legem licet, acceperitis; iudex qui de fideicommiſſis ius dicit, ſolida vobis legata præſtari iubebit. Quòd ſi ſatiſdationem implere non potueritis, arbitro dato certam vobis diem præfiniet, intra quā, altera parte ceſſante, partibus ſuis fūgerentur. Et ſi cōſtiterit legi Falcidiæ locū nō eſſe; & vſuras & fructus poſt litem cōteſtatam percipietis.

[i l. 2. ibid.]

DC. [k] [Qui eſt in mora, tenetur de caſu etiam fortuito] De quo Imp. Alexander Paterno ita reſcripſit: Si equi certi per fideicommiſſum tibi relicti fuerint, poſt mortem periculo debitoris fideicommiſſi ſunt.

[k l. ſi homines ibid.]

DCI. In legatis & fideicommiſſis fructus poſt litis conteſtationem non ex die mortis conſequimur, ſiue in rem, ſiue in perſonam agatur.

Imp Alexander.

DCII. [l] Certa eſt forma iuriſdictionis, qua fideicommiſſi ſeruādi causâ in poſſeſſionem rerum quæ in cauſa hæreditaria ſunt, aut dolo malo eſſe deſierunt, is cui legati aut fideicōmiſſi nomine ſatis non datur, mittitur, vel in proprias res hæredis, ſi fideicommiſſo ſatis non fit poſt ſex mēſes quàm peti cœperit, ſecundùm Antonini patris mei cōſtitutionem.

[l l. certa. ibid.]

DCIII. Eadem cautio à teſtatore remitti poteſt, & de ea agere poteſt; vt & ſuprà relatum eſt.

DCIV. [m] *Idem Imp. Alex.* Qui legati vel fideicommiſſi causâ in poſſeſſionem mittūtur, non proprietatem nanciſcuntur, ſed ius pignoris. Vt autem & poſt acceptum pignus voluntati defuncti ſatisfiat, competens iudex, te adeunte, prouidebit.

[m l. qui legat. ibid.]

DCV. [n] Res quæ ſubiacent reſtitutioni, prohibentur alienari quidē, vel obligari. Sed ſi liberis portio legitimæ portionis non ſufficit ad dotis ſiue donationis propter nuptias obligationem, permittitur res prædictas in eam cauſam alienare vel obligare pro modo honeſtati perſonarum congruo. Ea enim quæ

[n Auth. res quæ ſubiacent C. commū. de lega. & fidei.]

communiter proſunt, his quę ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus.

* l. hoc amplius C de fid.

DCVI. * Qui defũcti iudiciũ lege repręſeotatum, monitus à iudice, intra annum nõ implet, excluditur eo quòd præter debitum naturale perceperit ex eodem iudicio. Hoc autem cum onere ſuo, danda ſuper hoc cautione, defertur primò ſubſtitutis; mox ordine ſeruato cohæredibus adeuntibus, vel generali fideicommiſſario, vel legatario ſoli, vel ex pluribus in parte potiori vel ſpeciali fideicommiſſario, vel legatario maioris emolumenti, vel omnibus, vel volentibus, prout quiſque eorum prior nominatus eſt, exhęredatis ne hic quidem reſpectis: poſtremò defertur extraneo, vel fiſco.

Seuerus & Antoninus AA. Ianuariæ.

a l. 1. C. ſi omiſſa ſit cauſa teſtam.

DCVII. a Si in fraudem legatorum tranſmiſſam hæreditatem ad ſubſtitutum probatura es, vtilis actio aduerſus eum cum quo fraudis conſilium participatum eſt, tibi competit. Planè ſi pecuniâ acceptâ omiſit aditionem, legata & fideicommiſſa præſtare cogitur.

Impp. Diocletianus & Maximianus Apro & Piæ.

DCVIII. b Si Proculiana patri veſtro, cuius eſtis hæredes, quid reliquit, & ſcripti iure ſecundùm eius iudicium, vel omiſſa cauſa teſtamenti, ſucceſſerunt ab inteſtato; aditus competens iudex, quatenus legis Falcidiæ modus patitur, vobis relicta reſtitui iubebit.

b l. vlt. ibid.

CAP. XXIII.

Qnando actio legatorum ſeu fideicommiſſorum cauſa non competat.

Imperatores Philippus A. & Philippus C. Victoriæ.

DCIX. c SI cùm iam neque adiri ex teſtamento hęreditas, neque bonorum poſſeſſio peti poſſit, iudicium defuncti non vſurpabitur, ſed ad irritum iuris ratione reuocatum eſt; petitio relictorum nulla iure procedit. Si verò iure facto teſtamento, ceſſante hærede ſcripto, alter ab inteſtato adiit hæreditatem; legata ex teſtamento præſtari non poſſe manifeſtum eſt.

c l. 2. ibid.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI, LIBER XXIII.

TIT. I.

De lege Falcidia.

Hic titulus quinque capitibus conſtat: quorum primum eſt, Cuiuſmodi ſit lex Falcidia. Secundum, Quando, ſeu quibus in rebus ſit locus legi Falcidiæ: aut non. Cuius prima pars; Quando, ſeu quibus in rebus ſit locus legi Falcidiæ; Secunda, quando, ſeu quibus in rebus non ſit locus legi Falcidiæ, & quando ſolida legata præſtanda ſunt. Tertium caput eſt, De ratione ſeu computatione patrimonij ſeu hæreditatis in cauſa legis Falcidiæ. Cuius prima pars; Quæ res in quartam partem hæreditatis quæ remanere apud hæredem debet, imputentur. Secunda pars; Quæ res in quartam partem, quæ penes hæredem remanere debet, non imputentur. Quartum caput eſt, De æſtimatione bonorum in ratione Falcidiæ. Cuius prima pars eſt, De generali forma æſtimationis. Secunda, De æſtimatione bonorum in certis legatorum ſeu fideicommiſſorum generibus, & Falcidiæ in iis ratione. Tertia pars, De ratione legis Falcidiæ inter cohæredes & legatarios. Quintum caput eſt, De his qui fruſtrationis cauſa legis Falcidiæ beneficium implorant.

CAPVT I.

Cuiuſmodi ſit lex Falcidia.

l. 1. D. ad leg. Falcid.

I. a CVm olim lege duodecim tabularum libera erat legandi facultas, vt liceret vel totum patrimonium legatis erogare: quippe ea lege ita cautum eſſet [vti quiſque legaſſet, ſuæ rei ita ius eſto] viſum eſt hanc legandi licentiam coarctare: idque ipſorum teſtatorum gratiâ prouiſum eſt, ob id quod plerunque inteſtati moriebantur, recuſantibus ſcriptis hæredibus pro nullo, aut minimo lucro hæreditates adire. Et cùm ſuper hoc tam lex Furia, quàm Voconia latæ ſint, quarum neutra ſufficiens ad rei conſummationem videbatur, nouiſſimè lata eſt lex Falcidia, qua cauetur ne plus legare liceat, quàm dodrantem totorum bonorum, vt ſiue vnus hæres inſtitutus ſit, ſiue plures, apud eum,

eóſve pars quarta remaneat.

CAP. II.

Quando, ſeu quibus in rebus ſit locus legi Falcidiæ: vel non.

Prima pars.

Quando, ſeu quibus in rebus ſit locus legi Falcidiæ.

II.[a b] AD eos qui omiſſa cauſa teſtamenti poſſident hæreditatem, nō pertinet lex Falcidia: ſed per edictum prætoris inducitur poteſtas legis. Idémq; eſt, ſi iuriſiurādi conditio remiſſa ſit. Sed & ſi ei qui nondū natus eſt datū ſit aliquid, hæc lex locū habebit.[c] Deo autem relicta, ſunt danda Eccleſiæ in qua teſtator domicilium habuit.

a b d l.1 § ad ...

c § ſi quis in ... nomine.

III. IV. [d] Non ſolùm ad res proprias teſtatoris, ſed alienas lex pertinet, & omne quod ex bonis defuncti erogatur, refertur ad hanc legem, ſiue in corpore conſtet certo, incertóve: ſiue pondere, numero, menſura valeat: aut etiam ſi ius legatum ſit, aut vſusfructus, aut quod in nominibus eſt.

d § non ſolùm ibid.

V. [e] Si quis creditori ſuo quod debet legauerit, aut inutile legatum erit, ſi nullum commodum in eo verſabitur; aut ſi propter repræſentationis puta commodum, vtile erit; lex quoque Falcidia in eo commodo locum habebit.

e d.l. § ſi quis creditori.

VI. [f] Pater quoque in his legatis quæ filius ei dedit, alio hærede inſtituto, legis Falcidiæ rationem patitur.

f l. Pater D. h.t.

VII. [g] Falcidiæ rationem aduerſus omnes pro modo legatorum & fideicommiſſorum locum habere, certi & explorati iuris eſt.

g l.2.C. eo t.

VIII. [h] Et in legatis Principi datis legem Falcidiam locum habere, meritò Hadriano Imperatori placuit.

h l. & in legatis ibid.

IX. * Seuerus & Antoninus Imperatores reſcripſerunt, pecuniam relictam ad alimenta puerorum Falcidiæ ſubiectam eſſe: & vt idoneis nominibus collocetur pecunia, præſidem prouincię ad curam ſuam reuocaturum.

* l. Diui. D. h.t.

X. [i] In mortis cauſâ donationibus,[k] & donationibus inter virum & vxorem factis legē Falcidiam habere locum quando fideicommiſſi partibus funguntur, nonnullis iuris placitis comprehenſum eſt.

i l. in mortis cauſa ibid.
k l ſi in donationibus.

Iuſtinianus Imperator.

XI. [l] Si mortis cauſa donatio modum legis excedat, hæres poſt aditionem repetit eam pecuniam quæ vltra modum legis Falcidiæ corporaliter quidem data eſt; legę autem in patrimonio teſtatoris permanſit.

l l. ſi quis quadringentorum. ibid.

XII. [m] Legis Falcidiæ beneficium hæres etiam poſt longum tempus poſt mortem teſtatoris prohibetur.

m l. legis. D. h.t.

XIII. [n] [Reſtituere iuſſus rem ſibi relictam, tranſmittit ad ſucceſſores id quod poterat retinere ex cauſa legis Falcidiæ] De quo Imp. Romanus ita reſcripſit: Quáquam pater tuus fratrem tuū rogauerit, vt ſi ſine liberis diem ſuum fungeretur, portionem hæreditatis tibi A reſtitueret; tamen inteſtatò eo diem ſuum functo, id quod beneficio legis Falcidiæ hàbere potuit, ad ſucceſſorem inteſtati pertinere: ideóque non immeritò ſororem tuam, quę ſimul tecum ab inteſtato ſucceſſit, emolumenti quod retinere potuit, portionem ſibi vindicare manifeſtum eſt.

n l. Quamquā. C. eo t.

XIIII. [o] Non idcirco minùs Falcidiæ B rationē in cęteris annuis legatis admitti viſum eſt, quòd primo & ſecundo anno ſine vlla detractione fuiſſent legatario ſoluta.

o l. Quod de bonis § non idcirco. D h.t.

XV. [p] Error facti, quartę partis ex cauſa fideicommiſſi non retentæ, repetitionem non impedit. Is autem qui ſciens ſe poſſe retinere, vniuerſum reſtituit, cōdictionē non habet: quinetiam ſi ius ignorauerit, ceſſat repetitio.

p l. Error C. eo t.

XVI. [q] Beneficio legis Falcidiæ indignus eſſe videtur qui id egerit vt fideicommiſſum intercidat: præterea qui non capiēti rogatus eſt C reſtituere hæreditatem, ſenatuſconſulto Planciano non cōceditur quartam retinere: ſed ea quarta quam non retinuit, ad fiſcum pertinet ex reſcripto Pij Imperatoris.

q l Beneficio. D. h.t.

XVII. [[r] Ablata hæredi tanquam ab indigno, legata non minuunt, nec augent.] Etiam ſi tacitum fideicōmiſſum hæredē adminiſtraſſe apparuerit; legata tamen ſeu fideicommiſſa quæ teſtamento relicta ſunt, præſtanda eſſe ambigi non oportet, ad eum ſcilicet modum D quem lex Falcidia patitur: cùm quartam, quę aufertur hæredi qui contra legem fidem ſuam obtulit legatariis, proficere non placuit.

r l.3 C eo t.

XVIII. [ſ] Id quod à cohærede legatorum nomine percipitur, non ſolet legatarius proficere:[t] & à cohæredibus relicta legata, quatenus modus legis Falcidiæ præſtitus patitur, poſſe peti certi iuris eſt.

ſ l. Neſennius. D. h.t.
t l à cohæredibus. C eo t. l. de prælegatis deducitur Falcidia.

XIX. [u] Nouo iure vindicatio ex hac lege datur; [x] cùm antè ſola retentio compe E teret.

u ſi quis quadringentorum.
x l.1.D.h.t.

Secunda pars dicti capitis ſecundi.

Quando, quibuſque in rebus non eſt locus legi Falcidiæ: & quando ſolida legata præſtanda ſint.

F XX.[z] SI debitor, creditore hærede inſtituto, petiſſet ne in ratione legis Falcidiæ ponenda creditum ſuum legatarius reputaret, ſine dubio ratione doli mali exceptionis apud arbitrum Falcidiæ defuncti voluntas ſeruatur.

z l. ſi debitor. ibid.

XXI. [a] Cùm teſtator hoc expreſſum voluit, non ignarus quis modus ſit ſui patrimonij, ceſſat Falcidia: & ſi hæres in hoc defuncto non pareat, defertur hæreditas enumeratis ſub titulo De legatis & fideicommiſſis. Item ſi hęres quædam legata, ſubſtantiæ ſuæ menſuram ſubtiliter agnoſcens, præſtat in ſolidum, neque ex his repetitio, nec ex aliis permittitur retentio, niſi inopinatum quid emergat. His ceſſantibus locus

a Auth. Sed cum teſtator. C.h.t.

A eſt Falcidiæ,ſi fiat inuẽtarium ſecundùm modum, te[m]púſque ſtatutum in aditione: hac quoque adhibita obſeruatione, vt in præſentia omnium ipſius ciuitatis,in quâ fiat,legatariorum, aut pro eis agentium, ſi perſonæ ratio ſit habenda,perficiatur: vel ſi quis abſit ex ipſis, aut intereſſe noluerit,ſuccedat præſentia trium teſtium ibidem ipſius ciuitatis locupletum & bonæ opinionis: abſque præiu- B dicio tamen veritatis inquirendæ per ſeruorum quæſtionem, & hæredis teſtiúmque iuſiurandum. Quo non obſeruato,ſolida legata præſtet,etſi fines hæreditarios excedant. Nulla autem quæſtionum talium,vel litium excedat annum. Anno enim culpâ hæredis tranſacto,cadet à relictis.

XXII. [a] Tametſi [b] ferè præſumatur teſtatorem ſcire patrimonij ſui vires,[c] tamen cõſultius fuerit eam clauſulam adiicere verbis C expreſſis, & claris, aut etiam hoc ipſum neceſſariò deſignantibus: veluti, integra legata vel ſine diminutione ſoluantur: ſecus ſi dictum ſit, legatum totum vel pleno iure tradi. [d] Nam ea verba ſen ſum aliũ recipere queunt; [e] ſed ſi expreſſim, vel in effectu nominatim teſtator deſignauerit non velle hæredem retinere Falcidiam,non retinebitur.

a Claud.Cantiũcula in Paraphr.Inſt.h.t.
b glo.in d.Auth.
c Bart.ibid.
d l.Nominatim D.de lega. 3 & l Decem. D.de fid.liber.
e d.Auth.

Imperator Iuſtinianus.

XXIII. [f] Cùm certum ſit, hæredem, qui plenam fidem teſtatori exhibet, in ſolidum D legata dependentem, non poſſe poſtea rationem legis Falcidiæ prætendentem repetitione vti; pater veſter videtur voluntatem teſtatoris ſequi. Iubemus hoc ſimili modo firmum haberi,etſi cautionem ſuper integra ſolutione legatorum fecerit,quod veteribus legibus in ambiguitatem deductum eſt; in vtroque autem caſu, id eſt ſiue ſoluerit, ſiue ſuper hoc E cautionem fecerit,æquitatis ratio ſimilia ſuadere videtur.

f l.vlt.C.h.t.

Impp. Seuerus & Antoninus.

XXIV. [g] Scire debes,omiſſa Falcidia,quo pleniorem fidem reſtituendæ portionis exhibeas,non videri plus debito ſolutum eſſe.

g l.1.ibid.

XXV. [h] Qui quod per legem Falcidiá retinere poteſt, voluntaté teſtatoris ſecutus ſpopondit ſe daturum,cogendus eſt ſoluere.

h l.qui quod per legem.D.h.t.

F XXVI. [i] Si à me fideicommiſſum vel legatum eſt:túque poſt tempus id rogatus ſis id mihi reſtituere, non puto hoc imputandum eſſe in Falcidiam,quia incipio poſtea quaſi fideicommiſſarius id recipere.

i l.ſi à me.ibid.

XXVII. [k] Tametſi damnum conditionis implendę cauſa in Falcidiam non imputatur, tamen datum vt pretium imputatur.

k l.in ratione. § tametſi.ibid.

XXVIII. [l] [Fundus alienari vetitus, habetur pro ære alieno in ratione legis Falcidiæ] Pater filiũ, ex quo tres habebat nepotes, G hæredem inſtituit; fideique eius commiſit ne fundum alienaret,& vt niſi mihi eum relinqueret: filius decedens tres ſcripſit hæredes; quærendum eſt, an vnuſquiſque in ratione legis Falcidiæ aliquid poſſit deducere, quia in poteſtate ſua habuit pater cui ex his potiùs relinqueret: ſed hac ratione nemo in Falcidiæ ratione quicquã deducet; quod videndum ne durè conſtituatur. Vtique & in ære alieno habuit fundum; neceſſitate quippe obſtrictus fuiſſet filiis eum relinquendi.

l l.Pater.ibid.

XXIX. [m] Cùm dotem maritus alicui legauerit vt vxori reſtituatur, non habere legem Falcidiam locum, dicẽdum eſt:& ſanè in pleriſque ita obſeruatur, vt omiſſa interpoſiti perſona ſpectetur.

m l.cùm dot.ibid.

XXX. [n] Dos relegata extra rationem legis Falcidiæ eſt: ſcilicet quia ſuam rem recipere mulier videtur. Sed & de his quoque rebus quæ mulieris cauſa emptæ, paratæ eſſent, vt hæ quoque extra modum legis eſſent, nominatim ipſa lege Falcidia expreſſum eſt.

n l.ſed &.

XXXI. [o] In ea re ceſſat Falcidia quæ ita relicta eſt, ne alienetur, ſed permaneat apud ſucceſſores eius cui relicta eſt.

o Auth.ſed in ea re.C.h.t.

XXXII. [p] Id quod conditionis implendæ causâ vel à cohærede, vel legatario datur, in Falcidia non imputatur, quia mortis causâ capitur.

p l. id autẽ.D h.t.

XXXIII. [q] Poteſt hæres in vendenda hęreditate cauere, vt & lege Falcidia interueniente ſolida legata præſtentur: quia ea lex hæredis cauſa lata eſt: nec fraus ei fit, ſi ius ſuum dimiſerit hæres.

q l.Poteſt.ibi.

XXXIV. [r] Falcidia ceſſat in his quæ ad pias cauſas relicta ſunt.

r Auth.ſimiliter.C.eo.t.

XXXV. [ſ] Cùm pater impuberi filię hæredẽ ſubſtituit,id quod ei legatorum nomine à patre obuenit,in computationem legis Falcidię non venit.

ſ l.Cùm pater. D.h.t.

XXXVI. [t] Quod dicitur, ſi ex iudicio defuncti quartam habeat hæres,ſolida pręſtanda eſſe legata;ita accipere debemus, ſi hæreditario iure habuerit.Itaq; quod quis legatorum nomine à cohæredę accepit, quadrãtem ei non imputari.[u] Sed ſi ideo legatum ei datũ eſt,vt integra legata vel fideicommiſſa præſtet,deneganda erit actio legati,ſi lege Falcidia vti mallet.

t l.Quod dicitur.ibid.
u l.Sed ſi ei.ib.

XXXVII. [x] Si æs alienum abſorbet totam defuncti ſubſtantiã,legata nõ debentur:& fruſtra de Falcidia quæritur. De quo Si æs hęreditarium defuncti ſubſtantię fines occupauerit,legis Falcidiæ iuſſio peti; Itẽ Trebelliani ſenatuſconſulti præceptum exigi legata vel fideicommiſſa non concedit.

x l Succeſſores C.h.t.

XXXVIII. [z] Hæres qui inuentarium non fecerit,ſolida & integra legata præſtare cogitus:nec vti beneficio legis Falcidiæ poteſt.

z l.vlt.§.ſi verò & §.ſi autem C.de iure delib. Auth Sed cùm teſtator.ibi quo non obſeruato.C.h.t.

XXXIX. [a] In teſtamento militis ius Falcidiæ ceſſat.

a l.in teſtamento C h.t.l. Miles D.eo.t.

XL. [b] Nunquam legatarius vel fideicõmiſſarius,licèt ex Trebelliano ſenatuſcõſulto reſtituatur hęreditas, vtitur legis Falcidię beneficio.

b l.lex Falcidia §.1.D.h.t.

CAP. III.

De ratione & computatione patrimonij, ſeu hæreditatis in cauſa legis Falcidiæ.

Prima pars.

Qua

Quæ res in quartam quæ remanere apud hæredem debet, imputentur.

Seu

Quæ res imputentur in Falcidiam.

a l. in quartã. D. h. t.

XL. [a] IN quartam hæreditatis quam per legem Falcidiam hæres habere debet, imputantur res quas iure hæreditario capit: non quas iure legati vel fideicommiſſi, vel conditionis implendæ cauſâ accipit.

** l. in Falcidia. ibid.*

XLII. *In Falcidia placuit vt fructus poſtea percepti, qui maturi mortis tẽpore fuerunt, augeant hęreditatem fundi nomine, qui videtur illo tempore pretioſior.

** l. in ratione. ibid.*

XLIII. *In ratione legis Falcidiæ retentiones omnis temporis hæredi in quadrantem imputantur.

a l. in quantitate. §. vlt.

XLIV. XLV. [a]In diem relicta legata omnimodo tam ipſi legatario quàm hęredib[9] eius deberi certum eſt: ſed eo minùs ex bonis erogari intelligendum eſt, quantum interea, donec dies obtigerit, lucraturus eſt ex fructibus vel vſuris. Ergo optimum quidem eſt ita teſtatorem diſtribuere legata, ne vltra dodrantem relinquatur: quòd ſi exceſſerit quis dodrantem pro rata portione, per legem ipſo iure minuuntur.

b l. Circa ibid.

XLVI. [b] Circa legem Falcidiam hoc obſeruandum, ſi decem ſub conditione alicui fuerint relicta, eáque conditio poſt decennium fortè exſtiterit, non videntur decẽ huic legata, ſed minùs decem; quia interuallum temporis & interuſurium huius ſpatij minorem facit quantitatem decem.

c l. ſi dignum. ibid.

XLVII. [c] Si dignum decem fundum damnetur hæres quinq; vendere, ſine dubio quinque erunt imputanda Falcidiæ.

d l. in ratione. §. 1. ibid.

XLVIII. [d] Vendere vel emere iuſſus certo pretio fundum, aliámve rem quampiam; in legis Falcidiæ ratione cùm quantum ſit legatum requiratur, tantum eo nomine inducetur, quanto pluris, minoriſve ſit, emeres ea quantitate, quàm quo pretio teſtator accipi darive iuſſit: ſed vt ei quidem portioni quæ legatis deductis facienda erit, ampliùs deducetur: quippe noſtra causâ non noſtri causâ capi id pretium; ſed eo deducto pretium reliquum legatum eſſe, intellectum eſt.

e l. alienus. ibid.

XLIX. [e][Cùm fundus alienus legatus eſt, ſi hęres redimat immenſo pretio, non id pretium, ſed iuſtum venit in Falcidiam] Nempe, Alienus fundus legatus eſt, hunc hæres cùm emere niſi infinito pretio non poſſet, emit multo pluris quàm quanti erat; qua emptione factum eſt vt legatarij ad legem Falcidiam reuocarẽtur. Quæro, cùm ſi fundus tãti, quãti re vera eſt, emptus eſſet, legata non fuerint exceſſura in lege Falcidia, an hoc ipſo hæres inſtitutus partẽ reuocandi à legatariis ius habeat, quòd ex voluntate defuncti pluris emerit quàm quanti erat? Iauolenus reſpondit; Quod ampliùs hęres quàm pretium fundi legatario ſoluit, id in lege Falcidia imputari nõ poteſt: quia negligentia eius nocere legatariis non debet: vt pote cùm is confitendo veram æſtimationem præſtare poterat.

f l. ſi pupillus. ibid.

L. [f][Naturaliter debitum ſolutum imputatur Falcidiæ] nempe, ſi pupillus, cui ſine tutoris auctoritate decem mutua data ſunt, legatum à creditore meruerit ſub hac conditione; ſi decem quæ acceperit, hæredi reddiderit vna numeratione, implet conditionem & liberatur naturali obligatione; vt etiam in Falcidia hæredi imputentur, quamuis non imputarentur, ſi tantùm implendæ conditionis cauſâ data fuiſſent: adeòq; autem & ſoluere videtur vt repudiato legato, vel Bucephalo equo qui legatus eſt mortuo, nihil repetere poſſit.

g l. non eſt dubium ibid.

LI. [g] Non eſt dubium, quin de legatis inutilibus à quibus hæres ſummouere exceptione petitorem poteſt, in quartam ei imputentur, nec cæterorum legata minuant.

h l. nec intereſt. ibid.

[h]Nec intereſt vtrùm ab initio inutile fuerit, an ex accidenti poſtea in eum caſum peruenisſet legatum, vt actio eius denegaretur.

i Lex aſſe ibi.
k l. ad autẽ. ibi.

[i] Et quacunque ex cauſa legata non præſtantur,[k]& apud hæredem ſubſederint ac remanſerint, imputantur hæredi in quartam partem quæ remanere apud eum debet.

l l. Pretia rerum. §. cuius. ibid.

LII. [l]Cuius debitor ſoluendo non eſt, tantum habet in bonis quantum exigere poteſt.

m l. in ratione. ibid.

LIII. [m][Damna poſt mortem teſtatoris contingentia ſine culpa legatarij imputantur hæredi] nempe in ratione legis Falcidiæ, mortes animalium, furta, rapinæ, incendia, ruinæ, naufragia, vis hoſtium, prædonum, latronum; debitorum facta peiura nomina: in ſumma quodcunque damnum, ſi modò culpâ legatarij careant, hæredi pereunt: quemadmodum ad lucrum hæredis pertinent fructus, fœtus pecorũ: quorum nihil in rationem legis Falcidiæ cadit.

n d. l. §. verũ eſt.

LIV. [n] Verum eſt, his ſolis quæ pondere, numero, menſura conſtant; nec damno poſtea incidente, ex portione ad æſtimationẽ eorum bonorum quæ mortis tempore fuerunt, quicquam detrahi. Certis verò corporibus, & his ipſis ita relictis [Pecuniam quam in illa arca: vinum quod in illis doliis: pondus argenti quod in illis horreis habeo] ſi ſine culpa hæredis deperierunt, vel deteriora ſunt facta, proculdubio sit nihil debebitur: aut eorum quæ exſtabunt, qualia erunt, ea portio debebitur quæ per legem Falcidiam efficitur ex æſtimatione bonorum quę mortis teſtatoris tempore fuerunt.

o d. l. §. incertæ.

LV. [o] Incertę autem res relictę diſtinctionem recipiunt. Nam ſi ex ſuis rebus incertam rem teſtator reliquiſſet, veluti [argentũ quod elegerit] & omne argentum teſtatoris interiiſſet ſine culpa hęredis, nihil debebitur: ſin verò argenti pondus purè relictum eſſet, quãuis omne argentum teſtatoris deperiiſſet, admiſſa lege Falcidia portio eius quãtitatis ſumetur, quę fuit in bonis eo tempore quo teſtator deceſſit: nec ad imminuendam eã quicquam damna poſtea incidẽtia proficiunt: res tamen quę interierint pro nulla parte, ac ne ęſtimatio quidem debebitur, nõ magis quàm ſi omnes res per ſpeciẽ enumeratę relictę fuiſſent.

*l. Dolo. ibid. L V I. *Dolo carere non videtur, ſi iam mota quis controuerſia hæreditatis, legata ſine cautione det.

* l. Pœnales. ibid. L V I I. *Pœnales actiones ſiue legitimæ, ſiue honorariæ, exceptis popularibus, in bonis non ideò minùs computandæ ſunt, quia morte reorum intercidere poſſunt.

Secunda pars dicti capitis tertij.

Quæ res in quartam quæ penes hæredem per legem Falcidiam remanere debent, non imputantur.

*l. In imponenda C. eo. l. *Idem l. lecto. ibid. LVIII. *IN imponenda ratione legis Falcidiæ, omne æs alienum deducitur,* etiam quod ipſi hæredi mortis tempore debitum fuerit, quamuis aditinne hæreditatis confuſæ ſint actiones. Omnia autem legata quamuis in operibus publicis conficiendis, ſtatuiſque ponendis data ſunt ad contributionem dodrantis, pro rata ſuæ cuiuſque legati reuocantur. Nec ſi quid vltra ſolidum hæres præſtiterit aut perfecerit, legitimæ portioni præiudicat.

L I X. [Impenſa facta in funus ab hærede, detrahitur vt æs alienum.] De impēſa monumenti nomine facta quæritur an deduci debeat. Et Sabinus ita deducendā putat, ſi neceſſariū fuerit monumentū extruere. Marcellus conſultus, an funeris monumentíq; impenſa, *quātū teſtator fieri iuſſit, in ære alieno deduci debeat; reſpondit, non amplius eo nomine quàm funeris cauſā cōſumptū eſt, deducēdū. Nā eius quod in extructionē monumēti erogatum eſt, diuerſam eſſe cauſam. Nec enim ita monumenti extructionem eſſe neceſſariam vt ſit funus ac ſepultura. Idcirco eum cui pecunia ad faciendum monumentum legata ſit, Falcidiā paſſurum: *nec ampliùs cōcedendum erit quàm quod ſufficiat ad ſpeciem modicam monumenti.

* Id eſt nō neceſſe eſt totum id quod iuſſit teſtator in monumentum extruendum impendere, ſi facultates æris alieni non ſufficiant. l. hæreditas D. de pet. hæred. * l. Nec amplius. D. h. t. a l. Irritum. C. eo. t.

L X. a[Fideicommiſſum æris alieni loco habetur.] *De quo Imp. Alexander ita Aurelio reſcripſit.* Irritum propterea teſtamentum fratris tui eſſe non poteſt, quòd ex cauſa fideicōmiſſi obligatus fuit, vt ſi ſine liberis prior decederet, paternam tibi hæreditatem redderet. Sed licèt te hæredem ſcripſerit, fideicommiſſum debitum æris alieni loco deduci oportet; & inſuperque in reſiduo legis Falcidiæ beneficium vindicabis.

b l. in quartā. D. h. t. L X I. b In quartam hæreditatis, quam per legem Falcidiam hæres habere debet, imputantur res quas iure hæreditario capit; non quas iure legati, vel fideicōmiſſi, vel implendæ conditionis cauſâ accipit.

c ibid. L X I I. c Si quid implendæ conditionis cauſâ hæres accipiat à legatarijs, in Falcidiæ computationem non prodeſt: & ideò ſi centum prædium legauerit defunctus, ſi quinquaginta hæredi legatarius dederit; centum legatis computationem fieri, & quinquaginta extra hæreditatē haberi, ne in quartā ei imputētur.

d l. in ratione. § tametſi. D. h. t. L X I I I. d Tametſi in legis Falcidiæ ratione

A quæ conditionis implendæ cauſâ hæredi ſunt data, in quartam non computentur; tamen id quod non figurâ conditionis accipere iuſſus eſt, Celſo & Iuliano placuit computari: quemadmodum ſi eâ ſummâ hæres eas res vendere iuſſus eſſet: quia non conditionis implendæ cauſâ, ſed quodam modo pro pretio inferre ſunt iuſſi. Quo loco ampliùs quæſitum eſt, an

B fideicommiſſarius quoque inuitus cogatur dare eam ſummam & reſtituere hæreditatem, quaſi & ipſius fideicommiſſum eſſet. Sed id veriſimile non eſt; cùm talis oratio magis ipſius cauſâ, quàm contra ipſum poſita videatur.

e l. quantitas. ibid. f in Autent. Plurimum codem. L X I V. e Quantitas patrimonij, deducto etiam eo quicquid explicandarum venditionum cauſâ impenditur, æſtimatur, f id eſt, vt res tradatur & in vacuam poſſeſſionem inducatur.

g l. Pœnales. D. h. t. C L X V. g Ne in actoris quidem bonis iniuriarum actio poterit computari; quia & ipſa ſimul cum eo intercidit; vt vſusfructus, & id quod in dies, menſes, annóſve ſingulos alicui, quoad viuat, debeatur; & dum im ohli gatio rei bonis deminutionem præſtat, quæ in hæredem tranſit.

h l. Cùm lex. ibid. L X V I. h Cùm lex Falcidia interuenit, non veniunt in computationem quæ ipſi hæredi à ſemetipſo legata fideive commiſſa

D ſunt.

i l. Falcidia ratione. ibid. L X V I I. i Paulus reſpondit, fructus ex propria re hæredis legata poſt diem fideicommiſſi cedentem, perceptos; & ſi non ſint reſtituendi fideicommiſſario hæredi, in quartam imputari non ſolere.

k l. 3. ibid. L X V I I I. k Si hæres inſtitutus eam hæreditatem, quæ ſoluendo non eſt, vendiderit, vix quidem poterit perſuaderi non fuiſſe eam hæreditatem ſoluendo, quæ emptorem inue-

E nerit: vera autem ratione nihil legatariis debebitur, quia magis ex ſtultitia emptoris habere videtur hæres inſtitutus, quàm ex bonis defuncti. Nam & è contrario, ſi malè vendiderit res hæreditarias, non erit hoc legatariorum detrimentum. Ita ergo commodum debet eſſe hæredis, ſi bene res adminiſtrauerit. Sed & ſi is qui ſoluendo non eſt, legauerit; & hæres cum creditore deciderit ne ſolidum ſolueret; & ob eam deciſionem fa-

F ctum ſit vt aliquid retineret; nihil tamen legatariis debiturum, quia eam pecuniam non ex hæreditate, ſed ex deciſione habet.

C A P. I V.

De æſtimatione bonorum in ratione Falcidiæ.

Prima pars.

G *De generali forma æſtimationis.*

l l. quod de bon. §. vlt. ibi. L X I X. l QVarta quæ per legem Falcidiam retinetur, æſtimatione quam teſtator fecit, non magis minui poteſt, quàm auferri.

* l. in Falcidia. ibid. L X X. * In Falcidia æſtimatio pretij rerum ex veritate facienda eſt.

L X X I. Pre-

m l. Pretia rerum ibid. l. 2. D. ad leg. Aquil.

A LXXI. [m] Pretia rerum non ex affectu, nec vtilitate ſingulorum, ſed communiter fungontur.

n d. l. Pretia. §. vlt.

LXXII. [n] Nonnullam tamen pretio varietatem loca, temporaque adferunt. Non enim tantundem Romæ & in Hiſpania oleum æſtimabitur; nec continuis ſterilitatibus tantidem, quanti ſecundis fructibus: dum hic quoqoe non ex momentis temporum, nec ex ea quæ rarò accidit charitate, pretia conſtituantur. B

o l. in lege. § 1. D. h. t.

LXXIII. [o] Corpora ſi qua ſint in bonis defuncti, ſecundùm rei veritatem æſtimanda erunt, hoc eſt ſecundùm præſens pretium: nec quicquam eorum formali pretiu æſtimãdum eſſe ſciendum eſt.

p l. cum quo. ibid.

LXXIV. [p] Mortis tempus in ratione legis Falcidiæ placuit obſeruari.

q l. in quantitate. ibid.

LXXV. [q] In quantitate patrimonij exquirenda, viſum eſt mortis tempus ſpectari: qua C de cauſa ſi quis centum in bonis habuerit, & tota ea legauerit, nihil legatariis prodeſt, ſi ante aditam hæreditatem ex fœtu pecorum tantum acceſſerit hæreditati, vt centum legatorum nomine erogatis habiturus ſit hæres quartam partem, ſi neceſſe eſt vt nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Et ex diuerſo, ſi ex centum ſexaginta quinque legauerit, & ante aditam hæreditatem in tantum decre- D uerint bona, incendiis fortè, aut naufragiis, aut morte pecorum, vt non plus quàm ſexaginta quinque, vel etiam minùs relinquatur, ſolida legata debentur: nec ea res damnoſa eſt hæredi, cui liberum eſt non adire hæreditatem: quæ res efficit, vt neceſſe ſit legatariis, ne deſtituto teſtamento nihil conſequantur, cum hærede de portione legatorum paciſci.

Secunda pars dicti capitis quarti. E

De æſtimatione bonorum in certis legatorum ſeu fideicommiſſorum generibus, & Falcidiæ in iis ratione.

r l. vſusfructu. D. h. t.

LXXVI. [r] Vſufructu bonorũ legato, æs alienum ex omnibus F rebus deducendum eſt, quoniam poſt ſenatuſconſultum nulla res eſt quæ non cadat in vſumfructum legatum.

ſ l. ſed & vſusfructus. ibi.

LXXVII. [ſ] Vſusfructus venit in computationem legis Falcidiæ. Nam diuiſionem recipit: adeò vt ſi duobus legatus fuerit, ipſo iure ad ſingulos partes pertineant.

t l. Computationi.

LXXVIII. [t] In computatione alimentorum facienda, ſolitum eſt à prima ætate vſque ad annum trigeſimum computationem G triginta annorum fieri: ab annis verò triginta tot annorum computationem inire, quot ad annum ſexageſimum deeſſe videntur. Nunquam ergo ampliùs quàm triginta annorum computatio initur. Sic denique & ſi reipublicæ vſusfructus legetur ſiue ſimpliciter, ſiue ad ludos, triginta annorum computatio fit.

u l. 3. §. vlt. ibid.

LXXIX. [u] [Æſtimatio annui reditus] Si reipublicæ in annos ſingulos legatum ſit; cùm de Falcidia quæritur; Marcellus putat, tantum videri legatum, quantum ſufficiat ſorti ad vſuras trientes eius ſummæ quæ legata eſt, colligendas.

x l. cùm Titio. ibid.

LXXX. [x] Cùm Titio in annos ſingulos de B na legata ſunt, & iudex legis Falcidiæ rationem inter hæredem & alios legatarios haberet; viuo quidem Titio tanti litem æſtimare debet, quanti vænire id legatum poteſt, in incerto poſito quandiu victurus ſit: mortuo autem Titio non aliud ſpectari debet, quàm quid hæres ex ea cauſa debuerit.

z l. lex Falcidia. ibid.

LXXXI. [z] Lex Falcidia ſi interueniat, in omnibus penſionibus locum habet; ſed hoc ex poſtfacto apparebit: vt puta, in annos ſingu- C los legatum relictum eſt: quandiu Falcidia nondum locum habet, integræ penſiones annuæ dabuntur: ſed enim ſi annus venerit, quo fit vt vltra legem Falcidiam vltra dodrantem aliquid debeatur, eueniet vt retrò omnia legata ſingulorum annorum imminuantur.

a l. in lege. ibi.

LXXXII. [a] In lege Falcidia non habetur pro puro quod in diem relictum eſt: medij enim temporis commodum computatur.

b l. lege. ibid.

D LXXXIII. [b] Lege Falcidia interueniente, legata ſeruitus, quoniam diuidi nõ poteſt, non aliter reſtituetur, niſi partis offeratur æſtimatio.

e l. ſi is qui quadringenta. ibid.

LXXXIV. [c] Quædam legata diuiſionẽ non recipiunt; vt ecce, legatum viæ, itineris, actúſve. Ad nullum enim ea res pro parte poteſt pertinere. Sed & ſi opus municipibus hæres facere iuſſus eſt, indiuiduum videtur legatũ. Neque enim vllum balneum, aut theatrum, E aut ſtadium feciſſe intelligitur, qui ei propriã formam, quæ ex conſummatione contingit, non dederit: quorum omnium legatorũ nomine & ſi plures hæredes ſunt, ſinguli in ſolidũ tenentur. Hæc itaque legata quæ diuiduitatem non recipiunt, tota ad legatarium pertinent: ſed poteſt hæredi hoc remedio ſuccurri, vt æſtimatione facta legati denuntiet legatario vt partem æſtimationis inferat: ſi non inferat, vtatur aduerſus eum exceptione F doli mali.

d l. ſi fundus. ibid.

LXXXV. [d] Si fundus mihi legetur, & via; in Falcidiæ ratione, ſi tantùm ſit in via, quantùm amplius eſt in Falcidia, integer fundus capietur; & via peribit: ſed ſi via legetur, nec ſoluendo ſit hæreditas, non debebitur. Vidẽdum autem, ſi fundo & via legato, minùs ex vtroque deſideretur quàm ſit viæ pretium. Et poteſt dici non tantùm fundum ſolidum capi; ſed etiam vt doli exceptio tantum faciat, G quantum deeſt: nec plus habeat quàm Falcidia deſiderat, vt tunc ſolùm via intercidat, quoties plus Falcidia deſiderat, quàm eſt viæ pretium.

e l. Plancius §. 1. ibid.

LXXXVI. [e] Interdum euenit vt propter rationem legis Falcidiæ ſequens legatum extinguatur: veluti, ſi fundus & ad eum via le-

legata ſit per alium fundum. Nam ſi pars fundi remanſerit in hęreditate, non poteſt procedere vię legatum: quia per partem ſeruitus acquiri non poteſt.

f l. Neſennius. §. vlt. ibid.
g l. Pretia rerum. §. cum debitor. ibid.

LXXXVII. [f] Si debitori liberatio legata ſit, quamuis ſoluendo hæreditas non ſit, totum legatum computatur, licèt nomen hoc non augeat hęreditatem, niſi ex euentu, [g] id eſt, niſi euenerit fieri ſoluendo vt ab eo exigi poſſit. Igitur ſi Falcidia locum habeat, plus videbitur legatum quod huic legatum eſſet, cętera quoque minuentur legata per hoc; & ipſum hoc per alia. Capere enim debitor videtur eò quòd liberetur. Sed ſi alij hoc nomen legetur, nullum legatum erit: nec cęteris contribuetur.

h d. l. Pretia. §. cum debitor.
i l. cum pater.

LXXXVIII. [h] Cuius debitor ſoluendo non eſt, tantum habet in bonis, quantum exigere poteſt.

LXXXIX. [i] Legato petito, cum in litem iuratum eſt, ratio legis Falcidiæ, nō eius ſummæ in quam legatarius iurauit, haberi debet; ſed quanti re vera id fuit quod petitum eſt. Nam id quod pœnæ causâ accreuit, in legem Falcidiam non incidit.

k l. Cirus. §. 1. ibid.
l Senſus eſt, ſi immodicum æs alienum ſit & graue, donationes immenuē tur nec integræ, ſed deducto ære alieno ſoluuntur.
m l. in duplicibus. D. h. t.
n quod ſpectādum eſt, vt intelligatur an ſupra dodrantem eius legatum ſit, & ita Falcidia locū habeat.
o nō enim proderit hoc legatarus ſi legatū ſit ſupra dodrantem patrimonij quod fuit mortis paternæ tempore.
p vt ſi fieri poſſit, dodrantem excedant, quia ex duobus teſtamētis legata relicta ſunt: videtur legis Falcidiæ ratio ponenda in duabus hæreditatibus. reſpondet tamen legata ita eſſe accipiēda, ac ſi vno teſtamento nempe paterno relicta eſſent.
q l. in ratione. §. quod vulgo. D. h. t.

X C. [k] Sicuti legata non debentur, niſi deducto ære alieno aliquid ſuperſit, nec mortis causâ donationes debebuntur; ſed infirmantur per æs alienum. Quare ſi [l] immodicum æs alienum interueniat, ex re mortis causâ ſibi donata nihil aliquis conſequitur.

X C I. [m] In duplicibus teſtamentis, ſiue de [n] patrimonio quęramus, ea ſola ſubſtātia ſpectatur quam pater cùm moreretur habuerit: nec ad rem pertinet, [o] ſi poſt mortem patris, filius vel acquiſierit aliquid, vel diminuerit: ſiue de legatis quæramus, tam ea quę in primis, quàm ea quę in ſecundis tabulis relicta ſunt, in vnum contribuuntur, [p] tanquam ſi & ea quę à filij hęrede reliquiſſet teſtator, à ſuo hęrede ſub alia conditione legaſſet.

X C I I. [q] Quod vulgò dicitur, in tabulis patris & filij vnam Falcidiam ſeruari; quam poteſtatem habeat videndum eſt. Quamuis enim ſubſtitutus, quę à pupillo relicta ſunt, cùm filius hęres extitit, vt ęs alienum quodlibet debeat; tamen propter ea quę data ſunt tabulis ſecundis, contributioni locus eſt; ſecundùm quę poterit euenire ne ſubſtitutus quicquam retineat, vel vt longè plus habeat quartę hęreditatis. Quid ergo ſi non ſufficiat pupilli hęreditas legatis, cùm patris ſuffeciſſet? de ſuo quadrante nimirum dabit ſubſtitutus, quoniam pater legauit de ſuo: nec ad rem pertinet quòd ex nullo teſtamento præſtatur vltra vires patrimonij: cùm in hac parte iuris legata quæ tabulis ſecundis relinquuntur, quaſi primis ſub conditione relicta intelligantur.

Tertia pars dicti capitis quarti.

De ratione legis Falcidiæ inter cohæredes & legatarios.

r l. in ſingulis. ibid.

XCIII. [r] IN ſingulis hæredibus rationē legis Falcidiæ componendam eſſe, non dubitatur. Et ideò ſi Titio & Seio hæredibus inſtitutis ſemis hæreditatis Titij exhauſtus eſt; Seio autem quadrans totorum bonorum relictus ſit; competit Titio beneficium legis Falcidiæ.

ſ §. vlt. Inſtit. h. t.

XCIV. [ſ] Cùm ratio legis Falcidiæ ponitur, antè deducitur æs alienum; item funeris impenſa: tunc demùm in reliquum ratio habetur, vt ex eo quarta pars apud hæredem remaneat: tres verò partes inter legatarios diſtribuantur pro rata ſcilicet portione eius quod cuique eorum legatum fuerit. Itaque ſi fingamus quadringentos aureos legatos eſſe; & patrimonij quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum eſſe; quarta pars legatariis ſingulis debet detrahi. Quòd ſi trecentos aureos quinquaginta legatos fingamus, octaua debet deduci. Ante enim detrahendum eſt quod extra quantitatem patrimonij eſt; deinde quod ex bonis apud hæredem remanere oportet.

CAP. V.

De his qui fruſtrationis cauſa legis Falcidiæ beneficium implorant.

t l. Diui. in prin. D. h. t.

XCV. [t] SEuerus & Antoninus Imperatores generaliter reſcripſerūt Bononio Maximo, vſuras præſtaturum eum qui fruſtrationis causâ beneficium legis Falcidiæ implorat.

TIT. II.

Si cui plus, quàm per legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur.

Hic titulus tribus capitibus continetur; Quorum primum, Edictum de lege Falcidia, quale. Secundum. Quando, quorúmque legatorum nomine ſatiſdari debeat, vel non. Cuius prima pars; Quando, quorúmque legatorum nomine ſatiſdari debeat. Secunda Quando, quorúmque legatorum nomine non interponenda hæc cautio. Tertium caput eſt, Quando committatur ſtipulatio, Si amplius, quàm per legem Falcidiam licuit, captum ſit, reddi: vel non committatur. Cuius prima pars, Quando committatur. Secunda pars, Quando non committatur.

CAP. I.

Edictum ea de re.

u l. 1. D. h. t.

I. [u] SI cui plus quàm licuerit legetur; & dubitari iuſtè poſſit, an lex Falcidia locum habitura eſt, nécne; ſubuenit prætor hæredi vt ei legatarius ſatiſdet, vt ſi apparuerit eum amplius legatorum nomine cepiſſe, quàm lege Falcidia capere licebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam det: dolúſque malus ab eo abfuturus ſit.

b d. l. hæc ſtipulatio.

II. [b] Hæc ſtipulatio ideò locum habet,
quia etſi repeti poteſt id quod ſolutum eſt,
tamen fieri poteſt vt non ſit ſoluendo is cui
ſolutum eſt: ac per hoc pereat quod da-
tum eſt.

CAP. II.

Quando, quorumque legatorum nomine ſatiſdari debeat: vel non.

Prima pars.

Quando ſatiſdari debeat.

c d. l. §. hæc verba.

III. [c] HÆc verba ſtipulationis [Quod am-
plius legatorum nomine ceperis,
quàm lege Falcidia liceat] non tantùm eum
comprehendunt qui amplius accepit quàm
ei Falcidia permiſit vt reddat partem, ha-
beat partem: verumetiam qui totum deberet
reſtituere. Etenim ſciendum eſt, legem Fal-
cidiam interdum partem eius quod datum
eſt, interdum totum reuocare. Cùm enim ha-
bita ratione æris alieni Falcidia ineatur, ple-
runque eueuit vt emergente debito, vel con-
ditione æris alieni exiſtente, totum quod le-
gatum eſt, exhauriatur.

d l. in lege Falcidia. D. ad leg. Falc.

IV. [d] In his legatis quæ ſub conditione re-
licta ſunt, Proculus putabat, cùm quęritur de
lege Falcidia, tantum eſſe in legato quantum
vænire poſſit: quod ſi eſt, & deductio ſic po-
teſt fieri, vt tantum videatur inde deberi,
quanti nomen vænire poteſt: ſed hęc ſenten-
tia non probatur. Cautionibus ergo meliùs
res temperabitur.

e l. 1. §. ſi in annos. ibid.

V. [e] Si in annos ſingulos legatum ſit Titio,
quia multa legata & conditionalia ſunt, cau-
tioni locus eſt quæ in edicto proponitur
[Quanto amplius accipit, reddi.]

f d. l. 1. & ſi legata. D. h. t.

VI. [f] Si legata quędam præſenti die relicta
ſunt, quædam ſub conditione; interponenda
illa ſtipulatio propter legata conditionalia,
dummodo ea legata quę pręſenti die ſint, in-
tegra ſoluantur. Iulianus denique ſcribit, ſi
purè & ſub conditione legata fuerint, & exi-
ſtente cõditione lex Falcidia locum habeat,
non aliter legatorum quæ purè data ſunt a-
ctionem dari debere, quàm ſi cautum fuerit
hęredi quanto amplius quàm per legem Fal-
cidiam licuerit, ceperit reddi.

g l. §. idem Iulianus.

VII. [g] Idem Iulianus ſcribit eum cui qua-
drans ſub conditione, & dodrans purè lega-
tus ſit, cauere debere quanto amplius quàm
per legem Falcidiam liceat, ceperit, red-
di.

h l. 1. § interdum. D. ad leg. Falc.

VIII. [h] Interdum omnimodo neceſſarium
eſt ſolidum ſolui legatario, interpoſita ſtipu-
latione [Quanto amplius quàm per legem
Falcidiam ceperit, reddi] veluti ſi quæ à pu-
pillo legata ſint, non excedant modum legis
Falcidiæ: veremur autem ne eo impubere
mortuo alia legata inueniantur quę contri-
butione facta excedunt dodrantem. Idem di-
citur & ſi principali teſtamento quędam ſub
conditione legata ſunt, quæ an debeantur in-

A certum eſt: & ideò ſi hæres ſine iudice ſoluere
paratus ſit, proſpiciet ſibi per hanc ſtipula-
tionem.

i l. 3. §. 1. 2. h. t.

IX. [i] Hæc cautio quæ propter legem Falci-
diam interponitur, legatorum habet præſta-
tionem.

k l. Videamus. ibid.

X. [k] Videamus an ſtipulatio [Quod amplius
quàm per legem Falcidiam licuerit, cœperit
dari] aduerſus eum non ſufficiat, qui legatum
B alij reſtituere ex fideicommiſſi cauſa debet.
Sufficiet autem dici, nihil eius fidei commiſ-
ſum eſſe. Cauebit ſcilicet legatario & is qui
fideicommiſſum accipiet, niſi fortè mallet le-
gatarius, circuitu ſublato, hæredi caueri: ſed
& legatario præterea cauendum eſt, ſi, vt ple-
runque æquum eſt, pro rata ex fideicommiſſo
retinere ei concedendum eſt, quamuis tan-
tum ex legato apud eum remanſurum ſit, vt
ſufficere poſſit ad præſtandum fideicom-
C miſſum.

l l. vlt. ibid.

XI. [l] Si non in controuerſia ſit proprietas,
ſed vſusfructus; poteſt enim rei, cuius pro-
prietas Titio legata eſt, alij legari; tunc de eo
reſtituendo, non Titio, ſed hæredi caueri de-
bet. Interdum & ſi ab hærede legetur vſusfru-
ctus, Titio cauendum eſt: veluti, ſi detracto v-
ſusfructu proprietas ei legetur; vſusfructus
Seio. Quid enim attinebit hoc caſu hæredi ca-
ueri, ad quem emolumentum intercidentis
D vſusfructus non ſit ſpectaturum? Verùm ſi
vſusfructu Seio legato, proprietas Titio ita le-
getur cùm ad Seium pertinere deſierit, tunc
hæredi caueri oportebit à fructuario; ab hæ-
rede autem Titio, quoniam non ſit certum, v-
ſusfructu intercepto, ad Titium proprietatem
reuerſuram.

m l. pen. ibid.

XII. [m] Si hæres partem bonorum, vel etiam
vniuerſa bona delata ad fiſcum diceret: con-
ſtaret autem de fideicommiſſo; decretum eſt,
vt petitori cauenti [euicta hæreditate reſtitu-
E tum iri] ſolueretur.

n l. 1. §. ſed & legatario. ibid.

XIII. [n] Sed & legatario cauendum eſt à quo
fideicommiſſum relinquitur.

o d. l. §. in mortis cauſa.

XIV. [o] In mortis cauſa donationibus po-
teſt dici hanc ſtipulationem eſſe interponen-
dam.

p d. l. in prin.

XV. [p] Hæc ſatiſdatio tam in primis tabulis
quàm ſecundis locum habet: ſed & in vtriſ-
que. Etenim legem Falcidiam ſemel eſſe ad-
F mittendam, etiamſi duplex ſit teſtamentum,
iam conuenit, contributis ſcilicet legatis, tam
his quæ ab ipſo pupillo, quàm his quæ à ſub-
ſtituto impubere relicta ſunt: & ſi non inter-
poſita ſit ſtipulatio, ex perſona pupilli tutelæ
actio hæredi pupilli aduerſus tutorem com-
petit. Sed vt Pomponius ait, & ipſi pupillo &
hæredi eius poterit committi ſtipulatio: ipſi,
quo caſu viuo eo Falcidia incipit locum ha-
G bere. De tutelæ quoque actione idem ſcri-
bit.

q l. is cui. D. ad leg. Falc.

XVI. [q] Is cui fideicommiſſum ſoluitur, ſi-
cut is cui legatum eſt, ſatiſdare debet quod
amplius quàm per legem Falcidiam ei licue-
rit, reddi: veluti cùm propter conditionem a-
liorum fideicommiſſorum vel legatorum le-
gis Falcidiæ cauſa pendebit. Sed & ſecundùm

Caſſij & veterum opinionem, ſi à pupillo fideicommiſſa capiuntur, propterea quæ à ſubſtituto erant relicta cauere debebit is cui ſoluatur. Nam quamuis repetitio ſit eorum quæ fideicommiſſi nomine non debita ſoluentur, tamen ſatiſdato cautum debet eſſe ei à qua pecunia proficiſcetur, ne damnum ſentiat deficiente eo cui ſolutum erit.

a l. hæc autē. §. 1. D. h. t.

XVII. [a] Si duo hæreditatem in ſolidum ſibi vindicent, fortè quòd eiuſdem nominis ſint, tam in poſſeſſorem quàm in petitorem competunt actiones, & creditoribus & legatariis.

b d. l. §. hæc cautio.

XVIII. [b] Hæc cautio vtique neceſſaria eſt, ſi quis pecuniam ſoluat, vel rem ſuam tradat: ſi verò rem hæreditariam ſoluat, vel rem tradat, quidam non putant cauendum: quia nec teneri poteſt eo nomine victus, cùm non poſſideat; vel dolo fecerit quominus poſſideat: hoc, ſi ante motam controuerſiam ſoluat: quòd ſi poſtea, culpæ nomine.

c d. l. §. vlt.

XIX. [c] Si cùm de nomine inter duos quæſtio eſt, nunquid non ſit caoendom ei qui hæreditariam rem tradat; quia omnimodo vnus liberatur quemadmodum ſi æs alienum hæreditarium ſoluatur. Sed ſi petitor pecuniam ſuam ſoluat, aut rem ſuam tradat; non habet vnde retineat; & ideo neceſſaria eſt cautio.

d l. 3. §. vlt. ibid.

XX. [d] Si legatum fuerit præſtitum ante interpoſitam hanc ſtipulationem, an condici poſsit vt cautio iſta interponatur. Mouet quæſtionem, quòd ea quæ per errorem omiſſa vel ſoluta ſunt, condici poſſunt: & hîc ergo quaſi plus ſolutum videtur ex eo quòd cautio intermiſſa eſt. Et ait Pomponius conditionem interponendæ ſatiſdationis cauſâ competere; & puto hoc probandum vtilitatis gratiâ.

Secunda pars dicti capitis ſecundi.

Quando, & quorum legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine non interponenda hæc cautio.

e d. l. §. quāuis.

XXI. [e] Qvamuis omnes legatarij & fideicommiſſarij neceſſe habeant hac ſtipulatione cauere, tamen quiboſdam remitti fratres Imperatores reſcripſerunt: vt puta his quibus minuta alimenta relicta ſunt.

f d. l. §. item ſciendum.

XXII. [f] Item ſciendum, fiſcum hanc cautionem non pati; ſed perinde conueniri poſſe atque ſi cauiſſet: cæteros autem cuiuſcunque dignitatis ſint, licèt iam legata perceperint, compelli debere ad cauendum.

g l. Diuus. ibid.

XXIII. [g] Pios Imperator ab eo qui annua legata præcipere ad diſtribuendum iuſſus erat, vetuit cautionem exigi, ceſſantium partes reddi, niſi apertè cauere iuſſus eſſet.

h l. cùm non facilè. ibid.

XXIV. [h] Cùm non facilè ſatiſdationem offerre legatarius vel fideicommiſſarius poſſit, & futurum ſit vt propter hoc à petitione liberalitatis ex teſtamento ſubmoueatur; nũquid onus ſatiſdationis ei remittendum erit? quod videtur adiuuari reſcripto Commodi Imperatoris in hæc verba; Is cuius de ea re notio eſt, ſi compererit ideò cautionem à te exigi vt à fideicommiſſi petitione auertaris; onus ſatiſdationis remitti curabit.

i l. hæc autē. ibid.

XXV. [i] Hæc ſatiſdatio locum habet, ſi iuſta cauſa eſſe videbitur. Nam iniquum erit omnimodo caueri nondum illata controuerſia litis, cùm poſsint eluſoriæ minæ fieri: eóque prætor eam rem ad cognitionem ſuam reuocat.

k l. 3. §. 1. D. h. t.

XXVII. [k] Si in plures dies pecunia legata eſt, cùm certum ſit legem Falcidiam locum habere; oon ſtipulationi, ſed computationi locum eſſe Pedius ait; vt exiſtimetur quanti ſit quod in diem legatum eſt, & tantum credatur eſſe legatum, quantum efficit æſtimatio: & pro modo eius ex omnibus legatis ſtatim legis Falcidiæ ratio habetur.

CAP. III.

Quando committatur ſtipulatio, ſi ampliùs quàm per legem Falcidiam liceat, committatur, vel non committatur.

Prima pars.

Quando committatur.

l l. Falcidiæ. D. ad leg. Falc.

XXVII. [l] Falcidiæ ſtipulatio ſtatim committitur, vbi conditio legati vel debiti exſtitit.

m l. 3. §. quoties. D. h. t.

XXVIII. [m] Quoties futurum eſt vt palam ſit & ante diem venientem iam Falcidiam locum habere: toties computatio eius fit. Nam ſi conditio in mora eſt, expectabimus conditionem donec exiſtat: ſi autem dies ſupereſt, tum hic intercapedinis temporis habita ratione & æſtimatione; ſic de Falcidia diſputabimus, & committi ſtipulationem dicemus.

n d. l. §. item. ſi ipſe.

XXIX. [n] Si ipſe qui præſtiterit legatum ex alia cauſa ſibi euicerit; vt puta, quando inuenitur ſequenti teſtamento hæres ſcriptus, in quo legatum iſte legatarius non acceperit; dicemus committi ſtipulationem propter viri boni arbitriom.

o d. l. §. & generaliter.

XXX. [o] Et generaliter vbicunque hæreditatem, vel quantitatem, vel emolumentum præſtitit is qui hac ſtipulatione ſibi proſpexerit; dicendum eſt ibi committi eam, ſi modò culpa abeſt ab eo qui ſtipulatus eſt.

XXXI. Quæſitum eſt an ſæpius committatur; & placet eam ſæpius committi, ſi per partes ablata eſt hæreditas.

Secunda pars.

Quando non committatur hæc ſtipulatio.

p d. l. § ſi legatarius.

XXXII. [p] SI legatarius hęredi qui cõtrouerſiã hęreditatis patitur, iã

vt ſpe-

vt ſperat, de legato ſibi præſtito cauerit, & euicta hereditas ſit, ſed negligētia vel dolo eius qui legatum præſtitit, dicemus non committi ſtipulationem propter viri boni arbitrium quod ineſt huic ſtipulationi.

a l. 1. §. vlt. ib. XXXIII. [a] Si res quæ legata ſit, apud legatarium interierit, dicendum eſt ſuccurri ei
b l. 2. ibid. qui promiſit;[b] & quanti ea res ſit.[c] Niſi dolo
c l. 3. ibid. ipſius aliquid factum ſit. Tunc enim etiam ex doli clauſula quæ in iſta ſtipulatione continetur, tenebitur, & replicatione repelli poterit.

TIT. III.

De mortis causâ donationibus.

Hic titulus quatuor capitibus continetur; quorum primum eſt, Cuiuſmodi ſit mortis causâ donatio. Secundum, Qui poßint mortis causâ donare, vel non: & quibus mortis cauſa donari poßit vel non. Cuius prima pars eſt, Qui poßint mortis causâ donare, vel non. Cuius partis prima particula eſt, Qui poßint donare causâ mortis. Secunda particula, Qui non poßint donare cauſâ mortis. Secūda pars, Quibus mortis cauſa donari poßit. Tertium caput eſt. Quæ res donari causâ mortis poſſunt, vel non. Quartum, De effectu donationis causâ mortis, & quo modo confirmetur, vel reuocetur.

CAP. I.

Cuiuſmodi ſit mortis cauſa donatio, eiuſque ſpecies.

a l. de donationibus. Inſt. I. [a] DOnationum duo ſunt genera, mortis causâ, & non mortis causâ. Mortis causâ donatio eſt, quę propter mortis ſit ſuſpicionem: cùm quis ita donat, vt ſi quid humanitus ei contigiſſet, haberet is qui accepit: ſin autem ſuperuixiſſet, is qui donauit reciperet: vel ſi eum donationis pœnituiſſet, aut prior deceſſerit is cui donatum ſit. Et in ſumma mortis causâ donatio eſt, cùm magis ſe quis vult habere, quàm eum cui donat; magiſque eum cui donat, quàm hæredem ſuum.

b l. 2. D. de mortis cauſa donationibus. II. [b] Iulianus tres eſſe ſpecies mortis causâ donationū ait: Vnam, cùm quis nullo præſentis periculi metu conterritus, ſed ſola cogitatione mortalitatis donat: aliam eſſe ſpeciem mortis causâ donationum ait, cùm quis imminente periculo commotus, ita donat vt ſtatim fiat accipientis. Tertium genus eſſe donationis ait, ſi quis periculo motus non ſic det vt ſtatim faciat accipientis; ſed tunc demùm cum mors fuerit inſecuta.

c l. 3. cum 3. ll. ſeqq. ibid. III. [c] Mortis causâ donare licet, non tantùm infirmæ valetudinis causâ, ſed periculi etiam propinquæ mortis, vel ab hoſte, vel à prædonibus, vel ab hominis potentis crudelitate, aut odio: aut nauigationis ineundæ, aut per inſidioſa loca ituro, aut ætatis confectæ. Hæc enim omnia inſtans periculum demonſtrant.

d l. Senatus. §. mortis cauſa. ibid. IV. [d] Mortis causâ donatio fit multis modis: aliàs extra ſuſpicionem omnis periculi à ſano, & in bona valetudine poſito: aliàs ex metu mortis, aut ex præſenti periculo, aut ex futuro: ſi quidem terra, marique tam in pace quàm in bello; & tam domi, quàm militiæ multis generibus mortis periculum metui poteſt. Nam & ſic poteſt donari, vt omnino ex ea valetudine, donatore mortuo, res nō reddatur: aut vt reddatur, etiāſi prior ex eadem valetudine deceſſerit; ſi tamen mutata voluntate reſtitui ſibi voluerit. Et ſic donari poteſt, vt non aliàs reddatur quàm ſi prior ille qui accepit deceſſerit. Sic quoque poteſt donari mortis cauſâ, vt nullo caſu ſit repetitio, id eſt, ne ſi conualuerit quidem donator.

V. [e] Vbi ita donatur mortis cauſâ vt nullo caſu reuocetur, cauſa donandi magis eſt quàm mortis cauſa donatio: & ideò perinde haberi debet atque alia quæuis inter viuos donatio. Idcirco nec Falcidia locum habet quaſi in mortis cauſa donatione. e l. vbi ita. ibid.

VI. [f] Mortis cauſâ donationes ad exemplū legatorum redactæ ſunt per omnia. Nam cùm prudentibus ambiguum fuerat, vtrùm donationis, an legati inſtar eam obtinere oporteret: & vtriuſque cauſæ quædam habebant inſignia, & alij ad aliud genus eam retrahebant; à Iuſtiniano Imperatore conſtitutum eſt, vt per omnia ferè legatis connumerentur. f l. de donat. Inſtit.

VII. [g] Neceſſe eſt hanc donationem coram quinque teſtibus fieri, [h] ſicuti quamlibet vltimam voluntatem; niſi apud acta fiat[i]: quo caſu teſtibus opus non habet. [k] Vtrobiuis autem fiat, neque inſinuatione indiget, neque ſcriptura, etiamſi quingentos aureos excedat. Nam tametſi rationem habet cōtractus cùm ſit, [l] tamen quando facta eſt, habet rationem vltimæ voluntatis; in qua de quacūque ſumma citra inſinuationis neceſſitatem diſponi poteſt. Quod indubitatum eſt in donatione cauſâ mortis vera; non autem in donatione inter viuos, ſi ex aliqua circunſtantia in eam tranſit: [m] vt ſi adiecta ſit clauſula de non reuocanda donatione, [n] aut mentio hæredum in quos tranſeat facta ſit; tunc enim donatum inter viuos putatur, vbi inſinuatio exigitur.

g Veſemb. Comment. in hunc t. D. l. vl. C. eo t.
h l. vlt. C. de codic.
i l. in donationibus. C. de donat.
k l. vlt. C. h. t. Ferrarius in forma. lib. de donat.
l d. l. vlt vbi glo. Guido Papa Deciſ. 325.
m l. ſi alienam vbi glo pen. l. vbi. D. h t. l. 1. & 2. C. eo.
n Bald. & Saly in l. 2. C. de iure dot. Ang. Conſ. 114.

CAP. II.

Qui poſſint mortis cauſa donare: & quibus mortis cauſa donari poßit.

Prima pars.

Qui poſſunt mortis cauſa donare.

VIII. [o] TAm is qui teſtamentum facit, quàm qui non facit, mortis cauſâ donare poteſt. o l. Tam is. D. h. t.

IX. [p] Filiusfamiliâs quamuis teſtamentum, ne permittēte quidē patre facere non poſſit, [q] quia ius illud publicum immutari priuata patris auctoritate nequit; tamē permiſſu pa- p Veſembec. Comm. in hunc t. D. d. l. tā is. §. 1. q l. 3. D. de teſta. iuncta l. ius publ. im. D. de pact.

tris cauſâ mortis donare poteſt, non minùs quàm reliquos contractus eo volente inire.

X. [a] Minor viginti quinque annis teſtari poteſt ſine curatore. Videtur ergo & abſque curatoris conſenſu mortis cauſâ donare poſſe.

XI. [b] Cùm pater in extremis vitæ conſtitutus, emancipato filio quędam ſine vlla conditione redhibendi donaſſet ac fratres & cohæredes eius bonis cõtribui donationes Falcidiæ cauſâ vellent; ius antiquum ſeruandum eſſe, Marcellus reſpondit. Non enim ad alia conſtitutionem pertinere, quàm quæ lege certa donarentur: & morte inſecuta, quodammodo bonis auferrentur, ſpe retinendi perempta. Eum autem qui abſolutè donaret, non tam mortis cauſâ, quàm morientem donare.

XII. [c] Fulcinius inter virum & vxorem mortis cauſâ donationem ita fieri dicebat, ſi donator iuſtiſſimum mortis metum habuit; Neratius, ſufficere exiſtimationem donantis hanc eſſe, vt moriturum ſe putet; quam iniuſtè nécne ſuſceperit, non quęrendum; quod magis tenendum eſt.

XIII. [d] Si mortis cauſâ inter virum & vxorem donatio facta ſit, morte ſecuta, reducitur ad id tempus donatio quo interpoſita ſit.

Secunda particula dictæ primæ partis dicti capitis ſecundi.

Qui non poſſunt mortis cauſa donare.

XIIII. [e] PVpillus mortis cauſâ donare nequit, ne authoritate quidem tutoris.

XV. [f] Si aliquis mortis cauſâ donauerit, & pœna fuerit affectus; remouetur donatio vt imperfecta; quamuis cæteræ donationes ſine ſuſpicione pœnæ factæ valeant.

XVI. [g] Etiamſi debitor conſilium creditorum fraudandorum non habuiſſet, auelli res mortis cauſâ ab eo donata debet. Nam cùm legata ex teſtamento eius qui ſoluendo non fuit omnino inutilia ſint, poſſunt videri etiam donationes mortis cauſâ factæ, reſcindi debere; quia legatorum inſtar obtinent.

Secunda pars dicti capitis ſecundi.

Quibus poteſt donari cauſa mortis.

XVII. [h] OMnibus mortis cauſâ capere permittitur, qui ſcilicet & legata accipere poſſunt.

XVIII. [i] Ei cui mortis cauſâ donatum eſt, poſſe ſubſtitui conſtat, vt promittat alicui ſi ipſe capere non poſſit, vel ſub alia conditione.

XIX. [k] In mortis cauſâ donationibus, non tempus donationis, ſed mortis intuẽdum eſt, an quis capere poſſit.

XX. [l] Mortis cauſâ capimus, non tunc ſolùm cùm quis ſuæ mortis metu donat, ſed & ſi propter alterius mortem id faciat: veluti, ſi quis filio vel fratre ſuo moriente, donet Mæuio, ea conditione, vt ſi conualuerit alteruter eorum, reddatur ſibi res: ſi deceſſerit, maneat apud Mæuium.

a Veſemb. l. loco Tiraq. de legibus cõnub. verb. contract.
b l. Seia §. vlt. D. h. t.
c l. pen. ibid.
d l. ſi mortis ab.
e Veſembec. in hunc t. D. l. vlt. C. eo. t.
f l. ſi aliquis. D. h. t.
g l. Etiamſi ibid.
h l. Omnibus. ibid.
i l. Ei cui. ibid.
k l. in mortis. ibid.
l l. Mortis cauſa capimus ibi.

CAP. III.

Quæ res donari cauſa mortis poſſunt.

XXI. [m] SEd an etiam futura, vel quod perinde eſt, an hæreditas donari cauſa mortis poſsit, eſt quod ambigas, aliis aliter ſentientibus. [n] Communior tamen ſententia eſt, bona omnia poſt mortem tãquam hæreditatem non poſſe relinqui donatione cauſâ mortis; ſicuti nec codicillis: quia pactis non datur hæreditas. [o] Quamuis autem vniuerſitas bonorum codicillis vel donatione cauſâ mortis relinqui poſsit, [p] ſicuti & fideicommitti aut legari; tamen eum cui donatur non fieri propterea hæredem; [q] ſed legatarij loco eſſe: ideóque etiam hæredem ſcriptum, vel ab inteſtato legitimum deducere poſſe quartam Falcidiam, [r] perinde ac de legato vel de fideicommiſſo deduceret, [s] quam ne donator quidem prohibere in donatione poſsit.

XXII. [u] Mortis cauſâ donatio etiam ſic cõſtitui poteſt, vt quid ſtipuletur in annos ſingulos quoad viueret; ſcilicet vt poſt mortem promiſſoris incipiat exactio.

XXIII. [x] Senatus cenſuit placere mortis cauſâ donationes factas, in eos quos lex prohibet capere, in eadem cauſa haberi, quæ eſſet ſi teſtamento his legata data eſſent, quibus capere per legem non liceret.

XXIV. [z] Donari abſenti cauſa mortis poteſt, tametſi eius nomine nemo ſtipuletur: [a] ſed non priùs ea ſortietur effectum quàm acceptam eam habuerit is cui donatum fuerat.

XXV. [b] Donatio mortis cauſâ facta exiſtimatur, ſi de ea mortis tẽpore facta mẽtio fuerit; vel de his quæ ad funus pertinent; & poteſt eiuſmodi donatio reuocari.

XXVI. [c] Sicut in vltimis voluntatibus habet locum ius adcreſcendi, ita & in mortis cauſâ donatione.

CAP. IV.

De effectu donationis cauſa mortis: & quo modo, & quando confirmetur, aut reuocetur.

XXVII. [d] EFfectus huius donationis eſt, vt morte donatoris in-

m Veſembec. in hunc t. D. Iaſon. in l. ſi. pul. nu. 33. & in l. licet. C. de pact. refert opiniones. DD. hac de re.
n l. nec codicillum. C. de teſtam. Inſt. de cod.
o l. hæreditas. C. de pact. conu.
p l. Sticula. D. ad ſenatuſc. Treb. l. mulier. §. vlt. eo. t.
q l. miles ad ſororem. D. de lega. 2. l. 2. §. vlt. D. de iur. cod.
r l. in donationibus. C. ad leg. Falc. l. 1. C. de donat. cauſ. mort. l. 1. §. quod mortis. D. quor. lega.
ſ l. ſi mortis. C. ad leg. Falcid. l. & in l. eã quam C. de fideicõ. glo. vlt. in c. vlt. de ſucceſſ. ab inteſt.
t Bald. Conſ. 474. Alciat. in l. licet ad verb. donationis. C. de pact.
u l. mortis cauſa. D. h. t.
x l. ſenatus. ibid.
z Boerius Deciſion. 353. l. Abſenti. vbi Bart. D. de donat. cõſtabo abſentis de prob. lib. 6. DD. in l. inter mortis. D. h. t. & in l. cum pater. §. Mæuius. D. de lega. 2. Bar. in l. 1. & in l. cum is §. 1. D. h. t. DD. in l. vlt. C. de pact. Alex. Conſ. 168. in fi. vol. 5. a d. locu & l. ſi ego vbi glo. D. de neg. geſt. Paul. Caſtr. Conſ. 171. b Boerius. d. Deciſ. l. Seia in p. D. h. t. l. Seia. D. de dote prel. l. apud Celſum §. Iulianus. D. de doli mali exc. l. quæ dotis. C. de iur. dot. vbi Bart. Bald. & Decius, & in l. donationib. C. ad leg. Falc. Ludo. Rom. Conſ. 129. Alex. Conſ. 14. lib. 1.
c Iaſ. in l. ſecundum D. de lega. 2. l. vn. §. 2. vbi Bart. & aly. C. de cad. toll.
d Veſemb. in hunc t.

ſecuta, rata maneat donatio: vtpote impleta donationis conditione,[a] non autem inſecuta reſoluatur. Quod & tum fit, cùm mutata voluntate reſtitui ſibi donator res donatas voluerit:[b] quoniam legatis hæc donatio comparatur,[c] quæ ſemper reuocari poſſunt.[d] Sed & ſi priùs decedat is cui donatum eſt, quàm donator; deficit ac ſoluitur, donatio exemplo legatorum.[e] Reſoluta ergo ad hunc modum donatione, condictio perſonalis vel vtilis in rem actio datur, prout commodum erit.

XXVIII. [f] Mortis causâ donatio, etiam dum pendet an conualeſcere poſſit donator, reuocari poteſt.

XXIX. [g] Si mortis causâ donatus eſt fundus, & in eum impenſæ neceſſariæ atque vtiles factæ ſint, fundum vindicantes doli mali exceptione ſummouentur, niſi pretium earum reſtituant.

a glo in l. apud Celſum. §. Iulianus in verb. ſpopondiſſet D. de dolo ma. exc. l. ſi filioſa. l. Donationes. D. h. t.
b l. Senatus. ib.
c l. Marcellus. ibid. l. vlt. C. ad leg. Falc.
d l. Dum. §. licet. De iur. cod. l. ſi quis. 22. D. de lega. 3. t. de adim. lega. Inſt. §. 1. Inſt. de do.
e l. Qui mortis. l. ſi filioſa. d. l. Senatus §. 1. l. ſi mortis. D. h. tit.
f l. Mortis causa donatio ibi.
g l. ſi mortis. ib.

TIT. IV.

De donationibus inter virum & vxorem.

CAP. I.

Cur donationes hæ prohibitæ ſint.

I. [a] MOribus apud Romanos receptum eſt, ne inter virum & vxorem donationes valerent, ſcilicet ſimplices, quæ propriè donationes dicuntur. Nam donationes propter nuptias valent. Hoc autem receptum eſt, ne mutuo amore inuicem ſpoliarentur, donationibus non temperantes, ſed profuſa erga ſe facilitate;[b] nec eſſet ſtudium liberos potiùs educendi. Sextus Cecilius & hanc rationem adiiciebat: quia ſæpe futurum eſſet vt diſcuterentur matrimonia, ſi non donaret is qui poſſet: atque ea ratione euenturum vt vænalia eſſent matrimonia.[c] Hæc ratio & oratione Antonini Imperatoris electa eſt. Nam ita ait, Maiores noſtri inter virum & vxorem donationes prohibuerunt, amorem honeſtum ſolis animis æſtimantes, famæque etiam coniunctorum conſulentes, ne concordia pretio conciliari videretur, néve melior in paupertatem decideret, & deterior ditior fieret.

a l. 1. D. h. t.
b l. 2. ibid.
c l. 3. ibid.

CAP. II.

Cuius generis donationes inter virum & vxorem non prohibitæ.

II. [d] SI vir vxori, cuius ædes incendio conſumptæ ſunt, ad refectionem earum pecuniam donauerit, valet donatio in tantum, in quantum ædificij exſtructio poſtulat.

III. [e] Si maritus vxori pecuniam donauerit, eáque vſuras ex donata pecunia percepit, lucrabitur.

IIII. [f] De fructibus quoque videamus, ſi ex fructibus prædiorum quæ donata ſunt, locupletata ſit, an in cauſam donationis cadant. Et Iulianus ſignificat, fructus quoque vt vſuras licitam habere donationem.

V. [g] [Fructus conſumpti ex cauſa donationis non reſtituuntur, ſed extantes] De quo tale extat reſcriptum Imperatoris Romani. Si fructus eorum prædiorum quæ in dotem accepiſti matrimonij tempore, vxorem tuam percipere paſſus es: eóſque vxor tua conſumpſit, reſtitui tibi poſt diuortium oportere, nulla ratione contendis. Sin autem ex his locupletior facta eſt, in tantum poteſt conueniri.

VI. [h] Si vir vxoris, aut vxor viri ſeruis aut veſtimentis vſus vel vſa fuerit, vel in ædibus eius gratis habitauerit, valet donatio.

VII. [i] Si quis pro vxore ſua vectigal quod in itinere præſtari ſolet, ſoluiſſet; an, quaſi locupletior eſſet ea facta, exactio fiat; an verò nulla ſit donatio. Et magis puto non interdictum hoc. Nam & Papinianus ſcripſit vecturas vxoris & miniſteriorum eius, itineris ſui causâ datas virum repetere non poſſe.

VIII. [k] Non videtur locupletior facta mulier, ſi aut in obſonio, aut in vnguentis, aut in cibariis familiæ donatam ſibi pecuniam impendit.

IX. [l] Si maritus pecuniam vxori in vnguenta dederit; eáque eam pecuniam creditori ſuo ſoluerit; mox ea de ſua pecunia vnguenta emerit, non videri locupletiorem factam Marcellus ſcribit: idémque & ſi ſuam pecuniam ob eandem cauſam ei dederit, eáque lancem retinuerit, de ſua autem pecunia vnguenta emerit, vindicationem ceſſare, quia non eſt locupletior, quæ tantundem in re mortua impendit.

X. [m] Si vir & vxor quina inuicem ſibi donauerint, & maritus ſeruauerit, vxor conſumpſerit; rectè placuit compenſationem fieri donationum; & hoc Hadrianus Imperator conſtituit.

XI. [n] Venditio inter virum & vxorem bona fide facta, non retractatur.

XII. [o] Marcellus quærit, ſi mulier acceptam à marito pecuniam, in ſportulas pro cognato ſuo ordini erogauerit, an donatio valeat. Et ait valere: nec videri locupletiorem mulierem factam, quamuis mutuam pecuniam eſſet acceptura, & pro affine erogatura.

XIII. [p] Quod adipiſcendæ dignitatis gratiâ ab vxore in maritum collatum eſt, eatenus ratum eſt, quatenus dignitati ſupplendæ opus eſt.

XIIII. [q] *Caius.* Nuper ex indulgentia Principis Antonini recepta eſt alia cauſa donationis, quam dicimus honoris gratiâ: vt ecce, ſi vxor viro, id eſt, ſenatoriæ dignitatis laticlanij petendi gratiâ donet, vel equeſtris ordinis fiat, vel ludorum causâ.

d l. quod ſi vir. ibid.
e l. ex annuo. §. 1. ibid.
f l. de fructibus ibid.
g l. ſi fructibus. C. eo. t.
h l. ſi vir. D. h. t.
i l. ſi quis pro vxore ibid.
k d. l. §. pen.
l l. Quod autẽ. §. 1. ibid.
m d. l. §. ſi vir.
n d. l. §. ſi vxo.
o l. ſi ſponſus. §. penul. ibid. Sportula eſt obſoniũ quod dabant. Romani ſalutatoribus dabant, ſecretò ipſi cœnantes, in limine autem domus ſportula conſtituebatur.
p l. quod adipiſcenda d. t. l. ſi propriis. D. eo. t.
q l. Nuper. D. h. t.

a l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ibid.

A XV. [a] Si maritus hæres inſtitutus repudiet hæreditatem donationis cauſâ; Iulianus ſcripſit donationem valere. Neque enim pauperior ſit qui non acquirit; ſed qui de patrimonio ſuo depoſuit. Repudiatio autem mariti mulieri prodeſt, ſi vel ſubſtituta ſit mulier, vel etiam ab inteſtato hæres futura. Simili modo & ſi legatum repudiet, placet nobis valere donationem ſi mulier ſubſtituta ſit in legato; vel etiam ſi proponas eam hæredem inſtitutam. B

b d. l. § ſi quis rogatus.

XVI. [b] Si quis rogatus ſit, præcepta certa quantitate, vxori ſuæ hæreditatem reſtituere; & is ſine deductione reſtituerit; Celſus ſcripſit, magis pleniore officio fidei præſtandæ functum maritum, quàm donaſſe videri: & rectam huic ſententiæ rationem adiecit; quòd pleriq; magis fidem exſoluunt in hunc caſum, quàm donant: néc de ſuo putant proficiſci quod de alieno plenius reſtituerunt; C nec immeritò. Sæpe enim credimus aliquid defunctum voluiſſe, & tamen non rogaſſe: quæ ſententia habet rationem magis in eo qui non erat, deducta quarta, rogatus reſtituere; & tamen integram fidem præſtitit omiſſo ſenatuſconſulti commodo: hic enim verè fidem exſoluit; hoc ita ſi non per errorem calculi fecit. cæterùm indebiti fideicommiſſi eſſe repetitionem. Vbicunque igitur non deminuit de facultatibus ſuis qui D donauit, valet; vel etiam ſi deminuat, locupletior tamen non ſit qui accepit, donatio valet.

c l. ſi eum. §. vlt. cum l. seq ibid.

XVII. [c] Inter virum & vxorem donationes mortis causâ receptæ ſunt: quia in id tempus excurrit donationis euentus, quo vir & vxor eſſe deſinunt.

d l. ſiue vxor. ibid.

XVIII. [d] Siue vxor marito res donaſſet; iſque eas in dotem pro communi filia dediſſet: ſiue poſt donationem quam in E maritum contulit, vxor paſſa eſt eum pro filia in dotem dare, benignè dici poteſt, etiamſi prima donatio nullius momenti eſt, attamen ex ſequenti conſenſu valere dotis dationem.

e l. Vtrum. ibi.

XIX. [e] Vtrum negotium vxoris gerens, an officio mariti inductus in rem eius impenderit vir, facti, non iuris eſt quæſtio: ſed coniectura eius rei ex modo & ex genere impenſæ F non difficilis eſt.

Imperator Conſtantinus.

* l. pen. C. eo. t.

XX. * Donationes quas Imperator in piiſſimam coniugem, vel illa in ſereniſſimum maritum contulerit, illicò valere ſancimus, & pleniſſimam habere firmitatem: vtpote Imperialibus contractibus legis vicem obtinentibus, miniméque opitulatione quadam extrinſecus egentibus.

CAP. III.

Cuiuſmodi donationes inter virum & vxorem ſunt prohibitæ.

f l. Quod aut. ibid. D. h. t.

A XXI. [f] QVòd autem ſpectetur tempus, an locupletiores ſint facti; vtrùm tempus litis conteſtatæ, an rei iudicatæ? Et verum eſt, litis conteſtatæ tempus ſpectari oportere: idq; Imperator noſter (inquit Vlpianus) cum patre reſcripſit.

g l. ſi quis pro vxore. §. ſi vir. ibid.

XXII. [g] Si vir vxori munus immodicum Kalendis Ianuariis, aut natali die dediſſet: donatio eſt: ſed ſi impenſas quas faceret mulier, quò ſe honeſtius tueretur, contrà eſt. B

h l. Quintus. ib.

XXIII. [h] Quintus Mutius ait, Cùm in controuerſiam venit vnde ad mulierem quid peruenerit; & verius & honeſtius eſt, quod non demonſtrabitur vnde habeat, exiſtimari à viro, aut qui in poteſtate eius eſſet, ad eam perueniſſe: euitãdi autem turpis quæſtus gratiâ circa vxorem hoc videtur Quintus Mucius probaſſe.

i l. 3. §. 1. ibid.

C XXIIII. [i] Si matrimonium moribus legibúſque non conſtat, donatio non valebit: ne quidem ſi aliquod nuptiis impedimentum inueniatur, donatio valebit, ne melior ſit conditio eorum qui deliquerunt. Seuerus tamen Imperator in liberta Pontij Paulini contrà ſtatuit, quia non erat affectione vxoris habita, ſed concubinæ.

CAP. IV. D

De donationibus factis liberis qui in poteſtate ſunt viri aut vxoris: vel parentum eorum, aut ab ipſis inuicem.

k l. Nec inter. C. h. t.

XXV. [k] NEc inter eas quidem perſonas, quarum iuri ſubiecti ſunt vir & vxor: qui, quæve in eorum poteſtate ſunt, donationes fieri iure ciuili poſſunt. E

l l. 3. §. qui in eundem. D. h. tit.

XXVI. [l] Qui in eiuſdem poteſtate ſunt; prohibentur ſibi donare: vt puta frater matri, qui eſt in ſoceri poteſtate.

m d. §.

XXVII. [m] Si mater filio qui in patris poteſtate eſſet, donet; nullius momenti erit donatio: quia patri quæritur.

n ibid.

XXVIII. [n] Sed ſi in caſtra eunti filio dedit, videtur valere: quia filio quæritur; & eſt F caſtrenſis peculij. Quare & ſi filius vel priuignus, vel quiuis alius poteſtati mariti ſubiectus de caſtrenſi peculio donauit, non erit irrita donatio.

o ibid.

XXIX. [o] Prohibetur igitur & vxori & nurui donare etiam is qui eſt in ſoceri poteſtate.

p d. l. §. ab vxore.

XXX. [p] Ab vxoris nurúſve parte prohibitum eſt donari viro, vel genero. Sed & his qui ſunt in eorum poteſtate; ſi fuerit donatum, vel in quorum ſunt poteſtate, non G valebit donatio, ſi modò vir & ſocer ſint in eiuſdem poteſtate, vel vir in ſoceri. Cæterùm ſi in aliena familia eſt maritus, neque ſocero, neque ei qui eſt in eius poteſtate, neque ei in cuius eſt, donatione interdictum eſt.

a l.l § ſocru.

XXXI. a Socrus à nuru, vel contrà, donari non eſt prohibitum; quia hîc ius poteſtatis non vertitur.

CAP. V.

Quomodo confirmentur donationes inter virum & vxorem, aliáſve perſonas, quibus donatione patriæ poteſtatis ratione interdictum eſt: & eæ donationes reuocentur.

b Donationes quas parentes. C h.t.

XXXII. b[SI donationes non valent ratione poteſtatis vel matrimonij, confirmantur morte, & confirmatio retrotrahitur.] *De quo Imperator Iuſtinianus ita conſtituit:* Donationes, quas parẽtes in liberos cuiuſcunque ſexus conſtitutos conferunt; vel vxor in ſuum maritum, vel maritus in vxorem, vel alteruter eorum in aliam perſonam, cui conſtante matrimonio donare non licet; vel aliæ perſonæ in eam cui donare non poterant; ita firmas eſſe per ſilentium donatoris vel donatricis ſancimus, ſi vſque ad quantitatem legitimam, vel eam excedentes, actis fuerint intimatæ. Nam amplioris quantitatis donationem minimè intimatam, nec per ſilentium eius qui donauit, confirmari concedimus. Sin verò ſpecialiter eas in ſuprema voluntate donator vel donatrix confirmauerit; ſine vlla diſtinctione ratæ habebuntur. Ita tamen, vt ſi quidem vltra lege definitam quãtitatem expoſitæ, minimè in actis inſinuatæ fuerint, ſpecialis earum confirmatio ex eo tempore vim habeat, ex quo eædem donationes confirmatæ ſunt. Si verò vel non amplior ſit donatio; vel cùm amplior eſſet, in actis inſinuata ſit, tunc & ſilentium donatoris vel donatricis, & ſpecialis confirmatio ad illud tempus referatur, quo donatio conſcripta ſit; ſicut & alias ratihabitiones negotiorum geſtorum ad illa reduci tempora oportet, in quibus cõtracta ſunt; nec *in cæterum ſubtilem diuiſionem facti vel iuris introduci poſſe.

* glo interl. addit id eſt, de cætero.

c l. Res vxor. ibid.

XXXIII. c Donationes à viro collatæ in vxorem, damnato & mortuo ex pœna marito, ei non auferuntur. Sin autem aqua & igni ei interdictum erit, vel deportatio illata, non tamen mors ex pœna ſubſecuta, donationes adhuc in pendenti manent; quia nec matrimonium in huiuſmodi caſibus diſſoluitur: ita vt ſi ad vitæ ſuæ tempus maritus eas non reuocauerit, ex morte eius confirmentur; fiſco ad eaſdem res nullam communionem habituro.

Imperator Gordianus Secundinæ.

d l. ſi maritus. ibid.

XXXIV. Si maritus tuus creditores ſortitus poſt factam in te donationem, fundum quem ex donatione iuri tuo vindicas, iiſdem ſpecialiter obligauit, eandem obligationem defenſionis tuæ firmitatem interrumpere intelligere debes; cùm ſit manifeſtum non ſolùm huiuſmodi obligatione, ſed etiam donatione vel venditione, vel alio quolibet modo rebus alienatis reuocatam eſſe à viro in mulierem factam donationem.

Imperator Antoninus Triphenæ.

e l. 1 ibid.

XXXV. e Bona quondam mariti tui fiſcus, ſi nemine ei; ſucceſſore exiſtente vt vacantia occupauit; donationes ab eo factę, ſi vſque ad finem vitæ in eadem voluntate permanſit, reuocari non poſſunt.

f l. Etiam. ibid.

XXXVI. f Donatio in matrimonio facta, priùs mortua ea quæ liberalitatem excepit, irrita eſt.

g l. ſi ſponſus. §. vlt. cum l. ſeq. D. h. t.

XXXVII. g In donationibus iure ciuili impeditis hactenus reuocatur donum ab eo eáve cui donatum eſt, vt ſi quidẽ exſtet res, vindicetur: ſi conſumpta ſit, hactenus quatenus locupletior quis factus eſt; quia quod ex non conceſſa donatione retinetur, id aut ſine cauſa, aut iniuſta cauſa retineri intelligitur, ex quibus cauſis condictio naſci ſolet.

IVRIS CIVILIS ROMANI, GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER XXIIII.

TIT. I.

Quemadmodum teſtamenta infirmentur.

Hic titulus ſex capitibus continetur; quorum primum eſt, Quando propter præteritionem liberorum rumpatur teſtamentum. Cuius capitis prima pars eſt; Quando ea de cauſa rumpatur. Secunda, De poſthumis hæredibus inſtituendis vel exhæredandis. Tertia, Quomodo filius hæres inſtituendus. Cuius partis prima particula eſt, Sub qua conditione inſtitui hæres filius poßit. Quarta pars dicti capitis primi, Quibus ex cauſis propter præteritionem aut exhæredationem liberorum vel parentum non rumpatur teſtamentum. Cuius partis prima particula eſt, Quibus ex cauſis exhæredari filius iure poßit. Secunda, Quibus ex cauſis exhæredari parentes iure poßint. Quinta pars dicti capitis primi, Cùm ex cauſa præteritionis aut exhæredationis rumpitur teſtamentum, legata & cætera ex eo firma manent. Sexta pars eiuſdem capitis, Quomodo liberis, vel parentibus præteritis, vel iniuſtè exhæredatis ſuccurratur. Secundum caput eſt, Quando exhæredatio vel præteritio liberorum non rumpat teſtamentum. Tertium, De legitima portione bonorum quæ liberis in bonis parentum competit; aut parentibus in bonis liberorum. Quartum, Quando prius teſtamentum rumpitur per poſterius, vel non rumpatur. Cuius prima pars, Quando rumpatur. Secunda pars Quando prius teſtamentum non rumpatur per poſterius. Quintum caput eſt, De cancellatione & inciſione teſtamenti. Sextum caput eſt, Quando capitis diminutione teſtamenta infirmentur.

CAPVT I.

Quando propter præteritionem liberorum rumpatur teſtamentum: aut non.

Prima pars.

Quando ex ea cauſa rumpatur.

I. [a] TESTAMENTVM aut non iure factum dicitur, vbi ſolemnia iuris deficiunt; aut nullius eſſe momenti, cùm filius qui fuit in patris poteſtate præteritus eſt: aut rumpitur alio teſtamento, ex quo hæres exiſtere poterit, vel agnatione ſui hæredis, aut in irritum conſtituitur, non adita hæreditate.

a l. 1. D. de iniuſto, rupto & irrito facto teſtamento.

B

II. [b] Inter cetera quę ad ordinanda teſtamenta neceſſariò deſiderantur, principale ius eſt de liberis hæredibus inſtituendis, vel ex hæredandis; ne præteritis iſtis rumpatur teſtamentum. Nam filio præterito qui in poteſtate eſt, rumpitur teſtamentum.

b l. inter cætera.

C

III. [c] Qui filium in poteſtate habet, curare debet, vt eum hæredem inſtituat, vel exhæredem nominatim faciat: alioqui ſi eum ſilentio prætereat, inutiliter teſtabitur: [d] adeò quidem vt etiamſi viuo patre filius deceſſerit; nemo hæres exiſtere poſſit; quia ſcilicet ab initio non conſtiterit teſtamentum.

c Inſtit. de exhæredatione liberorum.

d Idem l. ſi ſi ius D. d. t. de iniuſt. rupt.

D

IIII. [e] Quid ſit nominatim exhæredare, videamus. Nomen & prænomen, & cognomen eius dicendum eſt: an ſufficit vel vnum ex his? Et conſtat ſufficere.

e l. 2. d. t. § nominatim. Inſtit. d. t. de exh. lib.

A

V. [f] Nominatim exhæredatus filius ita videtur [filius meus exhæres eſto] ſi nec nomen eius expreſſum ſit, ſi modò vnicus ſit. Nam ſi plures ſunt filij, benigna interpretatione potiùs à pleriſque reſpondetur, nullum exhæredatum eſſe.

f l. 2. D. d. t. de iniuſt. rupt.

VI. [g] Et ſi pepercerit filium dicere; ex Seia natum dixerit, rectè exhæredat. Et ſi cum conuitio dixerit [non nominandus,] vel [non filius meus,] magis eſt vt rectè exhæredatus ſit: Nam & ſic ex adulterio natum dixit.

g l. 3. ibid.

B

VII. [h] Filij etiam hoc modo exhæredantur [filius exhæres erit.]

h l. filij etiam. ibid.

VIII. [i] Pater teſtamento hæredem inſtituit: & filium habens ſic exhæredem poſuit. [Cæteri omnes filij, filiæque meæ exhæredes ſunto] Paulus reſpondit filium rectè exhęredatum videri. Poſtea conſultus an videatur exhæredatus quem pater putauit deceſſiſſe, reſpondit filios & filias nominatim exhęredatos proponi: de errore autem patris qui interceſſiſſe proponitur, apud iudicem agi oportere.

i ibid.

C

IX. [k] Filiusfamiliâs ſi militet, vt paganus à patre, aut hæres ſcribi, aut exhęredari debet, ſublato edicto Auguſti Imperatoris, quo cautum fuerat, ne pater filiũ militẽ exhęredaret.

k l. filiusfamilias. ibid.

X. [l] Si ita facta ſit hęreditatio [Si filius natus, natáve ſit, exhęres eſto] vtriſq; natis non rumpitur teſtamentum.

l l. ſi ita. ibid. Nam particula ve pro copulatiua accipitur, vt ſcripſi l. ſi quis ita. D. de auro & arg. leg.

D

XI. [m] Purè filium exhęredari Iulianus putat, qua ſententia vtimur.

m l. 3. § 1. D. d. t. de iniuſt. rup. & irr.

XII. [n] Filius inter medias hęredũ inſtitutiones rectè ex hęredatur; & erit à toto gradu ſũmotus: niſi fortè ab vnius perſona eum teſtator exhæredauerit. Nã ſi hoc fecit, vitioſa eſt

n d. l. § filius.

exhæ-

exhæredatio: quemadmodum ſi ita eum exhæredauerit [Quiſquis erit mihi filius, exhæres eſto.] Nam huiuſmodi exhæredatio vitioſa eſt: quoniam poſt aditam hæreditatem voluit eum ſummoueri: quod eſt impoſſibile.

ad.l.§. ante. XIII. a Ante hæredis inſtitutionem exhæredatus ab omnibus gradibus ſummotus eſt: inter duos autem gradus exhæredatus, ab vtroque remotus eſt.

b d.l.§.in'eo. XIIII. b In eo qui miſcuit duos gradus, exhæredationem valere Marcianus rectè putat: veluti, [Primus hæres eſto ex ſemiſſe: ſi Primus hæres non erit, Secundus ex ſemiſſe hæres eſto: Tertius ex alio ſemiſſe hæres eſto: Si Tertius hæres nõ erit, Quartus hæres eſto.] Nam ab vtroque gradu ſummotus eſt.

c d.l.§.vlt. XV. c Si ita teſtatus ſit paterfamiliâs vt à primo quidem gradu filium præteriret; à ſecundo ſolo exhæredaret; perempto primo gradu, teſtamentum ab eo gradu exordium ſumit, vnde filius exhæredatus eſt.

d § ne ergo. Inſt. de exh. lib. XVI. d Ne rumpatur teſtamentum, ſicut ipſum filium vel hæredem inſtituere vel exhęredare debet teſtator, ne non iure faciat teſtamentum: ita & nepotem neptémve ex filio neceſſe eſt ei vel hæredem inſtituere vel exhæredare: ne fortè eo viuo, filio mortuo, ſuccedendo in locum eius, nepos neptíſve quaſi agnatione rumpat teſtamentum: idque lege Vellea prouiſum eſt, in qua ſimilis modus exhæredationis ad ſimilitudinem poſthumorum demonſtratur.

e §. emancipatos.d.t. XVII. e Emancipatos liberos iure ciuili neque hęredes inſtituere, neq; exhæredare neceſſe eſt; quia non ſunt ſui hæredes. Sed Prætor omnes tam fœminini ſexus quàm maſculini, ſi hęredes non inſtituantur, exhęredari iubet, virilis ſexus nominatim; fœminini verò inter cæteros exhęredari: quia ſi neque hęredes inſtituti fuerint, neque, vt diximus, exhæredati, permittit eis Prætor contra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem.

f § ſed hæc quidem ibid. XVIII. f Sed hæc quoniam vetuſtas introducebat, Iuſtiniani conſtitutio inter maſculos & fœminas nihil intereſſe exiſtimans, quia vtraq; perſona in hominum procreatione ſimili naturæ officio fungitur: & lege antiqua duodecim tabularum omnes ſimiliter ad ſucceſſionem ab inteſtato vocabantur: quod & Prætores ſecuti videntur, ideo ſimplex & ſimile ius & in filiis & filiabus, & in cęteris deſcendentibus perſonis non ſolùm iam natis, ſed etiã poſthumis introduxit, vt omnes ſiue ſui iuris, ſiue emancipati ſint, vel hæredes inſtituantur, vel nominatim exhæredentur, eundem habeant effectum circa teſtamenta parentum ſuorum infirmanda, & hæreditatem auferendam, ſiue iam nati ſint, ſiue adhuc in vtero conſtituti poſtea nati ſint.

g §. vlt. ibid. XIX. g Mater, vel auus maternus neceſſe non habent liberos ſuos aut hæredes inſtituere aut exhæredare, ſed poſſunt eos ſilentio omittere. Nam ſilentium matris aut aui materni, cęterorúmque per matrem aſcendentium, tantum facit quantum exhæredatio

A patris. Neque enim matri filium filiámve neque auo materno nepotem neptémve ex filia, ſi eum eámve hæredem non inſtituat, exhæredare neceſſe eſt, ſiue de iure ciuili, ſiue de edicto Prætoris; quo Prætor præteritis liberis contra tabulas bonorum poſſeſſionem promittit: ſed aliud eis adminiculum ſeruatur, ſcilicet inofficioſi teſtamenti querela.

B

Secunda particula dicti capitis primi.

De poſthumis hæredibus inſtituendis vel exhæredandis.

h § poſthumi quoque ibid. XX. h POſthumi quoque liberi vel hęredes inſtitui debent, vel exhæredari. Et in eo par omnium conditio eſt, quòd & filio poſthumo, & quolibet ex cæteris liberis, *ſiue fœminini ſexus, ſiue maſculini, præterito, valet quidem teſtamentum: ſed poſtea agnatione poſthumi ſiue poſthumæ rumpitur. Ideóque ſi mulier ex qua poſthumus ſiue poſthuma ſperabatur, abortum fecerit, nihil impedimento eſt ſcriptis hæredibus ad hæreditatem adeundam. * Vxoris tamen abortu teſtamentum mariti non ſolui; poſthumo verò præterito, quamuis natus illico deceſſerit, non reſtitui ruptum, iuris euidentiſſimi eſt.

* l. Maximũ vitium. C. de lib. præt.

* l. 2. C de poſth. hær. inſt. vel exh.

i §. dotatas ib. l. Poſthumorũ. D. h. t. XXI. i Poſthumorum autem loco ſunt & ij qui in ſui hæredis loco ſuccedendo, quaſi agnaſcendo fiunt ſui hæredes. Vt ecce, ſi quis filium, & ex eo nepotem neptémve in poteſtate habeat, quia filius præcedit, is ſolus iura ſui hæredis habet, quamuis nepos ex eo in eadem poteſtate ſit. Sed ſi filius eius viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de poteſtate eius, incipit nepos neptíſve in eius locum ſuccedere, & eo modo iura ſuorũ hæredum quaſi agnatione nanciſcuntur.

k Rolandinus tract. de teſta. cap. 15. XXII. k Poſthumus duobus modis accipitur; Strictè, qui in vita teſtantis conceptus, & poſt mortem eius natus eſt: l Largè, qui poſt teſtamentum natus eſt, patre viuente.

l l. 3. § 1. D de inı. rupt & irr.

m l. 3. d. t. XXIII. m Poſthumi per virilem ſexũ deſcendẽtes ad ſimilitudinem filiorum nominatim exhæredandi ſunt, ne teſtamentum agnaſcendo rumpant.

n d. l. §. 1. XXIV. n Poſthumos autem dicimus eos duntaxat qui poſt mortem parentis naſcuntur. Sed & hi qui poſt teſtamentum factum naſcuntur, ita demùm per legem Velleam rumpere teſtamentum prohibentur, ſi nominatim ſint exhæredati.

o d. §. XXV. o Vnde etiam ante hæredis inſtitutionem, vel inter medias hæredum inſtitutiones, vel inter gradus exhęredari poſſunt. Nam Marcus Imperator decreuit idem in poſthumo quod filio ſeruandum; nec ratio diuerſitatis reddi poteſt.

p d. l. § ex his XXVI. p Ex his apparet aliam cauſam eſſe filiorum ſuperſtitum, aliam poſthumorum: illi iniuſtum faciunt, hi rumpunt;

illi ſemper; hi ſi naſcantur, nec inueniant ſe exhæredatos.

a d. §.

XXVII. [a] Sed & ſi ſit ante hoc aliud teſtamentum à quo poſthumus exhæredatus ſit, placet ſiue poſt mortem teſtatoris naſcatur, ſiue viuo teſtatore vtrumque ruptum eſſe, & ſuperius per inferius, & inferius per poſthumum rumpi.

b d. l. §. nominatim.

XXVIII. [b] Nominatim exhæredatus poſthumus videtur, ſiue ita dixerit [Quicunque mihi naſceretur] ſiue ita [ex Seia] ſiue ita [Venter exhæres eſto] Sed & ſi dixerit [Poſthumus exhæres eſto,] natus vel poſt mortem, vel viuo teſtatore non rumpet.

c d. l. §. vlt.

XXIX. [c] Licèt tamen poſthumus præteritus adgnaſcendo rumpat, tamen interdum euenit vt pars teſtamenti rumpatur: vt puta, ſi proponas à primo gradu poſthumum exhæredatum, à ſecundo præteritum. Nam hîc primus gradus valet, ſecundus ruptus eſt.

d l. ſi quis filio exhæredato. D. h. t.

XXX. [d] Nepos præteritus ita demùm rumpit teſtamentum, ſi tempore mortis aui filius non præcedat verè, vel fictè. Vt puta, ſi quis filio exhæredato, nuru prægnante relicta deceſſit, & extraneum ſub conditione hæredem inſtituerit, vel deliberante hærede inſtituto de adeunda hæreditate: exhæredatus filius deceſſerit, & nepos fuerit natus, an rumpat teſtamentum? Et dicemus teſtamentum non rumpi, cùm nec exhæredati huiuſmodi nepos deberet ab auo quem pater præcedebat. Planè ſi fortè inſtitutus omiſerit hæreditatem, huic auo ſuo futurum hæredem ab inteſtato non dubitatur. Vtrumque propriis rationibus. Nam adgnaſcendo is rumpit, quem nemo præcedebat mortis tempore: ab inteſtato verò is ſuccedit, cui antè eum non eſt delata hæreditas. Non fuiſſe autem filio delatam hæreditatem apparet ex eo, cùm deliberante inſtituto deceſſerit; ſed hæc ita, ſi mortis aui tempore in vtero nepos fuit. Cæterùm ſi poſtea conceptus eſt, Marcus, ſcribit neque vt ſuum, neque vt nepotem, aut cognatum ad bonorum poſſeſſionem poſſe admitti.

e l. Commodiſſime D. h. t.

XXXI. [e] Commodiſſimè is qui nondum natus eſt, ita hæres inſtituitur [Siue viuo, ſiue mortuo natus fuerit, hæres eſto] aut etiam purè neutrius temporis habita ratione. Si alteruter caſus omiſſus fuerit, natus rumpit teſtamentum: quia hic filius, nec ſub conditione quidem ſcriptus hæres intelligitur, qui in hunc caſum naſcitur qui non eſt teſtamento adprehenſus.

f l. Quod dicitur d. t.

XXXII. [f] Quod dicitur filium natum rumpere teſtamentum, natum accipe, etſi exſecto ventre editus ſit. Nam & hic rumpit teſtamentum, ſcilicet ſi naſcatur in poteſtate. Quid tamen ſi non integrum animal editum ſit, cum ſpiritu tamen, an adhuc teſtamentum rumpat? Et hic etiam rumpit.

g l. Gallus. ibi.

XXXIII. [g] Gallus ſic poſſe inſtitui nepotes induxit, [Si filius meus viuo me morietur, tunc ſi quis mihi ex eo nepos, ſiue quæ

A neptis poſt mortem meam in decem menſibus proximis natus, natáve erit, hęredes ſunto [Quidam admittendum credunt, etiamſi non exprimat de morte filij, ſed ſimpliciter inſtituat, vt eo caſu valeat qui ex verbis concipi poſſit.

h ibid.

XXXIV. [h] Idem credendum eſt Gallum exiſtimaſſe & de pronepote; Vt dicat teſtator, [Si me viuo nepos decedat, tunc qui ex B eo pronepos ſit,] & cætera. Sed & ſi viuo filio, iam mortuo pronepote, cuius vxor prægnans eſſet, teſtamentum faceret; poteſt dicere [Si me viuo filius decedat, tunc qui pronepos] Nam & ſi filius & nepos viuat, concipere vtriſque mortuis viuo ſe tunc qui pronepos naſceretur; ita ſanè ſi priùs nepos, deinde filius decederet, ne ſucceſſione teſtamentum rumperetur.

i d. l. §. & quid ſi tantùm.

XXXV. [i] Et quid ſi tantùm in mortis fi- C lij caſum conciperet? Quid ſi aquę & ignis interdictione peteretur? Quid ſi nepos ex quo pronepos inſtitueretur emancipatus eſſet? Hi enim caſus, & omnes, ex quibus ſuus hæres poſt mortem ſcilicet aui naſceretur, non pertinent ad legem Velleam: ſed ex ſententia legis Velleæ. Et hæc omnia admittenda ſunt, vt ad ſimilitudinem mortis cæteri caſus admittendi ſunt.

k l. vlt. D. h. t.

XXXVI. [k] Teſtamentum quod hoc mo- D do ſcribitur [Titius poſt mortem filij mei hæres eſto: filius exhæres eſto,] nullius momenti eſt: quia filius poſt mortem ſuam exhęredatus eſt. Quapropter & contra tabulas huiuſmodi filius bonorum poſſeſſionem accipere poterit.

l l. ſi poſthumus. ibid.

XXXVII. [l] Si poſthumus à primo gradu exhæredatus ſit, à ſecundo præteritus; quamuis eo tempore naſcatur quo ad hæredes primo gradu ſcriptos pertineat hæreditas; ſe- E cundum tamen gradum vitiari placet, ad hoc vt prætermittentibus inſtitutis, ipſe hæres exiſtat. Imò & ſi defuncto eo hæredes inſtituti omiſerint hæreditatem, non poſſe ſubſtitutos adire. Itaque & ſi à primo gradu exhæredatus, à ſecundo præteritus, à tertio exhæredatus ſit, & viuentibus primis & deliberantibus decedat, quęri ſolet, omittétibus primis aditionem, vtrùm ad legitimos hæredes pertineat hæreditas: quo & ipſo caſu rectiùs exi- F ſtimari putauit ad legitimas eã pertinere. Nã & cùm duobus hæredibus inſtitutis, & in ſingulorum locum facta ſubſtitutione à primis exhæredatus poſthumus, à ſecundis præteritus fuerit, ſi alter ex inſtitutis omiſerit, quamuis poſthumus excludatur, non tamen magis ſubſtitutum admitti.

m d. l. §. 1.

XXXVIII. [m] Quod vulgò dicitur, eum gradum à quo filius pręteritus ſit, non valere, non vſquequaque verum eſt. Nam ſi primo G gradu hęres inſtitutus ſit filius, non debere eum à ſubſtitutis exhęredari: ideóque ſi Titio & filio hęredibus inſtitutis, Titio Mæuius ſubſtitutus ſit, omittente Titio hæreditatem, Męuium eam adire poſſe, quamuis filius ſecundo gradu inſtitutus ſit.

n d. l. §. vlt.

XXXIX. [n] Si quis ita ſcripſerit, [Ille quem

A ſcio ex me natum non eſſe, exhęres eſt.] hanc exhæredationem ita nullius eſſe momenti ait, ſi probetur ex eo natus. Non enim videri quaſi filium exhęredatum, cùm elogiū pater, cùm filium exhæredaret, propoſuiſſet: & adiciſſet, propter eam cauſam exhæredare; probatúrque patrem circa cauſam exhæredationis erraſſe. [a] Idémque & ſi ita dixerit [ille illius filius exhæres eſto,] patrem ei adulterum per errorem aſſignans.

a l. Idémque d. t.

B XL. [b] Cùm quidam filiam ex aſſe hæredem inſtituiſſet, filióque quem in poteſtate habebat, decem legaſſet, adiecit [Et in cætera parte exhæres mihi erit] & quæreretur an rectè exhæredatus videretur; in diſputando adiiciebar, ideò non valere, quoniam nec fūdi exhæres eſſe iuſſus, rectè exhæredaretur; aliámque cauſam eſſe inſtitutionis, quę benignè acciperetur; exhæredationes autem non eſſe adiuuandas.

b l. cùm quidam. ibid.

C XLI [c] Poſthuma ſub conditione hæres inſtituta, ſi pendente conditione viuo patre naſcatur, rumpit teſtamentum.

c l. Poſthuma. D. h. t.

Tertia pars dicti capitis primi.

Quomodo filius hæres inſtituendus.

Prima particula dictæ partis.

Sub qua conditione inſtitui poſsit, vel non.

D XLII. [d] Filius non ſub omni conditione inſtitui poteſt. Et quidem ſub ea conditione quæ eſt in poteſtate ipſius. De hoc inter omnes conſtat.

d l. filius qui ... quę. D. de hær. inſt.

XLIII. [e] Sed vtrùm ita demum inſtitutio effectum habeat, ſi paruerit conditioni; & ſi non paruerit, & deceſſit. Iulianus putat filium ſub eiuſmodi conditione inſtitutum; ſi E conditioni non paruerit, ſummotum eſſe. Et ideò ſi cohæredem habeat ita inſtitutus, non debere eam expectare donec conditioni pareat filius: cùm & ſi patrem inteſtatum faceret, non parendo conditioni proculdubio expectare deberet. Quæ ſententia probabilis videtur, vt ſub ea conditione inſtitutus, quæ in arbitrio eius ſit, patrem inteſtatum non faciat.

e ibid.

F XLIV. [f] Puto rectè generaliter definiri vtrùm in poteſtate fuerit conditio, an non fuerit; facti potius eſſe. Poteſt enim & hæc [Si Alexandriam peruenerit] non eſſe in arbitrio per hyemis conditionem. Poteſt & eſſe, ſi ei qui à primo milliario Alexandriæ agit, fuerit impoſita. Poteſt & hæc [Si decem Titio dederit] eſſe in difficili, ſi Titius peregrinetur longinquo itinere: propter G quæ, ad generalem definitionem recurrendum eſt.

f d. l. §. 1.

XLV. [g] Sed & ſi filio ſub conditione quæ in eius poteſtate eſt, hærede inſtituto nepos ſit inſtitutus, ſiue extraneus, puto viuo filio non extiturum hæredem ſubſtitutum: poſt mortem verò extiturum; nec neceſſariam à ſubſtituto filij exhæredationem: cùm & ſi fuerit facta, fruſtrà eſt: poſt mortem enim filij facta eſt. Opinamur igitur filium, ſi ſit inſtitutus ſub ea conditione quæ ſit in eius poteſtate, non indigere exhæredatione à ſequentibus gradibus. Alioqui & à cohærede indigebit.

g d. l. §. 1.

XLVI. [h] Apud Iulianum Marcellus notat, ſi eiuſmodi conditio, ſub qua filius hæres inſtitutus ſit, vt vltimo vitæ eius tempore B certum ſit eam exiſtere non poſſe, & pendente ea decedat, inteſtato patri hæres erit: Veluti [Si Alexandriam peruenerit, hæres eſto.] Quòd ſi etiam nouiſſimo tēpore impleri poteſt, veluti [Si decem Titio dederit, hæres eſto,] contrà erit.

h l. apud Iulianum. D. d. t. de hær. inſt.

XLVII. [i] Sed ſi conditioni eſſet adiectus dies, vt puta [Si Capitolium intra dies triginta aſcenderit] tantundem poteſt dici, vt ſi nō paruerit conditioni, ſubſtitutus poſſit admitti, C filio repulſo.

i l. ſed ſi conditioni.

XLVIII. [k] Nepotes autem, & deinceps cæteri qui ex lege Vellea inſtituti non rumpunt teſtamenta, ſub omni conditione inſtitui poſſunt, etſi redigantur ad filij conditionem.

k d. l. §. 1.

XLIX. [l] Filius à patre, cuius in poteſtate eſt, ſub conditione quæ non eſt in ipſius poteſtate, hæres inſtitutus, & in defectum conditionis exhæredatus deceſſit, pendente etiā D tum conditione tam inſtitutionis quàm exhæredationis. Dixi hæredem eum ab inteſtato mortuum eſſe, [m] & quaſi fuerit ab initio præteritus, patri ab inteſtato ſuccedit: quia dum vixit, neque ex teſtamento hæres, neque exhæredatus fuit: hærede autem ſcripto ex parte filio, cohæres poſt mortem filij inſtitui poteſt.

l l. filius. D. h. t.

m in aut.

L. [n] Si filium nominatim exhæredauero, & eum poſtea hæredem inſtituero, hæres E erit.

n l. ſi filium. D. h. t.

LI. [o] Vt tam parentes quàm liberi contumelia liberarentur nouiſſimo iure conſtitutum eſt, vt inſtitutionis iure quid eis relinqueretur. Cæterùm ſi qui eorum hæredes nominati ſunt, & ſi, vt certis rebus contenti eſſent, iuſſi fuerint; nihilominus teſtamentum hoc quidem non ſubuerti; ſed quicquid minùs legitima ipſis portione relictū erit, ſuppleri.

o No. Conſtit. Inſtin. vt cùm de appel. cogn. quæ eſt. 115. l. omnimo de. C. de inoff. teſta. § ſed hæc tit. Inſti. t. eo. t.

p Rolandinus. tract. de teſta.

q l. quoties. D. de iur. delib. l. hac edicta li. in prin. C. de ſec. nupt. §. id priuilegiū. Inſtit. de mil. teſta.

F LII. Si teſtator bonorum partem mediam, tertiam, aliámve partem relinquere ſcripſerit, iure inſtitutionis id feciſſe videbitur: [q] ſed ſi centum, domúmve, aut fundum, non iure inſtitutionis id habere filium, ſed legati voluiſſe videbitur, ac propterea teſtamentum infirmabitur. [r] Sunt tamen qui cùm quid eiuſmodi filiis relinquitur, iure inſtitutionis id habere teſtatorem eos voluiſſe cenſeant.

r Panor. in ca. Raynutius. per illum text. reliquit Alterocha alteri ex filiabus ſuis de ... , &c nec adijcitur iure Inſtitutionis.

ſ Iulius Clarus. tract. de teſta. quæ. 37.

t Idem Clarus d. quæ. Alex. in l. inter cætera in prin. D. h. t. Iaſ. in Auth. nouiſſima. C. de inoff. teſta. Pinus in rep. l. in quarta nu 60 D. ad SC. Treb. Bertr. Conſ. 19. li. 1. & Conſ. 65 eo. vol. & Cōſ. 232 lib. 6. vbi hanc eſſe communem DD ſententiā ait. Contra glo. ſententiam. in l ſeruus. § cùm autem. in verb. celebrari.

LIII. [ſ] Si teſtator ſuum teſtamentuum ad ſapientis viri arbitrium extendi edixerit, G quod ab eo relictum liberis fuerit, iure inſtitutionis habere id eos voluiſſe iudicabitur.

LIV. [t] Tametſi pater filium fideicommiſſo honorauerit, non rectè tamen teſtatus videbitur: eiúſque teſtamentum infirmabitur; ſuccedétque ab inteſtato filius.

i quis poſt nos. D. de la.

L V. [a] Si filium exhæredauero, nepotémque ex eo pręteriero, & alium hæredem inſtituero, & ſuperuixerit filius poſt mortem meam; licèt ante adiram hæreditatem deceſſerit, nõ tamen nepotem rupturum teſtamentum, Iulianus Pomponius & Marcianus ſcribunt.

Idem Cla- d queſt gl. l.3. l. Maxi- m vitaon. de lib præt.

L V I. [b] Filiæ etiam aliquid relinqui teſtamento iure inſtitutionis debet, ne teſtamentum infirmetur; [b] cùm nouo iure ſublata ſit ſexus differentia.

Clarus d. taſt & hanc D Toloſano m eſſe ſentẽ tiam. & à cu a eius ciuita indicatum fert Gul. Be ed. in d. c. Raymutius pec. 3. de Inſtr. d § compen ioſe. Alex. l Pater fi am. D ad g. Falc. Iaſ. Auth. no uiſſima C de noff. teſta. Sp. de Inſtr. edit. § vt autem. Conſt. Au hentica. 115. vt um de app. ogn.

L V I I. [c] Sed ſi centum filiæ in dotem, quidve aliud relinquatur, pręteritam non videri, obtinuit.

Quarta pars dicti capitis primi.

Quibus ex cauſis propter præteritionem, aut exhæredationem liberorum aut parentum non rumpatur teſtamentum.

Prima particula.

Quibus ex cauſis exhæredari filius iure poſſit.

L V I I I. [d] NOuiſſima Iuſtiniani Imperatoris conſtitutione ſancitum eſt, non licere penitus patri vel matri, auo vel auiæ: proauo vel proauię, ſuum filium vel filiam, vel cæteros filios præterire, aut exhæredes in ſuo facere teſtamento: nec ſi per quamlibet donationem vel legatum, vel fideicommiſſum, vel alium quemcunque modum eis dederit legibus debitam portionem, niſi forſan probabuntur ingrati, & ipſas nominatim ingratitudinis cauſas parentes teſtamento aſcripſerint. Cauſæ autem iuſtæ ingratitudinis hæ ſunt:

1 Si parentibus ſuis manus intulerint.

2 Si grauem & inhoneſtam iniuriam eis ingeſſerint.

3 Si eos in criminalibus cauſis accuſauerint, quæ non ſunt aduerſus Principem aut rempublicam.

4 Si cum maleficis hominibus vt malefici verſentur.

5 Si vitę parentum ſuorum per venenum, aut alio modo inſidiari tentauerint.

6 Si nouercæ ſuæ, aut concubinæ patris filius ſe immiſcuerit.

7 Si delator contra parentes filius extiterit, & per ſuam delationem grauia eos diſpendia fecerit ſuſtinere.

8 Si quemlibet de prædictis parentibus incluſum eſſe contigerit, & liberi qui poſſunt ab inteſtato ad eius ſucceſſionem venire, petiti ab eo, vel vnus ex his in ſua eum noluerit fideiuſſione ſuſcipere, vel prò perſona, vel debito, in quantum eſſe, qui petitur, probatur idoneus: hoc tamen quod de fideiuſſione dictum eſt, ad maſculos tantummodò liberos pertinere conſtitutum eſt.

* Idem l. Teſtament. C. de noff. teſta.

9 * Si conuictus fuerit aliquis liberorum ex eo, quia prohibuerit parentes ſuos coodere teſtamentum; ſi quidem poſtea facere potuerunt teſtamentum, ex ea cauſa exhęredari filius poterit.

10 Si præter voluntatem parentum inter arenarios, vel mimos ſeſe filius ſociauerit, & in hac profeſſione permanſerit; niſi forſitan etiam parentes eiuſdem profeſſionis fuerint.

11. Si aliquis ex prædictis parentibus volenti filiæ ſuæ vel nepti maritum dare, & dotem ſecundùm vires bonorum ſuorum pro ea præſtare, illa non conſenſerit, ſed luxurioſam degere vitam elegerit Si verò vſque ad viginti quinque annorum ætatem peruenerit filia, & parentes diſtulerint eam marito copulare: & forſitan ex hoc contigerit in ſuum corpus eam peccare, aut ſine conſenſu parentum marito ſe coniungere, hoc ad ingratitudinem filiæ non imputatur: quia non ſua culpâ, ſed parentum id commiſiſſe cognoſcitur.

12. Si quis de prædictis parentibus furioſus fuerit, & eius liberi, vel quidam ex his; aut liberis exiſtentibus, alij eius cognati, qui ab inteſtato ad eius hæreditatem vocantur, obſequium & curam competentem non prębuerint, ſi quidem ab illa ſanatus fuerit infirmitate, erit ei poteſtas vtrum velit negligentem filium, vel filios aut cognatos, ingratum vel ingratos in ſuo ſcribere teſtamento. Si autem aliquis furoris morbo eum detentum extraneus viderit à ſuis neglectum liberis vel cognatis, aut aliis ab eo ſcriptis hæredibus; & pro miſericordia voluerit eum procurare, poteſt atteſtationem eis qui ab inteſtato, vel ex teſtamento iam facto ad furioſi hæreditatem vocantur, ſcriptis dirigere vt eum procurare feſtinent. Sin autem poſt huiuſmodi atteſtationem neglexerint: & extraneus in ſuam domum furioſum ſuſceptũ ſumptibus proprijs vſque ad finem vitæ ipſius procuraſſe monſtratus fuerit, eum qui obſequium ac diligentiam furioſo exhibuit, licèt extraneus ſit, ad eius ſucceſſionem peruenire decretum eſt, euacuata inſtitutione eorum, vtpote indignorum, qui furioſo, ſicut dictum eſt, curam præbere neglexerint.

13 Si vtrum de prædictis parentibus in captiuitate detineri contigerit, & eius liberi, ſiue omnes, ſiue vnus non feſtinauerint eum redimere, ſi quidem valuerit calamitatem euadere; in eius eſt poteſtate vtrùm hanc cauſam ingratitudinis teſtamento ſuo velit ſcribere. Sin autem per liberorum negligentiam, vel contemptum non fuerit liberatus: & in captiuitate deceſſerit, illos ad ſucceſſionem eius non venire, Iuſtinianus conſtituit: quia non feſtinauerunt eius redemptionem citiùs procurare, ſed omnibus liberis in hoc negligentibus remotis, res vniuerſas ab eodem relictas eccleſiæ ſuæ ciuitatis applicari, inuentario ſub publica atteſtatione celebrando, ne quid ex eius facultatibus pereat: ita vt quicquid exinde ad eccleſiá peruenerit, captiuorũ redemptioni proficiat; hâc

autem

auté pœnam cótra illos valere iubet, qui octa- & decimum ſuę ætatis annum compleuerint. Siue igitur omnes memoratas ingratitudinis cauſas, ſiue voam quamlibet parentes in teſtamento ſuo inſeruerint; teſtamentum ſuam habebit firmitatem. Sin autem hæc obſeruata non fuerint, nullum exhæredatis liberis præiudicium generabitur: ſed quantum ad inſtitutionem hæredum pertinet, teſtamento euacuato, ad parentum hæreditatem liberi tanquam ab inteſtato venient.

Secunda particula dictæ quartæ partis dicti capitis primi.

Quando, quibuſque ex cauſis exhæredari parentes iure poſſint.

* d. Auth. conſt. 115.

LIX.* QVod ad parentes attinet; idem Iuſtinianus Imperator conſtituit, non licere liberis parentes ſuos præterire, aut quolibet modo rebus propriis, in quibus teſtandi poteſtatem habent, eos omninò alienare, niſi cauſas in ſuis teſtamentis ſpecialiter nominauerint: has autem cauſas eſſe decreuit:

1 Si parentes ad interitum vitæ liberos ſuos tradiderint, citra cauſam tamen quæ ad maieſtatem pertinere cognoſcitur.

2 Si venenis, aut maleficiis, aut alio modo parentes filiorum vitæ probabuntur inſidiati.

3 Si pater nurui ſuæ, aut concubinæ filij ſe immiſcuerit.

4 Si parentes filios ſuos teſtamentum condere prohibuerint, in rebus in quibus habent teſtandi facultatem: omnibus videlicet in huiuſmodi teſtamentorum prohibitione ſeruandis, quæ in parentum perſona deſtinata ſunt.

5 Si contigerit autem virum vxori ſuę ad interitum aut alienationem mentis dare venenum: aut vxorem marito, vel alio modo alterum vitæ alterius inſidias ſtruxiſſe; tale quidem, vt pote publicum crimen, conſtitutum ſecundùm leges examinari; & vindictam publicam promereri Iuſtinianus decreuit: liberis autem licere nihil in ſuis teſtamentis de facultatibus ſuis tali perſonę relinquere, quę tale ſcelus noſcitur commiſiſſe.

6 Si liberis, vel vno ex his in furore conſtitutis, parentes eos curare neglexerint, ea obſeruari idem Iuſtinianus decreuit quæ de parentibus furioſis ſuperiùs conſtituerat.

7 His caſibus etiam adiungit quæ de parentum captiuitate dixerat, ad captiuitatem liberorum pertinere, vt ſi per parentum contemptum vel negligentiam non redemptos, ab hac luce tranſire contigerit, nullatenus eorum parentes ad facultates perueniant liberorum, de quibus filij teſtati poterant: ſed omnia in hoc quoque capitulo ſeruari, quę & de parentibus, vel cognatis, atque agnatis

A qui ab inteſtato ad talium perſonarum iura vocantur, ſuprà conſtituit.

8 Si quis de prædictis liberis orthodoxus conſtitutus, ſenſerit ſuum parentem vel parentes non eſſe orthodoxæ fidei, qua etiam ex cauſa exhæredari liberos à parentibus poſſe, idem Iuſtinianus conſtituit.

LX. Henrici II. Regis Galliæ cõſtitutione, ſi filia ante vigeſimum quintum ætatis annũ

B ſine parentum conſenſu nupſerit, aut filius ante trigeſimum annum vxorem duxerit exhæredari à parentibus ex ea cauſa poſſunt. Sed ſi mater ſuſceptis liberis alij poſtea nupſerit liberi eius quidem conſenſum implorare, ſed non expectare tenentur.

LXI. *Poſthumus exhæredari iure non poteſt; cùm ingratitudinis cauſam committere non poſsit.

LXII. [a] Liberi natalibus reſtituti, neceſ-

C ſariò hæredes inſtitui, vel exhæredari debent inſtar naturalium legitimorum.

LXIII. [b]Si filius ſit præteritus, teſtamentum eſt ipſo iure nullum, etiam priùs quàm à quoquam impugnetur.

Quinta pars dicti capitis primi.

Cùm ex cauſa præteritionis vel exhæ-
D *redationis rumpitur teſtamentum, legata & cætera ex eo firma manent.*

LXIV. [c] CVm ex cauſa præteritionis aut exhæredationis liberorum rumpitur teſtamentum, legata tamen ac cætera firma manent; ac tantummodò hæredis inſtitutio fit irrita.

E LXV. [d]Legata tamen prædictis liberis prę teritis, vel exhæredatis non deberi placet. cùm ex eo teſtamento quod ipſi impugnent quicquam conſequi digni non videantur.

Sexta pars dicti capitis primi.

F *Quomodo liberis vel parentibus præteritis vel iniuſtè exhæredatis ſuccurratur.*

LXVI. [e] SI liberi vel parentes præteriti, vel iniuſtè exhæredati fuerint, teſtamentum ipſo iure nullum dicere poterunt: vel contra tabulas bonorum poſſeſſionem petere poterunt; vel inofficioſi teſtamenti vti querela.

G LXVII. [f] Ius verò dicendi nullum teſtamentum vſque ad triginta annos competit. Querela verò inofficioſi teſtamẽti intra quinquennium proponi debet: [g] bonorum autem poſſeſſio contra tabulas teſtamenti vſque ad annum à liberis peti poteſt: ab extraneis intra centum dies.

* l. ſi quis in ſuo. § legis C. de inoff. teſta. glo. penult. in l. Maximum vitium. C. de lib. præt.

a Iulius Clarus. tract. de teſtam. quæſt. 31.

b DD. in l. poſthumo D. de bo. poſſ. contra tab. Alex. ibi num. 16 in fin. & in l. filius qui in poteſtate. d. t. Bened in c. Raynutius in verb. in eodem teſtamento relinquens i nu. 96.

c Auth. ex cauſa C. de lib. præt. l. filio. C. de inoff. teſta.

d Iulius Clarus d. tract. de teſtam. c. q. 27. l. Papinianus. §. meminiſſe. D. de inoff. teſta. l. ſi non fortem. §. 1. D. ſi quis om. cauſ. teſtad. filius. §. omnibus. D. de lega præſt.

e Rolãdinus tract. de teſta c. 17. & 18.

f Rolãdinus [illegible] Bald. in [illegible] filio præterit circa fi. D. de iniuſt. rup. & irr.

g l. ſi quis filio ſi. C. de inof teſta l. adoleſcentia. C. in quibus cauſ. reſti in int. non e. neceſſ

CAP. II.

Quando exhæredatio vel præteritio liberorum non rumpat teſtamentum.

LXVIII. [a] PReteritio facta cum cauſa legitima à patre, ſiue à matre; ab aliquo ab aſcendentibus paternis vel maternis, tantum valet quantum exhæredatio.

LXIX. [b] Qui mortuus naſcitur, eſtm nec natus videatur, teſtamentum non rumpit. [c] Rūpit tamen, ſi cùm ex matris vtero extractus, in manibos obſtetricis motiatur.

LXX. [d] Cùm poſthumus ſob conditione inſtituitur, ſi prius quàm naſcatur conditio exſtitetit, non rumpitur teſtamentum poſthumi agnatione.

LXXI. [e] Poſthumus præteritus viuo teſtatore natus deceſſit; licèt iuris ſcrupuloſitate, nimiáque ſubtilitate teſtamentum ruptum videatur, attamen ſi ſignatum fuerit teſtamē tum, bonorum poſſeſſionem ſecondùm tabulas accipere hæres ſeriptus poterit, rémque obtinebit. Idcirco legatarij & fideicommiſſarij habebunt ea quæ ſibi relicta ſunt.

LXXII. [f] Si filium ingratitudinis patre viuo pœnituerit, exhæredari ex ea cauſa non poſſe nonnulli exiſtimant; [g] quin & ſi io ſuroreın quoque poſtea inciderit, qua de cauſa pœnitere minimè potuerit.

LXXIII. [h] Si filius ante teſtamentum, vel eùm id fieret, prætetitioni conſenſerit, iure prætorio teſtamentum valebit. Si pòſt conſenſerit, contrà erit.

LXXIV. [i] Multi noo notæ cauſâ exhæredant filios, non vt eis obſint, ſed vt eis conſulant, vt pote impuberibus: eíſque fideicommiſſam hæreditatem dant.

CAP. III.

De legitima portione bonorum quæ liberis in bonis parentum competit, aut parentibus in bonis liberorum.

LXXV. [k] NOuiſſima Ioſtioiani Imperatoris lege cautum eſt, vt ſi quatuot ſint filij, vel pauciores; ex ſubſtātia deficientis triens: ſi plures ſint, ſemis tribuatur; eis qooque relicti titulo ex æquo ſcilicet inter eos diuidendum: cuius portionis nec vſufructu defraudari liberi à parentibus poſſunt.

LXXVI. [l] Si parens minorem debita portione filio reliquerit, omnimodò, etſi non adiieiatur, ea viri boni arbitratu ſuppleri deber. Quætebatur itaque ſi quis rem donatam, vel inter viuos, vel mortis cauſa, vel in teſtamento relictam agnouerit, & pro parte ſua habuetit; deinde eadem res euicta, vel tota vel pro parte fuerit, an debeat pars legitima poſt euictionem ſuppleri: vel ſi ex lege Falcidia minuātur legata, vel fideicommiſſa, vel mortis cauſâ donationes, debeat tamen ex hoc caſu ſupplementum inttoduci; ne dum totam Falcidiam accipere hæres nititur, etiam totum commodum hæreditatis amittat; à Iuſtiniano Imperatore conſtitutum eſt in iſtis caſibus, ſiue in totum, ſiue in partem eoictan ſubſecuta ſit, emendati vitiom, vel aliā rem, vel pecunias reſtitui, vel repetitionem fieri nulla Falcidia interuenieute: vt ſiue ab initio minùs fuerit derelictum, ſiue extrinſecus taliſcunque cauſa intetueoiens aliquod grauamen imponat, vel in quantitate, vel in tempore; hoc modis omnibus repleri: repletionem autem fieri ex ipſa ſubſtantia patris, non ſi quid ex aliis cauſis filius lucratus eſt, vel ex ſubſtitutione, vel ex iure accreſcendi; & ea omnia quaſi iure aduentitio eum lucrati.

[i] Azo in ſumma. t. de liberis præteritis. ſpec. t. de inſtr. edit. §. compenſatione. verſ. ſin autem qui agnouem.
Rolandus d. tract. de ſta. cap. 3. & in monitum. t. de verb. ſi. & l. 2. C. de poſſ.
Guil. Mu. in annot. d. c.
[e] l. cum poſthu. D. de lib. poſth.
l. Poſthumus d. t.
Alex. in l. D. ſoli ma. n. Cotta in memorab. in verb. filius ſt. Iu. Clarus d. tit. de teſta. quæſt 38.
Clarus d. quæſt. Iaſ. in l. facto. D. de alg. & hanc eſſe communē D. ſententiā, contra art. opinionē d. l. ex facto.
Iaſ. in l. in cætera. D. Clarus d. quæſt.
l. Multi. d. t.
[k] Auth. nouiſſima. C. de inoff. teſta. nou. conſtit. de triente & ſemiſſe.
[l] l. Scimus. d. t. de inoff. teſta.

LXXVII. [m] Cum quis, extraneo hærede inſtituto, eum filio ſuo hæreditatem ſuā, cùm morietur, reſtituere diſpoſuerit, vel in tempus certum reſtitutionem diſtulerit; eùm ſupraſcripta conſtitutio omnem dilationem, omnémque moram cenſuit eſſe ſubſtrahendam, tum etiam in huiuſmodi ſpecie quid faciendum eſſet, dubitaretur; ſanxit Iuſtinianus legitimæ partis reſtitutionem iam nunc celebrari, non expectata nec morte hæredis, nec temporis interuallo: reliquum autem quod poſt legitimam pottionem; tunc reſtitui, qoā do teſtator diſpoſuit. Sic enim filius ſuam portionem habebit integram, & qualem conſtitutio deſignauit: & ſcriptus hæres commodū quod ei teſtator dereliquit cum legitimo moderamine ſentiet.

LXXVIII. [n] Et ſi parens in quendam libetorum, vel in quoſdam dunationem immenſam ſecerit, quiſque tantum ſeret ex hæreditate nomine Falcidiæ, quantum puterat ante donationem deberi: licet autem ei qui largitatem meruit, abſtinere ab hæreditate, dummodò ſuppleat ex donatione cæterorum portionem.

LXXIX. [o] Cùm aliquid in teſtamento relinquitur, non poteſt illud impugnare: ſed ad ſupplementum legitimæ poteſt agete: niſi probetur ingratus, déque eo ita Iuſtiniaoos conſtituit: Quæ nuper ad teſtamenta conſeruanda, nec facilè retractanda ſancimus, vt ratione legitimæ pottionis minimè illis perſonis derelictæ, quæ ad inofficioſi teſtamenti querelā ex prioribus vocabantur legibus, non periclitentur teſtamenta; ſed quod deeſt legitimæ portioni tātùm repleatur, etiam ad teſtamenta ſine ſcriptis facienda locum habete ſancimus.

LXXX. [p] De legitima ſubducitur omne grauamen conditionis, vel temporis, vel alterius grauaminis.

LXXXI. [q] Fructus legitimæ liberorum portionis vel eius ſupplementi, à die mortis vtriuſque parentis debentur.

LXXXII. [r] Iuſtè exhæredatus, eùm pro mortuo habeatur; deportatus, & qui admitti ad hæreditatem non poſſunt, quales ſunt monachi, noſtris moribus non faciunt partem:

[m] d. l. §. t.
[n] Auth. vnde ſi parēt. d. t.
[o] l. Omnimodo ibid.
[p] l. quoniam. ibid.
[q] glo. 1. in l. in fideicommiſſarijs. ad ſi. D. ad SC. Treb. Alex. Conſ. 69. lib. 1. & Conſ. 127. lib. 6. Petr. & Cyn. in l. vn. C. de inoff. dot. Io. Andr. in addit. ad Spec. t. de pignorib. §. ſequitur. in verb. ſi vſufructus. Ph. Corneus Conſ. 247. vol. 3.
[r] Guli. Cunus, Bald. & Salyc. in Auth. nouiſſima. C. de inoff. teſta. Bald. Ang. Io. Imola, Alex. in l. plani. §. ſi duobus. D. de lega. 1. Guido Papa quæſt. 104. Alberi. Roſatus in d. §. l. 1 §. vlt. D. de bo. poſſ. contra tab.

nec legitimam liberorum portioné minuũt, aut augent.

Paul. Caſtr. Conſ. 151. Bald. Conſ. 29. Socinus Conſ. 150. 1. Vol. Guido Papa Conſ.

LXXXIII. * Filia tamen quæ dote contenta parentum ſucceſſioni renuntiauit, tametſi ad partem non admittatur, tamen partem facit.

Iuſtinianus Imperator.

a *l. ſi quando. §. 1. C. de inoff. teſta.*

LXXXIV. a Sancimus vt ſi quis à patre certas res, vel pecunias accepiſſet, & pactus fuiſſet, quatenus de inofficioſo querela aduerſus teſtamẽtum paternum minimè ab eo moueretur: & poſt obitum patris filius cognito paterno teſtamento non agnouerit eius iudicium, ſed oppugnandum putauerit, vetere iurgio exploſo, huiuſmodi pacto filium minimè grauari, ſecundùm Papiniani reſponſum; in quo definiuit meritis magis filios quàm pactionibus aſtringendos. Sed hoc ita admittimus, niſi tranſactiones ad hęredes paternos filius celebrauerit, in quibus apertiſſimè iudicium patris approbauerit.

b *d. l. §. vlt.*

LXXXV. b Et generaliter definimus, quando pater minùs legitima portione filio reliquerit, vel aliquid dederit, vel mortis cauſa donatione, vel inter viuos, donatio in quartam ei computetur. ſi filius poſt obitum patris hoc quod relictum vel donatum eſt ſimpliciter agnouerit, ſortè & ſecuritatem hęredibus fecerit, quod ei relictum donatum eſt, accepiſſe, non adiiciens nullam ſibi ſupereſſe de repletione quęſtionem, nullum ſibi filium facere pręiudicium, ſed legitimam partem repleri: niſi hoc ſpecialiter ſiue in apocha, ſiue in tranſactione ſcripſerit: vel pactus fuerit quòd contentus relicta vel data parte, de eo quod deeſt nullam habeat quęſtionem. Tunc enim omni excluſa querela, paternum amplecti compelletur iudicium. Quę omnis ſanctio ſuas ad radices extendit non ſolùm ad filium aut filiam, ſed etiam ad omnes perſonas quæ de inofficioſo querelam contra mortuorum vltima elogia poſſunt mouere.

c *l. ſi quis ſuo. ibid.*

LXXXVI. c Hæres qui legitimam filio relictam non ſoluerit, & iudiciorum ſtrepitum expectarit, in pœnam tertij pluris debet condemnari. De quo extat Iuſtiniani conſtitotio in hæc verba: Si quis ſuo teſtamẽto maximam quidem portionem filio relinquat, minuſculam autem aliis de ſtirpe ſua progenitis; ipſam tamen legitimam ſiue in hæreditate, ſiue in legato, vel fideicommiſſo, vt non poſſit locus inofficioſi teſtamenti querelæ fieri: & ille quidem qui ex paruulo genitoris ſui conſequitur ſubſtantiam, eam ſuſcipere maluerit: quia autem ex maiore parte eam amplexus eſt (ſiue vnus, ſiue plures ſint) non ſtatim, & ſine contentioſo propoſito, vel vlla mora eam reſtituere voluerit, ſed expectato iudiciorum ſtrepitu, & multis variiſque certaminibus habitis poſt longum tẽpus ex ſententia iudicis vix eam reddiderit: crudelitatem eius, competenti pœna aggredimur, vt ſi hæc fuerint ſubſecuta, non tantùm in idquod teſtator voluit, ſed etiam in aliam tertiam partem quantitatis quæ fuerat in teſtamento derelicta, modis omnibus reddere cogatur; vt auaritiá eius legitimis ictibus feriatur: aliis omnibus, quæ in eodem teſtamento vel elogio ſcripta ſunt, pro ſuo teoore ad effectum perducendis.

LXXXVII. d Si filia accepta dote, quæ facultatibus parentum eo tempore quo dabatur, congruebat, ac aucta poſtea valdè parentum bona fuerint; filia tamen ſuppleri ſibi dotem ea ratione rectè non petet.

LXXXVIII. e Præterea ſi cùm dos dabatur quæ ſufficiens erat, quòd tres aut quatuor filij aut ſorores eo tempore viuerent, ac poſtea euenerit vt mortuis illis frater vnus aut ſoror ſuperſtites eſſent à parentum morte; ad ſupplementum antiqui patrimonij agi poſſet, non verò auctarum facultatum ratione.

LXXXIX. f Condictioni quæ ad legitimæ portionis ſupplementum competit, non quinquennio, vt in querela inofficioſi teſtamenti obſeruatur, præſcribitur: ſed ea ad triad triginta annos vſque agi poteſt.

CAP. IV.

Quando prius teſtamentum rumpatur per poſterius, vel non rumpatur.

Prima pars.

Quando rumpatur.

XC. g POſteriore teſtamento quod iure perfectum eſt ſuperius rumpitur: nec intereſt exſtiterit aliquis hæres an non: hoc enim ſolùm ſpectatur an aliquo caſu exiſtere potuerit. Ideóque ſi qois aut noluerit hæres eſſe, aut viuo teſtatore deceſſerit, aut poſt mortem eius antequàm hæreditatem adiret deceſſerit, aut conditione ſub qua hæres inſtitutus eſt, defectus ſit; in his caſibus paterfamiliâs inteſtatus moritur. Nam & prius teſtamentum non valet ruptum à poſteriore: & poſterius ęquè nullas habet vires, cùm ex eo nemo hæres exſtiterit.

XCI. h Sed & ſi quis priore teſtamento iure perfecto, poſterius æquè iure fecerit, etiamſi ex certis rebus in eo hæredem inſtituerit, ſuperiùs tamen teſtamentum ſublatum eſſe Seuerus & Antoninus reſcripſerũt. Cuius conſtitutionis verba hæc ſunt: *Seuerus & Antoninus Cocceio Campano*: Teſtamentum ſecundo loco factum, licèt in eo certarum rerum hæres ſcriptus ſit, perinde iure valere ac ſi rerum facta mentio non eſſet: ſed & teneri hæredem ſcriptum, vt contentus rebus ſibi datis, aut ſuppleta legitima liberorum portione, ex lege Falcidia hæreditatem reſtituat his qui in priori teſtamento ſcripti fuerant propter inſerta fideicommiſſi verba, quibus, vt valeret prius teſtamentum, expreſſum eſt.

d Boerius D ... cſ. 65. arg. l. d ... fideicommiſſo C. de traſ. arg ... etiam ... diminuta bona eſſent, nollet d... ton d... l. pen. C. de ... l. ad res dona ... ſi res ab ... donata ... melior ... fuerat ... Ad l. ... Barb ... M. Ferrarien ſis. nu. 6... Bo rius ... Bur ... teſtam. e Socinus ... 100. Boerius Deciſ. l. ſi quando. § 1. C. de inoff. teſta. Raphael Cumanus conſ. 4... Paul. Caſtr. ... l. Pactum. ... decoll. Albe... Rojas ... in parte ſtatut ... 105. Barb. ... 38 vol. 3 & ... indicatum curia Burdeg... Boerius refer... f Cl. Cantiuncula in § Inſt. h. t. Iaſ. in l. quis filium. ... de inoff. h. Guido Pap. conſ. 202. ... queſt. 82. ... indicatum curia Gratia... nop. ... Deciſ. 250 l. §. adhuc. C. ... l. 2. D de ... ſilit. pec. & ... Aug. Bal... in Auth. Presbyteros. C. de Epiſc. & cle... & in repet. ... Pater filium D. de inoff. teſta. Idē Bal... Ang. Saly... Paul. Caſtr. ... d. l. ſi quis ... lium. cont... Bart. ſentent... in d. l. quis qu... querentem. g §. 1. Inſt. quib. mod. ... ſtam. infirm... h §. ſed & quis. ibid.

a l. ſi quis poſthumos. D. de teſta.

XCII. a Si quis poſthumos, quos per æ- tatem aut valetudinem habere fortè non poteſt, hæredes inſtituit, ſuperius teſtamen- tum rumpitur; quòd natura magis in ho- mine generandi, & conſuetudo ſpectanda eſt, quàm temporale vitium, aut valetu- do propter quam abducatur à generandi fa- cultate.

b l. ſi quis Imperatorem C. de teſta. ſac. poſt.

XCIII. b Si quis Imperatorem fortè, aut Regem hæredē inſtituerit, habet iudicij mu- tandi facultatem, & quemcunque voluerit hæredem in teſtamento ſcribendi.

c §. 2. Inſt. de teſta. & quibuſ. teſt. ord.

XCIV. c Si quis teſtamento iure perfecto ad aliud venerit teſtamentum, nō aliâs quod ante factum eſt, infirmari Iuſtinianus decre- uit, quàm ſi id quod facere inſtituit, iure fue- rit conſummatum.

Secunda pars dicti capitis quarti.

Quando non rumpitur prius teſtamen- tum per poſterius.

d §. ex eo Inſt. quib. mod. teſta. infir.

XCV d EX eo ſolo non poteſt infirmari teſtamentum, quòd poſtea te- ſtator id noluerit valere; vſque adeò vt & ſi quis poſt factum prius teſtamentum, poſte- rius facere cœperit, & aut mortalitate præ- uentus, aut quia eum eius rei pœnituit, non perfeciſſet; Pertinacis Imperatoris conſtitu- tione cautum ſit, ne aliæ tabulæ priores iure factæ irritæ fiant, niſi ſequentes iure ordina- tæ, & perfectæ fuerint. Nam imperfectum te- ſtamentum ſine dubio nullum eſt.

e l. hac conſultiſſima. §. vlt. C. de teſta.

XCVI. e Ex imperfecto etiam teſtamen- to voluntatem non tenere defuncti, Iuſtinia- nus Imperator conſtituit, niſi inter ſolos libe- ros à parentibus vtriuſque ſexus habeatur. Si verò in huiuſmodi voluntate liberis alia ſit extranea mixta perſona, certum eſt eam vo- luntatem defuncti, quantùm ad illam dunta- xat permixtam perſonam, pro nulla haberi, ſed liberis accreſcere.

f Auth. quod ſine. d. t.

g Auth. hoc vero.

h l. ſi quis in principio. 21. D. de lega. 3. arg. quòd voluntas teſtatoris eſt ambulatoria vſque ad extremum vitæ exitum l. 3. §. vlt. & l. ſeq. D. de adim. lega. item quòd nemo poſſit ſibi imperare, vel ſe cogere. l. ille à quo. §. tempeſtiuū. D. ad SC. Treb. l. ſi en. D. de rec. arb. Nec poteſt quiſquā ſibi auferre liberam teſtandi facultatem. l. ſtipulatio hoc modo concepta. D. de verb. obl.

XCVII. f Quod ſine ſubſcriptione ita procedit; ſi parens literas edoctus, manu pro- pria, non ſignis; ſed literarum conſequentia declaret & tempus, & liberorum nomina; i- tem & vnciarum numerum, ſeu ſigna rerum ſpecialium: in quo & alijs legari & fideicom- mitti, & libertas relinqui poteſt.

XCVIII. g Hoc verò inter liberos teſta- mentum ita infirmatur, ſi parens ſeptem teſti- bus adhibitis declaret ſe nolle tale teſtamen- tum valere, & aliam diſponat voluntatem, vel in teſtamento perfecto, vel in non ſcripta per- fecta voluntate.

XCIX. h Nemo poteſt ſibi legem dicere vt ei à priore recedere non liceat. Sed hoc i- ta locum habebit, ſi ſpecialiter dixerit ſupe- rioris voluntatis ſe pœnituiſſe.

Imperator Iuſtinianus.

i l. Sancimus. C. de teſta. & quemad.

C. i Sancimus, ſi quis legitimo modo con- didit teſtamentum, & poſt eius confectionem decennium profluxerit, ſi quidem nulla inno- A uatio, vel contraria voluntas teſtatoris appa- ruerit, hoc eſſe firmum. Quod enim non mu- tatur, quare ſtare prohibetur? Quemadmo- dum enim qui teſtamentum fecit, & nihil vo- luit contrarium, inteſtatus efficitur? Sin au- tem in medio tempore contraria teſtatoris voluntas oſtenditur, ſi quidem perfectiſſima eſt teſtamenti confectio, ipſo iure prius tolli- tur teſtamentum. Sin verò teſtator tantum- B modò dixerit non voluiſſe prius ſtare teſta- mentum, vel alijs verbis vtendo, contrariam aperuerit voluntatem, & hoc per teſtes ido- neos non minùs tribus, vel inter acta mani- feſtauerit, & decennium fuerit emenſum, tūc irritum eſt teſtamentum tam ex contraria voluntate quàm ex curſu temporis. Aliter e- nim teſtamenta mortuorum per decennij tranſcurſionem euaneſcere nullo patimur modo.

k l. Poſthumus. D. de iniuſt. rupt. & irr. teſt.

C CI. k Si paganus qui habebat iam factum teſtamentum, aliud feciſſet, & in eo compre- hendiſſet ſe fidei hæredum committere vt priores tabulæ valerent, omnimodò prius te- ſtamentum ruptum eſt. Quo rupto, poteſt quæri, an iure codicillorum id valere debe- ret. Et cùm hæc verba ſint fideicommiſſi, & ſine dubio vniuerſa quæ illic ſcripta ſunt, in cauſa fideicommiſſi erunt non ſolùm legata, & fideicommiſſa; ſed & hæreditates.

l l. cùm in ſecundo. ibid.

D CII. l Cùm in ſecundo teſtamento eum qui viuit inſtituimus, ſiue purè, ſiue ſub conditio- ne; ſi tamen conditio exiſtere potuit, licèt non exſtiterit, ſuperius teſtamentum erit ru- ptum. Multùm autem intereſt qualis condi- tio poſita fuerit: nam in præteritum concepta ponitur, veluti [Si Titius Conſul fuit] quæ conditio ſi vera eſt, id eſt, ſi Titius Conſul fuit, ita eſt inſtitutus hæres, vt ſuperius teſta- mentum rumpatur. Quòd ſi ad præſens tem- E pus conditio aſcripta eſt, hærede inſtituto; ve luti [Si Titius Conſul eſt] eundem exitum habet, vt ſi ſit, poſſit hæres eſſe, & ſuperius te ſtamentum rumpatur: ſi non ſit, nec poſſit hæres eſſe, nec ſuperius teſtamentum rumpa- tur. In futurum autem collatæ conditiones ſi poſſibiles ſunt, exiſtere poterunt; licèt non exſtiterint, efficiunt vt poſterius teſtamentū rumpatur. Si verò impoſſibiles ſunt; veluti [Si digito Titius cœlum attigerit] placet per- F inde eſſe ac ſi conditio aſcripta non eſſet, quę eſt impoſſibilis.

m l. ſi binæ. ibid.

CIII. m Si binæ tabulæ proferantur diuer- ſis temporibus factę, vnę priùs, alteræ poſtea: vtræque tamen ſeptem teſtium ſignis ſigna- tæ & apertæ, poſteriores vacuæ inuentæ ſint, id eſt, nihil ſcriptum habentes, omninò ſu- perius teſtamentum non eſt ruptum; quia ſe- quens nullum eſt.

G

CAP. V.

De cancellatione ſiue inductione teſtamenti.

n Vide ſimbec. in t. de his quæ in teſtamento delentur, inducuntur, vel inſcribuntur. D. l. 2. & 3. d. t.

CIV. n IRritum fit teſtamentum ſi teſta- tor illud conſcindat, rumpat, cā- cellet, deleátve. Nam quæ con ſultò & ſien-

a l. 1. ibid.

b l. Inductum. D de ſolut.

c d. l. 2. D d. t. de his quæ in teſta. del.

re teſtatore delentur, effectum iuris non babent.[a] Quæ verò eios iuſſu, valent; & pro nihilo eſt deletio, du nmodò legi, aut ſanè intelligi poſſit. Sanè eatenus quod conſultò deletur, pro nibilo eſt quatenus eſt deletum; cætera firma manent; etiamſi inſtitutio hæredis ſit deleta. Quod ex æquitate placuit,[b] niſi appareat teſtatorem eo animo induxiſſe vt totum teſtameotum corrueret.

CV.[c]Cancelauerat quis teſtamentũ, vel induxerat; idq; ſe propter vnum hæredẽ facere dixerat: id poſtea teſtamẽtũ ſignatũ eſt. Quærebatur de virib⁹ teſtamenti, déq; portione eius propter quem ſe cãcelaſſe dixerat. Dicebã, ſi quidé vnius nomé induxerit, ſine dubio cęterã parté valete, & ipſi ſoli denegari actiones. Sed legata ab eo relicta debebũtur: ſi volũtas ea fuit teſtãtis vt tãtùm hætedis inſtitutio ioprobetur. Sed ſi inſtituti nomé induxit, & ſubſtituti reliquit, inſtitutos emolumentũ hæreditatis nõ babebit Sed ſi nomina omnia induxerit, vt proponitur: adſcripſerit autem idcirco ſe id feciſſe, quia vuum bæredem offenſum habuit; multùm iotereſſe arbitror, vnum tantùm illum fraudare voluit hęreditate, an verò cauſa illius totum teſtamentum infirmare, vt licèt vnus inductionis cauſam præbuerit, verùm omnibus obfuerit. Et ſiquidé ſoli ei ademptam voluit portionem, nibil nocebit inductio non magis quàm ſi volens voum hæredem inducere, inuitus & alium induxerit. Quòd ſi putauerit totum teſtamentũ delendum ob vnius malũ meritum, omnibus denegãtur actiones. Sed an legatariis denegari actio debeat, quęſtio éſt: in ambiguo tamen interpretandum erit, & legata deberi, & cohęredum inſtitutiooem non eſſe infirmandam.

d l. Proximè.

CVI.[d]Proximè io cognitione Principis, cùm quidã hęredũ nomina induxiſſet, & bona eius, vt caduca à fiſco vindicatentur, diu de legatis dubitatũ eſt, & maximè de his legatis quæ adſcripta erant his quorũ inſtitutio fuerat inducta. Pleriq; etiam legatarios excludendos eſſe exiſtimabãt: quod ſanè ſequédũ aiebã, ſi omné ſcripturã teſtamenti cancellaſſet: nonoulloſ opinari id iure ipſo perimi quod inductom ſit; contrà, omnia valitura. Quid ergo? num & illud interdum credi poteſt, eum qui hæredum nomina induxerat, ſatis ſe conſecoturum putaſſe vt inteſtati exitum facetet? Sed in re duhia henigniotem opinionem ſequi non minùs iuſtum eſt, quàm tutum. Sententia Antonini Auguſti, Pudente & Pollione conſulibus: Cùm Valerius Nepos motata voluntate & inciderit teſtamentum ſuum, & hęredum nomina induxerit, hæreditas eius ſecundùm patris mei cõſtitutioné ad eos qui ſcripti fuerint, non videtur pertinere: & aduocatis fiſci dixit, Vos habetis iudices veſtros. Viuidius Zieno, dixit: Rogo, domine Imperator, audias me patienter; de legatis quid ſtatues? Antoninos Cæſar dixit: Videtùr tibi voluiſſe teſtamentum valere qui hæredum nomina induxit? Cornelius Priſcianus aduocatus Leonis dixit; nomina hæredum tatùm induxit. Calpurnius Lõginus aduocatus fiſci dixit; Nõ poteſt vllum teſtamentũ valere quod hæredem non habet. Priſcianus dixit; Manumiſit quoſdam, & legata dedit. Antoninus Cęſar, remotis omnibus cùm deliberaſſet, & admitti rurſus eoſdẽ iuſſiſſet, dixit, Cauſa præſens admittete videtur humaniorem interpretationem; vt ea duntaxat exiſtimemus nepotem irrita eſſe voluiſſe, quæ induxit. Nomẽ ſerui, quem liberum eſſe Antonious Cęſar reſcripſit, liberum eum nibilominus fore, quòd videlicet fauore conſtituit libertatis.

e l. vlt. ibid. Papinianus

CVII. [e]Pluribus tabolis eodem exemplo ſctiptis, vnius teſtamenti voluntatem eodem tempore dominus ſolemniter compleuit, ſi quaſdam tabulas io publico depoſitas abſtulit atque deleuit. Quæ iure geſta ſunt, pręſertim cùm ex cæteris tabulis, quàs nõ abſtulit, res geſta declaretùr, non conſtituentur irrita. Paulus notat; Sed ſi, vt inteſtatus moreretur, incîdit tabolas: ſed hoc approbauerint bi qui ab inteſtato venire deſideraot; ſcriptis auocabitur hæteditas.

CAP. VI.

Quãdo capitis diminutione teſtamẽta infirmẽtur.

f §. alio. Inſtit. quib. mo. teſta. infirm.

CVII.[f] Teſtaméta iure facta infirmãtor, cùm is qui fecit teſtamentũ capite diminutus eſt. Non tamé per omnia inutilia ſunt ea teſtaméta, quæ ab initio iute facta per capitis diminutioné irrita facta ſunt. Nam ſi ſeptem teſtium ſignis ſignata ſunt, poteſt ſcriptus hæres ſecundùm tabulas bonorum poſſeſſionem agooſcere, ſi modò defunctos, & ciuis & ſuæ poteſtatis mortis tempore fuerit. Nam ſi ideò irritum factũ ſit teſtamentum, qoaſi vitam, vel etiam libertatem teſtator amiſerit, poteſt ſcriptus hæres bonorum poſſeſsionem agnoſcere.

CVIII. Eorum qui mori magis, quàm damnari ob conſciẽtiam criminis malunt, teſtamenta irrita conſtitutiones faciunt.

g l. ſi quis filio. D de inn. rupt. & irr. teſta.

CIX. [g]Si qois fuerit capite damnatus, teſtamentum eius irritum fiet tunc cùm conſumptus eſt. Nam pœnę ſeruus efficitur, niſi fortè miles fuit ex militari delicto damnatus. huic enim permitti ſolet teſtari.

CX. Eius qui deportatur non ſtatim irritum fiet teſtamentum, ſed cùm factum Princeps comprobauerit: Tũc enim & capite minuitur. Nec eios igitur teſtamentum irritum fiet priùs quàm Princeps de eo ſupplicium ſumendum reſcripſerit. Proinde ſi ante deceſſerit; vtique teſtamentum eius valebit, niſi mortem ſibi conſciuetit.

h l. Nam & ſi § ſed nec eorum.

i vt annotat Accurſ.

CXI. [h]Eorum teſtamenta rata non ſunt, ſed irrita fient, quorum memoria dãnata eſt, vt puta ex cauſa maieſtatis, aut alia tali cauſa,[i] vt repetundarum.

CXII. Hi autem omnes, quotũ teſtamenta irrita fieri diximus, ſi prouocauerint, capite nõ minuuntur: atq; ideò neq; teſtamenta quæ antea fecerint irrita fient; & tunc teſtari poterunt. Nec videntur, quaſi de ſtatu ſuo dubitantes, non hahere teſtamenti factionem.

k d. l. §. quod ſi quis.

CXIII. [k]Quid ſi quis fuerit damnatus illicitè pœna oon ſumpta? an teſtamentum eius irritum fiet, videamus. Et non puto, cùm ſententia non teneat. Ergo & ſi quis eum, qui oon erat iuriſdictionis ſuæ, damnauetit, teſtamentum eius non erit irritum.

TIT. II.

De inofficioſo teſtamento.

Hic titulus duobus capitibus conſtat: quorũ primum eſt, Quibus, & aduerſus quos de inofficioſo teſta. actio cõpetat, aut non cõpetat. Cuius prima pars, Quibus cõpetat. Secũda Aduerſus quos de inofficioſo teſtamẽto querela competat. Secũdum, Effectus iudicij de inofficioſo teſtamento.

CAP. I.

Quibus & aduerſus quos competat de inofficioſo teſtamento actio: aut non.

Prima pars.

Quibus competat.

a Inſtit. h.t. in princ.

I. [a] QVoniam plerumq; parẽtes ſine cauſa filios ſuos exhæredant, vel omittunt; inductũ eſt vt de inofficioſo teſtamento agere poſſint liberi, qui queruntur aut iniquè ſe exhęredatos, aut iniquè præteritos; hoc colore, quaſi nõ ſanę mentis fuerint cùm teſtamenta ordinarent. Sed hoc dicitur, non quaſi furioſus ſit, ſed rectè quidem fecerit teſtamẽtum, non autem ex officio pietatis. Nam ſi verè furioſus ſit, nullum teſtamentum eſt.

Iuſtinianus Imperator.

b l. ſi quis in ſuo. §. 1. C. h. t.

II. [b] Legis veteris iniquitatem tollentes, vt non diutiùs erubeſcat lex poſita, quam Iulius Paulus in ſuis ſcripſit quæſtionibus, hãc piiſſimam aggredimur ſanctionem: Cùm enim infantẽ ſuum non poſſe ingratum à matre ſua vocari ſcripſit, neque propter hoc ab vltima ſuæ matris hæreditate repelli, niſi hoc odio fecerit ſui mariti, ex quo infãs progenitus eſt: hoc iniquum iudicantes, vt alieno odio alios prægrauetur, penitùs delendũ eſſe ſancimus: & huiuſmodi cauſam liberis non tantùm infantibus, ſed etiam quamcunque ætatem agentibus opponi minimè concedimus: cùm poſſit ſub conditione emãcipationis hæreditatem ſuam mater filio derelinquẽs, & patris odiũ punire, & iuri filij ſui minimè nocere, nec ſuam naturam fallere. Satis enim crudele nobis eſſe videtur, eum qui non ſentit, ingratum exiſtimari.

c § poſthumi. Inſt. h. t.

III. [c] Poſthumi qui nullo alio iure venire ad hæreditatem poſſunt, de inofficioſo agere poſſunt.

d §. 1. d. l. Filiam. C. eo. t.

IV. [d] Non liberis tantùm permiſſum eſt teſtamentum parentum inofficioſum accuſare, verumetiã liberorum parentibus. *Nam & ſi parentibus non debeatur filiorũ hæreditas propter votum parẽtum, & naturalẽ erga filios charitatem, turbato tamen ordine mortalitatis non minùs parentibus quàm liberis piè relinqui debet.

* l. Nam & ſi parentibus. D. h. t.

Impp Diocletian. & Maximianus.

e l. Cùm te. d. t. C.

V. [e] Cùm te pietatis religionem non violaſſe, ſed mariti coniugium, quod fueras ſortita, diſtrahere noluiſſe, ac propterea offenſum atque iratum patrem ad exhæredationis notam prolapſum eſſe dicas; inofficioſi teſtamenti querelam inferre non vetaberis.

f l. Filia, ibid.

VI. [f] Filia in orbitate patris relicta, cùm marito, cui volente matre nupſit, colens concordiam, iuſtas offenſionis poſt eiuſdem matris pœnitentiam cauſas non præſtat: nec ex momentariis voluntatibus matris nupta atq; vidua iure eſſe compellitur.

Impp. Seuerus & Antoninus.

g l. 3. ibid.

VII. [g] Si mater filiis duobus hæredibus inſtitutis, tertio poſt teſtamẽtum ſuſcepto, cùm mutare idem teſtamentum potuiſſet, id facere neglexiſſet, vt pote non iuſtis rationibus neglectus de inofficioſo querelam inſtituere poterit. Sed cùm eam in puerperio deceſſiſſe proponas, repentini caſus iniquitas per coniecturam maternæ pietatis emendanda eſt. Quare filio tuo, cui nihil præter maternũ factum imputari poteſt, perinde virilem portionem tribuendã eſſe cenſemus, ac ſi omnes filios hæredes inſtituiſſet. Sin autem hæredes ſcripti extranei erunt, tunc de inofficioſo teſtamento actionẽ inſtituere non prohiberis.

Antoninus Imperator.

* l. Neptẽ ibi.

VIII. *Neptem defuncti, actione de inofficioſo, quãuis pater eius emancipatus fuerit defunctus, experiri poſſe ignorare nõ debes.

h l. Filiam. ib.

IX. [h] Filiam præteritam à matre, ad ſucceſſionem eius, citra inofficioſi querelam, aſpirare non poſſe, explorati iuris eſt.

i l. Liberi. ibid.

X. [i] Liberi de inofficioſo querelam contra teſtamentum parentum mouentes, probationem debent pręſtare, quòd obſequium debitum iugiter, prout ipſius naturę religio flagitabat, parentibus adhibuerint: niſi ſcripti hæredes oſtendere maluerint ingratos liberos contra parentes extitiſſe.

k d. l.

XI. [k] Sin autem mater contra filij teſtamentum inofficioſi querelã inſtituat; inquiri diligenter debet, vtrùm filius ex iuſta cauſa lęſus matrem in nouiſſima læſerit voluntate, eò quòd neque luctuoſam & legitimam reliquerit portionem, vt teſtamẽto reſciſſo matri ſucceſſio deferatur.

l l. ſi pater. ibi.

XII. [l] Querela pręparata tranſmittitur ad hęredẽ. De quo tale extat Antonini Imp. reſcriptum; Si pater tuus poſt litem cõteſtatam vel poſtquàm propoſitũ habuiſſet inofficioſum fratris teſtamentum dicere, te hęrede relicto deceſſit, cauſam cœptã, vel quocunque modo illi placitam, exequi non prohiberis.

m Cla. Conſuẽnda in Paraphr. Inſt. h. t.

n l. ſi quis filiũ in fi. & l. Scimus. §. illud præterea. C. eo. t.

XIII. [m] Querelam inofficioſi teſtamenti præparatam tranſmittit is qui iniuſtè exhæredatus eſt, ad ſuos; [n] non autem ad extraneos ei ſuccedentes.

XIIII. [Querela competens, vel quę ſperatur competere, tranſmittitur ad liberos, etiam nõ pręparata] *Bald.* De quo extat Iuſtin. Imp. conſtitutio in hęc verba: Si quis filiũ ſuũ exhęredatũ fecerit alio ſcripto hærede, reliquerit autem ex eo nepotẽ vel viuum, vel in vẽtre nurus ſuę conſtitutum; deliberãte verò ſcripto hęrede filius exhęredatus deceſſerit, nulla hęreditatis petitione ex nomine de inofficioſo inſtituta, vel pręparata, omne adiutoriũ nepotẽ dereliquit. Neq; enim pater nepoti aliquid ius, cùm deceſſerit, cõtra patris teſtamẽtũ dereliquit, quia & poſtea adita eſt ab extraneo hęreditas, & ſuperuixit auo pater eius, vt neq; ex lege Vellea poſsit in locũ patris ſui ſuccedere, & reſcindere teſtamentum. Et hoc nonnulli Iuriſconſulti in mediũ proponentes, inhumanè reliquerũt. Sed nos (qui

omnes ſubiectos noſtros & filios & nepores habere exiſtimamus affectione paterna & imitatione) ſecundùm quod poſſibile eſt, omnium commodis proſpicientes, iubemus in alia ſpecie eadem iura nepoti dari quæ filius habebat, & ſi preparatio facta non eſt ad inofficioſi querelam inſtituendam, tamen poſſe nepotem eaodem cauſam proponere: & ſi non hæres aperti ſſimis probationibus oſtenderit ingratum patrem nepotis circa teſtatorem fuiſſe; teſtamento temoto ab inteſtato eum venire, niſi certa quantitas patri eius minor parte legitima relicta eſt. Tunc enim [a] ſecuodùm Nouellam noſtræ maieſtatis conſtitutionem, repletio legitimę partis nepotis ſuperest, ſi qua patri eius cnmpetebat: vt perfruatur noſtro beneficio à vetuſtate quidem neglectus, à noſtro autem vigore recreatus, niſi pater adhuc ſuperſtes vel repudiauit querelam, vel quinquennio tacuit, ſcilicet poſt aditam hæreditatem.

a l 30 ibid.

Idem Iuſtinianus Imperator.

b l. pen. §. vlt. ibid.

XV. [b] Illud ſancimus vt tempora inofficioſi querelæ ab adita hæreditate ſecundùm Vlpiani opinionem currant, Herennij Modeſtini recuſata ſententia, qui à morte teſtatoris illico curſum de inofficioſo querelæ téporibus dabat; vt non liceat hæredi quando voluerit adire: ne per huiuſmodi tramitem interim filius defraudetur debito naturali. Sancimus itaque, vbi teſtator deceſſerit, alio ſcripto hærede; & ſperatur de inofficioſo querela, neceſſitatem habere ſcriptum hæredem, ſi quidem præſtò eſt in eadem commanés prouincia, intra ſex menſium ſpatium: ſin autem ſeorſum vtraque pars in diuerſis prouinciis degit, tunc intra annale tantummodo ſpatium ſimili modo per continuum à morte teſtatoris numerandum, omnimodo adire huiuſmodi hæreditatem, vel manifeſtare ſuam ſententiam quòd hæreditatem minimè admittat. Expeditus enim ita tractatus inducitur filio memoratam mouere querelam. Sin verò ſcriptus hæres intra ſtatuta tempora minimè adierit, per officium quidem iudicis hęredem ſcriptum compelli hoc facere: in medio tamen tempore, id eſt, à morte quidem teſtatoris; ſed ante aditam hæreditatem ſi deceſſerit filius, huiuſmodi querelam (licet ſe non præparauerit) ad ſuam poſteritaté tranſmittet: ad extraneos verò hæredes tunc tantummodò, quando antiquis libris inſertam faciet præparationem.

c l. ſi quando. ibid.

XVI. [c] Si quando talis conceſſio Imperialis vel regia proceſſerit, per quam libera teſtamenti factio conceditur, nihil aliud videri Principem concedere, niſi vt habeat legitimam & conſuetam teſtamenti factionem. Neque enim credendum eſt, Principem, qui iura tuetur, huiuſmodi verbo totam obſeruationem teſtamentorum multis vigiliis excogitatam velle euerti.

Impp. Seuerus & Anton.

d l. Hæreditas. C. de pet. her.

XVII. [d] Hæreditas materteræ petita non infringit alterius hæreditatis petitionem. Sed & ſi quæſtionis titulus prior inofficioſi teſtamenti cauſam habuiſſet, iudicatæ rei præſcriptio non obſtaret eandem hæreditatem ex alia cauſa vindicanti.

e l fratres. C. h. t.

XVIII. [e] Fratres vel ſorores vterini inofficioſi actione contra teſtamentum fratris vel ſororis penitus arcentur: conſanguinei autem durante actione, vel non, cótra teſtamentum fratris ſui vel ſororis de inofficioſo querelam mouere poſſunt, ſi ſcripti hæredes infamiæ vel turpitudinis, vel leuis notæ macula aſpergantur.

f Veſenbecius Comm. in hunc. g l. 1. D. de ſuperf. c. qui ad agendum. de reg. iur.

XIX. [f] Quia ei cui datur actio, multo magis eidem competit exceptio, [g] poteſt etiam is qui ſe iniuſtè exhęredatum queritur, ſi ſit in poſſeſſione bonorum, in modum cótradictionis, & excipiendo querelam proponere.

g l. Scimus. C. h. t.
h §. vlt. Inſt. h. t.

XX. [h] Si tutor nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex teſtaméto patris ſui legatum acceperit, cùm nihil erat ipſi tutori relictum à patre ſuo, nihilominus poterit nomine ſuo de inofficioſo patris teſtamento agere. Sed ſi è cótrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioſo egerit, & ſuperatus eſt ipſe tutor, quod ſibi in teſtamentu eodem relictum eſt, non amittit.

Secunda pars capitis primi.

Aduerſus quos de inofficioſo teſtamento querela competat.

i l. 1. C. h. t.

XXI. [[i] Querela inofficioſi teſtaméti poteſt contra fideicómiſſariũ proponi] De quo tale extat Seueri & Antonini Impp. reſcriptum: Cùm de inofficioſo matris ſuæ teſtamento filius dicere velit, non eſt iniquum hoc ei accommodari, vt perinde fideicómiſſarius teneatur, ac ſi pro hærede aut pro poſſeſſore poſſideret.

k l. Fratris ib.

XXII. [[k] Querela inofficioſi cópetens cótra hæredé ſcriptum, poteſt proponi contra fiſcũ qui ſucceſſit in bona hæredis ſcripti] Déque eo ita reſcriptum eſt: Si hæredum Quintiani, qué patré tuum eſſe dicis, aduerſus quos de inofficioſo teſtamento acturus eras, iure ſucceſſionis bona ad fiſcũ pertinét; vel ipſius Quintiani bona, vtpote vacantia fiſcus tenet, cauſam apud Procuratorem noſtrũ agere potes.

l l. Fratris. ib.

XXIII. [l] Fratris vel ſororis filij, patrui & auunculi, amitæ etiá & materteræ teſtamentũ fruſtrà dicunt inofficioſum; cùm nemo eorũ qui ex tranſuerſa linea veniunt, exceptis fratre & ſorore cóſanguineis, [m] idq; tantummodo cùm infamis turpiſve perſona hæres inſtituta eſt, ad inofficioſi querelam admittatur.

m l fratres. ib.

XXIV. Filius matré, quæ de mariti moribus ſuſpicatur, ita poſſe conſulere, iure cópertum eſt, vt eos ſub hac conditione hæredes inſtituat, ſi à patre emancipati fuerint; atq; eo pacto ſecũdùm tabulas bonorum poſſeſſionem cũ re accipere nó videri, qui códitioni minimè obtéperauit: neq; ei nomine filiorũ inofficioſi actionem poſſe cópetere, quibus nullam iniuriam fecerit mater: ſed potiùs putauerit prouidendum: & ideo reſtituere debet.

XXV. Si mater cótra filij teſtamentũ inofficioſi querelam inſtituat, inquiri diligéter de-

bet, vtrùm fili⁹ ex iuſta cauſa matrẽ in nouiſſima læſerit volũtate, eò ꝙ neq; luctuoſam & gitimá ei reliquerit portionem, vt teſtaméto reſciſſo matri ſucceſſio deferatur. Si tamen mater inhoneſtis factis, atque indecentibus machinationibus filium obſedit, inſidiiſque eum vel clandeſtinis vel manifeſtis appetiit, vel inimicis eius ſuas amicitias copulauit, atque in illis ſic verſata eſt, vt inimica eius potiùs quàm mater crederetur; hoc probato, etiam filij acquieſcat voluntati.

XXVI. [a] De inofficioſo agere non poſſunt, quibus aliquid iure inſtitutionis relictum eſt: quod ad verecundiam naturæ à Iuſtiniano introductum eſt. Sin verò quantacunque pars hæreditatis, vel res eis fuerint prædicto inſtitutionis titulo relictæ, de inofficioſo querela quieſcente, id quod eis deeſt, repleri boni viri arbitratu debet.

a ſed hæc ita. ... ſt.h.t.

XXVII. [[b] Propter fideicommiſſum inuicem inter filios relictum; neuter filiorum videtur grauatus, quia omnes ſunt in pari ſpe] De quo Imperator Romanus ita reſcripſit; Si pater puellæ, cuius vos curatores dicitis, filiis ex ſemiſſe, ipſa autem ex triente, vxore ex reliquo ſextante ſcriptis hæredibus, fidei filiorum commiſit, vt ſi quis eorum intra viginti quinque annos ætatis decederet, ſuperſtitibus portionem ſuam reſtitueret: præterea vxori, vt id quod ex cauſa hæreditatis ad eam perueniſſet, filiis poſt mortem reſtitueret, fideicommiſit; calumnioſam inofficioſi actionem aduerſus iudicium teſtatoris inſtituere non debes, cùm ex huiuſmodi fideicommiſſaria reſtitutione tam matris quàm fratris eius portio poterat peruenire.

b l.ſi pater.D. ...

XXVIII. [c] Frater, ſororve de inofficioſo teſtamento agere non poſſunt, tametſi turpis perſona inſtituta ſit, vel eis quicquam relictum ſit, ſi vnâ trium cauſarum exhæredatus aut præteritus, exhæredata aut præterita ſit; ſcilicet ſi inſidias vitæ fratris aut ſororis moliti fuerint; ſi criminalem accuſationem illis impegerint; aut vniuerſa ſubſtantia exuere eum ſtuduerint: tametſi eę cauſæ alioqui ſucceſſuris non noceant.

c Cantiuncula in hunc t. Paragraph. Inſt. l. Pantonius. D. ſi quis à par. manuſuer.
d Veſembecius Comm. in hunc t.D.
e l.Multi. D. de lib. & poſth. & l.cùm ex filio, D.de vulg. & l. ſi patronus D. de bo. lib.

XXIX. [d] Si filius proprio conſenſu à patre præteritus aut exhæredatus ſit, puta ob magnum aliquod emolumentum [e] (eſt enim, vbi filiifamiliâs commodum ſit, præteriri, [f] vel exhæredari poſſe:) aut quamuis ab initio reluctans; condito tamen teſtamento voluntati iam mortui patris aſſenſerit, valere teſtamentum; propterea dicendum eſt quòd tum potiſſimùm arcendæ iniuriæ cauſa liberorum fauor in cauſa eſt, vt præteritio vitiet teſtamentum: cui fauori, [g] non dubium eſt, quin filius, cùm volet, renuntiare poſſit: tùm quia licèt iuris ſubtilitas refragari videatur, attamen voluntas teſtatoris ex bono & æquo defenditur. [h] Aſſentiſſe autem filius paternæ voluntati etiam intelligitur, qui cùm ius habuerit paternum teſtamentum dicendi nullum, & contra tabulas bonorum poſſeſſionem agnoſcendi intra annum, ſuo tamen ſilentio

f l.Non putauit. §. ſi quis ſua manu D. de bo poſſ contra tab. DD. in l. non dubium, C. de teſt.
g d. § ſi quis ſua manu. d.l. non dubium glo Bar Bald. Alber. & Imo. in l. Filio præterito. D. de iniuſt. rup. & irr.
h d.l.Cargius. D. de ſucc. ed. glo. & DD. in l. 2. C. qui adm.

iudicium patris confirmare maluerit.

XXX. [i] Filij tamen præteriti, vel iniuſtè exhæredati approbatio teſtamenti cæteris fratribus non nocet quin contra tabulas petere bonorum poſſeſſionem poſſint, ſi id ſibi expedire ſentiant, vt puta, cùm eis minus quàm vellent, relictum fuit.

i Bar. Salyc. Pan. Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. Poſthumo. D. de bo poſſ contra tab. Guido Papa q 56. DD. in d.l. Filio præterito.

XXXI. [k] De inofficioſo teſtamento actio ei non competit, qui quoquo modo agnouit à teſtatore relictum: aut aliter teſtatoris voluntatem approbauit, aut querelę renuntiauit, aut per quinquennium à tempore aditæ hæreditatis conticuit.

k Veſembecius Comm. in hunc t.D.

XXXII. [l] Papinianus libro quinto quæſtionum rectè ſcribit, inofficioſi querelam patrem filij ſui nomine inſtituere non poſſe inuito eo; ipſius enim iniuria eſt.

l l.Papinianus.D.d.t.

XXXIII. [m] Sequenti loco ſcribit, ſi filius poſt àgnitam litis ordinandæ gratiâ bonorum poſſeſſionem deceſſerit, finitam eſſe inofficioſi querelam, quæ non patri, ſed nomine filij dabatur.

m ibid.

XXXIIII. [n] Si quis poſt rem inofficioſi ordinatam litem dereliquerit; poſtea non audietur.

n d.l.§.i.

XXXV. [o] Hæredi eius qui poſt litem de inofficioſo præparatam mutata voluntate deceſſit, non datur de inofficioſo querela: non enim ſufficit litem inſtituere ſi in ea non perſeueret.

o l.Nam & ſi parentibus. §. 1. ibid.

XXXVI. [p] Si quis in militia fecerit teſtamentum, poſt militiam deceſſerit; dubito, an quia ad hoc vſq; tẽpus iure militari teſtamentum eius valet, querela inofficioſi ceſſet. Et puto dici, querelam inofficioſi ceſſare.

p d.l.Papinianus § ſi quis in militia.

XXXVII. [q] Sed nec impuberis filij mater inofficioſum teſtamentum dicit, quia pater ei hoc fecit: nec patris frater, quia filij teſtamentum eſt: ergo nec frater impuberis, ſi patris non dixit. Sed ſi in patris obtentum eſt, nec hoc valebit niſi pro parte patris obtẽtum eſt. Tunc enim pupillare valet.

q d.l.§.ſed nec impuberis.

XXXVIII. [r] Si quis impuberi filio ſubſtituit ſecundas tabulas faciendo, non ob hoc admittemus ipſum impuberem ad inofficioſi querelam.

r d.l. §.ſi quis impuberi.

XXXIX [ſ] Si quis mortis causâ donauerit legitimam partem quæ ad eum eſſet peruentura, puto ſecurè eum teſtari.

ſ d.l. § ſi quis mortis.

XL. [t] Quoniam autem debita portio ſufficit ad excludendam querelam, videndum erit an exhæredatus partem faciat ei qui non queritur: vt puta, ſumus duo filij exhæredati; & vtrique faciet, vt Papinianus reſpondit: & ſi dicam inofficioſum; non totam hæreditatem, ſed dimidiam debeo petere. Proinde ſi ſint ex duobus filiis nepotes; ex vno plures, tres puta, ex vno vnus; vnius ſeſcuncia, vnius ex illis ſemuncia querelá excludet. Quarta autem ſeu alia pars legitima accipietur, ſcilicet deducto ære alieno, & funeris impensâ.

t d.l.§.quoniã.

XLI. [u] Meminiſſe autem oportebit eum qui teſtamentum inofficioſum improbè dixit nec obtinuit id quod in teſtamento accepit, perdere; & id fiſco vindicari, quaſi indigno ablatum. Sed ei demùm

u d.l.§.meminiſſe.

auſer-

aufertur quod teſtamento datum eſt, qui vſque ad ſenteotiam iudicum io lite improba perſeuerauerit. Cęterùm ſi ante ſententiam deſtitit, vel deceſſit, non ei aufertur quod datum eſt. Proiode & ſi abſeote eo ſecundùm pręſentem prononcietur, poteſt dici conſeruandom ei quod accepit. Eo autem ſolo carere quis debet, cuiua emolumentum ad eum pertinet. Cæterùm ſi id rogatus fuerit reſtituere, non debet iniuria fieri. Vnde non malè Papinianus refert, ſi hæres fuit inſtitutus, & rogatus reſtituere hæreditatem, deinde in querela inofficioſi oō obtinuit id quod iure Falcidię potuerit habere, ſolùm perdere.

a l. Etiamſi ib.

XLII. [a]Etiamſi querela inofficioſi teſtamenti obtinuerit, non ideò tamen donationes, quas viuus ei perfeciſſe proponitur, infirmari; neque in dotem datorum partem vindicari poſſe, reſpondi.

b d. l. Papinianus. §. ſi quis irritum.

XLIII. [b]Si quis irritum dicat teſtamentum, vel ruptum & inofficioſum; conditio ei deferri debet, vtrum prius mouere volet.

c d. l. §. ſi filius.

XLIV. [c] Si filius exhæredatua in poſſeſſione ſit hæreditatis; ſcriptus quidem hæres petet hæreditatem: filiua verò in modum contradictionis querelam inducet, quemadmodum ageret ſi non poſſideret, ſed peteret.

d l. Poſthumus. §. 1 ibid.

XLV. [d] Si quis ex his perſoois qui ad ſucceſſionem ab inteſtato non admittuntur, de inofficioſo egerit (nemo enim eum repellit) & caſu obtinuerit, non ei proficit victoria; ſed his qui habent ab inteſtato ſucceſſionem. Nam inteſtatum patrem familiâs facit.

e d. l. §. vlt.

XLVI. [e] Si qois inſtitutes accuſatione inofficioſi deceſſerit, an ad hæredem ſuum querelam transferat? Papioianus reſpondit, quod quibuſdam reſcriptis ſignificatur, ſi poſt agnitam bonorum poſſeſſionem deceſſerit, eſſe ſucceſſionem accuſationia. Et ſi non ſit petita bonotum poſſeſſio, iam tamen cœpta cõtrouerſia, vel præparata; vel ſi cùm venit ad mouendam inofficioſi qurelam, deceſſit, puto ad hæredem tranſire.

f l. Quemadmodum. ibid.

XLVII. [f] Quemadmodum præparaſſe litem quis videatur, vt poſſit tranſmittere actionem, videamua. Et ponamus in poteſtate fuiſſe eum, vt neque bonorum poſſeſſio ei neceſſaria, & aditio hæreditatis ſuperuacua ſit: ia ſi comminatua tantùm accuſationem fuerit, vel vſque ad denuntiationem, vel libelli oblationem proceſſerit, ad hæredem ſuom accuſationem tranſmittet: idque Pius Imp. de libelli datione & denontiatione reſcripſit. Quid ergo ſi in poteſtate non fuerit, an ad hæredem actionem tranſmittat? Et rectè videtur litem præparaſſe, ſi ea fecerit, quorum ſupra mentionem habuimus.

g l. §. tam autem. Inſt. h. t.

XLVIII. [g] Qui ad hæreditatem totam, vel partem eius alio iure veniunt, de inofficioſo agere non poſſunt.

h d. l. Papinianus. §. vlt. & l. ſeq.

XLIX. [h] Inofficioſi teſtamenti quetela, poſt quinquenoium ab adita hæreditate inſtitui non poteſt.

CAP. II.

Effectus iudicij de inofficioſo teſtamento.

i l. ſi maritus. C. h. t.

L. [[i] Reſciſſa aditione hęreditatis per querelam, reuiuiſcunt actiones per aditionem confuſæ] De quo ita reſcriptum eſt; Si maritua tuus facto teſtamento te quidem ex aſſe ſcripſit hæredem, filiâ autem exhæredata, cui nihil relictum eſt; neque iuſtas offenſæ cauſas præſtitiſſe conuincitur; eam de inofficioſo teſtamento patris querentem, totam hæreditatem obtinere poſſe, non ambigitur.

k Cantuncula Paraphr. Inſt. in hoc t. d l. Papinianus. §. quoniam.
* l. Filia l. 2. l. cùm mater. D eo. t.

LI. [k] Quamuis hac actione nemo amplius petere poſſit, quàm ab inteſtato habiturua eſſet; * tamen ſententiâ ſecundùm querelam lata, totum teſtamentum corruit, quaſi vitioſum, & à demente factum; adeò vt victor ſolua obtineat hæreditatem; neque illi concurrant, qui alioqui ab inteſtato partem facerent, ſi agentem deſeruerint. [l] Videntur autem animo repudiantis neglexiſſe, *niſi culpâ ſilētij nullâ impeditis fortè imputari poſſit.

l l. qui repudiantis. ibid.
* l. ſi hæres. D. ſacroſ.

m Cantuncula d. loco.

LII. [m] Sed ſi ia qui inſtitutus eſt, etiam ab inteſtato hæres extitit, cùm minimè repudiare ius ſuum voluiſſe, ipſa aditione & propugnatione teſtamenti contra querelam, cui ſe oppoſuit, abundè ſit teſtatus; ideò reciſſo per querelam teſtamento cum victore concurret. [n] cùm contra filium inſtitutum alter exhæredatus obtinuit.

n l. Mater l. ſi ponas. D. h. t.

TIT. III.

De teſtamento inutili propter deficientem hęredis inſtitutionem, vel captatoriam, ſuggeſtámve, vel deſertam, ſeu deſtitutam.

CAP. I.

De teſtamento inutili propter deficientem hæredis inſtitutionem.

a l. 1. & vlt. D. de iure codic. l. si qui. & l. non in diuiduum. C. de codic.

I. [a] Teſtamentum ſine hæredis inſtitutione dici non poteſt: ac nullum eſt.

b l. in tempus. §. 1. D. de hæred. inſtit.

II. [b] Quoties non apparet quis hæres inſtitutus ſit, inſtitutio non valet: quippe euenire poteſt ſi teſtator complures amicoa eodem nomine habeat, & ad deſignationem nominis ſingulari nomine vtatur; niſi ex aliis apertiſſimis probationibua fuerit reuelatum, pro qua perſona teſtator ſenſerit, vt & alibi relatum eſt.

c l. 1. §. ſi quis. D. Quemad. teſtam. aper.
d Bar in l. Tabularum. D. de teſta.
e Glo. & DD. in l. vlt. D. de bo. poſſ. ſec. tab. l. vlt. C. de fideic. Spec. t. de inſtrum. edit. § compendioſe.

III. [c] Si vnus de teſtibus ad teſtamentum adhibitis contradiceret, vacillaret teſtamenti fides. [d] Et ſi teſtes ante teſtamenti publicationem eſſent mortui, teſtamentum ſolemne non valeret: [e] noncupatiuum verò per duos teſtes probari poteſt.

f Bart. & DD. in l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto. C. de teſta. & in l. ſi ex qua. D. eo. t. arg. l. vlt. D. fam. ercſ. Guido Papa Conſ. 28. arg. quod de his quæ nõ ſunt & non apparent, idem eſt iudicium. l. in lege. l. Rutilia Polla. D. de contr. empt.

IIII. [f] Teſtamentum imperfectum etiam inter liberos nullarum eſt viriū: [g] quod tamen

Digitized by Google

per duos teſtes probari poteſt.

CAP. II.

De teſtamento inutili propter captatoriam inſtitutionem.

V. [a] Illa inſtitutio [Quos Titius voluerit] ideo vitioſa eſt quòd alieno arbitrio permiſſa eſt. Nam ſatis conſtanter veteres decreuerunt teſtamentorum iura per ſe firma eſſe oportere, non ex alieno arbitrio pendere.

a ... illa inſti... D. de ... inſtit.

VI. [b] Captatorias inſtitutiones non eas Senatus improbauit, quę mutuis affectionibus iudicia prouocarent: ſed quarum conditio confertur ad ſecretum alienæ voluntatis.

b l. Captatorias ...

VII. [c] Illæ autem inſtitutiones captatoriæ non ſunt, veluti ſi ita hæredem quis inſtituat [Qua ex parte Titius me hæredem inſtituerit, ex ea parte Mæuius hæres eſto] quia non in præteritum, ſed in futurum inſtitutio colla eſt. Sed illud quæri poteſt, an idem ſeruandum ſit quod Senatus cenſuit, etiamſi in aliam perſonam captionem direxerit: veluti ſi ita ſcripſerit [Titius ſi Mæuium tabulis teſtamenti ſuis hæredem eſſe oſtenderit, hæres eſto] Quod in ſententiam Senatuſconſulti incidere non eſt dubium.

c l. ...

CAP. III.

De teſtamento inutili propter ſuggeſtionem.

VIII. [d] Dubitatum eſt, ſi quis teſtatorem interroget [Vis me hæredem facere, vel fundum mihi dare] reſpondeat [volo]: Quidni? an hæredi exceptio detur aduerſus agentem: Quod videtur: quia verba hæc ſunt ſuggerentis & captantis voluntatem. Quod proculdubio verum eſt, ſi ab infirmo & in extremis conſtituto hoc factum ſit.

d Nicol. V ... e rebus dubiis ...

IX. [e] Blanditiis tamen prouocare voluntatem in ſe defuncti, non eſt prohibitum: ſed probatur iure ciuili ex his facta inſtitutio. Et iudicium poſtremum in ſe vxoris prouocare maritali ſermone, non eſt prohibitum. [f] Sed ſi nouercalibus delinimentis patet inductus contra proprium ſanguinem iudicium ſuæ voluntatis dediſſet, contrà eſſet.

e l. vlt. C. ſi ... aliq. teſta. ... l. vlt D. ...
f l. 4. C. de inoff. teſta.

CAP. IV.

De caducis.

X. [g] Eorum quæ in teſtamentis ſcribuntur, quædam pro non ſcriptis ſunt: quædam in cauſa caduci, quædam caduca.

g Cuiacius in notis ad titulos Vlpiani.

Pro non ſcriptis hæc ſunt, quæ incapacibus relinquuntur; quæ non intelliguntur; quæ ſibi teſtamentarius adſcribit; quæ ſunt captatoria; quæ ei qui in rebus humanis non eſt, adſcribuntur. Pro non ſcriptis igitur ſunt quæ in ipſo initio deficiunt.

In cauſa caduci ſunt, quæ paulò poſt teſtamentum viuo teſtatore deficiunt; vt puta ſi legatarius viuo teſtatore decedat, aut conditione excludatur.

Caduca ſunt, quæ mortuo teſtatore deficiunt: vt puta, ſi hæres vel legatarius ante apertas tabulas deceſſerit, vel aliàs incapax factus fuerit.

Caduca, & in cauſa caduci legibus Iuliis fiſco vindicantur, legibus Iuſtiniani apud hæredem remanent cum onere.

Quæ pro non ſcriptis habentur; & nouo & antiquo iure apud hæredem remanent ſine onere.

XI. [*] Si quis in fraudem tacitam fidem accommodauerit, vt non capienti tacitum fideicommiſſum reſtituat, quadrantem eum deducere Senatus cenſuit: nec caducum vendicare ex eo teſtamento, ſi liberos habeat.

** Vlpian. lib. 25. vbi Cuiacius.*

XII. [h] Plantiano ſenatuſconſulto, ſi de hæreditate incapaci relinquenda promiſit, primùm omnium hæreditas fiſco vendicatur; nec ſi exhauſta ſit hæreditas, Falcidia retinetur: [i] verùm fiſco vendicatur ex reſcripto Pij Imperatoris.

h l. Beneficia. D. ad leg. Fal.
i l. 3. C. eo l. ... hæres. C. de his quib. vt ind.

CAP. V.

De teſtamento inutili, quod ſit deſtitutum ſeu deſertum.

XIII. [k] Deſtitutum, aut deſertum teſtamentum eſt; ex quo nemo hæreditatem adiit, aut quòd id non potuerit hæres, aut noluerit.

XIIII. [l] Si hæres inſtitutus omiſerit hæreditatem, ea legitimo hæredi defertur: quoniam hæc verba [ſi inteſtatò moritur] ad id tempus referuntur quo teſtamentum deſtituitur, non cùm moritur.

k §. cùm autẽ. in verb. deſtitutum aut deſertũ. vbi Theoph. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. quantitas. Inſt. de lege Falcid. l. Filium. D. de bo. poſſ. contra tab. § poſteriore. Inſt. quib. mo. teſta. infir.
l l. ſi quis poſthumos. §. ſi filiũ. D. de teſta.

CAP. VI.

De hæreditate codicillis data vel adempta, vel contractu promiſſa.

Prima pars.

De hæreditate codicillis data, vel adempta.

XV. [m] Hæreditas nihil aliud eſt quàm ciuilis ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuit.

XVI. [n] Viuentis nulla eſt hæreditas.

XVII. [o] Codicillis dari aut adimi hæreditas non poteſt.

XVIII. [p] Si idem codicilli quod teſtamenta poſſent; cur diuerſum his inſtrumentis vocabulum mandaretur, quæ vis ac poteſtas vna ſociaſſet? Igitur ſpecialiter codicillis inſtituendi ac ſubſtituendi poteſtas, iuris authoritate data non eſt.

m l. Nihil. 24. D. de reg. iur.
n l. 1. D. de her. vend.
o l. Hæreditas. D. de his quib. vt ind.
p l. ſi idem. C. de codic.

Secunda pars dicti capitis tertij.

De pacto futuræ ſucceſſionis.

a l. Stipulatio hoc modo concepta. D. de verb. obl. l. ex eo C. de inut. ſtip. c. 1. de elec. pra.
b l. 2. § interd. D. de vulg. l. ita tamen. § à patre. D. ad SC. Treb. l. 2. § ſi dubitetur. D. quemadm. te ſta aper.
c l. Pactum quod dotali. & l. hæreditas. C. de pact.

XIX. [a] PActum de ſucceſſione improbatur; [b] ac præmatura eſt ſollicitudo de hæreditate viuentis.

XX. [c] Inre ciuili Romano pactum de futura ſucceſſione in contractu matrimonij factum, vel dotis, filiæ cauſa improbatur.

TIT. IV.

De his quibus vt indignis hæreditates auferantur: vel non.

Prima pars.

Quibus auferantur.

a l. 2. C. ſi quis aliq. teſta. prob.

I. [a] EOs qui ne teſtamentum ordinaretur, impedimento fuiſſe monſtrãtur, velut indignas perſonas à ſucceſsionis cõpendio, remoueri, celeberrimi iuris eſt.

b l. 1. ibid.

II. [b] Ciuili diſceptationi crimen adiungitur, ſi teſtator non ſua ſponte teſtamentum fecit; ſed compulſus ab eo qui hæres eſt inſtitutus, vel à quolibet alio, quos noluerit, ſcripſerit hæredes.

Seuerus & Antoninus Impp.

c l. 1. h. t.

III. [c] Hæredes, quos necem teſtatoris inultam omiſiſſe conſtiterit, fructus integros cogantur reddere. Neque enim bonæ fidei poſſeſſores ante controuerſiam illatam videntur, qui debitum officium pietatis ſcientes omiſerunt: ex hæreditate autem rerum diſtractarum, vel à debitoribus acceptæ pecuniæ poſt litem motam bonorum vſuras inferant: quod in fructibus quoque locum habere, quos in prædiis hæreditatis inuentos, aut exinde perceptos vendiderunt, procul dubio eſt. Vſuras autem ſemiſſes dependere ſatis eſt.

d l. Alia. ibid.

IV. [d] Alia cauſa eſt eius qui falſi inſtituta accuſatione ad finem vſque quod inſimulabat, perduxit; & contrariam ſententiam meruit: alia eius, qui inchoatam accuſationem non pertulit, cùm in illius quidem parte ſuccedat fiſcus: hic autem qui contrariam iudicis ſententiam non ſuſtinuit, ſuæ partis non perdat perſecutionem.

Impp. Diocletianus & Maximianus.

e l. cùm fratrem. ibid.

V. [e] Cùm fratrem tuum veneno peremptũ aſſeueres, vt effectus ſucceſsionis eius tibi nõ auferatur, mortem eius vlciſci te neceſſe eſt. Licèt enim hæreditatem eorum qui clandeſtinis inſidiis perimuntur, hi qui iure vocantur, adire non vetantur, tamẽ ſi interitum non fuerint vlti, ſucceſsionem obtinere non poſſunt.

Secunda pars dicti capitis.

Quibus vt indignis hæreditates non auferantur.

f l. Sororem. ibid.

VI. [f] [HÆredi ſcripto à legitimo præuento non aufertur hæreditas à fiſco, ſi mora vel culpa non poſsit ei imputari] Salyc. De quo iidem Impp. Diocl. & Maxim. ita reſcripſerũt: Sororem fratris necem iure licito vindicantem, euincere ab vxore rectè ſcripta ſucceſsionem non conuenit: ſecundùm quę, ſi fiduciam innocentiæ geris, & neque dolo malo tuo maritum necatum, neque aliâs indignam te ſucceſsione probare poſſe confidis; aduerſus omnem calumniam habes ſecuritatem.

g l. Non oportet. ibid.

VII. [g] Non oportet vt indignis hæredibus ſucceſsiones auferri, quòd in ſepultura ſupremis iudiciis, vel voluntatibus defunctorum obtemperatum non fuiſſet.

Imp. Alexander.

h l. Minoribus. ibid.

VIII. [h] Minoribus viginti quinque annis hæredibus non obeſſe crimen inultæ mortis non placuit. Cùm vos autem accuſationẽ pertuliſſe, & quoſdam ex reis punitos proponatis, ſi is qui mandaſſe necem dicitur, prouocauerit; vereri non debetis, ne quã hæreditatis paternæ quæſtionem à fiſco meo patiamini. Conuenit enim pietati veſtræ reſpondere cauſam appellationis reddenti. Quòd ſi maioris ætatis fuiſſetis, etiam ex neceſſitate prouocationis certamen implere deberetis, vt poſſetis adire hæreditatem.

i l. non ideo. ibid.

IX. [i] Si ideò vltio necis teſtatoris non eſt deſiderata, quia cædis authores reperiri non poterant, obeſſe hæredibus, in quo nulla eorum culpa detegitur, procul dubio eſt.

TIT. V.

De militari teſtamento.

a Inſtit. h. t. in prin.

I. [a] SVpradicta diligens obſeruatio in teſtamentis ordinandis militibus, propter nimiam imperitiam eorum conſtitutionibus principalibus remiſſa eſt. Nã quãuis ij neque legitimum numerum teſtiũ adhibuerint, neque aliam teſtamentorum ſolemnitatem obſeruauerint, rectè nihilominus teſtantur; videlicet cùm in expeditionibus occupati ſunt; quod meritò Iuſtiniani conſtitutio introduxit. Quo enim modo voluntas eius ſuprema inueniatur, ſiue ſcriptis, ſiue ſine ſcriptura; valet teſtamentum ex voluntate eius.

b §. ſed hactenus. ibid.
c §. 1. ibid.

II. [b] Sed hactenus hoc illis à principalibus conſtitutionibus conceditur, quatenus militant & in caſtris degunt. [c] Illis autem temporibus, per quæ citra neceſsitatem expeditionum in aliis locis, vel ſuis ædibus degunt, minimè ad vindicandum tale priuilegium adiuuantur. Poſt miſſionem verò veterani; vel extra caſtra, alij, ſi faciunt adhuc militantes teſtamentum, communi omnium ciuium Romanorum iure id facere debent. Et quod in caſtris fecerint teſtamentum, non communi iure, ſed quoquo modo voluerint, poſt miſſionem intra annum tãtùm valebit. Quid ergo ſi intra annum quidem deceſſerit, cõditio autem hæredi adſcripta poſt annum exſtiterit? an quaſi militis teſtamentum valeat? Et placet valere.

d §. plane. ibi.

III. [d] De teſtamentis militum Traianus Imp. ita reſcripſit: Id priuilegium quod militantibus datum eſt, vt quoquo modo

facta ab his teſtamenta rata ſint, ſic intelligi debet, vt vtique priùs conſtare debeat teſtamentum factum eſſe; quod & ſine ſcriptura & à non militantibus fieri poteſt. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quęritur, conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem ſuam teſtaretur, ita locutus eſt, vt declararet quem vellet ſibi hęredem eſſe; poteſt videri ſine ſcriptura hoc modo eſſe teſtatus; & voluntas eius rata habenda eſt. Cæterùm ſi (vt plerunque fieri ſolet) dixit alicui, [Ego te hęredem facio] aut [Bona mea tibi relinquo] non oportet hoc pro teſtamento obſeruari. Nec vllorum magis intereſt, quàm ipſorum quibus id priuilegium datum eſt, eiuſmodi exemplum non admitti. Alioquin non difficulter poſt mortem alicuius militis teſtes exiſterent, qui affirmarent ſe audiſſe dicentem aliquem, relinquere ſe bona cui viſum ſit: & per hæc verba iudicia ſubuerterentur.

a §. ſed & ſi quis ibid.

I V. [a] Sed & ſi quis ante militiam non iure fecit teſtamentum, & miles factus, & in expeditione degens reſignauit illud, & quędam adiecit, ſiue detraxit, vel aliâs manifeſta eſt militis voluntas hoc valere volentis; dicendum eſt valere hoc teſtamentum quaſi ex noua militis voluntate. Denique & ſi miles filiusfamiliâs emancipatus eſt, teſtamentum eius quaſi ex noua militis volũtate valet, nec videtur capitis deminutione irritum fieri.

b §. 1. ibid.

V. [b] Sed teſtari quidem, etſi filiifamiliâs ſint, propter militiam conceduntur; iure tamen communi eadem obſeruatione, & in eorum teſtamentis adhibenda, quam in teſtamentis paganorum proximè expoſuimus.

c Inſt. t. quib. non eſt perm. fac. teſta.

V I. [c] Non omnibus licet facere teſtamentum. Statim enim ij qui alieno iuri ſubiecti ſunt, teſtamenti faciendi ius non habent; adeò quidem vt quamuis parentes eis permiſerint, nihilomagis teſtari poſſint, exceptis præcipuè militibus qui in poteſtate parẽtum ſunt, quibus, de eo quod in caſtris acquiſierunt, permiſſum eſt ex conſtitutionibus Principum teſtamentum facere.

d ibidem.

V I I. [d] Quod quidem ius ab initio tantùm militãtibus datum eſt, tam ex authoritate Auguſti, quàm Neruę, necnon Traiani Imperatorum: poſtea verò ſubſcriptione Hadriani Imperatoris, & dimiſſis à militia, id eſt veteranis, conceſſum eſt.

e §. itaque d. t.

V I I I. [e] Itaque ſi quidem fecerint de caſtrenſi peculio teſtamentum, pertinebit hoc ad eum quem hæredem reliquerunt. Si verò inteſtati deceſſerint, nullis liberis vel fratribus ſuperſtitibus, ad parẽtes eorũ iure communi pertinebit.

I X. [f] Ex hoc intelligere poſſumus, quod in caſtris acquiſierit miles, qui in poteſtate patris eſt, neque ipſum patrem adimere poſſe, neque patre mortuo cum fratribus commune eſſe: ſed ſcilicet proprium eius eſſe qui id in caſtris acquiſierit: quanquam iure ciuili, omnium qui in poteſtate parentum ſunt, peculia in bonis parentum computentur: exceptis videlicet his, quæ conſtitutionibus Principum propter diuerſas cauſas non acquiruntur. Præter hos qui caſtrenſe peculiũ, vel quaſi caſtrenſe habent, ſi quis alius filiusfamiliâs teſtamentum fecerit, inutile eſt, licèt ſuæ poteſtatis factus deceſſerit.

f g l. Nam & ſi ſub conditione. D. de inoff. ... & irr.

X. [f g] Filijfamiliâs veterani, ſui iuris morte patris facti, teſtamentum irritum non fieri conſtat. Nam quantum ad teſtandum de caſtrenſi peculio pro patrefamiliâs habendus eſt; & ideo nec emancipatione irritum fieri militis vel veterani teſtamentum, verum eſt.

h § vlt. Inſt. h. t.

X I. [h] Sciendum eſt, quòd cùm ad exemplum caſtrenſis peculij, tam anteriores leges, quàm principales conſtitutiones quibuſdam quaſi caſtrenſia peculia dederint, & horum quibuſdam permiſſum fuerit etiam in poteſtate degentibus, teſtari; Iuſtiniani autem conſtitutio latiùs extendens permiſit omnibus in huiuſmodi peculiis teſtari; ſed iure communi.

i §. quinimo. Inſt. h. t.

X I I. [i] Mutus & ſurdus milites teſtamentum facere poſſunt.

Antoninus Imperator.

k l. 1. C. eo. t.

X I I I. [k] Frater tuus miles, ſi te ſpecialiter in bonis quæ in paganico habebat, hæredem fecit, bona quæ in caſtris reliquit petere non potes; etiam ſi is qui eorum hæres inſtitutus eſt, adire ea noluerit:[l] ſed ab inteſtato ſuccedentes veniunt: modò ſi in eius locum ſubſtitutus non es; & liquidò probetur fratrem tuũ caſtrenſia bona ad te pertinere noluiſſe. Nam volũtas militis in expeditione occupati, pro iure ſeruatur.

l quaſi dicat, Nec principali vice, nec iure accreſcendi.

Idem Imperator *Antoninus*.

m l. 2. C. d. t.

X I I I I. [m] Miles, ſi caſtrenſium tantummodo bonorum commilitonem ſcripſit hæredem; cætera bona eius vt inteſtati defuncti, mater eius iure poſſidebit. Quòd ſi extraneum ſcripſit hæredem, iſque adiit hæreditatem, bona in te transferri non iure deſideras.

Idem Imperator *Antoninus*.

n l. 3. ibid.

X V. [n] Quanquam militum teſtamenta iuris vinculis non ſubiiciantur, cùm propter ſimplicitatem quoquo modo velint, & quoquo modo poſſint, ea facere concedatur: tamen in Valeriani quondam centurionis teſtamento inſtitutio etiam iure communi accepit authoritatem. Nam cùm paterfamiliâs filiam ex duabus vnciis, vxorem ex vncia hæredes ſcripſerit, nec de reſiduis portionibus quicquam ſignificauerit; in tres partes diuiſiſſe eum apparet hæreditatem, vt duas habeat quæ ſextantem accepit, tertiam quæ ex vncia hæres eſt inſtituta.

Alexander Imperator.

o l. Ex teſtamento ibid.

X V I. [o] Ex teſtamento militis, ſiue adhuc in militia, ſiue intra annum miſſus honeſtè deceſſit; hæreditas, & legata omnibus quibus relicta ſunt, debentur: quia inter cætera quæ militibus conceſſa ſunt, liberum arbitrium, quibus velint, relinquendi conceſſum eſt, niſi lex ſpecialiter eos prohibuerit.

X V I I. a [In

a *l. ſi à fratre. ibid.*

XVII. [a] [In teſtamento militis non requiritur ſolemnitas iuris cõmunis] *Alexander.* De quo Diocletianus & Maximianus Imperatores. Si à fratre tuo militante mater veſtra ſcripta eſt hæres, ſucceſſionem eius tibi quęſiuit, quamuis teſtamenti ſcriptura non continet iuris obſeruationem: hanc tamen hæreditatem fratrem teſtaroris, vel eius filios ab inteſtato euincere non potuiſſe, iure conſtitit.

Imperator Alexander.

b *l. In teſtamento quidẽ. ibid.*

XVIII. [b] In teſtamento quidem eius qui non miles fuit, ſi duobus hęredibus inſtitutis; altero, cui potuit vſque ad tempus pubertatis parens facere teſtamentum: altero, poſteaquàm hæres exſtitit, ſubſtituere non potuit, ſubſtitutio eiſdem verbis facta eſt; in eum ſolum caſum, ſententiis prudentum virorum & conſtitutionibus Imperatorum placet, quo vtriq; pari ratione potuit ſubſtitui. Sed cùm ex teſtamento militis cõtrouerſiam eſſe proponas, defuncta paruula eios filia, poſtquàm hæres exſtitit patri, cũ qua ſimul æquis partibus hæres inſtitutus eras, ſubſtitutione inuicem facta, & mater quidem inteſtatæ filię ſibi ſucceſſionem defendat; tu autem ex ſubſtitutione ad te pertinere contendas; iuris quidem ratio manifeſta eſt, licere militibus proprio priuilegio etiam hæredibus extraneis, poſteaquàm hęredes exſtiterint, mortuis ſubſtituere: ſed tibi probandum eſt an ita frater tuus ſenſerit.

c *§. ſi in expeditione. Inſtit. de exh. lib.*

XIX. [c] Si in expeditione occupatus miles teſtamentum faciat, & liberós ſuos iam natos, vel poſthumos nominatim non exhęredauerit, ſed ſilentio præterierit, non ignorans an habeat liberos; ſilentium eius pro exhęredatione nominatim facta valere, conſtitutionibus Principum cautum eſt.

d *l. ſicut. C. h. t.*

XX. [d] Sicut certi iuris eſt, militem qui ſcit ſe filium habere, alióſque ſcripſit hæredes, tacitè eum exhæredare intelligi: ita ſi ignorás ſe filium habere, alios ſcripſit hæredes, non obeſſe filio ademptam hęreditatem; ſed minimè valente teſtamento, ſi ſit in poteſtate, eum ad ſucceſſionem venire, in dubiis non habetur.

e *l. ſi cùm vel in vtero. ibid.*

XXI. [e] Si cùm vel in vtero haberetur filia, inſcio patre, ab eo præterita eſt; vel cùm in rebus humanis eam non eſſe, falſo rumore perlato, pater putauit, nullam eius in teſtamento fecit mentionem, ſilentium huiuſmodi exhæredationis notam nequaquam infligit. Is autem miles qui teſtamento filiam ſuam appellauit, eique legatum dedit, non inſtituendo eam hæredem, exhęredauit.

Imperator Conſtantinus.

f *l. Milites. ib.*

XXII. [f] Milites in expeditione degentes, ſi vxores, aut filios, aut amicos & commilitones ſuos, poſtremò cuiuſlibet generis homines amplecti voluerint ſupremæ voluntatis affectu, quomodo velint ac poſſint teſtentur: nec vxorum, aut filiorum eorum, cùm voluntatem patris reportauerint, meritum, dignitáſve quæratur: proinde ſicut iuris rationibus

A licuit, ſempérque licebit, ſi quid in vagina, aut clypeo literis ſanguine ſuo rutilantibus annotauerint, aut in puluere inſcripſerint gladio ſub ipſo tempore quo in pręlio vitæ ſortem derelinquunt, huiuſmodi voluntatem ſtabilem eſſe oportet.

g *l. Ne quid. ibid.*

XXIII. [g] Ne quidam putarent in omni tempore licere militibus teſtamenta, quoquo modo voluerint, componere; ſanxit Iu-
B ſtinianus Imperator his ſolis qui in expeditionibus occupati ſunt, memoratum indulgeri circa vltimas voluntates conficiendas beneficium.

h *l. Scriniario ibid.*

XXIV. [h] Scriniarios vel apparitores, qui virorum magnificorum, magiſtrorum militum iuſſionibus obtemperant; etſi nomina eorum matriculis referri videantur, nullatenus tamen in vltimis à ſe conficiendis voluntatibus iuris militaris habere facultatem, Im-
C perator Anaſtaſius decreuit.

i *l. vlt. ibid.*

XXV. [i] Licèt antiquis legibus permittebatur ſi tribunatum numerorum merebantur, vltimum elogium conficere poſſe, attamen indignum Iuſtiniano Imperatori viſum eſt, eum qui ſtabilem mentem nondum adeptus eſt, propter priuilegia militum, ſapientium hominum iura pertractare: & in tam tenera ætate ex tali licentia parentibus fortè ſuis, aut aliis propinquis nocere, pro-
D priam ſubſtantiam aliis relinquendo: ideóq; hoc fieri nullo modo conceſſit.

k *l. vnica. D. de bo. poſſeſſ. ex teſta. mil.*

XXVI. [k] Non dubium eſt, quin debeant ratæ voluntates eſſe eorum qui in hoſtili loco ſuprema iudicia ſua quoquo modo ordinaſſent; ibidémq; diem ſuum obiiſſent. Quanquam enim diſtet conditio militum ab his perſonis quas conſtitutiones principales ſeparant; tamen qui in procinctu verſantur, cùm eadem pericula experiantur, iura quoq;
E eadem meritò ſibi vindicant. Omnes igitur omnino qui eius ſunt conditionis, vt iure militari teſtari non poſſint, ſi in hoſtili loco deprehendantur, & illic decedant, ſiue præſes quis ſit prouinciæ, ſiue legatus, ſiue quis alius qui iure militari teſtari non poteſt, quoquo modo velint, & quo modo poſſint, teſtabuntur.

l *d. l. §. t.*

XXVII. [l] Item nauarchas & trierarchas claſſium iure militari poſſe teſtari, nulla du-
F bitatio eſt. In claſſibus remiges & nautæ milites ſunt. Item vigiles milites ſunt, & iure militari eos teſtari poſſe, nulla dubitatio eſt.

m *d. l. §. vlt.*

XXVIII. [m] Si quis militum ex alio numero tranſlatus ſit in alium, quamuis & huic ſit exemptus, & illò nondum peruenerit, tamen poterit iure militari teſtari. Eſt enim miles, quamuis in numeris non ſit.

n *l. Certi. C. h. t.*

XXIX. [n] Certi iuris eſt, militem ad tempus etiam hæredem inſtituere poſſe.

o *Cl. Cantiuncula Paraphr. Inſt. in hunc t. l. Quanquam C. h. t.*

XXX. [o] Quanquam in caſu dubio nec mi-
G les intelligatur voluiſſe ſibi partim ex teſtamento, partim ab inteſtato ſuccedi: attamen quoniam militum teſtamenta iuris vinculis non ſubiiciuntur, & ſupremæ eorum voluntatis affectus tantùm inſpicitur, poteſt miles, cùm volet, teſtatus & inteſtatus decedere, ſi

quidem id ita eum conſtituiſſe oſtendatur: alioquin vti eum iure communi voluiſſe, pręſumendum eſt.

Imperatores Valerianus & Galienus.

XXXI. [a] Et militibus noſtris centurionibus quoque ob flagitium militare damnatis, non aliarum rerum quàm caſtrenſium teſtamentum facere permittitur, & inteſtatis iure proprio ſucceditur à fiſco. *[a Et milit. C. h. t.]*

XXXII. [b] Captatorias inſtitutiones etiam in militis teſtamento, nullius eſſe momenti manifeſtum eſt. *[b l. Captato. ibid.]*

Imperator.

XXXIII. [c] In teſtamento militis legem Falcidiam, & in legatis, & in fideicommiſſis ceſſare, explorati iuris eſt. Sanè ſi quid vltra vires patrimonij poſtulatur, competenti defenſione te tueri potes. *[c l. in teſtamento. ibid.]*

TIT. VI.

De tabulis exhibendis.

Hic titulus quatuor capita habet; quorum primum eſt: Quale ſit edictum ſeu interdictum de tabulis exhibendis. Secundum, Quibus tompetat hoc interdictum, vel quando, aut non competat. Cuius capitis prima pars, Quando tompetat. Secunda, Quando non competat. Tertium caput, Aduerſus quos detur hoc interdictum, aut non detur. Cuius prima pars, Aduerſus quos detur. Setunda, Aduerſus quos non detur. Quartum caput, Effectus huius iudicij.

CAP. I.

Quale ſit edictum ſeu interdictum hac de re.

I. [a] PRætor ait: [Quas tabulas Lucius Titius ad cauſam teſtamenti ſui pertinentes reliquiſſe dicetur, ſi hæ penes te ſunt, aut dolo malo tuo factum eſt, vt deſinerent eſſe; ita eas illi exhibeas. Item ſi libellus, aliúdve quid relictum eſſe dicetur, decreto comprehendam.] *[a l. 1. D. h. t.]*

II. [b] Ad cauſam vniuerſitatis nempe hæreditatis refertur hoc interdictum de tabulis exhibendis. [c] Nam his non viſis nihil de hæreditate agi poteſt. *[b Veſemb. Com. in hūc t.] [c l. De his. D. de tranſ. l. 1. D. Quem. teſta. aper.]*

III. [d] Hoc interdictum exhibitorium eſt: quid ſit exhibere videamus. Exhibere, hoc eſt, materiæ ipſius apprehendendæ copiam facere. Exhibere autem apud Prętorem oportet, vt ex authoritate eius ſignatores admoniti venirent ad recognoſcenda ſigna. Et ſi fortè non obtemperarent, Labeo ſcribit coerceri eos à Prætore debere. *[d l. 3. § hoc interdictum. D. h. t.]*

CAP. II.

Quibus competat hoc interdictum & quando: vel non competat.

Prima pars.

Quibus, & quando competat.

IV. [e] SOlent exhiberi tabulas deſiderare omnes omninò, qui quid in teſtamento adſcriptum habent. *[e d. § hoc interdi. hoc exhibitorium]*

V. [f] Hoc interdictum pertinet non tantùm ad teſtamenti tabulas, verùm ad omnia quæ ad cauſam teſtamenti pertinent; vt puta & ad codicillos pertinet. *[f d. l. 1. § hoc interdictū pertinet.]*

VI. [g] Siue ſupremæ tabulæ ſint, ſiue non ſint, dicēdum eſt interdicto locū fore. Proinde & ſi plures tabulæ ſint teſtamenti, quia ſępius fecerat, dicendum eſt interdicto locum fore. Eſt enim quod ad cauſam teſtamēti pertineat, quicquid quoquo tempore factum exhiberi debeat: ſed & ſi de ſtatu diſputetur, ſi teſtator filiusfamiliâs hoc feciſſe dicatur, & hoc exhibebitur. Item ſi filiusfamiliâs fecerit teſtamentum, qui de caſtrenſi peculio teſtabatur, habet locum hoc interdictum. *[g d. l. § ſiue ſupremæ.]*

VII. [h] Siue autem valet teſtamentum, ſiue non: vel quod ab initio inutiliter factum eſt, ſiue ruptum ſit, vel in quo alio vitio: ſed etiam ſi falſum eſſe dicatur, vel ab eo factum qui teſtamenti factionem non habuerit; dicendum eſt, interdictum valere. *[h d. l. § ſiue autem.]*

VIII. [i] Sed & ſi deletum ſit ſine dolo teſtamentum, vel totum, vel pars eius; locum habet hoc interdictum. *[i d. l. § vlt. & l. ll. & ſeqq.]*

IX. [k] Si tabulæ in pluribus codicibus ſcriptæ ſint, omnes interdicto isto continentur; quia vnum teſtamentum eſt. *[k l. 3. § 1. d. t.]*

X. [l] Interdictum hoc & poſt annum competere conſtitit. Sed & hæredi, cæteriſq; ſucceſſoribus competit. *[l d. l. § vlt.]*

Secunda pars dicti capitis primi.

Quibus non competat hoc interdictum.

XI. [m] HOc interdictum ad viui tabulas non pertinet, quia verba Pręforis [reliquerit] fecerunt mentionem. *[m d. l. 1. § hoc interdictū ad viui.]*

XII. [n] Si ipſe teſtator, dum viuit, tabulas ſuas eſſe dicat, & exhiberi deſideret, interdictum hoc locum non habebit: ſed ad exhibendum erit agēdum, vt exhibitas vindicet: quod in omnibus, qui corpora ſua eſſe dicūt inſtrumentorum, probandum eſt. *[n l. 3. § ſi ipſe. ibid.]*

CAP. III.

Aduerſus quos detur hoc interdictum: vel non detur.

Prima pars.

Aduerſus quos detur.

XIII. [o] SI quis fortè confiteatur penes ſe eſſe teſtamentum, iubendum eſt vt exhibeat: ſed ſi neget ſe exhibere poſſe, vel oportere, interdictum hoc competit. *[o l. 1. § 1. ibid.]*

XIIII. [p] Si tabulæ teſtamenti depoſitæ ſint à Titio, hoc interdicto agendum eſt, & cum eo qui detinet, & cum eo qui depoſuit. proinde & ſi cuſtodiam tabularum æditus vel ta- *[p d. l. 3. § ſi tabula teſtamēti.]*

bularius ſuſcepit, dicendum eſt teneri hoc interdicto.

a d. l. §. ſi quis dolo.

XV. [a] Si quis dolo malo fecerit quo minus penes eum tabulæ eſſent, nihilominus hoc interdicto tenebitur: nec præiudicatur aliquid legi Corneliæ teſtamentariæ, quaſi dolo malo teſtamentum ſuppreſſerit. Nemo enim impunè retinet tabulas, quòd maius facinus admiſit, cùm exhibitis tabulis admiſſum eius magis manifeſtetur. Et poſſe aliquem dolo malo facere, vt in eam legem non incidat: vtpote ſi neque amouerit, neque celauerit tabulas; ſed idcirco alij tradiderit, ne eas interdicenti exhiberet; hoc eſt, ſi non ſupprimendi animo, aut conſilio hoc fecit.

b l. penult. ibid.

XVI. [b] Si ſint tabulę apud pupillum, & dolo tutoris deſierint eſſe, in ipſum tutorem cõpetit interdictum. Æquum enim eſt ipſum ex delicto ſuo teneri.

Secunda pars dicti capitis tertij.

Aduerſus quos non competat hoc interdictum.

c Veſemb. Com. in huius. l. D.

XVII. [c] Hoc interdictum non competit in hęredes, niſi detineant, aut in dolo malo ſi t. Nam hoc interdictum rem perſequitur: & in vnumquemque poſſeſſorem ſuo nomine competit; vel quia poſſidet, vel quia dolo fecit quo minus poſſideret: [d] idque exemplo actionis ad exhibẽdum cui hoc interdictum valdè affine eſt; ab eáque tãtummodo obiectis & materia differt.

d l. De eo. §. vlt. D. ad exh.

CAP. IIII.

Effectus huius interdicti.

e d. l. 3. §. condemnatio. D. h. t.

XVIII. [e] Condemnatio autem huius iudicij, quanti interfuit, æſtimari debet. Quare ſi hæres ſcriptus hoc interdicto experiatur, ad hæreditatem referenda eſt æſtimatio: & ſi legatum ſit tantum, venit in ęſtimationem quantum ſit in legato: & ſi ſub conditione legatum ſit; quaſi conditione exiſtente ſic æſtimandum eſt: nec compelli debebit ad cauendum vt ſe reſtituturum caueat quicquid conſecutus eſt, ſi conditio defecerit: quia pœna contumaciæ præſtatur ab eo qui non exhibet.

f d. l. §. inde quæritur.

XIX. [f] Inde quæritur; ſi hinc conſecutus æſtimationem legatarius, poſtea legatum petat, an ſit audiendus: & puto, ſi hæres idẽ præſtitit, exceptione doli repellendum: ſi alius, repelli non oportere. Et ideo ſi hæres ſit qui interdicto vſus conſecutus eſt æſtimationem, eadem erit diſtinctio.

TIT. VII.

Quemadmodum teſtamenta aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur.

Imp. Alexander.

a l. 1. C. h. t.

I. [a] Vt teſtamentum quod dicis factum proferatur, & publicè recitetur, competens iudex iubebit.

Impp. Valeria. & Galienus Alexandro.

b l. 2. ibid.

II. [b] Teſtamenti tabulas, ad hoc tibi à patre datas vt in patriam perferantur, affirmans, potes illuc perferre, vt ſecundùm leges, moréſque locorum inſinuentur; ita ſcilicet, vt teſtibus non præſentibus, adire priùs, vel pro tribunali, vel per libellum rectorem prouinciæ procures: ac permittente eo, honeſtos viros adeſſe facias quibus præſentibus aperiantur, & ab his rurſum obſignentur.

Impp. Diocletianus & Maximianus.

c l. 3. ibid.

III. [c] Eius, quod ad cauſam nouiſſimi patris veſtri iudicij de calumnia tibi iuranti; præter partem, quam aperiri defunctus vetuit, vel ad ignominiam alicuius pertinere dicitur; inſpiciendi ac deſcribendi præter diem & Conſulem rector prouinciæ facultatem fieri iubebit.

d l. vlt. ibid.

IIII. [d] Codicillos, ſeu ſcripturam quolibet tenore formatam, eo oportebit obſeruatione in publicum proferri, quo teſtamenta panduntur.

TIT. VIII.

De bonorum poſſeſſionibus.

Hic titulus quinque capitibus continetur, quorum primum caput eſt, Quid vel cuiuſmodi ſit bonorum poſſeßio & qua de cauſa introducta. Secundum, Quibus detur bonorum poſſeßio, vel non detur. Cuius capitis prima pars, Quibus detur. Secunda Quibus non detur. Tertium caput, Per quas perſonas acquiratur bonorum poſſeßio. Quartum, Quando dies petendæ bonorum poſſeßionis cedat. Quintum, Quomodo detur, admittatur, agnoſcatur bonorum poſſeßio, deque eius effectu.

CAP. I.

Quid, vel cuiuſmodi ſit bonorum poſſeſſio, & qua de cauſa introducta.

a l. 3. §. 1. D. h. tit.

I. [a] Bonorum poſſeſsionem ita rectè definiemus, ius perſequendi, retinendique patrimonij, ſiue rei quæ cuiuſque, cùm moritur, fuit.

b d. l. 3. in prin

II. [b] Bona autem hîc, vt plerunq; ſolemus dicere, ita accipienda ſunt; vniuerſitatis cuiuſque ſucceſsio, qua ſucceditur in ius demortui, ſuſcipitúrque eius rei commodum & incommodum. Nam ſiue ſoluendo ſunt bona, ſiue non ſunt, ſiue damnum habent, ſiue lucrum; ſiue in corporibus ſunt, ſiue in actionibus; in hoc loco propriè bona appellantur.

c l. 1. ibid.

III. [c] Bonorum poſſeſsio admiſſa, commoda & incommoda hæreditaria; itémque do

minium retum quæ in his bonis ſunt tribuit. Nam hæc omnia bonis ſunt coniuncta.

a §. quos autẽ. iſt. h. t.

IV. [a] Quos autem ſolus vocat Prætor ad hæreditatem, hæredes quidem ipſo iure non fiunt. Nam Prætor hæredem facere non poteſt. Per legem enim tantùm, vel ſimilem iuris conſtitutionem hæredes fiunt; veluti per Senatuſconſulta, & conſtitutiones principales: ſed cùm eis Prætor dat bonorum poſſeſſionem, loco hæredum conſtituuntur, & vocantur bonorum poſſeſſores.

b d. t. in princ.

V. [b] Ius bonorum poſſeſsionis introductum eſt à Prætore emendandi veteris iuris gratiâ.

c ibid.

VI. [c] Nec ſolùm in inteſtatorum hæreditatibus vetus ius eo modo Prætor emendauit, ſicut ſuprà dictum eſt: ſed in eorum quoque qui teſtamento facto deceſſerint. Nam ſi alienus poſthumus hæres fuerit inſtitutus, quamuis hæreditatem iure ciuili adire non poterat, cùm inſtitutio non valebat, honorario tamen iure bonorum poſſeſſor efficiebatur, videlicet cùm à Prætore adiuuabatur. Sed & is Iuſtiniani Imperatoris conſtitutione rectè hæres inſtituitur, quaſi & iure ciuili non incognitus.

d § aliquãdo. ibid.

VII. [d] Aliquãdo tamen neque emendandi, neque impugnandi veteris iuris, ſed magis confirmandi gratiâ pollicetur Prætor bonorum poſſeſsionem. Nam illis quoque, qui rectè teſtamento facto hæredes inſtituti ſunt, dat ſecundùm tabulas bonorum poſſeſsionem. Item ab inteſtato ſuos hæredes & agnatos ad bonorum poſſeſsionem vocat: ſed & remota quoque bonorum poſſeſsione ad eos pertinet hæreditas iure ciuili.

e l. Ei qui. § bonorum. D. h. t.

VIII. [e] Bonorum poſſeſſionis beneficium multiplex eſt. Nam quædam bonorum poſſeſſiones competunt contra volũtatem, quædam ſecundùm voluntatem defunctorum: necnon ab inteſtato habentibus ius legitimum, vel non habentibus propter capitis deminutionem. Quamuis enim iure ciuili deficiant liberi, qui propter capitis deminutionem deſierunt ſui hæredes eſſe; propter æquitatem tamen reſcindit eorum capitis deminutionem prætor. Legum quoque tuendarum cauſâ dat bonorum poſſeſſionem.

f § adhuc autem Inſt. eo t.

IX. [f] Complures & alios gradus prætor fecit in bonorum poſſeſſionibus dandis, dum id agebat ne quis ſine ſucceſſore moreretur. Nam anguſtiſſimis finibus conſtitutum, per legem duodecim tabularum ius percipiendarum hæreditatum prætor ex bono & æquo dilatauit.

g § ſunt autẽ. ibid.

X. [g] Sunt autem bonorum poſſeſſiones ex teſtamento quidem hæ; Prima, quæ præteritis liberis datur, vocatúrque contra tabulas. Secunda, quam omnibus iure ſcriptis hæredibus Prætor pollicetur; ideóque vocatur ſecundùm tabulas. [h] Ab inteſtato autem nouo iure quatuor bonorum poſſeſſiones numerãtur, prima quæ vocatur [Vnde liberi] ſecunda [Vnde legitimi] tertia [Vnde cognati] quarta [Vnde vir & vxor] vt ita ſex ſint ordinariæ bonorum poſſeſſiones.

h §. ſunt autẽ. ibid.

i § Septima. ibid.

XI. [i] Septima eas ſecuta, quam optima ratione Prætores introduxerunt. Nouiſsimè enim permittitur edicto iis bonorum poſſeſſio, quibus vt detur, lege, vel ſenatuſconſulto, vel conſtitutione comprehenſum eſt: quàm neque bonorum poſſeſsionibus, quæ ab inteſtato veniunt; neque iis qui ex teſtamento ſunt, Prætor ſtabili iure connumerauit: ſed quaſi vltimum & extraordinarium auxilium (prout res exigit) accommodauit: ſcilicet iis qui ex legibus, ſenatuſconſultis, conſtitutionibúſve Principum, ex nouo iure, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato veniunt.

k d. l. 3. §. 1.

XII. [k] Hæreditatis autem bonorúmve poſſeſsio, vt Labeo ſcribit, non vti rerum poſſeſsio accipienda eſt. Eſt enim iuris magis quàm corporis poſſeſsio. Denique etſi nihil corporale eſt in hæreditate, attamen rectè eius agnitam poſſeſsionem Labeo ait.

l d. l. §. dari.

XIII. [l] Dari autem bonorum poſſeſsio poteſt tam patriſfamiliâs, quam filiifamiliâs, ſi modò ius teſtandi habuit de peculio caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi. ſed & eius qui apud hoſtes deceſsit, bonorum poſſeſsionem admitti poſſe, quamuis in ſeruitute decedat; nulla dubitatio eſt.

m l. 2. d. t.

XIIII. [m] In omnibus bonorum poſſeſſores vice hæredum habentur.

CAP. II.

Quibus detur bonorum poſſeſſio, vel non detur.

Prima pars.

Quibus detur.

n l. vlt. D. de bonorum poſſeſſione, furioſo, infanti, muto, ſurdo, cæco competente.

XV. [n] Mvtus, ſurdus, cæcus, bonorum poſſeſsionem admittere poſſunt, ſi, quod agatur, intelligant.

o d. l. 3. § à municipibus. D. h. t.

XVI. [o] A municipibus & ſocietatibus, & decuriis, & corporibus bonorum poſſeſsio agnoſci poteſt. Proinde ſiue actor eorum nomine admittat, ſiue quis alius, rectè competet bonorum poſſeſsio. Sed & ſi nemo petat, vel agnoverit bonorum poſſeſsionem nomine municipij, habebit municipium bonorum poſſeſsionem prætoris edicto.

Secunda pars dicti capitis ſecundi.

Quibus non detur bonorum poſſeſſio.

p l. Edicto. h.

XVII. [p] Edicto Prætoris bonorum poſſeſsio his denegatur qui rei capitalis damnati ſunt. Rei autem capitalis damnatus intelligitur, cui pœna mors, aut aquæ & ignis interdictio ſit. Cùm autem in relegatione quis erit, ad bonorum poſſeſsionem admittitur.

q l. non eſt. h.

XVIII. [q] Vbicunque lex, vel ſenatus, vel conſtitutio capere hæreditatem prohibet; & bonorum poſſeſſio ceſſat.

CAP. III.

Per quas perſonas acquiratur bonorum poſſeſſio.

a l. Seruus. ibi.

XX. [a] ABſenti & non petenti dari bonorum poſſeſſio poteſt, ſi hoc ipſum Prætor non ignoret: ergo & fœmina poterit alij bonorum poſſeſſionem petere.

b d. l. §. 1.

XX. [b] Impubes nec bonorum poſſeſſionem admittere, nec iudicium ſine tutoris auctoritate accipere poteſt: quia tutor pupillo, & pater infanti filio bonorum poſſeſſionem petere poſſunt: [c] ſed niſi accedat pupilli voluntas, tutor illi bonorum poſſeſſionem acquirere non poteſt.

c Ita videtur hac l. conciliāda cum l. Potuit. D. de iur. delib.

XXI. Tutor bonorum poſſeſſionem pupillo competentem repudiare nō poteſt: quia tutori petere permiſſum eſt, non autem repudiare.

d e l. pen. ibid.

XXII. [d] [e] Paulus reſpondit, petitionem matris ſolam non acquiſiſſe filiæ impuberi bonorum poſſeſſionem, niſi is qui eam dedit, euidenter voluit impuberi eam dare.

CAP. IIII.

Quando dies petendæ bonorum poſſeſſionis cedat.

f l. vlt. ibid.

XXIII. [f] QVories is cui bonorum poſſeſſio ab altero poſtulata eſt, furere cœperit; magis probatum, ratum eum videri habuiſſe. Rati enim habitio ad confirmationem prioris poſtulationis pertinet.

g l. 3. §. acquirere. D. h. t.

XXIV. [g] Acquirere quis bonorum poſſeſſionem poteſt vel per ſemet ipſum, vel per alium. Quod ſi me non mandante bonorum poſſeſſio mihi petita ſit, tunc competet cùm ratum habuero id quod actum eſt. Denique ſi ante deceſſero quàm ratum habeam, nulla dubitatio eſt quin non competet bonorum poſſeſſio: quia neque ratum habui: neque hæres meus ratum habere poteſt cùm ad eum non tranſeat ius bonorum poſſeſſionis.

h l. ſi pupillo. ibid.

XXV. [h] Si pupillo tutor bonorum poſſeſſionem petierit, & plus commodi quàm incommodi hæc bonorum poſſeſſio habeat, tutor tutelæ iudicio tenetur.

i §. cum igitur Inſt. h. t.

XXVI. [i] Cum plures ſpecies ſucceſſionum Prætor introduxiſſet, eáſque per ordinem diſpoſuiſſet; & in vnaquaque ſpecie ſucceſſionis ſæpe pares extarent diſpari gradu perſonæ; ne actiones creditorum differrentur, ſed haberent quos conuenirent, & ne facilè in poſſeſſionem bonorum defuncti mitterentur, & eo modo ſibi conſulerent; ideo petendæ bonorum poſſeſſioni certum tempus præfiniuit liberis. Itaque & parentibus in petenda bonorum poſſeſſione anni ſpatium; cæteris autem agnatis vel cognatis, centum dierum dedit. Et ſi intra hoc tempus aliquis bonorum poſſeſſionem non petierit, eiuſdem gradus perſonis accreſcit: vel ſi nullus ſit deinceps, cæteris bonorum poſſeſſionem perinde ex ſucceſſorio edicto pollicetur, ac ſi is qui præcedebat ex eo numero non eſſet.

k §. vlt. ibi.

A XXVII. [k] In petenda bonorum poſſeſſione dies vtiles ſinguli conſiderantur.

l §. ſi quis itaque. ibid.

XXVIII. [l] Si quis delatam ſibi bonorum poſſeſſionem repudiauerit, non quouſque tēpus bonorum poſſeſſionis præfinitum exceſſerit, expectatur: ſed ſtatim cæteri ex eodem edicto admittuntur.

m l. ſi plures. D. h. t.

XXIX. [m] Si plures gradus ſunt bonorum poſſeſſionis admittendæ, quamdiu incertum

B eſt, petierit néc ne; poſteriori diem non procedere conſtat.

n d. l. Seruus. §. vlt. ibid.

XXX. [n] Dies, quibus tutor aut pater ſcit, cedere placet.

o l. 1. D. de bono. poſſ. furio. infa. mu. ſurd. cæc. comp.

XXXI. [o] Furioſo Titius ſubſtitutus eſt. Bonorum poſſeſſionis tempus quandiu furioſus in eadem conditione eſt, neque inſtituto, neque ſubſtituto cedit; nec ſi curator furioſi nomine poſſeſſionem accipere poteſt, idcirco ſpatium temporis quod ſcientibus præfini-

C tum eſt, videbitur cedere. Nam & pater infanti filio poſſeſſionem accipit; quo tamen ceſſante, infans non excluditur. Quid ergo ſi curator accipere nolit? nónne iuſtius atque vtilius erit ad eundem modum proximo cuique poſſeſſionem dari, ne bona iaceant? quo admiſſo, ſubſtitutus cautionem præſtare cogitur omnibus his quibus bona reſtitui debent, ſi fortè inſtitutus in eodem furore deceſſerit, aut compos mentis effe-

D ctus ante mortem obierit, quàm hæreditatem agnoſceret. Nam & fieri poteſt, vt viuo furioſo ſubſtitutus decedat: nec tamen furioſus obſtet cæteris, ſi prius & ipſe deceſſerit quàm hæreditatem acquireret.

p l. in bonorū. D. h. t.

XXXII. [p] In bonorum poſſeſſionibus iuris ignorantia non prodeſt, quominus dies cedat. Et ideò hæredi inſtituto & ante a-

E pertas tabulas dies cedit: ſatis eſt enim ſcire mortuum eſſe, ſéque proximum cognatum fuiſſe; copiámque eorum quos conſuleret, habuiſſe. Scientiam enim non hîc accipimus quæ iuris prudentibus ſit, ſed eam, quam quis aut per ſe habeat, aut conſulendo prudentiores aſſequi poteſt.

CAP. V.

F *Quomodo detur, admittatur, ſeu agnoſcatur bonorum poſſeſſio: déque eius effectu.*

q d. l. 3. §. ſi causâ. D. h. t.

XXXIII. [q] SI causâ cognitâ bonorum poſſeſſio detur, non alibi dabitur quàm pro tribunali: neque decretum de plano interponi, neq; causâ cognitâ bonorū poſſeſſio alibi quàm pro tribunali dari poteſt.

r l. cùm quidā. ibid.

XXXIV. [r] Cùm quidam propinquus falſum teſtamentum accuſarit, ac poſt longum

G ſpatium temporis probaſſet, licèt ei dies petendæ bonorum poſſeſſionis, quam fortè certus accuſationis petere debuit, ceſſiſſe videtur; attamen quia hoc propoſito accuſationem inſtituit, vt ius ſuum ſibi ſeruet, agnouiſſe ſucceſſionem non immeritò videbitur.

a d.l.5.& 2. ll. ſeqq.

XXXIV. [a] In bonorum poſſeſsione ſciendum eſt ius eſſe accreſcendi. Proinde ſi plures ſunt quibus bonorum poſſeſsio competit, quorũ vnus admiſit bonorom poſſeſſionem, cæteri nõ admiſerunt; Veluti quòd ſpreuerũt ius ſuum, vel tempore bonorum poſſeſſionis finito excluſi ſunt, aut antè mortui ſunt, quàm petierint bonorum poſſeſſionem; ei qui admiſit, accreſcent etiam hæ portiones quæ cæteris competerent, ſi petiiſſent bonorum poſſeſſionem.

TIT. IX.

De bonorum poſſeſſione contra tabulas.

Hic titulus vnico capite conſtat; quod eſt, Quibus detur bonorum poſſeſsio contra tabulas, vel non detur. Cuius prima pars, Quibus detur. Secunda, Quibus non detur.

CAP. I.

Quibus detur bonorum poſſeſſio contra tabulas; vel non detur.

Prima pars.

Quibus detur.

a Veſembecius Comm. in hũc t. D.
b l.1.D.h.t.
c Inſt. de exhær. liber.
d d l.1.& l.2. C.eo.t.

I. [a] Contra tabulas teſtamenti dat Prætor poſſeſsionem liberis præteritis, [b] non ſolùm emancipatis qui iure ciuili præteriri poterant, vt Prætor meritò hac bonorũ poſſeſſione eis ſuccurrat, verumetiam ſuis. [c] Et ſi enim hi iure ciuili teſtamentum nullum dicere poſſunt; [d] tamen ſi malint verecundiùs cum paterno iudicio agere, dat eis prætor bonorum poſſeſſionem contra tabulas, eodem omninò iure atque ordine quo vocantur ad ſucceſſionem iure ciuili.

e l.1 §.1.D. h.t.

II. [e] Vocantur ad bonorum poſſeſſionem liberi eo iure, eóque ordine, quo vocantur ad ſucceſſionem ex iure ciuili.

f d.§.

III. [f] Hæc autem clauſula etiam ad poſthumos videtur pertinere,

g d.l.§. & ſeq.

IIII. [g] Et ſui iuris factos liberos inducit in bonorum poſſeſſionem Prætor. Siue igitur emancipati ſunt, ſiue aliàs exierunt de patris poteſtate, admittit ad bonorum poſſeſſionem.

h l.3.ibid.

V. [h] Non tantùm autem ipſi emancipati admittuntur ad bonorum poſſeſſionem, verumetiam hi quoque qui ex his nati ſunt.

i d.l.§.filium.

VI. [i] Filiùm habuit, & ex eo nepotem: filius emancipatus, vel in poteſtate manens, deportatus eſt: quæritur, an nepoti noceat. Et verius eſt, in vtroque caſu admittendum. Deportatos enim mortuorum loco habendos.

k d.l.§.vlt.

VII. [k] Si & pater & filius deportati ſint, & ambo reſtituti, dicemus ad bonorum poſſeſſionem admitti filium. Sed & ſi filius A in metallum damnatus, vel alia pœna quæ ſeruum efficit, reſtitutus ſit; nihilominus admittetur, aliter non. [l] Idémque eſt & ſi pater pœnę & ſeruus efficiatur, & poſtea reſtituatur.

l l.2.ibid.

m d.l.3 § ſi emancipatus.

VIII. [m] Si emancipatus filius, vxore non ex voluntate patris ducta, filium fuerit ſortitus, deinde nepos patre iam mortuo ad ſucceſsionem aui velit venire; admittendus eſt B ad eam. Nõ enim [n] per reſciſionem is qui filius iuſtus eſt, efficietur nõ filius: cùm [o] ſit reſciſio quò magis admittatur, non quo minùs adhibeatur. Nam etſi tam ignominioſam duxerit vxorem filius, vt dedecori ſit tam ipſi quàm patri mulierem talem habere, dicemus & ex ea natum ad bonorum poſſeſsionem aui admitti; cùm poſſit auus iure ſuo vti, eúmque exhæredare. Nec enim minùs in hoc nepote is qui de inofficioſo cognitu- C rus eſt, merita nepotis, quàm patris eius delicta perpendet.

n emãcipationis ſeu capitis deminutionis Alc. lib. 4 Parerg. ca.vlt.
o reſciſio capitis deminutionis, quæ fit à pratore. de qua in l. ſi cum patrono. D. de bo. poſſ. interuenit, vt admittatur ad bonorũ poſſeſſionem, non vt illis adimatur.

p l. illud. ibid.

IX. [p] Illud notandum eſt, quòd bonorum poſſeſſio contra tabulas quæ liberis promittitur locum habet, ſiue quis hæres extiterit, ſiue non. Et hoc eſt quod dicimus contra ipſum teſtamentum liberis competere bonorum poſseſſionem.

q l ſi emancipatus. ibid.

X. [q] Si emancipatus filius nepotem pro- D creauerit, & ita deceſſerit: deinde auus eius; nepos ad aui bonorum poſſeſsionem venire poteſt.

r d.l.§.i.

XI. [r] Quod ſi & filium & nepotem emancipauerit, viuente quidem filio nepos non veniet. Nepote quoque ſolo emancipato, & auo mortuo, deinde patre eius, nepos præteritus accipiet patris bonorum poſſeſſionem: quia ſuus hæres eſſet futurus, ſi de poteſtate aui non exiiſſet.

ſt d.l.§.filio.

XII. [t] Filio emancipato, ſi nepos E retentus ſit, & vtrique præteriti, vtrique accipiet bonorum poſſeſſionem.

u l. ſi retentus. ibid.

XIII. [u] Si retentus fuerit in poteſtate nepos filio emancipato, admittitur nepos viuo auo ad patris bonorum poſſeſſionem.

x l. Non putauit §. ſi ab vno. ibid.

XIIII. [x] Si ab vno ex hæredibus filius ſit exhæredatus; Marcellus ſcribit filium non videri exhæredatum: idcirco contra tabulas F bonorum poſſeſſionem peti poſſe contra vtrumque hæredem.

z d.l.§ ſi exhæredatus.

XV. [z] Si exhæredatus ſit filius & inſtitutus, obtinente eo gradu in quo inſtitutus eſt; puto, commiſſo edicto ab alio filio contra tabulas eum bonorum poſſeſſionem petere poſſe.

a d.l.§.à primo.

XVI. [a] A primo gradu præteritus eſt filius, à ſecundo exhæredatus. Si in ſecundo gradu ſcripti, non ſint in rebus humanis G mortis tempore teſtatoris; dicendum eſt, contra tabulas bonorum poſſeſſionem præteritum petere non poſſe: hæreditas enim in ſecundo gradu verſatur, non in primo: ex quo nec adiri hæreditas, neque bonorum poſſeſsio peti poteſt. Sed ſi poſt mortem teſtatoris deceſſerint hæredes ſcripti,

idem Marcellus putat contra tabulas bonorum poſſeſſionem ſemel datam competere. Sed & ſi defecerit conditio inſtitutionis, adhuc tantumdem dicit præteritum ab eo gradu filium contra tabulas bonorum poſſeſſionem petiturum.

a d. l. §. vlt.

XVII. [a] Non eſt nouum vt emancipatus præteritus plus iuris ſcriptis fratribus ſuis tribuat, quàm habituri eſſent ſi ſoli fuiſſent. Quippe ſi filius qui in poteſtate patris eſt, ex duodecima parte hæres ſcribatur, emancipato præterito dimidiam partem beneficio emancipati accipiat: qui ſi emancipatum fratrem non haberet, duodecimam partem habiturus eſſet. Sed ſi ex parte minima ſit hæres inſtitutus, non pro ea parte qua inſtitutus eſt, tuendus eſt commiſſo edicto; ſed amplius per bonorum poſſeſſionem habere poteſt. Prætori enim propoſitum eſt, cùm contra tabulas bonorum poſſeſſionem dat, eas partes vnicuique liberorum tribuere, quas inteſtato patre mortuo habiturus eſſet, ſi in poteſtate manſiſſet; & ideò ſiue emancipatus, ſiue is qui in poteſtate manſit ex minima parte hæres ſcriptus ſit, non redigitur ad eam portionem ex qua inſtitutus eſt, ſed virilem accipit.

b l. ſi poſt mortem §. hi qui propter, ibid.

XVIII. [b] Hi qui propter alios contra tabulas bonorum poſſeſſionem petunt, non expectant vt præteriti bonorum poſſeſſionem accipiant, verùm ipſi quoque bonorum poſſeſſionem contra tabulas petere poſſunt. Cùm enim ſemel beneficio aliorum ad id beneficiũ fuerint admiſſi, iam non curant, petant illi, nécne bonorum poſſeſſionem.

c l. ſi duobus 1. §. 1. ibid.

XIX. [c] Si prius teſtamentum exſtet iure factum, quo filius exhæredatus eſt; ſequens imperfectum, in quo præteritus ſit filius, poſteriore teſtamento præteritus, rectè petet bonorum poſſeſſionem, ſi remoto quoque filio potiores ſunt in ea hæreditate poſteriore teſtamento ſcripti hæredes: & ita ius habet, vt cùm is contra quem filius petit bonorum poſſeſſionem, amoto filio poſſit obtinere hæreditatem, filius quoque videatur petere bonorum poſſeſſionem. Si verò ille non poſſit obtinere hæreditatem, filius quoque excludatur.

d l. Sed ſi ſub conditione. ibi.

XX. [d] Sub conditione exhæredatus filius cõtra tabulas bonorum poſſeſſionem petet; licèt ſub conditione inſtitutus à cõtra tabulas bonorum poſſeſſione excludatur: certo enim iudicio liberi à parentum ſucceſſione remouendi ſunt.

e l. Illud. §. ſi quis eum. ibid.

XXI. [e] Si quis eũ qui in vtero eſt prætermiſerit, etiam nondum nato eo, alius qui hæres inſtitutus eſt, bonorũ poſſeſſionem contra tabulas admittere poteſt; quia iniquum eſt, neque quaſi ſcriptũ poſſe petere bonorum poſſeſſionem, quandiu contra tabulas peti poteſt: nec contra tabulas, quandiu non naſcitur præteritus: vt etiam ſi antè moriatur, bonorũ poſſeſſionis beneficium ad hæredẽ tranſmittat: quod maximè neceſſarium eſt in filio emancipato ſcripto hærede, qui nec hæreditatem interim adire poteſt.

f l. Sed & ſi deceſſerint.

A XXII. [f] Sed & ſi deceſſerint antequam peterent bonorum poſſeſſionem, non eſt iniquum prætorem decernere, hæredibus eorum ſaluum fore commodum bonorum poſſeſſionis ſecundùm tabulas, vel contra tabulas.

g l. ſi in adoptionem. §. 1. ibid.

XXIII. [g] Exemplo iuris legitimi & bonorum poſſeſſio contra tabulas diſtribuitur. Igitur nepotes ex vno filio vnam partem habebunt.

h l. Filium. ib.

B XXIV. [h] Filium, quem in poteſtate habebat, emancipatum præteriit. Quęſitũ eſt, quatenus emancipatus bonorum poſſeſſionẽ habiturus ſit. Dixi, ſi ſcripti hæredes extranei adierint hæreditatem: quod facilè ſunt facturi, nihil laturi ex hæreditate propter eũ qui contra tabulas accepit bonorũ poſſeſſionẽ: filius ab inteſtato patris ſuus heres deprehendetur; emancipatus autem petẽs contra tabulas bonorum poſſeſſionem ſolus habebit bonorum C poſſeſſionem. Sed cùm exhæredatio non adita hæreditate ex teſtamento, nullius ſit momenti; ideóque non obſtare eã, nec quo minus cõtra tabulas libertorum patris accipiat bonorum poſſeſſionem, Iulianus rectè reſpõdit; ne teſtamentum per omnia irritum ad notam exhæredationis ſolam profeciſſe videatur, redit res ad inteſtati exitum, vt aduerſus filium ſuum ex aſſe hæredem ab inteſtato patre emancipatum prætor in parte dimidia D tueatur. Erit ergo veniale beneficium ſcripti hæredis extranei, vt cum ipſe iure hæreditatis nihil ſit cõſecuturus, adeundo repellat filium in poteſtate relictum, præſtétque aſſem emancipato filio iure contra tabulas bonorum poſſeſſionis. Si autem omiſerit hæreditatem, in portionem bonorum exhæredatum effectum admittet iure factum ſolum ſuum hæredem.

i d. l. §. 1.

XXV. [i] Sed quemadmodum prætor E emancipatum tueatur, ſi adita non fuerit hæreditas, ita nec filius qui in poteſtate remanſit, aditione adhibita in totum expellendus erit: ſed ad hæreditatis petitionem admittendus eſt ex cauſa inofficioſi querelæ contra emancipatum mouendæ.

k d. l. §. legata.

XXVI. [k] Legata tamen ex parte ſua iſte emancipatus liberis & parentibus præſtare cogetur, nõ ſolida, ſed diminuta in dimidium F quod relinquitur manẽti in poteſtate: ſed nec aduerſus eum conſtituendæ actionis legatorum ratio eſt, qui merito iure inteſtato hæres exiſtit.

l d. l. §. ſed qui accepit.

XXVII. [l] Sed qui accepit contra tabulas bonorum poſſeſſionem, etiamſi non fuerit adita hęreditas à ſcripto; pręſtat legata ea parte teſtamenti data, contra quam bonorum poſeſſio accepta eſt. Erit ergo melior hoc caſu conditio in familia relicti filij, quàm foret G ſi exhętedatus eſſet.

m l. ſi duobus. 1. ibid.

XXVIII. [m] Si duobus filiis, & ex altero filio duobus nepotibus bonorũ poſſeſſio cõpetat, & alter ex nepotibus non petat; pars eius fratri accreſcit. Si verò ex filiis alter non petat; tam fratri quàm nepotibus id prodeſt. Namque tunc duo ſemiſſes fiunt:

ex quibus alterum filius, alterum nepotes A conſequuntur.

a l. Sed ſi ſub conditione §. 1.

XXIX. [a] Ei qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem accepit, tam legati quàm fideicommiſſi exactio; ſed & mortis cauſa donationis retentio denegatur: nec intereſt per ſemetipſos, an per alium quæratur.

b l. Cùm emancipatus ibid.

XXX. [b] Cum emancipatus bonorum poſſeſſionem contra tabulas accipit, ſcriptus hæres ei hæreditatem petenti cogendus eſt & B prędia & ſeruos hæreditarios præſtare. Omne enim ius transferri æquum eſt, quod per cauſam hæreditariam ſcriptus hæres nanciſcitur, ad eum, quem prætor hæredis loco conſtituit.

Secunda pars d. capitis primi.

Quibus non competat bonorum poſſeſſio contra tabulas.

C

c l. 3. §. liberi. ibid.

XXXI. [c] Liberi qui inſtitui hæredes iure non poſſunt; nec contra tabulas bonorum poſſeſſionem petere poſſunt. Hæc autem verba [Inſtitui non poſſunt] ad mortis tempus referuntur.

d d. l. §. ſi quis ex his.

XXXII. [d] Si quis ex his liberis hæres ſcriptus ſit, ad contra tabulas bonorũ poſſeſſionem vocari non debet. Cùm enim poſſit ſecundùm tabulas habere bonorum poſſeſſionem, quò bonum eſt ei contra tabulas dari? Planè ſi alius committat edictum, & ipſe ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem admittetur.

e d. l. §. ſed ſi ſub conditione.

XXXIII. [e] Sed ſi ſub conditione ſcriptus ſit, bonorum poſſeſſionem contra tabulas accipere non poteſt; & ita Iulianus quoq; li. 23. Digeſtorũ ſcripſit. Quid ergo ſi defecerit conditio? Verum eſt, eum contra tabulas accipere bonorum poſſeſſionem.

f d. l. §. ſi ſub ea.

XXXIV. [f] Si ſub ea conditione filius emancipatus hæres ſit inſtitutus, quæ in ipſius poteſtate non eſt; quia ſcriptus hæres eſt, bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas accipere poteſt, & debet; nec contra tabulas poteſt. Et, ſi fortè defecerit conditio, tuendus eſt à prætore in tantum quantum ferret, ſi contra tabulas bonorum poſſeſſionem accepiſſet. Sed & ſi nepos ſub huiuſmodi conditione ſcriptus ſit hæres, idem erit dicendum.

g d. l. 3. §. 1.

XXXV. [g] Si quis filium quem in poteſtate habuit, inſtituerit hæredem vel exhæredauerit, & ex eo nepotem omiſerit; bonorũ poſſeſſioni locus non eſt; quia non eſſet nepos ſuus hæres futurus. Eadem ſunt & in ſequentibus gradibus.

h l. Non putauit. ibid.

XXXVI. [h] Non putauit Prætor exhæredatione notatos & remotos ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem venire: ſicuti nec iure ciuili teſtamenta parentum turbant. Sanè ſi velint inofficioſi querelam inſtituere; eſt in ipſorum arbitrio.

i d. l. §. 1.

XXXVII. [i] Aliqua parte exhæredem ſcribi non ſufficit; ſi de eo gradu contra quem petitur bonorum poſſeſſio. Vnde ſi à primo gradu exhęredatus ſit filius, à ſecundo præteritus, A & primo gradu ſcripti non petierint bonorũ poſſeſſionem; poterit contra tabulas petere bonorum poſſeſſionem.

k d. l. §. ſi quis ſua.

XXXVIII. [k] Si quis ſua manu ſe exhæredem ſcripſit; an contra tabulas bonorum poſſeſſionem poſſit accipere, videamus. Et Marcellus * nocere ei hanc exhæredationem ait: quia Senatus hoc pro non ſcripto non facit; quod contra eum eſt.

** lib. 9. Dig.*

l l. ſi poſt mortem. §. exhæredati. ibid.

XXXIX. [l] B Exhæredati liberi quemadmodum edictum non committunt, ita nec, commiſſo per alios edicto, cum illis veniẽt ad bonorum poſſeſſionem: vnáque eis querela ſupereſt, ſi de inofficioſo dicant.

m d. l. §. liberi.

XL. [m] Liberi, qui contra tabulas habere non poſſunt, nec partem faciunt, ſi per alios committatur edictum. Quò enim bonum eſt eis fauere, vt partem faciant nihil habituri?

n d. l. §. illud.

XLI. [n] Si quis legatum, ſi quis portionem C ſibi datam agnouerit, à contra tabulas bonorum poſſeſſione repellendus eſt.

o l. ſi duobus 2. ibid.

XLII. [o] Si duobus filiis emancipatis, álter hæres inſtitutus ſit, alter præteritus: ſi inſtitutus adierit, quáuis verbis edicti parùm expreſſũ ſit; tamẽ non poſſe eum petere bonorũ poſſeſſionem, Africanus reſpondit; quia iudicium patris ſecutus ſit. Nec enim emancipatum, ſi legatum acceperit, admittit ad bonorum poſſeſſionem; ſiue ab hæredibus inſtitu D tis legatum, ſiue ab his qui contra tabulas petierint, acceperit. Sed illud obſeruandum, vt prætor, eum qui hæres inſtitutus adierit, in eam partem, qua ſcriptus ſit, tueri debeat, dummodò non ampliorem, quàm habiturus eſſet, ſi bonorum poſſeſſionem accepiſſet, vt hactenus deteriorem cauſam ſuam fecerit: quòd, ſi ex minore parte ſit inſtitutus, eam duntaxat retinere poſſit, & quòd extraneis quoque legata præſtare cogatur. Quòd ſi is E qui in poteſtate eſt, hæres inſtitutus ſit, quoniam neceſſarius hæres ſit; non aliud dici poſſe, quàm & ipſum petere poſſe bonorum poſſeſſionem, ſi modò hæreditati ſe non immiſcuerit. Tunc enim quia iudicium patris comprobaſſe videtur, in eodem loco, quo emancipatum, haberi debere.

p l. ſi præteritus. ibid.

XLIII. [p] Si præteritus filius emancipatus exceptionem doli mali agenti hæredi patris oppoſuerit de eo, quod patri debuit; F non poſſe eum contra tabulas bonorum poſſeſſionem petere exiſtimo. Nam hoc ipſo quaſi repudiauit bonorum poſſeſſionem. Quod ita intelligendum eſt, ſi hæredem petentem debitum noluerit filius repellere ea exceptione [Si non contra tabulas bonorum poſſeſſio filio dari poteſt] ſed magis doli mali exceptione vſus eſt.

q Veſembecius Com. in hunc. t. D.

XLIIII. [q] Liberis exhæredatis hæc poſſeſſio non datur, quia non temerè voluit prętor reſcindi tabulas teſtamenti, cùm iuſta ex G hæredationis cauſa eſſe poſſit. Itaque iis recurrendum eſt ad querelam inofficioſi. Idem obtinet cùm præteritio pro exhæredatione habetur, vt eſt materna.

r l. Illud notandum. §. ad teſtamenta D. h. tit.

XLV. [r] Ad teſtamenta fœminarum edictũ contra tabulas bonorum poſſeſſionis nõ pertinet, quia ſuos hæredes non habent.

TIT.

Digitized by Google

TIT. X.

De legatis præſtandis contra tabulas, bonorum poſſeſſione petita.

[* l. 1. C. h. t.] I.*. BOnotum poſſeſſione contra tabulas petita, ſciendum eſt tumpi totum teſtamentum; & inſtitutiones, legata, & fideicommiſſa omnia corruere, quemadmodum fit cùm per querelam inofficioſi rumpitur. Placuit tamen ex æquitate Prætoti, vt qui iudicium pattis reſcindunt, pet contra tabulas bonorum poſſeſſionem ex voluntate eius quibuſdam perſonis legata & fideicommiſſa præſtarent: hoc eſt, liberis & patentibus vtriuſque ſexus in infinitum, & vxori nuruique dotis nomine legatum. [* Azo:] * Hodie euacuato ex cauſa præteritionis teſtamento, legata omnia quibuſcunque perſonis debentur.

TIT. XI.

De collatione bonorum.

[a Veſembec. in illum t. libr. Digeſto. b l. ſi marítus. C. eo. c Auth. ex teſtamento l. ſi emancipati. l. vt liberis. l. vlt. C. eod. in Auth. de trien. & ſemiſſ. §. illud.] I. a POrtò deſcendentes omnes, hoc eſt liberi, eorúmque hætedes, (b nam collationis beneficium in hæredes tranſit) c ſine vlla emancipationis aut ſuitatis diſtinctione ſibi inuicem conferunt duntaxat quæ ſunt profectitia; cuiuſmodi ſunt dotes, donationes propter nuptias, & cætera id genus; idque tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, niſi teſtator collationem ſuſtulerit.

II. *Reliqua petenda è titulo De collationibus, titulo generali, in tractatu De ſucceſſionibus ab inteſtato.*

III. *Similiter De collatione dotis.*

TIT. XII.

De coniungendis cum emancipato liberis eius.

[a Veſembec. in d. tit. § ſui. Inſtit. de hær. qual. & diff. b l. 1. D. h. t.] I. a EMancipato filio, nepotes in poteſtate retenti iute ciuili patris locum occupant: fiúntque auo ſui & proximi hætedes, excluſo patre. b Quoniam autem emancipatus iure prætorio per bonorum poſſeſſionem vocatur: neque æquum eſt emancipatum venire ſolum, & excludere nepotes ſuos hæredes; aut nepotes contrà iute ſuitatis obiici patri ſuo, qui iute naturæ prior eſt gradu: Prætor itarem temperat, vt emancipato bonotum poſſeſſionem patris det, quæ ad eum pettineret ſi in poteſtate permanſiſſet: ſed ita vt ex ea parte dimidiam ipſe, reliquam liberi eius habeant: c iſque bona ſua conferat. [c §. 1. in Auth. de her. ab inteſt.] Hodie hoc edictum locum non habet, ſublata ſuitatis & emancipationis differentia. Itaque pater quamuis emancipatus, præfertur ſuis liberis tanquam gradu proximior.

TIT. XIII.

Si à patre quis manumiſſus ſit.

Hic titulus duo capita habet; quorum primum eſt, Edictum ea de re. Secundum, Quando locus eſt huic edicto, aut non eſt. Cuius prima pars eſt, Quando locus eſt ei edicto. Secunda, Quando non eſt locus. Secundum caput, Quæ præſtanda manumiſſori.

CAP. I.

Quale ſit edictum hac de re.

I. a EMancipatus à parente in ea cauſa eſt, vt in contra tabolas bonorum poſſeſſione liberti patiatur exitum. [a l. 1. D. h. t.] Quod æquiſſimum Prætori viſum eſt; quia à parente beneficium habuit bonorum quærendorum: quippe ſi filiusfamiliâs eſſet, quodcunque ſibi acquireret, eius emolumentum patri quæreret. Et ideo itum eſt in hoc, vt exemplo patroni ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem admittatur.

II. b Enumerantur igitur edicto perſonæ manumiſſorum ſic [in eo qui à patte, auóve paterno, proauóve paterni aui patre.] [b d. l. 1. h. t.]

CAP. II.

Quando locus eſt huic edicto: aut non eſt.

Prima pars.

Quando eſt locus.

III. c PAcouius ait; Si turpes perſonas, veluti meretricē à patente emancipatus & manumiſſus hæredes feciſſet; tototum bonorum contra tabulas poſſeſſio parenti datur; aut conſtitutæ partis, ſi non turpis hæres eſſet inſtitutus. [c l. 3. ibid.]

Secunda pars.

Quando locus non eſt huic edicto.

IIII. d LIberos manumiſſoris non venire ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem, conſtat; quamuis patroni veniant. [d d. l. 1. §. liberos.]

V. e Si patens accepit pecuniam vt emancipatet; vel viuus in eum filius, quantum ſatis eſt, contulit; ne iudicia eius inquietet, exceptione doli repelletur. [e d. l. §. ſi parens.]

VI. Eſt alius caſus quo bonorum poſſeſſionem contra tabulas parens non accipit, ſi fortè filius militare cœperit. Nam Pius Imperator reſcripſit patrem ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem venire non poſſe.

VII. f Traianus Imperator, filium quem pater malè contra pietatem afficiebat, coëgit emancipare: quo poſtea defuncto, pater, vt manumiſſor, bonorum poſſeſſionem ſibi competete dicebat: Sed conſilio Neratij [f l. vlt. ibid.]

Priſci, & Ariſtonis ei propter neceſſitatem [a] ſoluendæ pietatis denegata eſt.

> a id eſt patria ...eſtatis, qua ...ſt paterna pie... ...atis vinculum.

CAP. II.

Quæ præſtanda manumiſſori aut non, & de iure eius.

> b d.l.3.§ ſi filius.

VIII. [b] SI filius emancipatus teſtamento ſuo patrem præterierit, ſiue hæredem inſtituerit, fideicommiſſa non cogetur pater præſtare ex ſua parte quæ ei debetur, etiamſi adierit hæreditatem. Sed & ſi filia, vel neptis manumiſſa ſit: & pater, vel auus præteritus petat bonorum poſſeſſionem; eadē quæ in filio dicenda ſunt.

> c l.2.ibid.

IX. [c] Non vſque adeò exæquandus eſt patrono parens, vt etiam Fauiana aut Caluiſiana actio ei detur: quia iniquum eſt ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum adminiſtrationem.

TIT. XIV.

De ventre in poſſeſſionem mittendo: & curatore eius.

CAPVT I.

Quale ſit edictum hac de re.

> a l.1.D.h.t.

I. [a] SIcuti liberorum eorum qui iamiam in rebus humanis ſunt, curam prætor habuit: ita etiam eos qui nondum nati ſunt, propter ſpem naſcendi non neglexit. Nam & hac parte edicti eos tuitus eſt, dum ventrem mittit in poſſeſſionem vice contra tabulas bonorum poſſeſſionis.

CAP. II.

Quando huic edicto locus ſit: vel non.

> b d.l.§.1.

II. [b] PRægnantem eſſe mulierem oportet omnimodò; nec dicere ſe prægnantem, ſufficit. Quare nec tenet datio bonorum poſſeſſionis, niſi verè prægnans fuit: & mortis tempore, & eo, quo mitti in poſſeſſionem petit.

> c d.l.§.Toties.

III. [c] Toties autem mittitur in poſſeſſionem venter, ſi nō eſt exhæredatus, & id, quod in vtero erit, inter ſuos hæredes futurum erit. Sed & ſi incertum ſit, aliquo tamen caſu poſſit exiſtere, quo, qui editur, ſuus futurus ſit, ventrem mittemus. Æquius enim, eſt vel fruſtra nonnunquam impendia fieri, quàm denegari aliquando alimenta ei qui dominus bonorum aliquo caſu futurus eſt. Quare & ſi ita exhæredatio facta ſit [Si mihi filius viuus naſcetur exhæres eſto] quia filia naſci poteſt, vel plures filij, vel filius vel filia; venter in poſſeſſionē mittetur. Satiùs eſt enim, ſub incerto eius, qui edetur, alij etiam eum qui exhæredatus ſit, quàm eum qui non ſit exhæredatus fame necari: ratúmque eſſe debet, quod deminutum eſt; quamuis is naſcatur, qui repellitur.

> d d.l.§.ſed ſi ſub conditione.

IV. [d] Sed & ſi ſub conditione poſthumus ſit exhæredatus, pendente conditione Pedij ſententiam admittimus, exiſtimantis poſſe ventrem in poſſeſſionem mitti, quia ſub incerto vtilius eſt ventrem ali.

> e d.l.§.ſed & ſi quis.

V. [e] Sed & ſi quis ventrem exhæredaſſet [Qui intra menſes tres mortis meę natus erit, exhæres eſto] vel [Qui poſt tres menſes] venter in poſſeſſionem vtique mittetur; quia aliquo caſu hæres futurus eſt. Et ſanè benigniorem eſſe prętorem in hac parte oportebit, ne, qui ſpetatur, ante vitam necetur.

> f d.l.§.& ex emancipato.

VI. [f] Et ex emancipato venter ad poſſeſſionem admittitur. Vnde apud Iulianum quęritur; ſi emancipatus quis ſit vxore iam prægnante, deinde deceſſiſſet, & pater eius mortuus ſit, an venter in poſſeſſionem emancipati patris mitti poſſit. Et rectiſſimè ſcripſit, rationem non eſſe, cur venter, quem edictum admittit, repelli debeat. Eſt enim æquiſſimū, partui conſuli, qui natus bonorum poſſeſſionem accepturus eſt: ſed & ſi auus viueret, ſimiliter ventrem admittemus.

> g d.l.§.ſi pater.

VII. [g] Si pater nuru prægnante filium emancipauerit, non in totum repelli venter debet. Namque natus ſolet patri ex nouo edicto iungi. Et generaliter quibus caſibus iungitur pater, admittendus eſt venter in poſſeſſionem.

> h Vt ſenſit Accurs. in hunc l. l ſi quis §.1. C de inoff.teſt.

VIII. [h] Sed iure nouo exhæredari venter non poteſt: vtpote quem impoſſibile ſit aliquam ingratitudinis cauſam præbuiſſe: & iura ſuitatis & emancipationis ſunt ſublata; vt perinde emancipatorum ac ſuorum habenda ſit ratio.

> k l.vlt.d.t.

IX. [k] Poſthumus natus quocunque tempore, qui tamen teſtatoris morte conceptus iam erit, poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem. Nam & ventrem Prætor ex omnibus edicti partibus mittit in poſſeſſionem bonorum, non miſſurus ſcilicet, ſi ei nato daturus non eſſet bonorum poſſeſſionem.

> l l. Extraneo. ibid.

X. [l] Extraneo poſthumo hærede inſtituto, non aliter venter in poſſeſſionem mittitur, niſi mater aliunde ſe alere non poſſit: ne fortè ei, qui natus bonorū poſſeſſor futurus eſt, denegaſſe alimenta videamur.

> m l. Vbicunque. ibid.

XI. [m] Vbicunque ab inteſtato admittitur, ibi & venter admittitur; ſcilicet ſi talis fuerit is qui in vtero eſt; vt ſi in reb[us] humanis eſſet, bonorum poſſeſſionem petere poſſet; vt in omnibus partibus edicti pro ſuperſtite habeatur is qui in vtero eſt.

> n d.l.§.2.

XII. [n] Interdum non paſſim, ſed cum cauſæ cognitione mitti venter in poſſeſſionem debet, ſi quis ſit, qui controuerſiam referat. Sed hoc tantùm ad eum ventrem erit referendum, qui cum liberis admittitur. Cæterùm ſi mittatur [Vnde legitimi] vel qua alia ex parte; dicendum eſt non eſſe cognitionem cauſæ neceſſariam. Nec enim æquum eſt in tempus pubertatis ventrem veſci de alieno in tempus pubertatis dilatâ controuerſiâ. Sed enim placet, omnes controuerſias, quæ quaſi

ſtatus controuerſiam continent, in tempus pubertatis deferri: ſed non vt is in poſſeſsione ſit, ſtatus controuerſiâ dilatâ, ſed ſine poſſeſsione. Quamuis autem Prætor ventrem in poſſeſsionem mittat cum his, quibus poſſeſſionem dederit, attamen etiam ſolus venter admittetur ad bonorum poſſeſsionem.

a d.l.1.§ ſi ea, D h.t.

XIII. [a] Si ea, quæ in poſſeſsionem vult ire, vxor negetur, vel nurus eſſe vel fuiſſe, vel ex eo prægnans non eſſe contendatur; decretum interponit Prætor ad exemplum Carboniani edicti: & ita Hadrianus Imp. Claudio Proculo reſcripſit; vt ſummatim de re cognoſceret: Et, ſi manifeſta calumniâ eſſe videbitur eius, quæ ventris nomine in poſſeſſionem mitti deſiderat, nihil noni decerneret: ſi dubitari de re poterit, operam daret, ne præiudicium fiat ei, quod in vtero eſt. Itaque niſi manifeſta ſit calumniatrix mulier, debere eam decretum eligere: & vbi omnino C iuſtè dubitari poterit, an ex eo prægnans ſit, decreto tuenda eſt, ne præiudicium partui fiat.

b d.l.§ & generaliter.

XIIII. [b] Et generaliter, ex quibus cauſis Carbonianam bonorum poſſeſsionem puero dare Prætor ſolitus eſt; ex hiſdem cauſis ventri quoque ſubuenire Prætorem debere non dubitamus; eò faciliùs, quòd fauorabilior eſt cauſa partus quàm pueri. Partui enim in D hoc fauetur, vt in lucem producatur, puero vt in familiam inducatur. Partus enim iſte alendus eſt: qui non tantùm parenti, cuius eſſe dicitur, verumetiam reipublicæ naſcitur.

c d.l.§ ſi quis prima.

XV. [c] Si quis, prima vxore prægnante facta, mox aliam duxerit, eámq; prægnantem fecerit, diémque ſuum obierit; edictum ambobus ſufficiet: videlicet cùm nemo contendit, nec calumniatricem dicit.

d d.l. rectiſsi-

XVI. [d] Rectiſsimè autem Prætor nuſquam E vxoris fecit mentionem; quia fieri poteſt, vt mortis tempore vxor non fuerit, quæ ſe ex eo pręgnantem dicit.

CAP. III.

De curatore ventris.

Prima pars.

De eius conſtitutione.

e d.l.§ quoties.

XVII. [e] Quoties venter in poſſeſsionem mittitur, ſolet mulier curatorem ventri petere; ſolet & bonis: ſed ſi quidem tantùm ventri, ſed etiam bonis curator datus ſit; creditoribus permittendum, in cuſtodia bonorum eſſe. Si verò non tantùm vẽtri, ſed etiam bonis curator datus eſt, poſſunt ſecuri eſſe creditores, cùm periculum ad curatorem pertineat. Idcirco curatorem bonis ex inquiſitione dandum, idoneum ſcilicet, oportet creditores curare; vel ſi quis alius eſt, qui non edito partu ſucceſſionem ſperet.

f d.l.§. hoc item.

XVIII. [f] Hoc autem iure vtimur, vt idem curator & bonis & ventri detur. Sed ſi cre- A ditores inſtent, vel qui ſpẽtat ſe ſucceſſurum; diligentiùs atque circumſpectiùs id fieri debebit; & plures, ſi deſiderentur, dandi ſunt.

g d.l.§. eligitur.

XIX. [g] Eligitur autem curator, aut ex his qui tutores dati ſunt poſthumo, aut ex neceſſariis affinibúſque, aut ex ſubſtitutis, aut ex amicis defuncti, aut ex creditoribus: ſed vtique is, qui idoneus videbitur: aut ſi de perſo- B nis eorũ quæſtio moueatur, vir bonus eligitur. Quòd ſi nondum ſit curator conſtitutus, (quia plerunque non petitur, aut tardiùs petitur, aut ſeriùs datur) Seruius aiebat, res hæreditarias hæredem inſtitutum vel ſubſtitutum obſignare non debere, ſed tantùm pernumerare, & mulieri adſignare.

Secunda pars dicti capitis tertij.

De officio curatoris ventris.

h d.l.§ mulier

XX. [h] Mulier in poſſeſſionem miſſa, ea ſola, ſine quibus fœtus ſuſtineri, & ad partum vſque produci non poſſit, ſumere ex bonis debet: & in hanc rem curator conſtituendus eſt, qui cibum, potum, veſtitum, tectum mulieri præſtet pro facultatibus defuncti, & pro dignitate eius atque D mulieris.

i l. Habitatio, ibid.

XXI. [i] Habitatio quoque, ſi defunctus domum non habuit, conducenda erit mulieri. Seruis quoq; mulieris, qui neceſſarij ſunt ad miniſterium eius, ſecundùm dignitatem cibaria præſtanda ſunt.

k l. Curator ib.

XXII. [k] Curator ventris alimenta mulieri ſtatuere debet. nec ad rem pertinet, an dotem habeat, vnde ſuſtentare ſe poſſit: quia videntur, quæ ita præſtantur, ipſi præſtari qui E in vtero eſt.

l ibid.

XXIII. [l] Curator ventri datus, ſoluendi debiti rationem habere debet: vtique eius quod ſub pœna aut pignoribus pretioſis debetur.

m d.l.1.§ Idē ſi periculum.

XXIV. [m] Si periculum eſt, ne interim res vſucapiantur; ne debitores tempore liberentur, curator curare hoc debet: ita igitur curam hoc quoque officio adminiſtrabit, quo ſolent curatores atque credito- F res pupillorum.

n d.l.§. Seruius.

XXV. [n] Seruius aiebat, res hæreditarias hæredem inſtitutum vel ſubſtitutum obſignare non debere: ſed tantùm pernumerare, & mulieri adſignare.

o d.l.§. Idem ait.

XXVI. [o] Idem ait, ad cuſtodienda ea quæ ſine cuſtodia ſalua eſſe non poſſunt, cuſtodem ab hærede ponendum; vt puta pecoris: & ſi nõdum meſsis, vindemiáve facta ſit, & fuerit controuerſia quantum deminui oporteat, G arbitrum dandum. Curatore autem conſtituto, hæc omnia ceſſare puto: conſcribi tamen curatori debent, & vendenti, & inuentarium rerum facienti.

p d.l.§. deminutio.

XXVII. [p] Deminutio autem ad hoc fieri debet primùm ex pecunia numerata: ſi ea non fuerit ex his rebus, quæ patrimonia

A onerare magis impendio, quàm augere conſueuerunt.

CAP. IV.

Quando miſſio ventris in poſſeſsionem finiatur.

a d.l.§.vlt.
b l.2.ibid.

XXVIII. [a] Tandiu venter in poſſeſsione eſſe debet, quandiu aut pariat, aut abortum faciat, aut certum ſit eam non eſſe prægnantem. [b] Sed & ſi eum ediderit; qui repulſus eſt, diſcedere debet.

B

CAP. V.

Cui imputentur ſumptus ventris cauſa facti.

c l.3.
d d.l.§.vlt.

XXIX. [c] Sumptus à muliere bona fide facti, non repetuntur: [d] ſed ſi ſciens prudénſque ſe prægnantem non eſſe, conſumpſerit; de ſuo conſumpſiſſe Labeo ait.

C

e l.pen.ibid.

XXX. [e] Cùm venter in poſſeſsionem mittitur, quod in ventris alimenta deminutum eſt, detrahitur velut æs alienum.

Appendix.

f l.ſi ventus. ibid.

XXXI. [f] Si ventris nomine mulier miſſa ſit in poſſeſsionem; Hadrianus Imperator Calphurnio Flacco differendam accuſationem adulterij reſcripſit, ne quod præiudicium fieret nato.

D

TIT. XV.

De Carboniano edicto.

Hic titulus ſex capita continet; quorum primum eſt, Quale ſit Carbonianum edictum. Secundum Quibus, & quando competat, aut detur Carboniana bonorum poſſeſſio, vel non. Cuius capitis prima pars, Quibus, et quando competat. Secunda pars, Quibus & quando non competat. Tertium caput eſt, Intra quod tempus Carboniana bonorum poſſeſſio peti aut dari debeat. Quartum, De cauſa cognitione in danda Carboniana bonorum poſſeſſione. Quintum, De interponenda cautione in Carboniana bonorum poſſeſſione. Sextum, De deminutione bonorum, alimentorum impuberis: cæterarúmque rerum ei neceſſariarum; déque cæteris Carbonianæ poſſeſſionis effectibus.

E

CAP. I.

Quale ſit Carbonianum edictum.

a Veſembecius Comm. in hunc t. D.
b l.1.D de minorib.
c l.1.l.3 § ſummatim. D.h.t. C.eo.

I. [a] Impuberibus, [b] quorum ætas iniuriis, inſidiiſque obnoxia eſt, bonorũ poſſeſsionem petentibus, conſulitur; [c] vt ſi cui impuberi quæſtio ſtatus moueatur, an inter liberos ſit cauſa ſummatim cognita; perinde poſſeſsio detur, ac ſi nulla ea de re controuerſia eſſet; & iudicium in tempus pubertatis differatur.

G

d d.l.1.D.h.t.

II. [d] Si cui controuerſia fiet, an inter liberos ſit, cauſâ cognitâ perinde poſſeſsio datur, ac ſi nulla de ea re controuerſia eſſet: & iudicium in tempus pubertatis differtur.

e l.2 ſeruilis. C.eo.t.

III. [e] Carbonianum edictum, ſub perſonis legitimis ex indubitato matrimonio, cuſtodito partu, & probata legitima ſucceſſione, defertur; ſcilicet vt in poſſeſſione nouus hæres conſtitutus vſque ad pubertatis annos, [f] hoc eſt, vſque ad quintum decimum annum ætatis, ſine inquietudine rebus vtatur interdum alienis.

f Annonam. C.Theod.

CAP. II.

Quibus, & quando competat, aut detur Carboniana bonorum poſſeſsio, vel non detur.

Prima pars.

Quando competat.

g l.2.§ non tantum. D.h.t.

IV. [g] Non tantùm maſculi, ſed & fœminę ex virili ſexo deſcendentes Carboniani commodum habebunt. Et generaliter dicemus his demùm Carbonianum edictum competere, quibus cõtra tabulas bonorum poſſeſſio competit: his verò non competere, qui repelluntur à contra tabulas bonorum poſſeſſione.

h l.3.ibid.

V. [h] Carbonianum edictum aptatum eſt ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem, & inteſtati: cùm & in ſecundùm tabulas in quibuſdam caſibus poſsit videri neceſſarium edictum: veluti ſi paterfamiliâs ita inſtituerit [Poſthumus hæres eſto:] vel [Poſthuma hæres eſto,] & negetur eſſe verum quod in teſtamento ſcriptum eſt. Et cùm de fideicommiſsis vel legatis quæritur, differri poteſt cauſa in tempus pubertatis. Id enim Pius Imperator Claudio Hadriano reſcripſit.

i d.l.§.quamuis.

VI. [i] Quamuis ſcripto hæredi non promitti bonorum poſſeſsionem ex edicto Carboniano certum ſit, tamen quæſtionem ſtatus in tempus pubertatis differri procul dubio eſt. Ergo ſi quidem de parentis bonis ſimul & de ſtatu controuerſia fiat, hoc edictum locum habebit: ſin verò tantùm ſtatus, differetur quæſtio in tempus pubertatis, ſed non ex Carboniano, ſed ex conſtitutionibus.

k Cuiacius ex Cyrillo interprete Græco.
l l Decesſit. D.h.t.

VII. [k] [Siue patrem pupilli, ſiue pupillum ipſum dicam eſſe in poteſtate mea, locus eſt edicto Carboniano] nempe, [l] Deceſsit, quem ego filium meum, & in mea poteſtate eſſe dico. Exſtitit impubes qui eum patremfamiliâs & ad ſe hæreditatem pertinere dicat. Decretum neceſſarium eſſe Africanus reſpondit. Item emancipatus deceſsit inteſtatò, ſuperſtite filio impubere, qui ſe ei ſuum eſſe dicit. Ego contendo, ante emancipationem conceptum; atque ideo in mea poteſtate eſſe, & bona emancipati ad me pertinere. Et quidem hunc filium eſſe conſtat, ſed hactenus de ſtatu eius quæritur, quòd in poteſtate patris fuerit, nécne. Sententia tamen edicti proculdubio ex Carboniano admittitur.

m l.1.§ ſi quis non ab aliquo.

VIII. [m] Si quis non ab aliquo hanc controuerſiam patiatur, quòd inter liberos non ſit, ſed ab ipſo patre; vt pote nepos, qui ſe retentum in poteſtate aui dicit ab emancipato

patre,

patre, cui iungi deſiderat, an differri debeat? Et magis puto, vt differatur. Parui enim refert, quis ei controuerſiam faciat; cùm, etſi teſtator eum negauerit ex liberis, non tamen exhæredem ſcripſerit, Carboniano poſſit eſſe locus.

a d.l.§.idem ait. IX. [a] Pomponius ait, cùm quidam exhæredem ſcripſiſſet filium, quòd diceret eum ex adulterio conceptum; quia fieret ei controuerſia, an inter liberos eſſet, ex hac parte edicti ei bonorum poſſeſsionem competere: cùm, ſi ſine elogio exhæres ſcriptus eſſet, non haberet bonorum poſſeſsionem: idémque, & ſi ita ſit ſcriptum, [Quiſquis eſt, qui filium meum ſe eſſe dicit, exhæres eſto] quia non eſt filius exhæredatus.

b d.l.§.ſi mater. X. [b] Si mater impuberis ſubiecti partus rea poſtulata cauſam obtinuerit, poterit adhuc ſupereſſe ſtatus quæſtio: vt puta, ſi dicatur non eſſe ex ipſo defuncto conceptus; aut ex ipſo quidem, ſed non ex matrimonio editus.

c l.§.ſi is qui. XI. [c] Si is qui ſtatus controuerſiam filio faciebat, & ſe ſolum filium dicebat, deceſſerit; & mater ei hæres exſtiterit; ſi quidem eandem controuerſiam impuberi mater faciat, qui ſe ex alia natum affirmat, quam filius eius faciebat, ſcilicet vt neget eum filium, idcircóque ad ſe totam hæreditatem ex perſona filij ſui defuncti pertinere debere; in tempus pubertatis differri Iulianus ait; quia nihil intereſt, ſuo an hæreditario nomine controuerſiam faciat.

d d.l.§.planè. XII. [d] Planè ſi mater concedat hunc quoque defuncti filium eſſe; idcircóque partem dimidiam hæreditatis ſolam ſibi vindicet ex bonis maternis, non erit iudicium in tempus pubertatis differendum. Non enim de paternis, ſed de fraternis bonis impuberi ſit controuerſia.

e l.2.ibid. XIII. [e] Licèt mulier, quæ partum ſubieciſſe dicitur, deceſſerit; tamen ſi participes maleficij ſint in præſenti cognoſcendum eſt. Si autem nemo ſit, qui conueniri poſsit, quia omnes participes facinoris fortè deceſſerint; ſecundùm Carbonianum edictum in tempus pubertatis differenda cognitio eſt.

Neratius.

f l.Quod Labeo.ibid. XIIII. [f] Quod Labeo ſcribit, quoties ſuppoſitus eſſe dicitur pupillus, cum quo de patris eius hæreditate controuerſia eſt; curare Prætorem debere, vt is in poſſeſsione ſit: de eo puto eum velle intelligi, qui poſt mortem patrisfamiliâs, qui ſe ſine liberis decedere credidit, filius eſſe dici cœpit. Nam eius, qui agnitus eſt ab eo, de cuius bonis quæritur, iuſtior in ea re cauſa eſt, quàm poſthumi.

g l.De bonis. ibid. X V. [g] De bonis maternis an decretum interponendum ſit, quæritur. Et decretum quidem non eſt interponendum. Dilatio autem longiſsima danda eſt, quæ in tempus pubertatis extrahet negotium. Planè ſi ſimul de paternis & maternis bonis controuerſia ſit, ſiue etiam de fratris; & has controuerſias in tempus pubertatis differendas eſſe, Iulianus reſpondit.

XVI. [h] Huic edicto locus eſt, etiamſi ab inteſtato ad bonorum poſſeſsionem veniant liberi, tametſi ex inferioribus partibus petant, qua legitimi vocantur, quoniam ſui ſint vel ex illa, qua cognatis datur. *h d.l.§.1.*

XVII. [i] Parui refert, vtrùm petitor ſit impubes, an poſſeſſor qui ſtatus controuerſiam patitur. Nam, ſiue poſsideat, ſiue petat, in tẽpus pubertatis differtur. *i l.1.§.parui. ibid.*

XVIII. [k] Cùm exſtaret impubes qui ſe filium defuncti diceret, debitoréſque negent eum eſſe filium defuncti: & inteſtati hæreditatem ad agnatum, qui fortè trans mare abſit, pertinere; neceſſarium erit puero Carbonianum edictum; ſed & abſenti erit proſpiciendum, vt cautio præſtetur. *k d.l.§.cùm extaret.*

XIX. [l] Si duo impuberes inuicem faciunt ſtatus controuerſiam, intereſt, vtrùm quiſq; ſe ſolum filium dicat, an & ſe. Nam ſi ſe ſolum dicat filium, dicendum eſt debere controuerſiam ad vtriuſque pubertatem differri, ſiue petitor, ſiue poſſeſſor ſit. Si verò alter ſe ſolũ; alter & ſe dicat, ſi quidem ille adoleuerit, qui ſe ſolũ dicat, adhuc differtur controuerſia propter pueritiam eius, qui & ſe dicit, ſed de parte, non de toto. De parte enim vtique nec litigatur: quòd ſi ille adoleuerit, qui & ſe dicit; ille impubes ſit qui ſe ſolum dicit, non differtur controuerſia. Nec enim patitur impubes ſtatus controuerſiam, ſed facit: cùm hic pubes & ſe dicat, & illum non neget filium. *l d.l.§.ſi duo.*

XX. [m] Iulianus quærit, Si duo impuberes patiantur ſtatus controuerſiam, & alter eorùm pubuerit; an expectari alterius quoque pubertas debet: ſcilicet vt ſic de vtriuſque ſtatu agatur; ne aliquod præiudicium fiat impuberi per puberis perſonam. *m d.l.§.ibidẽ.*

XXI. [n] Interdum etiam exhæredatus filius ex Carboniano decreto bonorum poſſeſſionem accipiet, ſi non contra tabulas petit bonorum poſſeſſionem, ſed ab inteſtato [Vnde liberi] quia neget tabulas inteſtati patris tales eſſe, vt ſecundùm eas bonorum poſſeſsio dari poſsit; & dicatur non eſſe filius. *n l.ſi impubes. §.interdum.ib.*

XXII. [o] Scriptus hæres, contra quem filius impubes, qui ſubiectus dicitur, ex edicto primo bonorum poſſeſsionem petit: exemplo legitimi, ſecundùm tabulas interim accipere non poteſt. Quòd ſi medio tempore ſcriptus, vel ille, qui inteſtati ſucceſsionem habere potuerit, moriatur; hæredibus eorum ſuccurrendum erit. Quid enim ſi non potuerunt adire hæreditatem iure ceſſante, vel ob litem in dubio conſtituti? *o d.l.ſcriptus heres.ibid.*

XXIII. [p] Quæſitum eſt, an ſimul & pupillus ex Carboniano, §. & ſcripti hæredes ſecũdùm tabulas bonorum poſſeſsionem haberent. Reſpondi; ſi filius non eſſet, aut non accepiſſet contra tabulas vel ab inteſtato bonorum poſſeſsionem; ſimul & ipſum ex Carboniano, & ſcriptos hæredes ſecundùm tabulas habituros bonorum poſſeſsionem. *p l.ſi impubes vlt.*

XXIV. [q] Cùm mulier, deferente hærede, *q l.Cùm mulier.ibid.*

iurauerit ſe prægnantem eſse, bonorum poſſeſsio ex edicto Carboniano dari debet, vel denegari, ſi illa hæredi detulit iuſiurandum, cùm cauſâ cognitâ detur poſseſsio, ne aut hæredi bonorum poſseſsio data faciat præiudicium, aut denegata ius ordinarium eripiat pupillo.

a l.1.§ ſed & ſi quis ibid.

XXV. a Si fiſcus impuberi controuerſiam faciat, Carbonianum edictum poteſt locum habere.

Secunda pars dicti capitis ſecundi.

Quibus, vel quando non competat, vel detur Carboniana bonorum poſſeſſio.

b l.1.§.1.ibid.

XXVI. b Generaliter dicemus his demùm Carbonianum edictũ competere, quibus contra tabulas bonorum poſseſsio competit: his verò non competere, qui repelluntur à contra tabulas bonorum poſseſsione.

c d.l.§.Pomponium.

XXVII. c Pomponius ſcripſit, cùm filius hæres, vel exhæres ſcriptus eſt, Carbonianum edictum ceſsare, quamuis filius eſse negetur: quia vel quaſi ſcriptus habet bonorum poſſeſſionem, etiamſi filius non eſt: vel repellitur, quaſi exhæredatus, etiãſi filius eſſe videatur: Niſi fortè poſthumus, inquit, eſt hæres inſtitutus, & natus negetur eſſe filius, ſed ſubiectus eſſe dicetur: quo caſu eius partis tantùm danda eſt ei bonorum poſſeſſio, ex qua inſtitutus eſt.

d d.l.§ ſi quis filium.

XXVIII. d Si quis filium ſuum hæredem inſtituerit ex minima parte ſic, [Ille qui ex illa natus eſt, hæres eſto] non quaſi filiũ ſuum: deinde hic contendat, patrem inteſtatum deceſſiſſe, ſéque ei ſuum hæredem eſſe; intereſt, cohæredes eius vtrùm negent eum filium, an verò contendant teſtamentum valere. Si teſtamentum valere contendunt, controuerſia non eſt differenda, & Carbonianum ceſſat. Quòd ſi filium eum eſſe negant, & ad ipſos potiùs quàm ad conſanguineos hæreditatem pertinere dicunt; data bonorum poſſeſsione impuberi, controuerſia in tempus pubertatis differtur.

e l.3.§.miſſū.

XXIX. e Miſſum ex Carboniano in poſſeſsionem, ſtudẽt Prætores poſſeſsorem conſtituere. Quòd ſi cœperit aut hæreditatem petere quaſi bonorum poſseſsor Carbonianus, aut ſingulas res; rectiſſimè Iulianus ſcribit exceptione eum ſummouendum. Contẽtus enim eſse debet hac prærogatiua, quòd poſseſsorem eum tantiſper Prætor conſtituit. Si igitur vult hæreditatem, aut ſingulas res petere, petat, inquit, directa actione quaſi hæres: vt ea petitione iudicari poſsit, an quaſi ex liberis hæres ſit, ne præſumptio Carbonianæ bonorum poſseſſionis iniuriam aduerſarius afferat: quæ ſententia habet rationem & æquitatem.

f d.l.1.§ ſi mater.

XXX. f Si mater ſubiecti partus arguatur, an differenda ſit quæſtio propter ſtatum pueri, quæritur. Et ſiquidem pupilli ſtatus in dubium deuocatur, quæſtio in tempus pubertatis differri debet: cùm metus poteſt eſse, ne minùs idoneè defendatur. Cùm verò mater rea poſtulatur, vtique integra fide & maiore conſtantia cauſam defenſura recenti tẽpore, dubium non eſt, cognitionem fieri oportere, & poſt euentum cognitionis, ſi ſuppoſitum partum apparuerit, actiones hæreditariæ puero denegandæ ſunt: omniaque perinde habenda, atque ſi hæres ſcriptus non fuiſset.

g l.3.§ puberi. ibid.

XXXI. g Puberi, quamuis minori viginti quinque annis Carbonianum non ſuccurrit, ſed ſi, cùm eſset pubes, quaſi impubes obrepſerit, bonorúmque poſseſsionem accepit, dicendum erit nihil eum egiſse. Nam etſi impubes eſset, mox pubes factus, finitetur bonorum poſseſſionis emolumentum.

h l.Titia.ibid.

XXXII. h Titia poſt mortem mariti ſui poſthumam enixa eſt. Eidem Titiæ crimen adulterij Sempronius apud Præſidem prouinciæ obiecit. Quæro, an in tempus pubertatis quæſtio adulterij differri debeat, ne præiudicium poſthumæ fiat. Paulus reſpondit, Si ei pupillæ, de qua quæritur, bonorum paternorum quæſtio non moueatur; ſine cauſa tutores deſiderare, adulterij quoque quæſtionem in tempus pubertatis pupillæ differri.

i l. Cùm ſine. ibid.

XXXIII. i Cùm ſine beneficio Prætoris, qui patitur controuerſiam, filius hæres eſſe poteſt, fortè quia ſcriptus eſt; edicto Carboniano locus non eſt: ac ſimiliter cùm certum eſt, quamuis filius ſit, eum tamen hæredem non fore: veluti ſi, Titio hærede inſtituto, poſthumus aut impubes exhæredatus, negetur filius. Nec ad rem pertinet, quòd intereſt illius, in quibuſdam filium eſſe: veluti propter fratris ex alia matre nati bona, vel iura libertorum, & ſepulchrorum: iſtos enim caſus ad Carbonianum conſtat non pertinere.

CAP. III.

Intra quod tempus Carboniana bonorum poſſeſſio peti, aut dari debeat.

k d.l.3.§.vlt. D.h.t.

XXXIV. k Hæc poſſeſſio intra annum datur: ſicuti ordinariæ quoque, id eſt edictales, quæ liberis dantur, intra annum dantur: ſed oportebit, hunc, qui ſe filium dicit, non ſolùm Carbonianam bonorum poſſeſſionem accipere, verumetiam ordinariam agnoſcere. Currunt autem tempora ad vtramque bonorum poſſeſſionem ſeparatim: ordinariæ quidem, ex quo patrem ſuũ deceſſiſſe ſcit, & facultatem bonorum poſſeſſionis petendæ habuit: Carbonianæ verò ex eo tempore, ex quo controuerſiam ſibi fieri cognouit.

l l.Ideo.ibid.

XXXV. l Ideò ſi ex prima parte edicti bonorum poſſeſſionem non petierit, aliâs poterit ex ſequenti parte edicti ad exemplum Carboniani accipere bonorũ poſſeſſionem, aliâs non poterit. Nam ſi confeſtim poſt patris mor-

A tris mortem controuerſia ei facta fuerit, an inter liberos bonorum poſſeſſionem accipere poſſit; ſimul ad vtriuſque edicti cauſam annus ceſſiſſe videbitur. Si verò interpoſito tempore ſcierit controuerſiam ſibi moueri: poterit etiam finito tempore, intra quod ex ſecunda parte bonorum poſſeſſionem acceperat, ex ſequenti bonorum poſſeſſionem petere. Quam cùm acceperit, perpetuò poſ- B ſeſſoriis actionibus vtetur: ſed ſi poſt pubertatem contra eum iudicatum fuerit; denegabuntur ei actiones.

CAP. IIII.

De cauſæ cognitione in danda bonorum poſſeſſione Carboniana.

a l.2.§.cauſæ. XXXVI. [a] CAuſç cognitio in eo vertitur, vt, ſi manifeſta calum- C nia appareat eorum, qui infantibus bonorum poſſeſſionem peterent, nō daretur bonorum poſseſſio. Summatim ergo, cùm petitur ex Carboniano bonorum poſſeſſio, debet Prætor cognoſcere: & ſi quidem abſolutam cauſam inuenerit, euidentérque probetur filium non eſſe, negare ei debet bonorum poſſeſſionem Carbonianam: Si verò ambiguam cauſam, hoc eſt, vel modicum pro puero facientem, vt non videatur euidenter filius non eſſe; dabit ei Carbonianam bonorum poſ- D ſeſſionem.

b d.l.§.duæ. XXXVII. [b] Duæ autem ſunt cauſæ cognitionis; vna dandæ Carbonianæ poſſeſſionis, quæ habet commodum illud, vt perinde atque ſi nullam controuerſiam pateretur impubes, poſſeſſionem accipiat: alia cauſæ cognitio illa; vtrùm differri debeat in tempus pubertatis cognitio, an repræſentari. Hoc autem diligentiſſimè Prætori examinandum eſt, an expediat pupillo repræſentari cogni- E tionem, an potiùs differri in tempus pubertatis: & maximè inquirere hoc à cognatis, matre, tutoribúſque pupilli debet. Finge eſſe teſtes quoſdam, qui, dilatâ cōtrouerſiâ, aut mutabunt conſilium, aut decedent, aut propter temporis interuallum non eandem fidem habebunt: vel, Finge anum eſſe obſtetricem, vel ancillas, quæ veritatem pro partu poſſunt inſinuare, vel inſtrumenta ſatis idonea ad victoriam, vel quædam alia argumenta, vt F magis damnum patiatur pupillus, quòd differatur cognitio; quàm compendium, quòd nō repræſentetur. Finge, pupillum ſatiſdare non poſſe, & admiſſos in poſſeſſionem, qui de hæreditate controuerſiam faciunt, multa poſſe ſubtrahere, nouare, moliri. Stulti aut iniqui Prætoris erit rem in tempus pubertatis differre cum ſummo eius incommodo, cùr conſultum velit.

c eodem.§. XXXVIII. [c] Hadrianus etiam Imperator ita reſcripſit: Quòd in tempus pubertatis G res differri ſolet, pupillorum cauſâ fit, ne de ſtatu periclitentur, antequàm ſe tueri poſſint: cæterùm ſi idoneos habeant, à quibus defendantur, & tam expeditam cauſam, vt ipſorum intereſt, maturè de ea iudicari, & tutores eorum iudicio experiri volunt, non debet

A aduerſus pupillos obſeruari quod pro ipſis excogitatū eſt, & pendēte ſtatus eorum, cùm iam poſſit indubitatus eſſe.

CAP. V.

De cautione interponenda in Carboniana bonorum poſſeſſione.

B XXXIX. [d] EVm qui controuerſiam facit, ſi pro pupillo ſatis ei non detur, ſimul in poſſeſſione eorum bonorum eſſe, Prætor iubet. d l.1.§.1.ibid.

XL. [e] Si is qui controuerſiam impuberi facit, ex liberis ſit; eueniet, vt, ſiue caueat hic, cui ſtatus ſit controuerſia, ſiue non caueat, attamen ſimul ſit in poſſeſſione. e l.Sed ſi in qui. ibid.

XLI. [f] Quoties impubes ſatis non dat, mit- f d.l.§. quoties. C titur in poſſeſſionem aduerſarius eius, ſiue ſatiſdet, ſiue non det. Et ſi velit aduerſarius committi ſibi adminiſtrationem, ſatiſdare debet pupillo. Cæterùm, ſi non ſatiſdet, debet curator conſtitui per quem bona adminiſtrentur. Aduerſarius autem ſi ſatiſdederit, res quæ tempore perituræ aut deteriores futuræ ſunt, diſtrahere debet. Item à debitoribus, qui tempore liberabūtur, exigere debet; cætera cum pupillo poſſidebit.

XLII. [g] Si impubes non defendatur, id- g d.l.§.1. D circóque ſit in poſſeſſione etiam aduerſarius eius; actiones hæreditarias quis exercebit? Et ait Iulianus, curatorem conſtitui debere, qui omnia curet & actiones exerceat. Denique ſcribit, etiam eum qui cum impubere miſſus eſt in poſſeſſionem, actiones poſſe aduerſus curatorem intēdere, nec eſſe prohibendum: nullum enim per hoc præiudicium hæreditati fieri. Nam & aduerſus ipſum pupillum, ſi ſatiſdediſſet, rectè experiretur.

E XLIII. [h] Cùm in ſatiſdatione & pupillus & aduerſarius eius ceſſant, curator conſtituendus eſt, qui bona adminiſtret, & quandoque ei, qui iudicio vicerit, reſtituat. Quid tamen, ſi tutores pupilli velint adminiſtrare? Non erunt audiendi, niſi ſatiſdederint nomine pupilli, aut curatores quoque iidem ipſi ſint conſtituti. h l.Sed & ſi in qui.§.vlt.ibid.

CAP. VI.

F

De deminutione bonorum, alimentorum impuberis, cæterarúmque rerum ei neceſſariarum: déque cæteris Carbonianæ poſſeſſionis effectibus.

XLIV. [i] AN veſcendi causâ deminuere poſſit is, qui ex Carboniano miſſus eſt in poſſeſſionem, videamus. Et ſi i l.Sed & ſi in.§.an autem. ibid. G quidē ſatis impubes dedit; ſiue decreuit præſes, ſiue non; deminuet veſcendi cauſa, & hoc minus reſtituet hæreditatis petitori. Quòd ſi ſatiſdare non potuit; & aliter alere ſe videtur non poſſe; deminuendi causâ vſque ad id quod alimentis eius neceſſarium eſt, mittendus eſt. Nec mirom debet videri, hæredita-

tem propter alimenta minui eius, quem fortaſſe iudicabitur filium non eſſe: cùm omniũ edictis venter in poſſeſſionem mittatur, & alimenta mulieri prçſtentur propter eum qui poteſt non naſci: maiórque cura debeat adhiberi, ne fame pereat filius, quàm ne minor hæreditas ad petitorem perueniat, ſi apparuit, filium non eſſe.

a l. De bonis. §. qui pupillo. ibid.

XLV. [a] Non ſolùm alimenta præſtari pupillo debent, ſed & in ſtudia, & in cæteras neceſſarias impenſas debet impendi pro modo facultatum.

b d. l. §. ſed ſi n. § maxime.

XLVI. [b] Maximè autẽ puto, ſi miſſus fuerit in poſſeſſionem aduerſarius; deſiderãdum à prætore, ne inſtrumenta in poſſeſſionem ſuam redigat. cæterùm decipietur pupillus, dum vel inſtruitur aduerſarius eius, vel etiam intercipere ea poteſt.

c l. ſi impubes. §. quoties.

XLVII. [c] Quoties Carbonianum decretum interponitur, eodem loco haberi oportet, quo eſſet, ſi nulla controuerſia fieret ei qui bonorum poſſeſſionem accepit. Cùm autem ex duobus fratribus ex hoc decreto miſſis, alter pro parte ſua paternam hæreditatem non defendit; compellitur alter totam defendere, aut vniuerſa creditoribus cedere.

d d. l. De bonis. §. vlt.

XLVIII. [d] Poſt pubertatem, quæritur, an actoris partes ſuſtinere debeat, qui ex Carboniano miſſus eſt in poſſeſſionem. Et reſponſum eſt; rei partes eum ſuſtinere debere, maximè ſi cauit. Sed & ſi non cauerat, ſi nunc ſit paratus cauere, quaſi poſſeſſor conueniendus eſt. Quòd ſi nunc non caueat, poſſeſſio transfertur ab aduerſario ſatis offerente, perinde atque ſi nunc primùm ab eo peteretur hæreditas.

e l. pen. ibid.

XLIX. [e] Hæc bonorum poſſeſſio, ſi ſatiſdatum ſit, non tantùm ad poſſeſſionem adipiſcendam, ſed ad res etiam perſequendas, & debitum exigendum, & ad collationẽ bonorum, & dotis, & omnium, quæ conferri debent, prodeſt.

f d. l. De bonis. §. qui pupillo.

L. [f] Qui pupillo controuerſiam facit, ſi ſimul cum eo in poſſeſſionem miſſus eſt, ali ex bonis defuncti non debebit; nec quicquam de bonis deminuere. Hæc enim poſſeſſio pro ſatiſdatione cedit.

g l. 1. § puberi. ibid.

LI. [g] Pubere facto eo qui in poſſeſſionem ex Carboniano edicto miſſus eſt, finitur bonorum poſſeſſionis emolumentum.

TIT. XVI.

De bonorum poſſeſſione ſecundùm tabulas.

CAPVT I.

Quibus, & quando bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas detur, ſeu competat: vel non.

Prima pars.

Quando detur, ſeu competat.

a l. 1. D. h. t.

A I. [a] AEquiſſimum ordinem Prætor ſecutus eſt. Voluit enim primò ad liberos bonorum poſſeſſionem contra tabulas pertinere; mox, ſi inde non ſit occupata, iudicium defuncti ſequendum. Expectandi igitur liberi erunt, quamdiu bonorum poſſeſſionem petere poſſunt. Quòd ſi tempus fuerit finitum, aut antè deceſſerint, vel repudiauerint, vel ius petendæ bonorum poſſeſſionis
B amiſerint; tunc reuertetur bonorum poſſeſſio ad ſcriptos.

Iuſtinianus Imperator.

b l. 3. & vlt. C. de edicto Diui Hadriani tollendo & quemadmodũ ſcriptus heres in poſſeſſionem mittatur.

II. [b] Edicto Diui Hadriani, quod ſub occaſione viceſimæ partis hæreditatis introductũ eſt cum multis ambagibus & difficultatibus, & indiſcretis narrationibus, penitùs quieſcente; quia & viceſima hæreditatis ex noſtra receſſit republica, antiquatis nihilominus &
C aliis omnibus quæ circa repletionem, vel interpretationem eiuſdem edicti promulgata ſunt; ſancimus, vt ſi quis ex aſſe, vel ex parte inſtitutus competenti iudici teſtamentum oſtenderit non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque ſuę formæ parte vitiatum; ſed quod in prima figura, ſine omni vituperatione appareat, & depoſitionibus teſtium legitimi numeri vallatum ſit, mittatur quidem in poſſeſſionem earum rerum quæ
D teſtatoris mortis tempore fuerunt, nõ autem quæ legitimo modo ab alio detinẽtur, & eam teſtificatione publicarum perſonarum accipiat. Sin autem aliquis contradictor exſtiterit; tunc in iudicio competenti, cauſæ in poſſeſſionem miſſionis & ſubſecutæ contradictionis ventilentur: & ei poſſeſſio acquiratur, qui potiora ex legitimis modis iura oſtẽderit, ſiue qui miſſus eſt, ſiue qui antea detinens contradicendum putauit, nullis anguſtiis temporum huiuſmodi miſſione coar-
E ctanda: ſed ſiue tardiùs, ſiue præmaturè aliquis miſſus eſt, legis tantummodò arbitrium requiratur & cauſa, vnde vel miſſio vel contradictio exoritur. Siue enim poſt annale tẽpus, ſiue poſt maioris æui curricula aliquis fuerit miſſus; ſi tamen ex legitimè formato teſtamento miſſio procedat, nullum ei temporis obſtaculum obiiciatur; niſi tantum temporis effluxerit quod poſſit poſſeſſori pleniſſimè ſecuritatem ſuper dominio prçſtare,
F vel ipſi qui miſſus eſt, omnem intentionem excludere. Si enim vel ex vna parte, vel ex vtroque latere temporis prolixitas occurrerit; manifeſtum eſt non ſolùm miſſionem, ſed etiam ipſam principalem cauſam ſopitam.

c l. 1. D. h. t.

III. [c] Tabulas teſtamenti accipere debemus omnem materiæ figuram. Siue igitur tabulæ ſint ligneæ, ſiue cuiuſcunque alterius materiæ; ſiue chartæ, ſiue membranæ ſint,
G vel ſi corio alicuius animalis; tabulæ rectè dicentur.

d l. Chartæ ib.

IV. [d] Chartæ appellatio & ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam: & ſi in opiſtographo quis teſtatus ſit, huic peti poteſt bonorum poſſeſſio.

e d. l. 1. § ſi quis in duobus.

V. [e] Si quis in duobus exemplaribus fece-

rit te-

rit teſtamentum, & aliud exſtet, aliud non exſtet; tabulæ exſtare videntur, petique poteſt bonorum poſſeſſio. Sed ſi in duobus codicibus ſimul ſignatis alios atque alios hæredes ſcripſerit, & vtrunque exſtet; ex vtroque quaſi ex vno competit bonorum poſſeſſio, quia pro vnis tabulis habendum eſt: ſed & ſupremum vtrunque accipiemus, ſi vnum fecerit teſtator quaſi teſtamentum; aliud quaſi exemplum; ſi quidem id exſtet, quod voluit eſſe teſtamentum; bonorum poſſeſſio petetur: ſi verò id, quod exemplum erat; bonorum poſſeſſio peti non poterit: vt Pomponius ſcribit.

a d. l. 1. §. non autem.

VI. [a] Non autem omnes tabulas Prætor ſequitur hac parte edicti, ſed ſupremas, hoc eſt, eas quæ nouiſsimæ factæ ſunt, poſt quas nullæ factæ ſunt. Supremę enim hæ ſunt, non quę ſub ipſo mortis tempore factæ ſunt; ſed poſt quas nullæ factæ ſunt.

b d. l. §. ſufficit.

VII. [b] Sufficit exſtare tabulas etſi non proferantur, ſi certum eſt eas exſtare. Igitur etſi apud furem ſint, vel apud eum, apud quẽ depoſitæ ſunt, dubitari non oportet admitti poſſe bonorum poſſeſsionem. Nec enim opus eſt aperire eas, vt bonorum poſſeſsio ſecundùm tabulas agnoſcatur.

c d. l. §. ſemel.

VIII. [c] Semel autem exſtitiſſe tabulas mortuo teſtatore, deſideratur, tametſi exſtare deſierint. Quare, & ſi poſtea interciderunt, bonorum poſſeſsio peti poterit. Scientiam tamen exigemus, vt ſciat hæres exſtare tabulas, certúſque ſit delatam ſibi bonorum poſſeſsionem.

d d. l. § ſi linũ.

IX. [d] Si linum quo ligatæ ſunt tabulæ, inciſum ſit, ſi quidem alius contra voluntatem teſtatoris inciderit, bonorum poſſeſsio peti poteſt: quòd ſi ipſe teſtator id fecerit, non videntur ſignatę, & ideò bonorum poſſeſsio peti non poteſt.

e d. l. §. ſi roſæ.

X. [e] Si roſæ ſint à muribus tabulæ, vel linum aliter ruptum, vel vetuſtate putrefactum, vel ſitu, vel caſu: & ſic videntur tabulæ ſignatæ, maximè ſi proponas, vel vnum linum tenere. Si ter fortè, vel quater linum eſſet circumductum, dicendum eſt, ſignatas tabulas eius exſtare, quãuis vel inciſa, vel roſa ſit pars lini.

f l. Cùm tabulæ, ibid.

XI. [f] Cùm tabulæ teſtamenti plurium ſignis ſignatæ eſſent: & quædam ex his non patent, ſeptem tamen ſigna maneant, ſufficit ad bonorum poſſeſsionem dãdam, ſeptem teſtium ſigna comparere; licèt non omnium, qui ſignauerint, maneant ſigna.

g l. ſi ita. §. vlt. ibid.

XII. [g] Quidam teſtamentum in tabulis ſibi fecit: filio autem impuberi per nuncupationem ſubſtituit. Reſpondi, ſententiam Prætoris in dãda bonorum poſſeſsione eam eſſe, vt ſeparatim patris, ſeparatim filij hæredes æſtimari debeant. Nam quemadmodum ſcripto filij hæredi ſeparatim ab hæredibus patris: ita nuncupato poteſt videri ſeparatim à ſcriptis patris hæredibus bonorum poſſeſſio dari.

h d. l. §. ut bonorum.

XIII. [h] Vt bonorum poſſeſsio ſecundùm pupillares tabulas peti poſſit, requiritur, an patris teſtamentum ſignatum ſit, licèt ſecundæ tabulæ reſignatæ proponantur.

i d. l. §. ſi quis autem.

XIIII. [i] Si quis teſtamentum fecerit, deinde amiſerit teſtamenti factionem, vel furore, vel quòd ei bonis interdictum eſt; poteſt eius peti bonorum poſſeſsio, quia iure teſtamentum eius valet. Et hoc generaliter de omnibus huiuſmodi dicitur, qui amittunt mortis tempore teſtamenti factionem, ſed antè factum eorum teſtamentum valet.

k l. 3. ibid.

XV. [k] Verum eſt, omnem poſthumum, qui moriente teſtatore in vtero fuerit, ſi natus ſit, bonorum poſſeſſionem petere poſſe.

l l. 4. C. de ed. D. Had. toll.

XVI. [l] Quamuis quis ſe filium defuncti præteritum eſſe alleget: aut falſum, vel inofficioſum teſtamentum, ſeu alio vitio ſubiectum eſſe dicatur; tamen ſcriptus hæres in poſſeſſionem mitti ſolet.

m l. 2. ibid.

XVII. [m] Cùm inter inſtitutum & ſubſtitutum controuerſia moueatur; eum qui primo loco inſtitutus eſt, induci in poſſeſſionem oportet.

n l. 1. §. Defertur. D. h. t.

XVIII. [n] Defertur bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas primo gradu ſcriptis hæredibus; mox, illis non petentibus, ſequentibus non ſolùm ſubſtitutis, verùm ſubſtituti quoque ſubſtitutis, & per ſeriem ſubſtitutos admittimus. Primo autem gradu ſcriptos accipere debemus omnes qui primo loco ſcripti ſunt. Nam ſicuti ad adeundum hæreditatem proximi ſunt, ita, ad bonorum poſſeſſionem admittendam.

o d. l. §. ſi Primus.

XIX. [o] Si Primus quidem ita ſubſtitutus ſit, ſi intra decem: ſecundus, ſi poſt decẽ, intra quatuordecim annos: ſiquidem intra decem deceſſerit, Primus ſolus hæres erit, & accipiet bonorum poſſeſſionẽ: ſi verò poſt decem, intra quatuordecim; Secundus ſolus hæres erit, & accipiet bonorum poſſeſſionem. Nec ſibi iunguntur, cùm ad ſuam quiſque cauſam ſubſtitutus ſit.

p d. l. §. ſi quis ita ſcripſerit.

XX. [p] Si quis ita ſcripſerit [Primus ex prima parte hæres eſto: ſi Primus hæres non erit, Secundus hæres eſto: Tertius ex alia parte dimidia hæres eſto: ſi nõ erit, Quartus hæres eſto] Primus & Tertius priores ad bonorum poſſeſsionem inuitantur.

q d. l. §. ſi quis ita inſtituerit.

XXI. [q] Si quis ita inſtituerit hæredes, [Vter ex fratribus meis Seiã vxorẽ duxerit, ex dodrante mihi hæres eſto: Vter non duxerit, ex quadrãte hæres eſto] ſi quidẽ mortua fuerit Seia, æquas partes habituros hęredes conſtat: quòd ſi ab altero vxor ducta fuerit, dodrantem & quadrantem eis competere: bonorum autem poſſeſſionem, antequam exiſtat cõditio, neutrum petere.

r l. ſi ita. ibid.

XXII. [r] Si ita ſcriptũ ſit [Sempronius ex parte dimidia hæres eſto: Titius, ſi nauis ex Aſia venerit, ex parte tertia hæres eſto. Idem Titius, ſi nauis ex Aſia non venerit, ex parte ſexta hæres eſto] Titius non ex duabus partibus hæres ſcriptus, ſed ipſe ſibi ſubſtitutus intelligi debet: ideóque non ex maiore parte quàm tertia ſcriptus videtur: ſecundùm hanc rationem, cùm ſextans vacuus relinquatur, bonorum poſſeſſionem Titius accipiet non ſolùm tertiæ partis, ſed eius quoque,

quæ ex ſextante eidem accreſcit.

a l.2.§.ſi duo. ibid.

XXIII. [a] Si duo ſint hæredes inſtituti, Primus & Secundus; Secundo Tertius ſubſtitutus, omittente Secundo bonorum poſſeſſionem, Tertius ſuccedit. Quòd ſi Tertius noluerit hæreditatem adire, vel bonorum poſſeſſionem accipere, recidit bonorum poſſeſſio ad Primum: nec erit ei neceſſe petere bonorum poſſeſſionem, ſed ipſo iure ei adcreſcet: hæredi enim ſcripto, ſicut portio hæreditatis, ita & bonorum poſſeſſio accreſcit.

b d.l.§.1.

XXIIII. [b] Si ſub conditione hæres inſtitutus filius ſit; Iulianus peræquè putauit, ſecundùm tabulas competere ei, quaſi ſcripto, bonorum poſſeſſionem, qualiſqualis conditio ſit, etiam hæc [Si nauis ex Aſia venerit] & quamuis defecerit conditio, Prætor tamen filium, quem admiſerit ſecundùm tabulas, tueri debebit: quæ tuitio ei qui emancipatus eſt, neceſſaria eſt.

c l.ſi ſub conditione. ibid.

XXV. [c] Si ſub conditione hæres quis inſtitutus ſit, & accepta bonorum poſſeſſione ſecundùm tabulas, conditio defecerit; interdum eueniet, vt res poſſeſſori concedenda ſit: vt puta, ſi filius emancipatus, ſit ſub conditione hæres inſtitutus. Nam, ſi defecerit conditio, attamen ſecundùm tabulas bonorum poſſeſſiooem eum accipere, Iulianus ſcribit. Sed & ſi is fuerit, qui ab inteſtato bonorũ futurus eſſet; tuendum eſſe ſcripſit: & hoc iure vtimur.

d d.l.§.2.

XXVI. [d] Videndum an legata ab eis debeantur. Et filius quidem quaſi contra tabulas bonorum poſſeſſione accepta, rem habere videtur: cæteri verò quaſi ab inteſtato: & ideò filius liberis, parentibúſque legata relicta ſolis præſtare cogetur; cæteris non, iure quidem veteri, nouo verò quibuſcunque. Planè ei cui ab inteſtato fideicommiſſum relictum eſt, erit præſtãdum, quaſi videatur hoc ipſo fraudatus quòd ex teſtamento petita ſit bonorum poſſeſſio.

e l.ſi demum. ibid.

XXVII. [e] Hi demùm ſub conditione hæredes inſtituti, bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas, etiam pendente cõditione, necdum impleta petere poſſunt, qui vtiliter ſunt inſtituti: quòd ſi inutiliter quis ſit inſtitutus, nec ad bonorum poſſeſſionem inutilis inſtitutio proficit.

f l.2.§.pro qua quiſque. ibid.

XXVIII. [f] Pro qua quiſque parte hæres ſcriptus eſt, pro ea accipiet bonorum poſſeſſionem: ſic tamen, vt ſi non ſit, qui ei concurrat, habeat ſolus bonorum poſſeſſionẽ: quandiu tamen vnus ex hęredibus deliberat vtrùm admittat bonorum poſſeſſionem, an non; portio bonórum poſſeſſionis eius cohæredi non defertur.

g l.ſi ita ſcriptum. § qui filio. ibid.

XXIX. [g] Qui filio impuberi ſubſtituitur ita; [Si filius meus moriatur priùs quàm in ſuam tutelam veniat, tunc Titius mihi hæres eſtó] ſicut hæreditatem vindicat, perinde ac ſi verbum hoc [mihi] adiectum non eſſet, ita eius quoq; bonorum poſſeſſionẽ accipere poteſt.

h l. Qui ex liberis. §.1. ibid.

XXX. [h] Filius hæres inſtitutus, poſt mortem patris ab hoſtibus rediit: bonorum poſſeſſionem accipiet: & anni tempus, à quo rediit, ei computabitur.

Secunda pars d. capitis primi, ſeu vnici.

Quando non competat bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas.

i l.vn. D. ſi tabulæ teſtamenti exſtabunt.

XXXI. Hæredi, cuius nomen ita deletũ eſt, vt penitùs legi non poſſit, dare bonorum poſſeſſio minimè poteſt, quia ex coniectura non propriè ſcriptus videretur: quamuis, ſi poſt prolatas tabulas deletum ſit teſtamentum, bonorum poſſeſſio competat. Nam etſi mortis tempore tabulæ fuerint, licèt poſtea interierint, competet bonorum poſſeſſio; quia verum fuit tabulas exſtare.

k l.2.§. ſi conſultò. D. h.t.

XXXII. [k] Si conſultò inductum ſit nomen hæredis, indubitanter probatur, bonorum poſſeſſionem eum petere non poſſe: quẽadmodum non poteſt, qui hæres ſcriptus eſt, non conſulto teſtatore. Nam pro non ſcripto eſt, quem ſcribi noluit.

l l.ſi ita ſcriptum § ſed & cum. ibid.

XXXIII. [l] Cùm in pręnomine, cognomine erratum eſt, is, ad quem hæreditas pertinet, etiam bonorum poſſeſſionem accipit. Is autem, cuius nomen in teſtamento voluntate teſtatoris inductum eſt, ſicut ad adeundam hæreditatem, ita ad petendam bonorum poſſeſſionem ſcriptus non intelligitur, quamuis nomen eius legatur.

m l. Qui ex liberis. ibid.

XXXIV. [m] [Qui ex liberis meis impubes ſupremus morietur Titius hæres eſto] duobus peregrè defunctis, ſi ſubſtitutus ignoret, vter nouiſſimus deceſſerit, admittẽda eſt Iuliani ſententia, qui propter incertum conditionis, etiam prioris poſſe peti bonorum poſſeſſionem reſpondit.

n l. vlt. ibid.

XXXV. [n] Vt ſcriptus hæres agnoſcere poſſit bonorum poſſeſſionem, exigendum puto, vt & demonſtratus ſit propria demonſtratione: & portio aſcripta ei inueniri poſſit, licèt ſine parte inſtitutus ſit. Nam qui ſine parte hæres inſtitutus eſt, vocantem portionem vel alium aſſem occupat. Quòd ſi ita hęres ſcriptus ſit, vt interdum excludatur à teſtamento, eò quòd non inuẽnatur portio, ex qua hęres ſcriptus eſt; nec bonorum poſſeſſionem petere poteſt. Id euenit, ſi quis hęredem ita inſtituat [Titius, quanta ex parte priore teſtamento eum hæredem ſcriptum habeo, hæres eſto] vel [Quanta ex parte codicillis ſcriptum eum habeo, hæres eſto] ſic ſcriptus non inueniatur. Quòd ſi ita ſcripſero [Titius, ſi eum priore teſtamento ex ſemiſſe ſcriptum hęredem habeo:] vel ita [Si eum codicillis ex ſemiſſe hęredem ſcripſero, ex ſemiſſe hęres eſto] tunc accipiet bonorum poſſeſſionem, quaſi ſub conditione hæres ſcriptus.

o l.1.§. exigit. ibid.

XXXVI. [o] Exigit Prætor, vt is, cuius bonorum poſſeſſio datur, vtroq; tẽpore ius teſtamenti faciẽdi habuerit; & cùm facit teſtamẽtum, & cùm moritur. Proinde ſi impubes,

vel furioſus, vel quis alius ex his, qui teſtamentum facere non poſſunt, teſtamentum fecerit: deinde habens teſtamenti factionem, deceſſerit; peti bonorum poſſeſſio non poterit. Sed & ſi filiusfamiliâs putans ſe patremfamiliâs, teſtamentum fecerit: deinde mortis tempore paterfamiliâs inueniatur, non poteſt bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas peti. Sed ſi filiusfamiliâs veteranus de caſtrenſi faciat: deinde emancipatus, vel aliâs paterfamiliâs factus, decedat, poteſt eius bonorum poſſeſſio peti. Sed ſi quis vtroque tempore teſtamenti factionem habuerit, medio tempore non habuerit, bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas peti poterit.

TIT. XVII.

Quorum bonorum.

Hic titulus tria capita habet, quorum primum caput eſt, Quale ſit edictum ſeu interdictum hac de re. Secundum, Quando & quibus competat hoc interdictum. Tertium, Aduerſus quos competat hoc interdictum, aut non. Cuius prima pars, Aduerſus quos competat. Secunda, Aduerſus quos non competat.

CAP. I.

Quale ſit edictum ſeu interdictum hac de re.

I. [a] Ait Prætor. [Quorum bonorum ex edicto meo illi poſſeſſio data eſt; quod de his bonis pro hærede, aut pro poſſeſſore poſſides, poſſideréſve ſi nihil vſucaptum eſſet; quod quidem dolo malo feciſti vt desineres poſſidere, id illi reſtituas.]

II. [b] Hoc interdictum reſtitutorium eſt: & ad vniuerſitatem bonorum, non ad ſingulas res pertinet: & appellatur [Quorum bonorũ:] & eſt adipiſcendæ poſſeſſionis vniuerſorum bonorum.

III. [c] Hoc interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis eſt; [d] & reſtitutorium abuſiuè dicitur: quia Prætor iubet poſſeſſionem reſtitui, quam bonorum poſſeſſor nunquam habuit: [e] Quo in ſignificato nonnunquam verbum [reddendi] accipitur; vt cùm dicimus, [redditas nobis literas] quas nunquam habuimus.

IIII. [f] Interdictum [Quorum bonorum] ſcilicèt ad res particulares competat, [h] ſicut petitio hæreditatis, tamen ſua natura vniuerſale eſt.

V. [i] Fuit autem neceſſarium hoc interdictum ad poſſeſſionem conſequendam. [k] Nam etſi per decretum Prætoris ius & dominium tanquam hæres adipiſcatur, [l] tamen poſſeſſionem corporalem, ſi fortè eam alius teneat, [m] quæ facti eſt, non habet è decreto Prætoris; ſed à poſſeſſore ea petenda eſt, qui ad additionem faciendam interdicto fuit compellendus.

VI. [n] Quanquam autem petitio etiam hæreditatis hoc caſu competat; [o] tamen v-

a l.1. D.h.t.
b ibid.
c Veſembecius Comm. in hunc t. D.
d d.l.1.
e l.Verbũ [reddendi] 94. D. de verb. ſign. l. Cùm quedam. 24. D. de lega. 2.
f Veſembec. d. loco.
gl. hoc amplius. 29. D. de furt. Bar. in d.l.1. §. hoc interdicto. D.h.t.
h l. Licet minimam. 1. D. de pet. hær.
i Veſembec. d. loco.
k l.1. D. de bo. poſſ. l. vlt. D. quis adm. ad bo. poſſ. poſſ.
l l. Poſſeſſio. 49. D. de acq. poſſ.
m l.3. §.1. D. de bo. poſſ. l. Cùm hæredes D. d.t. de acq. poſſ.
n Veſemb. d. loco.
o Bart. h.t. D. & in l.1. C. eo. t.

A tilius eſt agere ex hoc interdicto, quàm ordinaria hæreditatis petitione: in hoc enim non tam exactæ probationes, vt in ordinariis iudiciis requiruntur. [p] Denique non poteſt hic obiici exceptio dominij, [q] nec à ſententia poſſeſſionis appellatur.

p l. vlt. C. h.t.
q Bart. in l.1. d. t. per l. vn. C. ſi de mom. poſſ. e. quæ c. 2. de elect.

B

CAP. II.

Quando, & cui competat hoc interdictum.

VII. [r] Datur actio ex hoc interdicto directa quidem bonorum poſſeſſori, cui ſpecialiter Prætor prouidit, vt decretam à ſe poſſeſſionem tueatur; [s] vtilis autem interpretatio cohæredi etiam ſuo: [t] nec in hunc continuati verius eſt aduerſus eum, qui pro hærede eius, de cuius hæreditate agitur, vel pro poſſeſſore poſſidet. Nam contra iuſto

C titulo poſſidentes, cùm ne quidem petitio hæreditatis detur, multo minus interdictũ competere dicendum eſt; [u] quòd in pari cauſa & titulo poſſeſſor obtinere debeat.

VIII. [Qui habet bonorum poſſeſſionem, non poſſidet: & ideo pro adipiſcenda poſſeſſione debet hoc interdictum proponere, & de ſuo iure docere.] De quo Imperatores Seuerus & Antoninus ita reſcripſère: Hæreditatem eius, quem patrem tuum fuiſſe dicis, petiturus iudicibus qui ſuper ea re cognituri ſunt,

D de fide intentionis allega. Quamuis enim bonorum poſſeſſionem, vt præteritus, agnouiſti; tamen interdicto [Quorum bonorum] non aliter conſtitui poſſeſſor poteris, quàm ſi te defuncti filium eſſe, & ad hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem admiſſum probaueris.

r Veſembe. in Com. in hunc t.
s l.1. C. h.t.
t Bart. Bald. Alb. & DD. in l. Cum miles D. ex quib. cauſ. ma. & in l. Cum hæredes D. de acq. poſſ. & in l. in ſuis. contra glo. ibi D. de lib. & poſth. De quo Tiraquellus in tract. le mort ſaiſit le vif.
u c. in pari de reg. iur in 6. §. commodum. Inſt. de interd. De quo etiam Bart. & DD. in l. licet. D. de pet. hær. & in l.1. D. h. t. l. vl. C. de edict. Diui Hadr. toll. & l.1. C. h. t.

Imperator Arcadius & Honorius.

E

IX. [x] Conſtat, virum à bonis inteſtatæ vxoris, ſuperſtitibus conſanguineis, eſſe extraneum: cùm prudentum omnia reſponſa, & lex ipſa naturæ ſucceſſores eos faciant. Ergo iubemus, vt omnibus fruſtrationibus amputatis, per interdictum [Quorum bonorum] in petitorem corpora tráſferantur, actione proprietatis non excluſa.

x l.1. C. h.t.

F

CAP. III.

Aduerſus quos hoc interdictum competat: vel non.

Prima pars.

Aduerſus quos competat.

Imperatores Diocletianus & Maximianus.

X. [z] Si ex edicto, ſororis patruelis inteſtatæ ſine liberis defunctæ rectè petita bonorum poſſeſſione, quæſiti ſucceſſionem; ac negotiũ integrũ eſt, quæ cùm moreretur eius fuerũt, ſecundùm interdicti [Quorũ bonorum] tenorem, ab his, qui pro hærede, vel pro poſſeſſione poſſident, dolóve malo fece-

G

z l.2. ib. d.

runt quo magis deſinerent poſſidere, tibi rector prouinciæ reſtitui faciet.

Secunda pars dicti capitis tertij.

Aduerſus quos non competat hoc interdictum.

* l.2.fin ult. D.h.t.

XI.* INterdicto [Quorum bonorum] debitores hæreditarij non tenentur: ſed tantùm corporum poſſeſſores.

TIT. XVIII.

Qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt, & intra quod tempus.

Hic titulus duobus capitibus conſtat, quorum primum eſt, Qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſint. Secundum, Intra quod tempus admittatur quis ad bonorum poſſeſſionem.

CAPVT I.

Qui admitti poſſunt.

a l.1.C.h.t.

I. a BOnorum poſſeſſio filiofamiliâs delata, cùm ignorante quoq; patre poſſit peti, emolumentum etiam patri allatura, ſi ratam petitionem pater habuerit, admittitur tranſacto tempore.

Imperatores Diocletianus & Maximianus.

b l.3.ibid.

II. b Infantis nomine agnitam bonorum poſſeſſionem, &, antequam loqueretur, diem functi rectè competere nulla dubitatio eſt.

Conſtantius & Maximianus Imperatores.

c l.Bonorum. ibid.

III. c Bonorum quidem poſſeſſionem pupilli nomine agnoſcere tutorem potuiſſe, apertè declaratur. Ipſe autem pupillus bonorum poſſeſsionē ſine tutoris authoritate amplecti non poteſt; niſi etiam impuberi ſine tutoris auctoritate hoc poſtulanti, ſciens hoc competens iudex, dederit bonorum poſſeſſionem. Tunc enim emolumentum ſucceſſionis videtur ei prætorio iure quæſitum eſſe.

CAP. II.

Intra quod tempus quis admittatur ad bonorum poſſeſsionem.

Impp. Seuerus & Anton.

d l.2.ibid.

IV. d SI bonorum poſſeſſio tibi duntaxat competit proximitatis nomine, habuiſti ſpatium centum dierum vtilium, ex quo eum defunctum ſciſti, ad bonorum poſſeſſionem amplectendam.

Iidem Imperatores.

e l. Quandiu. ibid.

V. e Quandiu per facti quæſtionem incertum eſt, vtrùm ſecundùm tabulas, an ab inteſtato, & ex quo capite poſſeſſio ſit delata; ne tibi tempus agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis præfinitum cedat, ſuperſtitioſam geris ſolicitudinem.

f l.Iuris.ibid.

VI. f Iuris ignorantiâ nec mulieribus prodeſſe in edicti perpetui curſu de agnoſcenda bonorum poſſeſſione, manifeſtum eſt.

Imperator Conſtantius.

g l.pen.ibid.

VII. g Quæcunque res ex parentum, vel proximorum ſucceſſione iure ſibi competere confidit, ſciat ſibi non obeſſe, ſi per ruſticitatem, vel ignorantiam facti, vel abſentiá, vel aliam quácunque rationem intra præfinitum tempus bonorum poſſeſſionem minimè petiſſe noſcatur: quoniam hæc ſanctio huiuſmodi conſuetudinis neceſſitatem mutauit.

Idem Imperator.

h l.vlt.ibid.

VIII. h Vt verborum inanium excludamus captiones, ita hoc obſeruari decernimus, vt apud quemlibet iudicem, vel etiam apud duumuiros, qualiſcunque teſtatio amplectendæ hæreditatis oſtendatur, ſtatutis priſco iure temporibus coarctanda: eo addito, vt etiamſi intra alienam vicem, id eſt prioris gradus, properantius exetatur, nihilominus tamen efficaciam parem, quaſi ſuus ſit vſa curriculis, conſequatur.

IVRIS

IVRIS CIVILIS ROMANI GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER XXV.

TIT. I.

De hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.

Hic titulus quatuor capitibus continetur, quorum primum eſt, Quando ſit locus ſucceſsioni ab inteſtato. Secundum, De ſucceſsione liberorum in bona parentum. Tertium, De ſucceſsione parentum in bona liberorum. Quartum, De ſucceſsione agnatorum & cognatorum.

CAP. I.

Quando ſit locus ſucceſsioni ab inteſtato.

A

I. [a] VBICVNQVE locum habere poteſt ſucceſſio ex teſtamento, ibi ceſſat inteſtati quæſtio.

II. [b] Inteſtatus decedit, qui aut omnino teſtamẽtum non fecit; aut id quod fecit, ruptum, irritúmve factum eſt; aut ſi ex eo nemo hæres extiterit.

B

III. [c] Siue tabulæ teſtamenti non exſtent, ſiue exſtent, ſi ſecundùm eas, vel contra eas bonorum poſſeſſionem nemo accepit, inteſtati datur bonorum poſſeſſio.

IV. [d] Inteſtati propriè appellantur, qui cùm poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt. Sed & is qui teſtamentum fecit, ſi eius hæreditas adita non eſt, vel ruptum, vel irritum eſt teſtamentum, inteſtatus non propriè dicetur deceſſiſſe. Planè qui teſtari non potuit, propriè nõ eſt inteſtatus: puta impubes, furioſus, vel cui bonis interdictum eſt: ſed hos quoque pro inteſtatis accipere debemus.

C

V. [e] Succeſſio ab inteſtato, quæ ex naturali cognatione in tres gradus diuiditur.

CAP. II.

De ſucceſsione liberorum in bona parentum.

D

VI. [f] PRima omnium ſucceſſio, eſt filiorum naturalium & legitimorum ex eodẽ matrimonio: ſiue in poteſtate, ſiue [g] emãcipati ſint iam nati vel poſthumi: hoc eſt poſt obitum patris nati, & ſuccedunt in capita.

VII. [h] Inteſtatorum hæreditates ex lege duodecim tabularum primùm ad ſuos hæredes pertinent. Sui autem hæredes exiſtimantur, qui in poteſtate morientis fuerint: veluti filius, filiave: nepos neptiſve ex filio: pronepos, proneptiſve ex nepote; ex filio nato prognatus, prognatáve.

E

a l. Quandiu. D. de reg. iur. l. Antequam C. Comm. de ſucceſſ.
b Inſt. D. hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. in prin.
c l. 1. §. 1. D. quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur.
d l. 1 D. de ſuis & legitimis hæredibus.
e §. 1. Inſt. de gradibus. Noua conſt. auth. de hæred. ab inteſt. ven.
f Oldẽdorpius in Epitome ſucceſsionis ab inteſtato in annot. in leges 12. tabularum ca. 7. Regula 2. Inſt. de gradibus. Noua cõſt. auth. de hæredit. ab inteſt. venientibus.
g l. 1. §. vlt. D. Quis ordo in bonorũ poſſeſsione ſeruetur. §. emancipati. Inſtit. quemadm. hæred. ab inteſt. defer.
h §. 1. Inſt. h. t.

A

Imp. Iuſtinianus.

VIII. [i] Quibus connumerari neceſſe eſt eos, quos noſtræ amplexæ ſunt conſtitutiones, per quas iuſſimus, vt ſi quis mulierem in ſuo contubernio copulauerit, non ab initio affectione maritali: eam tamen, cum qua poterat habere coniugium, & ex ea liberos ſuſtulerit; poſtea verò affectione procedente, etiam nuptialia inſtrumenta cum ea fecerit, & filios & filias habuerit; non ſolùm eos liberos, qui poſt dotem editi ſunt, iuſtos & in poteſtate patris eſſe: ſed etiam anteriores, qui & iis, qui poſtea nati ſunt, occaſionem legitimi nominis præſtiterunt. Quod obtinere cenſuimus, etſi progeniti non fuerint poſt dotale inſtrumentum confectum liberi, vel etiam nati, ab hac luce fuerint ſubſtracti.

B

IX. [k] Cùm filius filiáve, & ex altero filio nepos neptiſve pariter ad hæreditatem aui vocantur: nec qui gradu proximior eſt, vlteriorem excludit. Æquum enim eſſe videtur nepotes, neptéſque in patris ſui locum ſuccedere. Pari ratione & ſi nepos neptiſve ſit ex filio, & ex nepote; pronepos, proneptiſve ſimul vocantur.

C

X. [l] Et quia placuit, nepotes neptéſve, item pronepotes proneptéſve in parẽtis ſui locum ſuccedere, conueniens eſſe viſum eſt, non in capita, ſed in ſtirpes hæreditatem diuidi, vt filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero filio, duo pluréſve nepotes alteram dimidiã, ſi ex duobus filiis nepotes, neptéſve exiſtant; ex altero vnus fortè aut duo: ex altero tres aut quatuor ad vnum vel duos dimidia pars pertineat; ad tres vel quatuor altera dimidia.

D

XI. [m] Liberi matrum inteſtatarum admittuntur ex ſenatuſconſulto Orphitiano: & data eſt tam filio, quàm filiæ legitima hæreditas, etiamſi alieno iuri ſubiecti ſint; & præferuntur conſanguineis & agnatis defunctæ matris.

E

XII. [n] Sed cùm ex hoc ſenatuſconſulto ne-

i §. quibus ib. l. Cum quis & l. Nuper C. [illegible] natur. lib.
k §. cùm filius Inſt. h. t. l. 2. C. de ſuis & leg.
l d. §. Non conſt. auth. de hær. ab inteſt. veni. l. liberorum D. de verb. ſig. l. 2. & an [illegible] in ſucceſsione. C. de ſuis & legit.
m Inſt. de ſenatuſc. Orphitiano.
n §. 1. ibid.

potes & neptes ad auiæ ſucceſſionem nō vo-
carētur, poſtea hoc cōſtitutionibus principa-
libus emendatum eſt; & ad ſimilitudinem fi-
liorum, filiarúmque & nepotes & neptes vo-
cantur.

a Oldendorp. d. Epit reg. 5. Noua Conſt. Auth de his quæ nupt. iter. §. nec illud quod ex dote. & §. ſi verò veniat.

XIII. [a] Liberi diuerſarum nuptiarum ſuc-
cedunt parentibus ſuis, præ omnibus aliis, in
bonis dotalibus illius matrimonij ex quo nati
ſunt: vt ſi mater contracto matrimonio ſuſci-
piat liberos; deinde mortuo marito eodémq;
patre, nubat iterum, & ex eo quoque coniugin
naſcantur liberi, tum matri demùm mortuæ
ſuccedont liberi in ſui quotquot ſunt matri-
monij dotibus, & lucris nuptialibus. Idem au-
tem eſt de patre iterum, vel tertiùm, aut quar-
tùm contrahentibus. [b] In aliis bonis quàm do-
talibus liberi multarum nuptiarum ſuccedunt
parentibus æqualiter.

b Idem Old. dd. §§.

c Idem Old. reg. 9. Noua Conſt. Auth. Quibus mo. natur. eff. ſui §. ſi quis autem defunctus & §. ſi quis igitur habens.

XIIII. [c] Liberi naturales tantùm ex con-
cubinatu orti, nec legitimi effecti, ſuccedunt
parenti ſine legitimis liberis mortuo, in dua-
bus vnciis; hoc eſt, in ſexta parte totius hære-
ditatis vnà cum matre ſua, vel etiam ſi mortua
fuerit: in reliquis verò bonis ſuccedunt pro-
ximi cognati. Quòd ſi legitimi ſuperſint, natu-
rales repelluntur; alendi tamé ex bonis pater-
nis arbitrio boni viri.

d Idem Old. reg. 10. § nouiſsime Inſt h. t. de SC Orph. l. ſi qua illuſtris. C. eo. t. c. d. l.

XV. [d] Matri autem ſuccedunt naturales vnà
cum legitimis, niſi ſit illuſtris mulier.

Imp. Iuſtinianus.

XVI. [e] Si qua illuſtris mulier filiuoi ex iuſtis
nuptiis procreauerit, & alterū ſpuriū habue-
rit, cui pater incertus ſit, quéadmodū res ma-
ternæ ad eos perueniant, ſiue tantūmodo ad
liberos iuſtos, ſiue etiá ad ſpurios dobitabatur.
Sancimus itaque, vt neq; ex teſtamento, neq;
ab inteſtato, neq; ex liberalitate inter viuos
babita, iuſtis liberis exiſtētibus, aliquid peni-
tus ab illoſtribus matribos ad ſpurios perue
niat: cùm in mulieribus ingenuis & illuſtribus
(quibus caſtitatis obſeruatio præcipuum de-
bitum eſt) nominari ſpurios ſatis iniurioſum,
ſatiſque acerbum, & noſtris temporibus indi-
gnum eſſe iudicemus. Er hanc legem ipſi pu-
dicitiæ, quam ſemper colendá eſſe cenſemus,
dedicamus. Sin autem concubina liberæ con-
ditionis conſtituta filiom vel filiam ex licita
conſuetudine ah homioe libero habita pro-
creauerit; eos etiam cum legitimis liberis ad
materna venire bona, qua iure legitimo in
ſuo pattimonio poſſider, nulla dubitatio
eſt.

f Auth. licet C. de natur. lib.

XVII. [f] Licet patri, ſine legitima prole, ſeu
parente, cui relinqui neceſſe eſt decedēti, na-
turalibus totam ſubſtantiam ſuam, vel inter
viuos largiri, vel in teſtamento tranſmittere.
Quòd ſi parentes duntaxat ei ſuperſint, legiti-
ma parte parentibus relicta, reliquum inter
naturales diſtribui permittitur. Ab inteſtato
verò, cùm deſit ſoboles ciuilis, nec ſuperſit
coniunx legitima, ſi naturales ex concubina
exſtant, quæ ſola fuerit ei indubitato affectu
coniuncta, in duas paternæ ſubſtantiæ vncias
ſuccedant, vt matri inter eos virilis portio, ſi
ſupereſt, detur. Huiuſmodi enim naturales fi-
lios paſci boni viri arbitrio eſt neceſſe, ſiue le-
A gitimi extant & ſuccedunt; ſiue coniuge viua
quilibet alij ſint hæredes: ii ergo & parenti-
bus parem præſtent, ſi opus ſit, pietatem: Sed
qui ex damnato ſunt coitu, omni prorſus be-
neficio ſecludantur.

g Oldend d. Epit. reg. 11. l. Ex libera. C. de ſuis & legit. l. Quia ſemper. D. de in ius voc. gio. in c. cū prideni. §. perſona verò. de renunc.

XVIII. [g] Matri & auiæ, quoniam ſemper
ſunt certę, non eſt quòd denegetur ſpuriis
ſucceſſio.

h Idē Oldēd. d. Epit. reg. 12. l. ſi adulteriū. in prin. D ad leg. Iul de adult. l. Quamtuam. D de ritu nupt. & §. ergo nō omnes. Inſt eo. t.

B XIX. [h] Inceſtuoſi liberi ex cognatis, neſa-
rij ex deſcendentibus, adulterini ex adulterio
nati, nullum ius habent in ſucceſſione paren-
tum. [i] Alimentis quoque noo cenſentur di-
gni iure ciuili Romanorū: * iure tamen Pon-
tificio alimenta eis decernenda ſunt, ne ſame
enecentur.

i §. vlt. No cōſtit Auth. quib. mo. nat. eff ſui.

* § vlt. 15 q. vlt. can. cum multa & 32. q. 4. can. Dicat aliquis. c cum haberet. de eo qui duxit vxo. quam poll. per adult.

k Idē Oldend d. Epit. reg 3. l. Non ſunt D. de ſtat hom.

XX. [k] Monſtruoſus partus non ſuccedit.

Imperator Iuſtinianus.

l l. ſi maior. C. de legit. her.

XXI. [l] Si maior quinquagenaria partum
C ediderit, ſi debet huiuſmodi ſoboles ſuo patri
ſuccedere, & hæreditaté eius nanciſci, à Cæ-
ſariana aduocatione interrogati ſumus. Et
ſancimus, licèt mirabilis huiuſmodi partus
inueniatur, & raro contingat, nihil tamen eo-
rum quæ probabiliter à natura noſ ūtur eſſe
producta, reſpui: ſed omne ius, quod ex qua-
cunq; lege liberis pręſtitutum eſt hoc merum
atq; immutilatū huiuſmodi filiis vel filiabus
ſeruari in omnibus ſucceſſionibus ſiue ex te
D ſtamento, ſiue ab inteſtato. & ſummatim non
ahſimiles aliis fiant quos ſimiles natura effi-
cit: maximè cùm & anteriore noſtra lege hu
iuſmodi nuptias permiſimus, impares eas vi-
deri minimè concedentes.

m §. ſui. Inſt. h. tit.

XXII. [m] Sui hęredes fiunt etiam ignoran-
tes: & licèt furioſi ſint, hęredes tamen poſſunt
exiſtere: quia quibus ex cauſis ignorantibus
nobis acquiritur, ex his cauſis & furioſis ac-
quiri poteſt, & ſtatim morte patentis conti-
nuatur dominium: & ideò nec tutoris aucto-
ritate opus eſt pupillis, cùm etiá ignorátibus
acquiratur ſuis hæredibus hæreditas: nec cu-
ratoris aſſenſu acquiritur, ſed ipſo iure.

n §. interdum. ibid.

XXIII. [n] Interdum euenit, vt licèt quis in
familia defuncti ſit mortis rempore, tamen
ſuus hæres nō fiat: veluti ſi poſt mortem ſuam
pater iudicatus fuerit perduellionis reus: ac
per hoc eius memoria damnata fuerit. Suum
enim hæredem habere non poteſt, cùm fiſcus
ei ſuccedat: ſed poteſt dici ipſo quidem iure
F ſuum hæredem eſſe, ſed deſinere.

o l. vlt. D. de ſuis & legitimis heredibus.

XXIV. [o] Pater inſtrumento dotali compre-
heodit filiá ita dotem accepiſſe, ne quid aliud
ex hæreditate patris ſperaret: Iure ciuili Ro-
mano eam ſcripturam ius ſucceſſionis mo-
taſſe eonſtitit. Priuatorum enim pactioné le-
gum auctoritate non cenſeri.

CAP. III.

De ſucceſſione parentum in bona liberorum.

p Auth. Defuncto. C. ad ſenatuſc. Tert.

G XXV. [p] DEfuncto ſine liberis filio, parētes
ſi ſoli ſint, ſuccedūt ſalua gradus
ſui prærogatiua: ſi pari gradu ſūt, pariter ſucce
dūt; paternis quidē dimidia, maternis verò a-
lia dimidia delata, licèt ſit diſpar eorū nume-
rus. Sed ſi cū parētibus fratres & ſorores vtrin-

que

que cõiuncti ſuperſint, vocantur cum aſcendentibus gradu proximis; ita vt viriles portiones fiant excluſa prorſus omni differentia ſexus & patriæ poteſtatis, vbi nulla ſecundarum nuptiarum fit mentio.

a Oldendorp. D. Epito. ſucceſſ. ab inteſta.

XXVI. [a] Parentes naturales & legitimi, quotum ſucceſsio ſecunda poſt liberos eſt, ſuccedunt liberis ſuis præ cęteris omnibus cognatis: exceptis fratribus germanis quos ſecum admittũt, ſiue filij, (de quorum ſucceſſione quęritur,) ſint in poteſtate, ſiue emancipati. Nec patet hodie pręfertur matri [b] vt olim. Hanc regulam oportet intelligi in bonis filij aduentitiis. *Nam in illis quę à patre ſunt profecta, aut à matre, vel per lineam paternam aut maternam, pater excludit matrem; & contrà, matet patrem. [c] Quę enim inuidia eſt, quod ex occaſione patris profectum eſt, hoc ad eum reuerti?

b l. 2. D. ad ſenatuſc. Tertyl.

** Bart. in l. Quod ſcitis. §. fin. auth. C. de bon. quæ lib. & in auth. itaque. C. Com. de ſucceſſ. Accedit. §. 1. Per quas perſo. no. acq.*

c d § 1 Contra Bald. opinionem.

XXVII. [d] Parẽtes liberorum naturalium qui legitimi ſunt effecti, non aliter ſuccedunt eis quàm naturalibus & legitimis liberis.

XXVIII. [e] Parcotes natutales tantùm ita ſuccedunt liberis ex concubinatu, ſicut liberos talibus parentibus ſuccedere ſuptà dictum eſt. Nam eadem eſt inter eos relatio iuris.

d Idẽ Oldend. d Epit reg. 14. e l. Id Oldend. reg. 16. §. de nepotibus Noua Conſt. Auth. Quibus mo. natur. effic. ſui. l. Non eſt pa rentibus. D. de inoff. teſta.

f §. vlt Inſti. de legitima agnat. ſucceſſ.

Iuſtinianus Imperator.

XXIX. [f] Ad legitimam ſucceſsionem vocatur etiam parens qui contracta fiducia filium vel filiam, nepotem vel nepté, ac deinceps emancipat: quod ex noſtra conſtitutione omnino inducitur, vt emancipationes liberorum ſemper videantur quaſi contracta fiducia fieri: cùm apud vetetes hoc non aliter obtinebat, niſi ſpecialiter contractâ fiduciâ parens manumiſiſſet.

Idem Imperator Iuſtinianus.

g §. ſed nos. ib.

XXX. [g] Cùm antea conſtitutiones iura legitimæ ſucceſſionis perſcrutantes, matrem adiuuabant, partim eam prægrauabant; nec in ſolidum eam vocahant, ſed in quibuſdam tertiam ei partem abſtrahentes, certis legitimis dabant perſonis: in aliis aurem contrarium faciebant; [h] nobis viſum eſt rectà & ſimplici via matrem omnibus legitimis perſonis anteponi, & ſine vlla deminutione filiorum ſuorum ſucceſſionem accipere: excepta fratris & ſororis perſona, ſiue conſanguinei ſint, ſiue ſola cognationis iura habentes, vt quemadmodum eam toti alij ordini legitimo præpoſuimus; ita omnes fratres, ſiue legitimi ſint, ſiue non, ad capiendas hæreditates ſimul vocentur: ita tamen vt ſi quidem ſolæ ſorores, adgnatæ vel cognatæ, & mater defuncti, vel defunctę ſuperſint; dimidiam quidem mater, alteram verò dimidiam partem omnes ſorores habeant. Si verò matre ſuperſtite, & fratre, vel fratribus ſolis, vel etiam cum ſororibus, ſiue legitima, ſiue ſola cognationis iura habentibus, inteſtatus quis vel inteſtata moriatur; in capita diſtribuatur eius hæreditas.

h l. vlt. C. ad ſenatuſc. Tert.

XXXI. Licèt autem vulgò quæſitus ſit filius filiáve, poteſt tamen ad bona eius ma-A ter ex Tertylliano ſenatuſconſulto admitti.

Imperator Iuſtinianus.

XXXII. [k] Quemadmodum nos matribus proſpeximus, ita eas oportet ſuæ ſoboli conſulere, ſciturus eis, quòd ſi tutores liberis non petierint; vel in locum remoti vel excuſati intra annum petere neglexerint, ab eorum impuberum morientium ſucceſſione meritò repellentur.

i k § pen. l. id. l. 2. §. ſi mater & multis §§. ſeqq. D. ad ſenatuſconſ. Tertyl. & Orphitia. latiſſimè.

B

Imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius.

XXXIII. [l] Si qua mulier nequaquam religionem priori viro, ex quo filios ſeu filias non habet, nuptiarum feſtinatione præſtiterit, ex iure quidem nouiſſimo infamis ſit, niſi huiuſmodi maculam imperiale beneficium ei remittat: ſin autem ei filij erunt ſeu filiæ, & impetrauerit indulgentiam, infamiæ abolitionem permittimus, & cæterarum pœnarum antiquationem, ſi facultatum omnium, quæ fuerunt tempore nuptiarum, medietatem filio vel filiæ; filiis ſeu filiabus donauerit, quos habebat ex viro priore ſuſceptos, purè ſcilicet, & omni donationis ſolemnitate completa, neque retento quidem vſufructu. Quem quidem ſemiſſem, ſi duobus filiis ſeu filiabus, pluribúſve donauerit, & ſorte fatali vnus, vel vna, ſeu alius vel alia ex iiſdem inteſtatus vel D inteſtata obierit, ſemper apud ſuperſtites fratres vel ſorores volumus pertinere. Sin autem vniuerſi vel vniuerſæ inteſtati obierint; duræ fortunæ ad matrem ſolatia de integro reuertantur: ita ſcilicet, vt hunc ſemiſſem, quem filiis vel filiabus donauerat inteſtatò diem obeuntibus, rurſus ipſa ſeparatim ex vltimi filij vel filiæ hæreditate præſumat.

l l. ſi qua mulier. C. ad ſenatuſconſ. Tertyll. l. 1. C. de ſec. nup.

E

Imperatores Theodoſius & Valentinianus.

XXXIV. [[m] Mater, quæ defuncto filio ſuccedit, ſi alteri non nubat, hæreditatem retinet pleno iure; ſi verò nupſerit, in bonis à viro prouenientibus ſolum habet vſumfructum, in aliis ius plenum] Saly c. Mater, quæ defuncto filio filięve ab inteſtato ſuccedit, ſi matrimonium ſecundum poſt mortem filij vel filiæ non contraxerit, omnia filij ſeu filiæ morte delata vel derelicta pleno iure acquirat. F Sin verò alterius mariti coniugium elegerit, extrinſecus quidem quæſita filij filiæve ſimili modo poſſideat: rerum verò paternarũ defuncti ſolo vſufructu humanitatis contemplatione potiatur, proprietatem ſororibus & fratribus tranſmiſſura defuncti.

m l. matres. ib.

Idem Imperator.

XXXV. [n] Omnem matri, ſiue ab inteſtato, ſiue iure ſubſtitutionis, ſi filius impubes G moritur, denegãdam volumus ſucceſſionem, ſi ea legitimâ liberorum tutelâ ſuſceptâ, ad ſecundas contra ſacramentum præſtitum adſpirauerit nuptias, antequam tutorem ei alium fecerit ordinari: eíque quod debetur ex ratione tutelæ geſtę perſoluerit.

n l. Omnem ibid.

XXXVI. [o] Et cum ſolis fratribus, & cum

o Auth. Et cum ſolis ibi.

ſolis ſororibus, & cum permixtis vocantur matres in virilem portionem.

XXXVII. [a] Parentibus non datur vlla ſucceſſio liberorum ex damnato complexu; ſicut nec tales liberi ſuccedunt ipſis: [b] Mater tamen eadem ratione ſuccedit ipſis, vt ſuprà relatum eſt; niſi tamen filij ſpurij liberos ex ſe reliquerint, qui matrem excludunt.

a Oldend. d. Epito. de ſucc. ab int. reg. 17.
b l. 2. §. liberi. D. ad ſenatuſc. Tertyl.

XXXVIII. [c] Quandoquidem qui naturæ beneficium expectat, oportet vt ſecundum naturam ſit gratus, ideò ſunt quædam cauſæ quibus liberi poſſunt à parentibus exhæredari, & contrà parentes à liberis.

c Ide Oldend. reg. 39. Noua conſt. auth.

CAP. IV.

De ſucceſſione agnatorum & cognatorum.

XXXIX. [d] INter adgnatos & cognatos hoc intereſt, quòd in adgnatis & cognati continentur; in cognatis non vtique & adgnati. Verbi gratià, patris frater, id eſt patruus, & adgnatus eſt, & cognatus: matris autem frater, id eſt auunculus cognatus eſt, adgnatus non eſt.

d l. 1. Vnde legitimi.

XL. [e] Adgnati ſunt cognati per virilis ſexus perſonas cognatione coniuncti, quaſi à patre cognati. Itaque ex eodem patre nati fratres adgnati ſibi ſunt, qui & conſanguinei vocantur: nec requiritur an eandem matrem habuerint; item patruus fratris filio; & inuicem is illi adgnatus eſt. Eodem numero ſunt fratres patrueles, id eſt, qui ex duobus fratribus procreati ſunt; qui etiam conſobrini vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus adgnationis peruenire poterimus. Ij etiã qui poſt mortem patris naſcuntur, iura conſanguinitatis nanciſcuntur.

e §. 1. Inſt. de legitima adgnatorum ſucceſſione.

XLI. [f] Sublata nouo iure adgnatorum & cognatorum differentià, gradus dũtaxat prærogatiua ſpectari ſolet.

f Cl Cantiuncula Paraphr. Inſt. h. t. § nullam verò. Noua conſt. auth.

XLII. [g] Bonorum poſſeſſio quæ cognatis datur, nudam habet prætoris indulgentiam, neque ex iure ciuili originem habet. Nam eos inuitat ad bonorum poſſeſſionem prætor, qui iure ciuili admitti nõ poſſunt, id eſt, cognatos.

g l. 1. D. vnde cognati.

XLIII. [h] Quandiu ſpes eſt ſuum hæredem aliquem defuncto exiſtere, tamdiu conſanguineis locus non eſt; puta, ſi defuncti vxor prægnans ſit.

h l. pen. §. vlt. D. vnde legitimi.

XLIIII. [i] Vbi defunctus reliquit liberos vel parentes, ibi non eſt latiùs ad agnatos vel cognatos reſpiciendum, præterquam quòd fratres germani cum patre & matre admittuntur.

i Oldend. d. Epito. de ſucc. ab inteſt. reg. 31.

XLV. [k] Ceſſante ſucceſſione lineæ deſcendentis, & eius quæ ſola ſit aſcendentis, vocantur primò fratres, fratriſque præmortui filij in ſtirpes. Dico autem de fratre, eiuſque fratris filiis, qui ex vtroque parente contingunt eum, de cuius hęreditate nunc agitur: quæ perſonę veniũt & ſine defũctæ nũc perſonæ parẽtibus, & cũ proximis gradu aſcendentibus. Et quidem prędicti fratris filius, & ſi tertio gradu ſit, præfertur fratribus defuncti, qui ex vno tantùm parente cognati ſunt. In hac ſucceſſione omnis differentia ſexus & emancipationis ceſſat.

k auth. Ceſſante C. de legitimis hæredibus.

XLVI. [l] Fratres defuncti naturales & legitimi (nam poſt aſcendentes & deſcendentes tertia ſucceſſio eſt cognatorum ex latere) ſuccedunt æqualiter in capita ſecundùm numerum perſonarum.

l Oldend. d. Epito. reg. 18. No. conſt. auth. de hær. ab int. ven.

XLVII. [m] Filij fratrum ſuccedunt cum fratribus & ſororibus in ſtirpes loco patris ſui præmortui. [n] Quod tamen non vltra filios fratrum conceditur.

m Idẽ Olden. reg. 19. d. No. conſt. § ſin autem defuncto.
n d. conſt. § hu iuſmodi verò.

XLVIII. [o] Filij fratrum vel ſororum ſoli ſuperſtites ſuccedunt patruo quoque in ſtirpes, non in capita.

o Idem Old. reg. 20. Bart. in l. vlt. §. vlt. D. ſi pars hær. pet. glo. in § ſi igitur defunctus d. no. conſt. auth. de hæred. ab int. ven.

XLIX. [p] Si fratres germani exſtant cum fratribus vel ſororibus conſanguineis vel vterinis defuncti, tunc fratres vtrinque coniuncti excludunt alios. Germani autem fratres dicuntur, qui ex vtroque parente, conſanguinei ex eodem tantùm patre, non etiam eadem matre: Vterini contrà, ex eadem matre, & duobus patribus.

p Idem Old. reg. 21. no. conſt. auth. de cõſan. & vter. frat.

L. [q] Vbi ſunt fratres conſanguinei vel vterini vnà cum filiis fratrum germanorũ defuncti: ibi præferuntur filij fratrum, licèt in tertio gradu ſint, & fratres conſanguinei vel vterini in ſecundo. Quod tamen ſuos non egreditur filios fratrum.

q Old. reg. 22. § ſin autẽ defuncto. Noua conſt. de hæred. ab int. ven.

LI. [r] Fratres conſanguinei vel vterini ſoli ſuccedunt æqualiter, & in capita; filij autem præmortuorum, in ſtirpes.

r Old. reg. 23. d. No. conſt. §. illud palàm eſt.

LII. [ſ] Si defunctus habeat tam conſanguineos quàm vterinos fratres, fortè etiam quorundam præmortuorum filios, tunc vidẽdum eſt quæ ſint bona defuncti. Nam in bonis paternis, hoc eſt, quę ex linea paterna ad eum peruenerunt, fratres conſanguinei pręferuntur: & ex diuerſo, in bonis maternis vterini pręcedunt: in reliquis verò bonis vtriuſque generis fratres ſimul ſuccedunt æqualiter: filij premortuorum in ſtirpes.

ſ Old. reg. 24. No. conſt. de conſan. & vter. frat. § quia verò hæc agen. in l. 1. De emancipat. C. de leg. hær.

LIII. [t] Cùm neque fratres defuncti viuũt, neq; filij fratrum; tunc omnes deinceps à latere cognati ad hęreditatem admittendi ſunt; obſeruatis gradibus vt proximi pręcedant, pares ſimul admittantur.

t Old. reg. 25. No. conſt. de hær. ab int. ven.

LIIII. [u] Fratrum qui legitimi ſunt effecti eadem eſt ſucceſſio quę naturalium & legitimorum, [x] qualis ſuprà relata eſt. Cæterùm ipſi inter ſe non ſuccedunt, ſicut nec reliqui ex agnatione legitimi facti. Quod diligènter obſeruandum videtur.

u Old. reg. 26. §. filium verò. No. conſt. quib. mo. natur. eff. ſui.
x verſ. 45.

LV. [z] Fratres naturales tantùm, ſiue conſanguinei ex eodem patre, ſiue vterini ex eadem matre ſuccedunt ſibi mutuò; niſi fratres naturales & legitimi, hoc eſt, iuſto thoro nati conſanguinei vel vterini ſimul exſtent, qui illegitimos excludunt.

z Old. reg. 28. arg. quod nec legitimi facti per oblationem curiæ naturales acquirunt ſucceſſionem agnatorum vel cognatorum patrines. No. quib. mo. natur. eff. ſui. § filiũ verò text. in l. 2. D. vnde leg.

LVI. [a] Fratres ſpurij ex eadem matre ſibi ſuccedunt inuicem, ſecus in his qui ex eodem patre ſunt: puta, ſi quis ex duabus meretricibus filios ſuſcipiat. Ratio diuerſitatis eſt. Nã omnem ſucceſſionem oportet legibus eſſe adiutam; aliàs non recipitur. [b] Sed ſpurij, quatenus ad patrem attinet, prorſus reiiciuntur.

a Old. reg. 29. §. vulgo quæſitos. Inſt. de ſuc. cogn. l. 2. §. ſi ſpurios. D. vnde cogna.
b § ſi aduerſus ea. Inſt. de nup. §. ſi verò effuſa. Nouel. quib. mo. natur. eff. ſui.

LVII. [a] In-

a *Old.reg.30.*
LVII. [a] Inceſtuoſorum, & qui ex damnato coitu procreantur, nulla planè ſucceſſio eſt, ſicut ſuprà refertur.

b *§.1.Inſt.de leg. agn ſucc. §ſi plures. ibi.*
LVIII. [b] Non omnibus ſimul agnatis ſeu cognatis dat lex hæreditatem, ſed iis qui tunc proximiores gradu ſunt, cùm certum eſſe cœperit aliquem inteſtatum deceſſiſſe.

c *§ proximus autem ibid.*
LIX. [c] Proximus autem, ſi quidem nullo teſtamento facto quiſquam deceſſerit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus eſt is, de cuius hereditate agitur. Quòd ſi facto teſtamento quiſquam deceſſerit; per hoc tempus requiritur, quo certum eſſe cœperit nullum ex teſtamento hæredem exſtiturum: tunc enim propriè quiſque inteſtatus deceſſiſſe intelligitur. Quod quidem aliquando longo tempore declaratur; in quo ſpatio temporis ſæpe accidit, vt proximiore mortuo, proximus eſſe incipiat, qui moriente teſtatore non erat proximus.

d *l.1.§ proximus. D. vnde cognati.*
e *d l. §.ſi quis igitur.*
f *d.l.§ gradatim.*
LX. [d] Proximum accipere nos oportet eo tempore quo hæreditas defertur. [e] Si quis igitur proximus cognatus diem ſuum obierit, ſequens quaſi proximus admittetur: hoc eſt, quicunque fuerit tum deprehenſus proximum gradum obtinens. [f] Gradatim autem admittuntur cognati ad bonorum poſſeſſionem, vt qui ſunt primo gradu, omnes ſimul admittantur.

g *l.2.§.1. D. de ſuis & leg.*
LXI. [g] Hæreditas proximo adgnato ſeu cognato defertur; id eſt, ei quem nemo antecedit; nec intereſt vnus ſolus ſit, an ex duobus pluribúſve: an duo pluréſve ab eodem gradu venientes, qui vel cæteros antecedant vel ſoli ſint: quia is eſt proximus quem nemo antecedit: & is vltimus quẽ nemo ſequitur: & interdum idem primus, poſtremúſque qui ſolus occurrit.

h *l.3.§.vtique. ibid.*
LXII. [h] Vtique & ex lege duodecim tabularum ad legitimam hæreditatem is qui in vtero fuit, admittitur, ſi fuerit editus. Inde ſolet remorari inſequẽtes ſibi adgnatos ſeu cognatos, quibus præfertur, ſi fuerit editus. Inde & partem facit his qui pari gradu ſunt: vtputa, frater vnus eſt, & vterus: vel patrui filius viuus natus, & is qui in vtero eſt.

i *l.ſi ex pluribus. ibid.*
LXIII. [i] Si ex plurimis legitimis hæredibus quidam omiſerint adire hæreditatem, vel morte, vel qua alia ratione impediti fuerint quo minus adeant; reliquis qui adierint, adcreſcit illorum portio: & licèt deceſſerint antequam portio adcreſceret, hoc ius ad hæredes eorum pertinet. Alia cauſa eſt inſtituti hæredis & cohæredis ſubſtituti: huic enim viuo defertur ex ſubſtitutione hęreditas, ſi autem deceſſerit, hæredem eius ſequitur.

k *l.Item Prætor. ibid.*
LXIV. [k] Prætor proximitatis nomine bonorum poſſeſſionem pollicetur his, qui mortis tempore cognati fuerint.

l *§.pen.Inſt.de ſucceſſ.cogn.*
m *§.vlt.ibid.*
LXV. [l] Illud neceſſariò admonendi ſumus, adgnationis quidem iure admitti aliquem ad hæreditatem, etſi decimo gradu ſit, ſiue de iure duodecim tabularum quęramus, ſiue de edicto, quo prætor legitimis hæredibus daturum ſe bonorum poſſeſſionem pollicetur. [m] Proximitatis verò nomine prętor promit-

A tit bonorum poſſeſſionem iis ſolis, qui vſque ad ſextũ gradum cognationis ſunt, & ex ſeptimo ſobrino ſobrináve, nato, natave. [n] Sed nouiſſimo iure ſublata per nouellas conſtitutiones adgnationis cognationiſque differentia.

n *Contuncula Paraphr Inſt. t. de ſucceſſ. cogn. glo. & DD. ibid text. in l Scripto herede C. de ſuis & leg. her.*

CAP. V.

B
De ſucceſſione coniugum inter ſe.

o *Oldend. d. Epito.reg 33.*
LXVI. [o] SI defunctus, neque liberos, neque parentes, neque vllos adgnatos habeat prædictorum graduum; quod vtique rarius fuerit, tunc ſucceſſio deuoluitur ad coniuges iure ciuili, vt ſcilicet vir vxori, & vxor viro ſuccedat.

p *Old.reg.34. l.Vacantia C. de bo. vac. lib. 10.*
LXVII. [p] Prędictis omnibus ceſſantibus, bona cenſentur vacantia, & fiſco cedunt.

q *Old.reg.31.l. Affinitatis. C. Comm. de ſucceſſ*
r *l.Non facile. D.de grad & aff.*
C LXVIII. [q] Affinitatis iure nulla ſucceſſio permittitur. [r] Coniuges autem cauſam præſtant affinitati, non autem ipſi affines ſunt.

TIT. II.

De gradibus cognationis.

a *l.1. D. de gradibus & affinibus & nominibus eorum.*
I. [a] GRadus cognationis, alij ſuperioris ordinis ſunt, alij inferioris, alij ex
D tranſuerſo ſeu à latere. Superioris ordinis ſunt parentes; inferioris, liberi; ex tranſuerſo ſiue à latere, fratres & ſorores, & liberi eorum. Sed ſuperior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit: ex tranſuerſo ſiue à latere nullus eſt primus gradus, & ideò incipit à ſecundo.

b *§.1.Inſt.h.t.*
II. [b] Primo gradu ſunt ſuprà, pater, mater; infra filius, filia.

c *§.1.ibid.*
E III. [c] Secundo gradu ſunt ſupra auus, auia: infra; nepos, neptis: ex tranſuerſo, frater, ſoror.

d *§.tertio.*
IV. [d] Tertio gradu ſunt ſupra, proauus, proauia: infra; pronepos, proneptis: ex tranſuerſo; fratris ſororiſque filius, filia: & conuenienter patruus, amita; auunculus, matertera. Patruus eſt frater patris, qui Græcè πατρωὸς appellatur. Auunculus eſt frater matris, qui apud Gręcos propriè μητρωὸς appellatur: &
F vterque promiſcuè θεῖος dicitur. Amita eſt patris ſoror, quę Gręcè παραδέλφη appellatur. Matertera verò, matris ſoror, quæ Græcè παραδέλφη dicitur: & vtraque promiſcuè θεῖα, vel apud quoſdam τηθὶς appellatur.

e *§.quarto.*
V. [e] Quarto gradu ſunt ſuprà, abauus, abauia: infrà; abnepos, abneptis: ex tranſuerſo; fratris ſororiſque nepos, neptis: & conuenienter, patruus magnus, amita magna, id eſt aui frater & ſoror: item auunculus magnus, & matertera magna, id eſt auiæ frater & ſoror;
G item fratres patrueles, ſorores patrueles, id eſt, qui, quæve ex duobus fratribus progenerantur: item conſobrini, conſobrináque, id eſt, qui, quæve ex duabus ſororibus naſcuntur, quaſi conſobrini. Sed quidam rectè conſobrinos eos propriè dici putant qui ex duabus ſororibus progenerantur, quaſi conſoro-

rinos. Eos verò qui ex duobus fratribus progenerantur propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filię naſcuntur, ſorores patrueles appellari. At eos qui ex fratre & ſororibus progenerantur, amitinos propriè dici putant. [Amitæ tuæ, filij conſobrinum te appellant: tu illas amitinas.].

f §. quinto. ibi.

VI. [f] Quinto gradu ſunt ſuprà, attauus, attauia: infra, abnepos, abneptis: ex tranſuerſo, fratris, ſororiſque pronepos, proneptis: & conuenienter propatruus, proamita, id eſt, proaui frater, & ſoror: proauunculus & promatertera, id eſt proauiæ frater, & ſoror. Item fratris patruelis, ſororis patruelis, filius, filia: & ſimiliter, conſobrini, conſobrinæ: item amitini, amitinæ; filius, filia: propior ſobrinus, propior ſobrina: hi ſunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia.

b §. ſexto. ibid.

VII. [b] Sexto gradu ſunt ſuprà, tritauus, tritauia; infrà, trinepos, trineptis: ex tranſuerſo, fratris ſororiſque abnepos, abneptis: & conuenienter, abpatruus, abamita; id eſt, abaui frater, & ſoror: abauunculus, abmatertera, id eſt, abauiæ frater, & ſoror. Item patrui magni, amitæ magnæ; auunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis: item fratris patruelis, ſororis patruelis; conſobrini, conſobrinæ; amitini, amitinę nepos, neptis; propatrui, proamitæ; proauunculi, promaterteræ filius, filia: item qui ex fratribus patruelibus, aut conſobrinis, aut amitinis vndique propagantur, qui propriè ſobrini vocantur.

c § hactenus. ibid.

VIII. [c] Hactenus oſtendiſſe ſufficiat quémadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palàm eſt intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe ſemper generata perſona gradum adiicit, vt longè facilius ſit reſpondere quoto quiſque gradu ſit, quàm propria cognationis appellatione quenquam denotare.

d §. agnationis.

IX. [d] Agnationis quoque gradus eodem modo numerantur.

e Veſembecius Comm. in t. de gradibus & affinibus, & nominibus eorũ.

X. [e] In ſuperioris & inferioris ordinis gradibus numerãdis ſeruatur hæc regula; vt quot ſunt perſonæ generationis remotiores, tot ſint gradus, dempto ſtipite; id eſt, ea perſona, de cuius cognatione quæritur.

f Veſemb. ibi. l. 1. §. 1. D. d. t.

XI. [f] Ex tranſuerſo, ſiue à latere, nullus eſt iure ciuili primus gradus. Et ideò incipit à ſecundo. [g] Nam cùm pater & filius omnium ordinum primum conſtituant gradũ & tranſitum, neceſſe eſt vt quaquauerſum te vertas, vlterius tranſeas, atque ita ſecundum facias gradum. & conuenienter patruus, amita: auunculus, matertera: fratris filius, filia, in tertio; & hi conſobrini inuicem in quarto, atque ita deinceps. Nam hîc quot ſunt generationes remotiores, tot ſunt gradus, ſtipite dempto.

g l. vlt. ibid. Inſt. d. t. de grad. cog.

h Idem Veſemb. d. loco.

XII. [h] Canoniſtæ, qui propter matrimonia, ne inter prohibitas perſonas contrahantur, gradus computant; cùm ea ſine duorum copula conſtare nequeant, duas vno gradu

A perſonas in linea tranſuerſali complectũtur, eámque conſtituunt in linea tranſuerſa regulam; Quoto gradu vtraque perſona diſtat à ſtipite, eodem gradu diſtant inter ſe: Verbi gratià, Frater diſtat à ſtipite, id eſt patre communi, gradu vno; ergo eodem diſtat à ſorore: atque ita conſequenter. Vt fratrum filij diſtant à communi ſtipite ſecundo; ergo & eodem inter ſe diſtant: quia quælibet perſona

B ab vtroque latere facit gradum in tranſitu. Ius enim ciuile ſingulas perſonas numerat: quia ſingulæ hæreditatem capere poſſunt, cuius rei gratiâ gradus hoc iure conſtituti ſunt.

XIII. [i] In linea porrò inæquali hac regula Canoniſtæ vtuntur; Quoto gradu remotior

i Idem Veſemb. ibid. Io. Andreas in arbore conſanguinitatis.

B diſtat à communi ſtipite, eodem tranſuerſi inæquales inter ſe diſtant: Vt verbi gratià, Frater meus ex patre communi diſtat ab eo primo gradu; eius filius, ſecundo; neptis, tertio: ergo & à me tertio hæc gradu diſtabit. Nam à perſona neptis remotiore vſq; ad ſtipitem fit computatio.

TIT. III.

De petitione hæreditatis.

D *Hic titulus quatuor capitibus conſtat: quorum primum eſt, De iure deliberandi. Secundum, Aduerſus quos hæc actio competat. Tertium, Vbi & apud quem iudicem petitione hæreditatis agatur. Quartum, Effectus indicij petitionis hæreditatis; & ſenatuſconſultum ea de re.*

CAP. I.

De iure deliberandi.

a Veſembecius Comm. in t. de iure deliberandi. D. l. cùm in antiquioribus. C. eo. t. glo. in auth. Sed cùm teſtator. C. ad leg. Fal. Veſemb. in t. de her. qual. & diff. Inſt.

I. [a] SCiendum eſt, deſitum eſſe peti à magiſtratu deliberandi ſpatium, poſt-

E quam Iuſtinianus ipſo iure deliberandi ius ad annuũ ſpatium tranſmitti voluit. [b] Qui tandem ſalutari conſtitutione aliter quoq; prouidit, vt hoc deliberandi beneficio ne opus quidem habeat: ſed intra trigeſimum diem ab adita hæreditate conficere poſſit inuentarium; eóque confecto, non vltra vires hæreditatis creditoribus & legatarijs obligari: & ſua iura atque actiones contra defunctum integras ſeruare.

b Veſemb. in hunc t. D. l. pecuniæ. 178. verb. petitionis. D. de verb. ſig. l. Sed & ſi lege. §. petitio. D. h. t.

F

CAP. II.

Quæ, & cuiuſmodi ſit petitio hæreditatis.

II. [c] CVm hęc actio realis ſit, rectiùs petitio, quàm actio nominatur. Petitionis enim verbo plerunque reales actiones ſignificantur.

c Veſemb. in hunc t. d. §. petitio.

G III. [d] Hæreditas nomen iuris eſt: [e] & ſine corpore intellectum iuris habet: hoc eſt, intelligitur ex iuris diſciplina hæreditas exiſtere, quantumuis nullum corpus, ſeu nulla res corporalis, quæ ſub ſenſum aſpectúmq; cadat, in ea reperiatur: vt cùm aliquis mercator tantùm nomina & actiones, vel e-

d l. hæreditas. d. t.

tiam

tiam duntaxat æs alienum in hæreditate relinquit.

IV. [a] Hæreditas, nomine ſcilic et generaliter vſurpato, eſt pecunia quæ morte alicuius ad quempiam peruenit, nec ea legata teſtaméto eſt, aut poſſeſſione retenta: vel, [b] Hæreditas eſt ius quoddam certis modis conſtitutum & intellectu comprehenſum, quod alieni patrimonij vniuerſalem dominũ iure efficit: vel, [c] Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuit.

V. [d] Hæreditas petitur aut iure prętorio, aut ex ſenatuſconſulto: & petitur vel tota, vel pro parte; quo fit vt plures ſint petitionis ſpecies.

VI. [e] Prima ſpecies eſt, ciuilis & vniuerſalis petitio; quæ ſic definiri poteſt, vt ſit actio ciuilis, vniuerſalis, in rem, petitoris iudicij, bonæ fidei, qua quis petit ſe hęredem declarari: hæreditatémque iure ad ſe pertinentem ab eo qui pro hærede vel pro poſſeſſore poſſidet, ſibi reſtitui. Dico eſſe ciuilem: [f] nam etſi prętor proponit in edicto, tamẽ ex iure ciuili [g] quo hæreditates petuntur, eam proponit, [h] vt reliquas iuris ciuilis vindicationes, atque etiam perſonales actiones. Dico eſſe [i] vniuerſalem: Vt enim vniuerſale eſt [k] iudicium dotis, [l] peculij, iuriſdictionis, & conſimilium: ſic eiuſmodi eſt petitio hæreditatis. Petitur enim eâ corpus bonorum, hoc eſt vniuerſitas: in quo ſunt varia iura & diuerſæ ſpecies; res corporales, incorporales, mouentes, mobiles, aliáque. Quare [m] cùm actiones aſſimilentur rebus quæ his petuntur, cúmque iudicetur de actione, [n] vel de re ad quam petendam deſtinata eſt, conſequens eſt, petitionem etiã hęreditatis, quę ad vniuerſitatem bonorum proſequendam propoſita eſt, vniuerſalem eſſe. Nec obſtat quòd [o] etiam res minima, & ſingularis, & non modò tota hæreditas, ſed etiam pars eius peti poſſit. Nam & qui rem ſingularem petit vt hæreditariam, vniuerſaliter agit. Petit enim ſe declarari hæredem, & vniuerſitatis dominum: [p] & ius ſuum metitur non ex eo quod aduerſarius poſſidet, ſed quod ipſe habet: & qui partem petit hæreditatis vniuerſitatem petit: & vt tota, eſt vniuerſale corpus bonorum, ita & quota, hęreditatis portio.

VII. [q] Dixi hanc actionem [r] eſſe in rem [ſ] ea de cauſa quòd detur contra poſſidentem, qui nullo ex contractu ad dandum vel faciendum obligatus eſt: ſed ratione eius quod poſſidet, vt id ſcilicet reſtituat, conuenitur: id quod eſt propriũ in rẽ actionum: [t] qua peculiari nota à perſonalibus diſcriminatur. Habet tamen hæc actio præſtationes aliquot perſonales; quarum reſpectu mixtam cauſam obtinere dicitur. Quandoquidem enim vniuerſalis eſt: in eámque veniunt omnia quę ea bona fide, (vnde quoque bonæ fidei exiſtimatur) pręſtari æquum eſt, vt interdum dari etiam quidpiam à poſſeſſore petatur: puta pretia rerum diſtractarum, aut æs alienum à debitoribus exactum. Petere autem aut dare, proprium eſt perſonalium actionum, in quibus ad dandum vel faciendum agitur: ſicuti in actionibus in rem ad reſtituendum. Hoc igitur reſpectu petitio hæc mixtam cauſam obtinere intelligitur: alioqui ſuâ naturâ in rem eſt; eóque & petitio dicitur & vindicatio; & actor in rem agere & vindicare prohibetur.

a Cicero in Topicis. l. Pecuniæ 178. D. de verb. ſig.
b Theoph. Inſt. de rebus corporalib. & incorp.
c l. Hæreditas. 62. D. de reg. iur. l. Nihil. 24. D. de verb. ſig.
d Veſemb. in hunc t. D.
e Veſemb. ibi.
f l. 1. D. ſi pars hær. pet.
g l. 1. & 2. D. h. t. l. lege. 130. D. de verb. ſig.
h l. 1. in prin. in verb. poſt actiones. de vniuerſitate & cæt. D. de rei vind. Iaſ. in rubr. C. de inoff. teſt.
i DD in d. rubr.
k glo. in l. quod dicitur 2. in verb. ſed dotis. D. de Imp. in res dot. fa.
l l. Item. § in priuatorum. D. D. h. t. glo. in d. l. Quod dicitur.
m glo. in l. 2. D. de Imp. in res dot. fa.
n Bar. Iac. Aretinus, Alcia. in l. Mancipiorũ. D. de verb. ſig. Caſtr. in l. Quã Tuberonis §. vlt. D. de pec. Alex. in l. à Diuo Pio §. in vẽditione. D. de re iud.
o l. 1. D. de rei vind. l. licet. D. h. t.
p l. 1. & totot. D. ſi pars hær. pet.
q Veſemb. d. loco.
r l. Sed & ſi. § petitio. D. h. tit.
ſ l. Nec vllam. §. vlt. cum ll. ſeqq. ibid.
t §. 1. Inſt. de act.

VIII. [u] Species huius actionis duæ ſunt pręcipuæ. Alia enim directa eſt, quæ datur contra eum qui pro hærede vel pro poſſeſſore poſſidet: alia vtilis, quæ competit aduerſus eum qui à poſſeſſore rem habet. Deinde alia eſt ciuilis: & hęc in totam hæreditatem aut in partem intenditur. Alia prætoria quæ ex iuriſdictione magiſtratus, bonorum poſſeſſoribus datur. Alia fideicommiſſaria, quæ ex ſenatuſconſulto fideicommiſſarijs vniuerſalibus, bonorum poſſeſſoribus, & alijs qui pro hæredibus ex ſenatuſconſulto habentur, competit: vt nec merè ciuilis ſit, nec prætoria, cùm ab his diſtinguatur; ſed commune quoddam remedium his, qui quidem directò non ſunt hæredes, ſed quaſi: & pro hæredibus, ſiue iure ciuili, ſiue prætorio habentur.

CAP. III.

Aduerſus quos hæc actio competat.

IX. [a] Qui alio titulo, quàm qui ex hæreditate fluat, poſſidet, ſiue ſingulari, ſiue vniuerſali, is petitione hęreditatis non tenetur, ſed rei vindicatione conueniri debet. Nam petens hęreditatem nullum ius dominij in iudicium deducit, ſed iure defuncti vtitur: petitque res ab eo poſſeſſas, non modò iure dominij, ſed quouis alio. Itaque quando par & æquale ius habeat, ille qui alio titulo quàm pro hęrede vel pro poſſeſſore poſſidet, non poteſt ei ab actore auferri hac actione: cùm ne defuncto quidem, qui potius ius haberet, vt in cuius locum ſe ſucceſſiſſe dicat, ſic agendo auferri potuiſſet. [a] In pari quippe cauſa melior eſt poſſidentis conditio, cui, niſi ex aduerſo intentata vindicatione probetur dominium, poſſeſſio ſua auferri nequit. In hac autem actione non probatur dominiũ: ſed tantùm res fuiſſe hæreditaria proponitur, quę etiam aliena in hæreditate eſſe potuit. [a] Conſentaneum igitur eſt, non ſatis habere eam virtutem ad poſſeſſionem tertio poſſeſſori, qui ab hęreditate cauſam non habet, auferendam.

X. [b] Qui pro hærede, aut ex cauſa hæreditaria poſſidet, is petenti hæreditatem pręſcribere niſi ex poſſeſſione triginta annorũ non poteſt: quia nullam iuſtam poſſidendi cauſam, reſpectu eius qui hęreditatem petit, habet: vnde citra titulum longo tempore res hęreditarias, quæ petitione concluduntur, non vſucapit: ſed tantùm triginta annis, quibus omnes actiones tam perſonales, quàm in rem terminantur.

u Veſemb. d. loco.
a Veſemb. d. t. l. hæreditatis. C. eo. t. l. 4. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſc. l. Et non tantum. D. h. t. Bart. & DD. in l. hæreditas. C. eo t. Bar. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. D. de oper. lib.
a In pari. de reg. iur. in 6. §. retinenda. verſic. commodum. Inſt. de act. in l. vlt. C. de rei vind.
a Iaſ. in §. actionum. Inſt. de actio. Soc. Conſ. 19. Vol. 1.
b Veſemb. in hunc. t. D.

CAP. IIII.

Vbi, & apud quem iudicem petitione hæreditatis agatur.

XI. [a] PRoponi hæc actio vtrouis loco poteſt; [b] vel vbi domicilium poſſeſſor reus habet; [c] vel vbi maior pars hæreditatis eſt ſita. [d] & ſi pluribus locis diſſipata ſit, pluribus etiam locis poteſt intentari, [e] ſicut pluribus locis in poſſeſſionem bonorum miſſio peti poteſt, [f] electione ſcilicet actori conceſſa, quò potiſſimùm in foro agere velit. Nam etſi [g] actor ſequitur forum rei, tamen cùm pluribus hic locus iuriſdictioni obnoxius eſt, tum in arbitrio & poteſtate agentis eſt eligere forum maximè idoneum, præſertim in actionibus in rem: alioqui variando ludificari, & ſubterfugere iudicium poſſet.

a Veſemb. Comm. in hūc. t. Bar. & Bal. in l. 1. C. vbi de her. agi opor.
b glo. Bar. & DD. in l. 2. D quemadm. teſta. aper.
c Bart. & Caſtr. in d. l. 1. C. vbi de her.
d l. vlt. C. de iuriſd. l. vlt. C. de long. temp. præſ.
e d. l. 1.
f glo. Caſtr. & DD. in l. vlt. C. vbi in rem act.
g l. 3. D de eo quod certo loco.

CAP. V.

Effectus iudicij petitionis hæreditatis: & ſenatuſconſultum ea de re.

XII. [h] VErba ſenatuſconſulti hęc recitantur [Pridie Idus Martias Quintus Iulius Balbus, & Publius Iuuencius Celſus: Titus Aufidius, & Decius Seuerianus Conſules verba fecerunt de his quæ Imperator Cæſar, Traianus Parthici filius, Diui Neruæ nepos, Hadrianus Auguſtus Imperator, Maximúſque Princeps propoſuit quinto nonas Martias, quæ proximę fuerunt, libello complexus quid fieri placeat; de qua re ita cenſuerunt: Cùm, antequampartes caducæ ex bonis Ruſtici fiſco peterentur, hi qui ſe hæredes exiſtimant, hæreditatem diſtraxerint: placere, redactę ex pretio rerum venditarum pecunię vſuras non eſſe exigendas: idémque in ſimilibus cauſis obſeruandum. Item placere; à quibus hæreditas petita fuiſſet, ſi aduerſus eos iudicatum eſſet, pretia, quæ ad eos rerum ex hæreditate venditarum perueniſſent, deminutæve fuiſſent, reſtituere debere. Item eos, qui bona inuaſiſſent, cùm ſcirent ad ſe non pertinere, etiamſi ante litem conteſtatam fecerint, quominus poſſiderent, perinde condemnandos, quaſi poſſiderent. Eos autem, qui iuſtas petendi cauſas habuiſſent, quare bona ad ſe pertinere exiſtimaſſent; vſque eò duntaxat, quo locupletiores ex ea re facti eſſent. Petitam autem fiſco hæreditatem ex eo tempore exiſtimandum eſſe, quo primùm ſcierit quiſque, eam à ſe peti: id eſt, cùm primùm aut denuntiatum eſſet ei, aut literis, aut edicto euocatus eſſet, cenſuerunt.

h l. Itē veniūt. D. h. t.

XIII. [i] Si reus neque inuentarium exhibeat, neque iuſiurandum de bonis poſſeſſis præſtet; poteſt aduerſus eum in litem iurari perinde atque contra malæ fidei poſſeſſorem.

i d. l. §. reſtituere. l. Sed & ſi. §. hæc verba. D. ibid.

TIT. IV.

De acquirenda vel omittenda hæreditate.

Hic titulus duobus capitibus continetur; quorum primum eſt, Qui poſſunt acquirere hæreditatem, aut non poſſunt. Cuius prima pars eſt, Qui poſſunt acquirere hæreditatem. Secunda, Qui non poſſunt adire, ſeu acquirere hæreditatem. Tertia, De his quibus vt indignis hæreditates auferuntur. Secundum caput, Quomodo acquiratur ſeu adeatur hæreditas. Tertium, De hæreditate per beneficium hæreditatis adeunda.

CAP. I.

Qui poſſunt acquirere hæreditatem vel non poſſunt.

Prima pars.

Qui poſſunt acquirere hæreditatem.

I. [a] PVberem agnoſcentem bonorum poſſeſſionem, poſtquam fuit ei hæreditas delata; pro hærede gerere non ambigitur.

II. [b] Eum qui ſurdus, vel mutus natus, vel poſtea factus, nihil prohibet pro hærede gerere, & acquirere ſibi hæreditatem.

III. [c] Eum cui lege bonis interdicitur, hęredem inſtitutum poſſe adire hęreditatem, conſtat.

IV. [d] Qui in aliena eſt poteſtate, non poteſt inuitum hęreditati obligare eum in cuius eſt poteſtate, ne ęri alieno pater obligetur: ſed in bonorum poſſeſſione, placuit ratam haberi poſſe eam quam citra voluntatem agnouit is qui poteſtati ſubiectus eſt. Sed & ſi legitima hęreditas filio delata ſit ex ſenatuſconſulto Orphiciano, idem erit probandum.

a l. Puberem. C. de iure deliberandi & de adeunda vel acquirēda hæreditate.
b § vlt. Inſt. de hæredum qualitate & differentia. l. Mutū. D. h. t.
c d. l. l. 4. D. de mil. teſta. l. 1. D. qui & à quib. manu.
d l. Qui in aliena. D. h. t.

V. [e] Impubes qui in alterius poteſtate eſt, ſi iuſſu eius adierit hęreditatem, licèt conſilij capax non fuerit, ei acquiret hęreditatem.

e l. More. §. impubes. ibid.

VI. [f] Pupillus, ſi fari poteſt, licèt eius ętatis ſit, vt cauſam adquirendę hęreditatis non intelligat, quamuis non videatur ſcire huius ætatis puer, (neque enim ſcire, neque decernere talis ætas poteſt non magis quàm furioſus) tamen cum tutoris auctoritate hæreditatem adire poteſt: hoc enim fauorabiliter eis pręſtatur.

f l. Pupillus. ibid.

VII. [g] Pupillum, etiam tutore auctore qui tutelam non gerat, hęreditatem adeundo, obligari Africanus ait.

g l. Pupillum. ibid.

Secunda pars dicti capitis primi.

Qui non poſſunt adire, ſeu acquirere hæreditatem.

VIII. [h] MOre ciuitatis Romanę; neq; pupillus, neque pupilla ſine tutoris auctoritate obligari poteſt. Hęreditas autem, quin obliget nos æri alieno, etiamſi non ſit ſoluendo, plus quàm manifeſtum eſt. De ea autem hęreditate loquimur, in qua non ſuccedunt huiuſmodi perſonę, quaſi neceſſarię.

h l. More. ibi.

IX. [i] Celſus ſcripſit, eum qui metu verborū,

i l. Qui in aliena. §. vlt. ibid.

vel aliquo timore coactus adierit hæredita-
tem, hæredem non fieri.

Tertia pars dicti capitis primi.

De his quibus vt indignis hæreditates auferuntur.

Impp. Seuerus & Antoninus.

a l. 1. C. de his quibus vt indig. hær. aufer.
X.[a] HÆredes, quos necem teſtatoris in-
ultam omiſiſſe conſtiterit; fructus
integros cogantur reddere. Neque enim bo-
næ fidei poſſeſſores ante controuerſiam illa-
tam videtur fuiſſe, qui debitum officium pie-
tatis ſcientes omiſerunt. Ex hereditate autem
rerum diſtractarum, vel à debitoribus acce-
ptæ pecuniæ poſt motam litem bonorum, v-
ſuras inferant; quod in fructibus quoque lo-
cum habere, quos in prædiis hæreditariis in-
uentos, aut exinde perceptos vendiderint,
procùldubio eſt: vſuras autẽ ſemiſſes depen-
dere, ſatis eſt.

l. Minoris. ibid.
XI. [Crimen inultæ mortis non obiicitur
minoribus, ſed maioribus] *De quo Imp. Alexander Venuſto & Clementino ita reſcripſit:*
Minoribus viginti quinque annis hæredibus
non obeſſe crimen inultæ mortis placuit.
Cùm vos autem etiam accuſationem pertu-
liſſe, & quoſdam ex reis punitos proponatis,
licèt is qui mandaſſe cædem dicitur, prouo-
cauerit, vereri non debetis ne quam paternæ
hereditatis quæſtionem à fiſco meo patiami-
ni. Conuenit enim pietati veſtræ reſpon-
dere cauſam appellationis reddenti. Quòd
ſi maioris ætatis fuiſſetis, etiam ex neceſſita-
te prouocationis certamen implere debere-
tis, vt poſſetis adire hæreditatem.

l. Non oportet ibid.
XII. [m] Non oportet vt indignis heredibus
ſucceſſiones auferri, quòd in ſepultura ſupre-
mis iudiciis vel voluntatibus defunctorum
obtemperatum non fuiſſet.

d l. ſi ideo. ibid.
XIII. XIIII. [d] Si ideò vltio necis teſta-
toris non eſt deſiderata, quia cædis aucto-
res reperiri non potuerint; obeſſe hæredi-
bus, ex quo nulla eorum culpa detegitur,
non debet.

e l. Alia. ibi.
XV. [e] Alia cauſa eſt eius, qui falſi inſti-
tuta accuſatione, ad finem vſque, quod inſi-
mulabat perduxit: alia eius, qui inchoatam
accuſationem noo pertulit, cùm in il-
lius quidem partem ſuccedat fiſcus: hic
autem qui contrariam iudicis ſententiam
non ſuſtinuit, ſuæ partis non perdat perſe-
cutionem.

f l. 1. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit.
XVI. [f] Ciuili diſceptationi crimen ad-
iungitur, ſi teſtator non ſ. a ſponte teſtamen-
tum fecit: ſed compulſus ab eo qui hæres eſt
inſtitutus, vel quolibet alio, quos noluerit
ſcripſit heredes.

g l. 2. ibid.
XVII. [g] Eos, qui ne teſtamentum ordi-
naretur, impedimento eſſe monſtrantur, ve-
lut indignas perſonas à ſucceſſionis compen-
dio remoueri, celeberrimi iuris eſt.

h l. vlt. ibid.
XVIII.[h] Iudicium vxoris poſtremum in ſe

A prouocare maritali ſermone, non eſt cri-
minoſum.

CAP. II.

Quomodo acquiratur ſeu adeatur hæreditas.

i l. In ſuis D. de lib. & poſth.
XIX. [i] IN ſuis hæredibus euidentiùs ap-
B paret, continuationem dominij
eò rem perducere, vt nulla videatur hæredi
tas fuiſſe; quaſi olim hi domini eſſent, qui
etiam viuo patre quodammodo domini exi
ſtimantur. Vnde etiam filiusfamiliâs appel-
latur, ſicut paterfamiliâs, ſola oota hac ad-
iecta, per quam diſtinguitur genitor ab eo
qui genitus ſit. Itaque poſt mortem patris
nõ hæreditatem percipere videntur, ſed ma-
gis liberam bonorum adminiſtrationem
C conſequuntur: hac ex cauſa licèt non ſint
heredes inſtituti, domini ſunt. nec obſtat
quòd licet eos exheredare; quos & occidere
licebat.

k §. Item extraneus. Inſt. de hæred. qual. & diff.
XX. [k] Extraneus hæres teſtamento inſti-
tutus, aut ab inteſtato ad hæreditatem voca-
tus, poteſt aut pro hærede gerendo, aut e-
tiam nuda voluntate ſuſcipiendæ hæreditatis
hæres fieri.

l ibid.
XXI. [l] Pro hærede gerere quis videtur, ſi
D rebus hæreditariis tanquam heres vtatur, vel
véndendo res hæreditarias, locandóve: &
quoquo modo voluntatem ſuam declaret, vel
re vel verbis de adeunda hereditate; dummo-
dò ſciat, eum, in cuius bonis pro herede ge-
rit, teſtatum, inteſtatúmve obiiſſe, & ſe ei he-
redem eſſe. Pro herede enim gerere, eſt pro
domino gerere. Veteres enim hæredes pro
dominis appellabant.

m l. ſi ex aſſe. ibid.
XXII. [m] Si ex aſſe heres deſtinauerit par-
E tem habere hæreditatis, videtur in aſſem pro
herede geſſiſſe.

Vlpianus.

n l. ſi in aliena. §. 1. ib.
XXIII. [n] Sed & ſi non adierit filius; diu
tamen poſſedit pater hereditatem, credendus
eſt adiiſſe hereditatem; vt Pius & Imperator
noſter reſcripſerunt.

o d. l. § ſi is qui.
XXIV. [o] Si is qui putabat ſe filiumfami-
liâs, patris iuſſu adierit; eum neque ſibi, ne-
F que ei qui iuſſit, quæſiſſe hæreditatem con-
ſtat: quanquam is, quem pater iuſſit adire; &
deceſſit; ſi adierit, iam mortuo patre, obligê
ſe hæreditati; vt Iulianus ſcripſit. Nam eum
qui dubitarit, vtrùm filiusfamiliâs an pater-
familiâs morte patris factus ſit, poſſe adire
hereditatem, magis admittitur.

CAP. III.

G *De hæreditate per beneficium inuentarij ineunda.*

Imp. Iuſtinianus.

p l. Scimus C. de iure deliberandi & de adeunda vel acquirenda hæreditate.
XXV. [p] CVm hereditas ad quẽquam, ſiue
ex teſtamento, ſiue ab inteſtato

delata, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte, ſi quidē recta via adire maluerit hæreditatē, & ſpe certiſſima hoc fecerit, vel ſeſe immiſcuerit, vt non poſtea eā repudiet; nullo indiget inuentario; cùm omnibus creditoribus ſuppoſitus ſit, vtpote hæreditate ei ex ſua voluntate infixa. Similique modo, ſi non titubante animo reſpuendam vel abſtinendam eſſe crediderit hæreditatem, & apertiſſimè intra trium menſium ſpatium, ex quo ei cognitum fuerit ſcriptum ſe eſſe, vel vocatum hæredem, ei renuntiet; nullo nec inuentario faciendo, nec alio circuitu expectando, ſit alienus ab huiuſmodi hæreditate, ſiue oneroſa, ſiue lucroſa ſit. Sin autem dubius eſt, vtrúmne admittendo ſit necne defuncti hęreditatem; non putet ſibi eſſe neceſſariam deliberationem, ſed adeat hæreditatem, vel ſeſe immiſceat; omni tamen modo inuentarium ab eo conficiatur, vt intra triginta dies poſt apertas tabulas, vel poſtquam ei nata fuerit apertura tabularum, vel delatam ſibi ab inteſtato hæreditatem cognouerit, numerandos, exordium capiat, inuentarium ſuper his rebus quas defunctus mortis tempore habebat: & hoc inuentarium intra alios ſexaginta dies modis omnibus impleatur ſub præſentia tabulariorum, cæterorúmque qui ad huiuſmodi confectionem neceſſarij ſunt, ſubſcriptionem tamen ſupponere hæredem neceſſe eſt, ſignificantem & quantitatem rerum, & quòd nulla malignitate circa eas ab eo facta vel facienda, res apud eum remaneant: vel ſi ignarus ſit literarum, vel ſcribere præpediatur, ſpeciali tabulario ad hoc ſolùm adhibendo, vt pro eo literas ſupponat, venerabili ſigno antea manu hæredis præpoſito, teſtibus videlicet aſſumendis qui hæredem cognoſcant: & iubente eo tabularium pro ſe ſubſcribere, interfuerint. Sin autem à locis, in quibus res hæreditariæ, vel maxima pars earum poſita eſt, hæredes abeſſe contigerit; tunc eis vnius anni ſpatium à morte teſtatoris numerandum damus ad huiuſmodi inuentarij conſummationem. Sufficit enim præfatum tempus; etſi longiſſimis ſpatiis diſtant: tamen placuit eis dare facultatem inuentarij conſcribendi vel per ſe, vel per inſtructos procuratores in loca vbi res poſitæ ſunt, mittendos.

a d. l. §. 1.

XXVI. [a Hæres qui ſolemniter conficit inuentarium vltra vires hæreditatis non tenetur: & Falcidia vtitur.]

Iuſtinianus Imperator.

b d. l. §. in cōputatione.

XXVII. b In computatione autem patrimonij, damus ei licentiam excipere, & retinere quicquid in funus expendit, vel in teſtamenti inſinuationem, vel in inuētarij confectionem, vel in alias neceſſarias cauſas hæreditatis quas approbauerit ſeſe perſoluiſſe. Si verò ipſe aliquas contra defunctum habebat actiones, non eæ confundantur; ſed ſimilem cum aliis creditoribus per omnia habeat fortunam; temporum tamen prærogatiua inter creditores ſeruanda.

c d. l. §. licentia.

XXVIII. c Licentia danda creditoribus ſeu legatariis, ſeu fideicommiſſariis, ſi maiorem eſſe putauerint ſubſtantiam à defuncto derelictam, quàm hæres in inuētario ſcripſit, quibus voluerint legitimis modis quod ſuperfluum eſt approbare.

d d. l. §. donec.

XXIX. d Donec tamen inuentarium conſcribitur, vel ſi res prę ſtò ſint; intra tres menſes; vel ſi abfuerint, intra annale ſpatium ſecundùm anteriorem diſtinctionem, nulla erit licentia neque creditoribus, neq; legatariis, vel fideicommiſſariis eos vel inquietare, vel in iudicium vocare, vel res hæreditarias quaſi ex hypothecarum auctoritate vindicare; ſed ſit hoc ſpatium ipſo iure pro deliberatione hæredibus conceſſum; nullo ſcilicet ex hoc interuallo creditoribus hæreditariis circa temporalem præſcriptionem præiudicio generando.

e d. l. §. ſin verò.

XXX. e Sin verò poſtquam adierint, vel ſeſe immiſcuerint, prę ſentes vel abſentes inuentarium facere diſtulerint, & datum iam à nobis tempus ad inuentarij confectionem effluxerit; tunc ex eo ipſo, quòd inuentarium ſecundùm formam præſentis confectionis non fecerint, & hęredes eſſe omnimodo intelligantur, & debitis hæreditariis in ſolidum teneantur: nec legis noſtræ beneficio perfruantur, quam contemnendam eſſe cenſuerunt.

f d. l. §. & hæc quidem.

XXXI. f Tempus ad deliberandum, quod hodie non eſt neceſſarium, eſt tempus annui, quando impetratur à Principe.

g Alex. in l. l. §. ſin autem.

XXXII. g Qui petit tempus ad deliberandum, licèt inuentarium fecerit, & hæreditatem adierit, vel intra dictum tempus nō repudiauerit; quod pro aditione habetur: tenetur creditoribus hęreditariis in ſolidum; & vtitur Falcidia, ſicut olim.

CAP. IV.

De repudianda vel omittenda hæreditate.

h §. ſicut autē. Inſt. de hered. qual. & diff.
i l. Recuſari. D. h. t.

XXXIII. h Sicut nuda volūtate extraneus hęres fit: ita contraria animi deſtinatione ſtatim ab hęreditate repellitur. i Et recuſari hęreditas non tantùm verbis, ſed etiam re poteſt: & alio quouis iudicio voluntatis.

k l. Is qui hæres. D. h. t.

XXXIV. k Is qui hæres inſtitutus eſt: vel is cui legitima hęreditas delata eſt, repudiatione hęreditatem amittit: hoc ita verum eſt, ſi in ea cauſa erat hęreditas vt & adiri poſſet. Cæterùm hęres inſtitutus ſub conditione, ſi ante conditionem exiſtentem repudiauit, nihil egit, qualiſcunque fuit conditio, etſi in arbitrium collata eſt.

l d. l. §. ſ.

XXXV. l Si quis dubitet viuat teſtator, nécne, repudiādo nihil agit. Subſtitutus quoque ſi antè repudiat, quàm hęres inſtitutus decernat de hęreditate, nihil valebit repudiatio.

m l. is qui putat. cū 2. ll. ſeqq. ibid.

XXXVI. m Is qui putat ſe neceſſarium, cùm ſit voluntarius, non poterit repudiare: nam plus eſt in opinione quàm in veritate. Et è

contra-

contrario qui ſe putat neceſſarium, voluntarius exiſtere non poteſt. Nec is qui non valere teſtamentum, aut falſum eſſe putat, repudiare poteſt. Sed ſi certum ſit falſum non eſſe, quod falſum dicitur; ſicut adeundo acquirit, ita & repudiando amittit hæreditatem.

a l. Neque. ib.

XXXVII. [a] Neque filiusfamiliâs repudiando ſine patre, neque pater ſine filio alteri nocet. Vtrique autem poſſunt repudiare.

b l. Nec is. § .1. ibid.

XXXVIII. [b] Hæres inſtitutus, idémque legitimus, ſi quaſi inſtitutus repudiauerit; quaſi legitimus non amittit hæreditatem: ſed ſi quaſi legitimus repudiauit, ſi quidem ſcit, ſe hæredem inſtitutum; credendum eſt vtrunque repudiaſſe: ſi ignorat, ad neutrum ei repudiatio nocebit: neq; ad teſtamentariam, quando hanc non repudiauit: neque ad legitimam, quoniam ei nondum fuerat delata.

c l. 4. ibid.
* l. Qui ſuperſtitis. ibid.

XXXIX. [c] Nolle hæreditatem adire non videtur qui non poteſt adire * & qui ſuperſtitis bona repudiat; poſt mortem eius adire hæreditatem, item bonorum poſſeſſionem petere, non prohibetur.

Secunda pars dicti capitis quarti.

De liberis qui parentum hæreditate ſe abſtinent.

d l. Impuberibus. ibid.

XL. [d] IMpuberibus liberis omnimodo abſtinendi poteſtas ſit: puberibus autem ita, ſi non ſe immiſcuerint.

e l. Ei qui. ibi.

XLI. [e] Ei qui ſe non immiſcuit hæreditati paternæ, ſiue maior ſit, ſiue minor, non eſſe neceſſe prætorem adire: ſed ſufficit ſe non miſcuiſſe hæreditati: & eſt reſcriptum, non eſſe neceſſe pupillis in integrum reſtitui ex auito contractu, quotum pater conſtituerat non agnoſcere hæreditatem, neque quicquam amouerat, vel pro hærede geſſerat.

f l. Neceſſariis. ibid.

XLII. [f] Neceſſariis hæredibus, non ſolùm impuberibus, ſed etiam puberibus abſtinendi ſe ab hæreditate Proconſul poteſtatem facit, vt quamuis creditoribus hæreditatis iure ciuili teneantur, tamen in eos actio non detur, ſi velint derelinquere hæreditatem: ſed impuberibus quidem, etiam ſi ſe immiſcuerint hæreditati, præſtat abſtinẽdi facultatem; puberibus autem ita, ſi ſe non immiſcuerint: ſed tamen & puberibus minoribus viginti quinque annis, ſi temerè damnoſam hæreditatem parentis appetierint, ex generali edicto, quod eſt de minoribus viginti quinq; annis, ſuccurrit: cùm, & ſi extranei damnoſam hęreditatem adierint, ex ea parte edicti in integrum eos reſtituit.

g l. Licèt. C. de iure delib.

XLIII. [g] Licèt in continenti ſui hęredes ſe paternis non immiſcuerint bonis, tamen ignorantes delatam ſibi hęreditatem, longi têporis præſcriptione, quo minus hâc rectè vindicent, excludi non poſſunt.

h Alex. in l. vlt. C. de repudianda vel abſtinenda hæreditate.

XLIIII. [h] Suus abſtentionem non reuocat, vbi res ſunt alienatę, niſi beneficio minoris ętatis.

TIT. V.

Familiæ erciſcundæ.

Hic titulus in ſex capita diſtinguitur; quorum primum eſt, Quare inſtitutum hoc iudicium; & cuiuſmodi ſit familiæ erciſcundæ actio. Secundum, Quibus & quando competat hæc actio. Tertium caput, Patrem poſſe hæreditatem, bonáque inter liberos diuidere. Quartum, Quo modo fiat diuiſio hæreditatis. Quintum, Effectus huius iudicij. Sextum, Succeſſionis inſtrumenta apud quem deponenda.

CAP. I.

Quare inſtitutum hoc iudicium; & cuiuſmodi ſit familiæ erciſcundæ actio.

a Veſembecius Com. in hunc t.
b l. 1. D. de pet. hær.
c l. Cum pater. 79. §. dulciſſimus. D. de leg. 2.
d l. vl. C. Com. diuid.

I. [a] QVemadmodum [b] ex veteri lege duodecim tabularum hęreditates dantur; [c] ita itidem actio deſcendit, qua res hęreditarię inter hæredes à communione diſcedere volentes diuidi officio iudicis petuntur. [c] Cùm enim materia communionis ſoleat excitare diſcordias: [d] eóque inuitum in communione detineri lex vetet, neceſſarium videbatur aliquam hęredibus largiri actionem, qua res iure ſucceſſionis communicatas ad diuiſionem reuocare; ad eámque diuiſionem faciendam cohęredes prouocare poſſent: quę quidem actio familię erciſcundę nominatur. [e] Nam familia inter alia hęreditatem ſignificat: vt in illis legis duodecim tabularum verbis [Agnatus proximus familiam habeto.] Erciſcere autem antiquum verbũ, idem eſt quod diuidere: hinc dictum iudicium familię erciſcundæ, quòd & familia, id eſt hæreditas erciſci, id eſt diuidi petatur.

e l. vlt. C. de verb. ſig. l. Pronunciatio. 195. §. familia. D. eo. t.

f Veſemb. h. t.
g l. 1. D. h. t.
h l. 2. § in familiæ. l. 45. §. quæ familiæ. ib.
i l. in tribus. D. de iudic. § iudicium communi. D. fin. reg.
k l. Item § familiæ D. h. t.
l l. his conſequenter, cum l. ſeq. ibid.
m d. l. Item. §. pen.
n § quadam. Inſt. de act. §. Item ſi inter. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi cont.
o l. 9. C. eo §. actionum. Inſt. de act.

II. [f] Eſt autem hoc iudicium ciuile duplex; mixtum, bonæ fidei; vniuerſale, quoad diuiſionem hæreditatis officio iudicis faciendam agitur. Dico eſſe ciuile, [g] quia ex lege duodecim tabularum deſcendit. Duplex, [h] quoniam vnuſquiſque hæredum & rei & actoris partes ſuſtinet; [i] licèt quoad ordinem iudiciorum ſeruandum attinet, qui prior ad diuiſionem prouocat, actoris vice fungatur. Mixtum; nam dirigitur tam in rem quæ diuidi petitur, quàm in perſonam [k] reſpectu perſonalium præſtationum. vt accepti commodi vel incommodi, fructuum, expenſarum, & adiudicationum [l] quæ perſonales ſunt. [m] Permittitur enim in his iudiciis diuiſoriis, iudici rem alicui litigatorum ex bono & ęquo compenſatione pretij facta adiudicare. [n] Quin & ea ratione perſonalis cenſetur, quòd ex quaſi contractu ortum habeat, & in perſonam cohæredis tantùm detur. [o] Bonæ fidei iudicium eſt, quia ex ciuili bonæque fidei negotio ortum habet, vt laxior ſit iudicis in adiudicationibus ex bono & ęquo faciẽdis

poteſtas. Vniuerſale dicitur, quoniam vniuerſa hæreditas in hoc iudicium deducitur; adeò vt in omnium agentium perſonam condemnationes & abſolotiones faciendæ ſint, nec quidpiam debeat iudex relinquere indiuiſum.

CAP. II.

Quibus, & quando competat hæc actio, & contra quos.

III.[a] ILlud in aperto eſt, [b] inter cohæredes duntaxat huic iudicio eſſe locũ, [c] quocunque tandem iure hæredes ſint, ſiue ſuo nomine, ſiue iure ſucceſſionis; [d] & ſiue poſſideãt ſuam portionem, ſiue petant: [e] quorum vel vnus arbitrium familiæ erciſcundæ petere inuitis cæteris poteſt. [f] Sed nec dubitandũm eſt, quin & inter pauciores hæredes ex pluribus hoc iudicium accipi poſſit: * quod tamen abſentibus, aut ad diuiſionem non vocatis, nullum creat præiudicium: & generaliter qoi petere hæreditatem poſſunt, hi & diuiſionem rectè petunt.

IIII. [g] Bonorum poſſeſſoribus, fideicommiſſariis, reliquiſque qui veri hæredes iure ciuili non ſunt, ſed vicem hæredis referunt non quidem directum hoc iudicium, quod cũm ciuile ſit, ad ſolos hæredes pertinet, ſed vtile ex æquitatis interpretatione, ſententia que legis competit.

V. [h] Quamuis autem omnibus hæredibus huius iudicij exercitium competat, tamen illud tenendum eſt, tum demũ id obtinere, cũm iam adita eſt hæreditas. Nam per aditionem hæredibus ius quæritur; & res inter eos communicantur.

VI. [i] Poſtquam autem competere cœpit, exemplo cæterarum perſonalium actionum, in perpetuum, id eſt triginta annis durat.

VII. [k] Semel intentari hæc actio poteſt, quia vniuerſalis eſt: omniũmque diuiſio rerum in vnum iudicium deduci atque explicari debet: quod ſi non fiat, & res quæpiam remanſerint indiuiſæ, communi diuidundo erit agendum.

VIII. [l] Qui cohæres non eſt, ei nec adiudicari quicquam oportet, neque aduerſarius eſt ei condemnandus: denique planè aditus huius iudicij ei eſt præcluſus: adeò vt ſi is qui poſſidet, neget agentem eſſe ſibi cohæredem, poſſit eum excludere per hanc exceptionem, Si in ea re, de qua agitur, præiudicium hæreditati non fiat. Prius enim oportet de iure hæreditario per petitionem hæreditatis cognoſcere, quàm de diuiſione.

IX. [m] Si fratres & conſortes æquis portionibus bona hæreditaria triennio continuo poſſederint; æquis portionibus pro diuiſo præſumitur diuiſio inter eos facta hæreditatis.

CAP. III.

Patrem poſſe hereditatem, bonáque ſua diuidere inter liberos.

X.[n] [IVdex in diuidendo inter liberos, debet ſequi voluntatem patris etiam non ſolemnem.] Filij patris teſtamentum reſcindendi, ſi hoc inofficioſum probare non poſſunt, nullam habent facultatem. Sed & ſi tam citra teſtamentum, quàm etiam codicillos iudicium eius deficiat; verùm quibuſcunque verbis voluntas eius declarata ſit, licèt ab inteſtato ei fuerit ſucceſſum; ex ſenatuſconſulto retentionis modo ſeruato; familiæ erciſcondæ iudicio aditum iudicem ſequi voluntatem patris oportere, iuris auctoritate ſignificatur.

XI. [o] [Iudex in hoc iudicio debet ſequi patris voluntatem in rebus diuiſis: in non diuiſis ſequitur iuris auctoritatem.] *De quo Imperatores Diocletianus & Maximianus ita reſcripſerunt:* Si cogitatione futuræ ſucceſſionis, officium arbitri diuidendæ hæreditatis præueniendo, pater communis iudicio ſuo, qualicunque indicio ſuam declarauerit voluntatem: inter eos qui ei ſucceſſerunt, exemplo Falcidiæ retentionis habita ratione, familiæ diuidendæ cauſa datus arbiter, pro virili præterea portione eorum quæ nulli generaliter vel ſpecialiter adſignauit, facta diuiſione, in adiudicando patris ſequatur voluntatem.

CAP. IIII.

Quomodo fiat diuiſio hæreditatis, ſeu quid veniat in hoc iudicium: aut non veniat.

XII. [p] IAm videamus, de quibus rebus detur hæc actio: & quæ res, & quomodo in hoc iudicium veniant. [q] Ad omnem igitur hæreditatem, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato deuolutam pertinet. * Sed & de pluribus hæreditatibus, quæ inter eoſdem ex diuerſis cauſis communes ſunt, vnum familiæ erciſcundæ iudicium ſumi poteſt: déque omnibus rebus hæreditariis tam ſoli quàm mobilibus; [r] ſiue in ipſa hæreditate iauentis, [s] ſiue occaſione hæreditatis, vt vſucapione & ſimilibus modis; acquiſitis etiam alienis quas bona fide defunctus poſſedit, [f] aut pignori habuit: [t] denique de omnibus omnino commodis & incommodis hæreditatis, iudicium familiæ erciſcundæ competit, [u] vnde in illud & præteriti temporis fructus veniunt. [x] Item ea, quæ vel dolo, vel culpa cohæredis aut amiſſa aut deteriora reddita ſunt. Ex quibus intelligitur, quid ſit [z] quod dicat iuriſconſultus, hoc iudicium ex duabus conſtare rebus: videlicet quæ diuidi petuntur, & præſtationibus, quæ alij ab alia ratione fructuum, doli, culpæ, & cæterorum ſunt faciendæ.

XIII [a] In hoc iudicium illa quoque deduci ac reputari æquum eſt, quæ à morte teſtatoris in res hæreditarias inſumpta ſunt: & quicquid neceſſitate cogente, non autem ex voluptate heres fecit, aut expendit.

XIIII. [b] Illud officio iudicis incumbit, vt nihil omnino relinquat indiuiſũ. Nã cũm tota

a Veſemb. in hunc t. Comm. l. cùm putauim. D. h. t.
b l. ſi familia. ibid.
c l. 1. 2. l. hæredes §. 1. ibid.
d l. Arbitriũ. ibid.
e d. l. 2. §. dubitandum.
f l. Cohæredibus. C. eo. t. l. inter. §. inter cohæredes. D. h. t.
g Veſemb. h. t. com. d. l. 2. in prin. & §. ſi quarta. l. Sed & eius. l. ſi ex aſſe. D. h. t.
h Veſemb. d. loco. l. Quærat in ſi. D. h. t.
i Veſemb. d. loco.
k Idem ibid.
l Idem ibi l. ſi certa ſi. l. fundus. §. ult. D. h. t.
m glo. in l. ſi maior. C. com. diuid. quam commendant ibi Bart. Bal. Alb. & Sal. qui allegat text. in l. itaque D. pro ſoc. ſa. l. ſi filius D. de pet. hær. l. Qui in aliena D. de acq. hær. Boerius Deciſ. 58 Contra opi. Petri Bellapert. & Rauen. in d. l. ſi maior.
n l. Filij. C. h. tit.
o l. ſi cogitatione. ibid.
p Veſem. com. in hunc. t. D.
q d. l. 2. D. h. t.
* l. heredes, ibid. l. 8. 9. 10. 11. 12. cum ſim. d. t.
r l. Item. ibid.
ſ l. ſi pignori. ibid.
t l. Item ex diuerſo. l. Item Labeo. ibid.
u l. pen ibid.
x d l. heredes. §. non tantùm. l. Et puto. § ſed & ſi dolo. ibid.
z d. l. Item Labeo.
a Veſemb in hunc t. com. D. l. ſi quid. ibid l. Ex duabus D. de neg. geſt. l. his conſe quenter, § ſumptuũ. d l. heredes § ſi unum. l. ex parte. in prin. D. h. t.
b Veſemb. d. loco. l. Officio. D. h. t.

here-

hæreditas petatur diuidi, [a] ſententia & officium iudicis libello debet eſſe conforme; ſed in omnium perſonis abſolutiones & condemnationes faciat; [b] de euictione aliiſque iuribus cautiones ex bono & æquo interponi iubeat. [c] Et ſi quæ res commodè diuiſionem non recipiunt; vel alternis temporibus adiudicet, vel licitatione admiſſa, & compenſatione ptetij facta, alteri tem, alteri pretium adiudicet.

a l. vlt. C. de fideic. l. vt fundus. D. commun. diuid.
b l. Heredes. §. vlt l. in hoc iudicio. D. h. t.
c l. in hoc iudicio. D. h. t. l. Item. Labeo. ib.

XV. [d] [e] Quòd ſi alterutra pars diuiſionem detrectet, nihilominus poteſt iudex diuidere; & præſenti ſuam adiudicare partem; abſentis verò partem apud ſequeſtrum deponere.

d e Veſemb. d. loco. Spec. t. de ſecun. dec. §. videndum. nu. 5.

XVI. [f] Diuiſionis autem poteſtatem vni; alteri verò electionis, iure ciuili iudex, niſi per formam licitationis dare nō poteſt: quod tamen à Canonicis & moribus quarundam gētium receptum eſt; ſcilicet vt maior natu diuidat; minor eligat. Nec exemplo primæ vetuſtatis res caret. [g] Sic enim legimus Abrahamum maiorem natu patrueli ſuo Lotho optionem in diuiſione reliquiſſe. [h] Cæterùm vbi conſuetudine vel ſtatuto hoc indictum non eſt, tutius fuerit etiam inter duos, nedum plures, rem ſorti committere: nec inter æquales alteri præ altero aliquid concedere: prout video communi calculo probari.

f Veſemb. d. loco. Iaſ. d. loco c. 1. de paroch.
g Geneſ. 13.
h Tiraquel. de iure primogen. q. 60. per l. vl. C. de lega. commiſ.

XVII. [i] Ea quæ in nominibus ſunt, non recipiunt diuiſionem; cùm ipſo iure in portiones hæreditarias ex lege duodecim tabularum diuiſæ ſint. [k] In hoc tamen iudicium, etſi nomina non veniunt, tamen ſi ſtipulationes interpoſitæ fuerint de diuiſione eorum, vt ſtetur ei; & vt alter alteri mandet actiones, procuratorémque eum in rem ſuam faciat; ſtabitur diuiſioni. [l] Planè etiam ad officium iudicis nonnunquam pertinet, vt debita & credita ſingulis pro ſolido aliis alia attribuat: quia ſæpe & ſolutio & exactio partium non minima incommoda habet. Nec tamen ſcilicet hæc attributio illud efficit, vt quis ſolus totum debeat, vel totum alicui ſoli debeatur; ſed vt, ſiue agendum ſit, partim ſuo, partim procuratorio nomine agat; ſiue cum eo agatur, partim ſuo, partim procuratorio nomine conueniatur. Nam licèt libera poteſtas maneat creditoribus cum ſingulis experiundi, tamen & his libera poteſtas eſt ſuo loco ſubſtituendi eos, in quos onera actionis officio iudicis tranſlata ſunt.

i l. ea quæ. C. h. t.
k l. 2. §. vlt. D. h. t.
l l. Planè. ibid. l. licet. C. eo. t.

XVIII. [[m] Peculium profectitium venit inter hæredes diuidendum] *De quo Imperatores Diocletianus & Maximianus Saturnino ita reſcripſerunt:* Certum eſt, liberorum peculia poſt mortem patris in hæreditatem diuidendam ad communionem eſſe uocanda. Frater autem & cohæres tuus, ob contractus, quibus viuente patre, etiam ignorante ipſo obligatus ſunt, conueniri alterum fratrem tuum cohæredem veſtrum vltrà non poteſt, quàm vt de peculio ſuo recipiat tantam quantitatem, in quantam condemnatus eſt his, cum quibus ipſe contraxit.

m l. etiam. C. h. t.

Secunda pars dicti capitis quarti.

Quid non veniat in hoc iudicium: ſeu quæ diuidenda non ſint.

XIX. [n] IN iudicium familiæ erciſcundæ pernicioſa non veniunt; vt mala medicamenta, aut venena; aut libri improbatæ lectionis, & ſimilia quæ à bono & innocēte iudice ſtatim ſunt corrumpenda: neque quæ furto, aut alio crimine acquiſita ſunt, [o] quæ dominis, aut quibus debentur, reſtitui oportet: nec quæ ſpeciali titulo, vt pro donato, aut pro emptore à cohærede poſſidentur. Vniuerſalia enim iudicia aduerſus titulo ſpeciali poſſidentem non dantur, [p] quemadmodum ſuprà diximus. Vnde ſi quid contendas ex hæreditate mihi tecum eſſe commune, quod ego ex alia cauſa meum proprium dico, id in familiæ erciſcundæ iudicium, quod de ſola hæreditate datur, non venit.

n Veſemb. d. loco. l. 4. D. h. t.
o l. Heredes. §. quod pro emptore ibid.
p t. de petit. hær.

XX. [q] Quædam etiam vt præcipua cohæredi adiudicari debent: nec reputantur, [r] veluti prælegata, [ſ] & quod defunctus hæredi debuit: [t] item expenſæ nomine filij factæ.

q Veſemb. d. loco.
r l. Pompon. l. ſi ita. D. h. t.
ſ l. ſi filia §. 1. l. Fundus. ibid.
t l. Quæ pater. ibid.

CAP. V.

Effectus huius iudicii.

XXI. [u] SI familiæ erciſcundæ actum ſit, adiudicationes prętor tuetur, exceptiones aut actiones dando has petentibus: illas poſſidentibus, [x] exemplo aliarum rerum iudicatarum, quę vtroque remedio defenduntur.

u l. inter. §. 1. ibid.
x l. Actori. C. de reb. cred. toto t. de exc. rei iudic. D.

XXII. [z] Diuiſio, emptionis vicem obtinet: [a] quæ ſi ſit inæqualiter facta, ad æquitatem reduci debet: [b] quod de inæqualitate dimidiam iuſtæ æſtimationis partem ſuperante noſtri interpretantur.

z Veſemb. d. loco. l. 1. C. com. vtr. iud.
a a. l. 3. d. t.
b DD. in d. l. 3.

XXIII. [[c] Ex diuiſione iudicis obligatur quis de euictione; ſicut è diuiſione contrahentium, niſi vnuſquiſq; receperit in ſe rei euentum] Paul. Caſtr. *De quo ita Imperatores Diocletianus & Maximianus ita reſcripſerunt:* Si familiæ erciſcundæ iudicio, quo bona paterna inter te ac fratrem tuum æquo iure diuiſa ſunt, nihil ſuper euictione rerum ſingulis adiudicatarum ſpecialiter inter vos conuenit, id eſt, vt vnuſquiſque euentum rei ſuſcipiat, rectè poſſeſſionis euictę detrimētum fratrem & cohęredem tuum pro parte agnoſcere, pręſes prouinciæ per actionem [pręſcriptis verbis] compellet.

c l. ſi familia. C. h. t.

CAP. VI.

Succeſſionis inſtrumenta apud quem deponenda.

XXIV. [d] QVia inſtrumēta, pēdēte hoc iudicio, cuſtodiri debēt, ideo cura-

d Veſemb. d. loco. l. 4. 5. 6. D. h. t. l. vlt. D. de fid. inſtr.

re debet iudex, vt apud eum maneaot, qui maiore ex patte hæres ſit; cæteri deſcripta recognitáque habeant; cautione tamen intetpoſita, vt cùm res exegerit, ipſæ authenticæ tabulæ exhibeantut. Quòd ſi omnes iiſdem ex partibus hæredes ſint, nec inter eos conueniat apud quem potiùs eſſe debeant, ſortiri eos oportet, aut ex conſenſu, vel ſuffragio eligendus erit amicus apud quem deponantur; vel io æde ſacra deponi debent.

TIT. VI.

De collationibus.

Hic titulus quatuor capitibus continetur; quorum primum eſt, Quid ſit collatio. Secundum, Quando & inter quos ſit locus collationi. Cuius prima pa s, Quando collatio fieri debeat. Secunda, Qui conferre non teneantur. Tertium caput eſt, Quæ res veniant in collationem, aut non veniant. Cuius prima pars eſt, Quæ res veniant in collationem. Secunda, Quæ res non veniant in collationem. Quartum caput eſt, Quomodo fiat collatio.

CAP. I.

Quid ſit collatio.

I. [a] Conferre, eſt aliquid in medium ferte, & cnntribuere.

II. [b] Collatio eſt, rei propriæ in commune illatio, vt hæreditati communi petmixta inter omnes hæredes æqualiter diuidatur.

a *Veſem com. in hunc t. l. & toto t. D ad leg. Rhod. de iactu in verb contributione. & toto t de tributoria actione. D.*

b *Bal. in l. ſi emancipati. C. h. t. gl. & DD. in rubr. D. Iaſ. C eo. DD in d. l.*

CAP. II.

Quando & inter quos ſit locus collationi.

III. [c] Sciendum eſt, in ſucceſſione deſcendentium tantummodo locum eſſe collationi; non in aſcendentibus aut collateralibus, in quibus communicationis ratio ceſſat; quia nullus eorum defuncto, ſed ſibi acquiſiuit.

c *Veſemb in hunc t. Iaſ. in d. l. ſi emancipati.*

IV. [d] Scæuola [Si filius in poteſtate hæres inſtitutus, adeat: &, emancipato petente bonorum poſſeſſionem contra tabulas, ipſe non petat; oec conferẽdum eſt ei.] Sed magis ſentio, vt, quemadmodum pro parte hæreditatẽ tetinet iure eo, quòd bonorum poſſeſſionem petere poſſet, ita & conferri ei debeat; vtique cùm iniuriam per bonorum poſſeſſionem patiatur.

d *l. ſi filius D. h. t hæc appellatur æquitas Scæuolæ. Vitalis Nemauſenſis, tract. de collationibus.*

V. [e] Nepotes non ſolùm conferunt inuicem, verumetiam cùm ſuccedunt cum patruis.

e *Idem Vitalis d. tract.*

VI. [f] Tam in poteſtate conſtituti, quàm emancipati inuicem conferunt.

f *Idem ibid. l. vt liberis. C h. t. l. 1. ib*

VII. [g] Etiam ex teſtamento ſuccedentes collationi obſtringuntur.

g *Idẽ Vitalis ibid. auth ex teſtamento. C. h. t.*

Secunda pars dicti capitis ſecundi.

Qui conferrre non teneantur.

VIII. [h] Inter collaterales ſuperiores, vt patruos cum inferioribus, vt nepotibus; vel contrà, inferiores cum ſuperioribus, ſi ſuccedant vni collaterali, ceſſat collatio, ſicut inter extraneos: [i] ſecus, ſi iſti ſuccederent vni aſcendenti.

IX. [k] Collationis beneficium in hæredes tranſit.

h *Idem Vitalis d. tract. l. 2. C. de legit. hær. & l. vlt. C. com. vtriuſq. iud.*

i *Idem. C h. t. Bald in rubr. eius t.*

k *Veſemb. in hunc t. D. l. ſi maritus. C. eo. t. vbi Iaſ.*

CAP. III.

Quæ res veniant in collationem, vel non veniant.

Prima pars.

Quæ res veniant in collationem.

Imperator Leo.

X. [l] Vt liberis, tam maſculini, quàm fœminini ſexus, ſiue ſui iuris, ſiue in poteſtate conſtitutis, quocunque iure inteſtatæ ſucceſſionis; id eſt, aut teſtamento penitus non condito, aut ſi factum fuerit, contra tabulas bonorum poſſeſſione petita, vel inofficioſi querela mota, reciſſo: æqua lance, parique modo vt proſpici poſſit; hoc etiã æquitatis ſtudio præſenti legi credimus inſerendum, vt in diuidendis tebus ab inteſtato defunctorum parentum, tam dos, quàm ante nuptias donatio conferatur, quam patet vel mater, auus vel auia, proauus vel proauia, paternus vel maternus dederit vel promiſerit pro filio vel filia, nepote vel nepte, pronepote vel pronepte, nulla diſcretione intercedente; vtrùm in ipſas ſponſas pro libetis ſuis memorati parentes donationem contulerint, an in ipſos ſponſos earum, vt per eos eadem in ſponſos donatio celebtetur: vt in diuidendis rebus ab ioteſtato defuncti parentis, cuius de hęreditate agitut, eadem dos, vel ante nuptias donatio ex ſubſtantia eius profecta conferatur; emancipatis videlicet liberis vtriuſque ſexus, pro tenore præcedentium legum ea quæ in ipſa emancipatione à patẽtibus ſuis (vt adſolet fieri) conſequontur; vel poſt emancipationem ab eiſdem patentibus acquiſierint, collaturis.

l *l. vt liberis. C. h. t.*

XI. [m] Cùm pater ex neceſſitate pro modo ſuarum facultatum teneatur dotare filiam, & in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtat, nec donare videatur; meritò placuit, non voluiſſe patrem dotem filię eſſe pręcipuam, & propterea eam, ſicuti reliqua bona, in commune eſſe conferendam.

m *Veſemb in t de collat. detrud. quæ liberos D de rito nupt. l. cùm poſt. § gener. D. de iur. dot l. vlt. C. de dot. prom.*

Imp. Iuſtinianus.

XII. [n] Iubemus, ad ſimilitudinem eius qui ante nuptias donationem, vel dotem conferre cogitur, etiam illam perſonam, quę nulla dote, vel ante nuptias donatione data, ſolam ſimplicem donationem à parentibus ſuis accepit, conferre eam: nec recuſare collationem ex eo; quòd ſimplex donatio non aliter confertur, niſi huiuſmodi legẽ donator tem-

n *l. pen. C. h. t.*

pore

pore ſuæ indulgentiæ impoſuerit.

XIII. [a] Dos debet conferri à filia, ſiue ſit data tempore nuptiarum; ſiue perfecto iam matrimonio; *atque adeò, ſi promiſſa tantùm fuerit.

XIIII. [b] Collatio inducta eſt, vt ſit inter liberos æqualitas, quæ eſt materia pacis inter fratres: [c] & in collatione bonorum iudex præ oculis ſemper habere æquitatem debet, vt inter fratres æqualitas ſeruetur.

XV. [d] Iure ciuili Romano, ius collationis tolli pacto non poteſt; [e] teſtamento poteſt.

Secunda pars dicti capitis tertij.

Quæ res non veniant in collationem.

XVI. [f] ADuentitia bona non conferuntur, cùm nouo iure patri non quærantur. Similiter nec caſtrenſia.

XVII. [g] Ex teſtamento & ab inteſtato ceſſat dotis & aliorum datorum collatio, ita demùm ſi parens hoc deſignauit expreſſim; aliis, quæ de collatione dicta ſunt, ſuum robur obtinentibus.

XVIII. [h] An vera ſimpléxque donatio facta filiæ aut filio conferenda ſit, controuertitur. Sed obtinuit, [i] vt legata, ita & donationes ſimplices, quæ quidem inofficioſæ non ſint, in collationem non venire: quia pater voluiſſe videtur vt eas præcipuas habeant, quibus eſſent factæ: exceptis ſcilicet caſibus, dictis verſibus decimo ſeptimo & duodecimo adſcriptis.

XIX. [k] Cùm pater inſtituere liberos debeat, [l] impenſæ ab eo factæ ſtudiorum causâ conferri à filiis non debent; eæque inſtar æris alieni habêtur. *Qua etiam ratione placuit, veſtimenta, libros, arma, equos, ſumptus Doctorales, & ſi qua ſunt ſimilia, filios nó communicare; [m] neque filiá, mundum, veſtes, ornamenta à patre accepta, ſumptus nuptiarum, & ſimilia quæ ſuo quodam iure ei debentur, & à patre ſunt præſtanda, velut quædam alimentorum acceſſio.

XX. [n] Actio iniuriarum in collationem non venit; quia magis vindictæ quàm pecuniæ habet perſecutionem: ſed actio furti & aliæ actiones pœnales conferri debent, ſi tempore mortis patris competant, ſiue in diem, ſiue ſub conditione.

XXI. [o] Succedens titulo particolari, conferre non tenetur.

XXII. [p] Teſtamento paterno tolli collatio poteſt.

XXIII. [q] Si in ſtipulatum deducta ſit dos, ſi quidem ipſa mulier ſtipulata ſit, vel ipſi negotiũ ſit geſtum; æquè conferre cogitur: ſi verò alij quæſita eſt ſtipulatio; dicendum eſt ceſſare collationem: & ſi promiſſa ſit dos; collatio eius ſit.

XXIV. [r] Cùm dos confertur; impenſarum neceſſariarum ſit detractio: cæterarum, non. Quòd ſi iam factum diuortium eſt, & maritus non ſit ſoluendo, non debebit integra dos computati mulieri, ſed id quod ad mulierem poteſt peruenire, hoc eſt, quod facere maritus poteſt.

XXV. *Fuit quæſtionis, an ſi ſua hæres patri cum fratribus contenta dote, abſtineat ſe bonis, compellatur eam conferre. Et Marcus Imperator reſcripſit, non compelli abſtinentem ſe ab hæreditate patris. Ergo non tantùm data apud maritum remanebit, ſed & promiſſa exigetur etiam à fratribus, & eſt æris alieni loco. Abſceſſit enim à bonis patris.

a Vitalis Nemanſ. tract. de collat. per l. vt liberis C. h. t.
* l. 1. §. 1. D. de colla. dot.
b Id. Vital. d. tract. l. Cum oportet. C. de bo. quæ liber. l. Cum pater. §. euictis. D. de lega. 2. Bart. in l. Pater. D. h. t.
c l. vlt. C. Com. vtr. iud. l. pen. C. eo. t.
d Veſemb. in hunc t. D. l. Pactum. C. de pact.
e l. ſi quis. §. vlt. D. h. t. cum auth. ſeqq. vbi Iaſ. nu. 1. & 2. l. Filia. & l. Filiam C. eo. t.
f Vitalis Nemanſ. d. tract. l. Cum oportet. C. de bon. quæ lib. Inſtit. per quas perſ. nob. acq. l. vlt. C. eo.
g Auth. ex teſtamento. C. h. t.
h Veſemb. in hunc t. D. Azo in d. auth. vbi Iaſ. & l. ſi donatione C. h. t.
i l. Filia 2. l. Filiam. C. de coll. Cuiac. lib. 1. Obſer. ca. 10.
k Veſemb. h. t. Com.
l t. de agnoſc. liber. D.
* l. Quæ pater. D. Fa. erciſ. Iaſ. in auth. Quod locum. n. 3 & 4. C. h. t.
m Rauenn. de teſta. in ſi. glo. Bald. in l. Filia C. h. t.
n Vital. Nemanſ. d. tract. l. 2. § emancipatus D. h. t.
o Idem Vital. d. tra. l. à patre. l. vlt. C. de collat. dot.
p Veſem. Com. in hunc t. l. ſi quis § vlt. l. 1. cum auth. ſeq. vbi Iaſ. nu. 1. & 2. C. eo. l. Filiam ibid.
q l. 1. §. 1. D. de collatione dotis.
r d. l. §. cùm dos.

* l. vlt. d. t.

CAP. IV.

Quomodo fiat collatio.

XXVI. [ſ] COllatio fit aut re ipſa, id eſt, ipſo facto inita collationis ratione: aut cautione; datis fideiuſſoribus, vel pignoribus de conferendo. [t] Quæ quidem cautio ſeu ſtipulatio committitur, cùm interpellatus, poſt aliquod ſpatiũ, quo potuit conferre, non fecit: & condemnationem, quanti ea res erit, continet.

XXVII. [u] Si quis, neque conferre, neque cauere velit; denegantur ei actiones hæreditariæ, puta hæreditatis petitio, donec conſilium mutet. Sed & implorato officio iudicis is poteſt compelli. [x] Quid enim ſi nó opus illi ſit actionibus vt pote poſſidenti, & conferre nolit? [z] Agenti quoque obiici poteſt exceptio, quæ impedit litis ingreſſum. Quòd & ſi ſine exceptionis obiectu admiſſus ſit agens, & diuiſio cum ipſo facta; poterit nihilominus pòſt officio iudicis implorato collatio peti.

ſ Veſemb. in hunc t. l. 1. §. iubet. D. d. t.
t l. ſi quis. §. vlt. ibid.
u Veſemb. d. loco. l. 1. §. ſi frater & §. ſed ſi eis l. Nonnunquam. ibid.
x l. ſi ſoror C. h. t. l. 1. D. de coll. dot. DD. in l. ſi emancipatis. C. h. t.
z Iaſ. in l. poſthumo C. eo. l. ſi ſoror. d. t.

TIT. VII.

De inofficioſis donationibus.

I. [a] NOn conuenit dubitari, quòd immodicarum donationum omnibus querela ad ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti legibus fuerit introducta: vt ſit in hoc actionis vtriuſque vel vna cauſa, vel ſimilis exiſtimanda.

II. [b] [Si per inofficioſam donationem filij fraudantur, competit eis querela inofficioſæ donationis] *De quo Imperator Philippus ita reſcripſit*: Si, vt allegatis, mater veſtra ad illudendam inofficioſi querelam, penè vniuerſas facultates ſuas, dũ ageret in rebus humanis, factis donationibus, ſiue in quoſdam liberos, ſiue in extraneos exhauſit, ac poſtea vos ex duabus vnciis fecit heredes: eáſque legatis & fideicommiſſis exinanire geſtiuit; non iniuriâ iuxta formam de inofficioſo teſtamento conſtitutam, ſubueniri vobis, vt puta, debitam hæreditatis portionem non habentibus, deſideratis.

Imperatores Valerianus & Gallienus AA. AEliano.

III. [c] Precibus quidem tuis propoſita reſcripta eos parentes denotant duntaxat, qui, cùm teſtamento facto, viui patrimonium

a l. vlt. C. h. t.
b l. 1. ibid.
c l. 3. ibid.

ſuum immenſis donationibus exinaniſſent, inane nomen hæredum reliquerunt; ſed ad inteſtatos quoque eadem ratio æquitatis extenditur.

a l.ſi totas. ibi.

IV. a[Quod immoderatè vni ex liberis eſt donatum, propter ſuperuenientes liberos vſque ad debitum bonorum ſubſidium reuertitur ad patrimonium donatoris.] *De quo Imperatores Diocletianus & Maximianus ita Cottabeo reſcripſerunt*: Si totas facultates tuas per donationes vacoas feciſti, quas in emancipatos filios contuliſti, id, quod ad ſubmouendam inofficioſi teſtamenti querelam non ingratis liberis relinqui neceſſe eſt, ex factis donationibus detractum, vt filij vel nepotes poſtea ex quocunque legitimo matrimonio nati, debitum bonorum ſubſidium conſequantur, ad patrimonium tuum reuertetur.

V. De hac eadem re pleniùs ſupra titulo *De inofficioſo teſtamento*, & titulo *De donationibus*.

VI Donatio inofficioſè à patre filio facta, reuocatur familiæ erciſcundæ iudicio: emancipato verò donata; per querelam inofficioſę donationis.

Imperatores Diocletianus & Maximianus.

VII. Querela inofficioſæ donationis non habet locum, vbi locus eſt reſtitutioni in integrum.

b l.cum donationibus. ibid.

VIII. b[Debita portio; item in integrum reſtitutio; præterea voluntatis defuncti agnitio, hanc querelam excludit] Saly. *De quo iidem Impp. Demetrianæ ita reſcripſerunt*: Cùm donationibus in fratrem tuum collatis facultates patris tui exhauſtas eſſe; eundémq; patrem veſtrum, ea, quæ ſuperfuerant codicillis inter vos diuiſiſſe proponas; ſi voluntatem eius non agnouiſti; nec beneficio ætatis aduerſus hæc iuuari poteris, nec tantum dos à patre data, & fideicommiſſum continent, quantum ad ſubmouendam querelam ſufficiat; de enormitate donationum ad exemplum inofficioſi teſtamenti præſes prouinciæ iuriſdictionis ſuæ partes exhibebit.

TIT. VIII.

De inofficioſis dotibus.

Imperator Conſtantinus ad Maximum præſidem Siciliæ.

a l.vnica. C. d. tit.

I. a CVm omnia bona tua in dotem dicantur exhauſta, leges legibus concordare promptum eſt: vt ad exemplum inofficioſi teſtamenti aduerſus dotem immodicam exercendæ actionis copia tribuatur; & filiis conquerentibus emolumenta debita conferantur.

TIT. IX.

De ſecundis nuptiis.

Imperatores Gratianus, Valentinianus & Theodoſius.

a l.1. C. h. t.

I. a SI qua mulier nequaquam luctus religionem priori viro nuptiarum feſtinatione pręſtiterit; ex iure quidem notiſſimo ſit infamis: præterea ſecundo viro vltra tertiam partem bonorum in dotem non det; neque ei ex teſtamento plus quàm tertiã partem relinquat. Omnium pręterea hęreditatum, legatorum, fideicommiſſorum ſuprema voluntate relictorum, mortis cauſâ donationum ſit expers. Hæc nanque omnia ab hæredibus, vel cohæredibus, aut ab inteſtato ſuccedentibus vindicari iubemus; ne in his, in quibus morum correctionem induximus, fiſci videamur habere rationem. His etiam amittendis, quæ prior maritus ſuprema voluntate reliquerit: quanquam hæc, quę mulieri à priori viro relinquuntur, & per immaturum matrimonium vacuata eſſe cœperunt, primò à decem perſonis edicto pretoris enumeratis, id eſt aſcendentibus & deſcendentibus: ex latere autem vſque ad ſecundum gradum, ſcilicet gradibus ſeruatis; deinde præſumi à fiſco iubemus. Eandem quoq; mulierem infamem redditã, hæreditates ab inteſtato, vel legitimas, vel honorãrias, non vltra tertium gradum ſinimus vindicare.

Imperator Iuſtinianus.

b Auth. Eiſdem. d. t.

II. b Eiſdem pœnis ſubiiciatur etiam ea, quæ parit intra luctus tempus, ſi modò indubitatum ſit ſobolem hanc ex defuncto non exiſtere. Item & ea, quæ ſuſcepta liberorum tutela, contra ſacramentum ſecundò nubit, non priùs tutorem petens, & rationem reddens, & exſoluens omne quicquid debet. Sed hodie vlteriore iure ſacramentum ab ea non exigitur, ſed contractis nuptiis à tutela repellitur.

c l.3 & tribus auth. ſeqq.

III. c Mulier tranſiens ad ſeconda vota, tenetur reſeruare filiis primi matrimonij, vel vni ex his lucra omnia quæ à primo viro ad eam peruenerunt, etiamſi donationem propter nuptias alius ei dederat pro viro. Sed hoc hodie non vni tantùm poteſt relinquere, ſed inter omnes diſtribuitur.

d l.cum alio. ibid. vbi Bal.

IV. d Ex quocunque coniugio ſuſcepti liberi collatas in parentes ſponſalitias largitates ſibi vindicant.

e l.Generaliter. ab. ex Baldo.

V. e Sicut mulier tranſiens ad ſecunda vota, lucra prioris matrimonij tenetur reſeruare liberis eiuſdem matrimonij; ita vir ad ſecunda quoque vota tranſiens lucra dotis reſeruare debet.

f l.hac edictali. ibid. ex Salyceto.

VI. f Vir ſecundum coniugium iniens, non poteſt vllo titulo in ſecundam coniugẽ transferre plus quàm reliquerit vni è liberis prioris matrimonij, cui minùs reliquit.

g d. l. §. ex Baldo.

VII. g Bona parentum ſecunda coniugia ineuntium ſunt liberis, quibus debent reſeruari, tacitè obligata.

h l.Quoniam. ibid.

VIII. h Totum quod vltra modum ſecundę coniugi datur, tanquam non datum liberis vtriuſque matrimonij reſeruatur.

A

TIT. X.

De iure dotium.

Hic titulus duo capita continet; quorum primum eſt, De dotis promiſſione, pollicitatione, & conſtitutione. Secundum, cuius prima pars eſt, Soluto matrimonio quemadmodum dos reddatur. Secunda pars, Qualis dos reddenda, & qualem culpam, dolúmve, aut quale periculum præſtet maritus. Tertia pars, Dos à patre profecta per quos repeti poſſit. Quarta pars, De impẽſis in res dotales factis. Quinta pars, Maritus in quantum facere poteſt, reddere dotem cogitur. Sexta pars, Quæ res in dotis reſtitutionem non veniant.

B

CAPVT I.

De dotis promiſſione pollicitatione, & conſtitutione.

C

I. [a] DOs eſt pecunia nuptiarum causâ data, [b] pro ſuſtinendis matrimonij oneribus.

II. *Etſi nuptiæ ſine dotibus eſſe poſſunt, tamen conſtat dotis cauſam ita matrimonijs eſſe coniunctam, vt nulla dos ſine coniugio intelligatur.

III. [c] Perinde eſt, ſiue mulier dotem det, ſiue quiuis alius eius nomine, vt pater;[d] cuius officium eſt ([e] non autem matris, [f] fratrum, aut propinquorum) dotare filiam; [g] quæ dos profectitia appellatur: ſed ſi ab extraneo profecta dos ſit; nõ profectitia, ſed aduentitia dici poteſt. [h] Nam promittendo dotem, omnes cuiuſcunque ſexus, aut conditionis obligantur: vt nihil interſit à quo dos promittatur, aut detur. Nec illud etiam refert quacunque in materia dos conſtituatur, quæque res in dotem detur, ſiue mobiles; vt quę pondere, numero, menſura conſtant, vt pecunia: ſiue res ſoli, vt domus, lapidicinæ: ſiue iura etiam incorporalia, vt nomina, ſeruitutes, actiones, feuda: ſiue proprietas, ſiue vſusfructus, ſiue omnia bona; quæ tamen ſine conuentione non cenſentur data, ſiue pars eorũ, ſiue æſtimata, ſiue inæſtimata: quanquã commodius eſt viro non æſtimata accipere; ne eorum periculum ſubeat.

D

a l. ſi alia. vbi DD D ſo. matr. l. Pro oneribus C. eo. l. Dotis fructus D. ſol matr.
* l. vlt C de don ante nupt. l. vlt. $. de re iud. l. 3. D. ſol. matr quemad. dos pet.
c Veſemb. in 1. ſol matr. D.
d Bart. & DD. in l. vnic. $. 1. C de rei vxo. act.
e glo. in l. vlt. in l. de diuiſione. vbi Bar & DD. D. d. t. Sol matr. Iaſ. in $ fuerat. de act.
f Iaſ in d. $.
g Bart in l ſi donaturus. in prin. D de cõd. ob cauſ. Iaſ. in d. $.
h l in rebus. C. de don ant. nupt.

E

IV. [i] Non refert dos promittatur, an quantum quis arbitratus fuerit, Nam tunc in arbitrium boni viri collata dotis conſtitutio videtur. Quòd ſi ſine mentione arbitrij ſimpliciter promittatur; patrem ea promiſſio obſtringit: [k] quia pro modo facultatum ſuarum ad quantitatem legitimorum & congruorum alimentorum, próque mariti dignitate dotare filiam debet.

i Veſemb in d 1. Sol. matr. l. 3 D. d. t. Sol. matr.
k l Eas. D de cap. dem. Bart. in rub. Sol. matr.

F

Imperatores Theodoſius & Valentinianus.

V. [l] Ad exactionem dotis, quam ſemel præſtari placuit, qualiacunq; ſufficere verba cenſemus, ſiue ſcripta fuerint, ſiue non; etiamſi ſtipulatio in promiſſione rerum dotaliũ minimè fuerit ſubſecuta.

l l. ad exactionem. C. de dotis promiſſione & nuda pollicitatione.

G

A

Imp. Iuſtinianus.

VI. [m] Sancimus, ſi pater nihil addendum exiſtimauerit; ſed ſimpliciter dotem, vel ante nuptias donationem dederit, vel promiſerit; ex ſua liberalitate hoc feciſſe, intelligi; non ex bonis quę alio iure filio vel filię competerent.

m l. Sancimus. ibid.

VII. [n] Nulla lege prohibitum eſt, vniuerſa bona in dotem marito mulierem dare.

B

VIII. [o] Neque mater pro filia dotem dare cogitur, niſi ex magna & probabili cauſa; vel lege ſpecialiter expreſſa; neque pater ex bonis vxoris ſuæ inuitæ vllam dandi habet facultatem.

IX. [p] Quamuis dos poteſtatis vel pactionis iure ad patrem redeat, non tamen licet ei, ſi filia denuo nubat, deminuere priorem dotis menſuram: niſi fortè ſubſtantia ſua decreſcat aliqua fortuita clade. Tunc enim amplius ſecundo marito præſtare non cogitur, niſi quantum eius facultates patiuntur.

C

X. [q] Si filia nubens, ſe ſua contentam dote, quæ iuſta tum fuiſſet, futuram promiſerit, ac paternæ hæreditati renuntiauerit; ſi poſtea patris facultates adauctæ fuerint, ſuppleri ſibi legitimam non rectè petet.

n l. Nulla. C. de iur. dot.
o l. Neque. ib.
p Auth. Sed quamuis. ibid.
q Boerius Deciſ. Burdeg. 62. vbi ref. ít Gananum Cancellarium diplomata in integrum reſtitutionis eam ob rem denegaſſe ſolutum. idem Boer. in Conſ. Buur. 1 de teſt. $. 6 arg. l. intra vtile D. de mino. & l. 2. & l. Si voluntate. C. de reſc. vẽd. & c cum dilecti & ibi gl. in verb. tunc de empt. & vend. Fr. Aretinus in l. per illũ text. C. de pact. Fr. Curtius conſ. vlt. Ph. Cornæus conſ 1. Vol. 4. fa. c. de rebus de intent. contra Baldi opinionem conſ. 369. quam cõfirmat, quod legitima data fuit cauſa renuntiationis, & ceſſante cauſa ceſſet effectus. arg. l his honoribus. $ ancilla poſt appellationem facultatibus, paupertatis obtentu no excuſatur. D. de mun. & hono. & arg. regula Odia reſtringi. de reg. iur. in 6. & l. Etiam. $. vlt. D de bon. lib. l ſi patronũ ex debita. $. vlt. d. t. Ludo. Rom ſing. 27.
r Veſemb. in d. 1. Sol matr. l $. vlt vbi gl. vlt. & Aug.

D

XI. [r] Ad formam harum conuentionum non arbitror [s] ſcriptura opus eſſe, [t] quamuis dotalium ſæpius inſtrumentorum fiat in iure mentio; cùm hæc non ad ſolemnitatem, [u] neque in pactis, [x] neque in dote, [z] vel etiã matrimonio requiratur. [a] Quinque tamen teſtiũ præſentiam neceſſariam eſſe iudico, ſi (quod plerunq; fit) in his de futura ſucceſſione mariti & coniugis agatur. [b] Nam pacta eiuſmodi de futura ſucceſſione ſapiunt donationẽ causâ mortis, & vltimam voluntatem; præſertim ſi non retractentur teſtamẽto. [d] In omni autem voluntate vltima quinque teſtium præſentiam exigi notiſſimum eſt; atque ita memini iudicatum.

E

XII. [e] An autẽ inſinuatione opus habeant, ſiquidem ſummam quingentis aureis maiorem complectantur? [f] Sanè in perſona mulieris opus habere non videntur; [g] reſpectu autem viri inſinuatione egent, niſi pacta ſint de futura ſucceſſione, aut donationes mortis causâ factæ: tunc enim velut vltima voluntas hanc ſolemnitatem non requirunt, [h] dummodo quinque teſtium præſentia comprobentur.

F

XIII. [i] Pacta dotalia ſeruanda, [k] dum ne repugnet legibus, aut bonis moribus, aut occaſionem delictis præbeant; aut indotatas

Inſt. de nupt. t l. Hæreditas. C. de pact. conu. l. 1. & 2. C. de dote. cau. l. Pactum. C de pact. u d. l. Pactum. x l. vlt $. vlt. de pact. Saly in Auth. Ex decurſione. C de don ante nupt. z glo. & [illegible] $ vlt. Inſt. de nupt. a Iaſ. in l. Nemo D. de leg. 1. b l. Talis $ vlt. D. de pact. c d. l. vbi Iaſ ſ. d. l. ab inteſtato. l. conficiuntur de iure cod. d d l. vlt. C. eo. l. vlt. C. de don. cauſ. mor.
e Veſemb. in d 1. Sol matr. f l. Minoribus & Auth. Ex diuerſum C. de don. ant. nupt. l. vlt. $. 1. D. de don. int. vir & vxo. l. pen. $. 1 vbi glo. C. de don.
g d. l $. vlt C. de don. int. vir & vx Saly. in d Auth Ex decurſum.
h DD. in l. Data C. de don. l. vlt. C. de don int. vir. & vxo.
i Veſembecius in d. t. Sol. matr. l. 5. L. Pompo. d. t. l. in traditionibus cum ibi ann. D. de pact. l. legem. C. eo. t l. 1. C de pact. conu l pen. C. de dot. pro.
k l. 2. & 4. D. d. t. Sol. matr.

G

mulieres adhuc ſuperſtites reddant.[a] Nam vt poſt mortem earum dotem maritus lucretur, (quod olim iuris communis erat) conueniri poteſt ;[b] & ſic conditio dotis fit deterior.

d. l. 2.

a d. l. Pompo. De dot. cum l. ſeqq. d. 2.

Imperatores Gratianus, Valentinianus & Theodoſius.

XIIII. [c] Siue ex iure, ſiue ex conſuetudine lex proficiſcitur, vt vir vxorem ſeruandæ dotis exhibeat, tamen eam iubemus abolere.

c l. 1. C. Ne fideiuſſores vel mandatores dotium dentur.

Imp. Iuſtinianus.

XV. [d] Generali definitione conſtitutionem priſtinam ampliantes, ſancimus, nullam eſſe ſatiſdationem, vel mandatum pro dote exigendum vel à marito, vel à patre eius, vel ab omnibus qui dotem ſuſcipiunt. Si enim credendam mulier ſeſe ſuámq; dotem à parte mariti exiſtimauit, quare fideiuſſor vel alius interceſſor exigitur, vt cauſa perfidiæ in connubio generetur?

d l. Poſter d. t.

XVI. [e] Ex promiſſione dotis oritur actio bonæ fidei, annexum habens ius tacitæ hypothecæ, qua maritus ab eo qui dotem promiſit, exigere poteſt. Item vt habeat eundem qui promiſit, & eius bona nomine euictionis obligata, ſi fortè res in dotem datas euinci contingat.

e Veſemb. in d. t. Sol. matr. glo. vlt. in l. De diuiſione vbi Bart. & DD. d. t. 14 poſt Io. Faber in §. Fuerat, de act. l. vn. §. 1. C. de rei vxor. act.

XVII. [f] Dotis iam conſtitutæ & traditæ maritus iuris interpretatione fit dominus propter vtilitatem, quò liberiùs & commodiùs vtifrui ea poſſit, & matrimonij oneta ſuſtinere. Nam fructus eius lucratur, & arbitrio ſuo ea vti frui poteſt,[g] conſtante quidem matrimonio.

f Veſemb. in d. l. Sol. matr. l. 3. d. t. l. Pro oneribus. C. eo. t.

g toto l. Sol. matr.

CAP. II.

Soluto matrimonio quemadmodum dos reddatur.

Prima pars.

XVIII.[h] ETſi dominium rei dotalis ipſo iure ad mulierem redit ſoluto matrimonio: non tamen poſſeſſio, quæ facti eſt, transfertur; eóque iure & legibus repetenda eſt; non violenter auferenda. Siue itaque morte, ſiue diuortio dirimatur coniugium (neque enim intereſt) competit ſtatim actio mulieri, & eius patri in cuius poteſtate eſt:[k] nonnunquam etiam extraneo, ſi dotem, quam dedit, ſibi reddi ſtipulatus eſt aduerſus maritum, aut eius hæredem;[l] vel patrem mariti, ſi dotem accepit.

h Veſembec in d. t. Sol. matr. l. Cùm hæredes D. de acq. poſſ.

i l. 2. 3. 4. l. ſi ab hoſtibus. D. d. t. Sol. matr. l. vni. § videamus. & § ex hoc. C. de rei vxo. act.

k l. Maritum cum l. ſeq. l. Etiã. D. d. t. Sol. matr.

l l. Re rediita te §. vlt. ibid.

XIX. [m] Dotium cauſa ſemper & vbique præcipua eſt. Nam & publicè intereſt dotes mulieribus conſeruari: cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam, replendámque liberis ciuitatem maximè ſit neceſſarium.

m l. 1. ibid.

n Veſembec. in d. t.

XX. [n] Actio ex ſtipulatu, qua dos repetitur, eſt bonę fidei, quam Iuſtinianus ſubſtituit actioni rei vxoriæ; quæ olim vxori, eiúſque patri, non autem reliquis mariti hæredibus dabatur. [o] Nam ex cauſa matrimonij dotem maritus lucrabatur, coniuge eiúſque patre demortuis;[p] niſi initio per ſtipulationem de dote aliis reddenda actum fuiſſet. [q] Sed quia Iuſtiniano viſum eſt, dotem, vt proprium fœminarum patrimonium, abſque cauſa, ſoluto quippe matrimonio, apud virum remanere; ideò voluit ſemper intelligi, ac fingi, ſtipulationem de reddenda dote interueniſſe, atque ita indiſtinctè hæredibus, non autem extraneis,[r] in quib' tacitę ſtipulationis fictio ceſſat, actionem dari: qua petitur dos reſtitui vnà cũ fructibus[ſ] pro portione anni quo diuortium factum eſt,[t] & reſtitutione damni, ſi quod dolo aut culpâ mariti accidit.

o Vlpia. lib. recept. ſent. t. 6. de dotib. in fi. prime de dote præl. lib. 4. C. de pact. conu. l. 1. C. Theo. de inoff. dot.

p l. 4. D. Sol. matr. auct. l. d. ſi pactum D. de prob.

q l. vn. in prin. & §. accedit. & §. illo. C. de rei vxo. act.

r d. l. vn. § accedit.

ſ l. 2. l. Fructus. l. ſi diuortium. l. ſi marito. §. vlt. Sol. matr.

t l. 2. in prin. ibid.

Imperator Iuſtinianus.

XXI. [u] Si non ſpecialiter extraneus, dotem dando, in ſuam perſonam dotem ſtipulatus ſit, vel pactum fecerit; tunc præſumatur mulierem ipſam ſtipulationem feciſſe, vt ei dos ex huiuſmodi cauſa accedat. Neq; enim in hac ſpecie volumus videri extraneum tãtam ſtipulationem feciſſe; ne, quod pro mulieribus introduximus, hoc aduerſus mulieres conuertatur. Extraneum autem intelligimus omnem citra parentem per virilem ſexum aſcendentem, & in poteſtate dotatam perſonam habentem. Parenti enim tacitam ex ſtipulatu actionem damus.

u d. l. vn.

XXII. [a] Si cùm dotem daret pater, vel extraneus, in vnum caſum pepigit, vel in diuortium, vel in mortem; dicendum eſt, in eum caſum, in quem non pepigit, mulieri eſſe locum.

a l. ſi cum dot. D. d. t. Sol. mat.

XXIII. [x] Viro atq; vxore mores inuicem accuſantibus, cauſam repudij vtrumque dediſſe, pronuntiatum eſt. Id ita accipi debet, vt ea lege, quam ambo contempſerunt, neuter vindicetur. Paria enim delicta mutua cõpenſatione diſſoluuntur.

x l. Viro. ibid.

XXIV. [a] Cùm mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur. Cur enim improbet maritus mores, quos ipſe aut antè corrupit, aut poſtea probauit? Si tamen ex mente legis ſumet quis, vt nec accuſare poſſit qui lenocinium vxori præbuerit; audiendus eſt.

a l. Cùm mulier. ibid.

Imp. Decius Vrbicanæ.

XXV. [b] Dotis tuæ potiorem cauſam magis eſſe cõuenit, quàm reipublicæ, cui poſtea idem maritus obnoxius factus eſt.

b l. Dotis. C. de dote promiſſ.

Iuſtinianus Imperator.

XXVI. [c] Vt pleniùs dotibus ſubueniatur, quemadmodum in adminiſtratione pupillarium rerum, & in multis aliis iuris articulis tacitas hypothecas ineſſe accepimus; ita in huiuſmodi de dote actione, damus ex vtroq; latere hypothecam; ſiue ex parte mariti, pro reſtitutione dotis; ſiue ex parte mulieris, pro ipſa dote præſtanda: vel rebus dotalibus euictis: ſiue ipſæ principales perſonæ dotes dederint, vel promiſerint, vel ſuſceperint: ſiue aliæ pro his perſonæ; & dos ſiue aduentitia, ſiue profectitia ſit ſecundùm veteris iuris nominationem.

c l. Vnica. in prin. C. de rei vxoria actione in ex ſtipulatu actionem trãſfuſa, & de natura dotibus præſtanda.

XXVII. [d] Mulieri etiã, ſoluto matrimonio,

d l. In rebus C. de dot. prom. ex Saly.

pro

pro rebus dotalibus etiam æſtimatis competit rei vindicatio, & hypothecaria; in quibus Romano iure præfertur credıtoribus anterioribus.

Imperator Iuſtinianus.

a d.l.vn. §. cùm autem.

XXVIII. a Cùm in exactione dotis, ex ſtipulatu quidem actio naturaliter reſtitutionem dotis à parte mariti vxori illico & in ſolidum fieri iubebat; rei vxoriæ autem annua, bima trima die, in his quæ pondete, numero, menſura conſiſtunt, exactionem pollicebatur, & non in ſolidum, ſed in quantum maritus facere poteſt, ſi non dolo malo ſuam deminuerit ſubſtantiam; in hac parte eandem figuram ex ſtipulatu damus actioni, vt ſi matrimonium fuerit diſſolutum, nullo pacto adhibito, in tantum quidem maritus condemnetur, in quantum facere poteſt: quia hoc æquiſſimum eſt, & reuerentiæ debitum maritali, ſi non dolo malo verſatus eſt; cautione videlicet ab eo exponenda, quòd ſi ad meliorem fortunam peruenerit, etiam quod minùs perſoluit, hoc reſtituere procuret.

Idem Imperator Iuſtinianus.

b d.l.§.exactio.

XXIX. b Exactio autem dotis celebretur non annua bima trima die, ſed omnimodo intra annum in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, vel incorporalibus: cæteris videlicet rebus quæ ſolo continentur illico reſtituendis; quod commune vtriuſque fuerat actionis. Sin autem ſuperſederit, res mobiles, vel ſe mouentes, vel incorporales poſt annale tempus reſtituere: vel cæteras res ſtatim poſt diſſolutum matrimonium: etenim vſuras eſtimationis omnium rerum quæ extra immobiles ſint, vſque ad tertiam partem centeſimæ ex bona fide introducendas maritus præſtet, fructibus videlicet immobilium rerum parti mulieris ex tempore diſſoluti matrimonij præſtandis: ſimilique modo penſionibus, vel vecturis nauium, ſiue iumentorum, vel operis ſeruorum, vel quæſtu ciuilium annonarum, & aliis quę ſunt eis ſimilia, parti mulieris reſtituendis.

* l.Dos à patre.C.Sol.mat.

XXX. * Dos à patre profecta, ſi in matrimonio deceſſerit mulier filiafamiliâs ad patrem redire debet.

Imperator Iuſtinianus.

* l.vn. §.illud. C. de rei vxo.

XXXI. *Illud ſeruatur in ex ſtipulatu actione, vt ſi deceſſerit mulier, conſtante matrimonio, dos neque in lucrum mariti cedat, niſi ex quibuſdam pactionibus; ſed ad mulieris hęredes ex ſtipulatu actio ſecũdùm ſuam naturam tranſmittatur, ſiue expreſſa fuerit, ſiue ex noſtra lege intelligatur.

Secunda pars dicti capitis.

Qualis dos reddenda; & qualem culpam dolúmve aut quale periculum præſtet maritus.

Iidem Imp. Iuſtinianus.

c d.l.vn. §.omniúque.

XXXII. c Foetus iumentorum, & omnia quę fructuũ nomine continentur, ad lucrum mariti pertineant pro tempore matrimonij, ſiue æſtimata, ſiue inæſtimata ſint. Sed & nouiſſimi anni in quo matrimonium ſoluitur, fructus pro rata temporis portione vtrique parti debere aſſignari, commune vtriuſque actionis, & rei vxoriæ, & ex ſtipulatu eſt, in rebus ſcilicet non æſtimatis. Æſtimatarum enim rerũm maritus quaſi emptor & commodum ſentiat, & diſpendium ſubeat, & periculum expectet.

d l.Æſtimata. D. d. t. Sol. matr.

XXXIII. d Æſtimatæ res, vſu etiam mulieris, periculo mariti deteriores efficiuntur.

Imperatores Diocletianus & Maximianus, Ruffinæ.

e l.cùm dotem. C. de dotis prom.

XXXIV. e Cùm dotem te æſtimatam accepiſſe profitearis; apparet iure communi per pactum quod doti inſertum eſt, formato contractu, ex empto actionem eſſe. Quis enim dubitet eſtimationem à te moliert deberi, cùm periculo tuo res deteriores fiant; vel augmenta lucro tuo recipiantur?

Iidem Imperatores.

f l.ſi inter.ibid.

XXXV. f Si inter virum & vxorem pactum ſit interpoſitum, vt ſi matrimonium intra quinquennij fortè tempora, quoquomodo eſſet diſſolutum ſpecies æſtimatæ doti datæ, pretiis quibus eſtimatæ ſunt, redderentur; manifeſtum eſt non pretia ſpecierum dari; ſed ipſas ſpecies debere reſtitui: cùm in placitis ſpecierum reddendarum idcirco preciorum nomen videatur annexum, ne ſi ſpecies aliqua deminuta fuiſſet, aut perdita, alio pretio quàm quo taxata fuerit, repoſceretur.

g l.Mania §. fundus. D.d.t. Sol.matr.

XXXVI. g [Si prædium æſtimatum, in dotem datum ſine culpa viri euincatur, non debetur æſtimatio mulieri] Nempe fundus æſtimatus, in dotem datus, à creditore antecedente ex cauſa pignoris ablatus eſt. Quæſitum eſt, an mulier, ſi æſtimationem dotis repetat, exceptione ſummouenda ſit Ait enim, ſe propterea non teneri, quòd pater eius dotem pro ſe dedit, cui hæres nõ extiterit. Paulus reſpondit, prædio euicto ſine dolo & culpa viri, pretium petenti mulieri doli mali exceptionem obeſſe. Cõſequi enim eam pretium fundi euicti, euidens iniquitas eſt; cùm dolus patris ipſi nocere debeat.

h [d.l.in prin

XXXVII. h[Nomen datum in dotem, cuius periculo ſit.] Mæuia marito ſuo, inter alias res dotis, etiam inſtrumentum ſolidorum decem tradidit, quo Otacilius eidem Mæuię cauerat, daturum ſe, cùm nubere cœpiſſet, * decem millia. Ex eo inſtrumento maritus nihil exegit, quia nec potuit: quæſitum eſt, ſi dos à marito petatur, an compellendus ſit etiam illam ſummam, quæ inſtrumento continetur, refundere. Paulus reſpondit, potuiſſe quidem eum, cui actiones mandatæ ſunt, debitorem conuenire: ſed, ſi ſine dolo malo, vel culpa exigere dotem non potuit; neque dotis nomine eum conueniri poſſe, neque mandati iudicio.

* Contius obſeruauit milli ſeſtertium a vnius ſolidi ſeu aurei æſtimationem n dari.

i l.Nupta.§ ibid.

XXXVIII. i Quoties culpa viri accidit,

ne dos à ſocero, aut à quolibet alio qui mulieris nomine promiſerat, exigeretor; ſi aut in matrimonio filia deceſſerit; aut materfamiliâsfacta; eum, qui dotem repromiſerat, bæredem inſtituerit; ſatis conſtat, nihil amplius virum præſtare debere, quàm vt eos obligatinne liberet.

a l. In his. ib.

XXXIX. a In his rebus quas præter numeratam pecuniam doti vir habet, dolum malum & culpâ eum præſtare oportere. Seruius ait. Ea ſeotentia Publij Mutij eſt. Nam in Licinia Gracchi vxure ſtatuit, quòd res dotales in ea ſeditione, qua Gracchus occiſus eſt, periiſſet: quia Gracchi culpâ ea ſeditio facta eſſet, Liciniæ præſtari oportere.

b l. Si mora. ibid.

XL. b Si mora per mulierem fiat, quominus dotem recipiat, dolum malum duntaxat in ea re, non autem culpam præſtare maritus debet: ne facto mulieris, in perpetuum, agrum eius colere cogatur. Fructus tamen, qui perueniſſent ad virum, redduntur.

c l. Si ab hoſtibus. §. 1.

XLI. c Si vir vxorem ſuam occiderit, dotis actionem heredibus vxoris dandam eſſe Proculus ait, & rectè. Non enim æquum eſt virum ob facinus ſuum dotem ſperare lucri facere. Idémque & è contrario ſtatuendum eſt.

d l. Si fundũ. D. de fũdo dotali.

XLII. d Si fundum, quem Titius poſſidebat bona fide, & longi temporis poſſeſſione poterat ſibi quærere, mulier vt ſuum marito dedit in dotem: eúmque petere neglexerit vir, dum id facere poſſet; rem ſui periculi fecit. Nam licèt lex Iulia, quæ vetat fundum dotalem alienari, pertineat etiam ad huiuſmodi acquiſitionem, non tamen interpellat eam poſſeſſionem, quæ per longum tempus fit, ſi, antequam cõſtitueretur dotalis fundus, iã cœperat. Planè, ſi pauciſſimi dies ad perficiendam longi temporis poſſeſſionem ſuperfuerunt; nihil erit, quod imputetur marito.

e l. Boërius Deciſ. Burd. 22. num. 5. Deciſ. 1. nu. 10. Bar. Caſtr. & alij in d. l. nupta. §. 1. & in l. § marito. & in l. Lucius Titius D. d. t. Sol. matr. l. Cùm in fundo §. 1. & in l. Si extraneus, & in l. Promittẽdo C. de iure dot. Corann. Conſ. 145 Maſuerius tit. de dote & matrimo. f l. Dot. ancillã. C. de inf. dot.

XLIII. e Imputatur marito, ſi non exegit dotem ſibi ad certum diem promiſſam: f cùm dominus dotis factus eſſet: idque vel maximè ſi pater, cùm dos exigi poterat, ſoluendo eſſet, ac poſtea eſſe deſijſſet.

Tertia pars d. capitis.

Dos à patre profecta per quos repeti poßit.

g l. 2. Sol. matr.

XLIIII. g SOluto matrimonio, ſolui dos mulieri debet: nec cogitur maritus alij eam ab initio ſtipulanti promittere; niſi hoc ei nihil nocet. Nam ſi incõmodum aliquod maritus ſuſpectum habet, non debere eũ cogi alij, quàm vxori promittere, dicẽdum eſt: hęc, ſi ſui iuris mulier eſt. Quod ſi in patris poteſtate eſt, & dos ab eo profecta ſit, ipſius & filiæ dos eſt. Denique pater non aliter, quàm ex voluntate filię petere dotem, nec per ſe, nec per procuratorem poteſt. Sic ergo & promittẽdum Sabinus ait. Ei ergo promittẽdum erit, cui vterque iuſſerit. Cæterùm, ſi pater ſolus iuſſit, dotis actio filiæ

A non erit adempta, quandoque ſui iuris filia fuerit facta. Item, ſi voluntate ſolius filię promittatur, remanebit dotis actio integra patri. Sed vtrùm vt & agat ſolus, an & vt, adiuncta quoque filiæ perſona, experiri poſſit? Et puto, nec eam actionem amiſſam, quam, adiuncta filiæ perſona, poteſt habere: quòd ſi ſui iuris facta fuerit filia, nocebit ei iſta ſtipulatio.

h d. l. §. voluntatem.

B XLV. h Voluntatem autem filiæ, cùm pater agit de dote, vtrùm ſic accipimus, vt conſentiat: an verò, ne contradicat filia? Et eſt ab Imperatore Antonino reſcriptum, filiam, niſi euidenter cõtradicat, videri cõſentire patri. Et Iulianus ſcripſit, * quaſi ex voluntate filiæ videri experiri patrẽ, ſi furioſam filiam habeat. Nam vbi non poteſt per dementiã contradicere, cõſentire quis eam meritò credet. Sed ſi abſens filia ſit, dicendum erit, non ex C voluntate eius factum: cauendúmque, ratam rem filiam habituram, à patre, vt videatur contradicere.

* lib. 48. Digeſt.

i l. 3. ibid.

XLVI. i Non ſolùm in exigenda, ſed etiã in ſoluenda dote, patris & filiæ voluntas exquiritur; nec alter alterius conditionem facere deteriorem poteſt. Sed ſi pecunia ad patrem peruenit, quam filia accepit, actio de dote vtriſque tolletur.

k l. 4. ibid.

XLVII. k Si pater ſine conſenſu filiæ do- D tem à viro exegiſſet, & eandem alij viro, eius filiæ nomine dediſſet: &, mortuo patre, filia cum priore viro ageret; doli mali exceptione repellitur.

l l. Si cùm dotem. §. ſi poſt. ibid.

XLVIII. l Si poteſt ſolutũ matrimonium filiafamiliâs, citra patris voluntatẽ exactam communem dotem conſumat, puta, & viua ea, & mortua; actio ſupereſt, vt dos ipſi ſoluatur: quod ita verum eſt, ſi perdituræ ſoluatur. Cæterùm ſi non perdituræ, & ex iuſtis E cauſis ſoluta ſit, nõ ſupererit actio: ſed mortuo patre, nec etiã hæredes agẽt, nec mulier.

m d. l. § ſi patri.

XLIX. m Si patri, propter condemnationem, Romæ, vbi dos petatur, eſſe non liceat: filiæ ſatis dotis fieri oportet: ita tameo, vt caueat, ratam rem patrem habiturum.

Quarta pars d. capitis.

De impenſis in res dotales factis.

n l. 1. D. de impenſis in res dotales factis.

F L. n IMpenſarum quædã ſunt neceſſariæ, quædam vtiles, quædam verò voluptuariæ.

o d. l. §. neceſſariæ.

LI. o Neceſſariæ hæ dicuntur, quæ habent in ſe neceſſitatem impendendi: cæterùm, ſi nulla fuerit neceſſitas, alio iure habentur.

p l. Impenſæ. ibid.

LII. p Impenſæ neceſſariæ ſunt, quibus non factis dos imminuitur; veluti aggeres facere, flumina auertere, ædificia vetera fulci- G re, itémque reficere, arbores in locum mortuarum reponere.

q d. §.

LIII. q In neceſſariis impenſis hoc ſciendum eſt, eas demum impenſas dotem minuere, quæ in dotem factæ ſunt: cæterùm, ſi io dotem factæ non ſint, non habent in ſe reputationem.

a l. 5. *ncr.*

LIV. [a] Inter neceſſarias impenſas eſſe, Labeo ait, moles in mare, vel flomen proiectas Sed & ſi piſtrinum vel horreum neceſſariò factum ſit; in neceſſariis impenſis habendum ait. Proinde Fulcinius inquit; Si ædificium ruens, quod habere mulieri vtile erat, refecerit; aut ſi olíueta deiecta reſtaurauerit, vel ex ſtipulatione damni infecti, ne committatur, præſtiterit:[b] vel vites propagauerit, vel arbores curauerit, vel ſeminaria pro vtilitate agri fecerit; neceſſarias impenſas feciſſe videbitur. Nos generaliter definiemus, multum intereſſe; ad perpetuam vtilitatem agri, vel ad eam, quæ non ad præſentis tẽporis pertineat, an verò ad præſentis anni fructum: ſi in præſentir; cum fructibus hoc compenſandum: ſi verò non fuit ad præſens tantùm apta erogatio; neceſſariis impenſis computandum.

b *l. vel vites. ibid.*

c *l. & in totũ. ibid.*

LV. [c] Et in totum, id videtur neceſſariis impenſis contineri; quod ſi à marito omiſſum ſit, iudex eum tanti condemnabit, quanti mulieris interfuerit eas impenſas fieri. Sed hoc differt, quòd factarum ratio habetur, etſi res malè geſta eſt. Itaque ſi fulſerit inſulam ruentem: eáque exuſta ſit; impenſas conſequitur: ſi non fecerit, deuſta ea, nihil præſtabit.

d *l. Quod dicitur. ibid.*

LVI. [d] Quod dicitur, impenſas, quæ in res dotales neceſſariò factæ ſunt, dotem deminuere; ita interpretandum eſt, vt ſi quid extra tutelam neceſſariam in res dotales impenſum eſt, id in ea cauſa ſit. Nam tueri res dotales vir ſuo ſumptu debet: alioqui quæuis modica ædificiorum dotalium refectio, & agrorum quoque cultora dotem minuent. Omnia enim hęc in ſpecie neceſſariarum impenſarum ſunt. Sed ipſæ res ita præſtare intelliguntur, vt non tam impendas in eas, quàm deducto eo, minùs ex his percepiſſe videaris. Quę autem impendia, ſecundùm eam diſtinctionem ęx dote deduci debeant, non tam facilè in vniuerſum definiri, quàm per ſingula ex genere & magnitudine impẽdiorum ęſtimari poteſt.

e *l. vlt. ibid.*

LVII. [e] Et ante omnia quæcunque impenſæ quærendorum fructuum causâ factę erunt; quanquam eædem etiam colendi causâ fiant; ideóque non ſolùm ad percipiendos fructus, ſed etiam ad conſeruandam ipſam rem ſpeciémque eius, neceſſariæ ſint, eas vir ex ſuo facit: nec vllam habet, eo nomine, ex dote deductionem.

f *l. Omnino. ib.*

LVIII. [f] Omnino & in ædificandis ædibus & in reponendis propagandíſque vineis modicas impenſas non debet arbiter curare; alioqui negotiorum geſtorum potiùs, quàm de dote iudicium videbitur.

g *l. Neque. ibi.*

LIX. [g] Neque ſtipendium, neq; tributum, ob dotalem fundum præſtita, exigere vir à muliere poteſt. Onus enim fructuum, hæc impendia ſunt.

h *l. 4. ibid.*

LX. [h] Si maritus nouam villam neceſſariò extruxerit, vel veterem totam, ſine culpa ſua collapſam, reſtituerit, erit eius impenſæ petitio. Simili modo & ſi paſtinum inſtituit: hæ enim impenſæ aut in res neceſſarias, aut in vtiles cedunt.

i *l. Quod dicitur. §. vlt. cum l. ſeq. ibid.*

LXI. [i] Vtiles impenſę ſunt, quas maritus vtiliter fecit, cùm rem meliorem vxoris fecerit, hoc eſt dotem: veluti ſi nouelletum, vel oliuetum in fundo factum ſit, aut ſi in domo piſtrinum aut tabernam adiecerit: vtiles etiam impenſæ ſunt; veluti pecora prædiis imponere, ſtercorare.

k *l. vtilium. ib.*

LXII. [k] Vtilium nomine ita faciendam deductionem quidam dicunt, ſi volũtate mulieris factæ ſint: iniquum enim eſſe, cõpelli mulierem, rem vendere, vt impenſas in eam factas ſoluat, ſi aliunde ſoluere nõ poteſt: quod ſummam habet ęquitatis rationem.

l *l. Voluptariæ. ibid.*

LXIII. [l] Vtiles impenſæ non quidem minuont ipſo iure dotem, verumtamen habent exactionem.

m n *l. Pro voluptuariis. ibid.*

LXIV. Voluptuariæ impenſæ ſunt quas maritus ad voluptatem facit: & quæ ſpecies exornant.[m] [n] Pro voluptuariis autẽ impenſis niſi parata ſit mulier pati maritum tollẽtem; exactionem patitur. Nam ſi vult habere mulier, reddere ea quæ impenſa ſunt debet marito: aut, ſi non vult, pati debet tollentem; ſi modò recipiant ſeparationẽ: ſi non recipiant, relinquendę ſunt. Ita enim permittendum eſt marito auferre ornatum quem poſuit, ſi futurum eſt eius, quod abſtulit.

* *l. Quod ſi hæ. ibid.*

LXV. *Quòd ſi hæ res in quibus impenſæ factę ſunt, promercales fuerint, tales impenſę, non voluptuariæ, ſed vtiles ſunt.

o *l. in voluptuariis. ibid.*

LXVI. [o] In voluptuariis Ariſto ſcribit, nec ſi voluntate mulieris factæ ſunt, earum exactionem pátere.

p *d. l.*

LXVII. [p] Donationem inter virum & vxorem, circa impenſas quoque inhibitam, verè Sabinus ſcribit.

Quinta pars dicti capitis.

Maritus in quantum facere poteſt, reddere dotem cogitur.

q *l. Maritum cũ 2. ll. ſeq. D. Sol. matr.*

LXVIII. [q] Maritum in id quod facere poteſt, condẽnari exploratum eſt; ſed hoc hæredi non eſſe præſtandum: quia tale beneficium perſonale eſt, & cum perſona extinguitur. Alia cauſa eſt defenſoris, quem placet videri ſufficienter defendiſſe, ſi tantum vxori prę\ſtet, quantũ conſequeretur, ſi ipſum maritum conueniſſet.

LXIX. Eleganter quærit Pomponius; ſi paciſcatur maritur, ne in id, quod facere poſſit, condemnetur, ſed in ſolidũ: an hoc pactũ ſeruandũ ſit. Et negat ſeruari oportere: quod quidem & mihi videtur verũ. Namq; contra bonos mores id pactum eſſe, melius eſt dicere: quippe cum contra receptã reuerentiam, quæ maritis exhibenda eſt, id eſſe apparet.

r *l. Rei iudicatæ. ibid.*

LXX. [r] Rei iudicatæ tempus ſpectatur, quatenus maritus facere poteſt.

ſ ... §. 1.

LXXI. [ſ] Hæredi mariti, licèt in ſolidum condemnetur, compenſationes tamen quæ ad pecuniariam cauſam reſpiciunt, proderunt: vt hoc minùs ſit obligatus; veluti ob res donatas, & amotas, & impenſas: morum verò coercitionem non habet.

t *d. l. §. vlt. cum l. ſeq.*

LXXII. [t] Socero quoque, cum quo nurus de

dote agit, idem honor habetur, vt in id damnetor quod facere poteſt, quia parentis locum ſocer obtinet.

a l. Ex diuerſo. ibid.

LXXIII. [a] Ex diuerſo, ſi ſocer ex promiſſione à marito conueniatur; ſolet quæri, an idem ei honor habendus ſit. Neratius & Proculus ſcribunt, hoc iuſtum eſſe.

b d. l. §. 1.

LXXIV. [b] Item ſi mulier ex promiſſione conueniatur; magis placuit, defendẽdam eam per exceptionem. Idem & Proculus ait. Sicuti, cùm ſocia fuit, dabitur ei exceptio, quamuis iure ciuili fuit obligata.

c l. Etiam. ib.

LXXV. [c] Etiam filios mulieris, qui patri hæredes exſtiterũt; in id, quod facere poſſunt, condemnandos, Labeo ait.

d l. Maritus. ibid.

LXXVI. [d] Maritus facere poſſe creditur, nullo deducto ære alieno: item ſocius, parénſve. At is, qui ex donatione conuenietur, omni ære alieno deducto, facere poſſe intelligitur.

e l. Ex diuerſo. §. vlt.

LXXVII. [e] Si in iudicio dotis, iudex ignorantia ioris lapſus condemnauerit maritũ in ſolidum; Neratius, Sabinos doli exceptione eum vti opottere aiunt; eáque tutum fore.

Sexta pars d. capitis.

Quæ res in dotis reſtitutionẽ non veniãt.

f l. Pro oneribus. C. de iure dot.

LXXVIII. [f] PRo oneribus matrimonij, mariti lucro fructus totius dotis eſſe, quos ipſe cepit: vel ſi vxori capere doaationis cauſa permiſit, eum io qoantum locupletior facta eſt, poſſe agere, manifeſtiſſimi iuris eſt.

g l. 4. ſi fundũ. D. Sol. matr.

LXXIX. [g] Si fundùm viro vxor in dotem dederit, iſque inde arbores decîderit; ſi hæ fructus intelliguntur, pro portione aoni debent reſtitui. Poto autem, ſi arbores fuerunt cęduę, vel* gremiales; dici oportet, in fructu cedere: ſi minùs, quaſi deteriorem fundum fecerit, maritus tenebitur. Sed & ſi vi tempeſtatis ciciderunt, dici oportet, pretium earom reſtitueodum mulieri, nec in ftuctom cedere; non magis quàm ſi theſaurus fuerit inuentus. In fructum enim non computabitur; ſed pars eius dimidia reſtituetur, quaſi in alieno inuenti.

** quòd ruſtici eas gremio ad comburendum ferunt, gremiales dicũtur. Aug. lib. 3. c. 7.*

** Veſemb. in ... t. Sol. matr. D. l. Fru... ... §. 1. ibid.*

LXXX. * Fructus vltimi anni, qoo matrimonium diſſolutum eſt; inter maritum & vxorem, aut eorum hęredes diuiduntur pro rata temporis, quo matrimonium conſtitit.

Octaua pars dicti capitis.

Quando dos non repetatur.

h l. vnic. § ac... ...dat. C. de rei vxo. act.

LXXXI. [h] DOs ab extraneo data, niſi ſpecialiter de reſtituenda ea cauerit, molieri acquiritur.

Imperatores Seuerus & Antoninus, Dionyſiæ.

i l. Dotem. C. de dote cauta, non numerata.

k l. vlt. & ... quod locum. Baldo.

LXXXII. [i] Dotem numeratio, non ſcriptura dotalis inſtrumenti, facit: & ideo non ignoras ita demum te ad petitionem dotis admitti poſſe, ſi dotem à te re ipſa datam probatura es. [k] Sed non numeratæ dotis exceptio debet oppooi intra annum à die matrimonij morte, vel repudio diſſoluti.

l Veſemb. in t. Sol. matr. in D.

LXXXIII. [l][m] Solida dos reddi debet, niſi maritus ex aliqua caoſa dotem retinere queat, vel propter liberos ex muliere ſuſceptos, vt communis eſt interpretum iuris opinio; vel propter adulterium, deſertionem, aut aliud mulieris delictum, quod diuortio cauſam dedit, vel ratione pacti, vel qoia maritus ſoluendo non eſt, ita vt reddita dote egeſtatem ſit paſſurus; [o] vel quia ſine culpa mariti, aut poſt moram mulieris res perierunt.

m l. Etiam. l. cùm mulier. d. t. l. Conſenſu. C. de rep.

n o l. Semel mora. l. Mecuia. D. d. t. Sol. matr.

p l. ſi conuenit. C. de pactis conuentis tam ſuper dote.

LXXXIV. [p] Si conuenit vt in matrimonio, vxore defuncta, dos penes maritum remaneret; profectitiæ dotis repetitionem huiuſmodi pactum inbibuiſſe, explorati iuris eſt: cùm deteriorem cauſam dotis, in qoem caſum ſoli patri repetitio competit, poſſe fieri aoctoritate iuris, ſæpe ſit reſponſum.

q Vetus Gloſſa & Græci interpretes, vt anno. in l. vn. C. de rei vxo. act. in prin.

LXXXV. [q] Nooo iure vir retinet dotem propter culpam mulieris.

r l. Quamuis. D. Sol. matr.

LXXXVI. [r] Quamuis molier non in hoc accipiat, conſtante matrimonio, dotem, vt æs alienom ſoluat, aut prædia idonea emat: ſed vt liberis ex alio viro, egentibus, aut fratribus, aut parentibus conſuleret, vel vt eos hoſtibus redimeret; quia iuſta & boneſta cauſa eſt, non videtur malè accipere; & ideò ei rectè ſoluitur: ídque & in filiafamiliâs obſeruatur.

ſ l. Sed & ſi. ibid.

LXXXVII. [ſ] Sed & ſi idco maritus ex dote expendit, vt à lattonibus redimeret neceſſarias mulieri perſonas: vel vt mulier vendicet de neceſſariis ſuis aliquem; reputatur ei id quod expenſum eſt, ſiue pars dotis ſit, pro ea parte; ſiue tota dos ſit, actio dotis euaneſcit. Multo magis idem dicendum eſt, ſi ſocer agat de dote, debere haberi rationem eius, quod in ipſum impenſum eſt, ſiue ipſe maritus hoc fecit, ſiue vxori, vt faciat, dedit. Sed & ſi non pater experiretur, ſed poſt mortem eius filia ſola de dote ageret; idem erit diceodum. Cùm enim doli exceptio inſit de dote actioni, vt in cæteris bonæ fidei iudiciis poteſt dici, vt & Celſo videtur ineſſe hunc ſumptum actioni de dote; maximè ſi ex voluntate filiæ factus ſit.

Imperatores Diocletianus & Maximianus, Ruffinæ.

t l. Ex pecunia. C. de dotis prom. Contradicere videtur. l. Res quæ. D. Eo: ſed eas ſic conciliat Taleleus Græcus interpretum. vt non niſi marito non exiſtente ſoluendo, res ex pecunia dotali comparata pro dotali habeatur, ideóque in d. l. Res quæ rectè dicatur, Contius.

LXXXVIII. [t] Ex pecunia dotali fundus à marito tuo comparatus, non tibi quæritur; cùm neque maritus vxori actionem empti poſſit acquirere, at dotis tantùm actio tibi competit.

TIT. XI.

Vergente viro ad inopiam, conſtante eriam matrimonio, repeti dotem poſſe.

a Bald. ex l. vbi adhuc. C. de iure dot.

I. [a] VIro vergente ad inopiam, mulier, etiam cõſtante matrimonio,

A poteſt dotem exigere; & hypothecaria a gere, ſicut poſſet matrimonio diſſoluto.

XI. [a] Si conſtante matrimonio, propter inopiam mariti mulier agere volet; vnde exactionem dotis initium accipere poſſit, quæri poteſt. Et conſtat, exinde dotis exactionem competere, ex quo euidentiſſimè apparuerit, mariti facultates ad dotis exactionem non ſufficere.

a l. ſi conſtante. C. Sol. matr.

B

TIT. XII.
De fundo dotali.

I. [a] LEx Iulia quæ de dotali prædio proſpexit, ne id marito liceat obligare aut alienare; pleniùs interpretanda eſt, vt etiam de ſponſo idem iuris ſit, quod de marito.

a l. 4. D. h. t.

II. [b] Iulianus ſcripſit, neque ſeruitutes fundo debitas poſſe maritum amittere, neque ei alias imponere. C

b l. Iulianus. ibid.

III. [c] Sed nec libertas ſeruitutis vrbano prædio dotali competit, ne per hoc deterior conditio prædij fiat.

c l. Sed nec libertas. ibid.

IV. [d] Dotale prædium accipere debemus tam vrbanum quàm ruſticum. Ad omne enim ædificium lex Iulia pertinet.

d l. Dotale. ib.

V. [e] Prædij appellatione etiam pars continetur. Proinde ſiue totum prędium in dotem ſit datum, ſiue pars fundi, alienari non poteſt; & D hoc iure vtimur.

e d. l. §. 1.

VI. [f] Hæredi quoque mulieris idem auxilium præſtabitur, quod mulieri præſtabatur.

f d. l. §. hæredi.

Iuſtinianus Imperator.

VII. [g] Sed & ne conſenſu mulieris hypotheca eius minuatur, neceſſarium eſt & in hac parte mulieribus ſubuenire, hoc tantummodo addito, vt fundum dotalem non E ſolùm hypothecæ titulo dare, ſed nec alienare poſſit, ne fragilitate naturæ ſuæ in repentinam deducatur inopiam.

g l. vn. §. vlt. C. de rei vxo. act.

VIII. [h] Si fundum in dotem datum vir ſua negligentia vſucapi permiſerit; rem ſui periculi fecit; vt & ſuprà relatum eſt.

h l. ſi fundum. D d. t. de fundo dotali.

IX. [i] Ex dotali pecunia fundus comparatus à marito non eſt dotalis; quod & ſuprà F quoque relatum eſt.

i l. Ex pecunia. C. de dotis promiſſ.

TIT. XIII.
De paraphernis.

I. [a] AFfinia doti ſunt bona mulieris parapherna; hoc eſt, extra cauſam dotis conſtituta, quæ proprium ſunt mulieris peculium; tunc ipſi relinqui ſolitum, cùm maritus tenuior eſt, quàm vt pro omnibus G mulieris bonis donationem ei propter nuptias conſtituere poſſit. [b] Cum ea bona marito traduntur vtenda fruenda, dici ſolent parapherna: cùm ab vxore poſſidentur, propriũ ipſius peculium.

a V. eſemb. in t. Sol. matr. D. l. ſi ego. §. ſi dotis. d. t. l. vlt. C. de don. ante nupt. glo. in rub. C. de pact. conu. Iaſ. in §. fuerat. Inſt. de act.

b d. l. ſi ego. §. dotis. Bar. in l. Maritus. C. de procur.

Imperatores Theodoſius & Valentinianus.

A II. [c] Hac lege decernimus, vt vir, in his rebus quas extra dotem mulier habet, quas Græci parapherna dicunt, nullam vxore prohibente habeat communionem, nec aliquam ei neceſsitatem impónat. Quamuis enim bonum erat, mulierem, quæ ſeipſam marito committit, res etiam eiuſdem arbitrio pati gubernari; attamen quando conditores legum æquitatis conuenit eſſe fautores, B nullo modo, vt dictum eſt, muliere prohibente, virum in paraphernis ſe volumus immiſcere.

c l. hac lege. C. de pact. conuẽ. ut dictum ſup.

III. [d] Ex ſola traditione paraphernalium dicitur maritus factus procurator ad exigendũ; ideò agens non cauet de rato; & vſuras poteſt in communes vſus vertere; ſortem verò debet ſeruare.

d d. l. ſi mulier. ibid.

TIT. XIV.
C *De donationibus ante nuptias: & donationibus propter nuptias.*

I. [a] AFfinia quoque doti ſunt donatio quam ſponſus ſponſæ facit, quæ impropriè donatio propter nuptias dici poteſt: item donatio propter nuptias, quam Greci ἀντιφέρνην appellant, [b] quæ etiam conſtante matrimonio fieri poteſt: [c] & potiſſi-D mùm fit in ſecuritatem dotis ad inducendam inter coniuges æqualitatem; cuius dominium mulier ſtatim conſequitur iure ſingulari; hypothecam iure communi; [d] fructus tamen non lucratur qui marito pro oneribus cedunt. Diſtat igitur hęc donatio, & donatio ante nuptias. Nam hæc rem facit vxoris, ita vt conſtante matrimonio ea fruatur; ſi quidem ſuis vſibus illam retinuerit [e] (aliàs enim eſt in vſu & fructu mariti) & matrimonio diſſoluto E repeti à muliere poſſit; donata nequeant. At donatio propter nuptias tantùm iuris fictione rem facit vxoris, non re ipſa. [f] Nam neq; fructus hinc lucratur maritus; neque proprietatem: ſed ſoluto matrimonio, poſtquam ei de dote ſatisfactum eſt, reſtituere debet quicquid hoc nomine datum eſt: vt potiùs hypotheca quædam ſit, quàm vera donatio.

II. [g] Æqualitas omnimodo ſeruanda eſt in dote, & in donatione ante nuptias; non F tantùm in lucris inde prouenturis, ſed etiam in præſtatione & conſtitutione vtriuſque. [h] Sed quæ nihil ex dote conſcripta præſtiterit, nihil omnino viro mortuo percipiet ex donatione. Item quæ minùs quàm profeſſa eſt, dedit; pro quantitate præſtita & lucrum ſentiet.

a V. eſemb. in d. t. Sol. matr. D. b §. eſt & aliud. Inſt. de don. Auth. Vt ſponſalit. largit. glo. in auth. Et decurſum. C. de don. ante nup. l. ſi conſtante. l. Cum mul. te. cum ll. ſeqq. C. d. t. de don. an. nupt.

c in auth. de æqual. dot. Bal. in auth. Dos data. C. de don. prop. nupt.

d Bal. in auth. hæc. C. ad SC. Velleia. & in auth. permiſſa & in d. auth. dos data d. t

e l. ſi ego. in fi. D. Sol. matr.

f l. vlt. cum auth. ſeqq. § de don. ant. nupt.

g Auth. Æqualitas. C. de pact. conuentis tam ſuper dote quàm ſuper donatione ante nuptias.

h Auth. Sed quæ nihil. ibid.

Imp. Iuſtinianus.

III. [i] Lege Leonis Imperatoris, pacta lu-G crorum dotis, & ante nuptias donationis, paria eſſe ſanciente, nec adiiciente quid fieri oporteat, ſi hoc minùs obſeruatum ſit; nos omnia clara eſſe cupientes; præcipimus, diſparibus eis factis, maiorem lucri partem ad minorem deduci, vt eo modo vterque minorem partem lucretur.

i l. lege. ibid.

TIT. XV.

De ſucceſſione in vetus patrimonium, tam in linea directa quàm à latere ſecundùm legem municipalem Normaniæ.

a verſ. 135. d. legis municipalis.

I. [a] HÆreditas ſucceſſione defuncti rectà tranſit ac tranſmittitur in hæredem hæreditatis capacem; accontinuatur in eum rerum defuncti dominium: iſque hæres, ſi quidem maior annis ſit, intra quadraginta dies à morte defuncti teſtificationem in iure debet interponere ſuæ voluntatis; an hæreditatem ſcilicet adire, vel repudiare velit: alioqui, ſi quid ex hæreditate contrectet, aut quid gerat quod alio nomine, quàm pro hærede gerere non poſſit, æri omni alieno hęreditario obligabitur. Quòd ſi minor ſit, cui hęreditas obtingit; tutor eius hæreditatem repudiare, aut agnoſcere, & babere acceptam & pro adita debet intra dictum tempus ex conſilio & ſententia propinquorum pupilli aut pupillorum.

b verſ. 236. d. legis municipalis.

II. [b] Succeſſio, ſeu directa hæreditas, bonáve è linea directa manant, & proficiſcuntur: vt cùm liberi ſuccedunt patri, auo, auiæve, proauo, proauiæ, ac cæteris aſcendentibus.

III. In filium natu maiorem tam nobilem, quàm ignobilem, hæreditatis paternæ, maternæque poſſeſſio à morte parentum tranſmittitur; hac quidem conditione & lege, vt ea inter liberos ex legum, moríſque patrij præſcriptis diuidatur: iſque primogenitus fructus hæreditatis ſibi quærit quoad minores natu fratres, qui quidem maiores annis fuerint, ad diuidendam hæreditatem eum prouocent: quòd ſi minores fuerint, maior natu frater fructus eis reſtituere debet ex eo tempore quo hæreditas obuenit, tametſi diuiſio hæreditatis petita non fuerit: idque ea de cauſa, quòd moribus Normanis fratet maior natu minurum fratrum tutor eſt legitimus.

c d verſ. 238.

IIII. [c d] In filium quoque maiorem natu, aui, auiæque ſucceſſionis poſſeſſio deuoluitur ſui parentis loco, eadem conditione, vt totius hęreditatis diuiſio inter ipſum, patruóſque vel auunculos fiat: fructúſque itidem ſibi acquirit, donec eius patrui, aut auunculi ad hæreditatis diuiſionem eum prouocent. Et cùm diuiſio fit, minor natu auſiculus hæreditatem in partes ſecat, & diuidit: ac electio partis quam velit, penès eſt maiorem natu ex liberis.

e verſ. 239.

V. [e] Si cùm ſucceſſio defertur, maioris natu liberi non exſtent, ſecundò natus filius eius partes gerit; eiq; maioris natu iura competunt: & eadem ratio in cæteris gradibus obſeruatur.

f verſ. 240.

VI. [f] Etiamſi vnica exſtet maioris natu filia; tamen parentis locum, vicémque gerit; eíque iura eius tribuuntur: idémque in linea è latere obtinet quod ad hæreditatem antiqui patrimonij attinet.

g verſ. 241.

VII. [g] Pater, matérve; proauus, proauia, & reliqui ex aſcendentibus hæredes eſſe non poſſunt, quandiu qui alij ex deſcendentibus hæredes eſſe queunt.

h verſ. 242.

XIII. [h] Pater, matérque, patruis auunculiſque in hæreditate liberorum præferuntur: & ipſi patrui auunculique præferuntur auo auiæque in ſucceſſione nepotum, neptúmque.

i verſ. 243.

IX. [i] Patrui & auunculi præferuntur cognatis defuncti in hæreditate liberorum ortorum è ſuis fratribus & ſororibus.

k verſ. 244.

X. [k] Si pater, matérve, auus, auia, aut ex cæteris aſcendentibus aliquis fauore matrimonij aliquem è liberis futurum hæredem prædixerit, eidémque hæreditatem ſuam reſeruaturum promiſerit; bona ſua immobilia alienare, aut pignori, vel hypothecæ ſupponere quoquomodo, ne pro parte quidem vlla poterit: neque ſuccidere cæduas arbores in eius damnum, quem futurum hæredem dixerit, eiúſve liberorum, ſi quidem ea promiſſio in tabulas ſcriptúmve ſit relata, & intra conſtitutum tempus apud acta inſinuata: niſi fortè morbi cauſa, aut carceris neceſſitas ad alienationem vrgeat eum qui promiſit.

l verſ. 245.

XI. [l] Prædia paterna paternis propinquis, materna maternis deferuntur: nec alij quocunq; gradu cognationis in ea ſuccedere poſſunt, ſed patronis potiùs, ſub quorũ ſunt clientelaria, deferuntur: [m] Atque id quidem non ſolùm de bonis quæ parentum fuerunt, ſed quæ etiam ex aliis propinquis paternis materníſve profecta fuerint, intelligendum; dummodo ex antiquo patrimonio manent.

m verſ. 246.

n verſ. 247.

XII. [n] Prædia patrimonialia eius cenſentur, quæ, cui ex hæreditate obuenerunt.

o verſ. 248.

XIII. [o] Succedere in bona patrimonialia, fœminæ, aut ab iis orti ortæve nequeunt, quandiu maſculi, aut ex his nati ſuperſunt, ſiue in linea directa, ſiue à latere.

p verſ. 249.

XIIII. [p] Filiæ ad partem hæreditatis paternæ aut maternæ aſpirare non puſſunt in damnum fratrum, aut ab iis progenitorum liberorum: ſed conuenientem tantummodo dotem in ſe conferri, poſſunt poſtulare.

q verſ. 250.

XV. [q] Pater, matérve dotem dare filiabus è mobilibus rebus ſuis abſque prædiis poſſunt, & prædia itidem in dotem dare ſine mobili vllare. Quòd ſi nihil, cùm nuberet, promiſſum filiæ fuerit; nibil ex hæreditate parentum conſequi poterit.

r verſ. 251.

XVI. [r] Fratres inſtar parentum poſſunt nuptum ſorores collocare: dotéſque è rebus mobilibus vel immobilibus eis ſuo arbitratu dare, dummodò eas elocent ſuæ conditionis viris: idque eis ſufficere debet.

ſ verſ. 252.

XVII. [ſ] Filia à patre, matréve nuptum e-

locata,

locata, nihil à fratribus, præter id, quod ei,
cùm nuptum daretur, promiſſum vel à pa-
rentibus, vel ab ipſis fratribus fuerit, exi-
gere poteſt. Quòd ſi qui extranei quicquam
ei promiſerint, atque eorum hæredes vel
ſucceſſores, tenentur id exſoluere, tametſi do-
tare eam minimè teneantur.
ab verſ.253. XVIII. [a b] Filia coniugium ſortita, nihil ex
fundis ſuorum parentum cõſequi poteſt, prę-
ter id quod ipſi datum, promiſſúmve fuit.
c verſ.254. XIX. [c] Si pater matérve filiabus prædia
vltra tertiam partem bonorum, matrimonij
vel alia de cauſã dederint, maſculi intra an-
num & diem à morte parentis reuocare eam
donationem poſſunt, vel intra annũ quo ma-
iores facti fuerint: ac quidem æſtimatio bo-
norum fieri debet, quãta eą donationis tem-
pore fuerint. Quòd ſi præſentia, futuráque
bona data fuerint, æſtimatio dictæ partis ter-
tiæ fiet ex eo pretio quod fuerit mortis teſta-
toris tempore.
d verſ.256. XX. [d] Si parentes pecuniam, vel res mo-
biles in dotem dederint, quæ tempore mor-
tis eorum adhuc exſoluta non fuerit; cæteri
hæredes eam ſoluere non tenebuntur, niſi ad
æſtimationem tertiæ partis totius hæredita-
tis tam mobiliom rerũ, quàm immobilium.
e verſ.256. XXI. [e] Filiæ, quæ viuo patre, vel matre nõ
nupſerint, partem ſuã ex ea tertia parte hæ-
reditatis petere poterunt.
XXII. Filia nupta, ſi eius ſorores ad ſuc-
ceſſionem admittantur, partem facit in fra-
trum ſuorum commodum, ad eius partis ra-
tionem quæ ex tertia bonorum parte com-
petere ei pro dote poterat: idque, tametſi ni-
hil ex dote debitum tempore mortis patris
aut matris ei fuiſſet.
f verſ.258. XXIII. [f] Pater, cùm nuptum filias elo-
cat, ſucceſſioni ſuæ reſeruare eas poteſt.
g verſ.259. XXIV. [g] Mater etiam, viro mortuo, poteſt
nubentem filiam ſuæ ſucceſſioni reſeruare:
ſed nec ea, nec tutor filiorum partem aſcri-
bere filiæ paternæ hæreditatis poſſunt, ſed
tantùm dotem, ex propinquorum conſilio &
ſententia conſtituere ſumendam ex hære-
ditate.
h verſ.260. XXV. [h] Filia, quæ ſucceſſioni patris ma-
triſve reſeruata eſt, conferre acceptam do-
tem, cùm hæreditas diuiditur, debet, aut tan-
to minus capere, quanti dos eſt.
i verſ.261. XXVI. [i] Patre mortuo, filiæ in cura
ſunt maioris natu fratris: ſed ſi tum vigeſimũ
ætatis annum attigerint, & dotem ſibi con-
ſtitui petant, fratres eas cuſtodire annum de-
bent: atque intra id tempus eas idoneis viris
elocare, atque ſufficientem dotem dare.
k verſ.262. XXVII. [k] Dos ſufficiens æſtimari à pro-
pinquis debet, habita bonorum ęris alieni ac
cæterorũ onerũ ratione, quibus obnoxia bo-
na fuerint patris matriſve, aut aut auię, aut
reliquorũ ex linea directa aſcendentium tan
tummodò: non autem inſpectis ſucceſſioni-
bus, ſi quæ aliunde obuenerint: & æſtimato-
res inter ſeſe in ea ęſtimatione gerere debẽt,
vt domus defuncti, quoad fieri poterit, inte-
gra maneat: nec diuiſio eius fiat.

A XXVIII. [l] Fiſcus, aut quiſquam è credi- l verſ.263.
toribus, in fratris minoris, aut cuiuſquam al-
terius, aliorúmve ad partem hæreditatis fi-
lias admittere tenetur: non autem dotem ſuf-
ficientem eis adſignare.
XXIX. [m] Frater maior natu poſt annum m verſ.264.
& diem, de quibus dictum eſt, vlteriùs pro-
ferre tempus nuptiarum ſorõris non poteſt,
dummodò vir idoneus ducere vxorem eam
B velis: & ſi frater refragetur abſque iuſta qui-
dem cauſa, ad hęreditatem ſucceſſionémque
patris & matris ea admittetur.
XXX. [n] Si ſoror nolit ex arbitrio fratris n verſ.265.
& propinquorum, amicorúmque nubere,
abſq; iuſta cauſa, cuiuſcunque ſit ętatis par-
tem hęreditatis petere non poterit, ſed ſuffi-
cientem tantummodò dotem.
XXXI. [o] Nuptiæ filiæ differri nõ debent o verſ.266.
propter fratrum minorem ętatem, ſed ea nu-
C bet ex tutorum & propinquorum, atque a-
micorum arbitrio, qui ei dotem conſtituent,
nec ad hæreditatem admittent. Quòd ſi par-
tem hęreditatis ei adſcripſerint, frater maior
factus reuocare data poterit, ac dotem ido-
neam ei ſubſtituere.
XXXII. [p] Si tutor in ſorore pupilli ſui e- p verſ.267.
locanda negligens fuerit, ea nubilis effecta
pqteſt ex arbitrio propinquorum abſque tu-
toris conſenſu nubere; qui, tutore audito, ad-
D uocatóque, dotem conſtituere poterunt.
XXXIII. [q] Filia quæ ad viginti quinque q verſ.268.
annos ętatis peruenerit, pro alimentis ex bo-
nis paternis prædiorum vſumfructum ad æ-
ſtimationem dotis ſuæ conſequetur interim
dum nubat; ac cùm nupſerit, proprietas ei
acquiretur.
XXXIV. [r] Sorores quotquot fuerint, à r verſ.269.
fratribus, aut eorum hæredibus ampliùs ter-
tia parte hæreditatis expoſcere non poſſunt.
E Attamen ſi plures fratres ſecundò geniti ex-
tant; & vnica ſoror, pluréſve ſorores; omni-
bus ampliùs tertia parte hæreditatis nõ com-
petit, ſed æquis ex portionibus hæreditatem
cum fratribus diuident. Nec verò cogere fra-
tres illæ poterunt fundos patronales (quæ
feuda dicuntur) partiri, neque pręcipuas par-
tes hęreditatis: ſed prędiis ignobilibus, ſi quę
ſunt, contentæ erunt; aut aliis bonis, quæ dari
eis ad æſtimationem partium eis competen-
F tium poterunt.
XXXV. [ſ] In fratres & ſorores prædia vr- ſ verſ.270.
bana, ſuburbanáque in ęquas portiones inter
ſe partiũtur, etiam in Caucbis, cùm filiorum
ſorores ad hæreditatem admittuntur.
XXXVI. [t] Sororibus nulla pars ędificio- t verſ.271.
rum ruſticorum competit, niſi plura ſint ædi-
ficia, quàm fratres: tamen vrbanorum ædifi-
ciorum portionibus eę non excluduntur.
XXXVII. [u] Si hęreditas, maſculis defi- u verſ.272.
G cientibus, obueniat filiabus, in ęquas partes
eam diuidunt: feuda verò, quę more Norma-
no ſunt indiuidua, inter eas earúmve liberos
diuiduntur, etiamſi maſculi fuerint.
XXXVIII. [x] Prędia eorum qui ſe mo- x verſ.273.
nachatui deuouent, eúmq; profeſſi fuerint,
ad proximiores propinquos hęreditatis ca-

paces deuoluuntur; atque exinde monachi ſucceſſionum omnium ſunt incapaces; vt & ipſum monaſterium eorum ius conſequitur.

a verſ.274. XXXIX. [a] Qui elephāriaſi laborare pronuntiatus fuerit, & in cæterorum hominum cœtu, conſortióque interdictum fuerit, ſucceſſionum fit incapax: non tamen prædia quę habebat, ei auferūtur, quorum vſumfructum retinet proprietatis, ei interdicta alienanatione.

b verſ.275. XL. [b] Spurius, ſeu ex non legitimo thoro editus, patris, matríſque hęreditatis eſt incapax, niſi conuocatis iis, quorum intereſt, à Principe natalibus fuerit reſtitutus.

c verſ.276. XLI. [c] Spurius alienare ſua prædia inſtar liberæ perſonæ poteſt.

d verſ.277. XLII. [d] Liberi eorum qui criminis cauſâ damnantur, & quorum bona fiſco, dominóve prædij patronalis addicuntur, parentibus & cæteris propinquis, tam è linea directa, quàm è latere ſuccedunt, dummodò concepti fuerint eo tēpore quo hereditas obuenit.

e verſ.278. XLIII. [e] Si hęres propter æs alienum hęreditatem repudiet, aut eam non adeat; creditores in eorū locum ſurrogari ſeſe rectè petent adipiſcendæ hęreditatis cauſâ, vt credita recipiant pro ratione temporis ſuorum pignorum aut hypothecarum: & ſi quid ſupetſit, id proximioribus perſonis quæ nō repudiauerint hæreditatem, acquiretur.

TIT. XVI.

De ſucceſſione rerum patrimonialium in præfectura Cauchorū, aliorúmque locorum, qui eo iure regūtur in Vicecomitatu Rothomagenſi.

a d. lege municipali Normanniæ verſ. 279. I. [a] PAter, mater, auus, auia, aut alij ex aſcendentium numero poſſunt tertiā partem prędiorum patrimonialium ſeu immobilium, vel portionem ex ea in Cauchis & locis, quæ eo iure reguntur, tribuere liberis ſecundò genitis, aut voi ex iis ex eodem matrimonio ortis: idque donatione, teſtamento, ſolemníve conſtitutione, ſeu modò ſcriptis inter viuos, ſen cauſâ mortis, ea lege, vt contributio fiat in alimenta aliorum ſecundò natorum fratrum, & in dotem ſororū quibus datum quicquā non fuerit; idque pro ratione portionis quæ his dabitur: ita tamen vt domus præcipua maneat penes fratrē natu maiorem; cuius cauſâ nihil in compenſationem fratribus contribuere tenebitur.

b verſ.280. II. [b] Si pater, eo modo, quo dictum eſt, tertiam prędiorum matrimonialium partem liberis ſecundò genitis dederit, iidem cæteris prædiis in vrbe, vel ſuburbiis ſitis, nō excluduntur extra Cauchos & loca quæ eodē iure reguntur; niſi hac lege donatum iis fuerit.

c verſ.281. III. [c] Quòd ſi donator, vel teſtator ſecūdum matrimoniū inierit, vel liberos ex diuerſis matrimoniis habeat, non poterit alterutrius coniugij meliorem facere conditionem.

d verſ.282. IV. [d] Donator aut teſtator poterit, ſi ei videbitur, iubere, vt ſi quis ſecundò genitus ſine liberis decedat, prædia donata cæteris fratribus ſecundò genitis obueniant; iiſque maior natu excludatur.

e verſ.283. V. [e] Solemnis diſpoſitio patris videtur, ſi facta fuerit ex pręſcripto primi, ſecundíque verſus capitis De teſtamentis.

f verſ.284. VI. [f] Donatio tertiæ partis bonorum, aut tertiæ portionis ipſius tertiæ partis facta ſecundò genitis filiis omnibus, rata habetur quocunque tempore facta fuerit; ſed ſi non omnibus facta ſit, rata non erit: nec iis quibus donata fuerit, quadraginta dies antequam donator moreretur; quod donatum fuerit, omnibus cedet.

g verſ.285. VII. [g] Quod viris conceſſum eſt, idem & fœminis permittitur, tametſi eę viri poteſtati ſint ſubiectæ, nec teſtandi facultatem contractu matrimonij eæ receperint; & pro arbitrio de dicta parte tertia bonorum poſſunt ſtatuere.

h verſ.286. VIII. [h] Donatio inter viuos facta liberis dictę tertiæ partis, inſinuatione non eget, viuo donatore: ſed tam inter viuos donatio, quàm mortis cauſâ intra ſemeſtre poſt mortem donatoris inſinuari actis publicis debet, alioqui rata non eſt: eáque inſinuatio pro acceptione habetur.

i verſ.287. IX. [i] Secundò geniti, aut quis eorum, in quos donatio dictæ tertiæ bonorum partis, aut portionis ipſius collata fuerit; ſi eam acceptent, nequaquam alimentorum cauſâ aſſignari ſibi in vſumfructum prædia rectè poſtulabunt: ſed quod eis aliâs alimētorum cauſâ datum fuerit, cæteris fratribus attribuetur: quibus mortuis, prædia, quæ in alimenta aſſignata fuerint, ad maiorem natu fratrem, aut eius hæredes reuertentur.

k verſ.288. X. [k] Sed ſi qui ex ſecundò genitis, quibus donatum fuerit, donationem repudient; alimentorum cauſâ eis prædia in vſumfructum dabuntur vnà cum cæteris ſecundò genitis.

l verſ.289. XI. [l] Cùm dicta donatio repudiata à ſecundò genitis fuerit, hæreditas patris matríſque, aui & auiæ; & aſcendentium cæterorum maiori natu acquiretur; ac hæreditate cæteros fratres excludent.

m verſ.290. XII. [m] Secundò geniti liberi qui donationem prædictam repudiauerint, ad partem hęreditatis à fratre maiore natu admitti, poſtulare non poſſunt; ſed dari tantummodò in alimenta prædiorum vſumfructum: qui quidem vſusfructus definitur tertia parte prędiorum, quę pater matérve, auus aut auia; aut aliquis alius ex aſcendentibus tempore mortis habuit.

n verſ.291. XIII. [n] Omnes ſecundò geniti vnà non poſſunt ampliorem partem prædicta tertia poſtulare in alimenta; in quam quidē partem eorum liberi non ſuccedunt, ſed ad maiorem natu proprietas redit.

o verſ.292. XIIII. [o] Secundò geniti non poſſunt in alimenta poſtulare prædia patronalia (quæ feuda appellantur) ſed ignobilibus contentos eos eſſe oportet, aut bonis aliis quæ ad tertię par-

tis bo-

tis bonorum æſtimationem redeant.

a verſ.293. XV. [a] Si in ſucceſſione ſint prædia, partim in Cauchis, partim alibi ſita; prædia in Cauchis ſita maiori natu acquiruntur; & pręterea in pręḍia extra Cauchos ſita cũ fratribus ſuccedit, & præcipui ius in iis habet, ac ſi nulla in Cauchis prædia defunctus habuiſſet.

b verſ.294. XVI. [b] Quod cùm accidit, ſecundò genitis optio datur expoſcendi prædiorũ in Cauchis ſitorum vſumfructũ, in alimẽtorum cauſam: aut admitti ad ſucceſſionem in cætera prædia in aliis ſex Normanis pręfecturis ſita, tametſi in vrbanis prædiis hęreditas cõſiſtat.

c verſ.295. XVII. [c] Sed ſi pater, mater, aut aliquis alius ex aſcendentibus donatione nulla facta inteſtati decedát, tertia pars prædiorũ, quod ad proprietatẽ attinet, ſecundò genitis competit, excepta domu vna cũ horto, areáque; quæ maior natu præcipua omnino habet ac præcipit: nec eo nomine quicquam fratribus contribuere cogitur.

d verſ.296. XVIII. [d] Maior natu poteſt intra annum à morte parentis, ſi ſit maior annis, dictá tertiam partem prædiorũ ſecundò genitis quę ſitam, aut ſi is minor annis fuerit, redhibere: ac æſtimatio prędiorum fiet ignobilium quidem ad rationem decies multiplicati eorum reditus annui pro ſorte; nobiliũ prædiorum ad rationẽ decies quinquies multiplicati annui reditus eorum pro ſorte. Quod & tutoribus liberorum maioris natu licebit, ſi maior natu ante patrem decedat: aut antequam teſtationem ſuæ voluntatis ea de re interpoſuerit: nec eam ob rem domino prædij patronalis, feudíve quicquam eo nomine laudimiorum aut ſucceſſionis cauſâ præſtat.

e verſ.297. XIX. [e] Filiabus defuncti dos conſtituenda ex bonis mobilibus patris, matriſve: aui aut auiæ, & cęterorũ aſcendentium, ſi ad eam rem ſufficiant: alioqui ex tota ſucceſſione, ſiue in vrbe, ſuburbióve ſita ſit, ſiue extra Cauchos; idque pro ratione bonorum quę tá maiori natu quàm ſecundò genitis quæruntur.

f verſ.298. XX. [f] Quòd ſi fratres in iis nuptum elocandis negligentes fuerint, eis, cùm ad vigeſimũ quintum ætatis peruenerint, nubere ex arbitrio propinquorum & amicorum licebit: qui dotem conſtituere cuiquam è filiabus maiorem non poterunt parte quàm quę vni è fratribus competit.

g verſ.289. XXI. [g] Maiori natu fratri cuſtodia ſororum ſuarum datur quoad nubant: ac fratręs ſecundò geniti cõtribuere in eorum alimenta pro ratione bonorum eis ex ſucceſſione quæſitorum debent.

h verſ.300. XXII. [h] Si quis ex ſecundò genitis ſine liberis decedat, maior natu duas tertias partes eius ſucceſſionis nanciſcitur: reliqua pars tertia dictæ tertię portionis ſecundò genitis relictis fratribus competit.

i verſ.301. XXIII. [i] Secundò geniti, quibus tertia pars prædiorum quoad proprietatem quęſita eſt; tamen ad ſucceſſionem bonorum extra Cauchoa ſitorum admittuntur.

k verſ.302. XXIV. [k] Si vnico prædio patronali, ſeu feudo, tota ſucceſſio conſtet abſque prædiis ignobilibus, ſecũdò geniti ad eius ſucceſſionem non admittuntur quoad proprietatem: ſed vſusfructus eis tertię tantummodò partis eius prædij competit, more in aliis præfecturis recepto: & præterea ad ſucceſſionem pręḍiorum extra Caucbos ſitorum admittuntur.

XXV. [l] Frater maior natu ſuccedit in omne vetus patrimonium propinquorum; nec ſecum ſecundò genitos admittit. l verſ.303.

TIT. XVII.

De ſucceſſione cognatorum, ſeu propinquorum à latere coniunctorum, in bona mobilia, & prædia quæſita, ſiue conſtante matrimonio, ſiue extra illud.

I. [a] IN ſucceſſione mobilium & immobilium quæſitorum, à defuncti latere coniunctorũ repræſentatio, quæ dicitur perſonæ, inter patruos, materteras, & filios patruorum & materterarum locum haber in priore duntaxat gradu. a verſ.304. legis munic. Normanæ.

II. [b] Filij fratrum & ſororum in parentis locum ſubſtituti, in ſtirpes ſuccedũt cum patruis & materteris: nec eis ampliùs competit quàm parentibus, ſi ij in rebus humanis eſſent. b verſ.305.

III. [c] Quòd ſi vna tantùm ſoror pluréſve defuncto ſint ſuperſtites, liberi fratrũ mortuorum eas à ſucceſſione non excludent, vt patres eorum facerent, ſi viuerent: ſed ſuccedent vnà cum materteris & defuncti ſororibus in ſtirpes: ac tum quoque liberi ſororum mortuarum vice matrum ſuccedunt in ſtirpes; vt fratrum filij. c verſ.306.

IV. [d] Liberi ſororum mortuarum non ſuccedunt vice matrum cum ſuis patruis qui fuerunt defuncti fratres: ſed ſuccedunt vnà cum materteris, niſi defuncti frater ſuperſit. d verſ.307.

V. [e] Liberi maioris natu fratris, vice fratris ſubſtituti in eius locum, præcipui loco & iure primogenio nihil capeſſunt in mobilibus prædiis acquiſitis, ſeu conquiſitis in ſucceſſione à latere in damnum patruorum auunculorúmq;, amitarum & materterarum. e verſ.308.

VI. [f] Fratres præferuntur ſororibus: & orti, ortæve à fratribus excludunt ortos à ſororibus eodem in gradu, f verſ.309.

VII. [g] Paterni fratres maternis in eodem gradu præferuntur. g verſ.310.

VIII. [h] Frater ex patre ſuccedit æquis ex partibus vnà cum fratre ex vtroque parente coniuncto. h verſ.311.

IX. [i] Frater vterinus ſuccedit æquis ex partibus cum fratre ex vtroque parente. i verſ.312.

X. [k] Liberi fratris vterini in primo gradu ſuccedunt vnà cum fratre ex vtroque parente. k verſ.313.

XI. [l] Frater paternus maternúſve præfertur ſororibus ex vtroque parente ortis. l verſ.314.

XII. [m] Soror materna ſuccedit æqua ex parte cum ſorore ex vtroque parente coniuncta defuncto. m verſ.315.

a *verſ.316.*

XIII. [a] Soror vterina ſuccedit ex æqua parte cum ſorore ex vtroque parente coniuncta defuncto.

b *verſ.317.*

XIV. [b] In hac ſucceſſione mobilium, acquiſitorúmque prædioru͂, repręſentatio quæ dicitur, ſeu ſubſtitutio fit ſexus: & orti à fratribus præferunt ortos à ſororibus in eodem gradu.

c *verſ.318.*

XV. [c] Fratres inter ſe æquis ex partibus ſucceſſionem ſibi delatam mobilium rerum, prædiorum acquiſitorum, co͂quiſitorúmque etiam in Cauchis ſitorum, locíſve, quę eodem iure vtuntur, excepto præcipui iure, quod frater maior præcipit, ſi plura prædia patronalia ſeu feuda ſint in hæreditate.

d *verſ.319.*

XVI. [d] Quòd ſi in ſucceſſione prædia ſint patrimonialia, quæ diuidi inter eoſdem hæredes debeant, maior natu pręcipere niſi vnum ædificium ex vniuerſa ſucceſſione non poterit.

* *verſ.320.*

XVII. *Filij fratrum, ſororúmve: eorúmq; liberi, qui pari in gradu erant, ſuccedunt patruis auunculiſque in capita, non in ſtirpes, nec maior pars vni quàm aliis competit: nec etiam orti à natu maioribus, quaſi in locum patris ſubſtituti, pręcipui quicquam ferunt. Et ſorores partem faciu͂t in fratris commodum, ſiue nuptæ iam ſint, ſiue non: vt eis tamen dos conſtituenda ſit, ſi nondum nupſerint.

e *verſ.321.*

XVIII. [e] Quòd ſi diuidi commodè ęquas in partes hæreditas nequeat ob pręda patronalia (quæ feuda dicuntur) quæ ſuâ naturâ ſunt indiuidua; eorum prædiorum fiet æſtimatio, multiplicato reditus annui pretio, vicies pro ſorte: & in electione eorum qui maiori natu ſucceſſerint, erit prædium illud patronale adipiſci; ea lege & conditione, vt pro parte, quæ alioqui cohæredibus competeret, pretium iis ad rationem prædictam exſoluant: id quod ſi nolint, pręgium patronale ad eos deferetur, qui aliorum fratrum meliorem conditionem facient. Quòd ſi fœminæ tãtummodò ſint, hæredes prædium patronale ſecundùm mores Normaniæ inter ſe partientur.

f *verſ.322.*

XIX. [f] Si in hæreditate ſit vnum tantummodò prædium patronale, ſeu feudum in Cauchis ſitum; maior natu præcipui iure illud accipere poteſt. Si plura ſint patronalia prædia, illa ſecundùm morem, vſúmque communem Normaniæ diuidentur.

g *verſ.323.*

XX. [g] Donatio facta prædij cuiuſquam à fratre maiore natu alicui è ſecundò genitis, loco vſusfructus prædiorum in alimenta ei competentis ſucceſſionis directæ nomine, quæ in Cauchis ſit; patrimonij naturam, non acquiſiti prædij ſortitur.

h *verſ.324.*

XXI. [h] Donatio prædiorum in Cauchis à patre facta filio ſecundò genito, patrimonialis eſt, non acquiſititia.

i *verſ.325.*

XXII. [i] Pater præfertur matri in hæreditate mobilium, acquiſitorum & conquiſitorum prædiorum quæ à filio filiáve proficiſcuntur: & mater præfertur auo & auiæ, paternis ac maternis.

l *verſ.326.*

XXIII. [l] Auus paternus præfertur materno in eiuſmodi ſucceſſione.

m *verſ.327.*

XXIV. [m] Auia paterna præfertur auo auiæque maternis.

n *verſ.328.*

XXV. [n] Sorores patris vterinæ ſunt amitæ liberorum ortorum à ſuis fratribus & ſororibus: & eo iure excludunt ſucceſſione auunculos & materteras defuncti in ſucceſſione ac hæreditate mobilium, acquiſitorum & conquiſitorum immobilium.

o *verſ.329.*

XXVI. [o] Vxor, marito mortuo, mediam partem conquiſitorum vrbanorum prædiorum, ſuburbanorúmque conſtante matrimonio factorum conſequitur: & quod attinet ad cætera prædia extra vrbem ac ſuburbia ſita, vxor in Giſorſia præfectura mediá partem obtinet, etiam quòd ad proprietatem attinet; mediæ partis vſumfructum in Cauchis; & in cæteris præfecturis & Vicecomitatibus Normaniæ, tertię partis.

p *lege ſpeciali Alenconiæ. verſ.2.*

XXVII. [p] In Alenconia Caſtellania iure ſpeciali vxor à morte mariti in conquiſitorum ab eo prædiorum mediam partem ſuccedit, quæ quidem tempore mortis mariti ipſius fuerint. Quòd ſi ea ante maritum decedat, media pars dictorum prædiorum conquiſitorum hæredibus vxoris quæritur, vſufructu tamen eius partis penes virum remanente, idque tametſi ex eo matrimonio nulli liberi orti ſint; vel vir poſt id matrimonium aliud coniugium ineat.

q *lege munic. Alenconiæ. verſ.2.*

XXVIII. [q] Media pars mobilium quæ vir tempore mortis habuit, eo iure ſpeciali Alenconiæ Caſtellanię vxori quæritur; & æri alieno pro ea parte ſubditur, & funeris viri ſumptibus.

r *d. lege munic. Alenconiæ Caſtellaniæ.*

XXIX. [r] Eam ob rem neque maritus, neque hæredes eius tenentur è mobilibus, quæ vxori, conſtante matrimonio, ſucceſſionis cuiuſquam iure obuenerint, prædia vlla comparare eius nomine ſecundùm præſcriptum legis generalis Normaniæ, verſu 39.

ſ *lege generali Normaniæ. v. 330.*

XXX. [ſ] Illud nulla pactione effici poteſt, etiam in contractu coniugali, vt vxores plus habeant in conquiſitis conſtante matrimonio factis, quàm lege municipali eis defertur, cui derogare non poſſunt.

t *d. lege mun. verſ.331.*

XXXI. [t] Vir, vxore mortua, in conquiſitis, quæ vxori quoad proprietatem deferuntur, vſumfructum habet, tametſi ſecundas ineat nuptias.

u *verſ.332.*

XXXII. [u] Vir, eiúſque hæredes poſſunt redhibere partem conquiſitorum quæ deferuntur vxori pro modo ac ratione pretij quo quæſita fuerint, & impenſarum in prædia factarum, ex quibus ea meliora ac fructuoſiora facta fuerint.

x *verſ.333.*

XXXIII. [x] Si mariti bona fiſco addicantur, vxoris pars, quæ è mobilibus conquiſitiſque prædiis iure municipali ei competit, non aufertur.

z *verſ.334.*

XXXIV. [z] Quæſita prædia quæ ſucceſſione obueniunt hæredi; ei, eiúſque hæredibus exinde patrimonialia efficiuntur.

TIT.

TIT. XVIII.

De diuiſione prædiorum hæreditariorum in Normania.

a d lege mun. Norman. verſ. 335.
I. a IN Normania quędam prædia ſunt diuidua: quędam indiuidua.

b verſ. 336.
II. b Prædia patronalia (quæ feuda dicuntur) indiuidua ſunt, niſi cùm hæreditas fœminis defertur. Tum enim prædium patronale (quod ſcutale dicitur) diuidi in octo partes poteſt: ac ſingulis partibus iuriſdictio patronalis ſeu feudalis cõpetit; & id ius (quod gageplegium dicitur.)

c verſ. 337.
III. c Filius maior natu, iure primo genituræ præcipuum habere patronale prædium, quod optauerit, ex ſucceſſione poteſt: idque tam in paterna, quàm materna hæreditate.

d verſ. 338.
IIII. d Cùm maior natu filius Præcipui iure prædium patronale adipiſcitur, reliqua hæreditas ſecundò genitis defertur.

e verſ. 339.
V. e Quòd ſi in eadem hæreditate plura ſint patronalia prædia, cæteri fratres viciſſim optare vnum ſecundùm cuiuſque gradus prærogatiuam poſſunt.

f verſ. 340.
VI. f Cùm eorum prædiorum nobilium maior natu, fratréſve eius cæteris maiores præcipui iure aliquod aliquáve tulerint, reliqua prædia alij ſecundò geniti fratres inter ſe partiuntur.

g verſ. 341.
VII. g Maior natu, aut alius quiſquam ex his quos diximus, qui patronale prædiũ præcipui iure adepti fuerint, ſucceſſione ſecundò genitorum omnino excluduntur; in eámque ſuccedunt cæteri fratres ſecundò geniti qui hæreditatem cum mortuo diuiſerunt, eorúmque liberi, antequam admitti ad eam ſucceſſionem maior natu poſſit.

h verſ. 342.
VIII. h Sed ſi prædium patronale, feudúmque aliquod, quod diuidi poſſet, in ſucceſſione fuerit cum alijs prædijs; quod præcipui iure maior natu adeptus non fuerit, morte eius qui id prædium ex ſucceſſione diuiſa habuiſſet, maior natu, aut qui eius locum, vicéſque obtinent, ſuccedit in prędium illud, quatenus nobile eſt, iſtúdque prædium habere præcipui iure poteſt.

i verſ. 343.
IX. i Fratre maiore natu mortuo, antequam hæreditas delata, fratribus diuiſa fuerit, frater ei proximior poteſt optare Patronale prædium quod libuerit, quaſi in fratris locum ſuccedens, eiúſque hæres: tum præterea ſuo nomine aliud prædium optare pręcipui loco poteſt: nec reliqui fratres ad vllam eorum prædiorum partem admittuntur, ne alimentorum quidem iure, neque etiam vllius alterius compenſationis.

k verſ. 344.
X. k Similiter mortuo ſecundò genito proximiore ante hæreditatem diuiſam, maior natu proximior, ceu hæres defuncti fratris optare patronale vnum prædium poteſt: & reliqui viciſſim, ſi qua alia patronalia prędia ſuperſint ſecundùm gradus prærogatiuam.

l verſ. 345.
XI. l Fiſcus, aut creditor alius, in locum maioris natu ſubſtitutus ante diuiſam hæreditatem, non idem ius habet patronale prædium optandi quod maior natu habuit; ſed æquas partes in hæreditate cum cæteris habebit cohæredibus.

m verſ. 346.
XII. m Si tota hæreditas vno prædio patronali conſtet, nec vlla alia prædia ſuperſint, omnes ſecundò geniti nihil ex eo prædio capeſſunt præter tertiam vſusfructus eius prædij partem, ex ea ſolarijs deductis, cæteriſque oneribus hæreditatis in ſua alimenta.

n verſ. 347.
XIII. n Si paterna & materna hęreditas obuenerint, antequam maior natu filius in iure teſtificationem interpoſuerit optandi prędium aliquod patronale; aut fratres ad partiendam hęreditatem, quę priùs obueniſſet, admiſerit, illæ hæreditates confundentur, ac pro vnica habebuntur; ita vt maior natu non niſi vnicum prædium patronale in vtraque hæreditate poſſit optare.

o verſ. 348.
XIIII. o Sed ſi maior natu ſuæ optionis teſtificationem interpoſuerit de patronali prædio adipiſcendo, aut fratres ad partiendam hæreditatem, quæ priùs obuenerat, admiſerit antequam ſecunda hęreditas delata fuerit; ex vnaquaque ſucceſſione præcipui loco prædium aliquod patronale conſequi poterit: nec hæreditates confundentur, ſed pro ſeparatis habebuntur, quod ad ſecundò genitorum damnum pertinet.

p verſ. 349.
XV. p Si maior natu in minori ſit ætate, tutor optare eius nomine patronale prædium debet: quòd ſi intra conſtitutum tempus non fecerit; in id quod intereſt, pupillo tenebitur.

q verſ. 350.
XVI. q In filium maiorem natu quemcunque, mortuo patre & matre, poſſeſſio hæreditatis deuoluitur; & fratres ab eo expoſcere partes ſuas debent.

r verſ. 351.
XVII. r Maior natu liberorum penes ſe habere debet tabulas omnes ſeu inſtrumenta hæreditatis antequam diuidatur hæreditas: ac inuentarium prædictarum rerum debet conficere ſtatim à defuncti morte, fratribus ad id conuocatis: aut ſi minores ſint, vel abfuerint, duobus propinquis cognatiſve è proximioribus aut vicinis, apparitore, tabulario, aut publica alia perſona, qui inuẽtario ſignum ſuum apponant.

ſ verſ. 352.
XVIII. ſ Tabulæ & inſtrumenta ſucceſſionis à maiore natu exhibenda ſunt, & edenda minori omnium fratri diuidendæ hæreditatis cauſâ.

t verſ. 353.
XIX. t Cùm is natu minimus hæreditatem diuidit, in minutas partes ſecare hæreditatem non debet, niſi neceſſitas vrgeat: nec debet ſolaria patronalia, aut reditus cæteros ſoli cauſâ debitos alij parti aſſignare, quàm ei quæ ſuppoſita his fuerit.

u verſ. 354.
XX. u Cùm diuiſio prædiorum fratribus maioribus oblata à minimo natu fuerit, quiſque ſuo ordine ad improbãdam eã diuiſionẽ admittitut, antequã ſuæ partis optionẽ faciat.

a verſ.355. XXI. [a] Partes ſecundò genitorum, qui diuiſionis tempore abſuerint, deponi cuſtodiæ causâ penes natu maiorem è liberis debent, quoad ab iis, ad quos pertinent, repetantur.

b verſ.356. XXII. [b] Si in hæreditate ſit vnica domus ruſtica (quam veteres prætorium ruſticum appellabant) maior natu è liberis poteſt ante diuiſionem in iure teſtificari, eam ſe præcipere, ea lege, vt ex reliqua ſucceſſione retribuat fratribus quantum eis ex ea domo obuenire poterat. Et ſi de æſtimatione non conueniat inter eos, æſtimatio fiet domus, areæ, hortique ad rationem modúmque reditus earum rerum annui, & quo pretio locari poſſent.

c verſ.357. XXIII. [c] Sorores ad ſucceſſionem patris matríſque ipſarum non admittuntur: ſed dotem ex his ſibi conſtitui, poſſunt poſtulare: ac in poteſtate fratrum erit, dotes eis è mobilibus rebus, ſiue prædiis, aut è prædiis ſiue mobilibus tribuere, dummodò coniugibus idoneis ac paribus eas elocent.

d verſ.358. XXIV. [d] Filia nubens, reſeruata futuræ ſucceſſioni, non admittitur ad aliam ſucceſſionem quàm eius qui eam ſuæ ſucceſſioni reſeruarit.

e verſ.359. XXV. [e] Filia, quę reſeruata ſucceſſioni, eam capeſsit, debet conferre quodcunque rerum mobilium aut immobilium ab eo habuit qui eam ſuæ ſucceſſioni reſeruauit.

f verſ.360. XXVI. [f] Sorores, cùm ad hæreditatem admittuntur, poſſunt inter ſe partiri prædia patronalia ſeu feuda (quę ſcutaria dicuntur) ſi alio modo diuidi hæreditas nequeat.

g verſ.361. XXVII. [g] Filia, quæ reſeruata ſucceſſioni futuræ fuerit, partem ex prædiis ignobilibus percipiet, ſi ſint in hæreditate: alioqui in patronali prædio æſtimationem ſuæ partis ad rationem & modū reditus annui vicies multiplicati pro ſorte.

h verſ.362. XXVIII. [h] Filiæ nuptæ, tametſi ad hæreditatem non admittantur, niſi ſpecialiter reſeruatæ ad eam fuerint, tamen in hæreditate partem faciunt in commodum fratrum hæredum, eo modo ac ſi adeptæ partem hæreditatis fuiſſent.

i verſ.363. XXIX. [i] Filiæ nuptum elocatæ à patre, vel matre, non admittuntur ad eorum hæreditatem: nec in commodum maioris natu fratris partem faciunt in deminutionem tertiæ partis bonorum, quam in Cauchis ſecundò geniti fratres, vel proprietatis iure, vel vſufructus obtinent.

k verſ.364. XXX. [k] Filiæ contribuunt ex ſuo in alimenta, victúmq; ſororum, & earum dotem, pro ratione modóque ſucceſſionis ſuæ paternæ aut maternæ; vel aui, auiæque in linea directa, atque pro ea ratione æri alieno, cæteriſque oneribus hæreditariis ſubduntur.

l verſ.365. XXX. [l] Vxor, quæ in conquiſitis à viro prædiis, conſtante matrimonio, partem capit, tamen dotem ſuam repetere ex aliis mariti bonis poteſt, quæ aſſignatæ in eam rem à viro fuerint: quod ſi prętermiſſum à viro fuerit, dos è mobilibus rebus ſucceſſionis repetetur: ſi eæ non ſufficiant, è prædiis conquiſitis.

XXXII. [m] Si vir, conſtante matrimonio, ſortem recipiat redituum ſibi in dotem datorum; dos pro conſignata à viro habetur, etiamſi conuentione coniugali in ſtipulatum deducta ea conſignatio non fuerit. m verſ.366.

TIT. XIX.

De donatione propter nuptias, ſeu dotalitio vxoris, ac item de vſufructu rerum immobilium vxoris, qui viro, mortua coniuge, competit, iure Normano.

I. [a] VXor dotalitij ius concubitu cum marito conſequitur, & acquirit. a d. lege municipali Normana. verſ. 367.
Dotalitium verò, quod dicitur, in tertia parte bonorum immobilium conſiſtit, quæ maritus eo tempore, quo nuptiæ celebratę fuerint, habuit: aut quę ei ex ſucceſſione directa conſtante matrimonio obuenerunt, tametſi ea bona parentibus ex ſucceſſione è latere cognatorum obuenerint, vel donatione, vel acquiſitione, vel alio modo.

II. [b] Dotalitium non debetur niſi ex eo tempore quo petitum fuerit, niſi aliter contractu coniugali conuenerit. b verſ.368. d. lege munic.

III. [c] Si pater, aut auus mariti in matrimonium conſenſerint, aut præſentes ei adfuerint, vxor filij dotalitium in eorum ſucceſſione percipiet, etiamſi ea poſt mortem mariti ei obueniat, pro ea parte quidé quam adepta fuiſſet, ſi conſtante matrimonio ea ſucceſſio delata viro fuiſſet. c verſ.369.

IV. [d] Si pater, aut auus in matrimonium non conſenſerint, vxor poſt mariti obitum nihil dotalitij iure conſequitur, niſi in iis prędiis quæ maritus tempore celebratarum nuptiarum habuit, aut ei, conſtante matrimonio, obuenerunt. d verſ.370.

V. [e] Vxor amplius tertia parte prædiorum dotalitij causâ habere non poteſt, tametſi contrà conuenerit: & ſi maritus amplius tertia parte promiſerit, reuocandi hæredibus ipſius poſt eius obitum, ius eſt. e verſ.371.

VI. [f] Fideiuſſor dotalitij debet id ſupplere, etiamſi pollicitatio eius tertiam partem bonorum mariti excedat: nec eius rei indemnitatem ex bonis mariti conſequi poteſt, eiúſve hæredum, quæcunque ſyngrapha, aut expromiſſio ea de re interceſſerit. f verſ.372.

VII. [g] Quod de omnibus aliis quàm de patre aut auo mariti intelligendum eſt: qui nihil, ea pactione facta, niſi dotalitij conſtituti reditum præſtant, quoad viuent; nec ab eorum morte hæredes tenentur. g verſ.373.

VIII. [h] Minùs tertia parte bonorum vxor dotalitij nomine habere poteſt, ſi id pacto coniugali conuenerit. h verſ.374.

IX. [i] Vxores res in dotalitium acceptas debent conſeruare ad eum modum for- i verſ.375.

mámque & ſtarum quo traditæ eis fuerint; vt nec excindere arbores niſi cęduas poſſint, niſi reficiendorum ædificiorum cauſâ, proprietatis dominis ad id conuocatis, ac iudicis decreto ea de re interueniente.

a verſ.376. X. [a] Vxor dotalitium non conſequitur, niſi cum marito habitet cùm decedet.

b verſ.377. XI. [b] Quod intelligendum eſt, ſi ſine cauſa maritum deſeruerit; aut ſi diuortium eius culpâ factum fuerit: ſed ſi culpa mariti in ea re interuenerit, aut vtriuſque; dotalitium vxor conſequetur.

c verſ.378. XII. [c] Hæres non tenetur dotalitium vxori eius, cui ſucceſſit, tribuere, niſi quatenus hæreditas ad eam rem ſufficiet.

d verſ.379. XIII. [d] Si vir conſtante matrimonio ex ſuis prędiis quicquam vendiderit, vxor in eo habere dotalitium poteſt.

e verſ.380. XIIII. [e] Vxor dotalitium ex iis prædiis conſequi non poteſt, quæ marito à tempore celebratarum nuptiarum obuenerunt donatione in eum collata, aut ſucceſſione quæ ei cognatorum è latere obuenerit, aliáve, quàm è linea directa.

f verſ.381. XV. [f] Si vir hæreditatem quæ ei è linea directa delata fuerit, repudiet; nihilominus vxor in ea dotalitium conſequetur; deducto ex ea ære alieno, aliiſq; oneribus, quibus ea ſucceſſio eſt obligata.

g verſ.382. XVI. [g] Iure peculiari ſpecialive Normano, vir qui filium genuit viuum, natum ex vxore, quandiu cœlebs manet, prædiorum quę vxor tempore mortis habuit, vſufructu potitur, etiamſi vxor filio ſuperſtes extiterit: ſed ſi alias nuptias vir poſteà ineat, tertiæ tantùm partis eorum bonorum vſumfructum ex eo tempore habet.

h verſ.383. XVII. [h] Hoc ius marito competit, non ſolùm in damnum liberorum ex vxore quocunque è matrimonio ortorum, ſed etiam dominorum fundorum patronaliũ, quibus prædia vxoris competerent, ſiue in fiſcum redigerentur, ſeu vacantia eſſent propter nõ exiſtentes hæredes, aut propter conſolidationem eorum; aut iure cuſtodię minorum quibus ea prædia obuenissent.

i verſ.384. XVIII. [i] Vir debet alere vxoris liberos, & curare vt in artibus, vel artificiis inſtituantur; niſi aliunde facultates ſuppetant; & ad dotes filiarum de ſuo conferre: idque pro iudicis arbitrio ex ſententia cognatorum, & pro ratione bonorum & ſucceſſionis iis liberis delatæ. Quibus rebus exonerabitur, ſi tertiam partem prædiorum maternorum iis liberis relinquat.

k verſ.385. XIX. [k] Si vſusfructus prædiorum vxoriorum, aut partis eorum alij competeret, quàm vxori mortis eius tempore, eo vſufructu finito, maritus eorundem prædiorum vſumfructum conſequetur.

l verſ.386. XX. [l] Dotalitij cauſâ de matrimonio teſtimonium ferre propinqui & amici poſſunt, nec reprobari queunt: [m] atque, quod maior pars dixerit, pro veritate habetur, dummodò certam rem teſtes referant.

m verſ.388. XXI. [m] Quòd ſi conuentiones coniugales in ſcripta relatæ ſint, nemo ad probationem cuiuſquam rei vltra ſcripta admittetur: & ſyngraphæ contra id de indemnitate promiſſorum factæ in abſentia propinquorum qui conuentionibus coniugalibus ſignum appoſuerunt, irritæ ſunt.

XXII. [n] Vir & vxor ſocij bonorum inter ſe non fiunt, neque in mobilibus, neque in immobilibus rebus: nec vllum ius in iis bonis vxores habent, niſi poſt mariti mortem. n verſ.389.

XXIII. [o] Mobilia quæ vxori conſtante matrimonio ſucceſſione obueniunt, mariti fiunt, ea lege, vt teneatur mediam eorum bonorum partem in prædiorum emptionem conferre, quæ naturam patrimonij vxorij ſortientur, dummodò ea mobilia excedant mediam partem pecuniæ, vel mobilium rerum quæ ab vxore vir in dotem accepit. o verſ.390.

XXIIII. [p] Morte inſecuta vxoris, quæ bonorum ſuorum ſeparationem, viro vergente ad inopiam, obtinuerit; eius mobilia liberis deferũtur: & ſi liberis careat, in alimenta mariti impendi ea debent, & in eius æs alienum diſſoluendum. p verſ.361.

XXV. [q] Mortuo marito, vxor ſuccedit ei in tertiam partem mobilium rerum, ſi liberi è viro geniti exiſtent; ac tum æri alieno pro ea portione obſtringitur, exceptis impenſis in funus factis, & rebus teſtamento legatis: & ſi liberi non ſint, mediam partem mobilium conſequitur æri alieno, cæteriſque rebus, quæ dictæ ſunt, obnoxiam. q verſ.392.

XXVI. [r] Tamen ſi ſolæ filiæ ſupereſſent, quæ viuo patre nuptum elocatæ fuiſſent, vxor mediam mobilium conſequetur, dummodò maritus nihil debeat ex dote mobili promiſſa filiæ generóve. r verſ.393.

XXVII. [ſ] Vxor poteſt repudiare mariti ſucceſſionem intra quadrageſimum diem à morte mariti, dummodò ea de re teſtificationem in iure interponat; neque quicquam è bonis amouerit, vel concelauerit: de quo ſeſe iureiurando præſtito purgare tenebitur, cùm repudiabit hæreditatem: quod vbi faciet, bona tantummodò (quæ parapherna dicuntur) conſequetur non obnoxia æri alieno, ac ſuum præterea dotalitium. Quòd ſi poſtea comperiatur retinuiſſe quicquam è mobilibus vllo modo directò, vel obliquè; æri alieno defuncti contribuet, perinde ac ſi eius hęreditatem non repudiaſſet. Nec tempus prædictum quadraginta dierum proferri poterit repudiandæ hæreditatis cauſâ, niſi cauſa cognita hæredibus & iis (quorum interfuerit) ad id euocatis. Et ſi prolatum tempus fuerit, poſt trimeſtre à morte mariti bona vænire poterunt ſaluo iure vxoris, quod habere in mariti bonis poteſt; pro quo è pretio rerum venditarum ei ſatisfiet. ſ verſ.394.

XXVIII. [t] Bona parapherna intelliguntur, quæ vſibus vxoris deſtinata, ſeu parata ſunt; veluti lecti, veſtes muliebres, linteamina, & quæ ſunt generis eiuſdem: quibus è rebus iudex portionem æquam pro ratione bonorum & mulieris virique conditione adiudicabit; ad eam rem t verſ.395.

conuocato hærede & creditoribus; ita ta-
men vt ea portio , quæ à iudice aſſigna-
bitur, non excedat tertiam mobilium re-
rum partem : ſed & ſi in mobilibus re-
bus minimum reperiatur , tamen vxori
viduæ lectus ipſius , veſtiſque & arca da-
buntur.

a verſ.396. X XIX. [a] Si vir, conſtante matrimo-
nio, reditibus hypothecariis, vel aliis o-
neribus fundo cohærentibus, quæ babe-
bat celebratarum nuptiarum tempore ,
aut quæ ei ſucceſſione obuenerunt , præ-
dia liberet , nihilominus dotalitij iure v-
xor tertiæ partis integrę eorum prędiorum
mariti vſumfructum feret à prædictis re-
ditibus liberum , perinde ac ſi prædia
tempore celebratarum nuptiarum ab om-
oi pignore libera exſtitiſſent : & ea re-
demptio, quæ dicta eſt, in numero con
quiſitorum prædiorum oon habetur : nec
quicquam in eis iuris vindicare ſibi vxor
poterit.

b verſ.397. X X X. [b] Si vir prædictæ redemptionis
causâ quicquam è bonis patrimonialibus
ſuis vendiderit , vxor ex prædiis redem-
ptis dotalitium conſecuta, nihil dotalitij in
prædiis veoditis redemptionis faciendę cau-
sâ habebit.

c verſ.398. XXXI. [c] Vxor dotalitium in bonis ma-
rito donatis habere noo poteſt : neque quic-
quam conquiſiti iure in iis conſequi.

d verſ.399. X X X I I. [d] Proprietas tertiæ immo-
bilium partis deſtinatæ vxori dotalitij no-
mine , iure municipali Normaniæ acqui
ritur liberis à die celebratarum nuptiarum:
quod quidem ius in contractibus qui à die
redactarum in ordinem legum munici-
palium Normanorum inibuntur , non in
iam factis obtinebit. Attamen vſufructu
vir, quandiu viuet, eius partis potietur : ita
tamen vt neque vendere hypothecæ ſubii-
cere, neque alienare vllo modo dictam par
tem poſſit: nec ſimiliter antequam pater mo-
riatur, & liberi eius hæreditatem omnem re-
pudiauerint, facultas eis veodendi eam ter-
tiam prędictorum dotalitiorum prædiorum
partem aut pignori dandi, hypothecęve ſub-
iiciendi conceditur.

e verſ.400. X X X I I I. [e] Si liberi è diuerſis ma-
trimoniis geniti exſtent , omnes vnà non
ferent ampliùs dicta tertia parte prædio-
rum; ſic tamen vt optio eis detur conſe-
queudi dictam tertiam partem bonorum,
quæ pater poſſidebat tempore primarum,
ſecundarum , aut aliarum nuptiarum : ac i-
ta, ne dotalitium prioris; ſecundæ, ter-
tiæ - aut cuiuſquam coniugis vlterioris di-
minuatur: quarum vna quæque dotalitium
integrum ex iis bonis feret, quę maritus tem-
pore celebratarum nuptiarum habebat , niſi
aliter conuenerit.

f verſ.401. X X X I I I I. [f] Nec verò prædicti li-
beri tertiam dictam prædiorum partem
conſequi poſſunt , niſi omnes ſimul pa-
ternam hæreditatem repudient, & donatio-
nes à patre acceptas, aot alias res ab eo pro-

A fectas reponant in hæreditate.

XXXV. [g] Liberi dictam tertiam partem g verſ.402.
inter ſe ſecundùm mores legéſque locorum
vbi ſita prędia prędicta fuerint, partientur;
quibus legibus ac moribus nihil derogatur,
ac iuri Pręcipui quod maiori natu filio
competit: nec verò filiabus vllum ius in iis
prædiis competit , quàm doris ſufficientis
nomine.

B X X X V I. [h] Quòd ſi pater tantum ex h verſ.403.
bonis alienauerit , vt tertia dicta pars
ex prædiis reliquis haberi re ipſa non poſ-
ſit; eius liberi poſteriores reuocare aliena-
tiones poterunt vſque ad id quod ſupplen-
dum fuerit , ad replendam dictam tertiam
partem; niſi emptores, aut ii in quos alio iu-
re prædia tranſlata fuerint, malint æſtima-
tionem prædiorum ab ipſis quæſitorum ad
rationem reditus annui vicies multiplicati
C pro ſorte in prædiis ignobilibus perſoluere:
in mobilibus verò prædiis reditu annuo eo-
rum prædiorum vicies quinquies pro ſorte
multiplicato; quæ ęſtimatio in æquas partes à
fratribus diuidetur.

X X X V I I. [i] Similiter proprietas i verſ.404.
tertiæ partis bonorum , quæ tempore nu-
ptiarum vxor ſeu maritus habuit, aut quæ ei
conſtante matrimonio obuenient , aut con-
quiſiti iure ei acquiſita fuerint , acquirentur
D eis liberis eodem iure ac conditione, quibus
ſimilis tertia pars iiſdem liberis è bonis pa-
tris quæritur.

X X X V I I I. [k] Mulier ſecundò nubens k verſ.405.
non poteſt viro amplius donare ; quàm
ei quod obuenire ex ipſius ſucceſſione
vni è liberis quos tum babebat , potuiſſet;
ei quidem qui minimam partem habiturus
fuiſſet.

X X X I X. [l] Si conſtante matrimonio, l verſ.406.
E reditus hypothecarij , qui marito tem-
pore celebratarum nuptiarum compete-
bant , redhibiti fuerint , exſoluta ſorte ac
penſionibus ab obligatis his reditibus ; v-
xor ęſtimationem tertię partis horum re-
dituum dotalitij nomine feret : niſi vir tan-
tundem reditus pro redemptis reditibus re-
poſuerit.

X L. [m] Quòd ſi pretium redempto- m verſ.407.
rum dictorum redituum in aliorum redi-
F tuum ſeu prędiorum emptionem collatum
fuerit , in iis dotalitium mulier habebit pro
ratione ac modu redemptionis facta, tametſi
noua iſthęc emptio poſt celebratas nuptias
facta ſit.

X L I. [n] Si ex venditione prędiorum n verſ.408.
quę vir tempore nuptiarum habuit , alia
comparauerit; hæc conquiſita non cenſen-
tur , niſi quatenus ex eo bona mariti adau-
cta fuerint pręter id quod tempore nuptia-
G rum habuit : vt ſimiliter à marito quæſita,
conquiſitorum nomine non habentur, ſi con-
ſtante matrimonio quicquam è ſuo patri-
monio alienauerit, donec tantundem in ven-
diti patrimonij locum fuerit ſubſtitutum.

XLII. [n] Quod ſi pretium è dictis rediti- n verſ.409.
bus redemptis redactum adhuc exſtet , nec

in eo.-

in emptionem aliorum redituum aut prædiorum fuerit impenſum, numero mobilium rerum non habebitur; ſed immobilium vſque ad modum earum quas tempote nuptiarum vir poſſedit.

b vetſ.410. XLIII. [b] Coniuges cedere, donare aut alienare inuicem quicquam nequeunt, neque contractus inire vel confiteri aliquid, ex quo bona vnius tota, vel pars eorum directò vel per indirectum ad alterum perueniunt.

c verſ.411. XLIIII. [c] Attamen maritus, ſi bona vxoris alienauerit, tantumdem compenſationis ſeu indemnitatis nomine vxori cedere, ac in eam transferre poteſt, dummodò id ſine fraude ac ſimulatione fiat; ac de alienatione prædij vxorij tabulis authenticis fides fiat.

TIT. XX.

De fundi dotalis rerumque vxoriarum Normanarum alienatione.

a d.l. Municipali Normanæ, verſ.537. I. [a] Libellus, actióve, qua reuocandæ alienationis fundi dotalis cauſâ impetrari à iudice ſolet, æquipollet recuperandæ poſſeſſionis interdicto; & ad poſſeſſionem reuocandam bonorum immobilium vxoriarum non rectè ritéque alienatatarum pertinet, qualem habebant eius alienationis tempore: & ea actio moueri ab vxore eiúſve hæredibus debet intra annum poſt ſolutum matrimonium: quo tempore exacto, rei vindicatione agi ea de re oportebit.

b verſ.538. II. [b] Cùm vir conſenſu vxoris, aut vxor permiſſu viri, eóque auctore, prædium dotale vendiderunt atque alienarunt, contractus huiuſmodi rati habentur: nec reuocari ab vxore, eiúſve hæredibus poſſunt, niſi minoris ætatis, doli, fraudíſve, violentiæ; metúſve qui in conſtantem hominem cadere poſſit, ratione. Nam ſi reueritam ſe vxor maritum cauſetur, vt venditioni aſſentiretur, vel coniugalis metus; ad eam rem non ſufficit.

c verſ.539. III. [c] Si dotalis fundus alienatus fuerit, aut totus, aut pars eius: & pretium eius in rem & vtilitatem vxoris conuerſum non ſit, rependetur ei iuſtum eius pretium, quale fuerit contractus coniugalis tempore, ac celebratarum nuptiarum.

d verſ.540. IIII. [d] Quòd ſi vxor indemnitatem ex bonis mariti referre, conſequíve nequeat; poteſt in ſubſidium conuenire prædiorum ſuorum poſſeſſores: iique optionem habent, ea prædia ei cedere, aut pretium rependere, quale fuit tempore mortis mariti.

e verſ.541. V. [e] Si prædium dotale ab vxore venditum fuerit redimendi mariti ſui omnibus bonis carentis à captiuitate hoſtium cauſâ, aut carceris, in quem coniectus alia de cauſa

A

quàm ciuilis debiti fuerit: aut alendi ſui ipſius maritique cauſâ, patris, matriſque, aut liberorum extrema paupertate laborantium, reuocare alienationem non poterit: attamen ſi vir ad meliorem fortunam veniat, rependi ei iſtud beneficium in maritum liberóſque & parentes collatum debet: nec conuenire ob eam rem eos qui prædia illa acquiſierint, poteſt.

B

f verſ.542. VI. [f] Et quod ad cætera bona immobilia vxoris attinet, quæ dotalia non ſint, ſed quæ ei acquiſita ſint ſucceſſione, donatione, emptione, aut alio modo, ſi alienata ab ea & marito ſimul fuerint, aut ab vxore, viro auctore, vel conſentiente, ſi pretium in rem ac vtilitatem vxoris conuerſum non fuerit, vt ſuprà dictum eſt, rependetur quod ei abeſt, ex mariti bonis; ſed hypotheca ſumet initium à die alienationis eo

C

modo factæ. Quòd ſi vir ſoluendo non ſit, in ſubſidium bonorum coniugis poſſeſſores ei rei tenebuntur, qui liberare eas res ſuas poterunt exſoluto iuſto pretio prædiorum, quale fuit alienationis tempore.

g verſ.543. VII. [g] Nupta mulier agere iniuriarum ſuæ offenſæ cauſâ poteſt, etiam præter mariti voluntatem, dum tamen atrox ſit ei facta iniuria. Quòd ſi cauſâ cadat, & in litis ex-

D

penſas condemnetur; vir non tenebitur, niſi ad rationem, modúmque fructuum rerum vxoriarum: qui ſi ad eam rem non ſufficiant; ſententia contra vxorẽ lata executioni mandabitur in bona vxoris alia, quàm quæ dotis fuerint.

h verſ.544. VIII. [h] Quòd ſi ipſa mulier iniuriarum, aut criminis alicuius arguatur, vir ciuiliter in eam rem tenebitur, ſi eam defendat: quòd ſi

E

non faciat; ſententiæ executio fiet in bona vxoris cuiuſcumque ſint generis, ſi fructus eorum non ſufficiant.

i verſ.545. IX. [i] Viro abſente, vxor turbatæ poſſeſſionis rerum ſuarum cauſâ, interdicto agere poteſt.

F

TIT. XXI.

De teſtamentis iuris Normani.

a d.l. Municip. Normanæ, verſ.412. I. [a] Teſtamentum fieri debet coram Curione, eiúſve vicario, notario ſeu tabulario, præſentibus duobus idoneis teſtibus qui vigeſimum ætatis annum compleuerint; quibus nihil legati nomine relinquatur, ac voluntatem ſuam ſignificare & pronuntiare teſtator debet, eámque, ſi fieri poteſt, dictare: ac cùm relata ea in ſcriptum fuerit, legi quod ſcriptum eſt coram omnibus ſupradi-

G

ctis debet, ac ſignum apponere ei teſtatorem oportet: & ſi id facere teſtator non poſſit aliqua ex cauſa, de eo fieri mentio in tabulis debet: ac præterea ſcripto iſti à Curione aut vicario; Notario vel tabulario, & teſtibus ſignum à quoque ſuum apponi debet.

II. [b] Teſtamentum ſcriptum teſtatoris

a b verſ.413. manu, ſignóq; [a] [b] eius appoſito comptobatum valet, ac ratum babetur tametſi ſuperioris articuli ſolemnia prætermiſſa fuerint.

c v.414. III. [c] Vir non coniugatus, vel qui liberos non habet, poſt vigeſimum ætatis annum completum poteſt de rebus ſuis mobilibus teſtamento ſtatuere: eáque in quos volet conferre.

d verſ 415. IV. [d] Qui decimum ſextum annum ætatis compleuerint maſculi, vel fœminę de tertia patre mobilium rerum ſuarum teſtamento poſſunt ſtatuere: eáſque qoibus volent relinquere.

e verſ.416. V. [e] Spurij de ſuis mobilibus rebus teſtamentum facere poſſunt ad inſtar legitimorum.

f verſ.417. VI. [f] Vxor non poteſt de ſuis bonis quicquam teſtamento ſtatuere, niſi permiſſu viri: vel niſi in contractu coniugali vt id facere poſſet, conuenerit.

g verſ.418. VII. [g] Teſtator, qui liberos, aut ab iis ortos eius hæreditatis capaces babeat, de ſuis mobilibus rebus teſtari ampliùs quàm de earum parte tertia nnn pnteſt: ac de ea quidem parre tertia impenſæ funeris & legata teſtamento relicta exſoluenda erunt.

h verſ.419 VIII. [h] Attamen ſi filias tantummodò iam nuptas babeat, quarum dotes exſoluerit; mediam partem bonorum mobilium legare poterit, reliqoa media pars ad vxorem deuoluetur.

i verſ.420. IX. [i] Quòd ſi præmortua vxor fuerit, de omnibus mobilibus rebus teſtamentom facere vir poteſt.

k verſ.421. X. [k] Emancipati liberi cum aliis oon emancipatis ſuccedunt, & à patre accepta conferont.

l verſ.422. XI. [l] Qui liberis caret, poteſt teſtamento, aut mortis causâ donatione acquiſitorum conquiſitorúmque immobilium tertiam partem relinquere, quibus volet, excepta vxore, eiúſque propinquis: idque dummodò teſtamentum aute tres menſes quàm moreretur fecerit, aut mortis causâ donauerit: neque de bonorum tertia parte inter viuos donatiooe facta ſtatuerit.

m verſ.423. XII. [m] Mulier vidua, cui liberi ſint ſuperſtites ſucceſſionis ipſius capaces, cùm ea morietur non poteſt teſtamento, aut morris causâ ampliùs tertia donorum mobilium parte relinquere.

n ver.424. XIII. [n] Pater & mater non poſſunt vni è liberis ampliùs quàm aliorum cuiquam relinquere.

o verſ.425. XIIII. [o] Qui liberis carent, poſſunt hæredibus ſuis, aliiſve perſonis quam volent partem mobilium ſuarum rerum teſtamento relinquere.

verſ.426. XV. [p] Pater poteſt filio naturali, quem agnoſcat, eam partem bonorum mobilium relinquere, quam extraneo cuiuis potuiſſet.

verſ.427. XVI. [q] Nemo de ſuis prædiis & immobilibus rebus ſtatuere, eáve legare vel mortis causâ donare poteſt, etiamſi donatioois ſimplicis, ſeu inter viuos donationis, aut alterius inter viuos contractus formam, ſpeciémque

A res habeat; vel etiáſi in pauperes cauſámqoe piam res conferatur: niſi io Cauchis, cùm parentes liberis ſecundò geniris donant tertiam quæſitorum prædiorum partem, eo quo ſuprà dictum eſt modo.

XVII. [r] Nemo de ſuorum prædiorum, aut immobilinm vſufructu ſtatuere teſtamento, vel ea relinquere pnteſt alio modo, quàm proprietarem licet. Attamen famulis ſuis, aut B in cauſas alias pias vſumfructum ſuorum bonorum, qui noo excedat prouentus reditúſve ſuos bunorum vnius anni, poteſt quis relinquere. r verſ.428.

XVIII. [ſ] Vir liberis carens vxori donare è ſuis mobilibus non poteſt niſi ad mediam partem æſtimationis prædiorum & immobilium quæ is babeat mortis ſuæ tēpnre. Quòd ſi liberos habeat, non poteſt donare vltra æſtimationem tertiæ partis ſuorum immobilium. ſ verſ.429.

XIX. [t] Executores teſtamentarij penes ſe habere intra annum & diem à morte teſtatoris è bonis eius mobilibus debeot, exequēdi teſtamenti causâ, qoantum ad eam rem ſufficiat, & legatis cæteriſque rebus, oneribúſque exſoluendis: ac ante omnia earum rerum conficere inuentarium eos oportet, conuocatis hæredibus; aut ſi abſint, proximioribus propinquis cognatiſque: niſi hæres D malit executori dare in manus pecuniam, aut res cæteras à teſtarore donatas teſtamento, exequendi eius causâ. t verſ.430.

TIT. XXII.

Quæ res mobilium, & quæ immobilium numero cenſeantur iure municipali Normano.

I. [a] OBligationes, & chirngrapha facta rerum mobilium causâ; in mobilibus rebus cenſentur: & contrà, quæ immobilium causâ conficiuntor, immobilia exiſtimantur. a d. lege municip. verſ. 504.

II. [b] Fructus, grana, fœnúmq; quæ humo cohęrētia ſunt poſt Diui Ioannis natalem feſtum, tametſi ſecta ea, auulſáque non ſint, mobilium numero habeutur, exceptis pomis & vuis quæ in nomero mobilium ſunt vſque ad Kalendas Septembris. Arbores verò io immobilibus rebus habentur, donec ſint exciſę. b verſ.505.

III. [c] Suppellex lignea, vel huiuſmodi, ſiue ruri ſit, ſiue in vrbe; in rebus mobilibus habetur; niſi ferro aut clauis ſit affixa ſolo vel parietibus, vel iis gypſo cooglutinata, vt perpetuò ibi maneat: & quæ niſi frangendo, aut deteriorem rem faciendo inde auelli nequeat: cuius generis ſuppellex in immobilium eſt numero. c verſ.505.

IV. [d] Reditus hypothecarij tametſi pecunia ſint conſtituti, ac redhiberi redimique poſſint; in immobilium geoere habentur. Attamen ſi permutati cum prædiis fuerint, is contractus perinde ac res vendita redhibitioni gentilitiæ eſt obnoxius. d verſ.507.

V. [e] Vſusfructus rerum immobilium immobilibus rebus adſcribitur. e verſ.508.

VI. [a] Pen-

a verſ.509. A

V I. [a]Penſiones, ſeo ſolaria patronalibus prędiis debita mobilia non cenſentur, donec dies quo ſolui debent, ceſſerit.

b verſ.510.

V I I. [b]Debitæ penſiones prædiorum locatorum cauſa pro mobilibus rebus habentur ab eo die quo percepti fructus fuerunt, rametſi penſionis ſoluendæ dies nondum venerit. Penſionęs verò redituum prædialium vel hypothecariorum debitæ, ad diem mortis defuncti in mobilium numero ſunt. B

c verſ.511.

V I I I. [c]Pecunia data in dotem à patre, matre, auo, auia, aut alio ex aſcendentibus, aut frattibus, pro re immobili habetur: & in patrimonio filiæ ſeu mulieris numeratur, tamerſi eâ pecuniâ non ſint comparata, nec à viro in cauſam dotis prædia aſſignata. Et ſi vllæ extraneæ perſonæ peconiam dederint, vt ex ea mulieri prædia compararentur, aut reditus, quæ filiæ propria forent, in immobilibus rebus ea pecunia habetur, & quæſitorum à filia prædiorum loco. C

d verſ.512.

I X. [d]Peconia minoribus annis donata, vt ex ea prædia reditus compararentur, in immobilium genere nomeratur, donec in minori ętatc ij quibus donatum fuerit, in minori ætate erunt: & prædia ex ea pecunia comparata, in quæſitorum prædiorum ſunt numero.

e verſ.513.

X. [e]Reditus hypothecarij pecunia conſtituti in immobilium rerum genere cenſentut, donec redempti fuerint. Quòd ſi hi reditus minoribus ætate competant, ſi quidem tempore minoris ætatis redempti fuerint, reditus alij, vel prædia ex huiuſmodi redemptione comparata in immobilium numero ſunt, & eiuſdem conditionis, & qualitatis cuius fuerat reditus prior: & in ea hæreditate ſuccedunt cognati ex eo latere vnde ij reditus proceſſerunt: & idem ius eſt in ea peconia quæ in redhibitionem prædiorum minoribus eſt oumerata. E

A

X I. [f]Munus publicum venale in immobilium numero habetur: & inici in id regia manus poteſt, vt publicè vęneat, haſtęq; ſubnciatur: donec ſcilicet eiuratum munus fuerit, aut qui eo fungebatur, in alterius gratiam eo ſe abdicauerit. — f verſ.514.

X I I. [g]Moletrina ſeu piſtrinum: prælum vinarium, ſeu pomariũ: caldaria, culei, in immobilibus rebus habentur, cùm moueri loco niſi effracta vel diſiuncta diſſolutáque nequeunt. — g verſ.515. B

X I I I. [h]Seminaria pomorum pirorúmque, querceta, fagineta, vlmaria repoſita vt in arbores enata aliò tráſferantur, ſiue ex ſemine, ſiue planta, conſita compoſitáve fuerint, fundum ſequuntur. Tamen viduæ fructuariæ & hæredes alij partem ex his ſeminariis ferunt, perinde atque è re mobili poſt ſolutum matrimonium ex eo quidem tempore quo auferri & moueri loco eæ arbores enatæ è ſeminariis debent. — h verſ.516. C

X I I I I. Simili modo conductores prædiorum vbi ea ſeminaria fuerint, poſſunt arbores è ſeminariis finita conductione auferre, derelicta media parte arborum dominis prędiorum: dum tamen ea ſeminaria conſenſu dominorum facta fuerint, vel ſexennio ante finitam conductionem. — i verſ.517.

X V. [k]Caldaria tinctorum, & zythi confectorum conſtructa in eorum domibus, ſeu ædificiis, in immobilibus rebus numerantur: eique quæruntur cui ea ædificia ex hæreditatis diuiſione obuenerint. — k verſ.518. D

X V I. [l]Naues, ratéſque in mobilibus rebus numerantur: & tamen ſi æris alieni cauſa haſtę ſubnciantur, pro immobilibus rebus habentur. — l verſ.519.

X V I I. [m]Piſces qui ſunt in ſtagnis, foſſiſve, in immobilium oumero ſoot: ſed ſi in clauſtris, repaguliſve fuerint teſeruati, mobilium rerum oumero habentur. — m verſ.520. E

IVRIS CIVILIS ROMANI GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER VIGESIMVS SEXTVS.

TIT. I.

De Actionibus.

CAPVT I.

De obligationibus ex quibus actiones naſcuntur: ſeu de obligationibus vtilibus, & ex quibus actiones competunt.

a Inſt. 1. de obligationibus.

I. [a] OBLIGATIO eſt iuris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicuius ſoluendæ rei ſecundùm noſtræ ciuitatis iura.

b l. 1. D. de pactis.

II. [b] Conuentiones plerunque in aliud nomen tranſeunt. veluti in emptionem, locationem, in pignus vel ſtipulationem.

Secunda pars dicti capitis primi.

De præſcriptis verbis.

c l. 1. D. de præſcriptis verbis.

III. [c] NOnnunquam euenit, vt ceſſantibus iudiciis proditis, & vulgaribus actionibus, cùm proprium nomen inuenire non poſſumus, facilè deſcendamus ad eas quę in factum appellantur. Sed ne res exemplis egeat, paucis agam: Domino mercium, in magiſtrum nauis, ſi ſit incertum, vtrùm nauem conduxerit, an merces vehendas locauerit, ciuilem actionem in factum dandam, Labeo

D

ait. [d] Item ſi quis pretij explorandi gratiâ rem tradat; neque depoſitum neque commodatum erit: ſed non exhibita fide, in factum ciuilis ſubiicitur actio. [e] Nam cùm deficiunt vulgaria atque vſitata actionum nomina, præſcriptis verbis agendum eſt. [f] In quam actionem neceſſe eſt confugere, quoties contractus exiſtunt, quorum appellationes nullæ iure ciuili proditæ ſunt. Naturâ e-

d d. l. §. 1.

e l. 2. d. t.

f l. 3. ibid.

E

nim rerum conditum eſt vt plura ſint negotia quàm vocabula.

g l. Naturalis. ibid.

IV. [g] Toties ob rem dati, tractatus in his competit ſpeciebus: aut enim do tibi vt des; aut do vt facias; aut facio vt des: aut facio vt facias. In quibus quæritur quæ obligatio naſcatur. Et ſiquidem pecuniam dem vt rem accipiam, emptio eſt & venditio:

A

ſin autem rem dem vt rem accipiam, quià nõ placet permutationem rerum emptionẽ eſſe, dubium non eſt naſci ciuilem obligationem: in qua actione id veniet vt damnêris mihi quanti intereſt mea illud de quo cõuenit accipere: vel ſi meum recipere velim, repetatur quod datum eſt quaſi ob rem datum, re non ſecuta. Sed ſi ſcyphos tibi dedi vt Bucephalum equum mihi dares, periculo meo Buce-

B

phalus erit: ac tu culpã duntaxat præſtare debes. Explicitus eſt articulus [do vt des.]

h d. l. §. at cùm do.

V. [h] At cùm do vt facias, ſi tale ſit factum quod locari ſolet, puta vt tabulam pingas, pecuniâ datâ locatio erit; ſicut ſuperiore caſu emptio, nõ autem locatio: ſed naſcetur vel ciuilis actio in id quod intereſt mea, vel ad repetendum condictio.

i d. l. §. quòd ſi faciam.

VI. [i] Quòd ſi faciam vt des, & poſtquam feci ceſſas dare; nulla erit ciuilis actio: & ideò de dolo dabitur.

C

k d. §.

VII. [k] Sed ſi facio vt facias, hæc ſpecies tractatus plures recipit. Nam ſi pacti ſumus vt tu à meo debitore Carthagine exigas: ego à tuo Romæ: vel tu in meo; ego in tuo ſolo ædificem; & ego ædificem, & tu ceſſas; in priorem ſpeciem mandatum quodammodo interueniſſe videtur: ſine quo exigi pecunia alieno nomine non poteſt. Quamuis enim & impendia ſequantur, tamen mutuum officiũ

D

præſtamus: & poteſt mandatum ex pacto etiam naturam ſuam excedere. Poſſum enim tibi mandare, vt cuſtodiam mihi præſtes, & non plus impendas in exigẽdo quàm decem. Et ſi eandem quantitatem impenderimus, nulla dubitatio eſt: ſin autem aliter feceris vt & hîc mandatum interueniſſe videatur; quaſi refundamus inuicem impenſas: neque enim de re tua tibi mando. Sed & tutius erit & in

E

inſulis fabricandis, & in debitoribus exigendis, præſcriptis verbis dari actionem: quæ actio ſimilis erit mandati actioni, quẽadmodũ ſuperioribus caſibus locationi & emptioni.

l l. inſulam. ib.

VIII. [l] Inſulam hoc modo vt aliam inſulam reficeres, vendidi. Neratius reſpondit nullam eſſe venditionem: ſed ciuili intentione incerti agendum eſt. [m] Agitur autem præſcriptis verbis in factum generaliter, quòd,

m in annot. codicis Plantiniani.

quaoti intereſt, agatur, non de certa quantitate, aut ſpecie.

n l. Ob eam cauſam. ibid.
IX. [n] Ob eam cauſam accepto liberatus vt nomen Titij debitoris delegaret, ſi fidem contractus non impleat, incerti actione tenebitur: itaque iudicis officio, non vetus obligatio reſtaurabitur; ſed promiſſa præſtabuntur, aut condemnatio ſequetur.

o l. quia actionum. ibid.
X. [o] Quia actionum non plenus numerus eſſet, ideò plerunque actiones in factum deſiderantur.

p l. ſi tibi. ibid.
XI. [p] Si tibi rem vendendã certo pretio dediſſem, vt quo pluris vẽdidiſſes, tibi haberes; placet neq; mandati, neque pro ſocio eſſe actionem: ſed in factum quaſi negotio geſto: quia & mandata gratuita eſſe debent; & ſocietas non videtur contracta in eo qui te non admiſit ſocium diſtractionis, ſed ſibi certum pretium excepit.

q l. qui ſeruandarum. ibid.
XII. [q] Qui ſeruandarum merciũ ſuarũ cauſa alienas merces in mare proiecit, nulla tenetur actione: ſed ſi ſine cauſa id feciſſet; in factum: ſi dolo, de dolo.

r d. l. § ſed & ſi calicem.
XIII. [r] Sed & ſi calicem argenteũ alienum in profundũ quis abiecerit damni dandi cauſâ, non lucri faciendi; Pomponius ſcripſit neque furti, neque damni iniurię actionem eſſe; in factum tamen agendum.

ſ d. l. § vlt.
XIV. [ſ] Si glans ex arbore tua in meũ fundũ cadat, eámq; immiſſo pecore depaſcam; Ariſto ſcripſit non ſibi occurrere legitimã actionem qua experiri poſſim. Nam neque ex lege duodecim tabularum de paſtu pecoris actioni locus eſt; quia non in tuo paſcitur, neq; de pauperie, neque damni iniuriæ agi poſſe: in factum igitur erit agendum.

t l. permiſiſti. ibid.
XV. [t] Permiſiſti mihi cretam eximere de agro tuo, ita vt eum locum vnde exemiſſem, replerem: exemi, nec repleui: quæſitum eſt quam habeas actionem: ſed certum eſt ciuilẽ actionem incerti competere: ſi autem vendidiſti cretam, ex vendito ages. Quòd ſi poſt exemptionem cretæ foſſam repleuero, nec patiaris me cretam tollere, tum agam ad exhibendum: quia mea facta eſt, cùm voluntate mea exempta ſit.

u d. l. § permiſiſti.
XVI. [u] Permiſiſti mihi vt ſererem in fundo tuo, & fructus tollerem: ſeui, nec pateris me fructus tollere; nullam iuris ciuilis actionem eſſe Ariſto ait: an in factum dari debeat, deliberari poſſe; ſed erit de dolo.

x l. ſi gratuitã. ibid.
XVII. [x] Si gratuitam tibi habitationẽ dedero, an commodati agere poſſim. Et Viuianus ait poſſe: ſed eſt tutiùs præſcriptis verbis agere.

y d. l. § 1.
XVIII. [y] Si margarita æſtimata tibi dedero, vt aut eadem mihi adferres, aut pretiũ eorum: deinde hęc perierint ante venditionem; cuius periculũ ſit, quæri poteſt. Et ait Labeo; quod & Pomponius ſcripſit, ſi quidem ego venditorem togaui, meum eſſe periculum: ſi tu me, tuum: ſi neuter noſtrum, ſed conſenſimus; teneri te hactenus vt dolum & culpam mihi præſtes: actio autem ex hac cauſa vtique erit præſcriptis verbis.

z d. l. § 2.
XIX. [z] Papinianus ſcripſit, ſi rem tibi inſpiciendam dedi, & dicas te perdidiſſe: ita demùm præſcriptis verbis actio competit, ſi ignorem vbi ſit. Sed ſi mihi liqueat apud te eſſe, furti agere poſſum, vel condicere, vel ad exhibendum agere. Secundùm hæc ſi cui quid inſpiciẽdum dedi, ſiue ipſius cauſâ, ſiue vtriuſque; & dolum & culpam præſtandã eſſe dico propter vtilitatem; periculum non: ſi verò mei duntaxat cauſâ datum eſt, dolũ ſolum; quia propè depoſitum hoc accedit.

a d. l. § ſi cùm bouem.
XX. [a] Si cùm bouem vnicum haberem, & vicinus vnum, placuerit inter nos vt per denos dies ego ei, & ille mihi, bouem cõmodaremus vt opus faceret, & apud alterum bos perit; commodati non competit actio, quia non fuit gratuitum cõmodatum: verùm præſcriptis verbis agendum eſt.

b d. l. § ſi cùm veſtimenta.
XXI. [b] Si cùm veſtimenta venderes; rogauero vt ea apud me relinquas, vt peritioribus oſtenderem: mox hæc perierunt vi ignis aut alia maiore, periculum minimè præſtabo, ex quo appares cuſtodiam ad me pertinere.

c d. l. § ſi quis ſponſionis.
XXII. [c] Si quis ſponſionis cauſa annulos acceperit, nec reddat victori præſcriptis verbis, actio in eum competit. Nec enim recipienda eſt Sabini opinio, qui condici, & furti agi ex hac cauſa putat. Quomodo enim rei nomine, cuius poſſeſſionem, neque dominium victor habuit, aget furti? Planè ſi inhoneſta cauſa ſpõſionis fuit, ſui annuli duntaxat repetitio erit.

d l. Rogaſti. ibid.
XXIII. [d] Rogaſti me vt nummos tibi mutuos darem: ego cùm non haberem, dedi tibi rem vendendã vt pretio vtereris. Si non vendidiſti, aut vendidiſti quidẽ, pecuniam autem non accepiſti mutuam; tutiùs eſt ita agere, vt Labeo ait, præſcriptis verbis, quaſi negotio inter nos geſto proprij contractus.

e d. l. § 1.
XXIIII. [e] Si prædium pro te obligauero: deinde placuerit inter nos vt mihi fideiuſſorẽ pręſtares, nec facias; meliùs eſſe dico pręſcriptis verbis agi, niſi merces interuenit: nam ſi interuenit, ex locato erit actio.

f d. l. § apud Labeonem.
XXV. [f] Apud Labeonem quæritur, ſi tibi equos venales experiendos dedero; & ſi in triduo diſplicuiſſent, redderes: túque deſultor in his concurreris, & viceris: deinde emere nolueris, an ſit ex vendito actio, quæritur: & puto verius eſſe præſcriptis verbis agendum. Nam inter nos hoc actum eſt vt experimentum gratuitum acciperes, non autem certares.

g d. l. § item apud.
XXVI. [g] Item apud Melam quæritur, ſi mulas tibi dedero, vt ſi placuiſſent, emeres: ſi diſplicuiſſent, vt in dies ſingulos aliquid præſtares: deinde mulæ à graſſatoribus fuerint ablatæ intra dies experimenti; quid erit præſtandum, vtrùm pretium & merces: an merces tantùm, quæritur. Et ait Mela, intereſſe vtrùm emptio iam erat contracta, an futura, vt ſi facta, pretium petatur, ſi futura, merces petatur: ſed non exprimit de actionibus. Puto autem ſi quidem perfecta fuit emptio, competere ex vendito actionem: ſi verò nondum perfecta eſſet, actionem talem

qualem

A qualem aduerſus deſultorem, dari.

h d.l.§.vlt.

XXVII. [h] Si cùm emere argentum velles, vaſcularius ad te detulerit, & reliquerit: & cùm diſplicuiſſet tibi, ſeruo tuo referendum dediſti, & ſine dolo & culpa tua perierit; vaſcularij erit detrimentum, quia eius quoque cauſa ſit miſſum. Certè culpam eorum quibus cuſtodiendum, perferendúmve dederis, præſtare te oportere, Labeo ait: & puto præſcriptis verbis actionem in hoc cōpetere.

i l.Quoties. ibid.

B XXVIII. [i] Quoties deficit actio vel exceptio; vtilis actio, vel exceptio danda eſt.

k l.Si tibi. ibid.

XXIX. [k] Si tibi polienda ſarciendáve veſtimenta dederim, ſi quidem gratis te hanc operam ſuſcipiente; mandati eſt obligatio: ſi verò mercede data aut conſtituta; locationis conductioniſque negotium geritur. Quòd ſi neque gratis hanc operam ſuſceperis, neque protinus data aut conſtituta ſit merces, ſed eo animo negotium geſtum fuerit vt poſtea
C tantum mercedis nomine daretur, quantum inter nos ſtatutum ſit; placet quaſi de nouo negotio in factum dandum eſſe iudicium, id eſt præſcriptis verbis.

l l.Duo. ibid.

XXX. [l] Duo cùm ſecundùm Tiberim ambularent, alter eorum qui ſecum ambulabat, rogatus annulū oſtendit, illi excidit annulus, & in Tiberim deuolutus eſt. Alphenus repōdit poſſe agi cum eo in factum actione.

m l.priore D. de æſtimatoria.

XXXI. [m] Actio de æſtimato proponitur
D tollendę dubitationis gratiâ. Fuit enim magis dubitatum, cùm res æſtimata vendenda datur, vtrùm ex vendito ſit actio propter æſtimationem, an ex locato, quaſi rem vendendam locaſſe videar, an ex conducto, quaſi operas conduxiſſem, an mandati. Melius itaque viſum eſt hanc actionem proponi. Quoties enim de nomine contractus alicuius ambigeretur, conueniret tamen aliquam actionem dari, danda erit æſtimatoria præſcriptis
E verbis actio. Eſt enim negotium ciuile geſtum, & quidem bona fide. Quare omnia hîc locum habent quæ in bonæ fidei iudiciis diximus. Aut igitur rem debebit incorruptam reddere, aut æſtimationem de qua conuenit.

n o l.poſteriore ibid.

XXXII. [n o] Hæc actio vtilis eſt, etſi merces interuenit.

CAPVT II.

F ### *De actione funeraria.*

p l.Si quis ſepulchrum. §. Prætor ait D. de religioſis & ſumptibus funerum.

XXXIII. [p] PRætor ait: [Quòd funeris cauſa ſumptus factus erit, eius recuperádi nomine, in eum, ad quem ea pertinet, iudicium dabo.]

q Ibid.

XXXIV. [q] Hoc edictū iuſta ex cauſa propoſitū eſt, vt qui funerauerit, perſequatur id quod impēdit. Sic enim fiet ne inſepulta corpora iaceant: néve quis de alieno funeretur.

r l.1.d t.

XXXV. [r] Qui propter funus aliquid im-
G pendit; cum defuncto contrahere videtur, non cum hærede.

ſ d. l. ſi quis ſepulchrum. d. §. Prætor ait.

XXXVI. [ſ] Funus eum facere oportet quem decedens elegit. Sed ſi ille non fecit, nullam eſſe huius rei pœnam, niſi aliquod pro hoc emolumentum ei relictum eſt. Tunc enim ſi non paruerit voluntati defuncti, ab hoc repellitur. Si autem de hac re defunctus cauit, nec vlli delegatū hoc munus eſt, ſcriptos hæredes ea res cōtingit. Si nemo ſcriptus eſt, legitimos vel cognatos quoſque ſuo ordine qui ſuccedunt, contingit.

ſ d.l. §.ſumptus.

XXXVII. [ſ] Sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti.

t d.l.§.vlt.

XXXVIII. [t] Prætur, vel magiſtratus municipales ad funus ſumptus decernere debēt, ſi quidem pecunia eſt in hæreditate: ſi nō eſt, diſtrahere debet ea quæ tēpore peritura ſunt, quorum retentiō onerat hæreditatē: ſi minùs, ſi quid auri argētive fuerit, diſtrahi, aut pignerari debebit vt pecunia expediatur; [u x] vel à debitoribus exigi, ſi facilè poſſit.

u x l.vel à debitoribus ibid.

y l & ſi quis. §.1.ibid.

XXXIX. [y] Si colonus, vel inquilinus ſit is qui mortuus eſt, nec ſit vnde funeretur, ex inuectis illatis eum funerandum Pōponius ſcribit: & ſi quid ſuperfluum remanſerit, hoc pro debita penſione teneri. [z] Imputare autem ſibi debet creditor cur non ante iuſſerit inuenta includi: quod ſi feciſſet viuo debitore, non potuiſſent inuecta ſumptibus funerariis imputari.

z l.6 & pen. D.ex quibus cauſ maior. in annot Plantinian. Codice.

a d §. 1.

XL [a] Sed & ſi res legatæ ſint à teſtatore, de cuius funere agitur, nec ſit vnde funeretur, ad eas quoque manū mittere oportet. Satius eſt enim de ſuo funerari, quàm aliquos legata conſequi. Sed ſi adita poſtea fuerit hæreditas, res emptori auferenda non eſt, quia bonæ fidei poſſeſſor eſt, & dominium habet qui iudice auctore comparauit. Legatarium tamen legato carere non oportet, ſi poteſt, iubemus ab hærede præſtari: quòd ſi non poteſt, melius eſt legatarium non lucrari, quàm emptorem damno affici.

b d.l.§.funerum.

XLI. [b] Impenſa peregrè mortui, quæ facta eſt vt funus perferretur, perſolui debet, licèt nondū homo funeretur. Idémque & ſi quid ad cuſtodiendum vel etiā commendandum pręſtitum ſit.

c d.l.§.hæc actio.

XLII. [c] Hæc actio, quæ funeraria dicitur, datur ex æquo & bono. Continet autē funeris cauſa tantùm impenſam, non cæterorū ſumptuum. Æquum autē accipitur ex dignitate eius qui funeratus eſt, ex cauſa, ex tempore, & ex bona fide, vt neque plus imputetur ſumptus nomine, quàm factū eſt: ſi immodicè factum eſt, debet haberi ratio facultatū eius in quem factum eſt, & ipſius rei quæ vltra modum ſine cauſa conſumitur. Quid ergo ſi ex voluntate teſtatoris impenſum eſt? Sciendum eſt, nec voluntatem ſequendam, ſi res egreditur iuſtam ſumptus rationem: pro modo autem facultatum, ſumptum fieri debere.

d d l.§ ſed interdum.

XLIII. [d] Sed interdum qui ſumptum in funus fecit, ſumptum nō recipit, ſi pietatis gratiâ fecit, non hoc animo, quaſi recepturus ſumptū quē fecit. Oportebit igitur teſtari quo animo fuerit, ne poſtea patiatur quęſtionem.

e d.l.§.plerique.

XLIV. [e] Plerique filij cùm parentes ſuos funerant, vel alij qui hæredes fieri poſſunt, licèt ex hoc ipſo, neq; pro hærede geſtio, neq; aditio præſumitur, tamen ne vel miſcuiſſe ſe neceſſarij, vel cęteri pro hęrede geſſiſſe videan-

tur, ſolent pietatis gratiâ facere ſepulturam. Quid ſi ſuperuacuò fecerit factum? Ad illud ſe munire videntur, ne miſcuiſſe ſe credantur, non ad illud, vt ſumptū conſequantur; quippe proteſtantur ſe pietatis gratiâ id facere. Plenius igitur eos teſtari oportet, vt & ſumptum poſſint conſequi.

XLV. [f]Datur autem hæc actio aduerſus eos ad quos funus pertinet: vt puta aduerſus hęredem bonorúmve poſſeſſorem, cæteróſque ſucceſſores.

XLVI. [g]In eum, ad quē dotis nomine quid peruenerit, dat prætor funerariam actionem. Æquiſſimū enim viſum eſt veteribus, mulieres quaſi de patrimoniis ſuis ita de dotibus funerari: & eum qui morte mulieris dotē lucratur, in funus conferre debere, ſiue pater mulieris eſt, ſiue maritus.

XLVII. [h]Impenſa funeris ſemper de hæreditate deducitur, quę etiam omne creditum ſolet præcedere, cùm bona ſoluēdo nō ſunt.

CAP. III.

De extraordinariis cognitionibus.

XLVIII.[i] Extra ordinem, & abſque figura iudicij, ex nobili officio iudicat interdū prætor ſummatim;[k] & cognoſcit certum cauſarum genus ſingulari aliqua lege ipſius cognitioni commiſſum & iniunctum. Eæ cognitiones extraordinariæ vocantur. Non enim fluunt ex ordinario iure pacti, obligationis, actionis: ſed extra conuentionē & actionem ordinariam, ex æquitate & priuilegio, iudicis officio extra ordinē implorato, proponuntur, & ſummariè diſceptantur.

XLIX. [l]Numerus harum cognitionum in quatuor ferè genera diſtribui poteſt. Aut enim de muneribus, ſiue honoribus gerendis agitur, aut de pecuniaria re diſceptatur, aut de exiſtimatione alicuius cognoſcitur; aut de capitali crimine quæritur.

L. [m]De re pecuniaria variis perſonis Præſes in prouincia, prætor in vrbe ex priuilegio aliquo extra ordinem ius dicit:[n] vt de ſalario profeſſoribus ſtudiorum liberaliū debito,[o] & medicis,[p] & contra eoſdem.[q] Nam quibus ius dicit extra ordinem, aduerſus eos quoque mutuas petitiones etiam ordinarias admittit: [r]item ludi literarij magiſtris[ſ] & nutricibus.

CAP. IIII.

De pollicitationibus.

LI.[t] Qvamuis promiſcuè Pollicitationis verbum pro qualicunque promiſſione accipi ſolet:[u] tamen hîc nudum & ſpontaneum offerentis promiſſum ſignificat, qui benignè reipublicæ ſe facturum pollicetur. [x]Quare diſtat à pacto quod duorum eſt, conuentio atque conſenſus; non vnius, vt pollicitatio, quæ ſingulari iure obligationem hoc caſu conſtituit, cùm aliàs ſine mutua voluntate vnius conſenſu nulla perficiatur conuentio, nec obligatio inducatur,[z] ſed tantùm liberatio.

f d.l. §. datur. vlt.
g l. in eum. d. t.
h l. pen. ibid.
i Veſemb. in t. de variis & extraord. cogn. l. 1. C. vt in poſſeſſ. legat.
k vt l. cùm hi. D. de tranſ. l. 2. D. de fer. l. 3. l. 5. D. de reb. eor. l. 1. & toto t. D. Quemadm. teſta. aper.
l Veſ. d. loco l. 5. D. d. t. de extraord. cogn.
m Veſ. in d. t. de variis & extraord. cogn. D.
n l. 1. in prin. d. t.
o d. l. §. medicos.
p l. 5. d. t.
q l. 1. §. vlt. l. cùm Papinian. cum auth. ſeq. C. de mutuis petit.
r d. l. 1. §. ludi.
ſ d. l. § pen.
t Veſ. in t. de pollicitationibus. D. l. Pollicitatione. C. de don. ante nupt. l. pen. C. de dot. prom. l. vlt. C. ad SC. Velleia.
u l. 3. D. d. t. de var. & extraord.
x l. 1. §. 1. l. ab emptione. D. de pact. l. Tale pactum. d. t.
z l. Tale. D. de pact.

LII. [a]Neq; tamen ex omni pollicitatione obligatio oritur. Quid enim ſi quis ſine cauſa promiſit, putà edere munus, ſeu exhibere ludos? Certè[b] cùm nec ſtipulatio quidem ſine cauſa facta, effectu valeat,[c] nec alia vlla pactio; iniquū eſſet ex huiuſmodi pollicitatione quempiam teneri:[d] niſi opus promiſſum iam ſit inchoatum.

LIII. [e]Inchoatio enim ſeriam, deliberatámque fuiſſe promiſſionem denotat. Ergo tum efficax eſt pollicitatio, cùm ex certa cauſa fit: vnde intelligi poſſit deliberatè promiſſum eſſe,[f] vt ſi quis honoris, aut decreti impetrandi gratiâ promiſit,[g] aut ob aliam iuſtam cauſam, vt propter incendium quod Reſpublica paſſa ſit.[h] Itaque his caſibus liberalitatem promiſſam perficere cogetur.[i] Æquiſſimum enim eſt eiuſmodi voluntates in ciuitates collatas, pœnitentia non reuocari.[k] Nec tantùm maſculos, ſed etiam fœminas; ſi quid ob honorem pollicitæ ſint, debere implere ſciendum eſt.[l] Ac de pollicitatione quidem extra ordinem ius dicitur.

LIIII. [m]In hæredem obligatio pollicitationis tranſit, quamuis interdum minuatur. [n]Sed ſi quis ob honorem, vel ſacerdotium ſibi delatum, pecuniam promiſit: vt ſi fortè ædilis deſignatus, ludos tempore ſui magiſtratus ſe facturum ſit pollicitus, & antequam magiſtratum iniret deceſſerit, ęquiſſimum eſt hæredes eius in pecuniam quam is ob honorem promiſerat, non conueniri. Non enim ex liberalitate profecta eſt hæc pollicitatio, ſed ex iuſta & penè neceſſaria cauſa, quæ cùm fuerit finalis (vt dici ſolet) pollicitatio, certè ea ceſſante, etiam ipſa pollicitatio ceſſare debet. [o]Secùs, ſi cauſa eſſet (quam impulſiuam vocant) vt ſi quis demerendi populi, aut adipiſcendi honoris, aucupandæque gratiæ cauſâ promiſiſſet, & decederet. [p]Nam impulſiuæ, quamuis ceſſent, nihil operantur aut mutant.

LV. [q]De pollicitationibus in ciuitate factis Iudicum cognitionem eſſe fratres Imperatores reſcripſerunt,[r] qui formam pollicitationi datam ſeruari curabunt,[ſ] niſi Reipublicæ vtilitas aliud poſtulabit.

CAP. V.

De aliis quibuſdam actionibus.

LVI. [t]Vbi nomen debitoris datur in dotem, vel datur ex cauſa venditionis, competunt vtiles actiones: de quo Valerianus & Gallienus Celſo ita reſcripſerunt. [Nominibus in dotem datis, quamuis nec delegatio præceſſit, nec litis conteſtatio ſubſecuta ſit, vtilem tamen marito actionem ad ſimilitudinem eius qui nomen emerit, dari oportere, ſæpe reſcriptum eſt.]

LVII. [u]Donatio non finitur morte, ſed permiſſu apprehendendæ rei donatæ: de qua Imperatores Diocletianus & Maximianus Creſcentio ita reſcripſerunt: [Siquidem donationis cauſâ, ei, quem affectione paterna te dilexiſſe proponis, tuam accipere

a Veſ. in d. t. de pollic.
b l. 2. §. circa. D. de dol. exc. l. qui ſine. D. de cond. ſine cau.
c l. Iuriſgentiū. §. ſed cùm nulla. D. de pact.
d l. 1. §. 1. cœpiſſe. D. d. t. de pollic.
e Veſ. in d. t.
f d. l. 1. §. 1. l. 6. l. 9. D. d. t.
g l. 4. l. Ob caſum. ibid.
h d. l. 1. circa finem.
i d. l. 6.
k d. l. 6. §. non tantùm.
l Veſ. in d. t. de pollic.
m Idem Veſ. ibid. l. Toties. l. ex pollicitatione l. pen. d. t.
n l. ſi quis. ibid.
o d. l. 6. & 8. ibid.
p glo. in l. 1. §. ſecundo loco. D. de poſtul. t. de cond. & demōſtr. ſupra.
q l. de pollicitationibus. D. d. t. de poll.
r l. Sepulchra. ibid.
ſ l. Imperatores, ibid.
t l. 1. C. de obligation. & actionibus.
u l. ſi quidem ibid.

pecuniam

pecuniam permiſiſti: & hanc tuam liberalitatem ille remunerans, te à procuratore ſuo aliam pecuniam ſumere præcepit, rebúſq; humanis ante perceptionem fuit exemptus, nec quod dederis, recuperare (quòd perfectā habuit donationem) quod tibi dari mandauit, necdum tibi traditum, petere potes à procuratore. Quòd ſi mutuo dediſti, nec à delegato dari nouandi causâ ſtipulatus es, ſucceſſores eius ſolutioni parere compellentur.

t l. ſi in ſolutū. ibid.

LVIII. t Ceſſa actione perſonali titulo dationis in ſolutum, hypothecaria etiam intelligitur ceſſā: de quo idem Impp. Mauritio ita reſcripſerunt: [Si in ſolutū nomen debitoris ſui debitor tibi dedit tuus, nec te in rem tuam procuratorem fecit; pignora quæ ſpecialiter vel generaliter habes obligata, perſequere. Quòd ſi ab his quibus fuerant prius obligata, diſtracta probetur, emptoribus adimi non poſſe perſpicis.]

u l. aduerſus. ibid.

LIX. u Aduerſus debitorem electis pignoribus & hypothecis perſonalis actio non tollitur: ſed eo, quod de pretio ſeruari potuit, in debitum computato, de reſiduo manet integra.

x Oldend. c. de naufragio. l. 2. C. de naufr. li. 11.

LX. x Bona naufragio amiſſa vindicari petique poſſunt, & reſtitui dominis. Quod autē nonnulli bona naufragiorum ſibi vindicant prętextu conſuetudinis, crudele & impiū eſt, y ac meritò damnatur per Federicum Imperatorem ſub pœna publicationis bonorum.

y Auth. nauigia. C. de furt.

z l. Iulianus §. glans. D. ad exh. l. 1. D. de glande legēda.

LXI. z Glandem, hoc eſt quemcunque fructum ex arbore tua in alienum ſolum decidētem, tertio quoque die legere potes: modò exponas cautionem dāni infecti, id eſt, quòd legendo glandem nullum damnum vicinu ſis allaturus.

a Oldend. c. de nupt. l. ſed ſi hoc. § vlt. & l. hoc modo D. de cōd. & dem. Contra Iuſtiniani conſtitutionem malè per Tribonianum aſſutam eſſe Nou. de nuptiis §. vn de ſanctimo.

LXII. a Si quid vir vxori legauerit, ſi ſecundas non iniret nuptias, parere huiuſmodi conditioni ea non cogitur, legatúmque nihilominus poteſt percipere, dicente Paolo Apoſtolo 1. Corinth. 9. Quod ſi ſe non cōtinet, contrahat matrimonium. Nam ſatius eſt nubere quàm vri: & 1. ad Timoth. 5. Volo iuniores nubere, gignere liberos. Prçterea quid intereſt mortui coniugis ſuperſtitem cōtrahere matrimonium?

b Imbertus Enchiridio iuris Galliæ. verb. bona eis deferantur.

LXIII. b Vir alienigena, & extra Galliam natus, donare vxori in Gallia natæ, bona prçſertim mobilia poteſt.

c Fontanot in Maſuer. t. de alim. l. Falcidiam. §. vlt. D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. * l. ſi quis à liberis. § ſed ſi filius. D. de lib. agnoſc.

LXIIII. c Si demortui vxor non habet vnde alimenta ſibi comparet, viri hæredes* ei præbere & prærogare alimenta debebunt intra tempus luctus: ſed ſi aliunde bona ei ſuppetant, contrà eſt.

TIT. II.

De Euictionibus, & duplæ ſtipulatione.

CAPVT I.

Quando & quibus ex cauſis euictionis nomine actio competat.

A I. a EVictio, eſt rei noſtræ quam aduerſarius legitimo titulo acquiſierat, per iudicem recuperatio.

II. b De hac euictione præſtanda c quanuis ex natura cōtractus teneatur venditor, d etiāſi nihil ſuper ea conuenerit: e quia vacuam bonorum poſſeſſionem tradere, f & indemnem ſeruare emptorem debet, ac pretij acceptioneſ cuius ſit dominus, h ad dominiū cōtra rei vel euictionem hoc nomine præſtandā ex ra-

B tione contractus ſe deuincit, tamen plerunque per ſtipulationem i ſine ſatiſdatione caueri hoc nomine ſolet. Idque dupliciter, vel promiſſione ſimplæ, vel duplæ.

III. k In ſtipulatione ſimplæ promittebat venditor, ſi res emptori euicta eſſet, ſimplum reſtituere; hoc eſt ſimplum pretium, l & ex ea natura actionis ex empto quod emptoris intereſſet. m Quæ ſtipulatio cùm congrua ſit naturæ venditionis (ad hoc enim ex contra-

C ctu tenetur venditor) ſemper inſit effectu contractui, niſi aliud ſit actum.

IV. n Duplæ ſtipulatio continet, vt euicta, duplum o non quidem bonitatis rei, ſed pretij conuenti præſtet.

V. p Duplum venditor inuitus repromittere cogitur, cùm aliqua res non contemptibilis venit.

VI. q Committuntur hæ ſtipulationes, cùm aut res euincēti iudicio reſtituta eſt, aut æſti-

D mationem prçſtare coactus emptor, aut poſſeſſor ab emptore cōuentus, abſolutus eſt: r in quo neceſſe eſt vt maturè vēditori denoncietur dictatum eſſe iudiciū. cuiuſcemodi id ſit, ſ alioqui non habet regreſſum aduerſus eum emptor niſi notoriè iniuſta venditoris cauſā fuerit t ſic, vt fruſtrà fieret denuntiatio. Neque enim illa momentum adfert, ſi non ſit neceſſaria, u vt quoties nulla debetur euictio, nulla ſupereſt contra euictionem defenſio.

VII. x His autem obſeruatis, ſi euictio ſe-

E quatur, (y nam ſecus, ſi obtineat emptor) aduerſus venditorem triplex datur de euictione actio vel ex empto, vel ex ſtipulatu ſimplæ, z vel ex ſtipulatione duplæ, ſi hæc interuenit.

VIII. a Actio ex empto vel ex ſtipulatione ſimplæ, (quæ naturalis eſt, & propria de euictione actio) duo habet capita: quorū primo continetur & petitur totum id quod intereſt, b hoc eſt, æſtimatio rei, ſiue pretium quo res

F æſtimata eſt. c Itaq; meritò in hoc capite refertur ęſtimatio ad tempus quo res empta eſt. d Altero petitur id quod particulatim intereſt rem euictam non eſſe, e quod recipit augmentum & deminutionem prout quādoque plus vel minùs interfuit.

a Veſembec. in hunc t. Com. D. l. non tamen. D eo. tit.
b Veſemb. d. loco.
g l. non dubitatur. C. h. t. l. ex empto D. de act. empt.
d d. l. non dubitatur.
e l. 2. & paſſim. D. d. t. de act. empt.
f Bal. in l. cum tibi. n. 2. C. h. t.
g l. 1. in verb. nummos fecerit accipientis. D. de rer. per. l. ſi ſeruus. C. de act. emp.
h l. Iulianus. §. offerri. D. de act. emp. Pau. lib. 2. Sent. t. 7.
i l. ſi dictum. D. h. t.
k Veſemb. d. loco. l. Euicta. D. h. t.
l l. ſi in venditione. l. Euicta. ibid.
m l. in venditione ibid.
n Veſ. d. loco.
o l. ſi fundo. l. cum fundus. D. h. t.
p l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. D. de ad. ed. Paul. li. 2. ſent. t. 17. & ibi Cuiacius l. Emptori. l. 2. D. h. t.
q Veſem. D. in hūc t. l. euicta. §. 1. l. ſi ſeruus l. ſi mancipiū §. 1. D. h. t.
r Vide diſtin. Bart. in l. qui concubinam. §. ſi heret. D. de lega. 3. & in Auth. & conſequenter. C. de ſent. & interl. om. iud. Mynſing. Obſer. 24. cent. 3. Maran. in ſpec. aut. Vide Canon. in c. vlt. de empt.
ſ l. ſi rō quam. §. 2. l. Emptori. l. ſi fundo. l. ſi id eo. l. Herennius. D. h. t. l. Emptor fundo. C. eo. t. c. vlt. vbi DD. de empt. & vendit.
t l. Emptor. vbi Bart nu. 4 Crauet. in Conſ. 83. nu. 6. Conſ. 179. nu. 6.
x Veſemb. d. loco.
y l. ſi ſtatus. vbi Bart. C. h. t.
z l. hoc iure C. hoc t.

G a Veſemb. in d. t. l. ex empto. § vlt. l. Titius in fi. D. de act. empt. l. ſi in venditione. l. Euicta re. l. ſi plus. D. h. t. Molin tract. de eo quod intereſt.
b DD. in l. 1. D. de act. empt. l. ſi in venditione l. Euicta re. d. l. ſi plures.
c l. 2. l. Bonitatis D. h. t.
d d. l. ſi in venditione.
e l. Titius D. de act. empt. l. Venditor hominis. l. ſed ſi quid d. l. Euicta. in prin. & §. vlt. d. l. ſi cum venditor. Et horum capitum diſtinctio ad multarum ll. quæ pugnare videntur, intelligentiam diligenter retinenda eſt. Car. Mol. d. tract. de eo quod intereſt.

IX. [f] Actio duplæ non recipit augmentum aut deminutionem: quippe in illa non conſideratur id quod intereſt, nec generaliter nec particulatim, ſed vtriuſque loco duplicatum pretium ex ſtipulatu exigitur.

X. [g] Actio ex ſtipulatu demùm competit, cùm res euincitur, aut tota, aut pro parte [h] quę totius nomen retinet, & cum ſpecie vindicationis euincitur: [i] cæterùm ſi alia pars euicta ſit; [k] aut alia actione quàm vindicationis actum, * actio ex empto ſolùm ſupereſt, vt & tum quoties res non quidem euincitur, aliquid tamen emptori abeſt contra fidem conuentionis: [l] aut ante euictionem conſtat rem alienam eſſe, aut dolo venditorem vſum.

XI. [m] Qui fundum tradit, &, cùm ſciat certam ſeruitutem deberi, perfuſoriè dixerit. [Itinera, actus, quibus ſunt, vt ita ſint] rectè recipitur, & euictionis nomine ſe liberat. ſed quia decepit emptorem, empti iudicio tenetur.

XII. [n] Pluribus rebus vno contractu venditis, veluti pluribus pecoribus, euictionis actio in ſingula capita ſpectatur; & pluribus fundis vno inſtrumento venditis, euicto vno fundo non prohibebitur emptor venditorē conuenire.

XIII. [o] Qui nomen quale fuit, vendidit, duntaxat vt ſit, tenetur, non autem vt exigi aliquid poſſit; ſed dolum & culpam præſtare cogitur.

CAP. II.

Quando, & quibus ex cauſis euictionis nomine actio non competat.

XIIII. [p] Contraria euictioni ſunt, [q] ſi ſciēs emptor rem alienā emerit, [r] niſi pacto euictionis expreſſo ſibi proſpexerit: [ſ] ſi ſpōtè cū agente pepigit, trāſegit, cōpromiſit: [t] ſi iuſtis defenſionibus [u] & appellationibus non ſit vſus: [x] ſi per iniuriam res auferatur: [y] aut ex facto culpáve ſua, [z] vel negligentia: ſi prǽſcriptio à tempore vēditionis cucurrit: [a] ſi non aliquo tempore litis dènuntiatum ſit venditori, vel prope ipſam denuntietur condemnationem; [b] & docere queat venditor ſi ſibi denuntiatum opportunè fuiſſet, ſe modū defendendi fuiſſe habiturum: ſi non contra formam conuentiònis; [d] aut ſi ex natura ſua, [e] vel facto auctorum ipſius emptoris res euincatur.

XV. [c] Si iuſſu principis fundus ablatus eſt, veluti vt veteranis militibus aſſignaretur, ceſſat euictionis actio.

f Veſemb. in hunc t. l. ex mille. § ſi totus. D. h. t. l. cum & fortè. C. de act. empt. ſa l. vlt. D. de præt. ſtip. Inſtit. de verb. obl. § vlt. Mol. d. tract. de eo quod intereſt. Cuiac. lib. Obſeru. 5. cap. 23.
g Veſē d. loco.
h l. Stipulatio 38. § ſi quis facto. D. de verb. obl. Cuiac. Obſeru. lib. 5. c. 26.
i l. nunc. l. ſi diſtinctum. § in ſtipulatione.
k Cuia prea. loco. l. Eum qui ædes. in ſi. Cuia D. de vſuc. l. Venditor. l. ſi prægnās. D. h. t.
* l. ſi tibi. vbi Bal. n. 2. C. h. t.
l Bal. in l. liberta. n. 4. C. de fideic.
m l. quidiber tatis. § ſed & ſi quis. D. h. t.
n l. cùm plures. ibid.
o l. ſi plus. §. vlt. ibid.
p Veſ. in hūc t.
q l. ſi fundum C. h. t. ca. 1. de inueſtit. in re alie. facta.
r d. l. ſi fundū. d. cap. 1. Cran. Conſ. 64. in obtractu. nu. 5.
ſ l. ſi doctū. § 1. l. Herennius. D. h. t. Lanf. c. Quoniā. verb. recuſationes. n. 4. de prob.
t l. ſi duo. l. ſi cū vēditor D. h. t.
u l. ſi alienam. ibid.
x l. ſi rem. Cran. Conſ. 83. nu. 6. Cōſ. 179. nu. 6.
y Cran. Conſ. 187. nu. 1
z Glo. Bar. & DD. in l. ſi familiæ. C. Fa. erciſ. Alex. Conſ. 21. lib. 1. Dec. Conſ. 511. nu. 3. 4. Cran. Conſ. 24.
... obilis nu. 1. ... Bart. in l. ... Rome. §. ... fratres. ... aſt. 1. de verb. oblig. Cran. d. Conſ. 24.
c l. Lucius. D. h. t.
a Veſembec. in hunc. t. D.
b l. in delictis. § cùm dominus. D. de nox. act.

TIT. III.

De dolo malo.

I. [a] Quoniam iniquum videbatur non modò dolum [b] eſſe impunitum, [c] verùm etiam cum detrimento alterius quęſtuoſum, [d] C. Aquilius Prætor ætate Ciceronis æquiſſimas de dolo malo formulas, veriſſimum euerriculū omnium malitiarum primus propoſuit: quarū deinceps ſumma in edictum perpetuum eſt relata ad hunc ferè modum [e] [Quod dolo malo factum eſſe dicetur, ſi de his rebus alia actio non erit, iudicium dabo.]

II. [f] Hoc edicto Prætor aduerſus varios & doloſos qui aliis obfuerunt, calliditate quadam ſubuenit, [g] ne vel illis malitia ſua ſit lucroſa, [h] vel iſtis ſimplicitas damnoſa.

III. [i] Dolum malum Labeo ait eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiēdum alterum, adhibitam. [k] Cùm machinationem adhibitam definiat, facilè intelligi poteſt, dolum in committendo verſari, qua potiſſimum nota, à culpa etiam lata diſtinguitur: [l] nam hæc magis in negligentia vel ignorantia conſiſtit.

IV. [m] Non ſatis putauit Prætor *dolum* dicere, ſed adiecit *malum* diſtinctionis cauſa, quoniam veteres etiam *Bonum dolum* dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebāt: [n] maximè ſi aduerſus hoſtes vel latrones quis machinaretur. Dolus enim an virtus, quis in hoſte requirat?

V. [o] Ait Prætor [Si de his alia actio non erit] Meritò Prætor ita demùm hanc actionem pollicetur, ſi alia actio non ſit. Nam eiuſmodi agendi genus, [p] [q] quo perpetuæ ignominiæ nota condemnato inuritur, non temerè debuit à Prætore decerni, niſi ſit alia actio. [r] Itaque non eſt huic Edicto locus, cùm tutore colludente, pupillus à Titio circumſcriptus eſt: [ſ] quia ex Lege XII. Tab. iudicio tutelæ quod ſua intereſt à tutore conſequitur, niſi is ſoluendo eſſe deſierit. [u] Item ſi minor circumſcribitur, quoniam in integrum reſtituitur: aut ſi quis in contractu bonæ fidei ſit circumuentus. [x] Omnibus enim bonæ fidei iudiciis exceptio doli ineſt: vt in his, qui agendo vel excipiendo machinatione ſe aduerſarij deceptum probat, in integrum ex bono & æquo reſtituatur arbitrio iudicis [y] qui vel contractum nullum declarabit, ſi dolo quis ad contrahendum, [z] vel ſi eum ratum habendum putet, ne quid decepto dolus aduerſarij noceat, pro ſingulorum factorum qualitate & circumſtantiis prouidebit. [a] Denique quocunque tandem modo quis tutus ſit, ſiue exceptione, ſiue actione ciuili aut honoraria; ſiue pœnali, vel etiam populari, denegabitur ex hoc titulo in integrum reſtitutio, [b] niſi probabiliter, an alia actio competere poſſit, dubitetur; [c] aut alia actio quę concurrit, æquè famoſa ſit, vt ſtellionatus.

VI. [d] Eadem ratione prætor cauſæ cogni-

c l. ne ex dolo. D. h. t. Gloſſ. in l. 2. per illum text. D. de eo per quem fact. erit.
d Cicero lib. 3. & 3. Offic.
e l. 1. in prin. D. h. t.
f d. l.
g l. 2. D. de in per quem fact. erit. l. 5. D. ſi quis cautíon. l. non fraudantur. in fi. D. de reg. iur.
h § ſed quia. Inſtit. de fideic. hæred. l. 4. § vlt. l. 11. & paſſim. D. de exc. doli mali.
i d. l. 1. §. 1. l. vlt. C. de litig.
k Veſemb in hunc t.
l l. ſi mora. vbi Glo. D. ſol. matr. l. Magna negligentia 226. l. lata. D. de verb. ſig. l. 3. D. de iur. & fact. ign. Veſemb. d. loco.
n d. l. 1. §. 2. l. 5 in fi. D. de re mil. can. Dominus 23. qu. 2. M. mich. Conſ. 100. Pan. in c. in noſtra. n. 7. de ſepult. vbi duplicem ſtatuit dolum, alium bonum, alium malum.
o d. §. 2. l. 1. D. h. t.
p q l. 1. verb. doli. D. de his qui not. infa.
r l. 5. D. h. t.
ſ l. Nam is nil. Lam. ibid.
u d. l. 1. § Idem Pomp.
x l. Iuris gentium. 86. § qui ſeruum. D. de lega. 1. l. ſed & ſi. 21. D. Sol. matr.
y l. & eleganter. in prin. D. h. t.
z l. 7. in fi. l. 9. D. h. t. l. ſi dolo. l. ſi dolus. multis ſeqq. l. 2. C. de reſt. vend.
a d. l. & eleganter. d. l. 1. §. at Prætor. cum 3. 7. § 1 & 2. 9 pen. l. arbitrio. § 1. & 2. D. h. t.
b d. l. & eleganter. § 1.
c l. 3. D. de crim ſtell. Glo. & DD. in l. ſub prætextu. C. de tranſ.
d Veſembec in hunc t.

tionem

tinnē inſeruit [ſi iuſta cauſa eſſe videbitur.] [e] Nec enim tam grauis actio paſſim fuit indulgenda. [f] Quare ſi vel modica ſit ſumma, hoc eſt, ad duos vſque aureos, non debet dari hæc actio, [g] ſed in factum potiùs; [h] perinde vt moribus quibuſdam actio furti criminalis nequaquam locū habet, niſi hos aureos furtum ſuperet.

VII. [i] Sed & quibuſdam perſonis non dabitur; vt puta liberis vel libertis aduerſus parentes, patronóſve; item humili vel plebeio aduerſus Conſularem; prodigo, aut aliâs vili aduerſus hominem vitæ emendatioris, cùm parcendum ſit talium perſonarum exiſtimationi. Quid ergo erit in horum perſonis? Dicendum eſt, in factum verbis temperandam de dolo actionem, vt bonæ fidei mentio fiat; hoc eſt, vt addatur clauſula bonæ fidei, concepto in ipſum factum, cui dolus ineſt, iudicio: atque ita iudex ex bono & æquo arbitretur, ne contrà quàm bona fides exigit, fraus alterius alteri noceat, diſſimulata interim doli mentione, quamuis ex narratione facti poſſit vtcunque colligi & apparere.

VIII. [k] Ait Prætor [Iudicium dabo] At cuiuſmodi? [l] non modo tribuendi exceptionem, ſed etiam actionem, vt in edicto [De eo quod metus cauſa geſtum erit:] à quo tamen eo diſtat, quòd in hoc deſignari oportet cuius dolo factum ſit, [m] quamuis in metu non ſit neceſſe, quia hæc triſtis & famoſa actio, ne nimium euagetur, non in rem, ſed in perſonam quæ dolum fecit, ſcripta eſt. Vnde certè comprehendi debet quid dolo factum ſit, [n] vt ſciatur quæ in re, & à quo actor ſit circumſcriptus.

IX. [o] Porrò cùm ab his qui dolum commiſerint, receſſeris, in alios non competit, niſi quatenus ad eos peruenit.

X. [p] Sanè ſi plurium dolo quid factum dicatur, omnes quidem ex ſuo crimine in ſolidum obligantur: ſed quòd actio eſt rei perſecutoria, & bona fides nō patitur, vt bis idem exigatur, vno rem, vel quanti intereſt, reſtituente, omnes liberabuntur.

XI. [q] Sed & hæc actio eſt arbitraria, in qua reſtitutio fieri arbitrio iudicis iubetur: quæ niſi fiat, ſequitur condemnatio quanti res eſt; cuius æſtimatio iuriurando in litem committitur.

XII. [r] Non tamē ſemper in hoc iudicio iuſiurandū dandū eſt. Quid enim ſi manifeſtū ſit, rem reſtitui non poſſe? vel ſi animal dolo malo traditum mortuum ſit, ideóque protinus condemnari debeat reus in id quod interſit actoris?

XIII. [ſ] Neque verò hîc in quadruplum creſcit in contumacem condemnatio: quia dolus non eam cum furto habet affinitatem. Decepto enim volenti non inuito aufertur; ideóque furti pœna hîc locū non habet. [t] At viſum fuit ſufficere, ſi refuſis actori damnis, reus in vindictā doli infamia notaretur, [u] quę certè homini ingenuo, prudentique omni pecuniæ iactura grauior eſſe debet.

A XIIII. [x] Sed cur hæc actio peræquè non eſt reſciſſoria, & cōtractum retractat atque ea quæ ob vim datur? Reſpondeo, Edictum de vi ita Prætor concepit, vt polliceatur ſe ratum non habiturum, atque ita irritum facturum quod geſtum eſt. De dolo nō eodem modo edicit. [y] Nam dolus quadantenus permiſſus eſt contrahentibus ex natura & vſu commerciorum, ac ſolertiæ humanæ, nec B perinde magnum ſcelus eſt, vt metus aut vis, [z] quia hæc in publicum crimen incidit: [*] dolus non item: quare viſum fuit hunc lenius coercere: ſatiſque eſſe damnum refundi, ne contractus hoc prætextu temerè reſcindantur.

XV. [a] Hæc autem actio vtili olim anno, hodie continuo biennio, [b] quia grauis & odioſa eſt, terminatur, [c] adeò, vt ne litis quidem conteſtatione perpetuetur. [d] Cæte- C rùm in factum actio quæ datur, in quantum reus factus eſt locupletior, perpetua eſt: [e] cùm quia ceſſat acerbitas ignominiæ, tùm quòd nullo tempore lucrum ex delicto cum alterius damno ſit ſperandum, & hæc actio merè ſit rei perſecutoria: [f] quod genus triginta annis durat; [g] qua ratione etiam doli exceptio perpetua eſt. Nec enim infamat, quoniam oppoſita exceptione doli non damnatur actor, ſed abſoluitur reus. [h] Nemo autem ex D dolo infamis eſt, niſi de dolo condemnatus. [i] Deinde exceptio rem tuetur: ideóq; vt rei perſecutoria durare in perpetuum debet. Perpetuitas autem hæc [k] non ita vt in actionibus hîc triginta annis concluditur. Illis enim ob negligentiam ceſſantium iura ſua perſequi tanto tempore præſcribitur, ſi quidem agi poſſit: at exceptione non perinde vt actor actione reus arbitratu ſuo poteſt vti: cùm illi ſemper expectandus ſit actor E cuius actionem exceptione pręcludat. [m] Nulla igitur cùm poſſit ei imputari negligentia, quippe qui excipere non valeat, niſi agatur, meritò nulla quoque ei currit præſcriptio: [n] niſi in iis exceptionibus quæ per modum etiam actionis proponi poſſunt.

XVI. [o] Hæredibus porrò hæc actio datur, quia eſt rei perſecutoria. [p] In hæredes autem cæteróſque ſucceſſores perpetuò eatenus actio datur, quatenus ad eos peruenit: nam ini- F quū eſſet vlteriùs quenquā ex alieno delicto obligari. Quòd enim vltra eſt in perſona hæredum, cùm ad eos res non peruenerit, nec ſint facti locupletiores, [q] hoc pœnali genere actionis hæredes conueniri non ſolent.

TIT. IIII.

Quod metus cauſa geſtum erit.

I. [a] HOc in titulo de ea ſpecie tractatur, G cùm quis reſtitui in integrum petit, quia vi metúve coactus ſit aliquid facere. [b] Cùm enim etiam qui vi metúve cogitur, conſentiat; [c] quia eligit è duobus malis quod minimum eſt, & mauult contrahere quàm interfici, vel aliud grauius malum pati, ideò contractus metu factus, iure ciuili quaſi con-

e l. ſi quis, §. vlt. D. h. t.
f d. §. vlt.
g glo. & DD. in d. §.
h glo. & DD. in § gallinarũ Inſt. de rer. diuiſ. Veſemb. hic.
i Deſiri. D.
i Veſemb. in hunc tit.
k Idem Veſemb. ibid.
l l. vlt. D. h. t.
m l. ſed & § vlt. ibid.
n Item ibid.
o l. ſed & §. pen. l. ſi plures. § vlt. ibid.
p d. l. ſi plures. l. Bona fides. D. de reg. iur.
q Veſembec in hunc tit. D. & Cuiacius de in ... tur.
r Idē Veſemb. d. t. l. Arbitrio. D. h. t.
ſ idē Veſemb.
t l. 1. § nō ſunt. D. h. t. l. 1. § dolo. D. de his qui not. infa.
u l. Iuſta. ab illo D. de ... ma ... l. in ... infa. § p. D. ... xxv. an.

x Veſemb. in hunc tit.
y l. in cauſæ §. pen. D. de min.
z ad l. Iuliam de vi publ. D. & de vi priu. D.
* l. 4. D. de crim. ſtell.
a Veſemb. in hunc t.
b vlt. C. h. t.
c glo. & DD. in eam l. Salic. in l. vlt. C. de praſcr. 30. an.
d l. itaque in D. h. t.
e l. Sabinus. ibid.
f l. 14. D. de obl. & act. Inſt. de perp. & tempo. act. l. 1. D. vnde vi, cũ ſimilib.
g l. Pure. §. vlt. D. de dolo ma. ex.
h l. 1. D. de his qui not. infa.
i l. ſi pactũ. C. de excep. d. l. pure. in ſi. glo. in l. 3. ver. perſecutione. C. de præſc. 30 an.
k Inſtit. de perp. & tēp. act.
l l. 5. l. 6. C. de except.
m Bal. & Salyc. & communiter DD. in d. l. 5. & 6. per l. quæſitũ §. vlt. de pec. Bald. in l. ſi ut. num. 12. & 13. C. de præſcr. 30. an. & in l. ſi ex cautione. C. de non num. pec. Fel. in c. ſi cautio, num. 60. de fide inſtr.
o Veſemb. in hunc t.
p l. ſi plures. in ſi. D. h. t. l. in hæredes. cum ll. ſeqq. ibid.
q l. 1. de priu. delict. l. vn. C. ex delict. defunct.
a Veſemb. in hunc t.
b l. ſi mulier. §. pen. D. h. t. Paul. lib. 1. Rec. ſent. t. 7.
c Ariſt. lib. 3. Eth.

A ſenſu initus valet: nec de eo quicquam antiquis legibus cautum erat; vt extraordinario Prætoris auxilio fuerit opus: quod in rebus ciuilibus & politicis vſum etiamnum ſuum habet.

II. [d] In ſpiritualibus porrò ea ſubtilitas hodie non attenditur: ſed ſimpliciter vi metúve geſta, pro nullis habentur.

III. [e] Edicti verba ſunt [Quod metus cauſa geſtum erit, ratum non habebo.] Vim autem accipimus quæ aduerſus bonos mores fit: non eam quam magiſtratus facit. [f] Metum verò præſentem accipimus, [g] qui in hominem conſtantiſſimum à formidine obiectorum cadat, vt mortis, [h] vinculorum, [i] ſtupri, [k] carcerum videlicet illicitorum & priuatorum, [l] quos habere non licet. Nam in publicis & hiſ ris diſtinguitur, vt ſi quis dignè in carcerem coniectus ſit, nō reſtituatur ſi quid promittat; [m] quia hunc ſibi ipſe metum facit: [n] ſin verò indignè, reſtitutioni locus ſit, etiá ſi cum iureiurando promiſerit, vel quid fecerit, aut dederit. Nam vis à magiſtratu rectè facta, non habet reſtitutionem, vt ſuprà dictum eſt: ſed tantùm iniulta, quia in hac magiſtratus pro priuato habetur.

IV. [r] Metus, quem reuerentialem vocant, in hoc edictum non venit, [s] etiamſi officio iudicis reſciſſionem quandoq; actus inferat.

V. [r] Neque tamen ſolius potentiæ, dignitatiſve timor ſuffecerit, aut [t] accuſationis [t] & infamiæ, [u] aut minorum, niſi capitales ſint: [x] & metum, non actionibus vel conteſtationibus, ſed atrocitate facti probare conuenit. [y] Quamobrem vbi facto opus eſt, verba non ſufficiunt: [z] multò verò minùs preces etiam potentioris ſufficient: [a] quamuis vulgò dicatur, Preces domini eſſe preceptum: [b] & blanditias Principis vim cōtinere minarum, iuxta dictum, *Rogando cogit potenter.*

VI. [c] Sed hæc in hoc edicto reſciſſorio, & quod atrocitatem facti requirit, non conſiderantur: [d] præſertim cùm contra minas alio remedio vti liceat, ſcilicet cautionis; * quam, implorato iudicis officio, datis fideiuſſoribus vel pignoribus, præſtare de non offendendo coguntur qui minitando terrorē incutiunt.

VII. [e] In hoc ergo edicto tantùm iuſtum eſſe metum intelligimus præſentē vitę, [f] cruciatus corporis, [g] ſtatus, [h] ſeruitutis, [i] fortunarum, [k] pudoris & infamiæ realis, non autem verbo tantùm iniuſtæ. Nec intereſt in ſe quis hæc vereatur, an in cōiuge, & liberis, [k] qui pars corporis affectúſque ſunt, & de quibus non minùs quàm de nobis ipſis ſæpe etiam ampliùs laboramus.

VIII. [l] Si tamen conſtaret aliquid metu etiam leui & vano factum eſſe (quod quidem nō præſumitur) crediderim [m] reſtitutioni ſaltem ex officio iudicis locum fore; licèt non ex edicto, tamen ex edicti ratione benignaq; interpretatione. [n] Quid enim intereſt quo metu quis compulſus ſit, dum conſtet compulſum eſſe? Et notum eſt alios alios eſſe timidiores: & natiuā mulieres commoueri faciliùs quàm viros, [o] ideóque ex leuiore metu reſtitui: [p] planè vt neceſſe ſit metum ex perſonæ cuiuſque qualitate, rerúmque circunſtantiis æſtimari; [q] etiam ſi alioqui verum ſit, non niſi iuſtiſſimum metum qui in conſtantem virum cadat, huic edicto locum facere: nec alium, quoad intentionem fundandam, & probationem faciendam, rectè allegari poſſe.

IX. [Geſtum erit] ait Prętor, nec adiicit à quo geſtum ſit: vnde apparet in rem loqui edictum, & indifferenter non modò contra eos qui metum intulerint, ſiue vnum, ſiue plures (licèt vna ſolutione, quia rei perſecutio actioni ineſt, omnes liberentur) [t] ſed aduerſus omnes omnino qui lucrū hinc perceperint, reſtitutionem dari; ita vt non quæratur vtrùm is qui conuenitur, an alius metum intulerit. [u] Sufficit enim docere metum ſibi eſſe illatum, & ex hac re eum quicum agitur, etſi crimine caret, lucrum habere.

X. [x] Neque tamen hęc actio ſic rem ſequitur, vt rei vindicatio. Nam is qui vim intulit, tenetur reſtituere etiam ſi ad alium res perueniat, quia eſt actio perſonalis ex delicto nata. is verò ad quem res peruenit, quamuis alius metum intulerit, non tam ratione poſſeſſoris, quàm quòd lucrum ex delicto fecit, conuenitur ex æquitate naturali, [y] quæ ex qualicunque crimine emolumentum ſperare non patitur. [z] Qua ratione hęc actio in rem ſcripta dicitur, quia nullam perſonæ mentionem facit: ſed in ipſam rem metu geſtam, commodúmq; inde perceptum digitum intendit, quemadmodum [a] & pacta [b] & interdicta in rem concepta dicuntur, quæ rem ipſam, non perſonam reſpiciunt.

XI. [c] Quod cùm ita ſit, minùs mirandum eſt hanc actionem hæredibus, cæteriſq; ſucceſſoribus dari, etiam in quadruplum, [d] præſertim cùm cōtineat rei perſecutionem; [e] cuiuſmodi actiones ſolent in hæredes tranſire.

XII. [f] In hæredes autem & ſucceſſores ceteros competit id quod ad eos peruenit; [g] licèt enim pœna ad hæredes non tranſeat, [h] attamen quod turpiter vel ſcelere quæſitum eſt, id (ſicut ſuprà diximus) ad compendium nullius, nedum hæredis debet pertinere: [i] quin & de conſumptis fructibus tenetur: ſufficit enim ſemel perueniſſe, [k] quamuis interitum & caſum non præſtet.

XIII. [l] Sed quod Prætor ait [Ratum non habebo] quatenus accipiēdum ſit, videamus. [m] Et ſciendum eſt ex hoc edicto, metū paſſo & actionem & exceptionem dari, vt hac ad-

... Bart. in l. 1 §. quæ onerandæ nu. 4. ... per l. pen. D. de furt. r d. l. ... [s] l. Accuſationis C. h. t. t l. 4. D. eo t. u l. pen. l. donationis. ... gl. & DD. in l. metū ibid. Spec. de praeſ. §. vlt. nu. 7. x d. l. metū. y l. 4. ... prin. D. de pec. z Fab. in d. l. accuſationis C. h. t. & §. quadrupli nu. 4. Inſt. ... a Inſt. 1. §. quemadmodū D. quod iuſſu. b glo. in verb. pignora in l. 1. ... de recept. Fel. c. 1. nu. 2. & 3. de offic. iud. del. c glo. Bart. & DD. in d. l. metū C. h. t. Bar. in l. pupillo. §. ſi quis D. de oper. no. nunc. DD. in c. ex literis ... de deſp. imp. Iaſ. in l. Titia. n. 8. D. de verb. obl. Dec. in l. in omnib. 39. D. de reg. ... d c. 1. vbi Fran. nu. 2. de homic. in 6. Say. vol. ... nu. 1. C. de his ... ad eccl. confug. * Bart. & Imol. in l. hæc autē ſatiſdatio D. ſi cui plus quàm per ... Falc. DD. in l. illicitas. §. ne potētiores. D. de off. præ. & in l. qui bona §. ſi quis ... de dam. inf. in l. interpoſitas C. de trāſ. Ang. in tract. malef. ad verb. verbam ... e l. 7. 8. 9. D. h. t. l. 9. C. eo. tit. f l. 4. ibid. c prin. ibid. g l. 4. l. iſt. D. ... h d. l. iſt. i d. l. iſt. k Paul. lib. 1. recept. ſent. 1. 7.

l Veſemb. in hunc t.
m Bart. & Bald. in ſt. C. glo. in l. interpoſitas. C. de tranſ. per glo. in l. 1. verb. metū. D. quarum rerum actio de tur. Aret. Cōſ. 14. in 4. dub. Aemil. Conſ. 2. nu. 7. 9. in ſeq.
n Dec. in l. in omnib. 39. nu. 3. D. de reg. iur. & in c. v. s. eod.
o l. cùm locum. vbi glo. de ſpōſ. Iaſ. & Dec. in d. l. interpoſitas Dec. in d. l. in omnibus nu. 2. & 3. Rom. ſing. 226
p Dec. in d. l. in omnibus.
q Dec. ibid. nu. 3.
r Veſemb. in hunc t. l. in tū. §. animaduertendum, d. t.
ſ l. item §. vlt. cum ll. ſeqq. ibid.
t l. 9. cum l. ſeq. ibid.
u l. 14. §. in hac actione, ibid.
x Veſembec. d. loco.
y l. 2. D. de eo per quem fact. erit. l. non fraudātur. 177. D. de reg. iur. l. fine. D. de neg. geſt.
z l. 14. §. Pedius D. h. t. Cuiacius lib. Obſeru. 5. cap. 17.
a l. iuris gentium. §. pact. D. de pact.
b l. 1. §. vlt. D. de interd.
c Veſembec. in hunc t.
d l. item. d. t. l. quod diximus. §. vlt. ibid.
e Inſt. de perp. & temp. act.
f Veſemb. h. t.
g l. vn. vbi DD. C. ne ex del. def.
h l. quod diximus. l. 19. l. 20. D. h. t.
i l. videamus. ibid.
k l. ſi ipſa ibid.
l l. Veſ. d. loco.
m d. l. 9. §. ſed quod prætor ait.

uerſus

A oerſus petentes is qui metu geſſit, promiſitq; quid, defendatur: illâ, quod ita geſtum eſt, in integrũ reſtitui officio iudicis petat: vt ſi per vim tradita res ſit, retradatur, & de dolo promittatur, ne fortè deterior res facta ſit: [n] ſin acceptilatione liberatio interuenerit, in priſtinum ſtatim obligatio reſtituatur.

n d. l. §. ex hoc edicto.

XIV. [o] Sed & fœtus pecorum, & fructus non modò perceptos, ſed etiam qui percipi potuerunt, omnem denique cauſam reſtitui
B oportet: [p] (quæ quidem omnia etiam loco conſumptorum ſurrogata) ſimul peti poſſunt [q] hac conditione, vt niſi arbitrio iudicis reſtituantur, in quadruplum reus condemnetur. [r] Cùm enim qui vi rapuit, improbior fur eſſe videatur, cur non ad pœnam furti aut conſimilem alligetur? imò pro delicto clementer cum illo agit Prætor: primò quòd non ſtatim, vt furem in quadruplum condemnet; ſed reſtituendi concedit fa-
C cultatem, ſi pœnam euitare velit: deinde quod in quadruplo ſimplum ([ſ] prout in edicto bonorum raptorum) [t] ſecus quàm in actione furti, comprehendatur. [u] Sed quadrupli condemnatio tunc locum habet cùm intra annum agitur; [x] nám omnes pœnales actiones Prætoriæ anno finiri ſolent.

o l. ſed & partus. ibid.
p l. 1. C. de his quæ vi met. cauſa fiunt. l. in rem furtum. D. de cond. furt.
q l. Item. D. h. t.
r l. 14. §. qui vim intulit. ibid.
ſ Inſtit. de vi bon. rapt.
t l. Item ſi cùm exceptione. §. ſed & ſi quo. D. h. t.
u l. Item. §. poſt annum.
x l. In honorarijs. D. de oblig. & act.

XV. [y] Quod dicitur [Quod metus cauſa geſtum erit, nullo tempore Prætor ratum habebit] [z] tamen ſciendum eſt actiones o-
D mnes tam iuris ciuilis quàm Prætorij olim perpetuas, nunc triginta annorum ſpatio finiri, vt aliquis ſit litium finis, neque timeantur ſemper controuerſiæ.

y l. Si mulier. D. h. t. Inſtit. de perp. & temp. act. l. interpoſitas. C. de tranſ.
z Inſtit. d. t. de perp. & temp. act. l. 3. & 4. cum ſeq. C. de præſc. tam 30. quam 40. an.

TIT. V.

Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, vt reſtituantur.

I. [a] QVia non raro debitores, poſſeſ-
E ſionem aut diſtractionem bonorum metuentes, maturè ſolent res ſuas in fraudem creditorum alienare, & interuerte re, huic quoque rei prouiſum eſt actione à Prætore propoſita, qua res alienatæ reuocantur: quæ Pauliana dicitur à Paulo Prætore: aliquando Caluiſiana à Caluiſio, qui & ipſe Prætor hac de re edictum fecit: vtriuſ-
F que autem actionis eadem vis eſt, natura & effectus; vt quamuis nominibus diſtinguantur, pro vna tamen, eadémque actione meritò haberi debeant. Suſpicor autem diuerſas, aut ſaltem diuerſas nominibus actiones in hanc rem eſſe proditas, quòd diuerſa extarent edicta; quorum tamen eadem eſt ſententia, vt ex actione intelligi licet.

a Veſemb. in hunc t. l. 1. D. ſi quid in fraud. patro. §. item ſi quis. Inſtit. de act. l. videamus. §. in Fauiana. D. de vſur.

II. [b] Primum enim, quod eſt actionis Pau-
G lianæ, ita habet [Quæ fraudationis cauſâ geſta erunt, cum eo qui fraudem non ignorauerit, de his curatori bonorum, vel ei cui de ea re actionem dari oportet, intra annum quo experiundi poteſtas fuerit, actionem dabo: id quod etiam aduerſus ipſum qui fraudem fecerit, ſeruabo.]

b l. 1. in princ. h. t.

III. [c] Alterum in fraudatores conceptum [d] extat apud Vlpianum, in hanc ſententiam: [Quæ L. Titius fraudandi cauſâ, ſciente te, in bonis, quibus de ea re agitur, fecit, ex illis, eo nomine, de quo agitur, actionem ex edicto meo competere, eſſéve oportet, ei, ſi non plus quàm annus eſt, cùm de ea qua de agitur, experiundi poteſtas eſt, reſtituas: interdum cauſa cognita, etſi ſcientia non ſit, in factum actionem permittam.]

c Vide Cuiac. lib. 5. Obſeru. cap. 17.
d l. Ait Prætor. D. h. t.

IIII. [e] Cùm igitur vtrunque edictum in idẽ recidat, mirum non eſt, vtranque actionem, quæ inde oritur, eandẽ vim obtinere. [f] Illud ſanè amplius in ſecundo edicto eſt, quòd in factum actionem daturum ſe Prætor hic pollicetur, detracta fraudationis mentione.

e Veſemb. d. loco.
f Vt ibi cauſa l. quæ autem § ſimili. & l. hac in factum. D. h. t.

V. [g] Eſt autem hæc actio Iuris prætorij, [h] & quidem perſonalis. [i] Datur enim ex dolo & fraudatione tam debitoris alienantis quàm accipientis. Nam vt locus ſit huic actioni, neceſſe eſt & debitorem in fraudem creditorum alienaſſe, [k] vel verè, [l] vel præſumptiuè; [m] & eum qui accepit, non fuiſſe fraudulenti conſilij ignarum. Quod verum eſt, quãdo titulo oneroſo accipitur ex venditione fortè aut permutatione: ſecus verò ſi ex lucratiuo, puta ex donatione, vel legato. [n] Tum enim is qui indiſtinctè accepit, ad reſtitutionem tenetur: quando ſemper iniquum ſit cum iactura creditorum eum locupletari. Et hoc caſu locum habet in factum actio, quam Prætor in fine ſecundi edicti ſe daturum pollicetur: quæ ideò in factum appellatur, quòd non in fraudem debitoris, aut accipientis contra edictum; ſed in ſolum, nudúmque factum alienationis, detracta fraudis mentione, ſit directa.

g Veſemb. hic.
h l. annum ibi ann. C. eo. t.
i l. 1. § hæc actio. D. ſi quid in fraud. patr. l. quia debitore. D. h. t.
k l. Ait Prætor. §. ita demum D. h. t. l. patronus. D. de prob.
l l. Omnes. §. Lucius. D. h. t.
m l. 6. § pen. & vlt. ibid. l. pen. C. eo. t.
n l. 6. § pen. & vlt. l. 5. C. eo. t.

VI. [o] Sanè qui ſuum recipit, nullam videtur fraudem facere, quamuis ſciat debitorem non omnibus eſſe ſoluendo. [p] Sibi enim vigilauit, recepitque ſuum, ad quod ſoluendum debitor authoritate magiſtratus cogi poterat, [q] niſi id factum ſit poſt bona à creditoribus poſſeſſa: [r] aut ab eo factum, qui poſt abſtinendo vel reſtitutionem impetrando, ſoluere vni non debuit.

o Veſemb. hic.
p l. Qui autem. §. apud Labeonem. l. illud. D. h. t.
q d. l. qui autem §. ſecundũ.
r l. Si non expedierit. §. vlt. D. de bo. auct. iud. poſſ. d. l. qui autem §. vlt.

VII. [ſ] Cùm autem alienationem tantùm lex reuocet, perſpici poteſt huic edicto locum non eſſe in iis quæ debitor, cùm poſſet, acquirere noluit: [t] quod in bonis fiſco acquirendis aliter ſe habet.

ſ l. 1. §. 1. l. 2. 3. 4. 5. 6. D. h. t.
t l. In fraudem. l. cum quidam. D. de iur. fiſc.

VIII. [u] Datur hæc actio creditoribus fraudatis re & propoſito. Nam qui duntaxat re fraudantur, non ex propoſito, hi iſtam actionem non habent, quia edictum in fraudem directum eſt & conceptum; vt nec illi qui conſenſerunt alienationi, [x] cùm nemo videatur ſcientes fraudare.

u d. l. ait Prætor. §. 1. cum ſeq.
x l. Qui autẽ. §. præterea. ibid.

IX. [y] Hæc actio & ſucceſſoribus competit, vtpote rei perſecutoria.

y d. l. ait Prætor. § vlt. cum l. ſeq.

X. [z] Aduerſus autem eum datur, qui ſciens debitorem non eſſe ſoluendo, ab eo aliquid auſert quocunque contractu, puta vendi-

z Veſemb. hic.

A tione, [u] aut oppigneratione, [x] aut dotis datione, aut acceptilatione, [z] alióve quolibet pacto. [a] Nã contra ignarũ fraudis agi nequit, niſi quatenus locupletior factus eſt; [b] multò minùs aduerſus tertiũ bonorum poſſeſſorẽ.

X. [c] Sed & in ipſum fraudatorem hæc actio datur, vt quidam volunt, eo fine vt debitor in carcerem coniiciatur, [d] cùm alioqui bonis iam poſſeſſis, aut diſtractis, inanem faciat actionẽ eius paupertas. Quod dicere durũ eſt, [e] quãdo diſertè Imperator ſtatuat hanc B actionẽ dari in debitorẽ debere, cũ hoc temperamento, in quantum facere poſſit; in hæredem autem, quatenus ad eos peruenit.

XI. [f] Venit in hanc actionem rei reſtitutio, quæ omnimodo reſtituenda eſt in eum ſtatum in quo fuit ante alienationem, [g] reuocato nimirum dominio, omnique iure quod in alium fuit tranſlatũ. [h] Veniunt & fructus qui videlicet tempore alienationis terræ cohæſerunt & qui poſt inchoatũ iudicium C percipiuntur. [i] Nam medio tempore perceptos, nõ venire verius eſt: propterea quòd hos poſſeſſor ratione tituli & dominij quod habuit meritò lucretur, [k] quãtumuis reliqua cõmoda medij temporis in hac actione cõputentur.

XII. [l] Competit autem hæc actio ex die factæ alienationis; & quidem intra annum vtilem indiſtinctè etiam aduerſus eum qui particeps doli non fuit: [m] poſt annum, in fraudulentos tantùm, id id quod ad eos peruenit, D aut peruenire potuit.

TIT. VI.

De obligationibus inutilibus, & ex quibus actiones non dentur.

I. [a] REgiis Conſtitutionibus Molinenſibus, ſi res centum Frãcicos nummos excedat, de ea agi nõ poteſt, niſi eius rei E fides fiat per contractum coram Tabellione ſeu [b] Notario initum; quod tamen fidei chirographorum non derogat.

II. [b] Iure ciuili Romano nudæ mercatorũ rationes fidẽ non faciunt: [c] tametſi contra eã fidẽ faciat, qui in ſuas rationes ſolutum quidpiã, aut minoris quid venditũ retulerit. [d] Moribus tamẽ Gallicis inualuit, vt mercatorum rationales libri & Ephemerides fidẽ plerũq; F faciant, ſi, qui eos libros confecêre, probatæ vitæ cõperiantur, & ipſi actionibus ſuis intra Regiis cũſtitutionibus ſtatuta tempora experiantur, & de re non ita graui agatur.

III. [e] Epiſtola, ſeu literæ priuatæ, quibus aliquis ſcribit velle ſe fidem haberi ab eo ad quem eas literas mittit, ei qui eas fert, cuius etiã deſcribat nomen; fidẽ non faciunt earum rerum, quas is qui eas literas attulerit mãdatas fuiſſe ſibi referet, ſi eæ literæ generaliter G ſint conceptæ: ſed cõmendatoriæ tantummodò literę intelligẽtur. At ſi negotium aliquod cõmemoratur, de quo quis credi velit ei qui literas feret, vel alioqui ſuo periculo credi ei omninò ex his literis; ille qui eas ſcripſerit, vel ſigno poſito probauerit, obligabitur.

IV. [f] Si venditor pactus ſit cum emptore A ne euictionis nomine, præterquàm ex ſuo ſuorúmve facto, teneatur; tamen ſi emptor rem venditam alterius eſſe ignorauerit, reddere pretium venditor compelletur; ſed non in id quod intereſt emptori, condemnabitur. [g] Aliud erit dicẽdum, ſi ius quod in re venditra habuit, vẽdiderit, niſi eius dolus arguatur.

V. [h] Si mea pecuniã res empta ſit, mea tamen non efficitur: [i] niſi ea pecunia mulieris B fuerit, vel militis, vel minoris. [k] Quòd ſi ex dotali pecunia res empta ſit, niſi mulier recuperare à marito rem poſſit, in ſubſidium conuenire rei poſſeſſorem poterit.

VI. [l] Venditor hæreditatis rerum ſingularium euictarum nomine non tenetur, quæ væniſſe non videntur.

VII. [m] Mulier pro viro ſuo fideiubere non poteſt: pro alio poteſt, ſi Senatusconſulti Velleiani auxilio, de quo certior facta ſit, renun C tiet; ac eius bona (quæ paraphernia dicuntur) in eam rem obligabuntur.

VIII. [n] Si vxor obligationi & hypothecæ domus, vel prędij cuiuſquam à marito venditi renuntiet, ea renuntiatio nõ valet, nec mulieri obeſt, maximè niſi alia bona ei ſint nexa obligationi: [o] quia ſi ſoluẽdo maritus manet, ea renunciatio nullatũ eſt virium. [p] ſed ſi ſoluendo vir non eſt renuntiatio, donationis inſtar eſt: tametſi ſpecialis obligatio & re- D nũntiat o alioqui valeant, non generalis.

IX. [q] Mulier, præſertim nupta, non poteſt ita ſe obligare vt ſoluẽdi debiti causâ carceri mãcipetur, niſi mariti auctoritas interueniat.

X. [r] In Gallia receptum eſt, ſi quis in rei mobilis venditione ſupra veri pretij dimidiam fraudatum ſe queratur, audiri non oportere: neque etiam ſi eandem fraudem in prædiorũ fructibus locandorum paſſum ſe cauſetur,

TIT. VII.

E

Quibus experiri actione licet, & aduerſus quos, vel non licet.

I. [a] IVre ciuili Romano, ſi pater pro filia dotem dederit, tametſi ſtipulatus non ſit vt ea, ſoluto matrimonio, ſibi redderetur, tamen eius repetendæ actio patri competit. [b] Sed in Gallia hæredibus filiæ cognatis F ex latere id ius vulgò defertur.

II. [c] Debitum non eſt exigendum armata manu, ſed ciuiliter in iudicio. De quo Diocl. & Maximian. Impp. ita reſcripſerunt Glyconi. [Negantes debitores non oportet armata vi terreri: ſed petitore quidem non implente ſuam intentionem, vel exceptione ſubmoto, abſolui: conuictos autẽ condemnari, ac iuris remediis ad ſolutionem vrgeri conuenit.]

III. [d] Teſtator poteſt legatario poteſtatem G facere rem legatam propria auctoritate capiendi: [e] aliàs id minimè legatario licet.

IIII. [f] Emptor, vel is cui donata res eſt, ſua auctoritate res emptas vel donatas capiendi ius

u d. l. qui autem §. apud d. l. ait Prætor. §. ſi eum.
x l. 2. C. eo t.
z l. 1. § ait ergo. l. 2. & l. 3. D h. t. l. 1. C. eo t.
a l. Qui autẽ. §. pen.
b l. Qui à debitore ibid.
c Veſemb. hic.
d d. l. nam lic. D. de dolo malo.
e l. vlt. C h. t.
f d. l. vlt. § ſi à ſocio.
g l. ſi ſciens. D. de cont. emp. §. Itẽ ſi quis. Inſt. de act. l. hac in factum l. ait Prætor. §. pactum D h. t.
h d. l. § per hãc l. Videamus. §. in Fauiana. D. de vſur.
i d. l. vlt. §. nõ ſolùm.
k d. l. ait prætor § pactum
l d. l. Qui autem. §. vlt. l. ait prætor. in prin. D h. t.
m d. l. §. hac actio.
a Conſt. Caroli 9 Regis.
b l. Exemplo l. Rationes. C de probat. Bar in l. admonẽdi. D. de iureiu. & in l. Nuda ratione D. de donat.
c l. Quidam. § nummulariis D. de edẽ. Bar. in l. vlt. C. arbitr. tut.
d Fontano in Maſuerij pra xim.
e Idem Fontano ibid. Bar in l. Titius. D. de don. l. vlt. C. quod cum eo. l. Eleganter. § ſi verò. D de dolo l. ſi verò nõ remunerandi. §. cum quidã. D. mandati.
f Idem Fontano in Maſuerium t. de vend. & empt. l. empto, alias. Emptorem §. l. D. de act. empt. Cyn in l. C. de liter. l. vlt. C de a.

g l. quod ſibi. D de hær. vel act. vend.
h Idem Fontano d. t.
i l. ſi vt propo- nis. C. de rei vind.
k l. ex pecunia. C. de iur. dot.
l Idem Fontano d. t. l. 1. C. de euict. l. quidã. D. de acq. rer. dom.
m Idem Fontano ibi. auth. ſi qua mulier. C. ad Velleı. l. vlt. ibid. Io Andreas in Add. ad Spec.
n Maſuerius t. de oblig. & renunc. Not. t. de pact. conu. C. ſ. ex literis in fi. de pign. auth. ſiue à me C ad SC. Vell.
o l. Etiam. ibi. l. Pignus. D. quæ in fraud. cred.
p l. iubemus. C ad SC. Vell. vbi arm. l. vnica. §. & cum lex Iulia. C. de rei vxo. act.
q Maſuerius t. de oblig. & renunc. arg. l. 1. & auth. hoc poſita. C de off. diuerſ. Iud.
r Not. in l. hac act. D. Sol. matr. Bar. in l. 3. actor. D. de iudic. Bar. in l. ſacrilegiis §. vlt. D. ad leg. Iul.
s Imbertus lib. 1. inſt. Forenſ. cap. 54
a l. iure ſuccurſum. D. de iure dot. & l. Dos à patre D. Sol. matr. l. quod fortis. C de bonis lib. l. ſi cũ dotem, in fi. & ibi Bart. D. Sol. matr.
b Maſuerius t. de dotibus & matrim.
c l. Negãtes. C. de oblig. & actio.
d Maſuerius. d t. de cauſis poſſeſſorijs. verſ. ſi glo. in l. Traia. §. Lucius. D. de lega. 1. & in l. Creditores. C. de pig.
e l. non dubium. C. de lega.
f Maſuerius. d. t. Bar. in l. Prædia. D. de acq. poſſeſ. & in l. 1. §. eo ſ.

nõ habet,[g] alioqui rei inuaſor raptórve exi- A
ſtimabitur,niſi traditam rem eſſe,vel eius rei
ſactam ei poteſtatem contineatur; aut res
venditæ,vel donatæ in conſpectu ſint.
V. * Morihus Gallicis ea quæ quis iute ci-
uili Romano priuata auctoritate facere po-
tetat,veluti cõductorẽ finita locatione expel
lere,& emphyteutam ceſſantẽ per bienniuni
ſoluere penſionẽ,& ſimilia;fieri nõ ſolẽt,nec
poſſunt ſine iodicis decreto,& auctoritate. B
VI. VII. [h] Actin nihil aliud eſt,quàm ius
quoddam,ſeu libera quædam facultas perſe-
quendi in iudicio quod ſibi debetur. [i] At-
que omnem omnino actionem ex quacun-
que obligatione, cùm quid debeatur, pro-
pter quam lex agere non prohibeat,compra-
hẽdimus hac definitione,ſiue ciuilis, ſiue ho
noraria,ſiue fideicõmiſſi fuetit perſecutio.
VIII. [k] Perſecutionis autem verbum o-
mnes poſtulationes tam ordinarias quàm ex- C
traordinarias complectitur, ipſaſque officij
iudicis implorationes, quæ actionum instar
ſunt. Quod tamen iudicis officium tum im
plorari animaduertendum eſt, cùm ſolida
vel expreſſa deeſt obligatio, aut ſummo iure
actio, quam tamen competere æquitas ſua-
det: [l] vt ſi te ſolum hæredem damnauero vti
monumentum certa pecunia ſacias, nullam
obligationem ea ſcriptura recipit; ad ſupre-
mæ tamen voluntatis obſequium iudicis of- D
ficium te compellet.
IX. [m] Interdicta quoque actionis verbo
continentur.
X. [n] In iudicio tamen perſecutionem arcta-
oimus,propterea quæ extra iudicij limen ſi-
ne actione legitimè perſequimur,[o] veluti de-
bitorem qui fugam parat; quem propria au-
ctoritate perſequi & apprehendere poſſu-
mus,pecuniámque ſecum deferẽtem ad con-
currentem debiti ſummam auferre,ſi iudicis E
adeundi facultas deſit. Cæterùm ſi adſit,cre-
ditorẽ de ſuſpicione fugæ ſaltem iureiuran-
do prius docere debere verius eſt,ac curare
vt de debito iudici antea liquidò conſtet: &
generaliter (vt & ſuprà relatum eſt) id quod
deberi ſibi quiſque putat,per iudicem repo-
ſcere debet, non ſibi ius dicere; ne alioqui
Marci Imperatoris ius crediti perdat; ſed in
Gallia eo decteto non vtimur.
XI. [p] Si creditor inſtrumentũ nominis ſeo F
obligationis fortè amiſerit;vt denuò à Tabo-
lario reficiatur,impetrare nõ debet,niſi cau-
ſa à iudice cognita, conuucatis debitoribus,
iiſque quorũ intereſt,id ei permittatur,poſt-
quà iureiurando pręſtito ſeſe inſtrumentũ a-
miſiſſe,nec ſolutũ fuiſſe debitũ confirmaue-
rit. Nã ſoluto debito induci & cancellari ar-
chetypus debet:niſi cùm contractus manere
ad perpetuã rei memoriã debet, cuiuſmodi
eſt emptionis contractus & dotales tabulæ. G
XII. [q] In ſolutũ nomine dato,nõ aliter ni-
ſi mandatis actionibus ex perſona debitoris
ſui aduerſus eius debitores creditor experiri
poteſt: ſuo autẽ nomine actione vtili rectè v-
tetur. Multis in tribunalibus Galliç,regium è
cãcellaria implorari diploma ſolet,quo is in

g l. ſi ex ſtipulatione. D. de acq. poſſ.
* Imbert. in Enchir. Iuris Gall. in verb. conductores: & ita iudicatum refert in com Turo.
h Petrus Plateanus in Paraph. tit. de actio Inſtit.
i l. Pecuniæ verbum in fin. D de verb. ſig.
k Idem Plateanus d. t. 1 actionis verbo. D. de obl. & act.
l l. hereditas. D. de pet hæred l. 1. C. de libert.
m l. Actionis verb. D. de obl. & act.
n Petrus Plateanus d. loco.
o l. Ait Prætor. §. ſi debitorem. D. quæ in fraud. cred. & illic Bart. & Iaſ in l. 2. D. ſol matr.
p Maſuer. in t. de inſtrumentis. verſ. 17. Cynus in Auth. ſi quis in aliquo documẽto. C. de edẽ Bar. in l. de tabulis. D. de tab. exh. l. Chirographus D. de adm tut. Io. Faber Inſt. de teſtam. circa fi. Bar in l. vlt. C. de bo. auct. iud. poſſ. Benefact l. vlt. C. de fide inſtru. Spec. t. de inſtr. edit. §. poſtquã. verſ ſed nunquid caſu prædicto.
q l. vl. C. quãdo fiſcus vel priuatus debitores ſui debitores cõuenire poſſit, vel debeat.

A querẽ actio tranſlata eſt, in locum eius qui a-
ctiones ceſſit, ſubſtituatur.
XIII. [r] Altet ex cohæredibus pro pecu-
nia ſibi à defuncto debita, poteſt conuenire
pro portione hæreditaria,pignura. *Salyc.* De
quo Imp. Gordianus, Hetmenoti [Pecuniam
quam tibi à matre debitam fuiſſe dicis,ab hæ
redibus eius cohæredibus tuis pro parte tibi
competente petere debes: ſed & res, ſi quæ
B tibi ob idem debitum obligatæ ſunt, proſe-
qui non prohiberis.]
XIIII. [ſ] Actiones ab hæredibus & contra
hæredes incipere poſſunt. De quo Imperator
Iuſtinianus Ioanni PP. [Stipulationes & le-
gata, & alios contractus poſt mortem com-
poſitos antiquitas quidem reſpuebat;nos au-
tem pro communi hominum vtilitate reci-
pimus,conſentaneum etiam eſſe, illam regu-
lam,qua vetuſtas vtebatut, more humano e-
C mendare. Ab hæredibus enim incipere actio-
nes Veteres non concedebant, contempla-
tione ſtipulationum, cæterarúmque cauſa-
rum poſt mortem conceptarum. Sed nobis
neceſſe eſt ne prioris vitij materiam relin-
quamus,vt liceat ab hæredibus & contra hę-
redes incipere actiones & obligationes, ne
propter nimiam ſubtilitatem verborum la-
titudo voluntatis cõtrahentium impediatur.]
XV. [t] Per procuratorẽ acquiri poteſt domi-
D oo tã poſſeſſio,quàm etiã dominiũ: ſed actio
perſonalis, vel obligatio non poteſt acquiri
ſine ceſſione, iure quidẽ ciuili Romano: ſed
his ſubtilitatibus ferè in Gallia non vtimur.
XVI. [u] Quæſita perſonali actione,ſine ceſ-
ſione ſimiliter quæritur hypothacaria. De
quo Imp. Iuſtinianus Iuliano præfecto præ-
torio: [Cùm per liberam perſonam, ſi pecu-
nia alterius oomine fuerit numerata, acqui-
ratur quidem ei cuius nomine pecunia cre-
E dita eſt, per huiuſmodi numerationem con-
dictio, non autem hypothecaria vel pignus
eorũ quę procuratori data vel ſuppoſita ſunt:
talẽ differentiã expellentes, ſancimus & con-
dictionẽ,& hypothecariã actionẽ,vel pignus
ipſo iure & ſine aliqua ceſſione ad dominum
peruenire. Si enim procuratori neceſſitas le-
gibus impoſita eſt, domino contractus cede-
re actionem: quare, quemadmodum ab ini-
tio in perſonali actione ceſſio ſuperuacua vi-
F dehatur, non etiam in pignoribus & hypo-
thecis ſimili modo dominus contractus non
hahebit hypothecariã actionẽ, ſeu pignoris
vinculum, vel retentionem ſibi acquiſitam?
XVII. [x] Donatio facta filio ſamiliâs con-
firmatut emancipatiooe, ſi res fuit filio tra-
dita,vel reperitur in poſſeſſione de vulunta-
te patris tacita vei expreſſa. *Bald.* De quo
Imp. Alexander Septimiæ, & aliis: [Si eman-
cipatis vobis, fundos, quos nomine veſtro
G cùm in poteſtate ageretis, parer emerat, tra-
didit, vel io poſſeſſione eorum voluntate pa-
tris fuiſtis; dominium acquiſiſtis.]

Idem Imperator *Patrimo.*

XVIII. [y] Mancipia, quorum meminiſti, ſi
vt propoois, nomine tuo, itémque ſratris tui,

r l. 1. C. de hæred. actio.
ſ Rubr. C. vt actiones ab hæredibus & contra hæredes incipiant.
t l. 1. C per quas perſ. nob. acq. vbi Paul. Caſtr.
u l. 2. d. t.
x l. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi ſub alterius nomine vel aliena pecunia emerit.
y l. 3. d. t.

A cui ſucceſſiſti, empta vobis tradita ſunt, licèt inſtrumento emptionis matrem tuam pecunias numeraſſe contineatur, perſequi ea more iudiciorum non prohiberis.

XIX. Priuata ſimulatione nihil prodeſt habere penes ſe inſtrumentum. *Baldus*. De quo Valerianus & Gallienus Auguſti, & Valerianus Cæſar Cyrillo ita reſcripſerunt: [Quamuis inſtrumento emptionis ſocrus nomen inſcripſeris, tamen ſi poſſeſſionem tenẽs, dominus effectus es, ob eam rem fruſtrà B calumniam mulieris, quamuis ipſa contractus tabulas habeat, reformidas.]

Imperatores Diocletianus & Maximianus, Dionyſio.

a l. multum intereſt.

XX. [a] [Multùm intereſt, vtrúmne vxore tua comparante pecuniam numeraſti, eique poſſeſſio tradita eſt; an contractu emptionis à te nomine tuo habito, tantùm vxoris nomen pòſt inſtrumentis inſcribi curaueris: C Nam ſiquidem vxor tua nomine ſuo emit, eíque res traditæ ſunt, nec in te quicquam de his proceſſit; non niſi de pretio aduerſus eam in quantum tu pauperior, & illa locupletior facta eſt, habes actionem. Quòd ſi tu quidem emiſti, & tibi tradita eſt poſſeſſio, tantùm autem nomen vxoris inſtrumento inſcriptum eſt, res geſta potior quàm ſcriptura habetur. Si verò ab initio negotium vxoris gerens comparaſti nomine ipſius, empti D actionem nec illi nec tibi quæſiſti; dum tibi non vis, nec illi potes. Quare in eo nimi quæſtione ille potior habetur, cui poſſeſſio à domino tradita eſt.]

b l. pen. ibid.

XX. [b] Si vnus ex fratribus de pecunia cõmuni emit ſuo nomine, ſibi, non alteri fratri dominium acquiſiit. De quo iidẽ Impp. Valentinæ. [Qui aliena pecunia comparat, non ei cuius nummi fuerint, ſed ſibi actionẽ empti, ſi ei fuerit tradita poſſeſſio, quærit. Cùm E itaque de rebus communibus fratrem patruelem tuum quædam comparaſſe contendas, de tua pecunia hunc conueniendo facies conſultiùs: nam in rem de rebus ab eo comparatis tibi cõtra eum petitio nõ competit.]

c l. vlt. ibid.

XXI. [c] Nihil prohibet, altero pecuniã numerante, in aliũ, vel vtriuſq; contrahentis cõſenſu, vel certè venditore tantummodo volente, dominium transferri, eo etiam maniſeſtè conſtituto, vt inter abſentes per mediam F perſonam, veluti per nuntium, vel epiſtolam talis contractus perfici poſſit.

d Maſuerius de empt. & vend. verſ. 38.

XXII. [d] Rem tamen mulieris pecuniã, vel militis, vel minoris emptam, eorum effici, ſunt qui exiſtiment, vt & ſuprà relatum eſt.

e l. ſi fratres. §. cum reſpõdit. l. pro ſoc. §. ſi propoſuit.

XXIII. [e] Socius admonitus in iudicio, vel extra iudicium, vt pro ſua portione pecuniam quam alter ſocius in rem communem impẽdit, reſtituat: ſi negauerit ſolutionẽ poſt G quatuor menſes, amittit dominium rei communis, quam ſocius ob impenſas poteſt totam vindicare.

f l. cum domino horreorum. C. …

XXIIII. [f] Si conductores ædium non ſoluãt penſionem, & prætereà latitent, permittitur locatori domum aperire: & res in ea reper-

A tas apud publicam perſonam teſtéſque ſigillatim deſcribere, deſcriptáque conſignare, vt cuſtodiantur.

Secunda pars d. capitis primi.

Quibus experiri actione non licet.

e t. Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, vel actiones in ſe transferre. C.

XXV. [e] Non licet potentioribus patrocinium litigantibus præſtare; vel actiones in ſe transferre. De quo Impp. Diocletianus & Maximianus ſic reſcripſerunt: [Diuinè admo B dùm conſtituit Claudius conſultiſſimus Princeps pater noſter, vt iactura cauſæ afficerentur hi qui ſibi patrocinium potentiorũ aduocaſſẽt, vt hoc propoſito metu, iudiciariæ lites penitùs ſuo marte diſcurrerent, nec potentiorum domorum opibus niterentur.

Imppp. Arcadius, Honorius, & Theodoſius.

f l. poſteriore. ibid.

XXVI. [f] Si cuiuſcunque modi actiones ad C potentiorum delatæ fuerint perſonas; debiti creditores iactura multentur. Aperta enim credentium videtur voracitas, qui alios actionum ſuarum redimunt exactores.

g Imbertus Enchiridio Iuris Galliæ, in verb. Cedens. d. ll. priore & poſter. d. t. ne liceat potent. t. de alien. mut. iud. cauſ. facta.

XXVII. [g] Cedens iudicij mutandi cauſâ, ab eo differt qui potentiori cedit, quòd prior expẽſis tantùm litis aduerſario ſarciẽdis multatur, actáq; iudicij fiũt irrita: poſterior verò, actionis iactura vnà cum earum expenſarum damno plectitur.

h Imbertus d. loco.

D XXVIII. [h] Sed & regiis conſtitutionibus Caroli V. vetitum eſt, ne quis in potẽtiorem vllas actiones transferat: vel in eũ qui munus publicũ à Rege, vel Regina cullatũ obtinet, vel forum, ex priuilegio apud Academiarum Iuridicos (quos Conſeruatores vocant:) vel apud libellorum ſupplicum præfectos, qui in baſilica Pariſienſi conſident, ſortiuntur.

i Idẽ Imbert. ibid. & in Inſtit. forenſ.

XXIX. [i] Itaque moribus noſtris receptum eſt nullum cenſeri potẽtiorem, niſi eum qui E munera huiuſmodi publica gerit: vel qui priuilegio fori vtitur, litiúmque ad ſe pertinẽtium iudicem proprium habet.

** Litem. C. de procur.*

XXX. * Pactum de parte litis improbatur, & reum ab agendo repellit.

Alex. Impp. Diocletianus & Maximianus, Cornificio.

Litem te redemiſſe contra bonos mores precibus maniſeſtè profeſſus es, cùm procura F tionem quidem ſuſcipere (quod officiũ gratuitum eſſe debet) non ſit res illicita: huiuſmodi autem officia non ſine reprehenſione ſuſcipiantur.

CAP. II.

Aduerſus quos experiri actione poſſumus.

** Oldend. t. de ludo.*

XXXI. * QVæ in ludo vltra aureũ perduntur, iure ciuili Romano G repeti poſſunt vltra 50. annos. Qua ex re exiſtimare licet quàm inhoneſtũ cenſuerunt leges immodicum ludi abuſum. Cùm enim regulariter omnibus actionibus perſonalibus præſcribatur triginta annis, vides huc caſu extendi ad annum quinquageſimum.

XXXII. [i] Certũ eſt vnũquemq; agere aut cum eo q ei obligatus eſt; aut cũ eo qui ei nõ eſt obligatus, mouetur tamen eidẽ aliquã de re cõtrouerſia. In priorẽ caſum proditæ ſunt in perſonã actiones, ſic appellatæ, q vtriuſq; perſonæ tã actoris q̃ rei cohæreãt. Aduerſus eũ hinque hæc actio locũ habet q obligatus eſt, ſiue ex cõtractu, vel quaſi ex contractu ſit, ue ex maleficio, vel quaſi ex maleficio actio ſit. His enim caſibus proditæ ſunt in perſonã actiones, quib' is q experitur, aduerſariũ ei aliquid dare aut facere oportere intendit, aut aliud etiã aliis modis petit: [k] nempe ſi in eum proponat actionem à quo infamatur, aut minis terretur vt deinceps deſinat vel agat; & alia plæraque quæ ex variis cauſarum figuris enaſci poſſunt.

i Petrus Plateanus Paraphraſi Inſtit. t. de actionibus.

k l. diffamari. C. de ingen. & manu.

XXXIII. [l] In eũ verò caſum quo obligatus nõ eſt is cũ quo agimus, ſed de aliqua re controuerſia mouetur, in rẽ proditæ ſũt actiones quæ nullo penitus obligationum vinculo nituntur, ſi per eam rem noſtram quæ ab alio poſſidetur, petimus.

l Iidem Plateanus d. loco. l. actionum genera. D. de ob. & act.

XXXIV. De actione, De peculio, De in rẽ verſo, Quod iuſſu, relatũ eſt ſuperioribus libris: ſimiliter De noxalibus actionibus; Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

Imp. Conſtant. ad concilium prouinciæ Africæ.

XXXV. [m] Maritus citra mandatũ in rebus vxoris cũ ſolenni ſatiſdatione & alia obſeruatione intercedendi liberã habeat facultatem; ne fœminæ, perſequẽdæ litis obtentu, in cõtumeliã matronalis pudoris irreuerẽter irruãt, & cõuentibus virorũ, vel iudiciis intereſſe cogãtur. Sin autẽ mandatum ſuſcepetit, licèt maritus ſit, id ſolũm exequi debet quod procuratio emiſſa præſcripſerit.

m l. maritus. C. de procur.

Imp. Iulianus Secundo.

XXXVI. [n] Exploſis atque reiectis præſcriptionibus quas litigatores ſub obtentu conſortiũ ſtudio protrahendæ diſceptationis excogitare cõſueuerũt, ſiue vnius fori omnes ſint; ſiue in diuerſis prouinciis verſentur, nec adiuncta perſona conſortis, vel conſortium agendi, vel reſpondendi, iurgantibus licentia pro parte pandatur.

n l. petere. C. de conſortibus eiuſdem litis.

XXXVII. [o] Cõmune negotiũ poſt litem legitimè ordinatum etiam quibuſdã abſentibus in ſolidum agi ſine mãdato poteſt, ſi præſentes, ratam rem dominum habiturum cauere parati ſunt: vel ſi quid ab his petitur, iudicatum ſolui ſatiſdatione firmauerint.

o l. poſteriore. d. t.

XXXVIII. [p] Perſonales actiones quæ pro ære alieno, debitóque competũt, inter hæredes diuiduntur: in rem verò actiones poſſeſſorem ſequuntur. *Bald.* Pro hæreditariis partibus hæredes onera hæreditaria agnoſcere, etiam in fiſci rationibus placuit, niſi intercedat pignus, vel hypotheca: tunc enim poſſeſſor obligatæ rei conueniendus eſt.

p l. 2. C. de hæred. actionibus.

XXXIX. [q] Ætas debitoris nõ infringit ius creditoris. *Bald.* De quo Impp. Diocletianus & Maximianus Criſpo ita reſcripſerũt [Sub prætextu ætatis pupilli debitoris hæreditarij, creditorum exactionem differri non poſſe, nimis euidens eſt. Vnde cùm te tutorem proponas creditoribus, vt ſatisfiat eniti debes.

q l. 3. ibid.

XL. [r] Ex delictis defunctorũ hæredes, ſi lis cũ defuncto conteſtata fuerit, in ſolidũ: ſi ſecus, quantũ ad eos peruenerit, conueniri poſſunt.

r l. vnica. C. ex delictis defunctorum in quantum hæredes conueniantur.

XLI. [s] Moribus Galliæ ex quacũq; cauſa actio in parẽtes cõpetit, etiã ſine veniæ petitione.

XLII. [t] Popularis actio cuilibet è populo cõceditur; & in popularibus actionib', vbi quis quaſi vnus de populo agit, defenſionẽ vt procurator præſtare cogẽdus nõ eſt. Hæ actiones nõ niſi integris perſonis permittũtur, hoc eſt, quibus poſtulare licet ex edicto prætoris; quod diſcernit ætatẽ, ſexũ, caſũ, puta ſurditatis, vel cæcitatis, & famã poſtulãtiũ. [u] Mulieri itẽ & pupillo populares actiones nõ dantur: niſi cũm ad eos pertinet. [x] Quòd ſi plures ſimul intendere voluerint populares actiones, ſemper præfertur is cuius intereſt. Et ſi plures exiſtant qui eundem in publicis iudiciis accuſare velint, iudex eligere debet eum qui accuſet, cauſa ſcilicet cognita, æſtimatis accuſatorum perſonis, vel de dignitate, vel ex eo quod intereſt, vel ætate, vel moribus, vel alia iuſta de cauſa.

s Pet. Plat. in §. ſi quis poſtulante. Inſtit. de action. Paraphraſi in anno. t Olden. tract. inſcripto, Actionum diuiſio.

u l. Populares. D. de popul. act. l. 3. § ſecundo loco. D. de poſtu.

x l. mulieri. D. d. t. de pop. actio.

XLIII. [y] Actionum quædam ſunt populares, ſeu publicæ, aliæ priuatæ. [z] Popularem actionem dicimus, quæ ſuum ius populo tuetur. [a] Et ciuibus petere permittendum eſt id quod ad vſum hominũ pertineat; veluti vias publicas, itinera publica: & ideò quolibet poſtulante, de his interdicitur. [b] Sic publica iudicia dicuntur, quòd cuiuis è populo executio eorum plerumque datur.

y l. 3. ibid.

z Oldend. d. tract.

a l. 1. & d. t. de pop. actio.

b §. 1 Inſt. de pub. iudic.

XLIIII. [c] Tam ex contractibus quàm ex delictis in filiumfamiliàs competit actio: ſed mortuo filio, poſt litis conteſtationẽ transfertur iudicium in patrem duntaxat de peculio, & quod in rem eius verſum eſt.

c l. Tam ex contractibus. D. de iudic.

Imp. Antoninus Marco.

XLV. [d] Si in cauſa iudicati Valentis, quem tibi cõdemnatũ eſſe proponis, nihil eſt quod ſine quæſtione pignoris loco capi & diſtrahi poſſit; debitores eius cõuenti ad ſolutionem auctoritate Præſidis prouinciæ cõpelluntur.

d l. 2. C. quãdo fiſcus vel priu. debitores ſui debitores conuenire poſſit.

CAP. III.

Aduerſus quos experiri actione, & quibus ex cauſis non poſſumus.

Imp. Diocletianus & Maximianus Ruſticiano.

XLVI. [e] OB cauſã proprij debitoris locatoris, cõueniri colonos pẽſionib. ex placito ſatisfaciẽtes, perquã iniurioſũ eſt.

e d. l. 3. C. de obli. & act.

Iidem Impp. Paulæ.

XLVII. [f] Nimia credulitate circũuenta es, cũ quæ colonis in rẽ ſuã dediſti, à domino prædij poſtulare poſſe crediſti, nec ad eũ obligandum actorũ ipſius te adiuuat præſentia.

f l. Nimia. ibi.

XLVIII. [g] Accipiens mutuã pecuniã obligatur ei qui mutuò dedit, nõ is ad quẽ pecunia propter mercimonia peruenit. De quo iidem Impp. ita Barſumio reſcripſerũt: [Ei cui mutuam dediſti pecuniam, ad ſoluendũ vigore cõpetenti debes actione. Nã aduerſus negotiatores quos ex mercib. pecunias abſtuliſſe tuo debitori proponis, nullã habes actionem.

g l. Ei cui. ibi.

g *l. vlt. ibid.*

XLIX. [g] Veteri iure Romano datur ius eligendi creditori, an agat perſonali actione, an hypothecaria; & vtrâque poteſt agere, ſed ſeparatis actionibus in obligatos, & pignorũ poſſeſſores. De quo idẽ Impp. Hermadoro & Nicomacho: [Eſt in arbitrio veſtro, perſonali debitores actione, vel in rem Seruiana conuenire eum qui ab his diſtracta, ſibique tradita pignora tenet, ſi nõ longi temporis præſcriptione munitus ſit. [h] Sed hodie nouo iure priùs conueniendi ſunt omnes fideiuſſores, & mandatores, & ſpõſores, quàm ad pignorum perueniatur poſſeſſores. Normani vetus ius Romanum, non nouum ſequuntur & obſeruant.

h *auth. Sed hodie. ibid.*

i *l. pen. ibid.*

L. [i] Contra debitorem debitoris fiſcus non agit; niſi conſtet principalẽ debitorẽ ſoluẽdo non eſſe. De quo iidem Impp. Zoſimo. [Non priùs ad eos qui debitoribus fiſci noſtri obnoxij ſunt, actionem fiſcalem extendi oportet, niſi patuerit principales reos ſoluendo non eſſe, certiſſimi iuris eſt.]

k *l. hæredem. ibid.*

LI. [k] Actio de dote contra hæredes, non contra debitores mariti dirigi debet. *Bald.* De quo idẽ Impp. Maximæ [Hæredẽ mariti quondã tui de dote tibi reddẽda cõuenire debes: perſonalẽ enim actionẽ contra debitores hæreditarios tibi decerni, fruſtrà poſtulas.]

l *l. vlt. ibid.*

LII. [l] Creditores hæreditarios aduerſus legatarios nõ habere perſonalẽ actionẽ conuenit, quippè cùm euidentiſſimè lex duodecim tabularũ hæredes huic rei faciat obnoxios.

Impp. Diocled. & Maximianus Iulio.

m *l. ab debitorum.*

LIII. [m] Vt debitum tibi ante aditã hæreditatẽ ſoluatur, & tũc an ad te pertineret hæreditas, quæri iubeamus; præpoſtera petitio eſt. Etenim cùm tibi ſoceri ſucceſſionem quæſitam patuerit, debiti petitionem extingui per confuſionem, non ambigitur.

LIV. Perſonales actiones quæ in hæredes cõpetunt, inter eos diuidũtur: in rem verò actiones, poſſeſſorẽ ſequuntur. *Bal.* De quo idẽ Impp. Pro hæreditariis partibus hæredes onera hæreditaria agnoſcere, etiam in fiſci rationibus placuit, niſi intercedat pignus vel hypotheca: tunc enim poſſeſſor obligatæ rei conueniendus eſt.

n o *§. non autem omnes Inst. de actio. Oldend. 7. diuiſ. actionum.*

LV. [n o] Eſt certiſſima iuris regula, Ex maleficiis pœnales actiones in hæredem rei non cõpetere. Exempli gratiâ, Furtum paſſus, habet actionem furti aduerſus furem, quam heres eius rectè poteſt exercere, aut cœptã litẽ perſequi. Sed mortuo fure, hæredẽ illius dominus rei furtiuæ, neque ſucceſſor cõuenire poteſt, niſi aliquid ex furto perceperit: aut dolo malo fecerit, quominus perciperet. Nam eſt conſtitutum in turpia lucra ab hæredibus quoq; extorqueri, licèt crimina extinguatur.

l. ex contractibus. D. de O. & act.

LVI. [p] Ex cõtractibus venientes actiones, in hæredẽ dantur, licèt delictũ quoque verſetur; veluti cùm tutor in tutela geſtã dolo fecit.

Oldend 8. diuiſ. actionũ. ſequens Inst. de act.

LVII. [q] Quædã actiones rei perſequendæ gratiã competunt; quędã pœnæ causâ dãtur; quædam denique mixtæ ſunt.

in honorariis. de obl. &

LVIII. [r] Rei perſecutoriæ actiones ſunt, quibus id petimus quod ex patrimonio nobis abeſt.

LIX. [s] Pœnæ perſequendæ gratiâ introductæ ſunt actiones ex maleficiis, vel quaſi maleficiis: cùm præter id quod nobis abeſt, exigimus aliquid vindictæ vel affectionis causâ. [t] Nam quicquid ex bonis noſtris non eſt, pœna ſit oportet: [u] pœnam autem aliâs lex imponit, aliâs ſtipulamur.

s *Old. d. loco.*

t *l. ſeruus. D. de ſeru. export.*

u *l. a. l. ſi pœnam. l. ſtipulatio iſta §. alteri. D. de verb. obl.*

LX. [x] Mixtæ actiones ſunt, quibus rem ſimul & pœnam perſequimur. [y] Nam ex maleficiis proditæ ſunt actiones, aliæ tãtùm pœnæ perſequendæ causa, aliæ tam pœnæ quàm rei perſequendæ, & ob id mixtæ ſunt.

x *Oldend. d. loco.*

y *§. ex maleficijs. Inſtit. de act.*

LXI. [z] Omnes pœnales actiones poſt litẽ inchoatam etiam ad hæredes tranſeunt: [a] ex priuatis etiam admiſſis ſufficit litem eſſe cum teſtatore inchoatam & conteſtatam.

z *l. Omnes. D. de obl. & act.*

a *l. ex iudiciorum D. de ac cuſ.*

LXII. [b] Monendi ſumus pœnas iure ciuili Romano introductas, moribus Gallicis eſſe antiquatas: haudquaquã tamen propterea negligendas; quoniam tametſi iis, vt præſcriptæ ſunt, non vtimur, iudicis tamẽ religionem in pœnis huiuſmodi decernẽdis (quæ plerunq; in Gallia arbitrariæ ſunt) interim inſtruunt.

b *Petrus Plateanus paraph. t. de act. Inſtit. § pœnales quoque.*

LXIII. [c] Vxor pro marito, vel maritus pro vxore; vel mater pro filio conueniri nõ poſſunt. [d] Filius quoque pro patre; vel pater pro filio emancipato conueniri non poſſunt.

c *toto t. Ne vxor pro marito: vel maritus pro vxore, vel mater pro filio conueniantur. C.*

d *toto t. Ne filius pro patre: vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono: vel ſeruus pro domino conueniatur. C.*

LXIV. [e] Maritus mulctam in quam vxor criminis ſui causâ condẽnata fuerit, exſoluere non cogitur, ne de fructibus quidem dotis, præcipuè ſi alia bona aduẽtitia, aut extra dotem, quæ parapherna vocant, vxor habeat.

e *Manſuetius. t. de dotibus & matrim. verſ. 39. l. hac actio. D. ſol. matr.*

LXV. [f] Lis nulla nobis eſſe poteſt cum eo quem in poteſtate habemus, niſi ex caſtrenſi peculio.

f *l. lis nulla. D. de iud.*

LXVI. [g] Sententia lata contra tutorẽ non habentem adminiſtrationem, eſt ipſo iure nulla. *Bald.* De quo Diocletianus & Maximianus Impp. Stratonicæ. [Si tutor tuus, qui pro tutelari officio non cauerat, iudicio expertus eſt, contra eum lata ſententia iuri tuo officere non potuit: nec ea quæ cum eo geſta ſunt, vllam firmitatem obtinent. Fruſtrà ergo in iis reſtitutionis auxilium deſideras, quando ea quæ ab eo geſta ſunt, qui legitimam adminiſtratoris perſonam ſuſtinere nõ potuit, ipſo iure irrita ſunt.

g *l. ſi tutor. C. in quib. cauſ. reſti. in integr. non eſt neceſſ.*

TIT. VIII.

De variis diuiſionibus actionum.

I. [a] Actiones etiam hodie formulæ ſunt: Vnde exceptio inepti libelli, ſicut ad calumnioſam differendi iudicij anſam admitti non debet: ita rurſus ſi ex legitima cauſa obiiciatur, non eſt repudianda.

a *Oldend. in tractatu inſcripto Actionũ ſolennitas, ex ſententia Iaſonis in t. de act. Inſtit. quã valde laudat Ferrar. in ſua praxi t. de formulis reſponſionis rei conuentis.*

Prima diuiſio.

II. [b] Actiones aut directæ ſunt, aut vtiles. Directæ actiones dicuntur, quæ tam ex verbis legum proficiſcuntur, quàm quæ ex ſententia iuris ciuilis, vel prætorij per interpretationem conſtituuntur.

b *Oldend. tractatu inſcripto Actionũ diuiſio binomium. §. . D. de verb. ſig.*

III. [c] Vtiles autem ſeu indirectæ ſunt, quæ non ex verbis legum proficiſcuntur, neq; ex manifeſta ſentẽtia, ſed addititia quadã interpretatione propter ſimilem rationẽ receptæ ſunt

c *Old. d. loco.*

ſunt in forum. [d] Nam, vt ait Pædius, quoties A
lege vnum vel alterum introductum eſt, bo-
na occaſio eſt, cætera quæ tendũt ad eandem
vtilitatem, vel interpretatione, vel certa iu-
riſdictione ſupplere.
IV. [e] Tametſi per liberam perſonam ſtri-
cto iure ac directo acquiri nihil poſſit; [f] æ-
quiſſima tamen interpretatione receptum
eſt, vt pupillo & aliis omnibus acquiratur a-
ctio ex ſtipulatione tabellionis, vel alterius B
perſonæ publicæ: videlicet ſi nomine officij
ſui ſtipuletur nobis; [g] quod ſemper præſumi-
tur, cùm ſimpliciter ſtipulatur.
V. [h] Item aduerſus eos qui dolo malo de-
ſierũt poſſidere, vtilem actionem habemus:
ac ita iudicandum de omnibus aliis.
VI. [i] Actio negotiorum geſtorum illi da-
tur, cuius intereſt hoc iudicio experiri: nec
refert directa quis an vtili vtatur; quia in ex
traordinariis iudiciis, vbi conceptio formu- C
larum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuper-
uacua eſt. [k] Itaq; ſi cauſam (quam finalem vo-
cãt) ſpectemus, in qua vis & poteſtas omniũ
perſecutionũ ſpectatur, nulla hodie directa-
rum & vtiliũ actionũ eſt differentia: ſicut nec
olim in extraordinariis iudiciis, hoc eſt præ-
toriis, huiuſmodi diuerſitas conſiderabatur.
VII. [l] Vtique conueniens eſt domino tabu-
larum, aduerſus eum qui pinxerat, ſi is poſſi-
deat, vtilem actionem dari; qua ita efficaciter D
experiri poterit, ſi picturæ impẽſam ſoluerit.
VIII. [m] Itaque litigandi materiam ſimul
etiam, cui, &, aduerſus quem competat ius
perſeqoendi, iſta diuiſione cognoſcemus.

Secunda diuiſio actionum.

IX. [n] Actionum quædam in rem ſunt; quæ-
dam in perſonam competunt.
X. [o] In perſonã actio, eſt quæ condictio ap-
pellatur, per quam cum eo agimus qui obli-
gatus eſt nobis ad dandum, vel faciendum. E
XI. [p] Actiones in rem, ciuiles ſunt, Rei vin-
dicatio, Cõfeſſoria, Negatoria, Præiudicialis
de ſeruitute. Prætoriæ verò, Publiciana, Reſ-
ciſſoria, in rem Seruianam, Quaſi Seruiana:
Reuocatoriæ, videlicet Fauiana, Pauliana,
Caluiſiana, & ſi quæ ſunt ſimiles. Reliquæ in
perſonam cenſentur, vt empti, venditi, lo-
cati, conducti, & cæteræ.
XII. [q] In rem agens petere debet reſtitu-
tionẽ rei: in perſonam verò concluditur ad F
dandũ vel faciendũ. [r] Sic itaque diſcretis a-
ctionibus, certum eſt nõ poſſe aliquem rem
ſuam ita ab aliquo petere, ſi apparet eum da-
re oportere. Nec enim quod actoris eſt, id ei
dari oportet: quia ſcilicet dari cuiquam in-
telligitur, quod ita datur vt eius fiat.
XIII. [ſ] Mixtæ quoq; actiones, quæ mixtam
cauſam cõplectuntur tã in rem quàm in per-
ſonã, vt Familiæ erciſcundæ, Communi diui-
dundo, Finiũ regundorum. In his enim, ſi eius G
rei quæ controuertitur reſpiciamus partẽ no-
ſtram, in rem actio eſt: ſi verò partem aduer-
ſarij, ex qua nobis aliquid adiudicari poteſt,
vt in pecuniã ei dandam inuicem cõdemne-
mur; in perſonam dicimur experiri. [t] Nam in
his tribus iudiciis permittitur iudici rẽ alicui

d l. nam vt ait. D. de legib.
e Old. d. loco §. ex his itaque. Inſtit. per quos, perſon. nob. acq. §. ſi quis aliq. Inſtit. de inut. ſtipul.
f Bar. in l. 2. D. rẽ pup. ſaluo fore.
g l. 2. 3 & 4. d. t. l. Non omni aliter. D. de adopt.
h Oldend. d loco t. de alien. mut. iud. cauſ.
i l. actio D. de nego geſt.
k Old d. loco.
l l Qua ratione. §. ſed nõ vt litera. D. de acq. rer. dom.
m Oldend. d tract.
n Old d. loco. § omniũ. Inſt. de act. l actionum genera. D. de obl. & act.
o Old d. loco. § ſic itaque diſcretis. Inſtit. de act.
p Old d. loco.
q Old. d. loco.
r §. ſic itaque diſtractis. Inſtit. de act.
ſ Old. d. loco.
t §. quædam actiones. Inſtit. eod.

ex litigatoribus adiudicare; & ſi vnius præ-
ponderat, alterum in pecuniam cõdemnare.
XIV. [u] Actiones in rem, ſemper ſunt ſtri-
cti iuris; in perſonam verò aliâs bonę fidei, a-
liâs ſtricti iuris, ſecundùm qualitatem con-
tractuum, ex quibus producuntur.
XV. [x] Additur mixtis actionibus petitio
hæreditatis. [y] Nam petitio hæreditatis, ait
Vlpianus, etſi in rem eſt, habet tamen pręſta-
tiones quaſdã perſonales: vtpote eorum quæ
à debitoribus ſunt exacta; item pretiorum.
XVI. [z] Actiones denique nonnullæ ſunt
quæ in rem ſcriptæ dicuntur. Nam ex cõtra-
ctibus quidem, & ex maleficio prodeunt, id-
eòque in perſonam cenſentur: veruntamen
quia poſſeſſorẽ rei litigioſæ ſequuntur, mix-
tæ dici poſſunt; veluti ad exhibẽdum, & pręſ-
criptis verbis in pleriſque caſibus.
XVII. [a] Item omnes actiones in factũ ho-
die loco interdictorũ competẽtes, hoc modo
reputãtur mixtæ: [b] nam interdicta, licèt in rẽ
videãtur cõcepta, tamẽ vi ipſa ꝑſonalia ſũt.

Tertia diuiſio actionum.

XVIII. De interdictis poſſeſſionis cauſã
competentibus infrà tractabitur.

Quarta diuiſio actionum.

XIX. De popularibus actionibus ſuprà
tractatum eſt.
XX. [c] Si probari poterit mala fides & præ-
uaricatio actoris, tũc alij denuò ex eadẽ cau-
ſa aduerſus eondem agenti nõ poteſt opponi
exceptio rei iudicatæ. Nam & ſi quis egerit,
ita demùm conſumit publicã actionẽ, ſi non
per colluſionẽ actum ſit; id eſt, ſi poſterior a-
ctor ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur
populari actione, doceãtque iureiurando ſe
ignoraſſe ab alio actum fuiſſe hoc iudicio.
XXI. [d] Omnes populares actiones neq; in
hæredẽ dantur, neque ſupra annũ extendun-
tur regulariter; [e] niſi lis ſit cõteſtata, aut actor
aliquid proſequatur quod ad eũ proprio iure
pertineat: [f] hæredibus tamẽ & ſucceſſoribus
cõmodantur non iure hæreditario, ſed veluti
cõnumerãdi a populo. Priuatæ verò perſecu-
tiones ad hęredes porriguntur vltrò, citróq;.

Quarta diuiſio actionum.

XXII. [g] Actiones quędam directæ dicun-
tur: aliæ contrariæ. [h] Contrariæ autẽ actiones
appellãtur, cùm aliquid exigitur præter ſub-
ſtantiã cõtractus ab eo qui cõparatione vti-
litatũ in ſpeciem, non tam ſua quàm alterius
gratia cõtraxit. Vt ecce, deponens rem ſuam,
magis ſibi affert vtilitatẽ, ne quid pereat, vel
amittatur: ergo directam habet actionem. Is
autem apud quẽ res deponitur, morem gerit
amico. Quare ſi quid neceſſariò impendit in
rem depoſitã, habet contrariã depoſiti actio-
nem ad impenſas, ſine quibus vtique contra-
ctus fuiſſet ſua naturã perfectus: quoniam &
ſine ſumptu res depoſita plerunq; ſeruari po-
teſt. Idẽ dicendũ eſt de ſimilibus cõtractibus.
XXXIII. [i] Poſſunt autẽ actiones directę &
contrariæ ſimul in eodẽ iudicio tractari per
conuentionem & reconuentionem. [k] Cùm
Papinianus (inquit Imp. Iuſtinianus) ſummi

u Oldend. d. loco.
x Oldẽ ibid.
y l. Sed & ſi lege. ad ſin. D. de pet. hæred.
z Old. d loco.
a Oldẽ. ibid.
b l. 1. §. interdicta. D. de interd. §. vlt. Inſt. eo. t.
c Old. in §. diuiſ. actionum l. Popularis. D. de pop. act. l. Eum qui iurauit §. in popularibus. D. de iureiur.
d Old. d. loco.
e l. vlt. D. de popul. act l. Populares eo. t. l. ſi cui. D. de verb. ſig.
f Old d. loco.
g Old. ibid.
h Ibid. §. 1. Inſtit. de obl. quæ ex quaſi contr. naſc.
i Old d loco. l. pen. cum auth. & cõſequenter. C de ſent. & interl. om. iud.
k de mutuis petitionib. Decretalibus.

ingenij vit, in quæſtionibus ritè diſpnſuit, nõ ſolùm iudicem, actoré de abſolutione iudicare: ſed ipſum actorem, ſi è contrario fuerit obnoxius innentus, cõdemnare: igitur mutuę petitiones fieri ſolent tã directis, quàm contrariis perſecutionibus, tam eodem quàm diuerſo tempore.

XXIV. [m] Directæ actiones aliquando famoſæ ſunt; contrariæ verò non irrogant infamiam condemnatis. Contrario iudicio damnatus, inquit Vlpianus, non erit infamis: nec immeritò. Nam in contrariis non de perfidia agitur; ſed de [n] [o] calculo, qui ferè iudicio ſolet dirimi.

Quinta diuiſio actionum.

XXV. [p] Quædã actiones rei perſequendæ gratià competunt; quædam pœnæ causâ dantur; quædam denique mixtæ ſunt.

XXVI. De his ſuprà quoque tractatũ eſt.

XXVII. [q] Si pœna, inquit Paulus, irrogatur, receptũ eſt cõmentitio iure ne ad hęredé tráſeat. [r] Cuius rei illa ratio videtur eſſe; quia pœna cõſtituitur in emé dationé hominũ, quę mortuo eo in quem cõſtitui videtur, deſinit.

XXVIII. [ſ] In actionibus rei perſecutoriis, vno ex pluribus reis cõuentis, ſoluente; debito quod petitur, alij liberantur. [t] In pœnalibus verò vnus perſoluens pœnam, nó ita; nimirum cùm de maleficiis agitur: in quaſi maleficiis auté, cùm pœna plerunque ob alterius culpá exigi ſoleat, mitiùs agitur: quippe vt vnus ſoluendo liberet alios.

XXIX. [x] In pœnalibus nõ ſéper auditur volés cedere bonis; quia lex imponit pœná, nõ iudex: ideóq; ſi inopia laboret reus, in corpus eſt torquendus. [y] [z] Generaliter, inquit Vlpianus, in legibus publicorũ iudiciorũ, vel priuatorum criminum; qui extra ordinem cognoſcũt, præfecti vel præſides, vt eis qui pœnam pecuniariam egẽtes deludunt, coercionem extraordinariam indicant. Quod ſic intelligẽdom eſt, cùm pœna ex maleficiis cauſam trahit; non ſi aliunde.

XXX. [a] Actionum prætoriarum, hæ quæ perſecutionem continent, ſunt perpetuę; quę verò pœnam non excedunt, annum durant, præter actionem furti manifeſti, haud dubiè ob frequentiam huius maleficij.

XXXI. [b] Illud notandum quòd quicquid partes pro pœna paciſcũtur, nõ facit actioné pœnalem, ſed rei perſecutoriam: nam pœna accipitur, quæ legum auctoritate irrogatur.

Quinta diuiſio actionum.

XXXII. [c] Actiones vel in ſimplũ conceptę ſunt, vel in duplum, vel in triplũ, vel in quadruplum: vlterius omnino nulla actio extenditur. In ſimplũ agimus, cùm rem noſtrá, vel nobis debitá, vel deniq; pœná aliquá ſine vlla re abſolutè perſequimur. [d] In duplum verò, triplũ aut quadruplũ tunc experimur, cùm pręter rẽ debitá exigimus aliquid vltra quod ęſtimationé eius rei duplo, triplo aut quadruplo excedat. In quadruplũ eſt actio furti manifeſti, Quod metus cauſa, De calũniatoribus.

Sexta diuiſio actionum.

m Oldend. d. loco.

n o Calculum vocat rationem impenſarũ quas alter e contrahentibus alteri mutuo debet: quaſi dicat, de impenſis ſolùm propter contractũ factas tractatum in cõtrario iudicio: quæ ſunt extra naturã cõtractus, & incidentes. Perfidiæ verò argumentũ non niſi ex ſubſtantia cõtractus affirmari poteſt. accedit l. ei apud quem. D. depoſ.

p Oldend. d. loco.

q l. ſi pœna. D. de pœn.

r Oldend. d. loco. commentitium autem ius vocat nouũ & recens excogitatum nullóque exemplo vſitatũ, ſed velut fictitiũ. huc pertinet l. C. ex delicto defunct. ... quãtum heredes cõueniantur. & l. Sancimus. C. de pœn.

... Oldend. d. loco.

... l. 1. D. de cond. furt.

... l. 1. 2. & 3. D. de his qui deiec. vel effud.

... Oldend. d. loco.

... l. vlt. § vlt. D. de pœn.

... Oldend. d. loco. l. in honorarijs. D. de obl. & act. In ... de perpet. & temp. act. in ...

... Old. d. loco.

... Oldẽd. ibid.

... Eas actiones enumerat ... item § dupli, ... § quadrupli ... Inſtit. de act.

XXXIII. [e] Quædã actiones ſpeciales ſiue ſingulares dicuntur; quædã generales; quædã vniuerſales: ſpeciales actiooes cẽſentur, quibus id perſequimur quod natura ſua, & quãtum ad iuris interpretationé attinet, ſpeciale eſt, etiã ſi neceſſaria quædã habeat: vt equus, veſtis, domus, fũdus, & cętera id genus. Generales actiones dicuntur, quę cõpetunt ad hoc quod generale eſt, diuerſas rerũ ſpecies, adeóque totas negotiationes cõtinens: vt tutela; quæ non de vna tantum negotij ſpecie, ſed de tota adminiſtratione patrimonij pupillaris accipitur. Igitur actio huc pertinens rectè nuncupatur generalis: ſic & ſocietas, & alia negotia. Vniuerſales denique actiones appellantur, quibus perſequimur corpus aliquod iuris, continens multas res cum augmento & deminutione; vt ſunt hæreditas: [f] Hęreditas, inquit Vlpianus, nomé iuris eſt, quod & acceſſionem & deceſſionem in ſe recipit. [g] Hæreditas, inquit Pomponius, ſine dubio continet damnoſam hæreditaté; iuris enim nomen eſt; ſicut bonorum poſſeſſio. [h] Actio auté ſpecialis vocatur quæ ad vnam tantùm cauſam pertinet: generalis verò quæ de pluribus competit.

XXXIV. [i] Pro ſocio arbiter proſpicere debet cautionibus in futuro dãno, vel lucro pendente ex ea ſocietate. Quod Sabinus in omnibus bonæ fidei iudiciis exiſtimauit: ſiue generalia ſint, veluti pro ſocio, negotiorum geſtorum, tutelæ: ſiue ſpecialia, veluti mandati, commodati, depoſiti.

Sexta diuiſio actionum.

XXXV. [k] Quædã actiones perpetuæ ſunt, quædam temporales. De quo ampliſſimè ſuperioribus libris De vſucapionibus, & t. De præſcr. xxx. vel xl. annor.

XXXVI. [l] Perpetuæ actiones fiunt per litis conteſtationem. Nam omnes actiones quę morte aut tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio permanent, ſiue agendo ſiue excipiẽdo includantur.

XXXVII. [m] Item actiones Prætorię, quibus rem perſequimur, ſunt perpetuæ; niſi reſpectu rei conuenti aliquid pœnæ habeant, propter quam eas concedi non oporteat.

XXXVIII. [n] Deniq; actiones quæ ad perſequendum ius noſtrum annales ſunt, hæ nobis vtique vim ſuam perpetuò exhibent ad excipiendum, ſi alius aduerſum nos agat: cùm actor quidem in ſua poteſtate habeat quando vtatur ſuo iure: is autem cum quo agitur, non habeat in poteſtate quãdo conueniatur.

Septima diuiſio actionum.

XXXIX. [o] Quędã actiones infamant, quędam non infamãt. De quibus inf. t. De publicis iudiciis, & t. De his qui notãtur infamia.

XL. [p] Actiones famoſæ quæ iuſtam ignominiam irrogant iuſtè condemnatis, ſunt hæ, furti, bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo: item tutelæ, mandati, depoſiti; ſcilicet directa, non contraria: Item pro ſocio, quæ cum vtrinque directa ſit, vltrò citróque condemnatum infamia notat.

e Oldend. 10. partitione d. tract.

f l. Pecuniæ §. hereditas. D. de verb. ſign.

g hereditas. in prin. D. de pet. hered.

h l. 1. §. item ſciendum. D. de aqua plu. arc.

i l. pro ſocio. D. pro ſoc.

k Oldend. in 11. diuiſ. actionum Inſt. de perp. & temp. act.

l Oldend. d. loco. l. omnes. D. de reg. iur.

m Oldend. d. loco. l. in honorarijs. D. de obl. & act.

n Oldend. d. loco. l. purè. D. de dolo malo exc. l. licet. C. de excep.

o Oldend. 12. Diuiſ.

p Oldẽd. ibid. § ex quibuſdã. Inſtit. de pœna temere litig. l. 1. D. de his qui not. infa.

Oldendorp. eod.

XLI. q Infamia autem duplex eſt, iuris, & facti. Infamia iuris ſola auctoritate legis nominatim infligitur. Vnde ex prædictis actionibus condĕnatus, iuſtam contrahit nominis maculā. r Infamia facti ex ipſa rei indignitate ſecundùm cenſurā bonorum virorū eſt. ſ Talis autē eſt condemnatus ex condictione furtiua; ex interdicto, Vnde vi; ex interdicto, Quod vi aut clam; atque ex aliis id genus factis improbioribus.

r l. 2. D. de obſeq. à liber. & libert. paren. & patro. præſt.
ſ Oldend. d. loco.

XLII. t Sic interlocutio iudicis vel admonitio ad meliorem vitæ frugem alicui facta, grauat quidem æſtimationē obnoxij, ſed non planè maculat: ſicut nec pronunciatio arbitri. Quantum ad infamiam pertinet, inquit Vlpianus, multum intereſt, an in cauſa quæ agebatur, cauſâ cognitâ aliquid pronuntiatum ſit: an quædam extrinſecus ſint elocuta. Nam ex his infamia non irrogatur.

t Oldend. ibid. verbum. & l. interlocutio C. Ex quibus cauſis infamia irrogatur. l. Quid ergo. §. ex compromiſſo. D. eo. t.

XLIII. u Improba quoq; vita ignominiam facti apud bonos viros irrogat. x Neq; famoſis, inquit Iuſtinianus Imp. & notatis, & quos ſcelus vitæ, aut turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat, dignitatis portæ patebunt.

u Oldend. d. loco.
x l. 2. C. de dign. lib. 12.

XLIV. y Actiones ex maleficiis famoſæ, ſemper irrogant maculam, etiam paciſcentibus cum aduerſario: niſi fortè precibus impetrauerint delinquentes, ne actores proſequerentur iudicium, vt aliqua ſit humanitatis ratio. a Ex cōtractibus verò perſecutiones famoſæ, licèt dānatos ignominia notēt, attamē pactio nō notatur; quoniam ex his cauſis non tam turpis eſt pactio q̄ ex ſuperioribus.

y Oldend. d. loco. l. furti. §. pactus ne. D. de his qui not. infa.
a l. in actionibus ved.

XLV. b Cæterùm quòd in commemoratis contrahendi ſpeciebus iuſta conſtituitur infamia, ideò eſt, quia in his totos nos, contractâ fiduciâ velut amiciſſimorum fidei committimus: in reliquis verò cōmerciis, tametſi fidē alienam ſequimur, c vnde creditores dicti ſunt, non tamē ex amicitia trahūt cauſas.

b Old. d. loco.
c l. 1. D. de rebus red.

XLVI. d Nulla actio in factum ex interdictis infamat; cùm tamen aliæ quædam, vt dictum eſt, famoſæ ſint.

d Oldend. d. loco. l. neque. D. de vi & vi arm.

XLVII. e Actiones famoſæ nunquam in rem ſunt, ſed ſemper in perſonam: quia factum inciuile, & à communi ſocietate hominum abhorrens, propter quod conſtituitur pœna infamiæ, inhæret perſonæ, non rei. Neque enim res delinquunt, ſed homines.

e Oldend. d. loco.

Octaua diuiſio actionum.

XLVIII. f Nonnullæ actiones ſunt bonæ fidei; reliquæ ſtricti iuris. Bonæ fidei ſunt hæ, Ex empto, vendito; locato, conducto; negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pigneratitia, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, præſcriptis verbis, quæ de æſtimato proponitur, & ea quæ ex permutatione competit, g & hæreditatis petitio, h & actio ex ſtipulatu pro dote.

f §. actionum. Inſtit. de act.
g l. vlt. C. de petit. hæred.
h l. 1. in prin. C. de rei vxo. act.

XLIX. i Bonæ fidei actiones ſunt remiſſioris iuris, & ex æquitate pendentes; nō quòd vlla ſit actio malæ fidei, k quoniā in omnibus negotiis exigitur bona fides, cùm nemini certè ex nequitia ſua actionē dandā eſſe lex permittat: l ſed ideò bonæ fidei dicuntur q̄ iudex

i Oldend. 13. diuiſ. actio.
k l. Bonam fidem. D de obl. & act.
l §. in bonæ fidei Inſt. de act. l. conſenſu in fi. D. de obl. & act.

A ratate agendam mandauit. Minoribus enim ætatis in damnis ſubuenire, non in proſperè geſtis obeſſe conſueuit.]

Secunda pars d. capitis.

De reuocatione procuratoris.

ne noſ. q Mandatum procuratoris effect
L. n In litis, nō reuocatur abſentiā vel mor-
cognoſcantis. *Bald.* De quo Impp. Iulianus i-
B nominatiſit[Nulla dubitatio eſt, poſt cauſam
LI. o Rutiagitatam, vtpote dominum litis
dam ſunt actum effectum, etiamſi poſt excep-
cis pendentes ad agendam vel defendendam
ex bono & æquerat, poſſe inchoatam cau-
ſequētis intentio finire: quippe cùm & pro-
rei de qua agitur, lites nouas inchoare vete-
oporteat, indicare: conditores.] Sed in Gal-
facit, ſi quid certo actoris morte mandantis ſi-
C LII. q Breuiter iudi conueniri ſolent vt li-
tionū iudiciis aduerſus functo inchoatam, vel
bitratur quid facto ſit o
actionibus bonæ fidei ha reuocetur, alius æ-
æſtimādi & arbitrādi ex bo conſtituendus: a-
tum actori reſtitui debeat. De reuocato iuris
tuat reus per fraudem vel c
quatenus deferendū ſit actori conteſtationem
litem: aut quanti æſtimandū id eſt ſine cauſa
tereſſe dicit; & cætera id genus conſtantinus:
D gnoſcēdo iudex rectè diſpenſat. Et litem cō-
ctiones bonæ fidei propterea non demandaue-
bitrariæ: & quare? quia habent ſuam etia per-
tionem à bona fide quæ ad ſignificand vel
iuſmodi iudicis poteſtatem ſufficit: im eſſe-
nullo modo ſignificantiùs depingi earundē lis
tura potuerit. Et ſanè quod ſic ex bono &
quo debetur, inter omnes magis cenſendu
eſt deberi, quàm ſi nominatim conuentum
eſſet inter aliquos.

q l. Multa. ibid.
t l. Procuratoribus. C. de procur.

LIII. t Arbitraria autē actio vtriuſq; vtilitatē E continet, tā actoris quàm rei. Quòd ſi rei intereſt, minoris fiet pecuniæ condemnatio, quàm intentatum eſt: aut ſi actoris, maioris pecuniæ fiet. ſ Quinimò interdum iudex abſoluere reum debet ex legitima cauſa: planè enim æquitatem ante oculos habere debet huic actioni addictus.

LIV. t In bonæ fidei iudiciis cùm nondum dies præſtandæ pecuniæ venit, ſi agat quis ad præſtandā cautionem, ex iuſta cauſa condemnatio ſit. u Quæ autem ſit iuſta cauſa, iudicis arbitrio relinquitur cenſendum: & veluti ſi perſona debitoris interim ſuſpecta fiat; & periculum ſit eum die veniente non ſoluturum. y In actionibus verò ſtricti iuris, regulariter ante diem vel cōditionem non rectè poſtulatur cautio; exceptis tamen aliquot caſibus.

t l. Quod quis. ibid.
dic.
u C
x l. ſi
ſer. §.
quo ſatiſ.
y Oldend. loco l. dedi & in princ. D. de condict. cauſ dat. cauſ non ſec. 3. l. ſi cum exceptione. §. quod ſi homo, D. quod met. cauſ. l. ſi à bona fides D. de rei vend. l. ſi pecuniam §. ſi quis. D. de condict. cauſ. data l. Greg. §. ſi ſub conditione. D. de pign. l. Prætor. D. de dam. infect.

LV. z In actionibus bonæ fidei quotieſcunq; cauendum eſt, non aliter exigi poteſt G ſufficiens cautio, hoc eſt, fideiuſſoria vel pigneratitia, quàm ſi aduerſarius difficulter præſtare poſſit: alioqui ſimplex promiſſio vel ſaltem iuratoria ſufficiet. * In perſecutionibus verò ſtricti iuris ſemper requiritur ſufficiens cautio.

z Oldend. d. loco.
* Bar. in l. 2. D. de ſol. matr.

A ſenſu intus valet: nec de eo quicquam antiquis legibus cautum erat; vt extraordinario Prætoris auxilio fuerit opus: quod in rebus ciuilibus & politicis vſum etiamnum ſuum habet.

II. [d] In ſpiritualibus porrò ea ſubtilitas hodie non attenditur: ſed ſimpliciter vi metúve geſta, pro nullis habentur.

III. [e] Edicti verba ſunt [Quod metus cauſa geſtum erit, ratum non habebo.] Vim autem B accipimus quæ aduerſus bonos mores fit: non eam quam magiſtratus facit. [f] Metum verò præſentem accipimus, [g] qui in hominem conſtantiſſimum à formidine obiectorum cadat, vt mortis, [h] vinculorum, [i] ſtupri, [k] carcerum videlicet illicitorum & priuatorum, [l] quos habere non licet. Nam in publicis & licitis diſtinguitur, vt ſi quis dignè in carcerem coniectus ſit, nõ reſtituatur ſi quid promittat; [m] quia hunc ſibi ipſe metum facit: C [n] ſin verò indignè, reſtitutioni locus ſit, etiamſi cum iureiurando promiſerit, vel quid fecerit, aut dederit. Nam vis à magiſtratu rectè facta, non habet reſtitutionem, vt ſuprà dictum eſt: ſed tantùm iniuſta, quia in hac magiſtratus pro priuato habetur.

IV. [p] Metus, quem reuerentialem vocant, in hoc edictum non venit, [q] etiamſi officio iudicis reſciſſionem quandoq; actus inferat.

D V. [r] Neque tamen ſolius potentiæ, dignitatiſve timor ſuffecerit, aut [s] accuſationis [t] & infamiæ, [u] aut minorum, niſi capitales ſint. [x] & metum, non actionibus vel conteſtationibus, ſed atrocitate facti probare conuenit. [y] Quamobrem vbi facto opus eſt, verba non ſufficiunt: [z] multò verò minùs preces etiam potentioris ſufficient: [a] quamuis vulgò dicatur, Preces domini eſſe preceptum: [b] & blanditias Principis vim cõtinere minarum, iuxta dictum, *Rogando cogit potentior*.

E VI. [c] Sed hæc in hoc edicto reſciſſorio, & quod atrocitatem facti requirit, non conſiderantur: [d] præſertim cùm contra minas alio remedio vti liceat, ſcilicet cautionis; *quam, implorato iudicis officio, datis fideiuſſoribus vel pignoribus, præſtare de non offendendo coguntur qui minitando terrorẽ incutiunt.

VII. [e] In hoc ergo edicto tantùm iuſtum eſſe metum intelligimus præſentẽ vitę, [f] cruciatus corporis, [g] ſtatus, [h] ſeruitutis, [i] fortunarum, [k] pudoris & infamiæ realis, non autem F verbo tantùm inuſtæ. Nec intereſt in ſe quis hæc vereatur, an in cõiuge, & liberis, [k] qui pars corporis, affectuſque ſunt, & de quibus non minùs quàm de nobis ipſis ſæpe etiam ampliùs laboramus.

VIII. [l] Si tamen conſtaret aliquid metu etiam leui & vano factum eſſe (quod quidem nõ preſumitur) et ediderim [m] reſtitutioni ſaltem ex officio iudicis locum fore; licèt non ex edicto, tamen ex edicti ratione benignáq; interpretatione. [n] Quid enim intereſt quo metu quis compulſus ſit, dum conſtet compulſum eſſe? Et notum eſt alios alios eſſe timidiores: & naturâ mulieres commoueri faciliùs quàm viros, [o] ideóque ex leuiore metu reſtitui: [p] planè vt neceſſe ſit metum ex perſonæ cuiuſque qualitate, rerúmque circunſtantiis æſtimari; [q] etiam ſi alioqui verum ſit, non ſi iuſtiſſimum metum qui in conſtantem virum cadat, huic edicto locum facere: nec alium, quoad intentionem fundandam, & probationem faciendam, rectè allegari poſſe.

IX. [Geſtum erit] ait Prętor, nec adiicit à quo geſtum ſit: vnde apparet in rem loqui edictum, & indifferenter non modò cõtra eos qui metum intulerunt, ſiue vnum, ſiue plures (licèt vna ſolutione, quia rei perſecutio actioni ineſt, omnes liberentur) [r] ſed aduerſus omnes omnino qui lucrũ hinc perceperint, reſtitutionem dari; ita vt non quæratur vtrùm is qui conuenitur, an alius metum intulerit. [s] Sufficit enim docere metum ſibi eſſe illatum, & ex hac re eum quicum agitur, etiã crimine caret, lucrum habere.

X. [t] Neque tamen hęc actio ſic rem ſequitur, vt rei vindicatio. Nam is qui vim intulit, tenetur reſtituere etiam ſi ad alium res peruenerit, quia eſt actio perſonalis ex delicto nata. is verò ad quem res peruenit, quamuis alius metum intulerit, non tam ratione poſſeſſoris, quàm quòd lucrum ex delicto fecit, conuenitur ex æquitate naturali, [y] quæ ex qualicunque crimine emolumentum ſperare non patitur. [z] Qua ratione hęc actio in rem ſcripta dicitur, quia nullam perſonæ mentionem facit: ſed in ipſam rem metu geſtam, commodúmq; inde perceptum digitum intendit, quemadmodum [a] & pacta [b] & interdicta in rem concepta dicuntur, quæ rem ipſam, non perſonam reſpiciunt.

XI. [c] Quod cùm ita ſit, minùs mirandum eſt hanc actionem hæredibus, cæteriſq; ſucceſſoribus dari, etiam in quadruplum, [d] præſertim cùm cõtineat rei perſecutionem; [e] cuiuſmodi actiones ſolent in hæredes tranſire.

XII. [f] In hæredes autem & ſucceſſores cęteros competit id quod ad eos peruenit; [g] licèt enim pœna ad hæredes non tranſeat, [h] attamen quod turpiter vel ſcelere quæſitum eſt, id (ſicut ſuprà diximus) ad compendium nullius, nedum hæredis debet pertinere: [i] quin & de conſumptis fructibus tenetur: ſufficit enim ſemel perueniſſe, [k] quamuis interitum & caſum non præſtet.

XIII. [l] Sed quod Prætor ait [Ratum non habebo] quatenus accipiẽdum ſit, videamus. [m] Et ſciendum eſt ex hoc edicto, metũ paſſo & actionem & exceptionem dari, vt hac ad-

... Bart. in l. 1. §. qua onerandæ. nu. 4. quar. rer. actio. per l. pen. D. de furt. r d. l. ... l. Accuſationis C. h. t. s l. 4. D. eo t. u l. pen. l. donationis. ... glo. & DD. in l. metũ. ibid. Spec. de praſ. §. vlt. nu. 7. x d. l. metũ. y l. 4. ... z Fab. in d. l. accuſationis C. h. t. & §. quadrupli nu. 4. Inſt. ... a Inſt. §. quemadmodũ D. quod iuſſu. b glo. in verb. pignora. in l. 1. ... Fel. c. 1. nu. 2. & 3. de eſſic. iud. del. c glo. Bart. & DD. in d. l. ... metũ C. h. t. Bar. in l. pupillo. §. ſi quis D. de oper. no. nunc. DD. in c. ex literis ... de ſp. imp. Iaſ. in l. Titia. n. 8. D. de verb. obl. Dec. in l. in omnib. 39. D. de reg. ... d c. 1. vbi Fran. nu. 2. de homic. in 6. Saly. in l. denunciamus nu. 2. C. de ... ad eccl. confug. * Bart. & Imol. in l. hæc autẽ ſatiſdatio D. ſi cui plus quàm per ... Falc. DD. in l. illicitas. §. ne potentiores. D. de off. præ. & in l. qui bona §. ſi quis. ... de dam. inf. in l. interpoſitas C. de tranſ. Ang. in tract. malef. ad verb. verba minatoria. e l. 7. 8. 9. D. h. t. l. 9. C. eo. tit. f l. 4. ibid. c. pen. ibid. g l. 4. l. iſti. D. ... h d. l. iſti. i d. l. iſti. k Paul. lib. 1. recept. ſent. t. 7.

l Veſemb. in hunc t.
m Bart. & Bald. in p. C. ſi. in l. interpoſitas. C. de tranſ. per glo. in l. 1. verb. metũ. D. quarum rerum actio de tur. Aret. Conſ. 14. in 4. dub. Aemil. Conſ. 2. nu. 7. 9. in ſeq.
n Dec. in l. in omnib. 59. nu. 3. D. de reg. iur. & in c. v. t. eod.
o l. cùm lotum. vbi glo. de ſpõſ. Iaſ. & Dec. in d. l. interpoſitas Dec. in d. l. in omnibus nu. 2. & 3. Rom. ſing. 226.
p Dec. in d. l. in omnibus.
q Dec. ibid. nu. 3.
r Veſembec. in hunc t. l. in tũ §. animaduertendum. d. t.
s l. item §. vlt. cum ll. ſeqq. ibid.
t l. 9. cum l. ſeq. ibid.
u l. 14. §. in hac actione. ibid.
x Veſembec. d. loco.
y l. 2. D. de eo per quem fact. erit. l. non fraudatur. 177. D. de reg. iur. l. fin. D. de neg. geſt.
z l. 14. §. Pedius. D. h. t. Cuiacius lib. Obſeru. 5. cap. 17.
a l. conuentionum. §. pacti. D. de pact.
b l. 1. §. vlt. D. de interd.
c Veſembec. in hunc t.
d l. item. d. t. l. quod diximus. §. vlt. ibid.
e Inſt. de perp. & temp. act.
f Veſemb. h. t.
g l. vn. vbi DD. C. ne ex del. def.
h l. quod diximus. l. 19. l. 20. D. h. t.
i l. videamus. ibid.
k l. ſi ipſa ibid.
l l. Veſ. d. loco.
m d. l. 9. §. ſed quod prætor ait.

uerſus petentes is qui metu geſſit, promiſitq; quid, defendatur: illâ, quod ita geſtum eſt, in integrũ reſtitui officio iudicis petat: vt ſi per vim tradita res ſit, retradatur, & de dolo promittatur, ne fortè deterior res facta ſit: [n] ſin acceptilatione liberatio interuenerit, in priſtinum ſtatim obligatio reſtituatur.

XIV. [o] Sed & fœtus pecorum, & fructus non modò perceptos, ſed etiam qui percipi potuerunt, omnem denique cauſam reſtitui oportet: [p] (quæ quidem omnia etiam loco conſumptorum ſurrogata) ſimul peti poſſunt [q] hac conditione, vt niſi arbitrio iudicis reſtituantur, in quadruplum reus condemnetur. [r] Cùm enim qui vi rapuit, improbior fur eſſe videatur, cur non ad pœnam furti aut conſimilem alligetur? imò pro delicto clementer cum illo agit Prætor: primò quòd non ſtatim, vt furem in quadruplum condemnet; ſed reſtituendi concedit facultatem, ſi pœnam euitare velit: deinde quod in quadruplo ſimplum ([ſ] prout in edicto bonorum raptorum) [t] ſecus quàm in actione furti, comprehendatur. [u] Sed quadrupli condemnatio tunc locum habet cùm intra annum agitur: [x] nam omnes pœnales actiones Prætoriæ anno finiri ſolent.

XV. [y] Quod dicitur [Quod metus cauſa geſtum erit, nullo tempore Prætor ratum habebit] [z] tamen ſciendum eſt actiones omnes tam iuris ciuilis quàm Prætorij olim perpetuas, nunc triginta annorum ſpatio finiri, vt aliquis ſit litium finis, neque timeantur ſemper controuerſiæ.

n d. l. §. ex hoc edicto.
o l. ſed & partes: ibid.
p l. 1. C. de his quæ vi met. cauſa fiunt. l. in re furtum. D. de cond. furt.
q l. Item. D. h. t.
r l. 14. § qui vim intulit. ibid.
ſ Inſtit. de vi bon. rapt.
t l. Item ſi cum exceptione. §. ſed & ſi quis. D. h. t.
u l. Item. §. poſt annum.
x l. In honorarys D. de oblig. & act.
y l. Si mulier. D. h. t. Inſti. de perp. & temp. act. l. interpoſitas. C. de tranſ.
z Inſtit. d. t. de perp. & temp. act. l. 3. & 4. cum ſeq. C. de preſc. tam 30. quam 40. an.

TIT. V.

Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, vt reſtituantur.

I. [a] QVia non tardò debitores, poſſeſſionem aut diſtractionem bonorum metuentes, maturè ſolent res ſuas in fraudem creditorum alienare, & interuertere, huic quoque rei prouiſum eſt actiune à Prætore propoſita, qua res alienatæ reuocantur: quæ Pauliana dicitur à Paulo Prætore: aliquando Caluiſiana à Calaiſio, qui & ipſe Prætor hac de re edictum fecit: vtriuſque autem actionis eadem vis eſt, natura & effectus; vt quamuis numinibus diſtinguantur, pro vna tamen, eadémque actione meritò haberi debeant. Suſpicor autem diuerſas, aut ſaltem diuerſas numinibus actiones in hanc rem eſſe proditas, quòd diuerſa extarent edicta; quorum tamen eadem eſt ſententia, vt ex actione intelligi licet.

II. [b] Primum enim, quod eſt actionis Paulianæ, ita habet [Quæ fraudationis cauſâ geſta erunt, cum eo qui fraudem non ignorauerit, de his curatori bonorum, vel ei cui de ea re actionem dari oportet, intra annum quo experiundi poteſtas fuerit, actionem dabo: id quod etiam aduerſus ipſum qui fraudem fecerit, ſeruabo.]

a Vid. ſemb. in hunc t. l. 2. D ſi quid in fraud. patro § item ſi quis. Inſtit de act. l videamus. §. in Fauiana. D. de vſur.
b l. 1. in princ. h. t.

III. [c] Alterum in fraudatores conceptum [d] extat apud Vlpianum, in hanc ſententiam: [Quæ L. Titius fraudandi causâ, ſciente te, in bonis, quibus de ea re agitur, fecit, ex illis, eo nomine, de quo agitur, actionem ex edicto meo competere, eſſéve oportet; ei, ſi non plus quàm annus eſt, cùm de ea qua de agitur, experiundi poteſtas eſt, reſtituas: interdum cauſa cognita, etſi ſcientia non ſit, in factum actionem permittam.]

IIII. [e] Cùm igitur vtrunque edictum in idẽ recidat, mirum non eſt, vtranque actionem, quæ inde oritur, eandẽ vim obtinere. [f] Illud ſanè amplius in ſecundo edicto eſt, quòd in factum actionem daturum ſe Prætor hic pollicetur, detracta fraudationis mentione.

V. [g] Eſt autem hæc actio Iuris prætorij, [h] & quidem perſonalis. [i] Datur enim ex dolo & fraudatione tam debitoris alienantis quàm accipientis. Nam vt locus ſit huic actioni, neceſſe eſt & debitorem in fraudem creditorum alienaſſe, [k] vel verè, [l] vel præſumptiuè; [m] & eum qui accepit, non fuiſſe fraudulenti conſilij ignarum. Quod verum eſt, quãdo titulo oneroſo accipitur ex venditione fortè aut permutatione: ſecus verò ſi ex lucratiuo, puta ex donatione, vel legato. [n] Tum enim is qui indiſtinctè accepit, ad reſtitutionem tenetur: quando ſemper iniquum ſit cum iactura creditorum eum locupletari. Et hoc caſu locum habet in factum actio, quam Prætor in fine ſecundi edicti ſe daturum pollicetur: quæ ideò in factum appellatur, quòd non in fraudem debitoris, aut accipientis contra edictum; ſed in ſolum, nudúmque factum alienationis, detracta fraudis mentione, ſit directa.

VI. [o] Sanè qui ſuum recipit, nullam videtur fraudem facere, quamuis ſciat debitorem non omnibus eſſe ſoluendo. [p] Sibi enim vigilauit, recepitque ſuum, ad quod ſoluendum debitor authoritate magiſtratus cogi poterat, [q] niſi id factum ſit poſt bona à creditoribus poſſeſſa: [r] aut ab eo factum, qui pòſt abſtinendo vel reſtitutionem impetrando, ſoluere vni non debuit.

VII. [ſ] Cùm autem alienationem tantùm lex reuocet, perſpici poteſt huic edicto locum non eſſe in iis quæ debitor, cùm poſſet, acquirere noluit: [t] quod in bonis fiſco acquirendis aliter ſe habet.

VIII. [u] Datur hæc actio creditoribus fraudatis re & propoſito. Nam qui duntaxat re fraudantur, non ex propoſito, hi iſtam actionem non habent, quia edictum in fraudem directum eſt & conceptum; vt nec illi qui conſenſerunt alienationi, [x] cùm nemo videatur ſcientes fraudare.

IX. [y] Hæc actio & ſucceſſoribus competit, vtpote rei perſecutoria.

X. [z] Aduerſus autem eum datur qui ſciens debitorem non eſſe ſoluendo, ab eo aliquid aufert quocunque contractu, puta vendi-

c Vide Cuiac. lib. 5. Obſeru. cap. 17.
d l. Ait. Prætor. D. h. t.
e Veſemb. d. loco.
X I. [f] Venit in hanc actiooem rei reſtitutio, quæ omnimodo reſtituenda eſt in eum ſtatum in quo fuit ante alienationem, [g] reuocato nimirum dominio, omníque iure quod in aliom fuit tranſlatũ. [h] Veniunt & fructus qui videlicet tempore alienationis terræ cohæſerunt & qui poſt inchoatũ iudicium percipiuntur. [i] Nam medio tempore perceptos, nõ venire verius eſt: propterea quòd hos poſſeſſor ratione tituli & dominij quod habuit meritò lucretur, [k] quãrumuis reliqua cõmodia medij temporis in hac ctione cõputentur.

X I I. [l] Competit autem hæc actio ex die factæ alienationis; & quidem intra annum vtilem indiſtinctè etiam aduerſus eum qui particeps doli non fuit: [m] poſt annum, in fraudulentos tantùm, ad id quod ad eos peruenit, aut peruenire potuit.

u d. l. qui autem §. apud d. l. ait Prætor. §. ſi eum. x l. 2. C. eo t. z l. 1. §. ait ergo. l. 2. & l. 3. D h. t. l. 1. C. eo t. a l. Qui autẽ. §. pen. b l. Qui à debitore abd. c Vaſemb. hic. d d. l. nam lis. D. de dolo malo. e l. vlt. C h. t. f d. l. vlt. §. ſi à ſocio. g l. ſi ſciens. D. de cont. emp. §. Itẽ ſi quis. Inſt. de act. l. hac in factum l. ait Prætor. §. pa ctum D h t. h d. l. §. per hãc l. Videamus. §. in Fauiana. D. de vſur. i d. l. vlt. §. non ſolum. k d. l. ait prætor §. pactum l d. l. Qui .. tem. §. vlt. l. ait prætor. in ... D. h. t. m d. l. §. hæc actio.

TIT. VI.

De obligationibus inutilibus, & ex quibus actiones non dentur.

I. [a] REgiis Conſtitutionibus Molinenſibus, ſi res centum Fráncicos nummos excedat, de ea agi nõ poteſt, niſi eius rei fides fiat per contractum coram Tabellione ſeu [.] Notario initum; quod tamen fidei chirographorum non derogat.

II. [b] Iure ciuili Romano nudæ mercatorũ rationes fidẽ non faciunt: [c] tametſi contra eã fidẽ faciat, qui in ſuas rationes ſolutum quidpiã, aut minoris quid venditũ retulerit. [d] Moribus tamẽ Gallicis inualuit, vt mercatorum rationales libri & Ephemerides fidẽ plerũque faciant, ſi, qui eos libros confecêre, probatæ vitæ cõperiantur, & ipſi actionibus ſuis intra Regiis cõſtitutionibus ſtatuta tempora experiantur, & de re non ita graui agatur.

I I I. [e] Epiſtola, ſeu literæ priuatæ, quibus aliquis ſcribit velle ſe fidem haberi ab eo ad quem eas literas mittit, ei qui eas fert, cuius etiã deſcribat nomen; fidẽ non faciunt earum rerum, quas is qui eas literas attulerit mãdatas fuiſſe ſibi referet, ſi eæ literæ generaliter ſint conceptæ. ſed cõmendatoriæ tantummodò literę intelligẽtur. At ſi negotium aliquod cõmemoratur, de quo quis credi velit ei qui literas feret, vel alioqui ſuo periculo credi ei omninò ex his literis; ille qui eas ſcripſerit, vel ſigno poſito probauerit, obligabitur.

I V. [f] Si venditor pactus ſit cum emptore

a Conſt. Caroli 9 Regis. b l. Exemplo. ... Rationes. C. ... probat Bar. in l. admonendi. D. de iureiu. & in l. Nuda ratione. D. de donat. c l. Quidam. §. nummularios D. de edẽ. Bar. in l. vlt. C. arbitr. tut. d Fontano in Maſuerij pra... e Idem Fontano ibid. Bar. in l. ... D. de ... l. vlt. C. quod cum eo. l. Eleganter. § ... D. de dolo. ... vero nõ remunerandi. §. ... quidã. D. ... Idem Fontano in Maſuerium t. de vendit. & empt. l. empto, alias. ... Emptorem §. ... D. de act. empt. Cyn. in l. ... C. de litig. l. vlt. C. de ...

A ne euictionis nomine, præterquàm ex ſuo ſuorúmve facto, teneatur; tamen ſi emptor rem venditam alterius eſſe ignorauerit, reddere pretium venditor compelletur; ſed non in id quod intereſt emptori, condemnabitur. [g] Aliud erit dicẽdum, ſi ius quod in re vendita habuit, vẽdiderit, niſi eius dolus arguatur.

V. [h] Si mea pecuniâ res empta ſit, mea tamen non efficitur: [i] niſi ea pecunia mulieris fuerit, vel militis, vel minoris. [k] Quòd ſi ex
B dotali pecunia res empta ſit, niſi mulier recuperare à marito rem poſſit, in ſubſidium conuenire rei poſſeſſorem poterit.

V I. [l] Venditor hæreditatis rerum ſingularium euictatum nomine non tenetur, quæ væniſſe non videntur.

V I I. [m] Mulier pro viro ſuo fideiubere non poteſt: pro alio poteſt, ſi Senatusconſulti Velleiani auxilio, de quo certior facta ſit, renun
C tiet; ac eius bona (quæ paraphernia dicuntur) in eam rem obligabuntur.

V I I I. [n] Si vxor obligationi & hypothecæ domus, vel prędij cuiuſquam à marito vendiri renuntiet, ea renuntiatio nõ valet, nec mulieri obeſt, maximè niſi alia bona ei ſint nexa obligatione: [o] quia ſi ſoluẽdo maritus manet, ea renunciatio nullarũ eſt virium: [p] ſed ſi ſoluendo vir non eſt renuntiatio, donationis inſtar eſt: tametſi ſpecialis obligatio & renuntiatio alioqui valeant, non generalis.

D IX. [q] Mulier, præſertim nupta, non poteſt ita ſe obligare vt ſoluẽdi debiti causâ carceri mãcipetur, niſi mariti auctoritas interueniat.

X. [r] In Gallia receptum eſt, ſi quis in rei mobilis venditione ſupra veri pretij dimidiam fraudatum ſe queratur, audiri non oportere: neque etiam ſi eandem fraudem in prædiorũ fructibus locandotum paſſum ſe cauſetur.

E
TIT. VII.

Quibus experiri actione licet, & aduerſus quos, vel non licet.

I. [a] IVre ciuili Romano, ſi pater pro filia dotem dederit, tametſi ſtipulatus non ſit vt ea, ſoluto matrimonio, ſibi redderetur, tamen eius repetendæ actio patri competit. [b] Sed in Gallia hæredibus filiæ cognatis
F ex latere id ius vulgò defertur.

II. [c] Debitum non eſt exigendum armata manu, ſed ciuiliter in iudicio. De quo Diocl. & Maximian. Impp. ita reſcripſerunt Glyconi. [Negantes debitores non oportet armata vi terreri: ſed petitore quidem non implente ſuam intentionem, vel exceptione ſubmoto, abſolui: conuictos autẽ condemnari, ac iuris remediis ad ſolutionem vrgeri conuenit.]

III. [d] Teſtator poteſt legatario poteſtatem
G facere rem legatam propria auctoritate capiendi: [e] aliàs id minimè legatario licet.

IIII. [f] Emptor, vel is cui donata res eſt, ſua authoritate res emptas vel donatas capiẽdi ius

tia. §. Lucius. D. de lega. 1. & in l. Creditores. C. de pig.
e l. non dubium. C de lega.
f Maſuerius. d. t. Bar. in l. Prædia. D. de acq. poſſeſ. & in l. 2. §. ea. 8.

g l. quod ſibi. D. de hær. vel act. vend. h Idem Fontano d. t. i l. ſi vt propones. C. de rei vind. k l. ex pecunia. C. de iur. dot. l Idem Fontano d. t. l. 1. C. de euict. l. quidã. D. de acq. rer. dom. m Idem Fontano ibi. auth. ſi qua mulier. C. ad Vellei. l. vlt. ibid. Io Andreas in Add. ad Spec. n Maſuerius t. de oblig. & renunc. Not. t. de pact. conu. C. t. ex literis. in fi. de pign. auth. ſiue à me C ad SC. Vell. o l. Etiam. ibi. l. Pignus. D. quæ in fraud. cred. p l. iubemus. C ad SC. Vell. vbi Ant. l. vnica. §. & cum lex Iulia. C. de rei vxo. act. q Maſuerius t. de oblig. & renunc. arg. l. 2. & auth. ibi poſita. C de eff. diuerſ. Iud. Not. in l. hac act. D. Sol. matr. Bar. in l. 3. aſſer. D. de iudic. Bar. in l. ſacrilegiis §. vlt. D. ad leg. Iul. r Imbertus lib. 1. Inſt. Forenſ. cap. 54 a l. iure ſuccurſum. D. de iure dot. & l. Dos à patre D. Sol. matr. l. quod ſortes. C de bo. quæ lib. l. ſi cũ dotem, in fi. & ibi Bart. D. Sol. matr. b Maſuerius. t. de dotibus & matrim. c l. Negãtes. C. de oblig. & actio. d Maſuerius. d. t. de cauſis poſſeſſorijs. verſ. ... glo. in l. Tr...

nõ habet, g alioqui rei inuaſor raptórve exiſtimabitur, niſi traditam rem eſſe, vel eius rei factam ei poteſtatem contineatur; aut res venditæ, vel donatæ in conſpectu ſint.

g l. ſi ex ſtipulatione. D. de acq. poſſ.

V. * Moribus Gallicis ea quæ quis iure ciuili Romano priuata auctoritate facere poterat, veluti cõductoré finita locatione expellere, & emphyteutam ceſſanté per biennium ſoluere penſioné, & ſimilia; fieri nõ ſolẽt, nec poſſunt ſine iudicis decreto, & auctoritate.

** Imbert. in Enchir. Iuris Gall. in verb. conductores & ita iudicatum refert in com Turo.*

VI. VII. h Actio nihil aliud eſt, quàm ius quoddam, ſeu libera quædam facultas perſequendi in iudicio quod ſibi debetur. i Atque omnem omnino actionem ex quacunque obligatione, cùm quid debeatur, propter quam lex agere non prohibeat, comprehẽdimus hac definitione, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicõmiſſi fuerit perſecutio.

h Petrus Plateanus in Paraph. tit. de actio Inſtit.
i l. Pecuniæ verbum in prin D. de verb. ſig.

VIII. k Perſecutionis âutem verbum omnes poſtulationes tam ordinarias quàm extraordinarias complectitur, ipſáſque officij iudicis implorationes, quæ actionum inſtar ſunt. Quoó tamen iudicis officium tum implorari animaduertendum eſt, cùm ſolida vel expreſſa deeſt obligatio, aut ſummo iure actio, quam tamen competere æquitas ſuadet: l vt ſi te ſolum hæredem damnauero vti monumentum certa pecunia facias, nullam obligationem ea ſcriptura recipit; ad ſupremæ tamen voluntatis obſequium iudicis officium te compellet.

k Idem Plateanus d. t. l. actionis verbo. D. de obl & act.
l l hereditat. D. de pet hæred l 1. C. de liberi.

IX. m Interdicta quoque actionis verbo continentur.

m l. Actionis verb. D. de obl. & act.

X. n In iudicio tamen perſecutionem arctamimus, propter ea quæ extra iudicij limen ſine actione legitimè perſequimur, o veluti debitorem qui fugam patat; quem propria auctoritate perſequi & apprehendere poſſumns, pecuniámque ſecum defetẽtem ad concurrentem debiti ſummam auferre, ſi iudicis adeundi facultas deſit. Cæterùm ſi adſit, creditoré de ſuſpicione fugæ ſaltem iureiurando priùs docere debere verius eſt, ac curare vt de debito iudici antea liquidò conſtet: & generaliter (vt & ſuprà relatum eſt) id quod deberi ſibi quiſque putat, per iudicem repoſcere deber, non ſibi ius dicere; ne alioqui Marci Imperatoris ius crediti perdat; ſed in Gallia eo decreto non vtimur.

n Petrus Plateanus d. loco.
o l. Ait Prætor. §. ſi debitorem, D. quæ in fraud. cred. & illic Bart. & Iaſ in l. 2. D. ſol. matr.

XI. p Si creditor inſtrumentũ nominis ſeu obligationis fortè amiſerit, vt denuò à Tabulario reficiatur, impetrare nõ debet, niſi cauſa à iudice cognita, conuocatis debitoribus, iiſque quorũ intereſt, id ei permittatur, poſtquã iureiurando pręſtiro ſeſe inſtrumentũ amiſiſſe, nec ſolutũ fuiſſe debitũ confirmauerit. Nã ſoluto debito induci & cancellari archetypus deber: niſi cùm contractus manere ad perpetuã rei memoriã debet, cuiuſmodi eſt emptionis contractus & dotales tabulæ.

p Maſuetus t. de inſtrumentis. verſ. 17. Cynus in Auth. ſi quis in aliquo documẽto. C de edẽ Bar. in l. de tabulis. D. de tab. exh. l. Chirographis D. de adm tut. Io. Faber Inſt. de teſtam. circa fi. Bar in l. vlt. C. de bo. auct. iud. poſſ. Benefacit l. vlt. C. de fide inſtru. Spec. t. de inſtr. edit. §. poſtquã. verſ ſed nunquid caſu prædicto.

XII. q In ſolutũ nomine daro, nõ aliter niſi mandatis actionibus ex perſona debitoris ſui aduerſus eius debitores creditor experiri poteſt: ſuo auté nomine actione vtili rectè vtetur. Multis in tribunalibus Galliæ, regium è cãcellaria implorari diploma ſolet, quo is in quem actio tranſlata eſt, in locum eius qui actiones ceſſit, ſubſtituatur.

q l. vl C. quãdo fiſcus vel priuatus debitoris ſui debitores cõuenire poſſit, vel debeat.

XIII. r Alter ex cohæredibus pro pecunia ſibi à defuncto debita, poteſt conuenire pro portione hæreditaria, pignota. *Salyc.* De quo Imp. Gordianus, Hermenoti [Pecuniam quam tibi à matre debitam fuiſſe dicis, ab hæredibus eius cohæredibus tuis pro parte tibi competente petere debes: ſed & res, ſi quæ tibi ob idem debitum obligatæ ſunt, proſequi non prohiberis.]

r l. 1. C. de hæred actio.

XIIII. ſ Actiones ab hæredibus & contra hæredes incipere poſſunt. De quo Imperator Iuſtinianus Ioanni PP. [Stipulationes & legata, & alios contractus poſt mortem compoſitos antiquitas quidem reſpuebat; nos autem pro communi hominum vtilitate recipimus, conſentaneum etiam eſſe, illam regulam, qua vetuſtas vtebatur, more humano emendare. Ab hæredibus enim incipere actiones Veteres non concedebant, contemplatione ſtipulationum, cæterarúmque cauſarum poſt mortem conceptarum. Sed nobis neceſſe eſt ne prioris vitij materiam relinquamus, vt liceat ab hæredibus & contra hęredes incipere actiones & obligationes, ne propter nimiam ſubtilitatem verborum latitudo voluntatis cõtrahentium impediatur.]

ſ Rubr. C. vt actiones ab hæredibus & contra hæredes incipiant.

XV. t Per procuratoré acquiri poteſt domino tã poſſeſſio, quàm etiã dominiũ: ſed actio perſonalis, vel obligatio non poteſt acquiri ſine ceſſione, iure quidẽ ciuili Romano: ſed his ſubtilitatibus ferè in Gallia non vtimur.

t l. 1. C. per quas perſ. nob. acq. vbi Paul. Caſtr.

XVI. u Quæſita perſonali actione, ſine ceſſione ſimiliter quæritur hypothecaria. De quo Imp. Iuſtinianus Iuliano præfecto prætorio: [Cùm per liberam perſonam, ſi pecunia alterius nomine fuerit numerata, acquiratur quidem ei cuius nomine pecunia credita eſt, per huiuſmodi numerationem condictio, non autem hypothecaria vel pignus eorũ quę procuratori data vel ſuppoſita ſunt: talé differentiã expellentes, ſancimus & condictioné, & hypothecariã actioné, vel pignus ipſo iure & ſine aliqua ceſſione ad dominum peruenire. Si enim procuratori neceſſitas legibus impoſita eſt, domino contractus cedere actionem: quare, quemadmodum ab initio in perſonali actione ceſſio ſuperuacua videbatur, non etiam in pignoribus & hypothecis ſimili modo dominus contractus non habebit hypothecariã actioné, ſeu pignoris vinculum, vel retentionem ſibi acquiſitam?

u l. 2. d. t.

XVII. x Donatio facta filio familiâs confirmatur emancipatione, ſi res fuit filio tradita, vel reperitur in poſſeſſione de voluntate patris tacita vel expreſſa. *Bald.* De quo Imp. Alexander Septimiæ, & aliis: [Si emancipatis vobis, fundos, quos nomine veſtro cùm in poteſtate agereris, pater emerat, tradidit, vel in poſſeſſione eorum voluntate patris fuiſtis; dominium acquiſiſtis.]

x l. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi ſub alterius nomine vel aliena pecunia emerit.

Idem Imperator Patrimo.

XVIII. y Mancipia, quorum meminiſti, ſi vt proponis, nomine tuo, itémque fratris tui,

y l. 3. d. t.

A cui ſucceſſiſti, empta vobis tradita ſunt, licèt inſtrumento emptionis matrem tuam pecunias numeraſſe contineatur, perſequi ea mote iudiciorum non prohiberis.

X I X. Priuata ſimulatione nihil prodeſt habere penes ſe inſtrumentum. *Baldus.* De quo Valerianus & Gallienus Auguſti, & Valerianus Cæſar Cyrillo ita reſcripſerunt: [Quamuis inſtrumento emptionis ſocrus nomen inſcripſeris, tamen ſi poſſeſſionem tenés, dominus effectus es, ob eam rem fruſtrà B calumniam mulieris, quamuis ipſa contractus tabulas habeat, reformidas.]

Imperatores Diocletianus & Maximianus, Dionyſio.

a l. multum intereſt.

X X. a [Multùm intereſt, vtrúmne vxore tua comparante pecuniam numeraſti, eique poſſeſſio tradita eſt; an contractu emptionis à te nomine tuo habito, tantùm vxoris nomen pòſt inſtrumentis inſcribi curaueris: C Nam ſiquidem vxor tua nomine ſuo emit, eique res traditæ ſunt, nec in te qoicquam de his proceſſit; non niſi de pretio aduerſus eam in quantum tu pauperior, & illa locupletior facta eſt, hahes actionem. Quòd ſi tu quidem emiſti, & tibi tradita eſt poſſeſſio, tantùm autem nomen vxoris inſtrumento inſcriptum eſt, res geſta potior quàm ſcriptura habetur. Si verò ab initio negotium vxoris gerens comparaſti nomine ipſius, empti D actionem nec illi nec tibi quæſiſti; dum tibi non vis, nec illi potes. Quare in do minij quæſtione ille potior habetur, cui poſſeſſio à domino tradita eſt.]

b l. pen. ibid.

X X. b Si vnus ex fratribus de pecunia cômuni emit ſuo nomine, ſibi, non alteri fratri dominium acquiſit. De quo iidé Impp. Valentinæ. [Qui aliena pecunia comparat, non ei cuius nummi fuerint, ſed ſibi actioné empti, ſi ei fuerit tradita poſſeſſio, quærit. Cùm E itaque de rebus communibus fratrem patruelem tuum quædam comparaſſe contendas, de tua pecunia hunc conueniendo facies conſultiùs: nam in rem de rehus ab eo comparatis tibi côtra eum petitio nô competit.]

c l. vlt. ibid.

X X I. c Nihil prohibet, altero pecuniã numerante, in aliũ, vel vtriuſq; contrahentis côſenſu, vel certè venditore tantummodo volente, dominium transferri, eo etiam manifeſtè conſtituto, vt inter abſentes per mediam F perſonam, veluti per nuntium, vel epiſtolam talis contractus perfici poſſit.

Maſuerius de empt. & vend. verſ. 38.

X X I I. d Rem tamen mulieris pecuniâ, vel militis, vel minoris emptam, eorum effici, ſunt qui exiſtiment, vt & ſuprà relatum eſt.

l. ſi fratres. §. cum reſpõdit. l. pro ſoc. §. ſi propone.

X X I I I. e Socius admonitus in iudicio, vel extra iudicium, vt pro ſua portione pecuniam quam alter ſocius in rem communem impédit, reſtituat: ſi negauerit ſolutioné poſt G quatuor menſes, amittit dominium rei communis, quam ſocius ob impenſas poteſt totam vindicare.

cum domino horreorum. C. d.

X X I I I I. f Si conductores ædium non ſoluãt penſionem, & prætereà latitent, permittitur locatori domum aperire: & res in ea reper- A tas apud poblicam perſonam teſtéſque ſigillatim deſctibere, deſcriptáque conſignare, vt cuſtodiantur.

Secunda pars d. capitis primi.

Quibus experiri actione non licet.

e l. Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, vel actiones in ſe transferre. C.

X X V. e Non licet potentioribus patrocinium litigantibus præſtare; vel actiones in ſe transferre. De quo Impp. Diocletianus & Maximianus ſic reſcripſerunt: [Diuinè admo B dùm conſtituit Claudius conſultiſſimus Princeps pater noſter, vt iactura cauſæ afficerentur hi qui ſibi patrocinium potentiorũ aduocaſsét, vt hoc propoſito metu, iodiciariæ lites penitùs ſuo marte diſcurrerent, nec potentiorum domorum opibus niterentur.

Imppp. Arcadius, Honorius, & Theodoſius.

f l. poſteriori. ibid.

X X V I. f Si cuiuſcunque modi actiones ad C potentiorum delatæ fuerint perſooas; debiti creditores iactura multentur. Aperta enim credentium videtur voracitas, qui alios actionum ſuarum redimunt exactores.

g Imbertus Enchiridio Iuris Galliæ, in verb. Cedens. d. ll. priore & poſter. d. t. ne liceat potent. t. de alien. mut. iud. cauſ facta.

X X V I I. g Cedens iudicij mutandi cauſâ, ab eo differt qui potentiori cedit, quòd prior expéſis tantùm litis aduerſario ſarciédis multatur, actáq; iudicij fiũt irrita: poſterior verò, actionis iactura vnà cum earum expenſarum damno plectitur.

h Imbertus d. loco.

D X X V I I I. h Sed & regiis conſtitutionibus Caroli V. vetitum eſt, ne quis in potẽtiorem vllas actiones transferat: vel in eũ qui munus publicũ à Rege, vel Regina collatũ obtinet, vel forum, ex priuilegio apud Academiarum Iuridicos (quos Conſeruatorés vocant:) vel apud libellorum ſupplicum præfectos, qui in baſilica Pariſienſi coosident, ſortiuntur.

i Idẽ Imbert. ibid. & in Inſtit. forenſ.

X X I X. i Itaque moribus noſtris receptum eſt nullum cenſeri potẽtiorem, niſi eum qui E munera huiuſmodi publica gerit: vel qui priuilegio fori vtitur, litiúmque ad ſe pertinẽtium iudicem ptoprium habet.

** Litem. C. de procur.*

X X X. * Pactum de parte litis improbatur, & reum ab agendo repellit.

Alex. Impp. Diocletianus & Maximianus, Cornificio.

Litem te redemiſſe contra bonos mores precibus manifeſtè profeſſus es, cùm procura F tionem quidem ſuſcipere (quod officiũ gratuitum eſſe debet) non ſit res illicita: huiuſmodi autem officia non ſine reprehenſione ſuſcipiantur.

CAP. I I.

Aduerſus quos experiri actione poſſumus.

** Oldend. t. de ludo.*

X X X I. * QVæ in ludo vltra aureũ perduntur, iure cinili Romano G repeti poſſunt vltra 50. anoos. Qua ex re exiſtimare licet quàm iohoneſtũ cenſuerunt leges immodicum ludi ahuſum. Cùm enim regulariter omnibus actionibus perſonalibus præſcribatur triginta annis, vides hoc caſu extendi ad annum quinquageſimum.

XXXII. [i] Certũ eſt vnũquemq; agere aut cum eo q ei obligatus eſt; aut cũ eo qui ei nõ eſt obligatus, monetur tamen eidẽ aliqua de re cõtrouerſia. In priorẽ caſum proditæ ſunt in perſonã actiones, ſic appellatæ, q vtriuſq; perſonæ tã actoris q̃ rei cohærẽant. Aduerſus eũ itaque hæc actio locũ habet q obligatus eſt, ſiue ex cõtractu, vel quaſi ex contractu: ſiue ex maleficio, vel quaſi ex maleficio actio ſit. His enim caſibus proditæ ſunt in perſonã actiones, quib' is q experitur, aduerſariũ ei aliquid dare aut facere oportere intendit, aut aliud etiã aliis modis petit: [k] nempe ſi in eum proponat actionem à quo infamatur, aut minis terretur vt deinceps deſinat vel agat; & alia pleraque quæ ex variis cauſarum figuris enaſci poſſunt.

i Petrus Plateanus Paraphraſi Inſtit. ſ. de actionibus.

k l. diffamari. C. de ingen. & manum.

XXXIII. [l] In eũ verò caſum quo obligatus nõ eſt is cũ quo agimus, ſed de aliqua re controuerſia mouetur, in rẽ proditæ ſũt actiones quæ nullo penitus obligationum vinculo innituntur, ſi per eam rem, noſtram quæ ab alio poſſidetur, petimus.

l Idem Plateanus d. loco. l. actionum genera. D. de ob. & act.

XXXIV. De actione, De peculio, De in rẽ verſo, Quod iuſſu, relatũ eſt ſuperioribus libris: ſimiliter De noxalibus actionibus; Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

Imp. Conſtant. ad concilium prouinciæ Africæ.

XXXV. [m] Maritus citra mandatũ in rebus vxoris cũ ſolenni ſatiſdatione & alia obſeruatione intercedendi liberã habeat facultatem; ne fœminæ, perſequẽdæ litis obtentu, in cõtumeliã matronalis pudoris irreuerẽter irruãt, & cõuentibus virorũ, vel iudiciis intereſſe cogãtur. Sin autẽ mandatum ſuſceperit, licèt maritus ſit, id ſolùm exequi debet quod procuratio emiſſa præſcripſerit.

m l. maritus. C. de procur.

Imp. Iulianus Secundo.

XXXVI. [n] Exploſis atque reiectis præſcriptionibus quas litigatores ſub obtentu cõſortiũ ſtudio protrahendæ diſceptationis excogitare cõſueuerũt, ſiue vnius fori omnes ſunt, ſiue in diuerſis prouinciis verſentur, nec adiuncta perſona conſortis, vel conſortium agendi, vel reſpondendi, iurgantibus licentia pro parte pandatur.

n l. priore. C. de conſortibus eiuſdem litis.

XXXVII. [o] Cõmune negotiũ poſt litem legitimè ordinatum etiam quibuſdã abſentibus in ſolidum agi ſine mãdato poteſt, ſi præſentes, ratam rem dominum habiturum cauere parati ſunt: vel ſi quid ab his petitur, iudicatum ſolui ſatiſdatione firmauerint.

o l. poſteriore. d. t.

XXXVIII. [p] Perſonales actiones quæ pro ære alieno, debitóque competũt, inter hæredes diuiduntur: in rem verò actiones poſſeſſorem ſequuntur. *Bald.* Pro hæreditariis partibus hæredes onera hæreditaria agnoſcere, etiam in fiſci rationibus placuit, niſi intercedat pignus, vel hypotheca: tunc enim poſſeſſor obligatæ rei conueniendus eſt.

p l. 2. C. de hæred. actionibus.

XXXIX. [q] Ætas debitoris nõ infringit ius creditoris. *Bald.* De quo Impp. Diocletianus & Maximianus Criſpo ita reſcripſerũt [Sub prætextu ætatis pupilli debitoris hereditarij, creditorum exactionem differri non poſſe, nimis euidens eſt. Vnde cùm te tutorem pro-

q l. 3. ibid.

A ponas creditoribus, vt ſatisfiat eniti debes.

XL. [r] Ex delictis defunctorũ hæredes, ſi his cũ defuncto conteſtata fuerit, in ſolidũ: ſi ſecus, quantũ ad eos peruenerit, conueniri poſſunt.

r l. vnica. C. ex delictis defunctorum in quantum hæredes conueniantur.

XLI. [ſ] Moribus Galliæ ex quacũq; cauſa actio in parẽtes cõpetit, etiã ſine veniæ petitione.

ſ Pet. Plat. in ſ. ſi quis poſtulante. Inſtit. de action. Paraphraſi in eum.

XLII. [t] Popularis actio cuilibet è populo cõceditur; & in popularibus actionib', vbi quis quaſi vnus de populo agit, defenſionẽ vt procurator præſtare cogẽdus nõ eſt. B Hæ actiones nõ niſi integris perſonis permittuntur, hoc eſt, quibus poſtulare licet ex edicto prætoris: quod diſcernit ætatẽ, ſexũ, caſũ, puta ſurditatis, vel cæcitatis, & famã poſtulantiũ. [u] Mulieri item & pupillo populares actiones nõ dantur: niſi cùm ad eos pertinet. [x] Quòd ſi plures ſimul intendere voluerint populares actiones, ſemper præfertur is cuius intereſt. Et ſi plures exiſtant, qui eundem in publicis iudiciis accuſare velint, iudex eligere debet eum qui C accuſet, cauſa ſcilicet cognita, æſtimatis accuſatorum perſonis, vel de dignitate, vel ex eo quod intereſt, vel ætate, vel moribus, vel alia iuſta de cauſa.

t Olden. tract. inſcripto, Actionum diuiſio.

u l. Populares. D. de popul. act. l. 1. ſ. ſecundo loco. D. de poſtu.

x l. mulieri D. d. t. de pop. actio.

XLIII. [y] Actionum quædam ſunt populares, ſeu publicæ, aliæ priuatæ. [z] Popularem actionem dicimus, quæ ſuum ius populo tuetur. [a] Et ciuibus petere permittendum eſt id quod ad vſum hominũ pertineat, veluti vias publicas, itinera publica: & ideò quolibet poD ſtulante, de his interdicitur. [b] Sic publica iudicia dicuntur, quòd cuiuis è populo executio eorum plerumque datur.

y l. 3. ibid.

z Oldend. d. tract.

a l. 1. D. d. t. de pop. actio.

b ſ. 1. Inſt. de pub. iudic.

XLIIII. [c] Tam ex contractibus quàm ex delictis in filiumfamiliàs competit actio: ſed mortuo filio, poſt litis conteſtationẽ transfertur iudicium in patrem duntaxat de peculio, & quod in rem eius verſum eſt.

c l. Tam ex cõtractibus D. de iudic.

Imp. Antoninus Marco.

XLV. [d] Si in cauſa iudicati Valentis, quem E tibi cõdemnatũ eſſe proponis, nihil eſt quod ſine quæſtione pignoris loco capi & diſtrahi poſſit; debitores eius cõuenti ad ſolutionem auctoritate Præſidis prouinciæ, cõpelluntur.

d l. 2. C. quãdo fiſcus vel priu. debitor... debitores conuenire poſſit.

CAP. III.

Aduerſus quos experiri actione, & quibus, ex cauſis non poſſumus.

Imp. Diocletianus & Maximianus Ruſticiano.

F XLVI. [e] OB cauſã proprij debitoris locatoris, cõueniri colonos pẽſionib. ex placito ſatisfaciẽtes, perquã iniurioſũ eſt.

e d. l. 3. C. de oblig. & act.

Iidem Impp. Paula.

XLVII. [f] Nimia credulitate circũuenta es, cũ quæ colonis in rẽ ſuã dediſti, à domino prædij poſtulare poſſe crediditi, nec ad eũ obligandum actorũ ipſius te adiuuat præſentia.

f l. Nimia. ibi.

XLVIII. [g] Accipiens mutuã pecuniã obligatur ei qui mutuò dedit, nõ is ad quẽ pecunia G propter mercimonia peruenit. De quo iidem Impp. ita Barſumio reſcripſerũt: [Ei cui mutuam dediſti pecuniam, ad ſoluendũ vigore cõpetenti debes actione. Nã aduerſus negotiatores quos ex mercib. pecunias abſtuliſſe tuo debitori proponis, nullã habes actionem.

g l. Ei cui. ibi.

g l. vlt. ibid.

XLIX. [g] Veteri iure Romano datur ius eligendi creditori, an agat perſonali actione, an hypothecaria; & vtraque poteſt agere, ſed ſeparatis actionibus in obligatos, & pignorũ poſſeſſores. De quo iidē Impp. Hermadoro & Nicumacho: [Eſt in arbitrio veſtro, perſonali debitores actione, vel in rem Seruiana conuenite eum qui ab his diſtracta, ſibique tradita pignora tenet, ſi nō longi temporis præſcriptione munitus ſit. [h] Sed hodie nouo iure priùs conueniendi ſunt omnes fideiuſſores, & mandatores, & ſpōſores, quàm ad pignorum perueniatur poſſeſſores. Normani vetus ius Romanum, non nouum ſequuntur & obſeruant.

h auth. Sed hodie. ibid.

i l. pen. ibid.

L. [i] Contra debitorem debitoris fiſcus non agit; niſi conſtet principalē debitorē ſoluēdo non eſſe. De quo iidem Impp. Zoſimo. [Non priùs ad eos qui debitoribus fiſci noſtri obnoxij ſunt, actionem fiſcalem extendi oportet, niſi patuerit principales reos ſoluendo non eſſe, certiſſimi iuris eſt.]

k l. hæredem. ibid.

LI. [k] Actio de dote contra hæredes, non contra debitores mariti dirigi debet. *Bald.* De quo iidē Impp. Maximæ [Hæredē mariti quondā tui de dote tibi reddēda cōuenire debes: perſonalē enim actionē contra debitores hæreditarios tibi decerni, fruſtrà poſtulas.]

l l. vlt. ibid.

LII. [l] Creditores hæreditarios aduerſus legatarios nō habere perſonalē actionē conuenit, quippè cùm euidentiſſimè lex duodecim tabularũ hæredes huic rei faciat obnoxios.

Impp. Diocle. & Maximianus Iulio.

m l. vlt. de debitum.

LIII. [m] Vt debitum tibi ante aditā hæreditatā ſoluatur; & tūc an ad te pertineret hæreditas, quæri iubeamus; præpoſtera petitio eſt. Etenim cùm tibi ſoceri ſucceſſionem quæſitam patuerit, debiti petitionem extingui per confuſionem, non ambigitur.

LIV. Perſonales actiones quæ in hæredes cōpetunt, inter eos diuidūtur: in rem verò actiones, poſſeſſorē ſequūtur. *Bal.* De quo iidē Impp. Pro hæreditatis partibus hæredes onera hæreditaria agnoſcere, etiam in fiſci rationibus placuit, niſi intercedat pignus vel hypotheca: tunc enim poſſeſſor obligatę rei conueniendus eſt.

n o §. non autem omnes Inſtit. de actio. Oldend. 7. diuiſ. actionum.

LV. [n o] Eſt certiſſima iuris regula, Ex maleficiis pœnales actiones in hæredem rei non cōpetere. Exempli gratiâ, Furtum paſſus, habet actionem furti aduerſus furem, quam hæres eius rectè poteſt exercere, aut cœptā litē perſequi. Sed mortuo fure, hæredē illius dominus rei furtiuæ, neque ſucceſſor cōuenire poteſt, niſi aliquid ex furto perceperit: aut dolo malo fecerit, quominus perciperet. Nam eſt conſtitutum turpia lucra ab hæredibus quoq; extorqueri, licèt crimina extinguātur.

p l. ex contractibus. D. de obl. & act.

q Oldend. 8. diuiſ. actionū. ſequens. Inſtit. de act. in bonorarijs. l. de obl. & act.

LVI. [p] Ex cōtractibus venientes actiones, in hęredē dantur, licèt delictũ quoque verſetur; veluti cùm tutor in tutela gerē dā dolo fecit.

LVII. [q] Quædā actionēs rei perſequendæ gratiâ cōpetunt; quędā, pœnę cauſa dantur; quædam denique mixtæ ſunt.

LVIII. [r] Rei perſecutoriæ actiones ſunt, quibus id petimus quod ex patrimonio nobis abeſt.

s Old. d. loco.

LIX. [s] Pœnæ perſequendæ gratiâ introductæ ſunt actiones ex maleficiis, vel quaſi maleficiis: cùm præter id quod nobis abeſt, exigimus aliquid vindictæ vel affectionis cauſâ. [t] Nam quicquid ex bonis noſtris non eſt, pœna ſit oportet: [u] pœnam autem aliâs lex imponit, aliâs ſtipulamur.

t l. ſeruus. D. de ſerm. export.
u l. 2. §. ſi pœnam. l. ſtipulatio iſta §. alteri. D. de verb. obl.
x Oldend. d. loco.
y §. ex maleficijs. Inſtit. de act.
z l. Omnes. D. de obl. & act.
a l. ex indicto rum D. de ac cuſ.
b Petrus Plateanus paragh. t. de act. Inſtit. § pœnales quoque.

LX. [x] Mixtæ actiones ſunt, quibus rem ſimul & pœnam perſequimur. [y] Nam ex maleficiis proditæ ſunt actiones, aliæ tātùm pœnæ perſequendæ cauſa, aliæ tam pœnę quàm rei perſequendæ, & ob id mixtæ ſunt.

LXI. [z] Omnes pœnales actiones poſt litē inchoatam etiam ad hæredes tranſeunt: [a] ex priuatis etiam admiſſis ſufficit litem eſſe cum teſtatore inchoatam & conteſtatam.

LXII. [b] Monendi ſumus pœnas iure ciuili Romano introductas, moribus Gallicis eſſe antiquatas: haudquaquā tamen propterea negligendas; quoniam tametſi iis, vt præſcriptę ſunt, non vtimur, iudicis tamē religionem in pœnis huiuſmodi decernēdis (quæ plerunq; in Gallia arbitrariæ ſunt) interim inſtruunt.

c toto t. Ne vxor pro marito: vel maritus pro vxore. vel mater pro filio conueniantur. C.
d toto t. Ne filius pro patre vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono: vel ſeruus pro domino conueniatur. C.
e Manſuerius. t. de dotibus & matrim. verſ. 38 l. hac actio. D. ſol. matr.
f l. lis nulla. D. de iud.
g l. ſi tutor. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.

LXIII. [c] Vxor pro marito, vel maritus pro vxore; vel mater pro filio conueniri nō poſſunt. [d] Filius quoque pro patre; vel pater pro filio emancipato conueniri non poſſunt.

LXIV. [e] Maritus mulctam in quam vxor criminis ſui causâ condēnata fuerit, exſoluere non cogitur, ne de fructibus quidem dotis, præcipuè ſi alia bona aduētitia, aut extra dotem, quæ parapherna vocant, vxor habeat.

LXV. [f] Lis nulla nobis eſſe poteſt cum eo quem in poteſtate habemus, niſi ex caſtrenſi peculio.

LXVI. [g] Sententia lata contra tutorē non habentem adminiſtrationem, eſt ipſo iure nulla. *Bald.* De quo Diocletianus & Maximianus Impp. Stratonicæ. [Si tutor tuus, qui pro tutelari officio non cauerat, iudicio expertus eſt, contra eum lata ſententia iuri tuo officere non potuit: nec ea quæ cum eo geſta ſunt, vllam firmitatem obtinent. Fruſtrà ergo in iis reſtitutionis auxilium deſideras, quando ea quæ ab eo geſta ſunt, qui legitimam adminiſtratoris perſonam ſuſtinere nō potuit, ipſo iure irrita ſunt.

TIT. VIII.

De variis diuiſionibus actionum.

a Oldend. in tractatu inſcripto Actionū ſolennitas, ex ſententia Iaſonis in t. de act. Inſtit. quā valde laudat Ferrar in ſua praxi t. de formulis reſponſionis rei conuenti.

I. [a] Actiones etiam hodie formulæ ſunt: Vnde exceptio inepti libelli, ſicut ad calumnioſam differendi iudicij anſam admitti non debet: ita rurſus ſi ex legitima cauſa obiiciatur, non eſt repudianda.

Prima diuiſio.

b Oldend. tractatu inſcripto Actionū diuiſio Lucernarum. §. . D. de verb. ſig.
c Old. d. loco.

II. [b] Actiones aut directæ ſunt, aut vtiles. Directæ actiones dicuntur, quæ tam ex verbis legum proficiſcuntur, quàm quæ ex ſententia iuris ciuilis, vel prætorij per interpretationem conſtituuntur.

III. [c] Vtiles autem ſeu indirectæ ſunt, quæ non ex verbis legum proficiſcuntur, neq; ex manifeſta ſentētia, ſed addititia quadā interpretatione propter ſimilem rationē receptæ

ſunt in forum. [d] Nam, vt ait Pædius, quoties lege vnum vel altetum introductum eſt, bona occaſio eſt, cætera quæ tendũt ad eandem vtilitatem, vel interptetatione, vel certa iuriſdictione ſupplere.

IV. [e] Tametſi per liberam perſonam ſtricto iure ac directo acquiri nihil poſſit; [f] æquiſſima tamen interpretatione receptum eſt, vt pupillo & aliis omnibus acquiratur actio ex ſtipulatione tabellionis, vel alterius perſonæ publicæ: videlicet ſi nomine officij ſui ſtipuletur nobis; [g] quod ſemper præſumitur, cùm ſimpliciter ſtipulatur.

V. [h] Item aduerſus eos qui dolo malo deſierũt poſſidere, vtilem actionem habemus: ac ita iudicandum de omnibus aliis.

VI. [i] Actio negotiorum geſtorum illi datur, cuius intereſt hoc iudicio experiri: nec refert directa quis an vtili vtatur, quia in extraordinariis iudiciis, vbi conceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt. [k] Itaq; ſi cauſam (quam finalem vocãt) ſpectemus, in qua vis & poteſtas omniũ perſecutionũ ſpectatur, nulla hodie directarum & vtiliũ actionũ eſt differentia: ſicut nec olim in extraordinariis iudiciis, hoc eſt prætoriis, huiuſmodi diuerſitas conſiderabatur.

VII. [l] Vtique conueniens eſt domino tabularum, aduerſus cum qui pinxerat, ſi is poſſideat, vtilem actionem dari; qua ita efficaciter experiri poterit, ſi picturæ impẽſam ſoluerit.

VIII. [m] Itaque litigandi materiam ſimul etiam, cui, &, aduerſus quem competat ius perſeqnendi, iſta diniſione cognoſcemus.

Secunda diuiſio actionum.

IX. [n] Actionum quædam in rem ſunt: quædam in perſonam competunt.

X. [o] In perſonã actio, eſt quæ condictio appellatur, per quam cum eo agimus qui obligatus eſt nobis ad dandum, vel faciendum.

XI. [p] Actiones in rem, ciuiles ſunt, Rei vindicatio, Cõfeſſoria, Negatoria, Præiudicialis de ſeruitute. Prætoriæ verò, Publiciana, Reſciſſoria, in rem Seruianam, Quaſi Seruiana: Reuocatoriæ, videlicet Fauiana, Pauliana, Caluiſiana, & ſi quæ ſunt ſimiles. Reliquæ in perſonam cenſentur, vt empti, venditi, locati, conducti, & cateræ.

XII. [q] In rem agens petere debet reſtitutionẽ rei: in perſonam verò concluditur ad dandũ vel faciendũ. [r] Sic itaque diſcretis actionibus, certum eſt nõ poſſe aliquem rem ſuam ita ab aliquo petere, ſi apparet eum dare oportere. Nec enim quod actoris eſt, id ei dari oportet: quia ſcilicet dari cuiquam intelligitur, quod ita datur vt eius fiat.

XIII. [ſ] Mixtæ quoq; actiones, quæ mixtam cauſam cõplectuntur tã in rem quàm in perſonã, vt Familiæ erciſcundæ, Communi diuidundo, Finiũ regundorum. In his enim, ſi eius rei quæ controuertitur reſpiciamus partẽ noſtram, in rem actio eſt: ſi verò partem aduerſarij, ex qua nobis aliquid adiudicari poteſt, vt in pecuniã ei dandam inuicem cõdemnemur; in perſonam dicimur experiri. [t] Nam in his tribus iudiciis permittitur iudici rẽ alicui ex litigatoribus adiudicare; & ſi vnius præponderat, alterum in pecuniam cõdemnare.

XIV. [u] Actiones in rem, ſemper ſunt ſtricti iuris; in perſonam verò aliâs bonę fidei, aliâs ſtricti iuris, ſecundùm qualitatem contractuum, ex quibus producuntur.

XV. [x] Additur mixtis actionibus petitio hæreditatis. [y] Nam petitio hæreditatis, ait Vlpianus, etſi in rem eſt, habet tamen pręſtationes quaſdã perſonales: vtpote eorum quæ à debitoribus ſunt exacta; item pretiorum.

XVI. [z] Actiones denique nonnullæ ſunt quæ in rem ſcriptæ dicuntur. Nam ex cõtractibus quidem, & ex maleficio prodeunt, ideóque in perſonam cenſentur: veruntamen quia poſſeſſorẽ rei litigioſæ ſequuntur, mixtæ dici poſſunt; veluti ad exhibẽdum, & pręſcriptis verbis in pleriſque caſibus.

XVII. [a] Item omnes actiones in factũ hodie loco interdictorũ competẽtes, hoc modo reputãtur mixtæ: [b] nam interdicta, licèt in rẽ videãtur cõcepta, tamẽ vi ipſa ꝑſonalia ſũt.

Tertia diuiſio actionum.

XVIII. De interdictis poſſeſſionis cauſâ competentibus infrà tractabitur.

Quarta diuiſio actionum.

XIX. De popularibus actionibus ſuprà tractatum eſt.

XX. [c] Si probari poterit mala fides & præuaricatio actoris, tũc alij denuò ex eadẽ cauſa aduerſus eundem agenti nõ poteſt opponi exceptio rei iudicatæ. Nam & ſi quis egerit, ita demùm conſumit publicã actionẽ, ſi non per colluſionẽ actum ſit; id eſt, ſi poſterior actor ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur populari actione, doceátque iureiurando ſe ignoraſſe ab alio actum fuiſſe hoc iudicio.

XXI. [d] Omnes populares actiones neq; in hæredẽ dantur, neque ſupra annũ extenduntur regulariter; [e] niſi lis ſit cõteſtata, aut actor aliquid proſequatur quod ad eũ proprio iure pertineat: [f] hæredibus tamẽ & ſucceſſoribus cõmodantur non iure hæreditario, ſed veluti cõnumerãdis populo. Priuatæ verò perſecutiones ad hęredes porriguntur vltrò, citróq;.

Quarta diuiſio actionum.

XXII. [g] Actiones quędam directæ dicuntur: aliæ contrariæ. [h] Contrariæ autẽ actiones appellãtur, cùm aliquid exigitur præter ſubſtantiã cõtractus ab eo qui cõparatione vtilitatũ in ſpeciem, non tam ſua quàm alterius gratia cõtraxit. Vt ecce, deponens rem ſuam, magis ſibi adfert vtilitatẽ, ne quid pereat, vel amittatur: ergo directam habet actionem. Is autem apud quẽ res deponitur, morem gerit amico. Quare ſi quid neceſſariò impendit in rem depoſitã, habet contrariã depoſiti actionem ad impenſas, ſine quibus vtique contractus fuiſſet ſua naturâ perfectus: quoniam & ſine ſumptu res depoſita plerunq; ſeruari poteſt. Idẽ dicendũ eſt de ſimilibus cõtractibus.

XXXIII. [i] Poſſunt autẽ actiones directę & contrariæ ſimul in eodẽ iudicio tractari per conuentionem & reconuentionem. [k] Cùm Papinianus (inquit Imp. Iuſtinianus) ſummi

d l. nam vt ait. D. de legib.
e Old. d. loco §. ex his itaque. Inſtit. per quas perſonas nob. acq. §. ſi quis alij. Inſtit. de inut. ſtipul.
f Bar. in l. 2. D. rẽ pup. ſaluã fore.
g l. 2. 3 & 4. d. ſ. l. Non enim aliter. D. de adopt.
h Oldend. d. loco. t. de alien. mut. iud. cauſ.
i l. actio D. de nego. geſt.
k Old. d. loco.
l l. Qua ratione. §. ſed nõ vt litera. D. de acq. rer. dom.
m Oldend. d. tract.
n Old. d. loco. § omniũ. Inſt. de act. l. actio num genera. D. de obl. & act.
o Old. d. loco. § ſic itaque diſcreti. Inſt. de act.
p Old. d. loco.
q Old. d. loco.
r §. ſic itaque diſtractis. Inſtit. de act.
ſ Old. d. loco.
t §. quadam actiones. Inſtit. eo t.
u Oldend. d. loco.
x Oldẽd. ibid.
y l. Sed & ſi lege. ad fin. D. de pet. hæred.
z Old. d loco.
a Oldẽd. ibid.
b l. 1. §. interdicta. D. de interd. §. vlt. Inſt. eo t.
c Old. in §. diuiſ. actionum l. Popularis. D. de pop. act. l. Eum qui iurauit §. in popularibus. D. de iureiur.
d Old. d. loco.
e l. vlt. D. de popul. act. l. Populares eo. t. l. ſi cui. D. de verb. ſig.
f Old. d. loco.
g Old. ibid.
h ibid. §. 1. Inſtit. de obl. quæ ex quaſi contr. naſc.
i Old. d. loco. l. pen. cum auth. & cõſequenter. C. de ſent. & interl. om. iud.
k de mutuis petitionibus. Decretalibus.

ingenij vir, in quæſtionibus ritè diſpoſuit, nõ ſolùm iudicem, actoré de abſolutione iudicare: ſed ipſum actorem, ſi è contrario fuerit obnoxius inuentus, cõdemnare: igitur mutuę petitiones fieri ſolent tã directis, quàm contrariis perſecutionibus, tam eodem quàm diuerſo tempore.

XXIV. [m] Directæ actiones aliquando famoſæ ſunt; contrariæ verò non irrogant infamiam condemnatis. Contrario iudicio damnatus, inquit Vlpianus, non erit infamis: nec immeritò. Nam in contrariis non de perfidia agitur; ſed de [n] [o] calculo, qui ferè iudiciu ſolet dirimi.

Quinta diuiſio actionum.

XXV. [p] Quædã actiones rei perſequendæ gratiâ competunt; quædam pœnæ causâ dantur; quædam denique mixtæ ſunt.

XXVI. De his ſuprà quoque tractatũ eſt.

XXVII. [q] Si pœna, inquit Paulus, irrogatur, receptũ eſt cõmentitio iure ne ad hęredé trãſeat. [r] Cuius rei illa ratio videtur eſſe; quia pœna cõſtituitur in emẽdationé hominũ, quę mortuo eo in quem cõſtitui videtur, deſinit.

XXVIII. [ſ] In actionibus rei perſecutoriis, vno ex pluribus reis cõuentis, ſoluente; debito quod petitur, alij liberantur. [t] In pœnalibus verò vnus perſoluens pœnam, nõ ita; nimirum cùm de maleficiis agitur: in quaſi maleficiis auté, cùm pœna plerunque ob alterius culpâ exigi ſoleat, minùs agitur: quippe vt vnus ſoluendo liberet alios.

XXIX. [x] In pœnalibus nõ ſéper auditur voléſ cedere bonis; quia lex imponit pœnã, nõ iudex: ideóq; ſi inopia laboret reus, in corpus eſt torquendus. [y] [z] Generaliter, inquit Vlpianus, in legibus publicorũ iudiciorũ, vel priuatorum criminum; qui extra ordinem cognoſcũt, præfecti vel præſides, vt eis qui pœnam pecuniariam egẽtes deludunt, coercionem extraordinariam indicant. Quod ſic intelligẽdum eſt, cùm pœna ex maleficiis cauſam trahit; non ſi aliunde.

XXX. [a] Actionum prætoriatum, hæ quæ perſecutionem continent, ſunt perpetuę; quę verò pœnam non excedunt, annum durant, præter actionem furti manifeſti, haud dubiè ob frequentiam huius maleficij.

XXXI. [b] Illud notandum quòd quicquid partes pro pœna paciſcũtur, nõ facit actioné pœnalem, ſed rei perſecutoriam: nam pœna accipitur, quæ legum auctoritate irrogatur.

Quinta diuiſio actionum.

XXXII. [c] Actiones vel in ſimplũ conceptę ſunt, vel in duplum, vel in triplũ, vel in quadruplum: vlteriùs omnino nulla actio extenditur. In ſimplũ agimus, cùm rem noſtrã, vel nobis debitã, vel deniq; pœnã aliquã ſine vlla re abſolutè perſequimur. [d] In duplum verò, triplũ aut quadruplũ tunc experimur, cùm præter rẽ debitã exigimus aliquid vltra quod ęſtimationé eius rei duplo, triplo aut quadruplo excedat. In quadruplũ eſt actio furti manifeſti, Quod metus cauſa, De calũniatorib⁹.

Sexta diuiſio actionum.

m Oldend. d. loco.

n o Calculum vocat rationem impenſarũ quas alter e contrahentibus alteri mutuo debet: quaſi dicat, de impenſis ſolùm propter contractũ factis tractatur in cõtrario iudicio: quæ ſunt extra naturã cõtractus, & incidentes. Perfidiæ verò argumentũ non niſi ex ſubſtantia cõtractus æſtimari poteſt. accedit l. ex apud quem. D. depoſ.

p Oldend. d. loco.

q l. ſi pœna. D. de pœn.

r Oldend. d. loco. commentitium autem ius vocat nouũ & recens excogitatum nullóque exemplo vſitatũ, ſed velut fictitiũ. huc pertinet l. C. ex delicto defũct. in quãtum hæredes cõueniantur. & l. Sancimus. C. de pœn.

ſ Oldend. d. loco.

t l. 1. D. de con dict. furt.

u l. 1. 2. & 3. D. de his qui deiec. vel effud.

x Oldend. d. loco.

y z l. vlt. §. vlt. D. de pœn.

a Oldend. d. loco. l. in honorariis. D. de obl. & act. In ſtit. de perpet. temp. act. in prin.

b Old. d. loco.

c Oldẽd. ibid.

d Eas actiones enumerat in ſtit. §. dupli, & §. quadrupli. Inſtit. de act.

XXXIII. [e] Quædã actiones ſpeciales ſiue ſingulares dicuntur; quædã generales; quædã vniuerſales: ſpeciales actiones cẽſentur, quibus id perſequimur quod natura ſua, & quãtum ad iuris interpretationé attinet, ſpeciale eſt, etiã ſi neceſſaria quædã habeat: vt equus, veſtis, domus, fũdus, & cętera id genus. Generales actiones dicuntur, quę cõpetunt ad hoc quod generale eſt, diuerſas rerũ ſpecies, adeóque totas negotiationes cõtinens: vt tutela; quæ non de vna tantum negotij ſpecie, ſed de tota adminiſtratione patrimonij pupillaris accipitur. Igitur actio huc pertinens rectè nuncupatur generalis: ſic & ſocietas, & alia negotia. Vniuerſales denique actiones appellantur, quibus perſequimur corpus aliquod iuris, continens multas res cum augmento & deminutione; vt ſunt hæreditas: [f] Hęreditas, inquit Vlpianus, nomé iuris eſt, quod & acceſſionem & deceſſionem in ſe recipit. [g] Hæreditas, inquit Pomponius, ſine dubio continet damnoſam hæreditaté; iuris enim nomen eſt; ſicut bonorum poſſeſſio. [h] Actio auté ſpecialis vocatur quæ ad vnam tantùm cauſam pertinet: generalis verò quæ de pluribus competit.

XXXIV. [i] Pro ſocio arbiter proſpicere debet cautionibus in futuro dãno, vel lucro pendente ex ea ſocietate. Quod Sabinus in omnibus bonæ fidei iudiciis exiſtimauit: ſiue generalia ſint, veluti pro ſocio, negotiorum geſtorum, tutelæ: ſiue ſpecialia, veluti mandati, commodati, depoſiti.

Sexta diuiſio actionum.

XXXV. [k] Quædã actiones perpetuæ ſunt, quædam temporales. De quo ampliſſimè ſuperioribus libris De vſucapionibus, & t. De præſcr. xxx. vel xl. annor.

XXXVI. [l] Perpetuæ actiones fiunt per litis conteſtationem. Nam omnes actiones quę morte aut tempore pereunt, ſemel excluſæ iudicio permanent, ſiue agendo ſiue excipiẽdo includantur.

XXXVII. [m] Item actiones Prætorię, quibus rem perſequimur, ſunt perpetuæ; niſi reſpectu rei conuenti aliquid pœnæ habeant, propter quam eas concedi non oporteat.

XXXVIII. [n] Deniq; actiones quæ ad perſequendum ius noſtrum annales ſunt, hæ nobis vtique vim ſuam perpetuò exhibent ad excipiendum, ſi alius aduerſum nos agat: cùm actor quidem in ſua poteſtate habeat quando vtatur ſuo iure: is autem cum quo agitur, non habeat in poteſtate quãdo conueniatur.

Septima diuiſio actionum.

XXXIX. [o] Quędã actiones infamant, quędam non infamãt. De quibus inf. t. De publicis iudiciis, & t. De his qui notãtur infamia.

XL. [p] Actiones famoſæ quæ iuſtam ignominiam irrogant iuſtè condemnatis, ſunt hæ, furti, bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo: item tutelæ, mandati, depoſiti; ſcilicet directa, non contraria: Item pro ſocio, quæ cum vtrinque directa ſit, vltrò citróque condemnatum infamia notat.

e Oldend. 10. partitione d. tract.

f l. Pecuniæ § hæreditas. D de verb. ſign.

g hæreditas. in prin. D. de pet. hæred.

h l. 1. § item ſciendum. D. de aqua plu. arc.

i l. pro ſocio. D. pro ſoc.

k Oldend. in 11. diuiſ. actionum Inſt. de perp. & temp. act.

l Oldend. d. loco. l. omnes. D. de reg. iur.

m Oldend. d. loco. l. in honorariis. D. de obl. & act.

n Oldend. d. loco. l. purè. D. de doli mali exc. l. licet. C. de excep.

o Oldend. 12. Diuiſ.

p Oldẽd. ibid. § ex quibuſdã. Inſtit. de pœna temerè litig. l. 1. D. de his qui not. infa.

XLI. [q] In-

q Oldendorp. loco.

XLI. q Infamia autem duplex eſt, iuris, & facti. Infamia iuris ſola auctoritate legis nominatim infligitur. Vnde ex prædictis actionibus condẽnatus, iuſtam contrahit nominis maculã. r Infamia facti ex ipſa rei indignitate ſecundùm cenſurã bonorum virorũ eſt. ſ Talis autẽ eſt condemnatus ex condictione furtiua; ex interdicto, Vnde vi; ex interdicto, Quod vi aut clam; atque ex aliis id geous factis improbioribus.

r l. 5. D. de obſeq. à liber. & libert. paren. & patro. præſt.
ſ Oldend. d. loco.

XLII. t Sic interlocutio iudicis vel admonitio ad meliorem vitæ frugem alicui facta, grauat quidem æſtimationẽ obnoxij, ſed non planè maculat: ſicut nec pronunciatio arbitri. Quantum ad infamiam pertinet, inquit Vlpianus, multum intereſt, ao in cauſa quæ agebatur, cauſâ cognitâ aliquid pronuntiarum ſit: an quædam extrinſecus ſiut elocuta. Nam ex his infamia non irrogatur.

t Oldend. ibid. l. verbum. & l. interlocutio C. Ex quibus cauſis infamia irrogatur l. Quid ergo. §. ex compromiſſo. D. eo. t.

XLIII. u Improba quoq; vita ignominiam facti apud bonos viros irrogat. x Neq; famoſis, inquit Iuſtinianus Imp. & notatis, & quos ſcelus vitæ, aut turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat, dignitatis portæ patebunt.

u Oldend. d. loco.
x l. 2. C. de dign. lib. 12.

XLIV. y Actiones ex maleficiis famoſæ, ſemper irrogant maculam, etiam paciſcentibus cum aduerſario: niſi fortè precibus impetrauerint delinquentes, ne actores proſequerentur iudicium, vt aliqua ſit humanitatis ratio. a Ex cõtractibus verò perſecutiones famoſæ, licèt dãnatos ignominia notẽt, attamẽ pactio nõ notatur, quoniam ex his cauſis non tam turpis eſt pactio q̃ ex ſupetioribus.

y Oldend. d. loco. l. furti. § pactum ne. D. de his qui not. infa.
a l. in actionibus. ibid.

XLV. b Cæterùm quòd in commemoratis contrahendi ſpeciebus iuſta conſtituitur infamia, ideò eſt, quia in his totos nos, contractâ fiduciâ velut amiciſſimorum fidei committimus: in reliquis verò cõmerciis, tametſi fidẽ alienam ſequimur, c vnde creditotea dicti ſunt, non tamẽ ex amicitia trahũt cauſas.

b Old. d. loco.
c l. 1. D. de rebus cred.

XLVI. d Nulla actio in factum ex interdictis infamat; cùm tameo aliæ quædam, vt dictum eſt, famoſæ ſint.

d Oldend. d. loco. l. neque. D. de vi & vi arm.

XLVII. e Actiones famoſæ nunquam in rem ſunt, ſed ſemper in perſonam: quia factum inciuile, & à communi ſocietate hominum abhorrens, propter quod conſtituitur pœna infamię, inhęret perſonæ, non rei. Neque enim res delinquunt, ſed homines.

e Oldend. d. loco.

Octaua diuiſio actionum.

XLVIII. f Nonnullæ actiones ſunt bonæ fidei; reliquæ ſtricti iuris. Bonæ fidei ſunt hæ, Ex empto, vendito; locato, conducto; negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pigneratitia, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, præſcriptis verbis, quæ de æſtimato proponitur, & ea quę ex permutatione competit, g & hæreditatis petitio, h & actio ex ſtipulatu pro dote.

f §. actionum. Inſtit. de act.
g l. vlt. C. de petit. hæred.
h l. 1. in prin. C. de rei vxo. act.

XLIX. i Bonæ fidei actiones ſunt remiſſioris iuris, & ex æquitate pendentes; nõ quòd vlla ſit actio malæ fidei, k quoniã in omnibus negotiis exigitur bona fides, cùm nemini certè ex neqoitia ſua actionẽ dandã eſſe lex permittat: l ſed ideò bonę fidei dicuntur q̃ iudex in cognitione poteſt babere rationẽ earum quoq; rerum, quarum inter cõtrahentes nulla facta mentio eſt. Sed ſi animaduertat litigatores inuicẽ alterum alteri aliquid debere, ex bono & æquo præſtare iubebit. m Et tantundẽ, inquit Paulus, in bonæ fidei iudiciis officiũ iudicis valet, quantũ in ſtipulatione nominatim eius rei facta interrogatio.

i Oldend. 13. diuiſ. actio.
k l. Bonam fidem. D de obl. & act.
l §. in bonæ fidei. Inſt. de act. l. conſenſu in fi. D. de obl. & act.
m l. qua tantundem. D. de neg. geſt.

L. n In ſtricti iuris actionibus nihil ampliùs cognoſcit & pronunciat iudex, quàm quod nominatim inter contrahentes conuentũ eſt.

n Oldend. 13 Diuiſ. actionũ

LI. o Rurſus inter actiones ſtricti iuris quędam ſunt arbitrariæ, hoc eſt, ex arbitrio iudicis pendentes: in quibus permittitur iudici ex bono & æquo, non tam ſecundùm perſequẽtis intentionẽ, quàm ſecundùm naturã rei de qua agitur, quemadmodum ei ſatisfieri oporteat, iudicare: p arbitrarias autẽ pręcipuè facit, ſi quid certo loco promiſſum fuerit.

o Ibid.
p l. 1. §. 1. D. de eo quod certo loco.

LII. q Breuiter iudex in omnibus perſecutionũ iudiciis aduerſus non obtẽperantes arbitratur quid facto ſit opus: præcipuè verò in actionibus bonæ fidei habet liberã poteſtatẽ æſtimãdi & arbitrãdi ex bono & æquo quantum actori reſtitui debeat. Quòd ſi non reſtituat reus per fraudem vel culpam, æſtimat quatenus deferendũ ſit actori iuramentũ in litem: aut quanti æſtimandũ id quod ſua intereſſe dicit; & cætera id genus incidẽtia cognoſcẽdo iudex rectè diſpenſat. Et tamen actiones bonę fidei propterea non dicũtur arbitrariæ: & quare? quia habent ſuam appellationem à bona fide quæ ad ſignificandam huiuſmodi iudicia poteſtatem ſufficit: imò quia nullo modo ſignificantiùs depingi earum natura potuerit. Et ſanè quod ſic ex bono & æquo debetur, inter omnes magis cenſendum eſt deberi, quàm ſi nominatim conuentum eſſet inter aliquos.

q Oldend. d. loco.
r l. 1 in prin. D. de eo quod certo loco.

LIII. ſ Arbitraria autẽ actio vtriuſq; vtilitatẽ continet, tã actoris quàm rei. Quòd ſi rei intereſt, minoris fiet pecuniæ condemnatio, quàm intentatum eſt: aut ſi actoris, maioris pecuniæ fiet. t Quinimò interdum iudex abſoluere reum debet ex legitima cauſa: planè enim æquitatem ante oculos habere debet huic actioni addictus.

ſ l. quòd ſi Epheſi §. interdum ibid.
t l. in omnibus D de ...

LIV. u In bonæ fidei iudiciis cùm nondum dies præſtandæ pecuniæ venit, ſi agat quis ad pręſtandã cautionem, ex iuſta cauſa condemnatio fit. x Quæ autem ſit iuſta cauſa, iudicis arbitrio relinquitur cenſendum: & veluti ſi perſooa debitoris interim ſuſpecta fiat; & periculum ſit eum die veniente non ſoluturum. y In actionibus verò ſtricti iuris, regulariter ante diem vel cõditionem non rectè poſtulatur cautio; exceptis tamen aliquot caſibus.

u ... d. loco.
x l. ... diuiſ. ... D. qui ſat. cog.
y Oldend. d. loco l. ... in princ. D. ... condict. ... dat. cauſ. ... ſec. 3. l. ſi cum exceptione. §. quod ſi bonæ, D. quod met. cauſ. l. ſi à bonæ fides D. de reb. vend. l. ſi pecuniam § ſi quis. D. de condict. cauſ. data. l. Greg. §. ſi ſub conditione. D. de pign. l. Prætor. D. de dam. inſt.

LV. z In actionibus bonæ fidei quotieſcuoq; cauendum eſt, ooo aliter exigi poteſt ſufficiens cautio, hoc eſt, fideiuſſoria vel pigneratitia, quàm ſi aduerſarius difficulter præſtare poſſit: alioqui ſimplex promiſſio vel ſaltem iuratoria ſufficiet. * In perſecutionibus verò ſtricti iuris ſemper requiritur ſufficiens cautio.

z Oldend. d. loco.
* Bar. in l. 2. D. de ſol. matr.

LVI. [a] In bonæ fidei iudiciis ſemper veniunt fructus à tempore moræ. In actionibus autem ſtricti iuris diſtinguitur, Vtrùm petam id quod aliquando fuit, aut nunc eſt meum, vt ſic accedant fructus rei petitæ ex mora: an verò perſequar id quod nunquam fuit meum: [b] tunc enim non niſi à tempore litis conteſtationis veniunt fructus.

LVII. [c] Actiones bonæ fidei non extinguũtur re deteriore reſtituta aduerſus debitoré, quia de damno conueniri poteſt. Cùm enim deterior redditur, poteſt dici dolo malo redditam non eſſe. Actiones verò ſtricti iuris deſinũt, reſtituta re etiam deteriore, quia debitor liberatur ſummo iure: [d] obnoxius tamé eſt actioni de dolo, vel de eo quod intereſt.

LVIII. [e] Quamuis in ſtrictis iudiciis dolus, qui in contractibus ſtricti iuris interuenit, quoquomodo eam vim in iis non habeat; æquum & bonum eſt vt contractum propterea reddat ipſo iure nullum: neque eadem actio quæ ex contractu ſtricti iuris inito naſcitur, ſatis valet, vt dolum ipſum purgare poſſit; ſed alterius actionis aut exceptionis auxilio opus eſt; attamen in bonæ fidei contractibus longè maior eſt æqui & boni virtus; bonáque fides ipſa fortiùs ſeſe exerit: [f] in quibus ſi dolus interueniat, qui cauſam contractui dedit, nullum eſt prorſus quod agitur; adeò fraudi & dolo contraria eſt bona fides. Sin verò dolus tantùm incidat, vt dum contraheremus nullo dolo perſuaſi, alter noſtrum alterum deceperit, non alia actione ad purgandum hunc dolum opus eſt, quàm eadem ipſa actione quæ ex contractu per nos inito deſcendit: [g] veluti, ſi venditor dolo fecit vt pluris venderet, ex empto actio ſufficiet: In ſtrictis autem iudiciis quoquomodo dolus ſit, ad doli actionem, aut exceptionem recurrendum erit; [h] vt ſi ſtipulatio dolo vel metu fiat, valet quod agitur: ſed per doli mali, vel metus exceptionem; ſuccurrendus erit is à quo petitur. Sed neque dicitur nullum quod contrahitur; neque ex ſtipulatu actio ſufficit. [i] Si etiam in propoſita ſpecie cùm aliter conueniſſet obligari, aliter per machinationem obligatus es, obſtrictus eris: ſed doli exceptione vti poteris: neque ſi agere voles, idonea erit ex ſtipulatu actio: ſed de dolo deſiderabitur.

LIX. [k] Præterea vſuræ & fructus, acceſſionéſque omnes ex mora debentur in bonæ fidei iudiciis: verùm in ſtricti iuris non niſi poſt acceptum iudicium præſtantur, ſi actio ad id conſequendum ſit veluti ex ſtipulatu. [l] Nam ſi quod noſtrum fuit repetatur; æquum erit rem non aliter quàm cum fructibus reſtitui, vſuráſque ex mora, vt in Saluiana Paulianáque actione, aliiſque ſimilibus.

LX. [m] Quinetiam in bonæ fidei iudiciis rem ipſam cum fructibus & vſuris reſtituere ſatis non eſt, ſi res ipſa deterior reddatur, niſi quod intereſt, ſimul præſtetur.

LXI. [n] Adeò autem bona fides in his iudiciis effundit ſe, atque exundat, vt generaliter quodcunque æquum & bonum eſt, veniat; licèt à contrahentibus neq; dictum, [o] neque cogitatum quidem ſit.

LXII. [p] Non aliunde proceſſiſſe exiſtimãdum eſt bonæ fidei actiones dici, & ſtricti iuris, quàm quòd olim à Prætoribus iis qui in priuatis cauſis diiudicandis operas non dabant; à quibus propterea Recuperatores (qui poſtea delegati iudices appellari cœperunt) litigatoribus dabantur, cum formula quadam qua Iudicum poteſtas arctabatur; vt ne à præſcripto quidem tantillum recedere liceret, aliúdve ſequi, quàm quod inter contrahentes eſſet conuentum, tametſi id ſecùs fieri æquum eſſe forſan videretur. Aut verò laxior formula dabatur, vt non tam ſtrictas litigantium conuentiones, quàm bonam fidem intueri liceret: [q] in omnibúſque arbitriis, quibus addebatur formula hæc, ex bona fide ſumma erat vis, fideíque bonæ nomen latiſſimè manabat. Quæ ſanè formula in iis præſertim verſabatur iudiciis, quibus vitæ humanæ ſocietas magis continetur.

a Oldend. d. loco.
b l. Videamus, D. de vſur.
c Oldend. d. loco. l. ſed mihi videtur, § ſi reddita. D. Com. l. 1. § ſi res depoſita. D. depoſ.
d l. Eleganter, § non ſolũ. D. de dolo malo l. exhibitionis C. ad exh.
e Petrus Planeanus in Paraph. tit. de action. § actionum autem.
f l. Elegante. D. de dolo malo l. 3. § 3. D. pro ſocio.
g l. Iulianus. § ſi venditor. D. de act. emp.
h l. dolo vel metu C. de inutil. ſtipu.
i l. Si quis cum aliter. D. de verb. obl.
k Petrus Planean. in d. § actionum.
l l. Videamus. D. de vſur.
m Pet. Plan. d. § l. 4. D. ...
n Idem Plan. d. §.
o Atque ſic conſentiunt omnes.
p Plan. in d. § ex Franciſ. Duareno.
q Cicero in Topic.

TIT. IX.

De procuratoribus & defenſoribus: & qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio habeant.

Hic titulus tribus capitibus continetur; quorum primum eſt, Qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio habeant. Secundum, De procuratoribus; cuius prima pars eſt, De his quæ ad conſtitutionem procuratoris pertinent. Secunda, De reuocatione procuratoris. Tertium caput, De defenſoribus abſentium.

CAPVT I.

Qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio habeant.

I. Filiusfamiliâs ſine patris auctoritate ſtare in iudicio poteſt, ſi de eius peculio caſtrenſi aut quaſi caſtrenſi agatur: item ſi agat ob mutuam pecuniam de ſuo viatico, aut ſtudiorum cauſâ accepta.

II. [a b] Filiusfamiliâs maior viginti quinque annis, moribus Gallicis pro emancipato habetur.

Imperator Conſtantinus ad Concilium Africæ.

III. [c] Maritus citra mandatum in rebus vxoris cum ſolemni ſatiſdatione & alia obſeruatione intercedendi liberam habeat facultatem: ne fœminæ perſequendæ litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris irreuerenter irruant, & conuentibus virorum, vel iudiciis intereſſe cogantur. Sin autem mandatum ſuſceperit, licèt maritus ſit, id ſolùm exequi debet quod procuratio emiſſa præſcripſerit. Quod & ſuprà relatum eſt.

IV. [d] Non licet potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, vel actiones in ſe transferre, ſicut ſuprà commemoratum eſt.

a b Guido Papa q. 54. Bottius.
c l. Maritus. C. de procurat.
d toto tit. Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, vel actiones in ſe transferre.

CAP. II.

De procuratoribus.

Prima pars:

De his quæ ad conſtitutionem procuratoris pertinent.

e l. 1. C. de procur.

V. e f CAutio tatihabitiunis tunc exigitur à procutatore, quoties incertum eſt an ei mandatnm ſit.

g Petrus Plateanus in paraph. Inſtit. de act. §. præterea etiam ex Inſtit. Foreſ. Imbert. lib. 1.
h Io. Fab. in §. 2. Inſtit. de act.

VI. g Apud inferiora regia ttibunalia Galliç inualuit, vt etiam ſine mandato procurator admittatut, iuſſus à iudice intra certum diem mādatum aut ratihabitionem domini oſtendare: cui ſi non paruerit, ex eo die quo ſe obtulit edictum, in dominum veluti abſentem decernitur. h Nec ſatiſdationibus hodie vtimur. verùm Franciſci I. conſtitutione vterque litigantium iubetur in ipſo iudicij limine domicilium ſibi eo loci quo lis pēdet conſtituere, vel id à iudice conſtitutum decernere: ne alioqui qui id facere tecuſat, competitione, exceptionéque ſummoueatur. Sad multi iudices, ſi id facete differant, domicilium apud eurum procuratores conſtituunt.

i k l. Inuitus. C. de procur.

VII. i k Inuitus procurationē ſuſcipere nemo cogitur: nec eandē vltra niſi prouocationis cauſâ extendere. Sed nec defenſionem abſentis ſubire nemo cōpellitur, cùm fidem ſuſceptam implere ſufficiat.

l Lucius refert. ibid.

VIII. l Non refert an procutator conſtituatur principiò ante litem, an poſt.

m l. Licet. ibi.

IX. m Licèt in principio quæſtionis perſona debeat inquiri procuratoris, an ad agendum negotium, mandatum à domino litis habeat; ſi tamen falſus procurator inueniatur; nec dici contrrouerſiæ ſolent; nec poteſt eſſe iudicium.

E

Impp. Seuerus & Antoninus Saturnino.

n l. Quia. ibid.

X. n Quia abſente te, iudicatū dicis, æquū eſt reſtitui tibi cauſæ defenſionē. Nec oberit tibi quòd vxor tua interfuit iudicio; aut etiā acquieuit ſententiæ: cùm aliena negotia per mulieres non aliter agi poſſint, niſi in rem ſuam & proprium lucrum mandatæ ſint ei actiones.

F

Imperator Gordianus Luciano militi.

o l. Ita demū. ibid.

XI. o Ita demùm ſuper lite perſequenda, quam mater tibi mandauit, actionē intētate potes, ſi cùm primùm litem cōteſtaréris, non eſt tibi eo nomine oppoſita præſcriptio militiæ: quod nec cùm de appellatione agitur, tibi obijci poteſt. Nam ſi integra res eſt, ratio perpetui edicti tibi non permittit alieno nomine actionem intendere.

G

p l. Nō cominus. ibid.

XII. p Sententia lata pro perſona non legitimæ ętatis, valet; quæ contra eam non valeret. De quo extat reſcriptū: [Non eò minùs ſententia aduerſus te lata iuris ratione ſubſiſtit, quòd aduerſaria tua minor viginti quinque annis cauſam ſuam marito ſine curatore agendam mandauit. Minoribus enim ætas in damnis ſubuenire, non in proſperè geſtis obeſſe conſueuit.]

Secunda pars d. capitis.

De reuocatione procuratoris.

q l. Mulia. ibid.

XIII. q Mandatum procuratoris effecti domini litis, nō reuocatur abſentià vel morte mandantis. *Bald.* De quo Impp. Iulianus ita teſcripſit [Nulla dubitatio eſt, poſt cauſam in iudicio agitatam, vtpote dominum litis procuratorem effectum, etiamſi poſt exceſſum eius qui ad agendam vel defendendam cauſam mandauerat, poſſe inchoatam cauſam iurgiúmque finire: quippe cùm & procuratorem poſſe lites nouas inchoare veteres voluerunt Iuris conditores.] Sed in Gallia poteſtas procuratoris morte mandantis finitur, ac hæredes eius conueniri ſolent vt litem perſequantur à defuncto inchoatam, vel ei renuntient.

C

XIIII. Si procurator reuocetur, alius eius vice in eodem tribunali conſtituendus: alioqui geſta cum procuratore renocato Iuris habebunt firmitatem.

r l. Procuratoribus. C. de procur.

XV. r Procurator per litis conteſtationem efficitur dominus litis: nec poteſt ſine cauſa remoueri. De quo Imperator Conſtantinus: [Procuratoribus inſtitutis, & poſt litem cōteſtatam dominis effectis, hi qui mandauerunt, non habeant facultatem negotia perſequendi, niſi capitales inimicitiæ, vel morbus, vel alia cauſa neceſſaria interceſſerit: tunc enim etiam inuitis his transferri lis poteſt.

D

Tertia pars dicti capitis ſecundi.

De poteſtate procuratoris.

ſ l. Quod quis. ibid.

E XVI. ſ SI quis ſibi debitum exigere tibi mandauit, ante litis conteſtationem tu alij petendum mandare non potes.

XVII. Si procurator ad vnam ſpeciem conſtitutus, officium mandati egreſſus eſt, nullum domino præiudicium facere potuit. Quod ſi plenam poteſtatem habuit, rem iudicatam reſcindi non oportet; cùm, ſi quid fraude & dolo egerit, conuenire eum more iudiciorum non prohibearis.

F XVIII. Si quis aduerſarium in ius vocet, vt teſtes qui in eum producuntur iurare videat, ipſe, non eius procurator ad eam rem conueniendus eſt.

CAP. III.

De defenſoribus abſentium.

t l. Reum. C. de procur.

XIX. t REum criminis conſtitutum, defenſionem cauſæ ſuſcipere antequam purget innocentiam ſuam, incognitum non eſt.

G

u l. Actionem. ibid.

XX. u Actionem ei, qui abſentis nomine agere vult, ſi eum non defendat, denegari oportere, iam edicto perpetuo expreſſum eſt.

IVRIS CIVILIS ROMANI GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI.

LIBER XXVII.

TIT. I.

De Interdictis & poſſeſſoriis litibus, ac Iudiciis.

Hic titulus quinque capitibus continetur; quorum primum eſt, De interdictis, eorum generibus, & eorum forma. Secundum, De interdicto Vti poſſidetis. Tertium, De interdictis & litibus de poſſeſſione ſacerdotiorum. Quartum, De interdictis recuperandæ poſſeſſionis & Vnde vi. Sextum, De reſtitutoriis quibuſdam interdictis.

CAPVT I.

De interdictis, & eorum generibus, & forma.

I. DE interdictis, & poſſeſſoriis litibus tractatum iam eſt libris ſuperioribus, titulo De interdictis, & titulo De acquirenda vel amittenda poſſeſſione.

II. [a] [b] Cùm olim duriſſimæ eſſent poſſeſſionis controuerſiæ, quòd vnuſquiſque commodum eius ambiret; deficientibus ciuilibus actionum formulis, Prætor ex bono & æquo ad dirimendam rixarum occaſionem, interdicta reddere cœpit. Supplendum enim hîc fuerat ius ciuile; cuius auctores, ob ſimplicitatem illorum temporum, cùm tam varias de poſſeſſione contentiones nondum vidiſſent, nihil mirandum quòd nullas eo nomine perſecutiones ſtatuerint.

a b *Oldendor. tract. de duaſ. actionum.*

III. [c] Commodum interim poſſidendi, quod tantam diſcordiam parere ſolebat, & nunc quoque parit, primùm in percipiendis fructibus rei poſſeſſæ, deinde in euitãdo probationis onere verſatur. Cùm enim coniectura ſit, eum qui poſſidet, iure poſſidere; fit vt poſſeſſio in ſuo loco remanere debeat, niſi actor ſuam eſſe legitimè probauerit. Vnde dici ſolet, [d] Cùm obſcura ſint vtriuſq; iura, pro poſſeſſore iudicandum eſſe. Quo magis igitur vnuſquiſque animaduerteret fœlicem litis exitum ſe conſecututum, ſi poſſideret, hoc auidiùs de poſſeſſione contendebat, etiam cum diſcrimine corporis vſque ad arma. Quare Prætor vt intercederet, ne violenter res terminarentur, interdicta propoſuit formulis quibuſdam atque cõceptionibus verborum, quibus iubebat, aut prohibebat aliquid circa poſſeſſionem; tametſi [e] in proprietatis quoque cauſa reddebantur aliquando. [f] Nam interdicta, velut ſpecies edictorum appellantur, quaſi denuntiationes, vel prohibitiones quædam inter duos controuertentes obiter dictæ.

c *Old. d. loco.*

d *§. retinendæ. Inſt. de interd.*

e *1. de interd. Inſt. in prin. l. 2. §. quædam, D. eo t.*

f *§. ſunt tamẽ. ibid.*

A IIII. [g] Interdicta itaque dicuntur, quaſi non perpetuæ, ſed ad tempus interim dictæ ſententiæ de poſſeſſionibus: quarum adiudicatio tantiſper durat, donec de iure proprietatis pronuntietur. Nam euicto dominio, mox ſequetur poſſeſſio. Quare dicebantur olim interdicta reddi, vt momentanea quadam cognitione dirimerentur controuerſiæ: [h] item dicebantur pronuntiari.

g *Oldend. d. t.*

h *l. 1. §. nunciatio. D. de oper. no. nunc.*

B V. [i] Verùm ſicut cæteræ actiones ciuiles & prætoriæ extra ordinem & antiquam ſolemnitatem in iudicio exercentur: ita interdictorum quoque ſolemnitas mutata eſt in ſimplicem actionis formam. Nomen tamen manet adhuc, [k] vt admoneamur, ex quibus cauſis interdicta reddi ſolebant, ex iiſdem nunc competere actiones: perinde ac ſi Prætor ex quolibet interdicto actionem in factum propoſuiſſet.

i *Old. d. loco.*

k *§. vlt. Inſt. de interd.*

C VI. [l] Ordinarij iuris eſt, vt poſſeſſionis quæſtio priùs terminetur, quàm de proprietate diſceptetur.

VII. [m] Poſſeſſionis cauſa à proprietate ſeparata eſt, & actorem reus in poſſeſſionis Iudicio poteſt prohibere, ne ad dominij probationem admittatur: [n] idque ideò, ne eo fortè probato, poſſeſſorij iudicij impediatur executio; [o] licèt interdum dominium tanquam

D poſſeſſionis adminiculum allegari poſſit. Sed is ſemper erit potior, qui re ipſa litis conteſtatæ tempore nouiſſima poſſeſſione quietè potitus eſt, quantũcunque iure proprietatis aduerſarius inferiorem illum doceat. [p] Et hæc conueniunt Iuri Gallico; quo nunquam concurrit poſſeſſorium cum petitorio, ne impetrato quidem ad eam rẽ Principis reſcripto.

l *l. Ordinarij iuris. C. de rei vind. c. paſtoralis. de cauſ. poſſ. & propr.*

m *Petr. Platemius in §. adipiſcẽdæ. Inſt. de interd. l. 1. D. vti poſſid.*

n *Io. Faber in l. incerti. C. de interd.*

o *Felin. in c. licet cauſam. de prob.*

p *Conſt. Caroli 7. Regis Guido Papa q. 551. Contra Bart. opinionem in l. naturaliter. §. nihil. D. de acq. poſſ. qui cumulationem vtriuſque admittit.*

E VIII. [q] Summa diuiſio interdictorũ hæc eſt, quòd aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibitoria. Prohibitoria ſunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri, veluti vim ſine vitio poſſidenti: vel in loco ſacro ædificari: vel in flumine publico, ripáve eius aliquid fieri quò peiùs nauigetur. Reſtitutoria ſunt, quibus reſtitui aliquid iubet, veluti bonorum

q *§. 1. Inſt. de interd.*

poſſeſ-

poſſeſſionem, quæ quis pro hætede aut pro poſſeſſore poſſidet ex ea hæreditate: aut cùm iobet ei, qui vi de poſſeſſione deiectus eſt, reſtitui poſſeſſionem. Exhibitoria ſunt per quæ iubet exhiberi; veluti patéti liberos qui in eius poteſtate ſunt.

r §. ſequens, ib.

IX. [r] Sequens diuiſio interdictorum hæc eſt, Quòd quædam adipiſcendæ poſſeſſionis cauſâ comparata ſunt; quædam retinendę, quędam recuperandæ.

Adipiſcendæ poſſeſſionis cauſâ interdictum accommodatur bonorum poſſeſſori, quod appellatur [Quorum bonorum] eiúſque vis & poteſtas hæc eſt, vt quod ex his bonis quiſque (quorum poſſeſſio alicui data eſt) pro hærede aut pro poſſeſſore poſſidet, id ei cui bonorum poſſeſſio data eſt, reſtituere debeat. Pro hærede autem poſſidere videtur, qui putat ſe hæredem eſſe. Pro poſſeſſore is poſſidet, qui nullo iure rem hæreditariam, vel etiam totam hæreditatem ſciens ad ſe non pertinere, poſſidet. Ideò autem adipiſcendę poſſeſſionis vocatur interdictum, quia ei tantùm vtile eſt, qui nunc primùm conatur adipiſci rei poſſeſſionem. Itaque ſi quis adeptus poſſeſſionem, amiſerit eam, hoc interdictum ei inutile eſt.

ſ d. §.

X. [ſ] Interdictum quoque, quod appellatur Saluianum, adipiſcendæ poſſeſſionis cauſâ comparatum eſt: eóque vtitur dominus fundi pro rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigiſſet.

t §. retinendæ. d. t.

XI. [t] Retinendæ poſſeſſionis cauſâ comparata ſũt interdicta [Vti poſſidetis & Vtrobi:] cùm ab vtraque parte de proprietate alicuius rei controuerſia ſit; & antè quæritur vter ex litigatoribus poſſidere, & vter petere debeat. Namque, niſi antè exploratum fuerit vtrius eorum poſſeſſio ſit, non poteſt petitoria actio inſtitui, quia & ciuilis & naturalis ratio facit, vt alius poſſideat, & alius à poſſidente petat. [u] Sed interdicto quidem [Vti poſſidetis] de fundi vel ædium poſſeſſione contenditur. [Vtrobi] verò interdicto, de rerum mobilium poſſeſſione: [x] hodie autem vtriuſque interdicti poteſtas exæquata eſt: vt & ille vincat in re ſoli, & in re mobili; qui poſſeſſionem nec vi, nec clam, nec precario ab aduerſario litis conteſtatæ tempore detinet.

u §. ſed inter dicto. ibid.

x §. quorum. ibid.

y §. recuperandæ. ib.

XII. [y] Recuperandæ poſſeſſionis cauſa ſolet interdici, ſi quis ex poſſeſſione fundi vel ædium vi deiectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum [vnde vi] per quod is qui deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſſionem. licèt is ab eo qui vi deiecit, vi, vel clam, vel precario poſſideat. [z] Sed ex Conſtitutionibus ſi quis rem per vim occupauerit, dominio eius priuator. Qui autem aliquem de poſſeſſione per vim deiecerit tenetur lege Iulia, de vi priuata, aut de vi publica: ſed de vi priuata, ſi ſine armis vim fecerit: ſin autem armis eum de poſseſſione vi expulerit, de vi publica tenetur. Armorum autem appellatione, non ſolùm ſcuta & gladios, & galeas, ſed & fuſtes & lapides ſignificari intelligimus.

z §. ſed ex Cõſtitutionibus. ibid.

A XIII. [a] Tertia diuiſio interdictorum hæc eſt, quòd aut ſimplicia ſunt, aut duplicia. Simplicia ſunt, veluti, in quibus alter actor, alter reus eſt; qualia ſunt omnia reſtitutoria aut exhibitoria. Nam actor is eſt qui deſiderat aut exhiberi, aut reſtitui: reus autem is eſt, à quo deſideratur vt reſtituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia ſimplicia ſunt, alia duplicia. Simplicia ſunt, veluti, cùm prætor prohibet B in loco ſacro, vel in flumine publico, ripáve eius aliquid fieri. Nam actor eſt qui deſiderat ne quid reus faciat: reus eſt qui aliquid facere conatur. Duplicia ſunt, veluti [Vti poſſidetis] interdictum & [Vtrobi] Ideò autem duplicia vocantur, quia par vtriuſque litigatoris in his conditio eſt: nec quiſquam præcipuè reus vel actor intelligitur, ſed vnuſquiſque tam rei, quàm actoris partes ſuſtinet.

a §. tertia. ibid.

C XIIII. [b] Licèt actiones ad poſſeſſionem regulariter non pertineant, per eas tamen poſſeſſionem condici nonnunquam inuenimus; nempe condictione triticaria, qua ab eo qui vi deiecit, poſſeſſio condicitur.

b Petrus Plateanus in præfat. de interdict. Inſt. l. 2. D. de condict. trit.

XV. [c] Si nummi quoque alieni traditi fuerint; indebiti condictio competit, vt poſſeſſio eorum reddatur, ſi poſſeſſio tradita eſt: quemadmodum ſi falsò exiſtimans te cuiuſlibet rei poſſeſſionem Titio debere, eam illi D tradas: nam ad eam repetendam condictio parata eſt.

c Idem Plateanus d. loco. l. indebito ſoluti. D. de cõd. ind.

CAP. II.

De interdicto Vti poſſidetis.

XVI. [d] Retinendæ poſſeſſionis duo edicta Prætor propoſuit: quorum priore ita edixit [Vti eas ædes, de quibus agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero E poſſidetis, quominùs ita poſſideatis vim fieri veto.] Quod edictum prohibitorium eſt; quo Prætor tuetur eum qui in poſſeſſione eſt; quam licet huc vſque retinuerit, tamen ne liberiùs ea vtatur, per aduerſarium turbatur. Alterum Edictum quod Prætor ita propoſuit, eodem modo eſt prohibitorium: [Vtrobi hic homo, de quo agitur, maiore parte huius anni fuit, quò minùs is eum ducat, vim fieri veto.]

d Petrus Plateanus in §. retinendæ. Inſt. de interd.

F XVII. [e] Tum demùm verò pręſertim ea interdicta competunt, cùm de proprietate rei alicuius controuerſia futura eſt: licèt interdum quoque aduerſus eum intendi poſſit [Vti poſſidetis] interdictum, qui ne cogitat quidem ſe dominum; ſed aliter moleſtus eſt quòd re ſua non vtatur; [f] veluti, ſi quis in ſuo ædificare prohibeatur; aut ſi inquilinus dominum ædes reficere volentem prohibeat, ſicque poſſeſſionis tamen controuer G ſiam faciat. [g] In ſumma locum habet interdictum [vti poſſidetis] quoties quis prohibetur qualiter velit ſuo vti.

e Idẽ Platean. ibid.

f l. 3. §. 1. D. Vti poſſid.

g l. ſicuti. §. Ariſto. in fi. D. ſi ſeru. vind.

h Platea. in §. ſed interdicta. Inſt. de interd.

XVIII. [h] Pertinet & ad mobilia motibus Gallieis, [*] ſi tanquam vniuerſum aliquid poſſideantur: veluti omnia mobilia Titij, quia

* Iudicio curiæ Pariſ. dies 24. 1527 Io. Faber in §. retinẽda. Inſt. de interd. in cap. querelam. de elect. Imb. lib. 1. c. 33.

A mobilia inſtar iuris incorporalis habent; vel ſi rebus ſoli accedant.

XIX. [i] Colonus ſeu conductor prædij in lõgum tempus poteſt [Vti poſſidetis] experiri interdicto. Similiter ſi in paruum tempus conductum prædium fuiſſet; ac dominus res ſuas in conductionem hypothecæ ſubieciſſet, aut habitationem, vel fructus vendidiſſet, idem ius ei cõpeteret. [k] In longum autẽ tẽpus B locatio facta intelligitur, ſi decẽ annos excedat: ſi minus tempus, in paruum tempus.

XX. [l] Conductor, itémque colonus partiarius poſſunt fidẽ publicam implorare ne vis eis fiat in poſſeſſione, ſeu quaſi poſſeſſione rei conductæ.

XXI. [m] Duplici modo interdicto [Vti poſſidetis] in Gallia vulgò vtimur: vno, quod ſimplex vulgò dicimus, cùm vim adferri nobis timemus in poſſeſſione, propter aduerſarij minas: quo interdicto nobis vim fieri iudex vetat. C Alterum eſt, quod interdictum quiritatinnis de turbata recèns poſſeſſione vocant.

XXII. [n] In Gallia ratio proponendi huius interdicti perſequendíque tria capita habet. nempe rei cõtrouerſæ ſequeſtrationẽ, (quam Furnimentum querimoniæ appellant:) itẽ fiduciariam poſſeſſionẽ, (quam Recreanciam dicunt) ei adiudicandam, in quẽ victoria magis inclinat. Poſtremò pleniſſimam & irreuo- D cabilem poſſeſſionem, (quam Manutentiam aut plenum poſſeſſorium vocant:) dum vetat iudex ne victori in poſſeſſione vis fiat.

XXIII. [o] Sicut is qui hoc interdicto vtitur, rem cõtrouerſam iuſtè poſſidere cauſari debet, non vi, non clam, non precario illatæ vis tempore; poſſeſſoréma; ſe ideò declarari petere: ita reum huic primùm interdicto intercedere, actoriſque libello repugnãtia prorſus adducere oportet, nempe conſimilem poſſeſ- E ſionem; & iudicem rogare vt ſe in ea poſſeſſione tueatur.

XXIV. [p] Sub initium huius interdicti ſtatim res, de qua controuerſia eſt, ſequeſtro cõmittitur. Vnde fit vt litis conteſtatæ tempore neuter litigatorum re ipſa poſſideat. [q] Proinde apud nos hoc interdicto vincit, qui vltimo anno ante turbatã poſſeſſionẽ re ipſa poſſedit.

XXV. [*] Olim ſine cauſæ cognitione, res, de F poſſeſſione cuius cõtrouertebatur, ſequeſtro cõmittebatur initio interdicti; ſed id hodie ſine cauſæ cognitione fieri non poteſt: [r] eáque hac de cauſa vtimur, ne propter poſſeſſionem ad arma partes veniant.

XXVI. [ſ] Quia reus plerunque rem controuerſam poſſidet, tãtum abeſt vt ipſius ſequeſtrationẽ poſtulet, quin ſæpiùs ei refragetur. Obſiſtere tamen nõ poteſt quominùs ea fiat, niſi vnius duntaxat præſidio triẽnalis ac quietæ poſſeſſionis; [t] non ſolùm cùm de ſacerdotij, G ſed etiam cùm de rei profanæ poſſeſſione contenditur.

XXVII. [u] Sequeſtrationis autem faciendæ hic in Gallia mos inualuit, vt is cuius intereſt, ſtatim atque ea indicta eſt, curet vt apparitor idoneus certo tempore & loco coram ſe aduerſarium accerſat de ſequeſtris diligendis

i *Maſſuerius. t. de litibus poſſeſſorijs. verſ. 49.*

k *Bar. in l. contentio. § proximos. D. de public. & l. ſi fundo, C. locat & in l. 1. D. ſi ager vectigal. clem. 1 de reb. eccl. non alien.*

l *l. Maſſuerius d. verſ. 49. Cynus in l. male agitur. C. de præſcr. 30. vel 40. an. l. dotẽ. § qui maximos. D. de Publ. l. 1. D. vti poſſid. l. 1. § ſi vi à me. & § Dicitur. & l. Colonus. D. de vi & vi arm. & l. Fulcinius & ibi glo. ſa. c. cùm contingat. de dolo & contu.*

m *Fontano in d. t. Maſſuerij. de litibus poſſeſſorijs.*

n *Plateanus in § ſed interdicto. Inſt. de interd.*

o *Idẽ Platean. ibid.*

p *ibid.*

q *Io. Faber in §. quorum. d. t.*

* *Maſſuerius t. de litibus poſſeſſorijs.*

r *l. æquiſſimũ. D. de vſufr.*

ſ *Io. Imbertus lib. 1. Inſt. Forenſ. c. 32.*

t *Iudicio conuentuum Pariſien. dies 24. Octobr. 1531.*

u *Pragm ſanctione t. de pacificis poſſeſſ. clem. vn de ſequeſtr. poſſ*

u *Imbertus d. cap. 32.*

A cum competitore conuenturum; adijciátque peremptorij comminationem. Quòd ſi ille non adſit, edictum aduerſus eum apparitor concedet: & tanquam eremodicio contracto rem publicè poſſidendam viris idoneis committet, quibus chirographum, eiúſque rei teſtationem tradet. Cæterùm ſi vocatus die dicto adſit, mutuo litigantium conſenſu ſequeſtros deſignabit: quòd ſi inuicem non conſen- B tiant viros locupletes neutrius ſtudioſos præficiet. [x] Sed aduertendum eſt iudici & apparitori ne rei litigioſi ſequeſtros deſignẽt cognatione aut affinitate ſibi coniunctos.

XXVIII. [a] Sequeſtratio eſt adeò huic edicto peculiaris, vt ſi reus ſe dominum publica etiam ſcriptura doceat, non impediat tamen quominus res ſequeſtris committatur. Poſſunt enim ex pluribus cauſis inſtrumenta etiam publica refelli: quæ cùm altiorem ſæ- C penumerò poſtulent indaginem, in hac ſequeſtrationis liticula non ſunt admittenda: vt pote quæ ſummatim ſit diſcutienda.

XXIX. [b] Verùm ſi ex inſtrumento publico liqueret poſſideri [c] ſiue per cõſtituti, ſiue precarij clauſulas; [d] ſiue per vſusfructus retentionem, quibus ciuiliter trãſfertur poſſeſſio; tũc nõ ſolùm is iuſtè impediret ſequeſtrationem; [e] ſed et in vindiciarũ liticula ſecundùm eum eſſet pronuntianda.

D XXX. [f] Sed & partiarius colonus fundi, inter alios, retinendæ poſſeſſionis interdicto moto, litigioſi prædij fructuum mediam partem ſequeſtrari iure prohibet: cùm videlicet litigantes agnoſcendo eum partiarium colonum; vti que ei mediam fructuum partem, ſecundum ferè totius Galliæ morem, ad eũ pertinere tacitè fateantur: non ita, ſi alteruter litigantium fundum coluiſſet, aut agro ſemen- E tem mandauiſſet. Hic enim mediam partem ſequeſtrari non poſſet impedire: ne id, mea quidem ſententia, occaſionem præbeat vt litigantes ad arma veniant; certéntque vter colat & ſerat, vt inde mediam fructuum partem conſequatur. Deinde colonus ille partiarius non poteſt in malæ fidei ſuſpicionem venire, ſi rem alienam more regionis adminiſtret. Nam domino & vero poſſeſſori ius & poſſeſſionem conſeruat: quod ſanè in eo locum non F habet, qui veluti iure ſuo, & pro ſuo id faceret.

XXXI. [g] Qui triennio rem poſſederit, nec vi nec clam, nec precario, iure impediet ne ea ſequeſtro committatur, ſiue de ſacerdotio, ſiue de re profana agatur.

XXXII. [h] Vindiciæ ei adiudicari ſolent, qui potiora in poſſeſſione iura habere cõpertus fuerit.

XXXIII. [i] Qui triennio rem poſſiderit, in vindiciarum liticula eſt potior.

G XXXIV. [k] Ei poſſeſſio pleniſſima adiudicatur, qui vltimo anno non vi, non clam, nõ precario rem poſſederit; [*] licèt titulo omni careat.

XXXV. [l] Tametſi iure ciuili Romano ſi quis ob iuſtum impedimentum intra annum & diem interdicto vſus non ſit, poſſit per integrum reſtitutionẽ repetita die experiri ex

x *Conſtitutione Ludouici 12. Regn. art. 87.*

a *Imbert Inſti. Forenſ. lib. 1. c. 32. quod pluribus iudicijs cõfirmatũ aſtruit. arg. l. 3. § ibid. D. ad exhib.*

b *Idem Imb. d. cap.*

c *l. Quod meo. D. de acq. poſſeſſ. & l. certe. D. de prec.*

d *l. Quiſquis. C. de donat.*

e *l. vlt. C. de edicto Diui Hadr. toll.*

f *Imbertus d. cap.*

g *Maſſuerius t. de litibus poſſeſſorijs. verſ. 40.*

h *Maſſuerius d. t. l. vlt. C. de edict. Diui Hadr. toll.*

i *Idem Maſſuer. ibid.*

k *Io. Faber in §. retinendæ. Inſt. de interd. nu. 26. vbi id in curijs Franciæ iam olim ſeruatũ refert.*

* *Maſſuer. d. loco.*

l *Io. Imbert. Inſtit. Forenſ. lib. 1. cap. 33.*

ea clau-

ea clauſula [Si qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur:] [m] tamen moribus Gallicis receptum eſt, vt etiam reſcripto Principis interueniente ex cauſa quantumlibet iuſta, hoc minimè conueniat fieri.

XXXVI. [n] Regiis conſtitutionibus vetitum eſt ne reſcripta Principis ad reſuſcitandum litem peremptam concedantur. & ſi conceſſa fuerint, eorum nullam iudex habeat rationem; quin potius ac ſi non fuerint impetrata, ad ferẽdam in lite perempta ſententiam accedat.

XXXVII. [o] Is cui perpetua poſſeſſio addicta eſt, facit fructus ſuos: neque eos reſtituere tenetur, ſi poſtea, lite de proprietate mota, vincatur, quamuis illos poſt litem etiam conteſtatam perceperit: [p] quia æquiparatur ei qui ex ſecundo decreto rem poſſidet. Vt enim ille fructus ſuos facit; ita & hic. Vnde ſi ab aliquo annui reditus perpetua poſſeſſio abiudicata eſt, ſi eius aduerſarius poſtea actione in rem illum reditum perſequatur & ſuperet, non tamen præteriti ante ſententiam temporis reliquias conſequetur: [q] & malæ fidei cõiectura, quæ præſumitur poſt litis conteſtationem non nocebit, vbi ex ſententia quis poſſeſſionem adeptus eſt, cùm res iudicata pro veritate habeatur.

XXXVIII. [r] Interdictum [Vti poſſidetis] in Gallia pro annuis præſtationibus datur; non tamẽ pro omnibus indiſcriminatim: ſed pro iis duntaxat quæ ob fundi reíque cuiuſdam cauſam debentur. Sin autem ob perſonam petantur, neque interdictum competit, cùm liberam perſonam poſſidere non poſſimus, omnéſq; nunc ſint liberi; [s] neque etiá petitorio iure agi poteſt. Quare cùm pro annua præſtatione quidam fuiſſet expertus, quam certarum ædium cauſa debitam ſe aſſereret poſſediſſe; probaſſet autem ſe eam nouiſſimo anno percepiſſe, ſed non earum ædium cauſa; ſecundùm eum regius iudex pronuntiauit: verùm ſuprema Curia, cùm appellatum fuiſſet, ſententiam infirmauit.

XXXIX. [t] Hoc interdictum non competit pro muneribus iuriſdictionum regiis tribunalibus inferiorum; vt ſunt quæ dicuntur Caſtellaniæ, Seneſcaliæ, & cætera id genus: ſiquidem quaſi precario poſſidentur. Nam pro domini voluntate poſſunt reuocari: niſi ea munera, non gratuitò, [u] ſed ex cauſa remunerationis, [x] aut matrimonij fauore fuerint collata. Nam tum pro arbitrio non licet ea adimere.

XL. [y] Nonnunquam verò hoc interdictum in Gallia à reſcripto principali auſpicamur; in quo priſcę nonnihil formulę adhuc cuſtoditur. Nam eo reſcripto, quo quidem interdicti libellus concluditur, aduerſario denuntiat apparitor. diémque ad prædium controuerſum dicit. Quòd ſi reus abſit, aut interdicat, aut conſentiat; apparitor verbo duntaxat rem ſequeſtro committit, & actorem in poſſeſſionem aſſeret: tùm deinde huic aduerſario diem conſtituet, quo de his iudex plenè cogniturus, dictúmque ſit.

m Conſtit. regiis edita die 27. Aug. 1539. verſ. 61.

n Id. conſtit. verſ. 120.

o Imbertus d. cap. 33.

p Coſinus Guymerus in Cõ. Pragm. ſanct. in verb. poſſidebuntur. t. de collat. in §. ſtẽ quod vniuerſitatis. Rebuff. in concor. concordatorum. t. de froſol appel lat. ſub ſuem.

q Contra Alciati opinionẽ in l. ii apud quem. de edẽ.

r Io. Imbert c. 16. Inſtit. Forenſ. Io. Faber. in § retinẽdæ. Inſt. de interd.

s Annot. in c. ſermenst. de cẽſib.

t Io. Imbert. d. cap. 16.

u l. Pater. §. 1. D. de donat. vbi DD. Felin. in c. nouit. de iudic.

x l. cum vt. §. ſi mulier. alibi incipit ſi in ea opinione ſit inu liter. D. de condict. indeb. DD. in l. 1. D. ſol. matr. indi cio cõuentum Andegauenſium dies 23. Sept. 1539.

y Io. Imbert. d. cap. 16.

CAP. II.

De exceptionibus aduerſus interdicta.

XLI. [z] Excipitur aduerſus interdicta, ſi intra annum & diem poſt vim illatam edita non fuerint.

[a] Item ſi ab eorum perſecutione per id tempus ceſſatum ſit.

Item ſi pro mobilibus rebus inſtituta ſint, niſi ſoli rebus accedant, aut per vniuerſitatem ſint acquiſita, aut iuriſdictionis iure occupata. Hæ namque tres mobilium ſpecies recuperandę etiam ac retinendę poſſeſſionis interdicto repetuntur.

Inſuper ſi vel fiduciaria, vel perpetua poſſeſſio cuipiã addicta ſit; & qui ſuperatus eſt, de perpetua illa poſſeſſione, proprietatéve, quæſtionem referat, reus tantiſper actionem recuſabit, vſque dum actor rei iudicatæ non paruerit: idque tum quantum ad ipſius litis ſummam ſortémque attinet, tum quantum ad appendicem, veluti ſumptus & damna. Quinetiam ſi quis proprietatis iudicio pulſetur, & interim ab actore litigioſæ rei poſſeſſione frui prohibeatur; rectiſſimè præſcribet, ne in ea lite pergere cogatur, donec alter vacuam permiſerit poſſeſſionem.

Poſtremò ſi aduerſus ſententiam, aut contractũ in authẽticas tabulas redactũ quis reſtitutus ſit, agátq; vt causâ in iudicio cognitâ, reſtitutio approbetur; reus ſe ipſum defẽdere priùs non compelletur, quàm ſententiæ, aut contractus pactionibus actor ſatisfecerit.

XLII. [b] Dubitatum ſanè eſt, ex quo tempore computetur annus & dies ad hoc interdictum de reditibus annuis intẽdendũ: vtrùm videlicet à die præſtituta ſolutioni reditus annui; an à tempore quo is petitus eſt, atque denegatus. Et quidem diſtinguendum eſt, an [c] is reditus per creditorẽ requiri debeat, an non; imò verò ſi debitor non interpellatus illũ ad creditorem debeat perferre. Nam in priori ſpecie (ſi peti nempe debet) annus & dies cedit duntaxat ab interpellationis expreſſæ tẽpore, non autem à die ſolutioni deſtinata. licèt ea tacitè interpellet: [d] in poſteriori verò ſpecie (id eſt ſi peti non debet) annus & dies numeratur à die ſolutioni deſtinata.

XLIII. [e] His addendum velim, ſi quis alterutrius in hoc interdicto litigantis cauſam ſubſtitui cupiat; in Gallia intrà annum & diem reſcripto Principis ſe ſubrogandum curare debet ex eo die quo ius illi acquiſitum eſt.

XLIV. [f] Dies anno adiicitur in Gallia, vt vitetur ambigua illa quæſtio, an dies termini computetur in termino.

XLV. [g] Manu in rem antiquam iniecta, alia inſuper manus nõ poteſt inici, etiam ex alia cauſa: vnde manauit vulgare dictũ, *Caſus ſuper caſum locum non habet.*

XLVI. [h] Vbi aut vis facta dicitur, aut momentaria poſſeſſio poſtulanda eſt, ibi loci iudicem aduerſus eum qui poſſeſſionem turbauit conuenit iudicare.

XLVII. [i] Si quis nemine prohibente in pu-

z Imbertus ca. 33. Inſt. Forenſ.

a Ita iudicatũ in iuridico Piſtonum comitibus, die 18. Septemb. 1531.

b Imbertus. d. c. 33. Inſt. For.

c DD. in l. magnam. C de contrah. & com. ſtipul.

d ita pluries iudicatũ à ſuprema Par in rio, idem Imbertus refert.

e Imbertus d. ca. Io Gallus in ſui ne ſuarũ quæſtio.

f Imbert. d. ca. Guido Papa q. 270.

g Imbert. c. 16. Inſt. For. Spec. de poſſeſſorio & poſſeſſorio §. 1. verſ. Sed pone. Pyrrhus Angel. in conſuetud. Aurelian. i. de caus ... fa. l. vbi ſæpiũ. & l. nulli, C.

h l. 1. D. de poſſ. ... oport.

i l. 1. § ſi quis nemine.

blico ędificauerit, cogẽdus non eſt ædificium tollere, ne ruinis vrbs deformetur; quia prohibitorium eſt interdictum, non reſtitutorium; niſi publico vſui obſtaret. Id enim tum cura eius qui publicis operibus procurat, deponi debebit. Sed ſi non obſtet ſolarium, ſatius eſt vt vectigal imponatur, quod pro ſolo penditur ei.

CAP. III.

De interdictis & litibus de poſſeſſione ſacerdotiorum.

XLVIII. [k] TRia etiam capita in interdictis ſacerdotiorum cauſa proponuntur, vt cùm de profanæ rei poſſeſſione agitur; nempe ſequeſtro cõmitti regendum ſacerdotium; vindicias adiudicari, itémque pleniſſimam poſſeſſionem.

XLIX. [l] Quamuis mero iure Pontificio quis non poſſit ritè in ſacerdotij poſſeſſionẽ mitti per Pontificis ſummi Notariũ, niſi authenticum Pontificis ipſius & ſub plumbo (vt vocant) diploma habeat, quo ei collatum ſit ſacerdotium, nõ autem ſi ſolũ indicem, quam ſignaturam nominant gerat, [m] vt traditur in Regula Cancellariæ trigeſima octaua: imò ſi eo ſolo indice munitus poſſeſſionem inuadat, ius omne ſacerdotij amittet: [n] tamen in Gallia, is cui collatum eſt ſacerdotium, poteſt coram Notario & duobus teſtibus ingredi poſſeſſionem ſacerdotij, ſi indicem illum ac exẽplum habeat duntaxat. Nam omnes regulæ Cancellariæ non tranſcendunt Alpes, vt vulgò dicitur: ſed eæ ſolùm quas ſuprema Gallica tribunalia ſolent admittere.

L. [o] Quemadmodum apparitor rem litigioſam profanam verbo tantùm debet ſequeſtro committere, ita etiam executor Põtificij diplomatis quo ſacerdotium confertur, non debet in poſſeſſionem mittere, ſi alter intercedat. [p] Proinde cùm quendam huiuſmodi executor re ipſa in poſſeſſionem miſiſſet, alter qui interceſſerat, tanquam ab abuſu appellauit, atque in ſuprema Pariſienſi curia vicit.

LI. [q] Ex ſolo indicio, de quo diximus, quis ſequeſtrationem probè poſtulabit: ſed vindiciarum liticulam, vel perpetuam poſſeſſionem nequaquam poteſt vincere, niſi authentici diploma proferat: excepto, ſi Romam ire nequeat ob iter bellis interclusum. [r] Tum enim permittitur à iudice coram quo lis pendet, vt trapezitarum teſtimoniis qui in Gallia ſunt, quique Romæ negotiari ſolent, fides ipſius indicis approbetur.

LII. [s] Si poſſeſſorem ſacerdotij conſtet titulo carere, quo ſuam tueri queat poſſeſſionem, interdicto [Vti poſſidetis] aduerſus eum quis experiri poteſt; etiam poſt annum & diem. [t] Nam cùm de ſacerdotij poſſeſſione agitur, titulus maximè attenditur, eò quòd ſacerdotium non poteſt ſine canonica inſtitutione obtineri.

LIII. [u] Conſtitutione Franciſci I. Regis ſancitum eſt, ne iudices liticulam vindiciarum (quam recredentiam vocant) ſeorſum à lite poſſeſſionis pleniſſimæ tractari permittant; imò ſimul examinentur & agitentur.

LIIII. [x] Sanè ſi ambigua obſcuráque ſint iura de ſacerdotij poſſeſſione contẽdentium, vt dubitetur vtrius cauſa iure ſit ſuperior; ſacerdotij poſſeſſio non eſt, vt olim fieri ſolebat, apud ſequeſtrum relinquenda: neque litigantes ad Pontificium iudicem de petitorio apud eum litigaturi ſunt remittendi. Idémq; ſacerdotij poſſeſſor abſolui debet ab interdicto retinẽdæ poſſeſſionis; & à petitionibus & interceſſionibus quæ in eo interuenerint, aduerſarij ſunt repellendi.

LV. [y] Quòd ſi alter litigantium lite pendente ceſſerit ſacerdotio, idque eiorauerit; tenebitur curare vt is cui ceſſerit, iudicium vice ſua ſuſcipiat: alioqui iudicium, ac ſi nunquam ceſſiſſet, in eum procedet: ſententia verò quæ in eum cui ceſſum eſt ſacerdotium feretur, in eum qui ceſſerit mandabitur executioni.

LVI. [z] Postremò in his interdictis de retinenda ſacerdotij poſſeſſione motis, debent litigantes titulum ſacerdotij intra certum, quem iudex moderabitur diem, edere: alioqui vel fiduciaria, vel pleniſſima poſſeſſio, (prout tituli exhibiti poſtulabit qualitas) adiudicabitur. Deinde titulis mutuò editis, ſimul ac litem fuerint conteſtati, iudex iuridicialiter litem conſtituet, vnicámque dilationem, eámque breuem concedet; intra quam allegationes & inſtrumenta apud acta proferant. Ea verò præterita, intra triduum proximum quicquid probatum fuerit, vicisſim litigantibus edetur, qui vltrò citròque prolata refellent intra octo dies abhinc proximos, rurſúſque tutabuntur ac defendent intra alios octo dies ex illo numerandos. Alioquin nunquam in poſterum admittentur, neque aliam dilationem conſequẽtur vel Principis reſcripto, vel alia quauis ratione: neque neceſſarium erit, vt ab his depellantur iudicis edicto.

LVII. [a] Fructus ſacerdotij reſtituendi fiduciario poſſeſſori, antequam cogatur de plena poſſeſſione experiri.

LVIII. [b] Ex negligentia adipiſcendæ poſſeſſionis non amittitur ante triennij lapſum ius ſacerdotij, niſi in caſu regulæ Cãcellariæ, quæ vult ſacerdotij iurati poſſeſſionem intra certum tempus apprehendi. [c] Poteſt tamen fiduciarium poſſeſſorem ex negligentia ſuperior priuare ſacerdotio.

LIX. [d] Si poſt litem cõteſtatam intermittatur interdicti perſecutio per annum & diem, nullo modo poteſt reſumi.

CAP. IV.

De interdicto Recuperandæ poſſeſſionis: & Vnde vi.

LX. [e] VErba edicti Prętoris de interdicto [vnde vi] hęc ſunt [Vnde tu illũ vi

deie-

h Imbertus c. 16. Inſtit. For.

m & per Felinum in c. venientes nu. 3. de accuſ.

n Iudicio curiæ Pariſ. die 14. Decem. 1529.

o Imb. d. c. 16.

p die 19. Feb. 1528.

q Imbert. d. c.

s l. 1. Vnde ſide ...

t 7. Conſ. Carth. ... Iudicio curiæ Par. die 12. Maij 1530.

u Edicto 28. Auguſt. die 1539.

x Imb. d. c. d. conſt. v. 57. & 58.

y Imb. ibid. d. conſt. verſ. 61.

z d. conſtit. v. 46. 47. & 48.

a d. cõſt. v. 49.

b Imbert. c. 57. Inſt. Forenſ.

c glo. Pragm. Sanctionis t. de pacificis poſſeſſor. in verb. triennio.

d Imb. cap. 33. Inſt. Forenſ.

e l. 1. D. de vi & vi arm.

deiecisti, aut familia tua deiecit, de illo quod tunc ibi habuit tantummodò intra annum, poſt annum verò de eo quod ad eum qui vi deiecit, peruenerit, iudicium dabo.]

f Petrus Plateanus Paraphr. Inſt. §. recuperandæ h. t. d. l. 1. §. qui autem vi.

LXI f Pro poſſeſſione rerum quæ ſoli ſunt, hoc interdictum datur, totiúsque rei recuperandæ cauſa, & fructuum tam perceptorum, quàm qui percipi potuerunt; quorum à die deiectionis ratio habetur, quamuis in cæteris interdictis, ex quo edita ſunt, non retrò computentur. B In hoc enim iudicio priſtina cauſa reſtitui debet, quam habiturus erat ſi non fuiſſet vi deiectus: propterea tanti condemnatio fieri ſolet, quanti poſſidere interſit.

g Idem Plateanus in d. §. recuperãda

LXII g Neque tantùm pro rebus ſoli competit [Vnde vi] interdictum: ſed generaliter ad omnes pertinet qui de re ſolo cohærenti deiiciuntur, qualiſcumque locus fuerit vnde vi quis deiectus ſit. C Et pro rebus etiam mobilibus quæ in eo loco erant, vnde quis deiectus eſt, nõ aliter, quoniam earum rerum nomine furti, vel vi bonorum raptorum actio porrigitur, & ad exhibendum agi poteſt.

h ibid.

LXIII. h Aduerſus eos autem qui vi deiiciunt; interdictum hoc expoſitum eſt, ſiue ipſi ſint qui deiecerunt, ſiue in quibus mandauerint, ſiue alij quilibet deiectionem ratam poſtea habuerint: tanta cura Prætori olim D fuit, ne vis committeretur quoties per iudicem magis aliquid repoſcendum eſt, cùm nihil tam iuri & legibus inimicum ſit, quàm per vim quicquam agere: i adeò vt neque auctoritate reſcripti aduerſus hoc interdictum exceptionem ſibi parare quoquomodo permiſſum ſit, per quod poſſeſſionem ſic adeptam retineat. k Etiam Iuſtiniani conſtitutione, ſi quis abſente domino, nec vi, nec clam, nec precario vacuam poſſeſſionem occupauerit, protinus eam reſtituere cogitur, ea E ſcilicet ratione, quòd ſatis intelligere poſſumus, id quod noſtrum non eſt, ad alium pertinere, & bonæ fidei minimè conueniat res alienas vſurpare ac retinere.

i l. Auctoritatem. C. unde vi.

k l. vlt. ibid.

l Plateanus in d. §. recuperãda.

m l. 1. §. ſin autem. D. de vi & vi arm.

LXIIII. l Cæterùm nullus deiici videtur, quàm qui tunc, cùm deiiceretur, poſſidebat ſiue animo, ſiue corpore. m Idcirco ſi de prædio tuo receſſiſſes, nemine relicto & cùm redires impeditus fueris in prædium ipſum ingredi, vi deiectus es: quia tibi adempta eſt F poſſeſſio, quam animo retinebas, etiam ſi nõ corpore. n Rurſus vi deiectus eſſe intelligitur, qui omni poſſeſſione excidit: neque per aliquos qui deiecti non fuerunt, poſſeſſionem retinet.

n d. l. §. non alij.

o Plateanus Paraphr. in d. §.

LXV. o Planè ad eam tantùm vim pertinet hoc interdictum, qua quis à poſſeſſione deiicitur vel expellitur. Nam ſi per vim aliter poſſeſſio turbetur, retinendæ poſſeſſionis interdicto locus erit. Et ſi opus aliquod in ſolo, vi, aut clam, aut precario, & G contrà quàm prohiberetur, quid fecerit, & poſſideat, [Quod vi aut clam] interdictum propoſitum eſt. Quod enim ad ipſum delictum propriè pertinere dicitur, hoc delinquentis perſonam magis coercet.

A LXVI. p Atrocitatem facinoris, interdictum [Vnde vi] in ſe continet: propterea in parentes denegatur, non quia famoſum eſt; infamiam enim non irrogat: ſed quia condemnati nomen apud bonos viros lædit; ob eam cauſam melius viſum eſt in factum actionem aduerſus eas perſonas dari, ſaltem ſi vi armata vſi non fuerint.

p Platean. in d. l. 1. §. interdictum.

B LXVII. q Enimuerò cogitur is qui deiecit, reſtituere poſſeſſionem per hoc interdictum, licèt is cui reſtituitur ab eo qui vi deiecerit, vi, clam, precario poſſideat: quod in cæteris interdictis diuerſum eſt, ſed hoc ideò, quoniam vis hæc, de qua in hoc interdicto agitur, odioſa eſt: potior enim ea eſt ſemper quæ eſt ex interuallo ſecuta. * Nam in continenti, & antequàm aliud agere cœperit, eum qui cum armis venit, poſſumus eo- C dem impetu, & eadem veluti ira repellere: * quandoquidem is qui poſſeſſionem vi ereptam in ipſo congreſſu recuperat, in priſtinam poſſeſſionem reuerti potiùs, quàm vi poſſidere intelligendus eſt.

q Plateanus. d. loco.

* l. Continuus. D. de verb. obl. l. quod ait lex. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.

* l. Qui poſſeſſionem. D. de vi & vi arm.

LXVIII r Porrò ne quis contempto ſolius poſſeſſionis per hoc interdictum reſtituendę incommodo, deinceps adhuc vim inferre facilè audeat; Principum conſtitutionibus huic malo proſpectum eſt: nimirum, vt ſi D quis rem, etiam quę ſua ſit, per vim occupauerit, dominio eius priuetur: ſin verò alienam, eam vim paſſo reſtituat; ſimul & æſtimationem eidem dependeat. Et Marci imperatoris edictum extat; quo ſancitum eſt, eum qui ſi petitionem habere putat, actionibus experiri debere, nõ ſibi ipſi ius dicere; t quandoquidem ſingulis id permittendum non ſit, quod per magiſtratum fieri licet: ne inde maior tumultus excitandi naſcatur occaſio.

r Plateanus Paraphr. Inſt. in §. ſed ex conſtitutionibus. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.

ſ l Extat D. quod met. cauſa.

t l. Non eſt ſingulis. D. de reg. iur.

E LXIX. u Atque adeo inſolentem illam, ſuperbámque eius qui ſibi ius dicit audaciam, temeritatémque compaſcendam eſſe, iamdiu viſum eſt; vt & in eum qui de poſſeſſione aliquem deiecerit; præter hoc, [Vnde vi] interdictum, lex quoque Iulia de vi priuata aut publica expoſita ſit: illa quidem, cùm ſine armis: hæc, quando cum armis.

u Plateanus in d. §.

LXX x Armorum appellatione nõ ſolùm F ſcuta, gladios, haſtas, frameas & galeas, cæteráque quæ ab armis, id eſt humeris dependent, quę propriè armorum appellatione continentur: ſed & tela, fuſtes, ceſpites, glebas, & lapides, omnéque inſtrumentũ quod nocere poteſt, intelligimus.

x l. 3. §. armo. D. de vi & vi arm.

LXXI. y Quod tamen vis armatæ ab inermi diſcrimen ad interdictum [Vnde vi] nullo modo, iure quidẽ noſtro pertinere videtur, vt eodem modo interdicta propoſita eſſe in- G telligantur, vnum de vi publica; alterum de vi priuata: quia hoc interdicto [Vnde vi] quoquomodo facta vis, expellendo quempiam à poſſeſſione cum armis, vel ſine armis, ſemper coerceetur, eodémque modo deiectus reſtituitur.

z Imber d. ca

z Idem Imbertus cap. 17. Inſt. for.

LXXII. [z] Moribus Gallicis duobus modis interdictum [Vnde vi] proponi conſueuit; aut inſtar alterius ciuilis controuerſiæ; aut reſcriptum à Principe aut iudice impetratur, quo de violentia, armatáque ex fundo deiectione quæreudum eſſe iubetur. In priori itaque ſpecie idem ordo ac in aliis ciuilibus iudiciis accommodatur: in poſteriore verò par contextus, ac capitalibus cauſis.

a ibid.

LXXIII. [a] Si de lite dicatur tranſactum, altera pars neget, iudicium non impeditur, niſi ſcripta tranſactio oſtendatur. At cùm de lite ſuoditus tranſactum dicitur, iudex eum qui tranſactionem initam exponit, cogit in lite agere, niſi in ſcripto authentico doceatur; & nihilominus id probandum annuit. Quòd ſi ille de ea re fidem faciat, in eam expenſam conſequitur ab aduerſario, nedum omnis contumaciæ damnis eximetur.

b ibid.

c Arimet. in c. cũ ad ſedem. & c. ſepe de reſtit. ſpoliat.

d l. 1. §. ſi fundus. D. de vi & vi arm.

LXXIIII. [b] Conſtitutio autem canonis [Redintegranda] tertia Quæſtione, prima diſt. multùm diſcrepat ab interdicto [Vnde vi:] quia illa datur contra omnem quouis iniuſto modo poſſidentem. [c] Hoc autem; id eſt interdictum [Vnde vi] contra eum tantùm qui vi deiecit, aut vim fieri mandauit, aut factum ratum habuit. Quare frequentiſſimus eſt illius conſtitutionis etiam in foro profano vſus; cùm actionis nomen apud nos non edatur, ſed factum ſolum explanatur ex quo actio oritur: actor autem magis cenſetur ſecundùm illam conſtitutionem velle experiri, vt pote ſibi vtiliorem. Verùm moribus noſtris huius Pontificiæ ſanctionis auxilium pro rebus mobilibus datur: [d] interdictum autẽ [Vnde vi] pro rebus ſoli duntaxat competit.

e l. Colonus. l. ſi fundum. ibid.

LXXV. [e] Colono qui ſibi poſſeſſionem interuertit, [vnde vi] interdictum competere, ſi deiectus ſit, reſponſum eſt.

f Petr. Plateanus Paraphr. Inſt. in §. ſed hoc interdicto. Inſt. de interd.
g l. 3. in fi. D. vti poſſ.
h l. in interdicto. D. de interd.

LXXVI. [f] In his iudiciis condemnationis ſũma refertur ad æſtimationẽ rei ipſius, hoc eſt, quãti res eſt. Quod ſic accipimus, quanti vniuſcuiuſque intereſt poſſeſſionem retinere, non quanti rei ipſius proprietas eſt: [g] cũ longè aliud ſit rei pretium, aliud poſſeſſionis, [h] habetúrque ratio fructuum exinde ex quo edicta ſunt interdicta. Sed moribus Gallicis ratio habetur fructuum ab anno proximo ante motum interdictum.

CAP. V.

De reſtitutoriis quibuſdam interdictis.

i § Reſtitutoria Inſt. de interd.

LXXVII. [i] Reſtitutoria interdicta ſunt quibus reddi aut reſtitui aliquid iubet Prætor, veluti per interdictum [Quorum bonorum] quæ quis pro herede vel pro poſſeſſore occupat bonorum, poſſeſſori, qui heredis loco per Prætorem conſtitutus eſt.

k Petr. Plateanus Paraphr. ad §.

LXXVIII. [k] Eſt & interdictum [Quorum legatorũ] reſtitutorium, quòd ad hãc cauſam pertinet, vt quod quiſque legatorum nomine, non ex voluntate hæredis occupauerit, reſtituat. [l] Etenim iuſtum Prætori viſum eſt, vnumquemque non ſibi ipſi ius dicere in occupandis legatis quæ ab hærede petenda ſunt: [m] & tum maximè competit, ſi hæres lege Falcidia vti, partémque legatorum retinere velit.

l l. 1. D. quorũ legat.

m l. 1. C. eo t.

LXXIX. [n] Interdictum [Quod vi aut clam] propoſuit Prætor, quo calliditati eorum qui vi aut clam moliuntur, occurſum eſſet. Nam & hi reſtituere iubentur, nec refert, vtrùm ius faciendi habuerint, aut non: quoniam tueri ius ſuum debuerunt, non iniuriam committere. [o] Et vim feciſſe interpretabimur, qui contra quàm prohiberetur, quoquomodo fecerit.

n l. 1. D. Quod vi aut clam.

o d. l. 1. § 1.

TIT. II.

Ad exhibendum.

I. [a] Actio ad exhibendum ab effectu eſt appellata: cuius vſus valdè neceſſarius eſt, & penè quotidianus, [b] maximè propter vindicationes. Nec enim res præſertim mobiles vindicari poſſunt, niſi exhibeantur: [c] Exhibere autem, eſt facere in publico poteſtatem, vt ei qui agere intendit, experiundi ſit copia.

a Veſ. in hunc t. D.

b l. 1. D. d. t.

c l. 2. ibid.

II. [d] Hæc actiò perſonalis eſt cùm in rem dici nequeat; vtpote quà non petat actor rem ſuam, aut ius aliquod in re ſibi reſtitui. Et oritur ex obligatione non quidem vllius contractus, ſed naturali, qua æquum eſt vindicare rem ſuam volenti, eam iudicari & exhiberi; [e] quod illi profuturum ſit, nociturum nemini. [f] Et datur hæc actio ex quaſi contractu, quemadmodum actiones negotiorum geſtorum, & quæ ſocija extra contractum ſocietatis competunt. Dirigitur autem in rem; quia nihil aliud quàm res exhiberi petitur, [g] quo fit vt aduerſus quemlibet poſſeſſorem rectè intenteretur, vt non immeritò mixtã cauſam obtinere videatur.

d l. 3. §. eſt autem. ibid.

e ſa. l. 2. §. item Varus. D. de aqua pluu. arc.

f § Item ſi inter. Inſt. de obl. quæ ex quaſi contr. naſc.

g l. 3. §. vlt. D. h. t.

III. [h] Hæc actio ei datur qui in rem acturus eſt qualicunque actione, etiam pigneratitia aut Seruiana, aut hypothecaria. [i] Sed & ſi quis vſumfructum petiturus; aut interdicto [Vtrobi] quod de rebus mobilibus propoſitum eſt, rem exhiberi deſideret, audietur. [k] Sed & qui actione perſonali rem condicturus eſt, meritò hac quoque actione viam ſibi poterit munire. Et generaliter ſciendum eſt, non ſolùm iis, quos diximus, competere ad exhibendum actionem, verùm ei quoque, cuius aliquo modo intereſt rem exhiberi: [l] adeò vt & plures eiuſdem rei nomine ad exhibendum agere poſſint, ſi pluriuns interſit diuerſa ratione.

h Veſ. in hunc t. D.

i d. l. 3. §. eſt autem.

k vt in §. ſi tamen. Inſt. de rer. diuiſ.

l d. l. 3. §. Pompon.

IV. [m] Iudex igitur ſummatim, vt in præparatoriis tralatitium eſt, debet cognoſcere an eius interſit; id eſt, [n] an probabilem cauſam habeat actionis propter quam exhiberi ſibi deſideret; non autem an eius res ſit, & ſic iubere, vel exhiberi, vel non; prout

m d. l. 3. §. eſt autẽ. & §. ſeq.

n d. l. §. ſciendum.

actoris intereſt. Vtro autem tempore interſit eius qui ad eahibendum agit, quæritut; an quo lis conteſtatur, vel quo ſit condemnatio: [n]& quidẽ intereſſe pecuniariter oportet. [o]Nã & ei qui ſemel egit, uon obſtat rei iudicatæ exceptio, ſi ex noua cauſa intereſſe cœperit.

V. [p] Quod dicitur, Ad exhibeudum agere poſſe omnes quorum intereſt, non ita acſipiendum eſt, quaſi quomodocunque interſit, locus ſit huic actioni. Quid enim ſi quis petat rationes aduerſarij ſibi exhiberi, quòd magni id ſua interſit? aut ſtudioſus illos aut illos libſos alienos, quibus lectis doctior & meliot ſit futurus? an ius ciuile calumniabimur; & captatis verbis ſententiam eius circumuenıemus? Minimè quidem id faciendum eſt. [q] Nam facultatum ſuarum rationes edere, & denudare fortunas, nemo inuitus ſuas alij npus communicare cogendus eſt.

V I. [r] Aduetſus poſſeſſorem hac actione agitur, non ſolùm eum qui ciuiliter, ſed etiam qui naturaliter incumbit poſſeſſioni. [s] Quare & creditorem qui pignori accepit, ad exhibendum teneri placet, & eum apud quem res depoſita vel locata eſt: [t]& eos omnes qui facultatem exhibendi habent, [u] cuiuſcunque tandem ſint conditionis, ſiue filiifamiliâs, ſiue patresfamiliâs, [x] ſiue vnus, ſiue plures. [y] Sed & hæredi contra viduam quæ in domo mariti remanſit, datus.

VII. [z] Et vſque adeò poſſeſſio vel detentio tei eſt fundamentum huius actionis à parte litigatoris conuenti: vt ſi quis non poſſideat litis conteſtatæ tempore; poſtea autem ante ſententiam poſſidere cœpesit, condemnandus ſit, niſi reſtituat: contrà, ſi quis cùm iudicij accepti tempore poſſideret; poſtea ſine dolo malo poſſidere deſierit, abſoluatur. [a] Nam quamuis illi imputetur, cur non ſtatim rem reſtituit, ſed paſſus eſt litem ſecum conteſtari; tamen quia res non ab ipſo tanquam aliena petitur, vt dici poſſit in mala fide verè poſſeſſor conſtitui: cúmque non de reſtitutione, ſed exhibitione facienda agatur, æquius eſt liherari eum qui citsa culpam ſuam eò redactus eſt vt exhibere non poſſit. [b] Quinetiam ſi quis poſſideat, tamen ſi non habet reſtituendi facultatem, æquitas huius iudicij dabit abſolutioni locum. [c] Planè qui dolo malo poſſidere deſiit, cùm pto poſſeſſore habeatur, ad exhibendum tenebitur.

V III. [d] Datur hæc actio de omnibus omnino rebus mobilibus, animali puta & re qualibet inanimata. [e] De rebus autem ſoli non datur, [f] cùm per ſe pateant, oculiſque ſubiiciantur ſine vlla alia exhibitione, neque latere poſſint: hoc eſt quod dicitur, Volenti agere interdicto [Vtrobi,] hâc dari actionem: nõ verò agenti interdicto [Vti poſſidetis.] [g] Nam hoc ad res immobiles, illud ad mobiles perſequẽdas eſt proditum. [h] Item nec de tiguo ædibus iniecto datur hæc actio, quia lex duodecim tabularum ſolui vetat.

IX. [i] Propoſita ergo actione, erit iudicis ſummatim cognoſceſe; an agentis interſit, & cauſam agendi probabilem habeat, propter quam eahiberi deſiderat; [k] exceptiones etiam debet æſtimare quas poſſeſſor obiicit: vt ſi qua tam euidens ſit, vti facilè repellat actionem propter quam exhibitio poſtulatur: puta exceptio doli, tranſactionis, [k] rei iudicatæ; poſſeſſorem abſoluat: [l] ſin obſcurior, vel difficilioribus inuoluta ſit diſputationibus, differat: eámque reiiciat in directum iudicium, re exhiberi iuſſa. [m]Quinetiam poteſt contumacem per in litem iuſiurandum petitori condemnare, quantitate taxata ad quam vſque iureris.

X. [n] Rem autem ita exhiberi iubebit, vt vindicandi apprehendendique facultas actori fiat. Quamobrem ſi fuerit alij materiæ adiuncta, vt gemma incluſa auro, ſigillum candelabro; in hoc exhibitio decernenda erit vt excludatur. Item ſi rotam meam tuo vehiculo aptaueris; vel armario tuo meam tabulam; aut ſcypho anſam iniunaeris; vel purpuram intertexuris veſti; aut brachium ſtatuæ per applumbaturam coadunaueris, iudicio ad exhibendum ſeparare compellêris, vt mihi vindicandi fiat facultas.

XI. [o]Item ſi quis ex vuis meis muſtum fecerit, vel ex oliuis oleum, aut ex lana veſtimenta, cùm ſciret hæc aliena eſſe: [p] (nam ſi bona fide exiſtimans ſuam eſſe materiam, ex ea ſuo nomine nouam ſpeciem feciſſet) vtriuſque nomine ad exhibendum actione tenebitur, [q] quia hoc caſu, quod ex re noſtra fit, noſtrum eſſe, ex ſententia Sabinianorum verum eſſe Vlpianus exiſtimat: Etenim iniquum videtur domino ſine ſuo facto dominium rei ſuæ auferri, & illud furi per contrectationem, immutationémq; rei in nouam ſpeciem acquiri. Quanquam in eo quod acceſſionis vice alteri accedit proptes præſtantiam principalis materiæ, quæ planè tegit & aufert reſpectum acceſſionis, non conſideratur bona aut mala fides.

XII. [r] Illud etiam addendum; in eadem omnino cauſa rem exhibendam, in qua fuit cùm iudicium acciperetur. Quare ſi mutatâ formâ exhibitio fiat, nihilominus tenebitur ad exhibendum. Nam mutata formâ, propè interimi ſubſtantiam rei Marcellus ſcribit, ita vt res non poſſit dici eadem. Sanè ſi deterior tantùm facta exbibeatur, vt equus debilitatus; quia eadem res exhibetus, & via ad vindicandum patefacta eſt; ad exhibendum quidem actione reus abſoluitur: [ſ] poterit tamen actor aut iudicio vindicationis, aut ex lege Aquilia de hoc damno, aut actione in factum, ea deficiente, agere. [t] Planè cùm omnis cauſa reſtituenda ſit, partus quoque & fructus, omnéſque vtilitates quæ omiſſæ ſunt ob hoc, quòd res non exhiberetur, vel tardiùs

n l. ſi liber. d. t.
o l. De eo. ibid.
p Vſ. in d. t. l. ſen. d. s.
q l. vlt. C. de edendo. l. pupil maſt. l. 2. C. Quando & quib. quarta pars lib. 10.
r Vſ. in hunc t. l. 3. § vlt. D. h. t.
ſ l. Serui nomine. D. de verſio.
t l. 5. in prin. l. Tigni. § 1. D. h. t.
u l. D de eo. ibid.
x d. l. Tigni. § 1.
y l. heres D. de neg. geſt.
z Vſ. in hũc t.
a d. l. Tigni §. ſi quis.
b l. 5. § vlt. ib.
c l. Iulianus in prin. ibid.
d Vſ. in hunc t. l. 3. § vlt. d. l. 5. § vlt. l. Gẽma cũ ſim. d. t.
e l. ad rem mobilem. D. de proc.
f l. 2. C. Quãdo & quib. quarta pars lib. 10.
g ſupra cap. de interdicto Vti poſſidetis.
h d. l. Gẽma & d. l. Tigni. D. h. t. Vſ. in §. cum in ſuo ſolo Inſt. de rer. diuiſ.
i Vſ. in hunc t. D.
k c. 1. de confeſſ. in 6.
l l. 3. § ibid. D h. t.
m d. l. § præterea.
n Vſ. in d. t. l. 2. d. t. l. vlt. D de verb. ſig.
o Vſ. ſemb. ibi.
p l. 5 D. de rei vind. §. cum ex aliena. Inſt. de rer. diuiſ.
q l. De eo. §. denique. D. h. t.
r Vſ. ibid l. Iulianus. §. quarum. ibid.
ſ l. Iulianus. §. ſi quis rem. l. ſi hominem ibid. l. Exhibitionis. C. eo. t.
t d. l. Iulianus. § vlt. l. ſi opto me. l. ſed & ſi. hæreditas. l. de eo §. ſi poſt acdicum. D. h. t.

exhibita eſt, æſtimabuntur.

u Veſ. in hunc t. lib. d. l. Sed & ſi hæreditas.

XIII. [u] Vltimò ſciendum, ibi rem exhibendam vbi fuit cùm lis côteſtaretur. Quâobrem ſi alio loco, quàm vbi actum ſit, exiſtat; periculo, impendiiſque actoris perferenda eſt eò loci vbi agitur; niſi data opera & dolo malo tranſlata à reo proponatur.

TIT. III.

De rei vindicatione.

Hic titulus duobus capitibus continetur, quorum primum eſt, Cui, & quarum rerum competat rei vindicatio, & aduerſus quos. Secundum, De ſententia in rei vindicatione, eius effectu, & executione. Secunda pars dicti capitis ſecundi, De exceptionibus aduerſus ſententiam de rei vindicatione.

CAP. I.

Cui, quarúmque rerum competat rei vindicatio, & aduerſus quos.

a l. is qui deſtinauit. D. h. t.

I. [a] IS qui deſtinauit rem petere, animaduertere debet an aliquo interdicto nanciſci poſſit poſſeſſionem; quia longè commodius eſt ipſum poſſidere, & aduerſarium ad onera petitoris compellere, quàm alio poſſidente petere.

b l. in rem actio. ibid.

II. [b] In rem actio competit ei, qui aut iure gentium, aut iure ciuili dominium acquiſiuit.

c l. Item quæcunque. ibid.

III. [c] In his corporibus quæ ex diſtantibus capitibus ſunt, conſtat ſingulas partes retinere ſuam propriam ſpeciem; vt ſingula iumenmenta, ſingulæ oues: ideóque poſſe me gregem vindicare, quamuis aries tuus ſit immixtus. Quod non idem in corporibus cohærentibus euenit. Nam ſi ſtatuæ meæ brachium alienæ ſtatuæ addideris, nô poteſt dici brachiũ tuum eſſe; quia tota ſtatua vno ſpiritu continetur.

d d. l. in prin.

IV. [d] Quæcunque aliis iuncta ſiue adiecta acceſſionis loco cedunt, ea, quandiu cohærent, dominus vindicare non poteſt: ſed ad exhibendum agere poteſt vt ſeparentur, & tunc vindicentur; ſcilicet excepto eo quod de ferruminatione Caſſius ſcribit. Dicit enim, ſi ſtatuę ſuæ ferruminatione iniunctum brachium ſit, vnitate maioris partis conſumi: & quod ſemel alienum factum ſit, etiamſi inde arreptum ſit, redire ad priorem dominum non poſſe. Non idem eſt in eo quod adplũbatum ſit, quia ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem; plumbatura non idem efficit: ideóque in his omnibus caſibus, in quibus neque ad exhibendum, neque in rem locum habet, in factum actio neceſſaria eſt.

e d. l. § tignũ.

V. [e] Tignum alienum ædibus iniunctum nec vindicari poteſt propter legem duodecim tabularum; nec eo nomine ad exhibendum agi, niſi aduerſus eum qui ſciens alie-
A num, iunxit ædibus: ſed actio eſt in duplum de tigno iuncto, quæ in duplum ex lege duodecim tabularum deſcendit.

f d. l. § item ſi quis.

VI. [f] Item ſi quis ex alienis cæmentis in ſolo ſuo ædificauerit, domum quidem vindicare poterit; cæmenta autem reſoluta prior dominus vindicabit, etiamſi poſt tempus vſucapionis diſſolutum ſit ædificium poſtquam à bonæ fidei emptore poſſeſſum ſit.
B Nec enim ſingula cæmenta vſucapiuntur, ſi domus per temporis ſpatium noſtra fiat.

g l. Redemptores. ibid.

VII. [g] Redemptores, qui ſuis nummis ædificant, ſtatim cæmenta faciunt eorum in quorum ſolo ædificant.

h l. Iulianus. ibid.

VIII. [h] Iulianus ſcribit, Si in area ædificaſſem, cuius bonæ fidei emptor fui: verùm eo tempore ædificaui, quo iam ſciebam alienam; videamus an nihil exceptio proſit: niſi
C fortè quis dicat prodeſſe de damno ſollicito: Puto autem exceptionem non prodeſſe: nec enim debuit, eam alienam ſciens, ædificium ponere.

i l. habitator. ibid.

IX. [i] Habitator in ædificio feneſtras & oſtia impoſuit; eadem poſt annum dominus ædificiorum ademit: quæro, is qui impoſuerat, poſsétne ea vindicare. Iulianus reſpondit, poſſe. Nam quæ alienis ædificiis connexa eſſent, & quandiu iuncta manerent, eorundem ædificiorum eſſe: ſimulatque in-
D de dempta eſſent, in priſtinam cauſam reuerti.

k l. Minutius. ibid.

X. [k] Minutius interrogatus, Si quis nauem ſuam aliena materia refeciſſet, num nihilominus eiuſdem nauis maneret. Reſpondit, manere: ſed ſi in ędificanda ea id feciſſet, non poſſe. Iulianus notat; Proprietatem nauis carinæ cauſam ſequi.

l l. 3. § 1. ibid.

XI. [l] Armamenta nauis ſeparatim vin-
E dicanda: Scapha quoque ſeparatim vindicabitur.

m l. idẽ Pomp.

XII. [m] Si frumentum duorum non voluntate eorum confuſum ſit, competet ſingulis in rem actio in id, in quantum apparet in eo aceruo ſuum cuiuſque eſſe: quòd ſi voluntate eorum commixtum ſit, tunc communicatum videbitur; & erit Communi diuidundo actio.

n l. 3. § vlt. ib.

XIII. [n] Pomponius ſcribit, ſi quid quod eiuſdem naturæ eſt, ita confuſum eſt atque commixtum, vt diduci & ſeparari non poſ-
F ſit; non totum, ſed pro parte eſſe vindicandum: vt pote meum & tuum argentum in maſſam redactum eſt, erit nobis commune, & vtriuſque pro rata ponderis quod in maſſa habemus, vindicabimus, etſi incertum ſit quantum quiſque ponderis in maſſa habeat. [o] Quo quidem caſu etiam Communi diuidundo agi poterit, ſed & furti, &
G ad exhibendum tenebitur qui dolo malo confundendum id argentum procurarit, ita vt ad exhibendum actione pretij ratio haberi debeat; in vindicatione autem, vel Communi diuidundo actione, hoc amplius ferat, cuius argentum pretioſius fuerit.

o l. quo quidẽ. ibid.

p l. Idem Pō-po. §. de arbo-re. ibid.
XIIII. [p] De arbore quæ in alienum agrum tranſlata coaluit, & radices immiſit, Varus & Nerua vtilem actionem dabant. Nam ſi nondum coaluit, mea eſſe non deſinet.

q d. l. §. idem ſcribit.
XV. [q] Si equam meã equus tuus prægnantem fecerit; non erit tuum, ſed meum quod natum eſt.

r l. 1. §. vlt. ibid.
XVI. [r] Per hanc actionem non ſolùm ſingulæ res vindicabuntur: ſed poſſe etiam gregem vindicari Pomponius ſcribit. Idem de armento, & de equitio, cæteriſque quæ gregatim habentur, dicendum eſt. Sed & gregem ſufficiet noſtrum eſſe; licèt ſingula capita noſtra non ſint. Grex enim, non ſingula capita vindicabuntur. [ſ] Sed ſi par numerus duorum interfuerit, neuter ſolidum gregem, ſed nec partem dimidiam eius vindicabit. Sed ſi maiorem numerum alter habeat; vt detracto alieno, nihilominus gregem vindicaturus ſit; in reſtitutionem tamen non veniunt aliena capita.

ſ l. 2. ibid.

t l. 3. ibid.
XVII. [t] Marcellus ſcribit. Qui gregẽ habebat capitum trecentorum, amiſſis centum redemit totidem capita aliena ab eo qui dominium eorum habebat, vel aliena ab eo qui bona fide poſſidebat: & hæc vtique gregis vindicatione continebuntur. Sed etſi ea ſola ſuperſint capita quæ redempta ſunt, adhuc eum poterunt gregem vindicare.

u l. ſolum. ibi.
XVIII. [u] Meum eſt quod ex re mea ſupereſt, cuius vindicandi ius habeo.

x Ibid.
XIX. [x] Solum, partem eſſe ædiũ exiſtimo: nec ita ſubiacere, vt mare nauibus.

y l. ſi fundi. ibid.
XX. [y] Si fundi poſſeſſor eum excoluiſſet, conſita tollere non poteſt.

z l. Superficiarũ. & l. ait. & Prætor. ibid.
XXI. [z] Superficiarium, id eſt ei qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet, vt certam penſionem præſtet; Prætor causâ cognita in rem actionem pollicetur.

a l. ſi quis hac lege. ibid.
XXII. [a] Si quis hac lege emerit, vt ſi alius meliorem conditionem attulerit, recedatur ab emptione; poſt allatam conditionem, iam non poteſt in rem actione vti.

b d. l.
XXIII. [b] Sed & ſi cui in diem fundus addictus ſit, antequam adiectio ſit facta, vti in rem actione poteſt: poſtea non poterit.

c l. Redem-ptores. §. 1. ibi.
XXIV. [c] Iulianus rectè ſcribit, mulierem quæ intercedens, fundum pignori dedit, quamuis à creditore diſtractum; poſſe in rem actione petere; quia nullum pignus creditor vendidiſſe videtur.

d l. 1. §. 1. ibi.
XXV. [d] Per hanc actionem liberæ perſonæ, quæ ſunt iuris noſtri, vtpote liberi, qui ſunt in poteſtate, non petuntur. Petuntur autem aut præiudiciis, aut interdictis, aut cognitione Prætoria: niſi fortè adiectâ causâ quis eos vindicet. Vnde ſi quis ita petat filium ſuum, vt in poteſtate; ex iure Romano videtur mihi & Pomponio rectè eum egiſſe. Ait enim iuſta cauſa ex lege Quiritiũ eum vindicare.

e l. & ex diuerſo. §. vlt. ibid.
XXVI. [e] Eorum quæ ſine interitu diuidi non poſſunt, partem peti poſſe conſtat.

f l. quæ de tota. ibid.
XXVII. [f] Quæ de tota re vindicanda dicta ſunt, eadem & [de p]arte intelligenda ſunt:

A
officióque iudicis cõtinetur, pro modo partis ea quoque reſtitui iubere, quæ ſimul cum ipſa parte reſtitui debent.

g d. l. §. 1.
XXVIII. [g] Incertæ partis vindicatio datur, ſi iuſta cauſa interueniat. Iuſta autem cauſa eſſe poteſt, ſi fortè legi Falcidiæ locus eſt in teſtamento propter incertam detractionem ex legatis, quæ vix apud iudicem examinatur: iuſtam autem habet ignorantiam legatarius cui equus legatus eſt, quotam partem vindicare debeat: ideóque talis dabitur actio.

B

h l. in ſpecia li. ibid.
XXIX. [h] Conuentus rei vindicatione non cogitur reſpondere, num totum vel pro parte poſſideat, ſed dominus: in ſpeciali actione non cogitur poſſeſſor dicere pro qua parte res eius ſit: hoc enim petitoris munus eſt; quod & in Publicana obſeruatur.

XXX. Non ideò minus rectè quid noſtrum vindicamus, quòd abire à nobis dominium ſperatur, ſi conditio legati extiterit.

C

XXXI. Qui petitorio iudicio vtitur, ne fruſtrà experiatur, requirere debet an is cum quo inſtituit actionem, poſſeſſor ſit; vel dolo deſiit poſſidere.

i l. ſin autem. §. 1. ibid.
XXXII. [i] Poſſidere autem debet aliquis & litis conteſtatæ tempore, & quo res iudicatur. Quòd ſi litis conteſtatæ tempore poſſedit; & cùm res iudicatur, ſine dolo amiſit poſſeſſionem; abſoluendus eſt poſſeſſor.

D

Item ſi litis conteſtatę tempore non poſſedit: cùm autem iudicatur, poſſidet, probanda eſt Proculi ſententia, vt omnimodo condemnetur. Ergo & fructuum nomine ex quo poſſedit, damnabitur.

k l. ſi ager. ibid.
XXXIII. [k] Si ager ex emptionis cauſa ad aliquem pertineat, non rectè hac actione agi poterit antequam traditus ſit ager, túncque poſſeſſio amiſſa ſit. Sed hæres de eo quod

E

hæreditati obuenerit, rectè aget, etiamſi poſſeſſionem eius non habuerit.

l l. quædam mulier. ibid.
XXXIV. [l] Conductio ab eo, cui donatum eſt, facta, transfert in eum dominium & poſſeſſionem ſine traditione. Quædam mulier ita marito donauit per epiſtolam; & eundem fundum ab eo conduxit Paulus. Dixi poſſe defendi in rem ei competere, quaſi per ipſam acquiſierit poſſeſſionem. Proponebatur quòd etiam in eo agro qui donabatur mulier fuiſ-

F

ſet, cùm epiſtola emitteretur; quæ res ſufficiebat ad tradendam poſſeſſionem.

m l. à tutore. ibid.
XXXV. [m] A tutore pupilli quidam domum mercatus, fabros induxit: is pecuniam inuenit; quæritur ad quem pertineat. Scæuola reſpondit, ſi non theſauri fuerunt: ſed pecunia fortè perdita, vel per errorem ab eo ad quem pertinebat, nõ ablata; nihilominus eius etiam eſſe, cuius fuerat.

n l. qui petitorio. §. 1. ibid.
XXXVI. [n] Qui in rem conuenitur, etiam

G

culpæ nomine condẽnatur. Culpæ autẽ reus eſt qui nauẽ à ſe petitam aduerſo tẽpore nauigatum miſit, ſi ea naufragio perempta eſt.

o l. quæ religioſis. ibid.
XXXVII. [o] Quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt? & idcirco nec lapides inædificati, poſtquã remoti ſunt, vindicari poſſunt: in factũ autem actione extra ordinẽ ſubuenitur,

vt is qui hoc fecit, reſtituere eos compellatur.

r l. cùm autem. ibid.

XXXVIII. [r] Cùm fundi poſſeſſor ante litem cõteſtatam poſſidere deſiit, hæredes eius in rem quidem actionem ſuſcipere cogendi non ſunt: ſed in factum actio contra eos reddi debebit, per quàm reſtituere cogantur quanto locupletiores ex ea re facti fuerunt.

ſ l. ſi in rem. §. vlt. ibid.

XXXIX. [ſ] Fundum petiturus, nomen eius, & quo loci ſit, dicere debebit.

XL. Si in rem agat quis, debet deſignare rem; & vtrùm totam, an partem, & quotam petat. Appellatio enim rei, non genus, ſed ſpeciem ſignificat. Octauenus ita definit; quòd infectæ quidem materiæ; pondus ſignatæ, ac numerum; factæ autem ſpeciem dicere debet. Et ſi veſtimenta noſtra eſſe, vel dari nobis petamus, vtrùm numerum eorum dicere debeamus, an & colorem? Et magis eſt, vt vtrunque dicamus. Nam illud inhumanum eſt cogi dicere, trita ſint, an noua: quamuis & in vaſis occurrat difficultas, vtrùm lancem duntaxat dici oporteat: an etiam quadrate, vel rotunda, vel pura, ao cælara ſint: quæ ipſa in poculis quoque adiicere difficile eſt: nec ita coarctenda res eſt.

t u l. idem Pomponius. §. vlt. ibid.

XLI. [t u] Cùm in rem agatur, ſi de corpore conueniat; error autem ſit in vocabulo; rectè actum eſſe videtur.

x l. Pomponius.

XLII. [x] Si res pro diuiſo poſſideatur à ſocio meo, & alio; vnum tantùm conueniam pro diuiſo; vtrunque pro rata. Pomponius probat, ſi ex æquis partibus fundum tecum mihi communem tu & Titius poſſideatis, non ab vtriſque quadrantem me petere debere; ſed à Titio qui non ſit dominus, totum ſemiſſem. Aliter erit, ſi certis regionibus poſſidearis eum fundum. Nam tunc ſine dubio & à te & à Titio partes fundi petere debere certum eſt. Quoties enim certa loca poſſidebuntur, neceſſariò in his aliqua pars mea erit: & ideo tu quoque à Titio quadrantem petere poteris. Quæ diſtinctio neque in re mobili: neque, in hæreditatis petitione locum babet. Nunquam enim pro diuiſo poſſideri poteſt.

y l. ſi is qui. ib.

XLIII. [y] Is qui obtulit ſe fundi vindicationi, damnatus eſt; nihilominus à poſſeſſore rectè petitur.

z l. vlt. ibid.

XLIV. [z] In rem actionem pati non compellimur; quia licet alicui dicere, ſe non poſſidere; ita vt ſi poſſit aduerſarius conuincere rem ab aduerſario poſſideri, transferat ad ſe poſſeſſionem per iudicem, licèt ſuam eſſe non probauerit.

CAP. II.

De ſententia in rei vindicationẽ: eius effectu: & executione.

a b l. is qui ſe obtulit & l. ſin autem. ibid.

XLV. [a b] IS qui ſe obtulit rei defenſioni ſine cauſa, cùm non poſſideret: nec dolo feciſſet quo minus poſſideret, non eſt abſoluendus, vt Marcellus ait: cuius ſententia vera eſt: ſed hoc poſt litem conteſtatam. Cæterùm ante iudicium acceptum non decipit emptorem qui ſe negat poſſidere: cùm verè non poſſideret; nec videtur liti ſe obtuliſſe qui deceſſit. [c] Nam ſi actor ſcit, tunc is non ab alio, ſed à ſe decipitur; & ideò reus abſoluitur.

c l. ſeq.

d d. l. §. 1.

XLVI. [d] Poſſidere autem debet aliquid, & quidem litis conteſtatæ tempore, & quo res iudicatur. Quòd ſi litis conteſtatæ tempore poſſedit, & cùm res iudicatur, ſine dolo malo amiſit poſſeſſionem, abſoluendus eſt poſſeſſor. Item ſi litis conteſtatæ tempore non poſſedit; quo autem iudicatur, poſſidet; probanda eſt Proculi ſententia, vt omnimodo condemnetur: ergo & fructuum nomine, ex quo poſſedit, damnabitur.

e d. l. §. ſi homo.

XLVII. [e] Sed & is qui ante litem conteſtatam dolo deſiit rem poſſidere, tenetur in rem actione: idque ex ſenatuſconſulto colligi poteſt, quo dictum eſt, vt dolus præteritus in hæreditatis petitione veniat. Si enim in hæreditatis petitione id ſit, non eſt abſurdum per conſequentias & in ſpeciali in rem actione dolum præteritum deduci.

f l. & ex diuerſo. §. 1. ibid.

XLVIII. [f] Vbi alienum fundum petij, & iudex ſententia declarauit meum eſſe, debet etiam de fructibus poſſeſſorem condemnare: eodem enim errore de fructibus condemnatur. Non debent enim lucro poſſeſſoris cedere, cùm victus ſit: alioqui, vt Martianus ait, nec rem arbitrabitur iudex mihi reſtitui. Et quare habeat quod non eſſet habiturus, ſi ſtatim poſſeſſionem reſtituiſſet?

g l. ſi nauis. ib.

XLIX. [g] Si nauis à malæ fidei poſſeſſore petatur, fructus æſtimandi ſunt; vt in taberna & area quæ locari poteſt. Quod non eſt contrarium ei, quòd de pecunia depoſite, quam hæres non attigit, vſuras præſtare non cogitur. Nam quemadmodum vecture, ſicut & vſura, non naturâ prouenit: ſed iure percipitur; tamen ideò vectura deſiderari poteſt, quoniam periculũ nauis poſſeſſor petitori præſtare oon debet, cùm pecunia dantis periculo fœneretur.

h d. l. §. 1.

L. [h] Generaliter autem cùm de fructibus æſtimandis quæritur; conſtat animaduerti debere, non, an malæ fidei poſſeſſor fruiturus ſit, ſed an petitor frui potuerit, ſi ei poſſidere licuiſſet.

LI. Cùm in rem agitur, eorum quoque nomine quæ vſui, non fructui ſunt, reſtitui fructus, certum eſt.

i k l. Fructus. ibid.

LII. [i k] Fructus pendentes, pars fundi videntur.

De eo qui litis æſtimationem ſoluit ob culpam ſuam.

l l. ſi culpa. ibid.

LIII. [l] Si culpa, non fraude quis poſſeſſionem amiſerit, quoniam pati debet æſtimationem, audiendus eſt à iudice, ſi deſideret vt aduerſarius actione ſua cedat: cùm tamẽ Prætor auxilium quandoq; laturus ſit, alio poſſidente, nulla captione adficietur. Ipſe quoq; qui litis æſtimationem percepit debet adiuuari: nec

facilè audiendus eſt ille, ſi velit poſtea pecuniam, quam ex ſenteotia iudicis periculo iudicati recepit, reſtituere.

a Is qui dolo. ibid.

LIV. [a] Is qui dolo fecit quominus poſſideret, hoc quoque nomine punitur, quòd actor cauere ei non debet actiones quas eius rei nomine habeat. [b] Nec quaſi Publicianam quidem actionem ei dari placuit, ne in poteſtate cuiuſque ſit per rapinam ab inuito domino rem iniuſto pretio comparare.

b l. ſeq.

Fructus percepti qui dicantur.

c l. ſi eius. ibid.

LV. [c] Si eius fundi quem alienum poſſideres, fructum non coegiſti, nihil eius fundi fructuum nomioe te dare oportet. Paulus ootat: imò quęritur; oum fructus idcirco factus eſt, quòd eum ſuo nomine percepit. Perceptionem fructus accipere debemus, non ſi perfectè collecti, ſed etiam cœpti ita percipi vt terra continere ſe fructus deſierint: veluti ſi oliuæ vel vuæ lectæ; nódum autem vinũ, vel oleum ab aliquo factum ſit: ſtatim enim ipſe fructum accepiſſe intelligendus eſt. Paulus in eo Labeonem ootat, quòd quærẽdum non ſit, an bonæ fidei poſſeſſor, de quo in hac lege agitur, fructus ex alieno fundo collegerit, ſed an ipſos ſuo nomine percepit: quia eos ſola perceptione ſuos facit, nempe quandiu bonæ fidei poſſeſſor eſt, id eſt, ante litem conteſtatam.

d l. non ſolum. ibid.

LVI. [d] Non ſolum autem rem reſtitui, verùm etiam ſi deterior res ſit facta, iudex rationem habere debet. Finge enim debilitatum iumentum, vel vulneratum reſtitui: vti que ratio per iudicem habebitur quanto deterius ſit factũ; quanquam & legis Aquiliæ actione conueniri poſſeſſor poſſit. Vnde quæritur, an non aliâs æſtimare damnum debeat, quàm ſi remittatur actio legis Aquiliæ. Et Labeo putat cauere oportere petitorẽ lege Aquilia non acturum; quæ ſententia vera eſt.

e l. Iti ſi verberatum.

LVII. [e] Si quis rem ex oeceſſitate diſtraxit, fortaſſis huic officio iudicis ſuccurretur, vt pretium duntaxat debeat reſtituere. Nam & ſi fructus perceptos diſtraxit ne corrumpantur; æquè non ampliùs quàm pretium præſtabit.

f Ibidem.

LVIII. [f] Si animal petitum demortuum ſit ſine dolo malo & culpa poſſeſſoris, pretium non eſſe præſtandũ plerique aiunt. Sed eſt verius, ſi fortè diſtracturus erat petitor, ſi accepiſſet, moram paſſo debere præſtari. Nam ſi reſtituiſſet, diſtraxiſſet: & pretium eſſet lucratus.

g l. Vtique. s. d. l.

LXIX. [g] Culpa non intelligitur, ſi nauem petitam tempore nauigationis trans mare quis miſit, licèt ea perierit: niſi minùs idoneis hominibus eam commiſit.

h l. Officium. ibid.

LX. [h] Officium iudicis in hac actione hoc erit, vt iudex inſpiciat an reus poſſideat; nec ad rem pertinebit ex qua cauſa poſſideat. Vbi enim probaui rem meam eſſe, neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere, qui non obiecit aliquam exceptionem. Quidam tamen, vt Pegaſus, eam ſolam poſſeſſionem putauerunt hanc actionem complecti, quæ locum

A habet in interdicto [Vti poſſidetis,] vel [Vtrobi.] Denique ait, ab eo apud quem depoſita eſt, vel commodata, vel qui conduxerit: aut qui legatorum ſeruandorum causâ, vel dotis, ventriſque nomine, vel cui damni infecti nomine nõ cauebatur, quia hi omnes non poſſident, vindicari non poſſe. Puto autem ab omnibus qui tenent & habent, reſtituendi facultatem peti poſſe.

i l. fructus

B LXI. [i] Fructus non modò percepti, ſed & qui percipi potuerunt, æſtimandi ſuot. Ideò ſi dolo aut culpa poſſeſſoris res petita perierit, veriorem putat Pomponius Trebatij opinionem, putantis eò vſque fructuum rationem babendam, quouſque haberetur, ſi non periiſſet; i. eſt, ad rei iudicatæ tempus: quod & Iuliano placet.

k l. in fundo ibid.

LXII. [k] Celſus ait [Si in fundo alieno, quẽ imprudens emeras, ædificaſti, aut conſeruiſti: deinde euincitur. Bonus iudex variè ex perſonis, cauſiſq; conſtituet. Finge enim & dominum eadem facturum fuiſſe. Reddet impenſam vt fundum recipiat, eo duntaxat quo pretioſior factus eſt, etſi plus pretio fundi impenſum eſt. Finge pauperem, qui ſi id reddere cogatur, laribus auitis carebit. Sufficit, tibi permitti tollere ex his rebus quæ poſſis, dummodo deterior non ſit fundus, quàm ſi initiò non foret ædificatum. Cõſtituimus verò, vt ſi paratus eſt dominus tantum dare, quãtum habiturus eſt poſſeſſor, his rebus ablatis, fiat ei poteſtas. Nec enim malitiis indulgendum eſt, ſi tectorium, puta quod induxeris, picturáſque corradere velis, nihil laturus niſi vt officias. Finge eam perſonam eſſe domini quæ receptum fundum mox venditura ſit, niſi reddat quod prima parte reddi oportere diximus, eo deducto, tu condemnandus es.

l Si poſſeſſor. ibid.

E LXIII. [l] Si poſſeſſor fundi ante iudicium acceptum duobus hæredibus derelictis deceſſerit: & ab altero ex his qui totum fundum poſſidebat, totus fundus petitus fuerit; quin in ſolidum condeoinari debeat, dubitari non oportet.

m l. Is à quo ibid.

LXIV. [m] Is à quo fundus petitus erat, ab alio eiuſdem fundi nomine conuentus eſt; quærebatur ſi alterutri eorum iuſſu iudicis fundum reſtituiſſet; & poſtea ſecundùm alterum petitorem res iudicaretur; quemadmodum non duplex damnum traheret. Alfenus reſpondit, priori fundum adiudicandum fuiſſe: ita vt poſſeſſori caueret, ſi alter fundum euiciſſet, eum præſtare.

n l. Qui reſtituere.

LXV. [n] Qui reſtituere iuſſus iudici noo paret, conteodens non poſſe reſtituere, ſiquidem habeat rem, manu militari officio iudicis ab eo poſſeſſio transfertur; & fructuum duntaxat, omniſque cauſæ nomine condemnatio fit. Si verò non poteſt reſtituere, ſi quidem dolo fecit quominus poſſit, is quantum aduerſarius in litem ſine vlla taxatione in infinitum iurauerit, damnandus eſt. Si verò nõ poteſt reſtituere; nec dolo fecit quominus poſſit; non pluris, quàm quanti res eſt. Hæc ſententia generalis eſt: & ad omnia ſi-

oe interdicta, ſiue actiones in rē, ſiue in perſonam ſunt, & quibus arbitratu iudicis quid reſtituitur, locum habet.

a l. eius ibid.

LXVI. [a] Eius rei quæ per in rem actione petita tanti æſtimata eſt, quanti in litem actor iurauerit, dominium ſtatim ad poſſeſſorem pertinet. Tranſegiſſe enim cum eo & decidiſſe videtur eo pretio quod ipſe conſtituit: [b] quod locum habet, ſi res præſens ſit, ſi abſens, tunc cùm poſſeſſionem eius poſſeſſor nactus ſit ex voluntate actoris. Et ideò non erit alienum, non aliter litem æſtimari à iudice, quàm ſi cauerit actor quòd per ſe non fiet, poſſeſſionem eius rei non traditum iri.

b l. ſeq.

c l. & ex diverſo. § pen. ib.

LXVII. [c] Petitor poſſeſſori de euictione cauere non cogitur rei nomine, cuius æſtimationem accepit. Sibi enim poſſeſſor imputare debet, qui non reſtituit rem.

Secunda pars d. capitis ſecundi.

Exceptiones aduerſus ſententiam de rei vindicatione.

d l. ſin autem. §. vlt. ibid.

LXVIII. [d] In rem petitam ſi poſſeſſor ante litem cōteſtatam ſumptus facit, per doli mali exceptionem ratio eorum haberi debet, ſi perſeuerat actor petere rem non redditis ſumptibus. Idem eſt etiam, ſi in arca quæ ſunt petitoris, per errorem inſulam ædificauit: niſi tamen paratus ſit pati eum tollere ædificium. Quod & in area vxori donata, per iudicem qui de dote cognoſcit, faciendum quidam dixerunt.

e l. Sumptus ibid.

LXIX. [e] Sumptus in prædium, quod alienum eſſe apparuit, à bonæ fidei poſſeſſore facti, neque ab eo qui prædium donauit, neque à domino peti poſſunt: verùm exceptione doli poſita, per officium iudicis æquitatis ratione ſeruantur, ſcilicet ſi à lite conteſtata perceptorum ſummam excedant. Etenim admiſſa compenſatione, ſuperfluum ſumptuum, meliore prędio facto, dominus reſtituere cogitur.

f l. Emptor. ib.

LXX. [f] Poſſeſſori debet reſtitui pretium à domino, quod eſt in eius vtilitatem verſum. Emptor prædium quod à non domino emit, exceptione doli poſita, non aliter reſtituere domino cogetur, quàm ſi pecuniam creditori eius ſolutam, qui pignori datum prædium habuit, vſurarúmque medij temporis ſuperfluum recuperauerit; ſcilicet ſi minus in fructibus ante litem perceptis fuit. Nam eos vſuris duntaxat compenſari ſumptuum in prædium factorum exemplo, æquum eſt.

TIT. IIII.

De Publiciana in rem actione.

a Veſembecius in hunc t. D.

I. [a] Aliam Prætor ex ſua iuriſdictione actionem in rem comparauit: quę ab auctore Publicio, Publiciana eſt appellata. Nam cùm is cui ex iuſta cauſa res aliqua à non domino tradita fuerat: eiúſque rei ante completam vſucapionem, caſu poſſeſſionem amiſiſſet, nullam haberet in rem directam actionem ad eam perſequendam: quippe ita proditæ erant iure ciuili actiones, vt quis dominium vindicaret; durúmque videretur eo caſu deficere actionem: inuenta eſt à Publicio Prætore actio, [b] in qua dicit is qui poſſeſſionem amiſit, eam rem ſe vſucepiſſe, quam eo iure non habet: & ita vindicat ſuam eſſe. Viſum enim eſt æquius fore, huoc colorem obtendi potiùs actioni, quàm pati vt eius defectu poſſeſſor bonæ fidei amiſſa fortè poſſeſſione ius omne facultatémque rei recuperandę amittat; & iniuſtus poſſeſſor id omne lucretur: [c] cùm bona fides poſſidendi tantum præſtare ſoleat, quantum rei veritas.

b § ſed iſte verſ. namque ſi cui. Inſt. de actio. vbi idem Veſembec.

c l. bona fides. 136. D. de reg. iur.

II. [d] Verba porrò edicti hæc ſunt, [Si quis id quod traditur, ex iuſta cauſa à non domino poſſidet, & nondum vſucaptum petat, iudicium dabo.] Ex iuſta cauſa traditum hic accipimus, ſcilicet ex iuſto contractu vel titulo, puta emptionis, donationis, dotis, aut alia cauſa ex qua ſi dominus dominium tradidiſſet, dominium transferretur. [e] Nam ex aliis etiam iuſtiſſimis cauſis non datur hoc iudicium, ſi ea poſſeſſionis cauſa ſit vt ex illa neque dominium à vero domino, neque vſucapiendi conditio à non domino tranſeat: vt eſt in actione pigneratitia, precario, locatione, & cæteris eius generis. Eo enim animo eiuſmodi acquiritur poſſeſſio, vt is qui eam accipit, credat ſe dominum non eſſe: cui hæc actio vtilis eſſe nequit: vt nec malæ fidei poſſeſſori: [f] idcóq; opus eſt hac agere volenti traditionem bona fide factam eſſe. [g] Oportet igitur, eum qui hac actione agere velit, bona fide ex iuſto & tranſlatiuo dominij titulo poſſeſſionem eſſe nactum.

d Veſembec. in hunc t.

e l. 1 cum mul tis ll ſeqq. d. t.

f Quæcumque. ibid.

g l. 7. §. Prætor ibid.

III. [h] Ait Prætor [A non domino] [i] Nam ſi dominus tradidiſſet, ipſa traditione dominium tranſtuliſſet. Et addit [nondum vſucaptum.] [k] Nam ſi vſucaptum eſſet, haberet ciuilem actionem rei vindicationis. Poſtremò ait [iudicium dabo] ſcilicet ei qui ita petere rem nondum vſucaptam & aliquo caſu amiſſam inſtituit. [l] Iudicium porrò Prætor hîc ferè dat eodem modo, quo in rei vindicatione. Nam vt in ea, approbato actoris dominio, iudex rem illi officio ſuo reſtitui iubet: ita hîc probato iuſto agentis titulo; & bona fide ac traditione ſubſecuta, res ei tanquam domino reſtituitur; [m] omniáque ferè eadem ſunt in Publiciana, quæ in rei vindicatione.

h Veſemb. d. t.

i l. Traditio. D. de acq. rer. dom. l. Clambus D. de contrah. empt.

k l. 1. D. h. t.

l l. ſed & ſi. §. ſi petentis ibid.

m d. § 5. ſa. ſed iſte: vbi Iaſ. & alij Inſtit. d. actio.

IV. [n] Huic autem actioni vna tantùm exceptio obiici poteſt, nempe dominij. [o] Æquum enim eſt, emptori bonam tantùm fidem alleganti, præferri verum dominum, præſertim poſſidentem: [p] qui etiā ſi non poſſideret, à quolibet tamē poſſeſſore rem ſuam vindicare poſſet.

n Veſemb. in hunc t.

o l. 1. 2. & paſſim. D. de condict. ob turpem cauſam. c. in pari de reg. iur. in 6. l. vlt. C. de rei vind.

p l. pen. & vlt. D. h. t.

TIT. V.

Finium regundorum.

a Veſembr. in hunc t. D.

I. [a] Præter actiones merè reales, aut merè perſonales, quædam ſunt quæ

mixtam

A mixtam cauſam obtioere videntur, de quibus deinceps eſt diſſerendum. In hoc genere primum locum eæ actiones obtinent, quibus aut fines agrorum peruntur. [b] Nam hæ vindicationi cohærent; diſcerni itaque aut res communes diuidi ([d] vt certi conſtituátur fines, certique limitibus confines fundi diſterminentur ad pacem ſeruandam, rixáſque & arma inter vicinos ſopienda) plurimum intereſt: [d] idcircò lege diuina prohibitum eſt terminos transferre. [e] Et lege duodecim B tabularum ad exemplum eius legis quam Solon Athenis tuliſſe dicitur de finibus, quædam præſcripta ſunt: [f] & inter cætera; Vt inter confines agros quinque pedum ſpatium, velut vnus gradus geometricus, quo in fine alterius incommodo colendi grariâ, aratrúmque circumduci poſſet, relinqueretor, [g] quod ſpatiom fines conſtituebat: & lege duodecim tahularum ex Conſti- C tutionibus præſcribi non poterat, [h] quanquam hodie triginta aunis præſcribi poſſe videatur.

II. [i] De his ergo quinque pedibus aut aliis finibus (nec enim in diſterminandis hortis, aut pratis tantum ſpatij olim relictum: ſed aut lapide, aut ſepimento, aot alio modo confinia diſcerni ſolere multis ex indiciis apparet) orta cõtrouerſia prnpter mutatos confines, tranſlationémque inundatione, vetuſtate, alióve modo; lege Manilia cautum erat, vt arbitri, ſiue agrimenſores tres, perinde ac in vindicationibus, earum rerum periti regendis finibus, id eſt, diſcernendis, darentur.

III. [k] Iudicium autem hoc ad prædia ruſtica eorúmque confinia pertinet; ad vrbana nequaquam. [l] Neque enim cõfinia hæc ſunt; ſed magis vicina: & communibus parieti- E bus plerunque diſterminantur. Ideoqoe, etſi in agris ædificia iuncta ſint, tamen huic actioni locus non erit; ſed potiùs Confeſſoriæ, aut Negatoriæ, aut alieni Interdicto: [m] quemadmodum è contrario in vrbe agrorum latitudo efficit interdum vt etiam finium regundorum vtiliter agi poſſit. [n] Si verò flumen, vel via publica interuenit, confininm non intelligitur: quia magis in confinio meo via publica vel flumen eſt, quàm a- F ger vicini. [o] Sed ſi riuus priuatus interfluit, finium regundorum agi poteſt: quia pars fundi eſt ſicut reliqui priuati limites.

IV. [p] Exercitium autem iſtius iudicij competit dominis prædiorum, quia hac actiooe quamois in perſonam ſit, tamen veluti per vindicationem petit rem ſibi quiſque adiodicari. Datur & vtilibus dominis, vt emphyteutæ, ſacerdotij poſſeſſori; item fructuario; [q] & creditori qui iure pignoris poſſidet, pro- G pter ius quod in re habent. Contra eoſdem autem omnes eadem ratione competit; [r] quia duplex eſt hoc iudicium.

V. [ſ] Inter ſocios porrò qui communes agros poſſident, locum habere non poteſt: vt ſi ego & tu fundum haberemus communem, cui vicinum alium ego fundum habeam

[b] l.3 d.t. Cuiac. lib.5. obſer. cap 21.
[c] §. quædam Inſtit. de actio.
[d] Deuter. 19. 17.
[e] l. vlt. D. h. t.
[f] l. 3. D. de term. moto. Paulus lib. 1. recep. ſent. t. 25. Agend. de limit. conſtà. lib. 2. Cuiac. in l. 4. §. vlt. D. de vſucap.
[g] l. quinque pedum. C. eod. Cuiac. in d. §. vlt. Cicero lib. 1. de legibus.
[i] Veſemb. in d. t. Cuiac. obſeru. lib. 5. c. 21.
[k] l. 2. & 4. §. vlt. D. h. t.
[l] l. Veſemb. in d. t.
[m] d. §. vlt.
[n] d. §.
[o] l. 6. d. t.
[p] Veſemb. in d. t. l. 1. ibid.
[q] l. 4. §. finali. ibid.
[r] l. iudicium. ibid. l. in trib. D. & DD. in §. pen. Inſtit. de interd. l. 2. D. com. diuid.
[ſ] Veſemb. in hunc t.

A proprium, non conſtabit inter nos finium regundorum controoerſiâ: quoniam adiudicationes, quibus hoc iudicium expeditur, in re propria fiunt; in communi verò fieri nullo modn poſſunt. Qood enim alteri adiudicatur, & ianquam ſuum ſententiâ iudicis attribuitur, commone manere non poteſt: aut ſi manet, inutilem & nollius vſus eſſe adiudicationem dicendum eſt, quod fuerit perahſurdum. [t] Itaque ſi velim tecum conten- B dere, neceſſe habeo fundum communem tecum diuidere, aut proprium alienare.

VI. [u] Iudicium finium regundorum eſt mixtom. Datur enim partim in perſonam, vt reliqoa iudicia in quihus de diuiſione agitur; vel ex maleficio contra vinlantem terminos; vel ex negatione aduerſus eum qui alios limites præſcribit, quàm nos intendimus: [x] partim in rem, quãdoquidem noſtrum petimus, vt videlicet domino, vel potiùs a- C gris ſuum adiudicetur.

VII. [y] Finis autem & concluſio (vt ſic dicam) huius actionis eſt, vt veteres termini officio iodicis reſtituantur: vel ſi non apparent, diriganturnoui: eiúſq; quod intereſt, & poſt litem conteſtatam fructuum ratio habeatur. Nam antè percepti omnimodo in hoc iudicium venient: quandoquidẽ ſi bona fide percepti ſunt, lucro eius cedunt qui conſumpſit: [z] ſin mala fide, condicuntur.

VIII. [a] Duplex autem hoc iudicium eſt: quia vnuſquiſque & agentis, & eius quicum agitur partes ſuſtinet; ſiquidem vterq; petit, & ab vtroque petitur.

IX. [b] Porto qno modo dirigendi ſint fines; & vt quod ſit iudicis officium, intelligatur, ſciendum eſt, cùm de finihus quæritur, primò (ſicuti in cęteris in rem iudiciis de poſſeſ- E ſionis iure quæri ſolet) quo videlicet modo & loco termini hactenus ſint obſeruati & poſſeſſi, [d] ad quod vtrinque probationes ſint producendę. [e] In his enim duplicibus iudiciis vtrinqoe documenta exiguntur, quia vterque petitoris perſnnam gerit. Poſſeſſionem autem iuſtam qui prohauerit, obtinere debebit ex vulgari regula, [f] *Cùm obſcura ſunt vtriuſque partis iura, pro poſſeſſore iudicari ſolet:* niſi aduerſarius de iure proprietatis, aliiſque finibus docuerit.

F X. [h] Probantur autem fines veteribus monumentis; vt ſepibus, foſſa, arboribus, auctoritate cenſus ante litem inchoatam ordinati: [i] niſi contrà varietate ſucceſſorum, & arbitrio poſſeſſorum, additis vel detractis agris fioes eſſe immutatos, demonſtretur. [k] Qua in re plurimùm valent teſtimonia eorum qui antea eos fundos poſſederunt; [l] fama antiqua, præſumptio iuris, & ſimilia.

XI. [m] Quòd ſi fines, aut in vniuerſum, G aot in aliqua parte non ſatis commodè dirigi poſſunt, vel quia obſcura ſunt vtriuſque partis tam in poſſeſſione probanda, quàm in proprietate, iura; vel ob aliam incommoditatem; quamuis hæc actio non ſit bonę fidei, vtpote quæ non ex ciuili bonæ fidei conuentione oriatur, ſed ex delicto, aut

[t] d. l. 4. §. ſi communem.
[u] Veſembec. in d. t.
[x] l. 1. & d. l. 4. §. ſi alter.
[y] Veſ. in d. t.
[z] l. ſed & loci. in princ. d. t.
[a] l. iudicium communi. ibid.
[b] Veſemb. in d. t. l. ei qui deſignauit. D. de rei vind.
[c] l. 3. C. h. t.
[d] c. 3. de prob.
[e] l. in tribus. D. de iudic. l. inter coheredes. §. qui familiæ. D. fam. erciſc.
[f] c. in pari. de reg. iur. in 6. §. cõmodum. Inſtit. de interd.
[g] c. ex literis. de prob.
[h] Veſemb. in hunc t.
[i] l. ſi exceptione. l. in finalibus. D. h. t.
[k] l. pen. ibid. l. 2. C. eo.
[l] Bal. Cõſ. 161. Proponebatur. vol. 3. Socin. Conſ. 86. nu. 2. 3. & 3. vol. 1. & Conſ. 166. in 2. parte. gl. in c. cùm cauſam. de prob. & in c. ad audientiam. de praeſcr.
[m] Veſemb. in hunc t.

facto vnius, aut iure reali cui vindicatio cohæret, tamen veteris obſcuritatis amouendæ gratiâ poteſt iudex nouos fines per aliam regionem, vbi commodius fuerit, dirigere; [n] Idque per adiudicationem & condemnationem ex æquo & bono: vt cui fundo fit adiudicatio alicuius portionis tetræ, porrectis in alienum agrum terminis, eius dominus pro eo quod illi adiudicatum eſt, certâ pecuniâ condemnetur illi cuius agro aliquid ademptum eſt. [o] Quæ omnia vt rectè, æquabiliterque fiant, eſt iudicis, in rem præſentem ire, eáque loca, de quorum finibus ambigitur, oculis eius ſubiicienda erunt: aut ſi per occupationes ei non licet, agri menſores eò mittere; per quos iubeat præſentibus litigatoribus, aut contumaciter abſentibus, examinari in re præſenti cauſam. & per dimenſionem agrorum terminos declarari: ex qua declarationis relatione finium regundorum actioni finem imponet.

n §. quædā in ſi. Inſtit. de actio. l. 2. 3. 4. & ſi alter. D. h. t.

o l. 8. ibid. l. 3. C. eo. l. inter caſtellanum. D. de rei arb.

XII. [p] Sciendum eſt, in actione finium tegundorum illud obſeruandum eſſe quod ad exemplum quodam modo eius legis ſcriptum eſt, quam Athenis Solon dicitur ſcripſiſſe in hanc ſententiam [Si quis ſepem ad alienum prædium fixerit, infodeitque, terminum ne excedito: ſi maceriam, pedem relinquito: ſi verò domum, pedes duos: ſi ſepulchrum aut ſcrobem foderit, quantum profunditatis hæc fuerint, tantum ſpatij relinquito: ſi puteum, paſſus latitudinem. At verò oleam aut ficum, ab alieno ad nouem pedes plantato: cæteras arbores, ad pedes quinque.

p l. vlt. D. h. t.

CAP. II.

De termino moto.

XIII. [q] Sed ſuper finium regundorum iudicium, etiam alia iuris teme dia inuenta ſunt, quibus finium diſtinctio aptè munitur. [r] Nam quo minùs cuſtodiuntur agrorum limites; quòque magis patent iniuriis; eo diligentiùs legum ſanctionibus eos defendi par eſt. [ſ] In primis qui poſt delatam finium regundorum quæſtionem, non expectata iudicis ſententia, partē fundi alieni vſurpare audet, iure ciuili Romano nō ſolùm quòd petebat amittit: ſed quo magis vnuſquiſque cōtentus ſuo, non expetat alienum; qui irreptor agrorum in lite fuerit ſuperatus, tantum agri, quantum adimere tentauit, amittet.

q Vefembec. in hunc tit.

r Dionyſ Halicarn. lib. 2.

ſ l. 4. C. h. t.

XIV. [t] Deinde Agraria lege, quam Caius Cæſar aduerſus eos qui terminos ſtatutos extra ſuum agrum finesve dolo malo mouerint, quinquaginta aureos in publicum dare iubentur: & huius actionis petitio eſt eius qui volet. [u] Sed & publico, & criminali iudicio, eos qui peſſimo facto terminos finium cauſâ poſitos protulerunt, teſcriptum Hadriani Imperatoris perſequitur: quo pœna corporalis, vel relegationis, verberum, vel operis publici ex conditione perſonæ, & mente facientis, irrogatur. [x] Quæ quidem accuſatio ciuilis finium iudicium non tollit, neque ab eo tollitur: ſed qui finium regundorum egit, accuſare termini moti reum poteſt; & contrà. [y] Alterutro tamen iudicio pendente, æquum eſt, alterum ad finem vſque prioris differri.

t Vefembec. in hunc t. l. 2. D de term. moto. Paul lib. 1. recept. ſent t. 16. l. 1. C de accuſ.

u dd. locis.

x l. 4. S. ſi dicatur. D. h. t.

y l. 4. D. de iudic. publ. l. vn. C. Quando ciuilis actio pra iud. crim.

CAP. III.

Si menſor falſum modum dixerit.

XV. [z] Aduerſus menſorem agrorum, quem [a] Cicero, [b] & Plautus Finitorem vocant, Prætor in factum actionem propoſuit; à quo falli nos non oportet. Nam intereſt noſtra ne decipiamur in modi renuntiatione, ſi fortè vel de finibus contentio ſit, vel emptor aut venditor ſcire velint cuiuſmodi ager væneat: [c] quo nomine in duplum erat olim ex mendacio actio. Ideò autē hanc actionem Prætor propoſuit, quia non crediderunt veteres inter tales perſonas locationem & conductionem eſſe; ſed magis operam beneficij loco præberi: & id quod datur, ad remunerandum potiùs, quàm vice mercedis quę ex locato debetur, dari: vtpote cùm abſque vlla conuentione & incerta quantitate, aliàs plus, aliàs minus dari ſoleat: vnde & honorarium appellatur, quia honorandi magis cauſâ, quàm ex certo vllo contractu, aut ad certam mercedis quantitatem datur. [d] Si autem ex locato & conducto fuerit actum, dicendum erit, non tenere intentionem. [e] Nam actio locati datur ex contractu, in quo de certa mercede conuenit. At hîc ſine certæ mercedis conuentione officium metiendi cum quadam ſolarij & honorarij ſpe præſtatur, [f] vt inde ex locato agi nullo modo poſſit.

z Vefemb. in t. ſi menſor falſum modum dixerit.

a de lege Agraria.

b In Pœnulo.

c Paul. l. 1. recept. ſentent. l. 18 & lib. 2. 17.

d l. 1. D. h. t. ſi menſ. falſ. mod. dix.

e l. 1. D. loca l. 5. ſi quis ſermonem. D. Dep.

f § vlt Inſt. de loca & cōd.

XVI. [g] Hæc actio dolum malum menſoris exigit, aut latam culpam quæ dolo malo comparatur. Viſum eſt abundè coerceri menſorem, ſi tantùm dolus malus puniretur eius hominis, qui nullo ex contractu iure ciuili obligatus eſſet: [h] vt quoad eius fieri poteſt, officium liberaliter præſtitum minimè ſit ei damnoſum. Nam & in aliis contractibus vſurpari videmus, vt ad quem nulla eius contractus vtilitas redundat, is tantummodò dolum præſtet: [i] quemadmodum eſt in depoſito. Nec in contrarium vrget quòd ob mercedem aliquando menſor operam præbeat. Etſi enim ea ſpe accedere ad metiendum poteſt, tamen quia ab initio nulla fit de mercede pactio, intelligitur gratuitò præſtari officium: ſicuti & mandatum gratuitum eſt, [k] quamuis poſtea remunerandi gratiâ honor interueniat: [l] ſemper enim initium contractus eſt inſpiciendum. [m] Quamobrem ſi imperitè aut negligenter menſor verſatus ſit, ſecurus erit: eique imputabitur qui illum adhibuit.

g l. 1. § 1. D. ſi menſ. falſ. mod. dix.

h l. ſed & ſi quis. D. Quod ad teſtā. aper.

i l. ſi vt certo. §. nunc videndum. D. Commo.

k l. ſi remunerandi. D. manda.

l Si procurator. in prin d. t.

m l. 1. § 1. D. ſi menſ. falſ. mod. dix.

XVII. [n] Competit hæc actio ei, cuius intererſuit falſum modum renuntiatum non eſſe: vt emptori, venditori, litigatori, qui damnum propter falſam menſuræ renuntiatio-

n Vefemb. in d. t. l. 3 § 1. ib.

nem

A nem paſſus eſt. [o] Datur & hæredibus, quia hæc actio rem perſequitur, & ex negotio deſcendit: [p] vnde & perpetua eſt. Aduerſus autem menſorem agrorum intenditur, qui falſum modum, menſurámve renunciauit; ſiue vnum, ſiue plures, & quidem in ſolidum; quia omnes dolus in ſolidum obligat: [q] vna tamen ſolutione actio aduerſus omnes tollitur. Etenim in id quod intereſt, agitur: [r] quod vbi ſemel receptum eſt, bona fides non patitur ampliùs idem exigi.

o d. l. 1. §. vlt.
p l. 4. d. t.
q d. l. 3. in prin.
r l. Bona fides 57. D. de reg. iur.

B XVIII. [ſ] Quamuis de ſolo menſore agrorum verba edicti agant, tamen latiùs id porrexit Prætor. Nam etſi cuiuſuis alterius rei menſuram falſam renuntiaſſe dicatur; hæc actio & quidem directa competet: quia hæc interpretatio non aliunde, ſed ex ipſa Prætoris auctoritate venit: ideóque perinde directam præſtat actioné, atque ipſum edictum. C [t] Proinde ſi in ædificiis menſura fefellit, vel frumenti, vel vini, vel cuiuſve alterius rei; ſiue de itineris latitudine: ſiue de ſeruitute immittédi, proiciendive quæratur: ſiue aream, vel tignum, vel lapidem metiédo, quis mentitus fuerit; tenebitur.

ſ Veſembec. in d. t. ſi menſor falſ. mod. dix.
t l. 5. ibi ſi. l. 6. 7. d. t.

XIX. [u] Sed & vtilem actionem ex edicti interpretatione, Iuriſconſulti, qui cùm iuris condendi poteſtatem non habeant; directas actiones dare nequeunt; quas lex aut edictum dat in eum qui menſor non fuit, fefellit D tamen in modo. Vt ſi architectus dolo malo in lineamétorum ductu, & ordinatione ſtructuræ decipit, [x] aut redemptor, qui opus alteri ſuis cæmentis in modo ſuſcepit: [y] aut tabellarius, in computatione.

u Veſembec. in d. t. l. 5. in verſ. ſed nec videmr.
x l. Redemptores. D. de rei vind.
y l. vlt. D. d. t. ſi menſor falſ. mo. dix.

XX. [z] Porrò in hæredem, ſimiléſque perſonas hác actionem quę ex parte rei conuenti pœnalis eſt, & ex delicto, nempe dolo oritur, denegari Vlpianus ex auctoritate Pomponij ſcribit.

z l. 3. §. vlt. ibid.

E XXI. [a] Venit in hoc iudicium id quod intereſt agentis, falſum modum renunciatum non eſſe. Vnde ſi alia ciuili actione, vt ex empto quis damnum ſibi factum per falſam renunciationem reſarcire poteſt, cùm nihil eius interſit, ceſſabit hæc actio. [b] Nam generaliter extraordinaria remedia, vbi ſufficit ordinarium, dari non ſolent.

a Veſembec. in d. t.
b l. in cauſa. in prin. D. de min.

XXII. [c] Affinis huic actioni eſt querela, F ſeu imploratio officij iudicis, qua méſorum, aut æſtimatorum, aut aliorum omnium qui ex peritia artis ſuæ iudicant, iudicium, menſura, taxatio impugnatur: [d] ſicuti perpetuò impugnari poteſt, cùm nunquam transeat in rem iudicatam. [e] Item actio de dolo quæ datur in apparitores Prætoris, qui extra ordinem ſententiam exequêtes, rem viliori pretio fraudulenter proiecernnt.

c Idē Veſemb. in d. t. ſi menſ. falſ. mod.
d Iaſ. poſt Alex. in l. nn. 10. D. qui ſatiſd. cog. Imola in c. Quintauallis. nu. 30. de iureiur.
e l. Pignora. D. de euict.

G
TIT. VI.

Communi diuidundo.

I. [a] Communi diuidundo iudiciũ ideò neceſſarium fuit, quòd pro ſocio actio magis ad perſonales inuicem præſtationes pertineat, quàm ad communiũ rerum A diuiſionem. [b] Familiæ autem erciſcundæ iudicio hæreditatis tantùm fit diuiſio, non aliarum rerum ſingularium: [c] quæ cùm vel ex ſocietate, vel citra vllam ſocietatis affectionem alia ex cauſa inter aliquos eſſent communes, opus fuit iudicio aliquo, quo res quomodocunque communes ad diuiſionem perducerentur. [d] Nec enim quiſpiam inuitus in ſocietate eſt retinendus, etiamſi pacto conuentum fuerit ne diuiſio vnquam fiat. Latiùs B itaque patet, quod ad vſum attinet, Communi diuidundo iudicium: quia hoc inter ſocios hæredes de hæreditate datur: illud verò omnibus omninò, qui rem aliquam habent communem; [e] adeò vt & cohæredibus vbi familiæ erciſcundæ iudicium deficit, dari ſoleat.

a Veſemb. in d. t. D. l. 1. D. h. t.
b l. 4. ibid.
c l. 2. ibid. l. vlt. fin. D. Pro ſocio. Cuiacius lib. 5. Obſeru. cap. 10.
d In hoc iudicium. §. pen. D. h. t.
e l. ſi filia. §. familiæ. l. inter. D. fam. erciſc.

II. [f] Datur autem hæc actio ex cauſa communionis à qua petatur recedi, [g] ſiue ex conC tractu ſocietatis, ſiue alio modo: puta emptione, legato, donatione, & cæteris generis eiuſdem res ſit communicata. Et hactenus quidem realis eſt actio. Quatenus autem fructus perceptos, aut expenſas factas, cæteráſque perſonales præſtationes reſpicit, perſonalis exiſtit, datúrque ex quaſi contractu: [h] quia neque ex contractu, neque ex maleficio obligatio extat; vnde liquet hanc actionem mixtam cauſam obtinere.

f l. 1. D. h. t.
g l. 2. ibid.
h §. item ſi inter. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contr.

D III. [i] Hæc actio directa competit ſolis dominis rei corporalis communis: [k] ſiue neuter, ſiue alter tantùm eorum, ſiue vterq; rem poſſideat: vel inter omnes, vel quoſdam ex his diuidere deſiderantes, hoc iudicium accipi poteſt.

i l. 4. D. h. t.
k l. pen. ibid. l. Etſi l. ſi quis in fi. ibid.

IV. [l] Vtile autem iudicium datur etiam vtilibus dominis, vt qui vectigales agros poſſident, [m] qui Publicianam habent, aut alia iuſta ex cauſa pro ſuo vſurpant.

l l. Communi diuidundo.
m d. l.

E V. [o] Inter prædones autem, & precario poſſidentes, vel clam, aut colonos locum non habet hæc actio, quia nullam obtinent iuſtam poſſeſſionis ſuo nomine cauſam, ſed aut iniuſtè, aut alieno nomine poſſident.

n l. 7. §. ſi duo ſint. ibid.
o d. l. §. inter prædones. §. colonus. ibid.

VI. [p] Datur & vtile iudicium iis qui ius incorporale, vt vſumfructum, pignus, & conſimilia iura habent. [q] Quia enim hæc veram diuiſionem non admittunt, ideò tantùm vtile iudicium datur; quo non ipſum ius incorpo F rale diuiditur ([r] qui enim fieri poteſt?) ſed illa diuiduntur, quæ eo comprehenſa, ſub aſpectum ſectionémque cadunt, vt in vſufructu, fructus: in pignore, vſus pignoris. [ſ] Nam ſi nihil inſit quod diuiſionem recipiat, vt in ſeruitutibus; hac actione non agetur.

p d. l. §. ſi duo. l. Item. §. 1. l. Arbor. §. vlt. ibid.
q l. cùm filius. in prin. 76. D. de lega. 2.
r Iaſ. in l. 2. §. & harum. nu. 3. l. Stipulationes 72. vbi Bart. & DD. de verb. obl.
ſ d. l. Arbor. §. ſi per eundẽ.

VII. [t] Datur interdum hæc actio etiam nõ dominis, ratione præſtationum, quæ perſonales actiones ſunt, neque rei cohærent, [u] quoties videlicet aut res extincta eſt, aut G communis eſſe deſiit.

t l. ſĩ Labeo. §. pen. D. fam. erciſc.
u l. ſi quis putant. l. in ſumma. D. h. t.

VIII. [x] Sicuti porrò ipſius rei diuiſio venit in Communi diuidundo iudicium, ita & præſtationes: vt ſi, quis impenſas fecit communi nomine: [y] nam ſi proprio; retentionem tantùm habet vt eas conſequatur, ſi modò partem ſuam rectè adminiſtrare ſeparatim

x l. 4. §. ſicut d. antep. ibid.
y l. in hoc iudicium. d. l. antep. ibid.

non potuerit:[z] alioqui ſi potuit, negotiorum tantùm geſtorum haber actionem: eáque tenetur. [a] Sed & ſi quis ſolus ex re communi fructus perceperit: [b] item ſi quid ab aliquo ſociorum agi debuit, quod actum non eſt: aut dolo culp[a]ve eius damnum in re communi ſit datum; eius habebitur ratio. hæc autem omnia vel cumulatim in iudicium veniunt, vel ſeparatim. [c] Nam de præſtationibus agi poteſt, etiamſi res non petatur diuidi, vel quòd noo placet à communione recedi; vel quia res cõmunis eſſe deſijt, aut extincta eſt. [d] Niſi tamen quid fuerit ex communi conſenſu exceptum nominatim, omninò res omnes quæ actione comprehendi poſſunt, intelligentur in iudicium eſſe deductæ.

z l. ſi is cum quo l. 3. l. 8. §. 1. ibid.
a l. 4. cum ſeq. ibid.
b l. ſi is cum quo. l. 3. d. l. 8. §. 1. ibid.
c l. ſi quis putans in prin.
d l. in iudiciũ.

IX. [e] Quibus datur hæc actio, contra eoſdem dari certũ eſt, cùm duplex ſit iudicium.

X. [f] In hæredes tranſit hæc actio; contráque cæteros ſucceſſores, nõ tanquã hæredes, ſed vt dominos & poſſeſſores: in quo tamẽ iudicio id veniet quod defunctus percepit.

e l. 2. in fi. ibid.
f l. 4. § ficut. l. Item ibid.

XI. [g] Porrò in diuiſione hîc facienda, omninò eadem obſeruanda erunt quæ in familiæ erciſcundæ actione. [h] [i] Nam & hoc iudicium perinde eſt bonæ fidei, [k] duplex [l] & mixtum. [m] Vnde iudex omnes res, de quibus quidẽ corã eo actũ erit ([n] nam vltra id quod in iudicio eſt deductum, extendi poteſtas iudicis nequit) diuidere debebit, [o] menſura deſignatis vnicuique certis regionibus; [p] & in his quæ diuiſionem non recipiunt, vt animal & ſimilia, totum corpus vni adiudicare, ſcilicet ei qui plus iuris, maiorémve partem, aut etiam affectionem probabilem in re habet: [q] eúmque in partem æſtimationis alteri cui res abiudicata eſt condemnare; [r] vnà cum acceſſionibus & deceſſionibus omnibus: & denique in vniuerſum prouidere [s] vt omne commodum atque incommodum æqualiter diuidatur, niſi quid dolo, culpa, aut facto ſocij ſit contractum. [t] Eáque omnia in diuiſionibus quoque rerum feudalium ſeruanda eſſe, cùm nihil ſpecialiter inueniatur diſpoſitum; verius eſt.

g d. l. ſi quis putãs & §. vlt. l. arbor. in fi.
h i l. 13. ibid.
k l. 4. §. 2. & d. l. in hoc iudicium d. t.
l d. l. 2.
m d. l. 4. §. fin.
n l. vt fundus. d. l. 4. §. hoc iudicium. D. h. t.
o l. Communi diuidundo. §. cũ de vſufructu. ibid.
p l. 3. ibid.
q d. l. ſi quis putans, §. pen. l. 7. l. 10. cũ ſim. ibid.
r d. l. ſi quis putans. §. ſi quid. poſt acceptum.
ſ l. ſi is cũ quo. ibid.
t c. 1. de feud. cogn. Curt. in prin tract. feudor. 3. & 4. quæſt. Andr. Iſern. & DD. in c. 1. §. præterea Ducatus de prohib. feudi alien. per Feder. Chaſſan. in Conſ. Burgũd. l. de feud. §. 6. in fin. nu. 20. Tiraq. in tract. de iure primog. quæſt. 4. nu 19.

XII. [u] Arbor quæ in confinio nata eſt; item lapis qui per vtrunque fundum extenditur;

u l. arbor. D. h. t.

A quandiu cohæret fundo è regione cuiuſque finium, vtriuſque ſunt: nec in Communi diuidundo iudicium veniunt: ſed cùm aut lapis exemptus, aut arbor eruta vel ſucciſa eſt, communis pro indiuiſo fiet: & veniet in Cõmuni diuidundo iudicium. Nam quod erat in finitis partibus, rurſus confunditur. Quare duabus maſſis dominorũ conflatis, tota maſſa communis eſt: etiamſi aliquid ex prima
B ſpecie ſeparatim maneat: ita arbor & lapis ſeparatus à fundo confundit ius dominij.

XIII. [x] De veſtibulo binarũ ædiũ, arbiter communi diuidundo, inuito vtrolibet, dari non debet: quia qui de veſtibulo liceri cogetur, neceſſe habebit interdum totarum ædium pretium facere, ſi aliás aditum non habeat. [y] Iniquum autem eſſet tam vilis acceſſionis nomine, ſcilicet veſtibuli, cogi totas ædes diſtrahere contra [z] regulam
C quæ aliis in tebus obſeruatur.

x d. l. § 1.
y In annot. Plantinianis.
z l. arbitrum. D. fam. erciſ.

XIV. [a] Si per eundem fundum via debeatur, & in eam impenſa facta ſit; duriùs, ait Pomponius, Cõmuni diuidundo, vel pro ſocio agi poſſe. Quæ enim communio iuris ſeparatim intelligi poteſt? igitur negotiorum geſtorum actione agendum.

a l. cum ſocij. §. ſi per eundẽ. D. h. t.

XV. [b] Iudicem in prædiis diuidũdis, quod omnibus vtiliſſimum eſt, vel quod malint litigatores, ſequi conuenit.

b l. iudicem. ibid.

D XVI. [c] Si meo & vicini nomine parietem ædificem, tanquã repetiturus ab eo pro parte impenſam, vel donationis gratiâ, communis fit paries.

c l. ſi meo. ibid.

XVII. [d] Sabinus ait; In re communi neminem dominorum iure facere quicquam inuito altero poſſe. Vnde manifeſtũ eſt prohibendi ius eſſe. In re enim pari potiorem cauſam eſſe prohibentis conſtat. Sed & ſi in re cõmuni prohiberi ſocius à ſocio ne quid
E faciat, poteſt; vt tamen factum opus tollat, cogi non poteſt, ſi cùm prohibere poterat, hoc prætermiſit: & ideo per Communi diuidundo actionem damnum ſarciri poterit: ſin antem facienti conſenſit; nec pro damno habet actionem: quòd ſi quid abſente ſocio ad læſionem eius fecit, tunc etiam tollere cogitur.

d l. Sabinus. ibid.

XVIII. [e] Communi diuidundo iudicio rectè agi, ſiue neuter poſſideat, ſiue alter ſociorum fundum poſſideat.

e l. pen. ibid.

IVRIS CIVILIS ROMANI GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER XXVIII.

TIT. I.

De Iuriſdictione, Iudice, Foróque competenti.

Hic titulus octo capitibus continetur; quorum primum eſt, De iuriſdictione. Secundum, De Iudice, & foro competenti. Tertium, De Fori priuilegio ſcholaſticis competente. Quartum, De Fori priuilegio in Principis aula, vel in ſuprema Curia agentium. Quintum, De litibus iuriſdictioni regiæ ſpecialiter attributis. Secunda pars dicti capitis quinti eſt, De controuerſiis ſuperiorum iudicum cognitioni adſcriptis, eorúmque propriis. Tertia pars eiuſdem capitis, De cauſis inferiorum iudicum propriis. Quarta, De cauſis communibus ſuperioribus & inferioribus iudicibus. Sextum caput eſt, Apud quem iudicem actionis cauſa contra auctorem agitari debeat. Septimum, De expenſis litis in fori præſcriptione. Octauum, De Pontificia iuriſdictione: cuius prima pars eſt, In quibus cauſis initiatas ſacris coram iudice non Eccleſiaſtico conuenitur. Secunda, In quibus cauſis laicos coram iudice Pontificio conuenitur.

CAPVT I.

De Iuriſdictione.

I. [a] IVRISDICTIO eſt publica cognoſcendi de cauſis poteſtas, ſeu notio; & definitio cauſarum, quam magiſtratus ex ordinario officij ſui iure & munere habet, exercet, ac mandat. [b] Sed propriè iuriſdictio munus ſignificat, quod magiſtratus iure ſuæ poteſtatis ordinario gerit & exercet. Latiore tamen ſignificatione etiam pro omnimoda iuriſdictione, puta pro mero & mixto imperio accipitur; itẽ pro iuriſdictione delegata.

II. [c] Species omnimodæ iuriſdictionis hodie vulgò traduntur tres, Merum imperium, mixtũ; & iuriſdictio ſimplex. [d] Sed olim merum imperium (quod & nomen indicat) res erat ſecreta à iuriſdictione: [e] quia non iure magiſtratus, ſed ex ſpeciali populi conceſſu & quodã quaſi priuilegio dabatur; quare nec mandata iuriſdictione tranſibat.

III. [f] Merum imperium eſt, habere gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines; [g] quod & poteſtas appellatur.

IIII. [h] Mixtum imperium eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, hoc eſt, quantũ arbitror, quod permixtum eſt iuriſdictioni; [i] & cõpetit magiſtratui ordinario ſeu curuli qui iuriſdictionem habet, & pro tribunali cognoſcit: [k] vnde & mandata iuriſdictione transfertur. Dicitur autem imperium potiùs quàm iuriſdictio: [m] quia non in iure dicẽdo, ſed excipiẽdo, imperando, iubendo verſatur. Cùm autem magiſtratus nõ iubeat, neque exequatur citra cauſæ cognitionem, [n] ideò & iuriſdictionem illi imperio ineſſe rectè dicitur; [o] vt qui habeat A miſtũ imperium, intelligi debeat & iuriſdictionem habere; [p] & iudicis dandi licentiam. [q] Cõtrà, penes quem eſt ordinaria ſuperior, de qua dictum eſt, iuriſdictio, is etiam imperium mixtũ habere videtur; [r] quia ſine coercione, & imperio, & poteſtate iubendi, & mittendi in poſſeſſionem, dandi iudicis, coercendi, explicari iuriſdictio nequit.

B CAP. II.

De Iudice & foro competenti.

V. [s] IVdex ad certam rem datus, ſi de aliis pronũtiauit, quàm quod ad eam rem pertinet, nihil agit.

Gratianus, Valent. & Theodoſius.

VI. [t] Et in priuatorũ cauſis huiuſmodi forma ſeruetur, ne quenquam litigatorum ſententia non à ſuo iudice data conſtringat.

C VII. [u] Priuatorũ conſenſus iudicẽ non facit eum qui nulli præeſt iuriſdictioni: nec quod is ſtatuit, rei iudicatæ continet auctoritatem.

VIII. [x] Actor debet ſequi forum rei, non reus actoris. De quo Dioclet. & Maximianus Impp. ita Alexander reſcripſerunt [Iuris ordinem conuerti poſtulas, vt non actor rei forum, ſed reus actoris ſequatur. Nam vbi domicilium reus habet, vel tempore contractus habuit, licet hoc poſtea trãſtulerit, ibi tamen conueniri eum oportet.] D

Impp. Valerianus & Gallienus Meſſalæ.

IX. [y] Vbi res hæreditarias eſſe proponis, hæredes in poſſeſſionẽ rerum hæreditariarũ mitti, poſtulandũ eſt. Vbi autẽ domicilium habet qui conuenitur; vel ſi ibi vbi res hæreditariæ ſitæ

a Vel in l. de iuriſdictione. D.
b Iaſ. in d. l. in rubr. & in l. Qui iuriſdictioni d. l. & toto t. l. 4. § vlt. l. Solent. D. de offic. Proc. toto t. de offic. Proc. Aex. glo. ad verb. iuriſdi. [illegible]
c l. 1. & toto t. D. de offic. eius cui mãd. eſt iuriſd. l. 4. & 6 D. de off. Procōnſ.
f Vel in d. l. de iuriſd. D.
g l. 3. d. l. Poteſtas 125. D. de verb. ſig. l. Nemo 71. D. de reg. iur.
h Vel in d. l. de iuriſd.
i l. 3. ibid.
k l. 4. ibid.
l l. vlt. D. de offic. eius cui mand. eſt iuriſ.
m l. 1. & 4. D. de iuriſd.
n l. Nec quiſquam. § 1. Vbi donatum D. de offic. Proc. vbi Bart.
o l. 3. D. de iur.
p d. l.
q l. 4. ibid.
r l. 2. ibid. iuncta l. vlt. D. de offic. eius cui man. eſt iuriſd.
s l. 1. C. ſi à non comp. iud. iudicatum eſſe dicatur.
t l. vlt. d. l.
u l. 3. C. de iuriſd. om. iud.
x l. 2. ibid.
y l. C. vbi de hæreditate agatur. & c.

Digitized by Google

ſunt, degit, hereditatis controuerſia erit terminanda.

a l. vn. C. vbi fideicommiſſum peti oporteat. a l. vnica. C. vbi conueniatur qui certo loco dare promiſit.

X. [a] Fideicommiſſum ibi petendũ eſſe, vbi hereditas relicta eſt, dubitari non oportet.

XI. [a] Qui certo loco ſeſe ſolututũ pecuniã obligauit, ſi ſolutioni non ſatisfecerit, arbitrariã actione, etiam in alio loco poteſt conueniri: in qua venit æſtimatio, quod alterius interfuit, ſuo loco, potiùs, quàm in eo in quo petitur, ſolui.

b l. 1. C. vbi de poſſeſſione agi oporteat.

XII. [b] Vbi aut vis facta dicitur, aut momentanea poſſeſſio poſtulanda eſt; ibi loci iudicem aduerſus eum qui poſſeſſionem turbauit, conuenit iudicare.

c l. 1. C. vbi in rem actio exerceri debeat.

XIII. [c] Actio in rem datur contra poſſidẽtem, non cõtra auctorẽ eius qui non poſſidet. Datur tamẽ cõtra illũ regreſſus de euictione, ſi illi lis fuerit denũtiata. De quo Impp. Diocletianus & Maximianus Pancratio ita reſcripſerunt: [In rem actio, non contra venditorem, ſed contra poſſidentem competit. Fruſtrà itaque deſideras non tecum cõgredi, ſed cum auctore tuo dominium vindicantem, cùm te poſſidere contendas. Nam ſi denuntiaſti ei qui tibi vendidit, intelligis ei euictionis periculum imminere. Nec enim iuriſdictionis forma in eadem prouincia conſtitutis, tam petitore, quàm poſſeſſore, ob auctoris perſonam, quem in alia prouincia dicis conſiſtere, debet immutari.]

Imp. Conſtantinus.

d l. ſi quis alterius. ibid.

XIV. [d] Si quis alterius nomine quolibet modo poſſidens rem immobilem, & litem ab aliquo per in rem actionẽ ſuſtineat, debet ſtatim in Iudicio dominum nominare: vt ſiue in eadem ciuitate degat, ſiue in agro, ſiue in alia prouincia ſit, certo dierũ ſpatio à iudice definiendo, eóq; ad notionem eius perducendo; vel ipſe in loca, in quibus prædium ſitum eſt, perueniens, vel procuratorem mittens, actoris intentiones excipiat.

Imppp. Valent. Honorius & Arcadius.

e l. vlt. ibid.

XV. [e] Actor rei forum, ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit actio, ſequitur. Sed & ſi in locis, in quibus res, propter quas contenditur, conſtitutæ ſunt, iubemus in rem actionem aduerſus poſſidentem moueri.

f Auth. vt nulli. §. ſi quis verò comprehenſorum. & in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oportet. Conſil. Molin. verſ. 35.
g Annot. in l. heres abſens. D. de iudiciis.
h l. vlt. C. de iudicio e Græco
i Cuiacius ex conſtitutione Græc. lib. ... obſ. ...
k imber. lib. 1. inſt. For. 1. cap. 27.

XVI. [f] Si de crimine delictóve agatur, cauſæ cognitio, ad eum iudicẽ remitti debet, in cuius territorio crimen commiſſum eſt. [g] ſed in cauſis ciuilibus remitti lis non debet ad iudicẽ, in cuius territorio contractus initus fuerit.

XVII. [h] Qui ſemel aliquẽ in ius vocauit, non poteſt eadẽ de re poſtea ad aliud iudiciũ vocare ex ſcripto, vel ſine ſcripto: quod ſi fecerit, cauſa cadet, & dãnabitur in id quod intereſt.

XVIII. [i] Qui ſemel vocatus eſt in ius, ſi poſtea militiæ, vel clero nomen dederit, vel qua alia ratione alterius fori eſſe cœperit, nõ poteſt in ea cauſa vti præſcriptione fori, quaſi præuentus.

CAP. III.

De fori priuilegio ſcholaſticis cõpetente.

XIX. [k] Est intelligẽdũ, iudices duos ſcholaſticorum proprios eſſe: vnum

A quidem à regia maieſtate cauſis eorũ audiendis præpoſitum: alterum autem à ſupremo Pontifice. Hi verò iudicia exercẽt in ſingulis ingenuarum artium Academiis.

l Idem Imb. ib.

XX. [l] Ergo qui hoc priuilegio vtendũ putant, poſteaquam ſex menſes literis in celebri Academia operam dederint; rectorẽ adire debent, adhibitiſque duobus aut tribus teſtibus probis ſcholaſticis ſe per id ſemeſtre tempus literis incubuiſſe, dicere, rogaréque in ſcholaſticorum album adſcribi. Quòd ſi morẽ gerat B Rector, epiſtolã huiuſce ordinis aſſertoriam ab Academiæ ſcriba accipere debent, eámq; epiſtolam proprio Academiæ iudici oſtẽdere, vt edictum decernat pro rei conditione.

m ibid.

XXI. [m] Huius autẽ forma vbique iiſdẽ verbis cõcipitur. Nam & iudex ſcholaſticos ſuos patrocinio tuendos vindicat, præcepitq; apparitori regio vt omnes, de quibus à ſcholaſti C co rogabitur, in ius corã ſe aduocet: necnon ſi qua aduerſus ſcholaſticum, aut aliũ, de re tamen ad illum pertinente lis mota fuerit apud alios quidẽ iudices, eam ad ſuam iuriſdictionem transferat atque releget.

n ibid.

XXII. [n] Regiis ſanctionibus ſtatutũ eſt, nulli licere nomina aut res in ſcholaſticum tranſcribere, præterquam fratri, auunculo, patruo aut patri, quibus duntaxat permiſſum eſt, aut res, aut actiones ſuas vel in filium proprium, D vel filium ſororis, aut fratris, aut in proprium fratrem transferre.

o Imb. d. c. 27
p l. ſi verò §. de viro. D. Sol. matr.
q Imb. d. cap.

XXIII. [o] Si aliis perſonis, quàm quæ in cõſtitutione regia ſunt expreſſim nominatæ, nullius erit momenti ad tribuẽdum hoc fori priuilegium. [p] Nam cùm certis perſonis permiſſa ſit ceſſio, nõ eſt aliis cõcedẽda, imò cenſetur interdicta. [q] Quare nominis ceſſio à viro vxoris fratri ſuæ facta, iudicio Pariſienſis curiæ improbata eſt.

r Imb. ib. arg. quòd vſuræ ſine ſorte nõ poſſunt ſubſiſtere, vt ... in l. 2. C. de iudic.
ſ Imbert. d. c.

XXIV. [r] Non poſſunt ſcholaſtico cedi re- E ditus annui, niſi reditus ipſe cũ his cedatur, vt ſupremæ Pariſiẽſis Curiæ iudicio cõfirmatum eſt: qua in re ſæpe ab imperitis erratur.

XXV. [ſ] Scholaſticus à supremę illius Curiæ, apud quam Academiæ ſuæ ciues iuris accipiendi gratiã conueniunt, finibus reum abducere non poteſt. Qua quidẽ in re latiſſimũ eſt diſcrimẽ, aduerſariúmne ad propriũ eũ dẽm que regium iudicem accerſat, an ad Põtificiũ F illum. Nã ſi ad priorem regium iudicem accerſat reũ, vltra quatuor dierum iter ab eius domicilio abſtrahere non poteſt: ſin autẽ ad poſteriorẽ, intra quatridui viã coanguſtatur.

t Imb. d. c. 27

XXVI. [t] Si dum lis coram ſcholaſtici ordinis iudice pẽdet, ceſſionis, ex qua agebatur, fraus detecta appareat; reus ad ſuum ordinarium iudicem Principis reſcripto factus litẽ tranſmittet, quamuis conteſtata ſit.

u d. cap.

XXVII. [u] Sanè hoc priuilegio tamdiu G non fruuntur ſcholaſtici qui in Academiis operam nauant ingenuis artibus: ſed cõſtituta ſunt ſingularum facultatum ſtudioſis tempora, quorum caſu ei priuilegio meta imponitur. Nempe qui Grammaticæ, Dialecticæ, Phyſicęque diſciplinæ inuigilant; his quadriennium datur. Deinde his qui in Pon-

tificio

A tificio & Cæſareo iure capeſſenda laborát; ſeptennium. Poſtremò his qui perſcrutandę ſacræ Scripturæ ſententiis immorantur, deſudántque, quatuordecim anni. Tamē citra vllius temporis præfinitionem hoc priuilegio potiuntur, dum facultatē artium quarumcũque in his profitentur Academiis: ſed ſi per viginti annos has ſingulas artes docuerint, id priuilegium perpetuò retinebunt, poſteaquā etiam à profeſſione deſtiterint.

x Imbert. d. c.

B XXVIII. [x] Non omnes cauſas, ſcholaſticus, his ſe offerendo, ad proprios iudices ab aliis admittendas impetrat. Nam ſi regius Procurator liti priùs adſtiterit; aut patronus de cliētelari prædij iure agat: huiuſmodi controuerſias ab eo coram quo cœptæ ſunt, auferre non poteſt. Quin & ante litem in aliis cauſis conteſtatam, his ſe offerre & in has deſcēdere debet. alioqui denegabitur remiſſio.

y ibid.

C XXIX. [y] Si ſcholaſticus, vt hoc priuilegium adipiſceretur, aut ſtudij literarij tempus fuerit emētitus, aut eo priuilegio abuſus, aut huius priuilegij ſpecie litis rejectionem obtinuerit, ſua intereſſe perperam ementitus, actione cadit: & litis æſtimationem, ſumptúſque aduerſario præſtabit: atque pro ius dicentis arbitrio mulctatitiá pecuniá fiſco inferet.

z Conſt. Ludo. 12. Regis anni 1499. edita die vlt. Aug.
a Imb. d. c. In dicto commentā. Pictau. dies 21 Octo. 1538.
b Clem. 1. vt lite pend.
c Paul. Caſtr. in l. 1. C. Com. diuid.
d Imb. d. cap. arg. quod reſcriptum Principis ita interpretandum eſt vt minùs alterum lædat. l. 2. §. ſi quis à Principe. D. ne quid in loco publ. & iuri communi non deroget, ſi aliter efficax eſſe poteſt. l ſi quādo. C de inoff. teſta. & c. 1. Extra. de reſcriptis.
e Imb. d. lib. 1. Inſt. For. c. 28.

XXX. [z] Scholaſticus hoc fori priuilegio potiri non poterit, ſi per ſex menſes ab Academia illa abfuerit.

D XXXI. [a] Vt non poteſt actio coram alio iudice inſtituta ſcholaſtico cedi, vt reum ad ſuum trahat iudicem. ita nec actionem aduerſus ſe inſtitutam quis poteſt cedere ſcholaſtico, vt iudicium mutet. [b] Actio autem litigioſa dicitur, cùm citationis decretum actionis cauſam continens reo denuntiatum eſt: [c] itaque nec cedi ampliùs poteſt.

E XXXII. [d] Si litigioſum vitium Principum reſcripto remittatur, tamen cauſa ad priuilegiatum iudicem remitti non debet.

CAP. IV.

De fori priuilegiis in Principis aula, vel in ſuprema Curia agentium.

XXXIII. [e] OPeræpretium videtur id complecti fori priuilegiũ, quod his cōpetit, qui libellis præfectorũ, qui F in Baſilica Pariſienſi iuriſdictioni ſunt attributi: veluti, Cōſiliarij apud ſupremũ tribunal conſidentes: item patroni, & iuris cognitores, ſeu procuratores coram illis tractantes, cæteríque alij Curiæ illius ſupremę miniſterio addicti, ſacramento quidē addicti, vt actuarij, apparitores, ſi modò re ipſa miniſtrent, deinde regij hoſpitij magiſteriales in Principis aula agentes: tum ſodalitia, Pontifices, & Coenobiarchæ, qui regio patrocinio adſcripti ſunt, G poſtremò alij complures quibus Principis munificentia id priuilegij largita eſt. Qui igitur huius conditionis ſunt, ſiue litem inſtituere, ſiue à ſe, aut aliis inſtitutam, modò ad ipſos pertineat, cupiũt ſuſcipere, & ad libellis præfectos relegare; id eis haud dubiè licet.

f ibid.

XXXIV. [f] Verùm Principis reſcripto in eA rē opus eſt: quod quidē duobus modis concipitur, nempe aut generaliter, nulla mouendę, vel transferēdæ, relegandæque actionis mentione habita; aut ea ſpeciatim expreſſa.

g ibid.

XXXV. [g] Sanè patroni, procuratoréſque in illa ſuprema Curia verſantes, reſcripto generali eas controuerſias ad eiuſmodi præfectus duntaxat aduocant ac relegant, quæ corā Pariſienſis vrbis præfecto agitantur. Quòd ſi a-B pud alios iudices lis pendeat, niſi ſpecialiter reſcripto eam exprimente, hanc transferre, ad illóſque reijcere non poſſũt. Cæteri verò, quos ſuprà memorauimus, reſcripto ſolùm generali à quibuſcunque iudicibus cœptā litis examinationē auferunt; ad illóſque trāſmittũt.

h i Imb. d. cap. 28.

XXXVI. [h i] At omnibus hæc facultas adimitur poſt litem conteſtatam.

k ibid.

XXXVII. [k] Quin ea certarum litium finibus coercetur: veluti cùm ad poſſeſſionē, C aut in perſonam ſimpliciter, ſupra tamen decem Francicos, agitur. Quamquam & hi pręfecti præter conſtitutionis etiam regiæ mentem, cognoſcunt ſæpiſſimè de actione pigneratitia perſonali, & reali: nunquam tamen de ſola pigneratitia.

l ibid.

XXXVIII. [l] Sed nec cùm de clientelaris rei iure etiam in perſonam actione diſceptatur, patronúſque clienti adſiſtit, ius poſſunt dicere. Nā earũ actionũ, ſicuti & cæterarũ, D ademptis his quas prædiximus, ad præfectos illos non conceditur rejectio. Proinde quāuis mutuò litigantiũ cōſēſu relegatæ ſint, ſummus fiſci patronus protectórque, vt repellātur, curare debet: & quicquid in his litibus ab illis præfectis decernitur, ſuprema Pariſiēſis curia inducere, irritúmque facere conſueuit.

m ibid.

XXXIX. [m] Verùm cùm de actionibus ad eorum præfectorum iuriſdictionem pertinē-E tibus certatur; tametſi aduerſarius, qui litem ad eos reijciendā petit, huiuſmodi priuilegio ſubnixũ iudicē inficietur, is tamē iudex, apud quē cōtenditur, ſtatuēdi ius non habet vt priuilegium illud oſtendatur. imò ſanè continuò ad illos debet reijcere qui hanc quoque liticulam in primis definient.

n ibid.

XL. [n] Planè reſcriptorum huiuſmodi, quibus hæ fiunt litium tranſlationes, vis, robúrque vnius anni & diei fluxu initar illius edi-F cti quod præmonuimus, ſcholaſticis, in eam quoque rem concedi abſumitur.

o ibid.

XLI. [o] Nec id quidem prætereundum eſt, quod ſingulariter illæ ſibi controuerſias vindicant, quæ de ſacerdotij iure inſtituũtur, quod Rex noſter regaliorum iure, Pontificatu aliquo iacente, largitus fuerit. Nam ſi hæ etiam apud inferiores, etiamſi regios iudices, motę fuerint, qui ſe his offerre volet, eas ad ſupremum Pariſienſe tribunal transferendas ante litem certè conteſtatam impetrabit: quod ſi G competitores neglexerint; ſummus regij iuris protector id ipſum exequetur: neque eum ſubmouebit litis conteſtatio.

p Imb. c. d. Iudicio concentũum Pictauenſium die, 25. Sept. 1531.

XLII. [p] Quando reus principalis in perſonā obligatus eſt, & perſonali actione cōuenitur, alter veluti eius fideiuſſor nō poteſt ex priuilegio litē ad priuilegiariũ iudicē transferre.

ſ Imb. d. c. Iudicio curiæ Pariſ. dat. 9. Aug. 1530. · Iudicio curiæ Pariſ. dat. 24. Dec. 1521. Imbert. d. c.

XLIII. ᵠ De ſola hypothecaria actione reali, non coniuncta perſonali, præfecti ſuprà dicti non cognoſcunt.

XLIIII. ʳ Hoc priuilegiū circunforaneis cauſarum inſtitoribus, quos Solicitatores vocāt, non competit, ſi quidé curię illius nexum non ineunt.

ſ Imbert. d. c.

XLIV. ſ Non inſcitè dubitatū eſt, an recuperandę poſſeſſionis interdictū ob vim armis factam, criminalis actionis inſtar corā iudice regio propoſitum, poſſit ad hos præfectos reijci. Videtur reijciendū; vt pote quòd in perſonam ſit.ᵗ Tamen ſummæ Curiæ Pariſienſis iudicio hæc res diſtinctione compoſita eſt; vt quod in eo interdicto ciuilis ſit cognitionis, ad illos relegandum ſit: quod verò ad crimen attinet, ſi per cauſæ ciuilis victoriam nequeat purgari, apud regium iudicem tractandum remaneat.

t Iudicio 26. Nouem. 1521.

u Imbert. d. c.

XLIIII. ᵘ Id non eſt ignorandum, neque his præfectis, neque priuilegiarijs ſcholaſticorum iudicibus de appellatione quauis ius eſſe cognoſcendi, quanquam ea dimanet ab executione ſententiæ ab iis latæ, ˣ ſed appellatur ab iis ad ſupremam curiam: vt etiam de ſcholaſticorum iudicibus iudicatur.

x Conſtitutionibus regiis de regiorum iuriſdictionū ure. verſ. 21.

y Imbert. d. c.

XLV. ʸ Diximus ſuprà, priuilegij qualitatem, ſi negetur à ſcholaſtico, eſſe oſtendendam: ſed ſpecialiter id conceſſum his præfectis accepimus, vt de hoc ipſi cognoſcant, quòd ex ampliſſima Pariſienſis ſenatus curia delecti ſunt, eique annumerentur. Etenim cùm hodie nouiſſimis conſtitutionibus non liceat vllam ferre in reū contumacem ſententiam, antequàm actor probet; efficitur vt etiā reus hac interlocutione non debeat fori præſcriptione depelli; atque contumaciæ mulctari diſpendiis; ne plurium ſententiarum ſportulis contumax affligatur.

CAP. V.

De litibus iuriſdictioni regiæ ſpecialiter attributis.

Imbert. lib. 1. inſt. c. 23.

XLVI.ᶻ PRinceps, his qui pro ſua ditione iudicant, certas controuerſias adſcripſit: quaſdam verò ita demùm his commiſit, ſi earum cognitionem præoccuparint. Nā ſi controuerſię regij iudicis propriæ præoccupatæ ſint, regius ille iudex eas ad ſe aduocat regij procuratoris curā & operā. Atque harū quidem cauſarū prima eſt, quæ æris fiſcalis nomine exiguntur, ſiue à regij patrocinij reditibus, ſiue à publicis functionibus, ſtipendiiſque, aliòve modo proficiſcantur.

Altera ſpecies eſt, cùm de adminiſtrationis publicæ, vel priuilegij à Rege conceſſi auctoritate retinēda vel imminuenda agitur, cùm de templorum, quæ regio patrocinio iamdiu donata ſunt, fūdis, rebúſve cōtenditur; itē cùm vectigal, quod admortiſſamentū nuncupamus, cōdicitur eorum prædiorū nomine, quæ Regis clientelæ ſunt emancipata, & in dominium Deo ſacrum trāſcripta, ſiue Curionibus, parochisque; aut ſodalitiis cōſecratis, aut aliis ſacerdotibus rei diuinę cauſā.

Nam cùm huiuſmodi prædiorū alienatio perpetuò ſit interdicta, ob eámque cauſā, omni quod ex alienatione manat commodo in poſterum Princeps cariturus ſit; non iniquum certè eſt, ſi quædam huiuſmodi prædiorum æſtimationis pars fiſco præbeatur; nempe vt perpetuum damnum accepta ſemel quantitate ſarciatur. Quapropter idem iuris eſt, cùm res ſoli clientelæ Principis ſuppoſitæ, aliis acquiruntur; quibus alienandi facultas perpetuò ſublata eſt, aut iuris Imperialis præſcripto, aut antiquiſſima etiam conſuetudine.

a Imbertus. ib.

XLVII. ᵃ Cæterùm inter eas controuerſias, quæ nonniſi præoccupatione regiis iudicibus attribuuntur, neque ab aliis aduocari poſſunt, hæ connumerantur; interdictum retinendæ poſſeſſionis; deinde cùm de his implendis quæritur, quæ tabulis, vel inſtrumentis à regiis tabellionibus cunfectis, regióque ſigillo ſuffultis, cauta ſunt; ſiue ad contractus, ſiue ad teſtamenta ſpectent. Sed quantum ad contractus, id deſitum eſt, præterquàm in his tribus ſigillis quæ contrahentem ita ſuarum iuriſdictionum nexu deuinciunt.

b Imbert. d. c.

XLVIII. ᵇ Necnon accepimus regium iudicem de eorum controuerſia prædiorum iure cognoſcere, de quibus apud ſuos tabelliones contractum eſt, ſi modò ea in territorio patroni ſibi ſubditi ſita ſint: neque ſi patronus ille hanc controuerſiam ad ſe remitti poſtulet, ferendum eum eſſe. Nam patrono, ſubditum, qui actione in perſonam conuenitur, licet ad forum ſuum deducere, etiāſi ex regij tabellionis agitur ſcriptura: neq; inter vtraque ſpeciem diſcriminis quicquā exiſtit.

c ibid.

XLIX. ᶜ Aliæ quoque permultæ ſunt cauſę his iudicibus regiis ſpecialiter attributæ, quę propterea quòd capitalibus iudiciis accōmodatiores ſint, ſuo loco tractabuntur.

Secunda pars d. capitis quinti.

De controuerſiis ſuperiorum iudicum cognitioni adſcriptis, eorúmque propriis.

d Imbert. d. c.

L.ᵈ SVperiores regij iudices, qui quandoque præſidiales nominātur, propriam ſibi obtinent iuriſdictionem, ſi de Principis patrimonio, canone, vel cenſu quouis modo agatur; vel etiam de iis nouiſſimo licitatori addicendis; vel ſi litigantes claro nobilique ſint genere, neque ſordidis artificiis, plebeiſque maiorum imaginibus tenebras offuderint. Neque refert actoréſne ſint, an rei: vel ſi de dando iis tutore vel curatore, vel facultatum, quę eorum ſunt, conficiendo repertorio: vel ſi de rebus quæ clientelari, feudatorióque iure poſſidentur, ac de earum cauſa diſceptatur: nihilq; intereſt quo actionis genere agatur, ſiue ciuili, vel capitali iudicio, ſi modò nobilis reus ſit in criminali quæſtione.

Quin etiam ſi de hæreditate partim feudaria, nobilique; partim plebeia & ignobili inter nobiles plebeióſque: necnon ſi inter plebeios de hæreditate plebeia (cuius tamen res

in pluribus variíſque territoriis ſint poſitæ) tractetur; de huiuſmodi hæreditatibus iudex præſidialis ius dicet.

Itē ſi de ſacerdotij aut alterius ſacrę dignitatis poſſeſſione, aut de immunitate, aut de dilatione annali aut quinquēnali, aut de nundinarum, aut de priuilegij cuiuſcunque à Principe conceſſi viribus quæratur: aut de edicto quo nobiles ad arma euocantur, atq; ſubeuocātur, déque his iurgiis quæ circa id oboriuntur, aut de rebus templorum quæ à Principe Deo dedicata ſunt, quæque in eius fidem patrocinúmve recepta fuiſſe regio conſtat diplomate.

Præterea ad hos præſidiales iudices ſpectat, decretis, quæ ab vniuerſitate ſibi ſubdita fiunt, præeſſe: & rogatis ſingulorum ſententiis imponere colophonem.

Iudices quoque inferiores, & eorum, aliorúmque iudicum apparitores à ſuperioribus illis in poſſeſſionem mittentur: & ipſis præeuntibus in verba Principis iurabunt.

Inſuper ſi quis huius præſidialis iudicis ſe ſubiecerit nominatim iuriſdictioni, ſi qua de eo contractu emerſerit controuerſia, coram eo tractabitur.

Adeò autem eius generis cauſæ, quas enumerauimus, præſidialis iudicis propriæ ſunt, vt apud regium inferiorem iudicem examinari nullo modo poſſint.

Tertiæ pars d. capitis quinti.

De cauſis inferiorum iudicum regiorum propriis.

LI.[e] AD inferioris iudicis regij iuriſdictionē propriæ hæ cauſæ deferuntur; ſi agatur inter plebeios ignobiléſque, vel de rebus ignobilibus, miniméque clientelariis, vel familiæ erciſcundæ iudicio; quamuis nonnullæ ex rebus hæreditariis ſint nobiles & feudariæ, ſi modò in ipſius inferioris iudicis territorio ſitæ ſint omnes. Sin autem in variis poſitæ ſint territoriis, de hoc familiæ erciſcundæ iudicio apud præſidialem duntaxat iudicē debet diſceptari: [a] adhæc ſi de rebus ædis ſacræ contendatur, quæ à Principe cultui diuino ſit conſecrata, dummodò regij patrocinij diplomate non potiatur. Deinde ſi de iis contractibus lis moueatur, quibus contrahentes nulli ſe addixerunt iuriſdictioni: adeò etiam vt ſi ex generis huiuſce contractu atque edicto præſidialis iudicis indicta ſit æris alieni ſolutio, ſi qua inde naſcatur controuerſia, coram eo iudice inferiore debeat agitari: atq; ſi dies dicta ſit, ex eo edicto ad ſuperiorem, reus ad inferiorem remittendus ſit.

e Imbert. ibid.

Nec diſsimilis quoque ratio eſt, vbi ex aliis cauſis (quas ad inferiorem propriè ſpectare dicimus) ad ſuperiorem quis in ius arceſſitur.

Quarta pars d. capitis quinti.

De cauſis communibus ſuperioribus & inferioribus regiis iudicibus.

LII.[f] COmmuniter verò vtriſque conceditur poteſtas lites has tractādi, ita tamen vt is ſit potior qui anteuerterit: vt puta, ſi reſcripta Principis vulgaria, aliáque, & diuerſa ab iis, de quibus diſſeruimus, offerātur, ſiue ea à Principe, ſiue à ſumma Curia, ſiue ab alius claſſe quæ libellis præeſt, dimanarint: vel ad reſtituendos minores, vel ad cōtractus ex iuſta cauſa reſcindendos, vel deducendos in irritum. Idémque iuris eſt de his decretis, quibus quidpiam à quibuſuis iudicibus delegatur: poſtremò ſi retinendæ poſſeſſionis interdictum proponatur, etiamſi ea de re agatur, quæ extra eius inferioris iudicis territorium ſita ſit; ſi modò intra ſuperioris, cui inferior ſubiicitur, iuriſdictionem ſit collocata: niſi litigantes, aut res quæ in iudicium deducuntur, ſint nobiles aut feudariæ.

f Imbert. d. c.

CAP. VI.

Apud quem iudicem euictionis cauſa contra auctorem agitari debeat.

LIII. [a] IN primis diſpicere reum debet, antequam accerſendi auctoris gratiâ dilationem poſtulet; an ad alienā vocatus ſit iuriſdictionem, vt controuerſiam ad proprium forum reuocet. Quod ſi prætermiſerit, ad id poſtea regrediēdi locus patet nullus. Author ſanè iudicis ſui priuilegiū non allegat, ſed prorſus debet ibi iudiciū accipere, vbi cum eo litigari cœptum eſt.

LIIII. [a] Iure ciuili Romano auctor nō poteſt vti fori præſcriptione ſi in priori iudicio reus fuiſſet conuentus, & coactus litem ſuſcipere. [b] Sed cùm moribus Gallicis iuriſdictiones ſint in patrimonio, & ex contractu quis nō ſortiatur forū, multò minùs ex iudicio inter alios agitato debet forū ſortiri, & ad alienā trahi iuriſdictionem. Quin & ſi litis fuerit omiſſa denūtiatio ratione colligationis, & vnitatis controuerſiæ; nihilominus re euicta is qui de euictione egit, tenetur probare, eū qui euicit, iuſtè obtinuiſſe; nec poteſt apud nos eodem vti remedio quo fuit compulſus. Nā noſtris moribus non poteſt emptor ad alium quàm condemnatū peruenire, niſi cauſâ ſummatim cognitâ; præterquàm ſi fuerit [iudicatum ſolui] fideiuſſor: nam [c] vt iure ciuili Romano, permittitur recta executionis via eum aggredi.

a Imbert lib. 1. Inſt. For. c. 21. arg. eorū quæ ſcribit Paul. Caſtr. in l. Fideicommiſſum. § quoties. ĩuncta. l. Quāuis. D. de iud. & Io. Faber in §. appellantur. Inſt. de exc.
a Imber. d. c. in annot. l. Minor. D. de euict. l. Cùm vendente. C. vbi cauſa fiſcales.
b Imber. in d. annot.
c Bart. in l. 1. D. iudic. ſolui.

CAP. VII.

De expenſis litis in fori præſcriptione.

LV. [d] SÆpius de his expēſis quæſtio ad eum iudicē reiicitur qui de ſumma lite cogniturus eſt; aut in definitiuæ ſententiæ calculum differtur. [e] Iudex tamen incompetens, etiam poſteaquàm ſe incompetentem declararit, poteſt in his expenſis actorem condemnare. [f] Tamen iudex non poteſt ſententiam ſuam executioni mandare, niſi condemnatus in eius territorio

d Imb. lib. 1. c. 23. Inſt. For.
e text. mucla glo. in c. vlt. de reſcr. Felin. 1 de eo iud.
f Bart. in l. aqua cunque. D. de in ius voc.

reperiatur, vel bona habeat: ſed ordinarius iudex eſt rogandus vt eam exequatur.

CAP. VIII.
De Pontificia iuriſdictione.
Prima pars.
In quibus cauſis initiatus ſacris, coram iudice non Eccleſiaſtico conueniatur.

g *Imber. lib. 1. Inſt. For. c. 24. Coſmus Guymierus Prag. ſanct. t. de annat. ſublatis. §. Item quod dicta.*

LVI. [g] CVm aduerſus non initiatos ſacris in rem aut poſſeſſionem actio exercetur, hi ad forũ (quod profanũ ſeu laicum vocant) trahi poſſunt, etiáſi de ſacerdotij aut alterius rei ſacræ poſſeſſione agatur: necnon ſi de ſacerdotio vel de alia dignitate agatur, quam Rex nôſter iacente Pontificatu contulerit.

h *Aufrerius 3. Deciſ. Toloſana 439.*

[h] Deinde etiam in ius vocantur, vt aduerſarium, vim, potentiámque eorum formidantem, iuriſiurãdi religione in ſecuritaté, fidémque publicam aſſerant, ſi modò in foro laico repetiãtur: alioqui coram ſuis iudicibus conueniendi ſunt.

[i] Item cùm in eos lis mouetur, vt contumeliam coram laico iudice pro tribunali ſedente; vel etiam iudicio procul, laici magiſtratus apparitori munere proprio fungenti illatam, pecuniario commodo ſarciant. Nam vnicuiq; iudici licet pœnali iudicio iuriſdictionẽ ſuá defendere. Sed huius iudicis ſentẽtia in bonis immobilibus ſacris initiati executioni mandabitur, & eius corpus prehendetur.

k *Imbert. d. c.*

LVII. [k] Tametſi moribus noſtris non licet laicũ à Pontificũ apparitoribus prehenſum vi armata eripere; tamẽ laicus iudex poteſt tanquam ab vſu appellare. Non enim cogitur remiſſionẽ prehẽſi à Põtificis iudice repoſcere: [l] idq; dudum ſenatuſc. Pariſienſi conſtitutum.

l *Iudicio dies 1. Dec. 1531.*

m *Imber. d. c. Pyrrus Angleb. in Conſ. Aurel. t. de executione inſtrum. iudicio curiæ Par dies 7. Iuly 1519.*

n *data Rothomagi 27. Feb. 1531.*

LVIII. [m] Præterea initiati ſacris, apud iudices, (quos ipſi laicos vocant) conueniri poſſunt, vt chirographum ſuum agnoſcant: ſed agnito chirographo iudex nõ Pontificius non poteſt vlterius condemnando, vel præcipiendo procedere.

LIX. [n] Conſtitutione Franciſci I. Regis vetitum eſt, ne laici magiſtratus, ſacerdotes ad erogationes in egenos cõpellerent, niſi illi parcimoniæ inſignioris nota reſperſi fuerint: quos quidẽ tum Princeps laicis magiſtratibus cogendos ad victum egenis diſtribuendum permittit, dummodò aduerſus hos ſacerdotes iuſta querela apud illos magiſtratus prius fuerit expoſita.

o *Imb. d. c. in annot.*

p *Guido Papa Dec. Gratianop. 261. per l. Paula. D. de acq. hær.*

LX. [o] Moribus Gallicis iudices laici, ſeu eorũ apparitores, vel regij tabelliones ſigna defunctorũ mobilibus imprimunt; [p] quod etiam ſcripto iure illis permittebatur, vbi laicus erat hæres inſtitutus.

Secunda pars d. capitis octaui.
In quibus cauſis laicus conueniatur coram Pontificio iudice.

q *Imb. d. c. 25.*

LXI. [q] APud Pontificum ſubſellia pulſari laicus poteſt, ſi de ineun-

A do nuptiarum fœdere, aut iam contracto diſſoluendo agatur. Sed nouiſſimis Pacificationis legibus, hi qui reformatam religionem profitentur, claſſes in ſupremis curiis iuri dicundo eorum litibus, adeunt.

r *Ibid. Ann. in c. 1. & vlt. de offic. Vicary.*

LXII. [r] De poſſeſſione decimarum non feudalium alij quàm regij iudices non cognoſcunt, tametſi Rex iuriſdictionem alioqui iis contulerit.

ſ *Imb. in Annot. d. c. Iudicio curiæ Parſ. 1532. & altero Pictau. conuẽtuum dies 18. Sept. 1531.*

B LXIII. [ſ] De iure aut debito ſepulturæ Pontificius iudex in laicum non cognoſcit: nec de his quæ à laicis ad muneris Pontificij iudicis iuriſdictionem pertinent, ſunt commiſſa, veluti ſi commentarienſis vinctos malè cuſtodierit: imputatur enim Pontificiis iudicibus quòd ſuæ iuriſdictionis commentarienſem non elegerint.

t *Imb. d. cap.*

LXIIII. [t] Interdum laicus iudex de decimis cognoſcit, ſi modo hæ beneficiario feudaliq; C iure ad laicos longiſſimo ab æuo, cuius initij memoria non extet, tranſlatæ affirmentur.

u *Imb. d. l. 1. c. 26.*

LXV. [u] Laicus non poteſt Pontificiá approbare iuriſdictionem, quin poſſit pœnitere: ſicut nec clericus laicam. Nam id laicorum vniuerſitati tributum eſſe, cenſendum eſt, vt non poſſint ſe Pontificum iuriſdictioni ſubiicere, ne fortè Romá ire litigatũ cõpellantur.

TIT. II.
De recuſatione Iudicum.

D *Iuſtinianus Imp. Iuliano præfecto prætorio.*

a *l. Apertiſſimi. C. de iudiciis.*

I. [a] APertiſſimi iuris eſt, licere litigatoribus iudices delegatos, antequam lis inchoetur, recuſare; cùm etiam ex generalib⁹ formis ſublimiſſimæ tuæ ſedis ſtatutum ſit, neceſſitatem imponi, Iudice recuſato, partibus ad eligendos arbitros venire, & ſub audiẽtia eorum ſua iura proponere. Licèt enim ex imperiali culmine iudex delegatus eſt, tamen, E quia ſine ſuſpicione omnes lites procedere nobis cordi eſt, liceat ei, qui ſuſpectum iudicẽ putat, antequã lis inchoetur, eũ recuſare, vt ad aliũ curratur, libello recuſationis ei porrecto: cũ poſt litẽ conteſtatã neque appellari poſſe ante difinitiuã ſententiã iá ſtatuerimus; neque recuſari poſſe; ne lites in infinitũ extẽdantur: eodẽ ſcilicet executore neceſſitatẽ partibus per ordinariũ iudicem & omne ciuile auxilium imponẽte, & arbitros eligere, & ad eos venire: & ſic litẽ appetere, quaſi arbitri fuerint ab imperiali culmine de- F legati. Quod, & ſi ab imperiali maieſtate iudex delegatus non ſit, ſed ab alio culmine, obtinere cenſemus.

b *Conſtitutione Burdeſiana anno 1539 v. 10. glo. & DD. in c. Cum R. Canonicus de offic. iud. deleg. Imola. in c. inſinuatione. ibid. can. quia ſuſpecti 2. q. 5. Iaſ. in d. l. Apertiſſimi. l. ſi pater. D de liber. cauſa c. d. conſt. v. 12*

II. [b] Regum noſtrorum conſtitutionibus, ſi recuſationes iudicis ſcripto oblatę fuerint, is ipſe eas iuſta de cauſa propoſitas, aut cõtrà pronunciare debet. Et ſi friuolæ pronũciatę recuſationes fuerint, & ab ea ſententia G prouocatũ fuerit, iudex abſtinere cauſæ cognitione debet: & is qui tribunali eo abſente præeſt, aut eius ſuppręfectus vel aduocat⁹ antiquior de cauſa cognoſcere debet, ita vt ob eã rem nõ retardetur cauſæ cognitio. Quòd ſi malè prouocatũ, iudicatũ fuerit; & qui iudicẽ recuſauit, ſentẽtiæ de recuſatione latæ acqui-

escat,

Digitized by Google

eſcat, ſi id extra iudiciũ fecerit, quadraginta Fràcicis nũmis mulctabitur, media eius ſummæ parte fiſco applicáda; reliqua aduerſario. ſi partibus auditis iudicium de recuſatione confirmatum fuerit, ordinaria mulctâ, quæ malè appellantibus infligitur, caſtigabitur, quæ imminui minimè poterit.

III. [d] Si recuſationes legitimæ pronunciatæ ſint, vnica dilatio ad probandas eas dabitur, non à iudice recuſato, ſed ab eo qui illo abſente ius dicit: quo tempore effluxo, à recuſatione ſummouebitur; & in curiis ſupremis viginti Francicis nummis Pariſienſibus mulctabitur, in quamcunque recuſationis cauſam media parte fiſco applicanda, reliqua aduerſario: & in iuriſdictionibus inferioribus decem Fràcicis nummis eodem modo partiendis. [e] Ac interim apud alios iudices litis fiet perſecutio.

IV. Omnes iudices tam ſupremarũ quàm inferiorum curiarum, qui ſuſpicionis aut recuſationis cauſas iuſtas contra ſeipſos cognouerint, cognationis vel affinitatis causâ, tenẽtur eas palàm ꝓfiteri, tametſi non interpellentur: idque in acta referetur, ac litigantibus ſignificabitur, quod ni iudices fecerint, munus eis ſuum abrogabitur, & incapaces aliorũ munerum iuridicorũ pronũtiabuntur.

V. [f g] Procurator ſine ſpeciali mádato recuſare iudicem non poteſt. [h] Procurator tamen generalis, abſente domino, dilationem poteſt poſtulare habendæ procurationis ſpecialis causâ.

VI. [i] Præſides & Conſiliarij curiarũ ſupremarũ; necnõ iudices ordinarij cognoſcere de cõtrouerſijs Epiſcoporũ aut Coenorbiarcharũ, vel Laicorũ nõ poſſunt, qui ſacerdotia in eorũ liberos, fratres, patruos aut auunculos, aut ab his ortos contulerint, ſiue litigatores præcipuæ ſint partes; ſiue ſi ſe liti adiũxerint.

VII. [k] Antequá de lite ad curiá referatur, Præſides & Conſiliarij recuſari debẽt, niſi litigantes iurẽt recuſationis cauſas recèns ſibi eſſe cognitas: nec in arbitrio iudicis recuſati eſt, vt ſe cognitione litis abſtineat, vel nõ. Et ſi recuſatio contumelioſa in recuſatum fuerit, caſtigari is qui recuſauit, debet.

VIII. [l] Recuſatio legitima eſt, ſi alteruter litigatorũ cõiunctus fuerit iudici cognatione intra quartũ gradum: [m] affinitatis verò cauſa intra primum demum gradum attenditur.

IX. [n] Cõſiliarij reg judiciorum in ſupremis curiis factorũ, executores recuſari, cùm in rem præſentem venerint, non poſſunt: ſed executioni ea mandabunt. Antequam tamen domo proficiſcantur, recuſari poſſunt.

X. [o] Si in curiis ſupremis lites Conſiliariorũ moucãtur, ad aliá claſſem, quà in qua Conſiliarius, qui recuſabitur, cõſidet, iudicabitur.

XI. [p] In curiis Præſidialibus, ſi aduerſus aliquẽ Præſidialẽ magiſtratum lis intercedat; rogante aduerſario, lis in propinquiorem curiam Præſidialem remitti debet.

XII. [q] Præſidiales iudices, ſeu magiſtratus, in cauſis, de quibus cognoſcere ſine prouocatione poſſunt, ſi quinque ex eorum numero non recuſati remaneant, de recuſationibus aliorum iudicant: & ſi ſint pauciores, eum numerum ſupplere ex Aduocatis ſuæ curiæ poſſunt.

d Cõſtit. verſ. 14.
e d. conſtit. verſ. 15.
f g Iudicio curiæ Pariſ. dies pen. Iuly 1534. l. non ſoràm. §. vlt. D. de procur. Bart. in l. Procurator. D. de condit.
h Cicenotius in Cõſtit. Henrici 3. Conuentuum Bleſenſiũ anni 1579. verſ. 118. iudicio curiæ Pariſ. 4. Febr. 1543.
i Cõſtit. Henrici 3. Regis anno 1579.
k Conſtit. Caroli 7. Regis 1446. verſ. 64.
l Iudicio concilij regij Prætoriani ſeu maioris, dies 12. Iuly 1575. l. lex Cornelia D. de iniur. Cõtra gloſſa opinionem in c. poſtremò. de iud.
m Guenetius in d. conſtit.
n d. cõſtit. Burdeſiana anno 1539. Contra c. poſtremò. § ſecundo requiru. de appell. & l. apertiſſimi. C. de iud.
o Conſt. Molinenſi anno 1566.
p Conſtit. Aurel. conuentum Caroli 9. verſ. 32.
q Cõſt. d. verſ. 17.

XIII. [r] Si contra ſupremas curias recuſationes proponantur, eæ ad præfectos libellis ſupplicibus qui in regia fuerint, remittuntur, vt de iis ad ſanctius concilium referant. Et ſi eam cognitionem ad ſe Rex reuocauerit, is qui recuſationem propoſuerit, eius iudicium intra trimeſtre proſequi debebit: quod niſi fecerit, recuſationibus ſummouebitur.

XIIII. [ſ] Regia conſtitutione ſancitum eſt, vt ſi in curia ſuprema Britanniæ Armoricæ in cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus nullus è litigantibus poſſit recuſare è curiæ Conſiliariis amplius tertia eorum parte: & recuſationes à duabus reliquis partibus Conſiliariorum iudicabuntur.

XV. [t] Si in ſuprema Pariſienſi curia, octo è Conſiliariis, aut octo alij cognatione aut affinitate aduerſario cõiuncti ſint: veluti qui patris, ſoceri filiorum, fratrũ, cõſobrinorũ primi gradus (quos cognatos germanos vocát) remitti eorũ cauſæ ad proximiorẽ ſupremá curiá debẽt. Quod & obtinet in ſupremis curiis Toloſana, Burdegalenſi, Rothomagenſi, ſi in prædictis gradibus cognatione aut affinitate cõiuncti ſex è Conſiliariis alterutri litigatorũ reperiãtur; ex aliis ad ſex. In Senatu Diuionẽſi, Aquẽſi, Gratianopolitano, ſi tres è Cõſiliariis coniuncti cognatione aut affinitate prædictis fuerint; ex aliis perſonis quatuor.

XVI. [t] Qui cõtra curias ſupremas aut maiorẽ Cõſiliariorũ partẽ proponunt offerre ſupplicẽ libellũ Regi; non poterunt, niſi teſtificationem adferant Conſiliariorum, non eſſe eo numero vt iudicium de cauſa ferre poſſint.

XVII. [u] Qui contra ſupremas curias, aut maiorem partem Conſiliariorum recuſationes proponunt, eáq; de cauſa Regis decreto cognoſcere eis interdictu fuerit; iudicium proſequi de ea re intra trimeſtre debent: alioqui eæ curiæ cauſæ cognitionem ſuſcipiẽt, & temerè recuſantes mulctabuntur.

XVIII. [x] Qui cõtra iudices regios recuſationes proponẽt, intra triduum nominare eos oportet teſtes, per quos eas probare volunt. Aliâs iudex qui recuſatus fuerit, de cauſa cognoſcet: quin & qui recuſationes propoſuerit, in ſexaginta Francicos Pariſienſes nummos damnabitur, media parte fiſco, altera dimidia aduerſario dependenda in curiis ſuperioribus: in inferioribus, in mediam earum ſummarum partem.

XIX. [y] Iiſdẽ etiá mulctis caſtigabitur qui recuſationis cauſas minimè ꝓbauerit, quæ imminui minimè poterũt, & ſi recuſatus iudex poſtulet, ac recuſationis cauſę calũnioſę fuerint, pro ratione delicti reus ei cõdẽnabitur.

XX. [z] Sed quia nonnunquá euenit vt litigatores probare recuſationis cauſas nequeant propter teſtiũ malitiá, metum aut fauorẽ; quo caſu ius non deficit, ſed probatio: Rothomagenſis curia ſtatuit ſecũdùm Ruſſilianũ con-

r Conſtit. conuentuum Aurelianenſium anno 1560.
ſ Conſtit. Molinenſi anno 1566. in vrbe Rhedonẽſi recitata 6. die Feb. 1567.
t Conſtitutione conuentuum Bleſenſiũ anno 1579. verſ. 111.
t d. cõſtit. Molin. verſ. 13.
u d. conſtit. d. verſ.
x d. conſtit. verſ. 12.
y d. cõſtit. verſ. 13.
z menſe Aug. quo recitata eſt Conſtit. in Senatu Rothom.

ſtitutioné anni milleſimi quingéteſimi ſexageſimi quarti mulctã remitti prędictã poſſe.

TIT. III.
De arbitris.

Iudicio curiæ Pariſienſis dies Maij 1571.

I. [a] ARbitri conſenſu partium delecti recuſari non poſſunt.

II. Si prouocatum ab arbitrorum ſententia fuerit, de appellatione ſupremæ curię cognoſcent, niſi cùm cauſæ fuerint intra ſummas iudicibus præſidialibus attributas, ſine prouocatione iudicandas; de quibus præſidiales iudices ius dicent.

c l. Cũ lege. C. de arbitris.

d d. c. Cum vigeſimum. de officio iudicis deleg.

e l. Sed ſi in tertiũ. §. ſi quis iudex. & ibi Glo. Contra cap. cum tempore de arbitris. c. Cum cauſam. de elect. c. Venient. de iureiur.

f c. Per tuas. §. ſi. c. arbitr. melius in c. Contingit. co. t. vbi DD.

III. [b] [c] Fœminę arbitrorum munere fungi non poſſunt.

IV. [d] Minores annis quatuordecim arbitri eſſe non poſſunt.

V. [e] Iudex de cauſa coram ipſo agitata arbitrium ſuſcipere non poteſt.

VI. [f] Laici quoque qui dicuntur, in cauſis (quas ſpirituales vocant) arbitri eſſe non poſſunt.

Frãciſcus II. Rex in Fombellaquæano.

VII. Sentẽtias à receptis arbitris prolatas, tametſi cõpromiſſo adiecta pœna nõ fuerit, cõfirmamus; vimque habere rei iudicatę ſancimus: nec ad impugnandas eorum ſententias quenquam admitti, niſi cùm executioni mãdatæ eæ fuerint, tam quod ad cauſam principalem, quàm ad expenſas in eam factas attinet. Et ſi pœna adiecta compromiſſo fuerit; ea perſoluetur, tametſi malè prouocatum iudicetur.

h Idem Franciſc. II. d. Cõſtit. verſ. 2.

VIII. [h] Mercatores inuicẽ ſe in ius vocare non poſſunt negotiationis ac mercaturæ cauſã: ſed eligere arbitros cogentur ad tres, vel maiore numero: & quod iudicatũ ab iis fuerit, obtinebit, ratúmque erit inſtar trãſactionis; nec appellare ab eorum ſentẽtia licebit; & iudices eorum ſententias mandare executioni tenebũtur inſtar ſuarũ ſentẽtiarũ. Quòd ſi mercatores nolint de arbitris cõuenire, iudex ordinarius eos coget: aut idẽ ipſe eos ex officio nominabit, à qua nominatione prouocari non poterit.

Idem Franciſcus II. Rex.

i Cõſtitut. anni 1560. & Caroli 9. conſtit. Molinenſi anni 1566. verſ. 83

IX. [i] Statuimus, vt ſucceſſionum diuiſiones à patre, matre, auis, auiabus, aut liberis ab his ortis profectarũ; fratribus, ſororibus & eorum liberis: præterea rationes tutelarum, & aliarum adminiſtrationum; reſtitutiones dotium, donationes propter nuptias (quæ dotalitia vŏcãt) per arbitros fiant, qui à maioribus natu deligãtur ad tres numero, vel plures. Et quod ab his ſtatutũ fuerit, pro re iudicata habeatur, & executioni à iudicibus ordinariis mãdetur, non obſtãtibus appellationibus aut interceſſionibus, de quibus appellationibus ſupremæ curiæ cognoſcẽt. Et ſi partes morentur arbitros deligere, cogantur à iudicibus.

k l. 3. §. ait Prætor. D. de receptis arbitris.

X. [k] Ait Pręor [Qui arbitriũ pecunia compromiſſa receperit, ſententiam eum dicere cogam. & niſi arbitrio pareatur, qua de re rectè compromiſſum erit, pecuniam compromiſſam ſolui iubebo.]

l l. Non diſtinguemus. §. ſi per errorẽ. ibid. c. cauſa. de reſtitut. c. vlt. de tranſ.

m n l. ſi tres. §. vlt. l. item ſi vnus D. h. t. Contra c. 2. eo. t.

o Maſſuerius hoc tit.

A XI. [l] De crimine compromitti in arbitros nõ poteſt, niſi quatenus ad id quod intereſt, pertinet: nec de cauſis quæ ad matrimonia pertinent, ad arbitros iri permittitur.

XII. [m] [n] Si plures arbitri delecti fuerint, & eorum aliquis abfuerit, reliqui ſententiã ferre non poſſunt, tametſi euocatus abſens fuerit.

XIII. [o] Iure ciuili Gallico inter arbitros, quos iuris ſolemnibus adſtringi aiunt: & eos quos arbitratores ſeu amicabiles compoſitores vocant, nulla eſt differentia. B

TIT. IV.
De in ius vocando.

a l. 1. D. de in ius vocando.

I. [a] IN ius vocare, eſt iuris experiundi cauſa vocare.

b l. 2. ibid.

II. [b] In ius vocari non oportet Pontificem dum ſacra facit: nec eos qui propter loci religionem inde ſe mouere nõ poſſunt: ſed nec C eum qui equo publico in cauſa publica trãſuehitur: præterea in ius vocari non debet qui vxorem ducit, aut ea quæ nubit: nec iudex dum de re cognoſcit: nec dum quis cauſam apud Prætorem agit: neq; funus ducens familiare; [c] vel qui cadauer proſequuntur, quod videtur reſcripto imperatorũ fratrum cõprobatum eſſe: [d] nec furioſi, nec infantes.

c l. vel qui. ibid.

d Quique litigando.

e d. l.

III. [e] Prætor ait [Parentem ſine permiſſu meo ne quis in ius vocet] Parentẽ hic D vtriuſque ſexus accipe: ſed an infinitum, quæritur. Quidam parentem vſq; ad tritauum appellari aiunt: ſuperiores, Maiores dici, hos veteres exiſtimaſſe Pomponius refert. Sed Caius Caſſius omnes in infinitum parentes dicit; quod & honeſtius eſt, & meritò obtinuit.

f Ibid.

g l. Quia ſemper. ibid.

IV. [f] Sed etſi vulgò quæſitus ſit filius, matrẽ in ius non vocabit; [g] quia ſemper certa eſt mater, etiamſi vulgò conceperit: pater verò is eſt quem nuptiæ demonſtrant.

h l. Parentes. ibid.

E V. [h] Parẽtes naturales in ius vocare nemo poteſt: vna enim eſt omnibus ſeruãda reuerẽtia.

i l. ſed ſi hac lege. §. liberos.

VI. [i] Liberos autem ſecundùm Caſſium ex quocunque gradu etiam vltra trinepotem accipimus.

k l. Generaliter. ibid.

VII. [k] Generaliter eas perſonas, quibus reuerentia præſtanda eſt, in ius vocare nõ poſſumus; veluti ſocerum, ſocrum, nouercam.

l Eguinarius Baro. in d. l. arg. §. affines. Inſtit. de nupt.

m d. l. Sed ſi hac lege.

VIII. [m] Prætor ait [In ius ſine permiſſu meo ne quis eoſdem vocet.] Permiſſurus enim eſt F ſi actio famoſa non ſit, vel pudorem non ſuggillet, qua parentes conueniuntur.

n l. plerique. ibid.

IX. [n] Plerique putauerunt nullum de domo ſua in ius vocari licere: quia domus tutiſſimum cuique refugium atque receptaculum ſit: eũmque qui inde in ius vocaret, vim inferre videri; [o] ſatiſque pœnæ ſubire eum incluſum in ea remanere.

o l. Satiſque. ibid.

p l. Sed etiam. ibid.

X. [p] Sed etiam à vinea & balneo, & theatro nemo dubitat in ius vocari licere.

q l. neque. ib.

G XI. [q] Neq; impuberes, neq; puellas quæ alieno iuri ſubiectæ eſſent, in ius vocare permiſſum eſt.

Imp. Conſtantinus Marcellino Præſidi Phœniciæ.

r l. priore C. de formulis & impetrationibus actionum ſublatis.

XII. [r] Iuris formulæ, aucupatione ſyllaba-

barum

borum inſidiantes, cunctorũ actibus radicitus
amputentur.

Impp. Theodoſius & Valentinianus Hierio præfecto vrbi.

f l. poſter. ibid.

XIII. [f] Nulli prorſus, non impetratæ a-
ctionis in maiore vel minore iudicio agenti,
opponatur exceptio, ſi aptam rei & propoſi-
to negotio competentem eſſe conſtiterit.

t Imbertus lib. 1. Inſtit. forenſium cap. 1.

XIIII. [t] In ius vocandus eſt quicum nobis
B contentio ineunda eſt. Id autem fiet aut præ-
ſcripto iudicis mandato, aut ſimplici Statoris
& apparitoris miniſterio: in quo ſpectanda
eſt fori conſuetudo, in quo agitur.

u ibid.

XV. [u] Quamuis autem dudum id vſurpa-
retur, vt ſi apparitor extra territorium exe-
queretur: aut etiam in ius duntaxat vocaret,
ab eo liceret appellare; tamen nunc non ad-
mittitur priuatæ perſonæ appellatio, in quã
C executio, aut citatio facta eſt, cùm eius non
interſit: At regij Procuratoris appellatio re-
cipitur: quippe cùm interſit muneium publi-
corum ordiné ac formã non cõfundi, & ſuam
cuique iuriſdictioné ac ius conſeruari, vt plu-
ribus iudiciis curiæ Pariſiẽſis eſt confirmatũ.

x ibid.

XVI. [x] Viatores equites Prefecti Pariſiẽſis
per totã Galliã munus exequuntur, quod aliis
eiuſdẽ Prefecti apparitoribus cõceſsũ nõ eſt.

y anno 1539. menſe Auguſto lato.

XVII. [y] Conſtitutionibus regiis cautũ eſt,
D vt omnes apparitores exemplum mandati
citationiſque teneantur citatis, aut eorum fa-
miliaribus & domeſticis tradere: aut ea affi-
xa cũ citationis ſcriptura pro citati foribus
relinquere, quamuis id poſtulatum non fue-
rit; eiuſq; rei mẽtionem in libello facere de-
bent: idq; ſumptibus eorum, quorum poſtula-
tu citatio, aliúſve actus ab his apparitoribus
geritur: ita tamen vt expenſæ ab his, quorum
rogatu is actus fiet, in litis exitu recuperari
poſſint.

z Imbert. d. cap.

E XVIII. [z] Cuicunq; magiſtratui licet quem-
uis apparitorem ſiſtere, donec mandati, exe-
cutioniſque teſtationem præbuerit.

a Io. Fab. in l. 1. C. de offic. præf. vrbi.

XIX. [a] Iudex alius, quàm regius, non po-
teſt in regios apparitores ob ſpretam veniæ
petitionem animaduertere.

b Imbertus c. 2. Inſtit. forenſ.

XX. [b] Hodiernis conſtitutionibus ſanci-
tum eſt, libellum oportere primæ citationis
ſcriptura comprehendi, & adſcribi ſumma-
F tim, vt reus ad diem dictam veniat cõfeſtim
reſponſurus.

c Idem Imb. d. lib. 1. c. 5. Iudicio Curiæ Parif. dato 10. May 1525. Ludou. Roma. Conſ. 342.

XXI. [c] Si ſacerdotium ſit controuerſum,
illius competitor non rectè in ius vocatur in
ſacerdotij litigioſi ædibus.

d. Imbert. d. c.

XXII. [d] Interdũ quis à ſtatore prǫconis tubâ
adhibitâ in ius vocatur, ſi ſine lare & ſedibus
degat. Antè tamen à ſtatore vicini proximi il-
lius rogandi ſunt quò domicilium tranſtule-
rit; iudici id renunciandum, & huiuſce cita-
G tionis poteſtas ab eo facienda eſt.

e ibid.

XXIII. [e] Necnon præconio in ius vocantur,
qui cõtumeliis afficere, aut minis etiam ter-
rere apparitores ſolent cũ munus exequun-
tur. Nã vbi ista rebellio iudici perſpecta eſt,
decernit præpotentes illos in vicino eorum,
domui, pago aut vrbe, prǫconio inclamandos
nundinarum, aut feſto die, cùm à ſacris loco-
A rum turba reuertitur.

f ibid.

XXIV. [f] Præconis proclamatione in ius
vocare eos receptum eſt, qui ex vniuerſitate
& collegio conſiſtunt.

Franciſcus II. Rex.

g Conſtit. Meledunenſi anni 1580.

XXV. [g] Statuimus, vt omnes ædes muni-
tas habẽtes, & ad quas facilis non eſt aditus,
qui extra vrbes habitabunt, teneantur domi-
B cilium deligere in proximiore vrbe ſuæ ha-
bitationis, vbi denũciationes eis fient, in ius
vocationes, & cætera quæ eis ſignificari de-
bebunt. Ac præterea, quæ eorũ præfectis iu-
ridicis, procuratoribus, actuariis, famulis &
domeſticis denontiabuntur, perinde valeant,
atque ſi ipſis prǫpotentibus ac dominis facta
eſſent. Et ſi iidem domicilium minimè dele-
gerint, concedimus vt præconis voce, tubâ
adhibita, euocẽtur in proximiore vrbe regia
C ſuæ habitationis. Et ea ratione iubemus o-
mnibus apparitoribus, ea quǫ oportebit, prǫ-
dicto modo denuntiare: & notariis ſeu ta-
bellionibus ſuo defungi munere.

h Conſtit. Franciſci Regis anni 1539. verſ. 9.

XXVI. [h] Omnes in ius vocationes, iis qui
euocabuntur, ipſis, aut ad eorũ ædes fient co-
ram teſtibus, qui libello memorabũtur: aliàs
decem Francicis nummis mulctabuntur.

i Iudicio diei pen. Sept. 1574. curiæ Parif.

XXVII. [i] Si apparitor relatum non re-
liquerit, vt ſuprà dictum eſt, comprobare
D teſtibus id minimè poterit.

k Henrici 3. conſtit. Bleſenſium conuentuũ. verſ. 173.

XXVIII. [k] Apparitores in ſuis denuntia-
tionibus tenẽtur inſerere ſuis libellis ſeu te-
ſtificationibus domicilia eorũ, quorũ rogatu
quicquam denuntiarint aut executi fuerint,
vel quo loco domicilium delegerint.

l Conſtit. Molin. lata 1563. menſ. Ianuario.

XXIX. [l] Omnes in ius vocationes ſum-
matim cõtinere cauſam in ius vocationis de-
bẽt; aliàs ratæ non erunt; & quorũ rogatu fa-
ctǫ fuerint, in earum expenſas damnabuntur,
regreſſu eis contra apparitorem reſeruato.

m Imbertus lib. 1. Inſtit. Forenſ. cap. 6.

E XXX. [m] Præconio euocantur ij de quibus
ignoratur an quid ſit obfuturum; veluti cùm
res debitoris haſtæ ſubiiciuntur. Tunc enim
vocantur hi qui iuris aliquid ſibi in iis vẽdi-
cant, vt id profiteantur & declarent.

TIT. V.

De contumacia in ius vocatorum.

F *Hic titulus duobus capitibus continetur, quo-
rum primum eſt, Quibus in cauſis vnico edicto
contumacia perficiatur. Secundum, Quibus in
cauſis duobus edictis contumacia perficiatur.*

CAP. I.

Quibus in cauſis vnico edicto contumacia perficiatur.

a Imbert. d. lib. 7. cap.

I. [a] IN ius vocatur reus cum peremptorij
commutatione, vt litis ſumptibus, in
G qua damnatus eſt, taxandis, aut ſententiæ e-
xecutioni interſit.

Deinde vbi retinendæ poſſeſſionis inter-
dictum quis inſtituit: denuntiátque aduerſa-
rio vt ſequeſtrandæ rei controuerſæ veniat;
aut refragaturus.

Tum ſi quis eius pecuniæ obſignationem
petat, quam ſibi debitã publica indicet ſcri-

ptură. Nam creditor, qui huiuſmodi inſtrumentum habet, aut vti executione poteſt, aut in ius vocare debitorem vt ſoluat, & pendente lite, debitum publicè deponat.

II. [b] Æquè addito peremptorio quis conuenitur, vt rationem reddat eorum quæ in cauſam iudicati publicè poſſederit. Item vt in fidem publicam aduerſarium recipi videat, neque per ſe, neque per alium vllam offenſionem illatum iri, ſacroſanctè repromittat. Vel vt interſit rebus ob iudicatũ captis, nouiſſimo licitatori auctione perfecta addicendis. Inſuper ſi exhibitio alimentorum aut medicamentorum ab iis poſtuletur, qui vulnus, aut ſæuum dolorem inuſſerint, adeò vt vim paſſus ob valetudinẽ imbecillem operas ſolitas non poſſit pręſtare, aut rebus ſuis adeſſe. Pręterea cùm mulier de dotis repetitione cũ viro aut eius hæredibus contendit, interímque eius ſumptibus petit educari. Denique vt ſpeciebus propoſitis ſubdatur genus primæ citationi; peremptoriũ adiſigatur, quoties cum iis agitur qui ſummaria quęſtione actorem debent alere. Vel vbi litis protelatio graue damnũ actori eſt allatura: vt puta, ſi tabellio edere iuſſus ſit inſtrumẽta apud eum repoſita, quæ ad litis inter alios motæ deciſionẽ pertineãt; neque is morem iuſſis velit gerere. Vel ſi cui denuncietur vt inſtrumenti recognitioni interſit, quam Collationem dicimus. Aut teſtium productioni. Necnon vbi ob debitum ſeu crimen in carcerẽ coniectus, aut publicam manum in res ſuas iniectam (quam ſaiſinam dicunt) paſſus, aduerſarium accerſit in ius, vt de his cauſam dicat. Item ſi quis bonorũ oppignerationi intercedit, cauſamque allegaturus in ius vocitatur. Aut vbi quis cum inuentarij beneficio hæreditatem adire voluerit, palàm omnes per apparitorẽ, præconémque commonet vt conſtituto dieſ iudicio adſint.[c] Sed nominatim citãdi ſunt, quos proxima ſucceſſionis cauſa tangit.

b Imbert. cap. 19.

c Bald. in l. Curatoris. C. de iure delib. l. 1. §. denuntiari. D. de ventre inſp.

CAP. II.

In quibus cauſis duobus edictis perficiatur contumacia.

Franciſcus I. Rex.

III. [d] Duobus edictis euocatus quis e-uictionis nomine, condemnatur actori probata cauſâ.

IV. [e] Si duobus edictis euocatus quis in ius fuerit, ſecundi vt omnibus defenſionibus reus ſummouebitur; & actori ius ſuum probare permittetur. Et probatione facta, reus euocabitur vt inſtrumentorum productioni interſit, eáque refellat.

V. [f] Antequam in reum definitiua ſentẽtia feratur, actor probare debebit quę intẽderit.

VI. [g] Circa hæc edicta videndũ eſt, ne poſt annum ab eo die quo ſunt conceſſa, is qui ea obtinuit, vllam ex illis vtilitatem ſibi curet adiudicari. Nam poſt annum, eorum vis interit. [h] Hæc enim edicta ſunt annalia, nec poſt annum pœna ex his poteſt exigi.

d Conſtit. anni 1539. menſe Auguſto.

e d. Cõſtit. ver. 26.

f Ibid. verſ. 27.

g Imbert. lib. 1. Inſtit. Forenſ. cap. 13.

h l. vnica. D. ſi quis ius dic. non obtemp.

VII. [i] Cõſtitutione Franciſci I. Regis, verorum contumacium appellationes nõ recipiuntur: [k] ita vt reſcriptum à Rege ſit impetrandum, quo cõtumax in integrum reſtituatur, expenſas litis aduerſario exſoluens.

VIII. [l] Ex quacunque cauſa ad Prætorem vocatus, parere debet, vt hoc ipſum ſciatur, an eius iuriſdictio ſit.

IX. [m] Quidã iudices, expẽſarum, quæ in litem exhibitæ ſunt, condemnationem ſubiiciunt eremodicij declarationi: ſed Pariſiẽſis Senatus placitis conſtitutũ eſt, eatũ condẽnationẽ in ſũmæ definitionẽ quæſtionis eſſe reiiciendã: [n] idq; cõfirmatur principali cõſtitutione.

X. [o] Maximè autẽ plectenda eſt actoris contumacia; nimirum qui ad iudiciũ prouocet, cunctantémq; reum debeat impellere. Alioqui ſuſpicari licet eum probè minùs litẽ auſpicatum; ac de victuriæ ſpe iam decidiſſe. Quapropter ſi die dicto præſtò non ſit, edictum à iudice abſolutorium reo præſẽti conceditur, eíque litis ſumptus abſens reddere iubetur; verùm dies indulgetur intra quem edictum circunduci poſſit: [p] ex integro autem licet actori poſtea actionem mouere.

i anni 1530. verſ. 28. Meſſuerius 3 de contumacia.

k l Sancimus. C. de iudic. l. Prætor ait. §. vlt. D. de minor.

l l. 2. D. Si quis in ius vocatus non ierit.

m Imbert lib. 1. Inſtit. Forẽſ. pag. 62. c. 10.

n anni 1529. verſ. 27.

o Imbert. d. lib. 1. c. 15.

p l. & poſt edictum. D. de iudic.

TIT. VI.

De edendo.

I. [a] Litigantes, ſtatim in exordio litis, ſi id poſtulatum fuerit, aduerſario edere exemplũ inſtrumẽtorũ actorúmq;, quibus actionẽ vel defenſionẽ adſtruũt, cõpelluntur.

a Conſtit. Caroli 9. Regis Molinẽſi, anni 1563. verſ. 4.

TIT. VII.

De litis conteſtatione.

Hic titulus tribus capitibus continetur, quorum primum eſt, De domicilij electione. Secundum, De iureiurando propter calumniam dando. Tertium, De dilationibus in litis exordio à iudice præfigendis.

CAP: I.

De domicilii electione.

I. [a] Regiis cõſtitutionibus ſancitum eſt, vt ſi litigantes vtrique, ſiue actores ſint, ſiue rei, confeſtim ad diem primum cõſtitutam iudicio ſe ſiſtant, vel per ſe ipſos, vel procuratores; alioqui actione ſummouebuntur actores; atque rei ſuis etiam exceptionibus vel intercesſionibus.

a Imbert. lib. 1. Inſtit. For. c. 15.

CAP. II.

De iureiurando propter calumniam dando.

Carolus IX. Rex.

II. [b] Sancimus, vt in omnibus actionibus perſonalibus litigãtes præſentes adſint die prima qua actio intendetur, niſi legitima excuſatione vti poſſint ob morbũ rẽmve aliam: ipſique coram iudice abſque aduocato vel procuratore de actione non perſequenda cum calumnia iureiurando ſe purgent. [c] Quòd ſi quis è litigantibus abſit, iuſtámve excuſationem habeat cur ſe ſiſtere iudicio non poſſit, aut ſi dignitas eius id po-

b Conſt. Molinenſi Ianuario menſe lata 1563. verſ. 65.

c d. Cõſt. verſ. 6.

ſtolet, iudex ad eum ipſe veniet, & de iis quę ad cauſam attinere videbuntur, eum interrogabit ex officio.

CAP. III.

De dilationibus in litis exordio à iudice præfigendis.

d d. Conſtit. verſ. 2. Henrici III edict. Bleſenſium conuentuum anno 1574. verſ. 155.

III.[d] IN litis conteſtatione iudex præfigere dilationes neceſſarias pro cauſæ qualitate & locorum, vbi litigantes morabontur, probationum, aliarúmve rerum cauſâ, debebit, quæ peremptoriæ erunt: nec neceſſe erit alia ſententiâ ſummouere litigantet. Et ſi ab ea ſententia prouocatum fuerit, tamen ad vlteriora procedetur vſque ad definitiuam ſentẽtiam: à quo iudicio ſi prouocatũ fuerit, de eo iudicabitur in appellationis cauſa, atq; ſummotus ad probationem admittetur: ac aduerſario probandi contrà, facultas concedetur.

e Franciſci I. Regis conſtit. anno 1539 menſe Aug. verſ. 32. f verſ. 34. g verſ. 34.

IV. [e] Omnes dilationes probationis causâ conceſſæ, peremptoriæ ſunt tam in curiis ſuperioribus, quàm inferioribus.[f] Sed ſi de diligentia eius, cui probatio conceſſa eſt, conſtiterit; ſaltem ſummaria cognitione altera dilatio dari poterit:[g] ac poſtea probationem indulgere iudex minimè poterit vlla de cauſa, neque in integrum reſtitui poterit.

h Conſtit. Molin. Caroli 9. Reg. verſ. 11.

V. [h] Si in fundum clientelarem patronus manum iniecerit, eo die quo clientem ea de re in ius euocauerit, edere ac proponere ſuæ poſſeſſionis titulum debebit, & ſe de calumnia iureiurando purgare; itémq; ſua iura proponere, vt offerre cliens à ſe debita poſſit: & ſi res poſtulet, vindiciæ ſecundùm ius adiudicabuntur alterutri.

IVRIS CIVILIS ROMANI GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER XXIX.

TIT. I.

De Exceptionibus.

Hic titulus duobus capitibus continetur, quorum primum eſt, Quid ſit exceptio, & quotuplex. Secundum, Quæ exceptiones admittantur.

CAP. I.

Quid ſit exceptio, & quotuplex.

a l. 2. D. de exceptionibus & præſcriptionib. & præiudiciis.

I. [a] EXCEPTIO, dicta eſt quaſi quædam excluſio, quæ opponi actioni ſolet ad excludendum id quod in intentionem condemnationémque deductum eſt.

b d. l. § 1.

II. [b] Replicationes nihil aliod ſunt quàm exceptiones; & à parte actoris veniunt, quæ quidem ideò neceſſariæ ſunt, vt exceptiones excludant: ſemper enim replicatio ideò obiicitur, vt exceptionem oppugnet.

c d. l. § Illud.

III. [c] Illud tenendum eſt, omnem exceptionem vel replicationem excluſoriam eſſe. Exceptio actorem excludit: replicatio, reum: ſed & contra replicationem ſolet dari triplicatio, & contra triplicationem rurſus; & deinceps multiplicantur nomina, dum aut reus aut actor obiicit.

d l. 1. ibid.

IV. [d] Agere etiam is videtur qui exceptione vtitur. Nam reus in exceptione actor eſt.

e d. l. 2. § vlt.

V. [e] Sanè ſolemus dicere quaſdam exceptiones eſſe dilatorias, quaſdam peremptorias: vt puta, dilatoria eſt exceptio, quæ differt actionem, veluti procuratoria exceptio, dilatoria eſt. Nam qui dicit non licere procuratorio nomine agi, non prorſus litem inficiatur; ſed perſonam euitat.

f l. 3. ibid.

VI. [f] Exceptiones aut perpetuæ & peremptoriæ ſunt; aut temporales & dilatoriæ. Perpetuæ atque peremptoriæ ſunt, quæ ſemper locum habent, nec euitari poſſunt; qualis eſt doli mali, & rei iudicatæ: & ſi quid contra leges, ſenatúſve conſultum factum eſſe dicatur, item pacti conuenti perpetui; id eſt ne omnino pecunia petatur.

g d. l.

VII. [g] Temporales atque dilatorię ſunt, quæ non ſemper locum habent, ſed euitari poſſunt: qualis eſt pacti conuenti temporalis, id eſt ne forte intra quinquennium ageretur. Procuratoriæ quoque exceptiones dilatoriæ ſunt, quæ euitari poſſunt.

h l. exceptiones quæ 4.

VIII. [h] Exceptiones, quę perſonæ cuiuſq; cohærent, non tranſeunt ad alios; veluti ea, quam ſocius habet in id quod facere poſſit, vel parens; non cõpetit fideiuſſori. Sic mariti fideiuſſor poſt ſolutũ matrimonium datus, in ſolidum dotis nomine condemnatur.

i d. l. § 1.

IX. [i] Rei autem cohærentes exceptiones, etiã fideiuſſoribus competunt, vt rei iudicatæ, doli mali, iuriſiurandi, quod metus causâ factum eſt. Igitur & ſi reus pactus ſit in rem, omnimodo exceptio competit fideiuſſori.

Digitized by Google

CAP. II.

Quæ exceptiones admittantur.

k l. Nemo. ibid.

X. [k] NEmo prohibetur pluribus exceptionibus vti, quamuis diuerſæ ſint.

l l. Modeſtinus. ibid.

XI. [l] Modeſtinus reſpõdit, Res inter alios iudicatas alijs non obeſſe; nec, ſi is, contra quem iudicatum eſt, hæres extiterit ei, contra quem nihil pronuntiatum eſt, hæreditatem ei litem inferenti præſcribi ex ea ſententia poſſe, quam proprio nomine diſceptans, antequam hæres extiterit, excepit.

m l. Qui agnitis. ibid.

XII. [m] Qui agnitis inſtrumentis, quaſi vera eſſent, ſoluit poſt ſententiam iudicis: quæro, ſi poſtea cognita rei veritate, & repertis falſis inſtrumentis accuſare velit, & probare falſa eſſe inſtrumenta, ex quibus conueniebatur, cùm inſtrumentis ſubſcripſerat ex præcepto, ſiue interlocutione iudicis; an præſcriptio ei opponi poſſit: cùm & principalibus conſtitutionibus caueatur, etſi res iudicata eſſet ex falſis inſtrumentis, ſi poſtea falſa inueniantur, nec rei iudicatæ exceptionem opponi. Modeſtinus reſpondit, ob hoc, quòd per errorem ſolutio facta eſt, vel cautio de ſoluendo interpoſita proponitur ex his inſtrumentis, quæ nunc falſa dicuntur, præſcriptioni locum non eſſe.

n l. Aduerſus. ibid.

XIII. [n] Aduerſus exceptionem iuriſiurandi, replicatio doli mali non debet dari: cum Prætor id agere debeat, ne de iureiurando cuiuſquam quæratur.

o l. Fundum. ibid.

XIV. [o] Per minorẽ cauſam præiudicium fieri maiori non debet. Fundum Titianum poſſides, de cuius proprietate inter me & te controuerſia eſt, & dico præterea viam ad eum per fundum Sempronianum, quem tuum eſſe conſtat, deberi; ſi à te viam petam, exceptionem, [Quòd præiudicium prædio non fiat] vtilem tibi fore putaui: videlicet, quòd non aliâs viam mihi deberi probaturus ſim, quàm ſi priùs probauerim fundum Titianum meum eſſe.

p l. Sed ſi ante. ibid.

[p] Sed ſi ante viam, deinde fundum Titianum petat; quia & diuerſa corpora ſunt, & cauſæ reſtitutionum diſpares, non nocebit exceptio.

q l. Fundum. ibid.

XV. [q] Fundi, quem tu proprium tuum eſſe dicis, partem à te peto: & volo ſimul iudicio quoque communi diuidundo agere ſub eodem iudice. Item ſi eius fundi quem tu poſſideas, & ego meum proprium eſſe dicam, fructus condicere tibi velim: quæſitum eſt, an exceptio, [Quòd præiudicium fundo, partíve eius non fiat] obſtet: an denegandа ſit. Et vtrobique putat Africanus interuenire Prætorem debere: nec permittere petitori, priùs quàm de proprietate conſtet, huiuſmodi iudicijs experiri.

r l. Omnes. ib.

XVI. [r] Omnes exceptiones, quæ reo competunt, fideiuſſori quoque inuito reo competunt.

ſ l. Exceptiones. ibid.

XVII. [ſ] Exceptiones opponuntur, aut quia factum eſt, quod fieri oportet: aut quia

A factum ſit, quod fieri non oportuit: aut quia factum non ſit, quod fieri debuerat. Quia factum eſt, quod fieri oportuit: datur exceptio rei venditæ & traditæ, & rei iudicatæ. Quia factum eſt quod fieri non oportuit, datur exceptio doli mali. Quia non factum eſt quod fieri debuit; vt bonorum poſſeſſionis non datæ.

t l. Rei. ibid.

XVIII. [t] B Rei maioris pecuniæ præiudicium fieri videtur, cùm ea quæſtio in iudiciũ deducitur, quæ vel tota, vel ex aliqua parte communis eſt quæſtioni de re maiori.

u l. pen. ibid.

XIX. [u] Si quis ſtatuam in municipio ea mente poſuerit, vt ea municipij eſſet, & eam petere vult, excludi eum oportet præſcriptione in factum data.

x l. vlt. ibid.

XX. [x] Filiuſfamiliâs exceptionem iuriſiurandi patri quærit, ſi eum dare non oportere iurauerit.

y l. 3. D. de exceptione rei iudicatæ.

C XXI. [y] Iulianus reſpondit, exceptionem rei iudicatæ obſtare, quoties inter eaſdẽ perſonas eadem quæſtio reuocatur: & ideò ſi rebus ſingulis petitis hæreditatem petat, vel contrà; exceptione ſummouebitur.

z Imbert. lib. 1. Inſtit. Foreſ. cap. 35.

XXII. [z] Moribus Gallicis aduerſus mutui confeſſionem, ſiue chirographo ſiue publica ſcriptura redactam, pecuniæ non numeratæ exceptio non opponitur.

a Imbert. d. c.

D XXIII. [a] Iiſdem moribus Gallicis actor non repellitur, quòd ſacris, & orthodoxæ fidei conſortio interdictus ſit.

b Ibid.

XXIV. [b] Compenſatione etiam & reconuentione vti in Gallia non licet, niſi reſcripto Principis impetrato: ſed in Normania executionis viâ compenſatio fieri aſſolet.

c Imb. ibid.

XXV. [c] Moribus Gallicis mobilia triginta demum annis præſcribi ſolent.

E

TIT. II.

De ſtatu cauſæ conſtituendo.

a Idem Imb. d. lib. c. 36.

I. [a] STatus litis conſtituendæ, triplex eſt ratio. Nam aut iuridicialis, aut legitima, aut inficialis coniecturalis cauſę conſtitutio eſt.

b Ibid.

II. [b] Iuridicialiter lis conſtituitur, quoties conceſſo inter litigantes facto, æqui & iniqui ſolùm natura quæritur.

c Ibid.

F III. [c] Legitimæ autem conſtitutioni locus eſt, cùm ex ſcripto controuerſia naſcitur; vtpote litis cardine in tabulis, inſtrumentíſque collocato, modò nullis ſit opus teſtimoniis.

d Ibid.

IV. [d] Inficialiter verò lis conſtituitur & coniecturaliter, vti implicita eſt factis controuerſia, ac teſtimoniis res tranſigenda eſt.

e Ibid.

V. [e] Cùm iuridicialiter lis conſtituitur, litigantibus iudex edicit vt apud ſemetipſum G illi cauſas ſcriptis mandatas vnà cum literatis documentis proferant: & ex iis res iudicetur. litigantes quoque iudicandi calculum tùm porrigunt.

f Ibid.

VI. [f] Vbi cauſæ ſtatus legitimus eſt, ſtatuit iudex vt competitorum vterque cauſas tabuláſque ſuas apud acta deponant: (non

continuò

continuò tamen res in iudicis mittetur conſilium:) ſed viciſſim tabulas, inſtrumentáque à ſe prolata refellant: rurſúſque contradicta diſſoluant, ac deinde iudicandi poteſtatem faciant.

g ibid.

VII. g Vbi controuerſia inficialiter conſtituenda eſt, ſi rem iudex ad exemplum videat pertinere, aut non contemnendi eſſe pretij: neque litigantes de facti natura ſatis inuicem conſentire; iubebit eos cauſas ſuas actiones exceptione, replicatione diſponere: quę cùm fuerint abſoluta, litigantes ad conſtituendam adigit diſceptationem.

h Ex vſu & more Normano.

XVIII. h More Normano, in cauſis maioribus, ac de ſoli rebus, in ſcriptū redigi cōtrouerſiæ ſolent, ſcilicet in actionē ſeu intentionem, exceptionē, replicationē & duplicationē. Demùm litigātes litem aut inficialiter, aut in legitimum ſtatum ipſimet conſtituunt: ac vulgò is qui iuſtiores cauſas probationis propoſuiſſe videtur, ſi eas illi aduerſarius non concedat faciendas, ſed probare ipſe ſuas velit, confiteri intētionem aduerſarij ipſe videtur: & lis ſecundùm eum, cuius probationes admittendæ videntur, iudicari aſſolet. Quod quamuis Normani ad definiendas breuiori via controuerſias pertinere dicant, tamē valdè hic mos calumniis eſt obnoxius: meliúſque longè videretur, vt de probatione ab alterutro facienda iudex ipſe ſtatueret.

TIT. III.

De in integrum reſtitutionibus.

Hic titulus quatuor capitibus continetur; quorum primum eſt, De reſtitutionibus in integrum. Secundum, Quando & quibus de cauſis in integrum non reſtituantur. Tertium, De reſtitutionibus militum, & eorum qui reſpublica cauſâ abſunt. Quartum, Quo modo reſtitutio in integrum fieri debeat.

CAP. I.

De in integrum reſtitutione minorum.

a l. 1. C. de in integrum reſtitutione minorum 25. ann.

I. a Minor viginti quinque annis læſus in renuntiando querelæ inofficioſi teſtamenti, tacitè vel expreſſè reſtituitur in integrum. De quo Imp. Alexander, Plotianæ: [Illud inſpiciendum eſt num inofficioſi querelæ, vel palam, vel tacita denuntiatione ſit renuntiatum. Nec hoc autem in tuam perſonam cadere poſſe, auxilium, quod ætati impartitur, oſtendit.]

Diocl. & Maximianus Impp. Rufo.

b l. Minoribus. ibid.

II. b Minoribus in integrum reſtitutio, in quib⁹ ſe captos probare poſſūt, etſi dolus aduerſarij nō probetur, cōpetit. Ante cōplētum etiā viceſimū quintū annū, de his, in quib⁹ ſe captos exiſtimāt minores, poſſe in integrū reſtitutionem implorare, certiſſimi iuris eſt.

c l. pen. ibid.

III. c Minoribus in his, quæ vel prætermiſerunt, vel ignorauerunt, innumeris auctoritatibus conſtat eſſe conſultum.

d l. 3. C. ſi tutor vel curator interuenerit.

IV. d Etiam in his quæ minorū tutores vel curatores malè geſſiſſe probari poſſunt, licèt perſonali actione à tutore vel curatore ius ſuum conſequi poſſint, in integrum reſtitutionis auxilium eiſdem minoribus dari iampridem placuit.

e l. vlt. ibid.

V. e Etiam tutoribus vel curatoribus diſtrahentibus, vel aliâs cōtrahentibus, minores reſtitui tam rebus propriis quàm tutorū vel curatorum damna ſequi, nullo eis præiudicio per electionem generando, placuit.

f l. vnica. C. ſi aduerſus vſucapionem.

VI. f Contra eos qui res minorum tenent, ſi vſucapione dominium acquiſierint, reſtitutionis auxilium eis decerni debet.

g l. prore. C. ſi aduerſus creditorem.

VII. g Minor in mutuo læſus præſumitur, niſi qui mutuò dedit, probet verſum in rem minoris: & ideò minor in integrum reſtituitur. De quo Imp. Antoninus Pius Prunico ita reſcripſit. [Cum & ipſe profitearis, cum Zenodora minore viginti quinque annis te contraxiſſe, nec docere potuiſſe Prætorem virū clariſſimum, ex eo contracto locupletiorem eam eſſe factam, intelligis eam meritò in integrum reſtitutam.

h l. 2. C. ſi aduerſus rem iudicatam reſtitutio poſtuletur.

VIII. h Sententia lata aduerſus minores indefenſos eſt ipſo iure nulla: ſed ſi ſunt legitimè defenſi, eſt valida: verùm poſſunt reſtitui. De quo Impp. Diocletianus & Maximianus ita Vrbino & aliis reſcripſerunt. [Cùm & minores vos eſſe affirmetis, & indefenſos; nullum vobis præiudicium fieri Præſes prouinciæ pro ſua grauitate curabit. Nam ſi, iuſta defenſione tutorum vel curatorū vobis adſiſtēte, aliquid ſtatutum eſt, intelligitis reſtitutionis auxilium vobis eſſe neceſſarium: eodē obtinente, etiamſi per procuratorem veſtrū legitimè ordinatum, lis agitata eſt.

Iidem Impp. Diocl. & Max. Proculæ.

i l. ſi aduerſus delictum. C.

IX. i Licèt in delictis ætate neminem excuſari conſtet; matri tamen, quæ filiis tutorē ætatis lubrico lapſu non petiit, eorum minimè denegari ſucceſſionem conuenit: cùm hoc in maioribus matribus tantùm obtinuit.

k l. Auxilium. D. de minoribus 25. annis.

X. k In delictis minor viginti quinque non meretur in integrum reſtitutionem, vtique atrocioribus: niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrē pœna iudicē perduxerit.

l ibid.

XI. l Non eſt ætatis excuſatio ei, qui dum leget inuocat, in leges committit.

Imp Gordianus Protæ.

m l. 1. C. ſi vt omiſſam hæreditatē, vel bonorum poſſeſſionem.

XII. m Minores viginti quinque annis, nō tātùm in his quę ex bonis propriis amiſerūt, verumetiam ſi hæreditatem ſibi delatam non adierint, poſſe in integrum reſtitutionis auxilium poſtulare, iamdudum placuit.

Imp. Iuſtinianus.

n l. Sancimus. C. in quibus cauſis reſtitutio in integrum non eſt neceſſaria.

XIII. n Sancimus fauore imperfectæ ætatis, exceptionem non numeratæ pecuniæ ab initio minoribus non currere: ne dum in integrum reſtitutionem expectamus, aliquod emergat obſtaculum, per quod huiuſmodi beneficio minor vti non poſſit, vel ſubſtantia eius ſubuertatur. Sed humanius eſt, eiuſdem legis interpretationem extendere in omnibus caſibus, in quibus vetera iura currere quidem temporales

præſcriptiones aduerſus minores cōceſſerūt, per in integrū reſtitutionem eis ſubueniebāt, eas ipſo iure nō currere: melius etenim intacta eorum iura ſeruari, q̄ poſt cauſam vulneratam remediū quærere; videlicet exceptionibus triginta vel quadraginta annorum in ſuo ſtatu manentibus.

o l. 2. C ſi ſæpius reſtitutio in integrū fuerit poſtulata.

XIV. o Ex noua cauſa poteſt peti reſtitutio quæ aliâs fuit denegata. De quo Imp. Alexander Iuſto militi [Quanquam curatores pupillæ victi ſunt, cùm in integrum reſtitui pupillam deſiderabant, cùm tamen nouis defenſionibus cauſam inſtrui poſſe dicas, adeant curatores vxoris tuæ iudicem; & petant vt cauſas reſtitutionis agant.]

CAP. II.

Quando, & quibus ex cauſis quis in integrum non reſtituitur.

p l. Quod ſi minor §. 1. D de minor. 25. ann.

XV. p Non ſemper ea, quæ cum minoribus geſta ſunt, reſcindenda ſunt; ſed ad bonū & æquum reducenda; ne magno incōmodo huius ætatis homines afficiantur, nemine cum eis contrahente, & quodāmodo cōmercio eis interdicatur. Itaque, niſi manifeſta circumſcriptio ſit, aut negligenter in ea cauſa verſati ſunt, Prætor interponere ſe non debet.

q d. l. §. Scæuola.

XVI. q Scæuola aiebat, ſi quis iuuenili leuitate ductus, omiſerit, vel repudiauerit hęreditatē, vel bonorū poſſeſſionē; ſi quidē omnia in integro ſunt, omninò audiēdus eſt. Si verò, iam diſtracta hæreditate, & negotiis finitis, ad paratā pecuniam laboribus ſubſtituti veniat, repellendus eſt; multóque parciùs ex hac cauſa hæres minoris reſtituendus eſt.

r l. vnica C. ſi in communi eadémque cauſa reſtitutio in integ.

XVII. r Pactū ſororis non præiudicat: item reſtitutio ſororis non patrocinatur fratri. *Bald.* De quo Dioclet. & Maxim. Impp. Aphorbio & aliis ita reſcripſerūt. [Nec ſi minor viginti quinq; annis ſoror veſtra, vobis nō mandātibus, nec ratā tranſactionē habentibus, de iure veſtro quicquā minuere potuit. Nā ſi cognitis, quę geſſit, his conſenſū poſt viginti quinq; annos ætatis cōmodaſtis, quamuis illa minor pro portione ſua reſtitutionis auxiliū implorare poſſit; vobis tamen ad communicandum edicti perpetui beneficium patrocinari non poteſt.]

Noua conſtitutio Federici Imperatoris.

ſ § ſi aduerſus venditionē.

XVIII. ſ Sacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis inuiolabiliter cuſtodiantur. Per vim autem vel iuſtum metum extorta etiam à maioribus (maximè ne querimoniam maleficiorum commiſſorum faciant) nullius momenti eſſe iubemus. Sed in Gallia ſacramenti eiuſmodi venia impetrari facilè ſolet.

t l. prima C. eo. §. & l. aduerſ. quos in integr. reſtitu. non poſſ.

XIX. t Vbi minor ſemiplenè docuit de læſione, recurritur ad veriſimilia: vbi de læſione conſtat, veriſimilia non attenduntur. De quo Imperator Alexander Conondi reſcripſit [In conſilio quidem cognoſcētes de reſtitutione in integrū, eſſe oportet, num is, qui ſe minorem annis læſū eſſe dicit, diligens paterfamiliâs fuerit, actibúsque publicis induſtrium ſe docuerit, vt lapſū eum per ætatē veriſimile non ſit. Verùm ſi cauſā cognitā circumuentus deprehendatur, propter hoc ſolū, velut pręſcriptione à ſolito auxilio remoueri nō debet, quòd vrgentibus patriæ neceſſitatibus decurio minor annis creatus ſit, vel propagandæ ſoboli liberorum educatione proſpexerit.]

u l. poſter. ibi.

XX. u Contra parentes vel patronos nō datur reſtitutio in integrū ratione minoris ætatis. De quo Imp. Iuſtinianus [Cùm apud veteres dubitabatur, an liberi parētes, vt liberi patronos ſuos, in querimoniā deducere poſſint, quaſi non ritè in eos verſatos: quidā exiſtimabant, nullā eſſe contra huiuſmodi perſonas in integrum reſtitutionem, pōdere naturali vel patronali reuerentia huiuſmodi petulantiæ refragāte; niſi vel ex magna cauſa, vel aduerſus turpem eorum perſonam: alij autem perſonarum quidem, vel cauſæ diſtinctionē reſpuendā eſſe cenſuerunt; tunc autem tantummodò dandā eſſe reſtitutionē putauerūt, cùm minor ex ſua ſimplicitate ſe deceptum, non ex dolo patris vel patroni circumſcriptū eſſe diceret. Sed vt maneat in omnibus honor parētibus & patrono vel patronę illibatus, atq; intactus; ſancimus, nullo modo neque aduerſus parētes vtriuſque ſexus, neque aduerſus patronum vel patronam dari reſtitutionem. Nam perſonarum reuerentia omnem eis excludit reſtitutionem. cum procul dubio ſit etiā, ipſas perſonas cernere, ne quid ſuæ opinioni contrarium exiſtat.]

x l. 2. C. ſi minor maiorē ſe dixerit, vel maior probatus fuerit.

XXI. x Errantibus, non decipientibus iura ſubueniunt. De quo Impp. Diocletianus & Maximia. Vitaliano. [Si quis minorē nunc ſe eſſe aſſeuerat, & fallaci maiores ætatis mēdacio deceperit, cùm iuxta ſtatuta iuris errantibus non etiā fallentibus minoribus publica iura ſubueniāt, in integrū reſtitui nō debet.]

y l. vl. C. de in integrum reſtitutione minorū 25. an.

XXII. y Non videtur circumſcriptus eſſe minor, qui iure ſit vſus communi.

z Oldēdorpius tract. de ſententia & re iudicata. l. & eleganter. §. vlt. ibi Bar. D. de dolo malo.

XXIII. z Admonēdi ſumus quòd etiā ſi dānatus ex falſa ſuggeſtione aduerſarij ſui, non petierit in integrū reſtitutionē; habet tamē actionē de dolo, vel in factū cōtra eū qui admiſit falſitatē in id quod ſua intereſt.

CAP. III.

De reſtitutionibus militum, & eorum qui reipublicæ cauſa abſunt.

a l ſi quid de bonis. C. de reſtitutionibus militum, & eorum qui reipublicæ cauſa abſunt.

XXIV. a Ad actionē præſcriptā reſtituitur abſēs reipu. cauſā.

Imp. Iuſtin. *Menæ præfecto prætorio.*

b l. vlt. ibid.

XXV. b Sancimus, his ſolis, qui in expeditionibus ea tantummodo tempora, quæ in eadem expeditione percurrunt, tam in exceptionibus declinandis, quàm in petendis in integrum reſtitutionibus, eis opitulari: illis temporibus, per quæ citra expeditionis neceſſitatem in aliis locis, vel in ſuis ædibus degunt, minimè eis ad vindicanda

memo-

memorata priuilegie adiuuaotibus.

CAP. IV.

Quo modo fieri in integrum reſtitutio debeat.

Imp. Antoninus Tatiano.

XXVI. [a] QVi reſtituitur in integrū, ſicut in dāno morari non debet, ita nec in lucro. Et ideò quicquid ed eum peruenit, vel ex emptione, vel ex vēditione, vel ex alio contractu, hoc debet reſtituere. Sed & ſi interceſſor minor viginti quinq; annis interuenerit, in vētré debitoré debet reſtitui actio. Sed & cùm minor adit hæreditatem, & reſtituitur; quicquid ad eum ex hæreditete peruenit, debet præſtare: verùm & ſi quid dolo eius factum eſt, hoc eum præſtare cōuenit.

Imp. Gordianus Secundino militi.

XXVII. [a] Poſtulate in integrum reſtitutione, omnie in ſuo ſtatu eſſe debere, donec res ſiniatur, perſpicui iuris eſt: idque curabitis, ad cuios partes ea res pertinet.

TIT. IV.

De Iuris & facti ignorantia.

Imp. Conſtantinus.

I. [a] QVemuis in lucro nec fœminis ius ignorātibus ſubueniri ſoleat, attamen contra ætatem edhuc imperfectam, locū hoc nón habere retrò Principum ſtatutā declerant.

Imppp. Valent. Theod. & Arcadius.

II. [b] Conſtitutiones Principum nec ignorare quenquam, nec diſſimulare permittimus.

TIT. V.

De probationibus.

I. [a] EI incumbit probatio, qui dicit, non qui negat.

II. [b] Qui dolo dicit factum eliquid, licèt in exceptione, docere edmiſſum debet.

III. [c] In eceptionibus dicendum eſt, reum partibus actoris fungi oportere: ipſúmq; exceptioné, velut intentionem implere: vt puta ſi pacti conuenti exceptione vtatur, docere debet, pactum conuentum factum eſſe.

IV. [d] Verius eſſe exiſtimo, ipſum, qui agit, id eſt legatarium, non hæredem, probare oportere; ſciſſe alienem rem vel obligatam legare defunctum; non hæredem probare oputtere, ignoraſſe alienam vel obligatā: quia ſemper neceſſitas probandi incumbit illi qui agit.

V. [e] Eum, qui voluntatem mutatam dicit, probere hoc debere.

VI. [f] Ante omnia probandum eſt, quòd inter egentem & debitorem cōuenit, vt res pignori, hypothecæve ſit: ſed & ſi hoc probet actor, illud quoque implere debet, ré pertinere ad debitorem eo tempore, quo conuenit de pignore, aut cuius voldtate hypotheca ſit.

VII. [g] Si chirographum cancellatū fuerit, licet præſumptione debitor liberetus eſſe vide-tur, in eam tameo quantitatem quam maniſeſtiſſimis probationibus creditor edhuc ſibi deberi oſtéderit, rectè debitor cōuenitur.

VIII. [h] Filiū eſſe aliqué quo modo probetur, imperatores Antonin' & Verus, Auguſti, Claudio Apolinati reſcripſerūt in hęc verba: [Probationes quæ de filiis dentur, non in ſola adfirmatione teſtium cōſiſtunt: ſed & epiſtolas, quæ vxoribus miſſæ allegarētur, ſi de fide eorum conſtitit, nonnullam vicem obtinere inſtrumentorum, decretum eſt.]

IX. [i] Mulier grauida repudiata, filium enixe abſente marito, vt ſpurium in actis profeſſa eſt: quæſitum eſt, an is in poteſtate patris ſit: &, matre inteſtata mortua, iuſſu eius, matris hæreditatem edire poſſit: nec obſit profeſſio à matre irate facta. Scæuola reſpondit, veritati locum ſuperfore.

X. [k] Memoria ætate, quo modo probetur. Si arbiter enimaduertere debet eo operis facti memoria extet, hoc ei quæri eudum eſt, an aliquis meminerit, quo die, eut quo Conſule factum ſit: ſed cùm hoc eliquo modo probari poſſit, quā pridé hoc opus factū ſit; & hoc ita; quod Grçci dicere ſolent: ἐξ ἀπολλῶν enim poteſt hoc memoria non teneri, intra ennum (puta) factum: cùm interim nemo ſit eorum qui meminerit, quibus Conſulibus id viderit: ſed cū omniū hæc eſt opinio, nec audiſſe, nec vidiſſe, cùm id opus fieret: neque ex iis audiſſe, qui vidiſſent, aut eudiſſent: & hoc infinité ſimiliter ſurſū verſū accidet, cùm memoria facti operis non extaret.

XI. [l] Non eſt neceſſe pupillo probare fideiuſſores pro tutore datos, cùm accipiebātur, idoneos non fuiſſe. Nam probetio exigenda eſt eb his, quorum officij fuit prouidere vt pupillo caueretur.

XII. [m] Mos geritur reo ſi velit probetioné ſuſcipere. [n] Alioqui ab eo qui lite pulſatur, probatio non exigitur.

XIII. [o] Actor, quòd adſeuerat probere ſe nō poſſe, profitendo, rerum neceſſitate monſtrādi contrariū non eſtringit: cùm per rerū naturam factum negantis probetio nulle ſit.

TIT. VI.

De præſumptionibus.

I. [a] TRiplex ſtatuitur præſūptionis gen': Prime, & quidem firmiſſima præſūptio eſt, quā Iuris & de iure vulgo vocāt: quia ſcilicet iure introducta eſt, & lex ex ea inducit firmum ius, & eam habet pro veritate, ita vt non edmittat probetionem in cōtrarium.

II. [b] Secūda præſūptio eſt, quæ non eſt res præiudicata, reſpuens probationé in contrarium, vt illa ſuperior: nec propriè appellatur probatio; ſed ab onere probandi releuet: eóque conſiderato effectu, dicitur liquidiſſima probatio: ita & hæc præſumptio, quæ probationis loco eſt, contrariis documentis poteſt dilui & euerti; iuxta regulam, *In certis, non eſt opus coniecturis.*

III. [c] Tertia præſūptio appellatur modica, quā veriùs dixerunt, Opinioné hominis, quæ

[a] l. de reputationibus quæ fiunt in iudicio in integrum reſtitutionis.
[a] l. unica. C. in integrum reſtitutione poſtulata, ne quid noui fiat.
[a] l. Quamuis. C. d. t.
[b] l. Conſtitutiones. ibid.
[a] l. 2. D. h. t.
[b] l. Quotiens. §. 1. ibid.
[c] l. in exceptionibus. ibid.
[d] l. Verius. ib.
[e] l. cum qui. ib.
[f] l. ante omnia. ibid.
[g] l. ſi chirographum. ibid.
[h] l. Probationes. ibid. l. Non epiſtolis. C. eo.
[i] d. l. 1. t.
[k] l. ſi arbiter. ibid.
[l] l. Non eſt neceſſe. ibid.
[m] l. Cum de. [n] l. Frustra. C. eo. [o] l. Actor. ib.
[e] Veſtimb. h. t.
[b] ibid.
[c] ibid.

Præſumptionem legis. Eſt enim veriſimilis aliqua coniectura; ſed quæ ſine aliis adminiculis fidem ſola non facit. Sufficit tamen quãdoque ad iuriſiurandi delationem, [d]vel in ſupplementum probationis: [e]vel ad ſuſpicionis purgationem.

IIII. [f]Signa aut indicia ſunt neceſſaria, quæ aliter ſe habere non poſſunt; vt non eſſe virginem, quę peperit: aut ſunt non neceſſaria, ſed veriſimilia; vt non eſſe pudicam, quæ cum viris vagatur.

V. [g]Qualitas quæ naturaliter ineſt homini, ſemper adeſſe præſumitur: verbi gratiâ; pater ex omni affectione amat liberos, iiſque opitulatur & conſulit: [h]in minore præſumitur inconſulta ignorantia: [i]in ſenibus prudentia: in mulieribus imbecillitas; timiditas; auaritia: in quolibet homine ſenſus communis; religio; potentia generandi; diligentia curandi res proprias, [k]vitæ ad centum vſque ętatis annos.

VI. [l]Eadem ratione præſumitur quodlibet accidens in eodẽ in quo ſemel ſtatu fuit, perſiſtere, [m]niſi contrà probetur mutatio: [n]Vt coniectura probabilis eſt, durare patriam poteſtatem, malitiam, bonitatem; diuitias, fortunam, prout antea fuit: atque ita in ſimilibus, exceptis his quæ naturaliter ex curſu temporis mutantur.

VII. [o]Item præſumitur ſemper in benigniorem partem, in quam ipſa naturæ ratio & affectio nos ducit; [p]vt viam aliquid agentibus eſſe licitam, [q]& per quam actus ſuſtineatur; [r]vnumquemque eſſe bonum, [s]idoneum, innocentem: [t]bonæ fidei; [u]iuſtum; diligentem; [x]donec contrarium probetur.

VIII. [y]Pari ratione ex factis, quæ communiter ita ſe habent, ſumitur opinio, quòd ſcilicet eiuſmodi ſint, qualia communiter eſſe conſueuerunt, [z]vt inter nudum & nudam repertos, interueniſſe copulam; [a]quodlibet illicitum factum malo deluſorióque animo fuiſſe perpetratum: etiamſi aliàs debitum non præſumitur, niſi probetur. [b]Sed his caſibus præſumptio ita generalis tollitur per præſumptiones ſpeciales in contrarium vrgentes. [c]Sic qui dilationibus variis fruſtratur iudicia, creditur iniuſtã fouere cauſam. [d]Qui vicinus eſt; conditionem, facta, & ſtatum vicini noſſe: [e]neminem vires patrimonij ſui vel coniugis ignorare; & ſi qua ſunt ſimilia.

IX. [f]Cùm eadem quantitas relinquitur in codicillis, quæ fuit in teſtamento; videtur animo duplicandi relicta, niſi probetur contrarium; Nempe, Quingenta teſtamento tibi legata ſunt: idem ſcriptum eſt in codicillis poſtea ſcriptis; refert, duplicare legatum voluerit, an repetere: & oblitus ſe in teſtamento legaſſe, id fecerit: ab vtro ergo probatio eius rei exigenda eſt? Prima facie æquius videtur, vt petitor probet quod intendit: ſed nimirum probationes quædam à reo exiguntur. Nam ſi creditum petam, ille reſpondeat ſolutam eſſe pecuniam, ipſe hoc probare cogendus eſt. Et hîc igitur cùm petitor duas ſcripturas oſtendit; hæres poſteriorem inanem eſſe; ipſe hæres id probare iudici debet.

X. [f]Si pactum factum ſit, in quo hæredis mentio non fiat; quæritur, an id actum ſit, vt ipſius duntaxat perſona eo arctaretur. Sed quamuis verum eſt, quòd, qui excipit, probare debeat quod excipitur: attamen de ipſo duntaxat, ac non de herede eius conueniſſe, petitor, non qui excipit, probare debet: quia plerunque tam heredibus noſtris, quàm nobis ipſis cauemus.

XI. [g]Confeſſiones teſtatorum in vltima voluntate, ſi in fraudem videantur adiectæ, nihil proſunt eis ad releuandam probationem pro quibus adiiciuntur: fraus autem potiſſimum detegitur, cùm incapaces ſunt relictorum, ad quos huiuſmodi confeſſiones pertinent.

TIT. VII.

De teſtibus.

Hic titulus quatuor capitibus continetur, quorum primum eſt, Qui & aduerſus quos teſtimonium dicere non cogantur: vel contrà. Secundum, de teſtibus producendis. Tertium, vt lite non conteſtata non procedatur ad teſtium examinationem. Quartum, de reprobatione teſtium. Quintum de dictis teſtium.

CAP. I.

Qui, & aduerſus quos teſtimonium dicere non cogantur: vel contrà.

I. [a]Teſtimoniorũ vſus frequens ac neceſſarius eſt: & ab iis exigendus, quorum fides non vacillat.

II. [b]Adhiberi teſtes poſſunt, non ſolùm in criminalibus cauſis, ſed & in pecuniariis litibus, ſicubi res poſtulat, & hi quibus non interdicitur teſtimonium, nec vlla lege à dicendo teſtimonio excuſantur.

III. [c]Inuiti teſtimonium iure Romano nõ dicunt publicani: item is qui non detrectandi teſtimonij cauſâ aberit. Item is qui quid exercitui præbendum conduxerit: ſed nec pupillis teſtimonium denuntiari poteſt.

IIII. [d]Teſtes non temerè euocandi ſunt per longum iter: & multò minus milites auocandi ſunt à ſignis vel muneribus perhibendi teſtimonij cauſâ; idque Hadrianus imperator reſcripſit.

V. [e]Lege Iulia iudiciorum publicorum cauetur, ne inuito alicui denuntietur vt teſtimonium dicat aduerſus ſocerũ, generum, vitricum, priuignum, ſobrinum, ſobrinam, ſobrino natum: eóſve qui priore gradu ſunt.

Marginal notes (left): d Bal. in rubr. C. de probat. e extra tit. de purgatione canonica. l. Non omnes. §. vlt. D. de re mil. f Vej. d. t. de prob. g Ibid. glo. in c. ſi forte. de electi. in 6. h l. ſi quis pa tremja. D. ad mun. l. 1. & toto. D. de mino. i l. Semper. D. de re mil. §. ſi verò in auth. d. quæſt. k l. vlt. D. de ſu... Eccl. l. An vſusfructus. D. de vſufr. l Vej. d. loco l. Semel. de reg. iur. in 6. m c. 3. mandata de præſ. n l. ſi filius h. t. o l. ej. d. loco c. Eſtote. de reg. iur. l. quoties. 21. D. eo. t. l. Semper 52 ib. p l. N... §. ... proba... D. de op. no. nunc. q l. 3. D. de mil. teſta. Bal. in rubr. de fide inſtr. r Dudum h. t. l. vlt. C. ad leg. Iul. repet. ſ can. Dudum. can. ſicut. 2. q. 1. l. Abſentem. D. de pœn. l. qui accuſare. C. de eden. t l. pen. C. de codicil. glo. & DD. in c. ſi di... ligẽtis h. t. d. l. 2. C. de off. eius Ind. l. ſi quis Decurio. C. de falſ. c. ad audientiam de præſ. u Fel. in c. ſi autem. de præſ. per c. Paſtoralis. de præſ. Lanfr. in c. quoniam verò. tali... de prob. x l. ej. d. loco. y c. literas h. t. z c. 1. ib. l. 1. C. de ſica.

a l. in toto. D. de reg. iur. l. Non omnes. § a barbaris. D. de re mil.
b c. milas h. t.
c Lanfrancus in c. Quoniam. in verb. teſtium. de prob. Socinus Conſ. 181. vol. 2.
d l. Quiſquis. C. de reſt. vend.
e Cornæus Conſ. 163. nu. 34. vol. 3.
f l. Quingenta. D. h. t. de probat. & præſ.

Marginal notes (right): f l. ſi pactum. D. g Oldrad. tract. de probat. l. quædam teſtamentum. D. de prob. l. legata Titio. D. de liber. lega. a l. 1. D. de teſtibus. b d. l. §. 1. c l. 1. ibid. d l. 3. §. vlt. ib. e l. Lege. ibid.

f l. in legibus. ibid.

VI. [f] In legibus, quibus excipitur ne gener, aut ſocer inuitus teſtimonium dicere cogeretur, generi appellatione ſponſum quoque filiæ contineri placet, item ſoceri ſponſæ patrem.

g l. Pater. de

VII. [g] Pater, & filius, qui in poteſtate eſt: item duo fratres, qui in eiuſdem poteſtate ſunt, teſtes vtrique in eodem teſtamento, vel eodē negotio fieri poſſunt: quoniā nihil nocet, ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi.

h l. Ex eo. ibi.

VIII. [h] Ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulteriis teſtimonium dicere cōdemnatam mulierem, colligitur, etiā mulieres teſtimonij in iudicio dicendi ius habere.

i l. Parentes. ibid.

IX. [i] Parentes & liberi inuicem aduerſus ſe, nec volentes, ad teſtimonium admittendi ſunt.

CAP. II.

De Teſtibus producendis.

IX. Citatio aduerſarij vt adſit teſtiū productioni, eorúmque iuriurando, procuratori fieri non debet.

k l. 1. § quanquam. D. h. t.

X. [k] Quanquam quibuſdam legibus ampliſſimus numerus teſtium definitus ſit, tamen ex conſtitutionibus Principum hæc licentia ad ſufficientē numerum coartatur, vt iudices moderentur, & eum ſolum numerum teſtiū, quē neceſſarium eſſe putauerint, euocari patiantur: ne effrænata poteſtate ad vexandos homines, ſuperflua multitudo teſtium producatur. Ac Regia conſtitutione Gallica ſancitum habemus, ne de eodem facto, amplius denis teſtibus producere liceat.

XI. Poſt dilationem, quæ ſemper peremptoria intelligitur, produci amplius teſtes non poſſunt.

m n Conſt. Molinenſi.

XII. [m n] Conſtitutione regia, de his quæ centum Francicos nummos excedunt, conſici inſtrumenta à tabellionibus debent: alioqui teſtibus probari eæ res non poſſunt.

o DD. in d. l. de off. deleg. Petrus de ferriis § 3. § quod ſi nunc.

XIII. [o] Teſtes diebus feriatis interrogari non debent.

XIV. Teſtes in cauſis leuioribus, tres vel quatuor de plano interrogari debent.

Impp. Honorius & Theod. Cæciliano.

p q l. Quoniā. C. h. t.

XV. [p q] Quoniam liberi teſtes ad cauſas poſtulantur alienas, ſi ſocij & participes criminis non dicantur, ſed fides ab his notitiæ poſtuletur, in exhibitione neceſſariarum perſonarum, hoc eſt teſtium, talis debet eſſe cautio iudicantis, vt his venturis ad iudicium, per accuſatorem, vel ab his, per quos fuerint poſtulati, ſumptus competentes dari præcipiat. Idē iuris eſt, & ſi in pecuniaria cauſa teſtes ab alterutra parte producendi ſunt.

r l. Teſtium. D. h. t.

XVI. [r] Quando debitum eſt contractum in ſcriptis, eius ſolutio probanda eſt per ſcripturam, vel quinque teſtes.

ſ l. ſi quando. C. eod.

XVII. [ſ] Teſtes abſentes poſſunt cogi venire ad teſtificandum, etiam in cauſa pecuniaria.

t l. vlt. ibid.

XVIII. [t] Teſtibus examinatis corām arbitris, non tenetur quis ſtare: ſed poteſt petere eos iterum interrogari.

CAP. III.

Vt lite non conteſtata non procedatur ad teſtium examinationem.

u c. Quoniam frequenter. vt lite non conteſt. ſit. & ibi glo. & Alber. h. t. l. 3. § duo ipſæ D. ad SC. Carbon. glo. in l. leg. Aquilia. L. ad leg. Aquil. Cyn. in auth. Sed &, quod. C. h. t.

XIX. [u] Si teſtes ſunt valetudinarij, vel de eorum abſentia metuatur, reſcriptum à Rege impetrari ſolet, quo facultas eorum interrogandorum, etiam ante litē conteſtatam vt in cauſa, vel ea conteſtata fiat, principali iis teſtimoniis, qui huiuſmodi reſcriptum impetrauit, vti poſſit. Et ſi teſtes deceſſerint, eorum teſtimonium recipitur: alioqui iterum interrogari debebunt.

CAP. IIII.

De reprobatione teſtium.

x l. 3. § lege D. h. t.

XX. [x] Lege Iulia de vi cauetur, ne hac lege in reū teſtimoniū dicere liceat, qui ſe ab eo, parēte eius liberauerit: quiq; impuberes erunt: quive impuberes erunt, quiq; iudicio publico damnatus erit; qui eorum in integrū reſtitutus non erit, quiq; in vinculis cuſtodiave publica erit: quive ad beſtias vt depugnaret, ſe locauerit: quæve palā quæſtū fecerit: quive, ob teſtimonium dicendum, vel nondicēdum pecuniam accepiſſe iudicatus, vel conuictus erit. Nam quidam propter reuerentiam perſonarum; quidam propter lubricum conſilij ſui: alij verò propter notā & infamiam vitæ ſuæ, admittendi non ſunt ad teſtimonij fidem.

y l. Eos C. h. t.
z l. 3. ibid.
a l. Parentes. ibid. Io Faber. & Iuſt. de teſt. DD. in c. inſinuatione. de eſſic. dei. g.

XXI. [y] Eos teſtes ad veritatem iuuandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ & potentatui fidem religioni iudiciariæ debitam poſſint præponere.

XXII. [z] Etiam iure ciuili domeſtici teſtimonij fides improbatur: eorúmque qui domeſtici fuerunt parentibus.

b Maſu. t. de probat. auth. de teſtibus. § 1. & § ſancimus.
c arg. l. Quæ omnia. D. de proc. Bart. in l. a vor. § qui filio. D. ad leg. Corn. de falſ. l. intra & ibi gl. D. h. t. Maſu. d. t.
d Maſuer. d. t.
e l. Etiam. C. h. t. glo. in c. in literis eo. t. c. vlt. de verb. ſig. e licet. de proo. Bar. in l. 1. § ſi ſeruus D. de queſt.
f l. Produci teſtes D. h. t.
g Maſuer. d. t. c. cauſam quæ. l. a. D. de iud.
h Maſuer. d. t.
i ibid. c. cùm in iure in fi. de purg. can.
k Veſemb. h. t. D.
l l. ſi quis teſtibus. C. h. t.

XXIII. [a] Domeſticū attamen teſtimoniū ad probanda ea quæ domi ſecretò geſta fuerint admittitur.

XXIIII. [b] Teſtis medicus reprobari poteſt.

XXV. [c] Teſtis qui ſe ingerit, ſuſpectus eſt.

XXVI. [d] Teſtes qui operas alicui locauerint, & quibus alimenta ab aliquo ſunt præſtita, reprobari ab eius aduerſario poſſunt, [e] ſi tempore teſtimonij eius qualitatis fuerint.

XXVII. [f] Produci teſtis non poteſt.

XXVIII. [g] Teſtimoniū eius qui parē cauſam habet, ei in qua producitur, reprobari poteſt.

XXIX. [h] Qui opē in cauſa tulerit, aut aduocatus, vel procurator in ea fuerit, reprobari poteſt.

XXX. [i] Teſtis, qui litem intenderit, aduerſus quem productus fuerit, reprobari poteſt.

XXX. [k] Teſtimonium dicere lege prohibentur impuberes ob lubricum conſilium: & quia ætas illa ad mentiendum eſt facilis: ideóque nec iuſiurandum, ſine quo teſti non creditur, præſtare poteſt, nē furioſi, muti, cæci.

Imp. Iuſtinianus.

XXXII. [l] Si quis teſtib⁹ vſ⁹ fuerit, iidēq; teſtes

aduerſus eum in alia lite producantur, non licebit ei perſonas eorum excipere; niſi oſtenderit, inimicitias inter ſe & illos poſtea emerſiſſe, ex quibus teſtes repelli leges præcipiunt: non admittenda ſcilicet ei licentia, ex ipſis depoſitionibus teſtimonium eorum arguere. Sed ſi liquidis probationibus, datione, vel promiſſione pecuniarum eos corruptos eſſe oſtenderit, etiam eam allegationem integram ei ſeruari præcipimus.

l l. Ex eo. D. h.

XXXIII. [l]Ex eo quòd prohibet lex Iulia de adulteriis, teſtimonium dicere condẽnatam mulierem, colligitur, etiam mulieres teſtimonij in iudicio dicendi ius habere.

CAP. V.

De dictis teſtium.

m l. 3. ibid.

XXXIV. [m]TEſtium fides diligenter examinanda eſt: ideóque in perſona eorum exploranda erunt in primis conditio cuiuſque: vtrùm quis decurio, an plebeius ſit: & an honeſtæ, an inculpatæ vitæ: an verò notatus quis, & reprehẽſibilis: an locuples, an egens ſit: vel lucri cauſa facilè quid admittat: vel an inimicus ei ſit aduerſus quem teſtimonium fert: vel amicus ſit ei pro quo teſtimonium dat. Nam ſi careat ſuſpicione teſtimonium, vel propter perſonam, à qua fertur: vel propter cauſam, quòd neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ cauſa ſit, admittendum eſt. Ideóque Hadriſnus Imperator Iunio Varo legato Ciliciæ reſcripſit, eum, qui iudicat, magis poſſe ſcire, quanta fides adhibenda ſit teſtibus. Verba epiſtolæ hæc ſunt: Tu magis ſcire potes quanta fides habenda ſit teſtibus, qui, & cuius dignitatis, & æſtimationis ſunt: & qui ſimpliciter viſi ſunt dicere, vtrùm vnum, eundémque meditatum ſermonem attulerint.

n d l. 3. §. 1.

XXXIV. [n]Eiuſdem quoque Principis extat reſcriptum ad Valerium Varum, de excutienda fide teſtium, in hæc verba: quæ argumenta, ad quem modum probandæ cuique rei ſufficiant, nullo certo modo ſatis definiri poteſt. Sicut non ſemper, ita ſæpe ſine publicis monumentis cuiuſque rei veritas deprehenditur. Aliâs numerus teſtium; aliâs dignitas & auctoritas; aliâs veluti conſentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Hoc ergo ſolùm tibi reſcribere poſſum ſummatim, non vtique ad vnam probationis ſpeciem cognitionem ſtatim alligari debere: ſed ex ſententia animi tui te æſtimare oportere, quid aut credas, aut probatum tibi arbitraris.

o d. l. 3. Idem Iunio.

XXXV. [o]Idem Hadrianus Imperator Iunio Ruſino Proconſuli Macedoniæ reſcripſit, teſtibus ſe, non teſtimoniis crediturum. Verba epiſtolæ ad hanc partem pertinentia, hæc ſunt: quòd crimina obiiciebat apud me Alexander Apro; & quia non probabat, nec teſtes producebat, ſed teſtimoniis vti volebat, quibus apud me locus non eſt, nam ipſos interrogare ſoleo, ipſum remiſi ad prouinciæ Præſidem, vt is de fide teſtium quæreret; & niſi impleſſet quod intendebat; relegaretur.

XXXVI. [p]Gabinio quoque maximo idẽ Princeps in hæc verba reſcripſit: Alia eſt auctoritas præſentium teſtium; alia teſtimoniorum quæ recitari ſolent: Tecum ergo delibera, vt, ſi detinere eos velis, des eis impendia. — p d. l. §. Gabinio. s.

XXXVII. [q]Solam teſtationem prolatã, nec aliis legitimis adminiculis adprobatam, nullius eſſe momenti certum eſt. — q l. Solam. C. h. t.

XXXVIII. [r]Teſtis in re præſente & in continente corrigere quod prius dixerat, poteſt; idque mandari ſcripto ita ab eo factum debet. — r Maſuer. d. t. DD. in c. cum cauſam. de teſtib. Cyn. in auth. at qui ſemel. de prob. Bar. in l. ſi poſtulauerit. §. qui ſi negauerit. D. de adul. l. Eos qui. D. de falſ.

XXXIX. [ſ]Qui falsò vel variè teſtimonia dixerũt, à iudicibus cõpetẽter puniuntur; ac regia cõſtitutione capitis eis pœna indicitur. — ſ l. qui falsò. D. h. t.

XL. [t]Periurus teſtis delinquens in officio teſtificationis, efficitur de foro iudicis, coram quo teſtificatur, nec habet aliquod priuilegium aut immunitatem propter quod poſſit euitare pœnam. — t l. nullũ C. h. t.

XLI. Regia conſtitutione vetatur ne à litigantibus refutari dicta teſtium poſſint, ſed ea res examinanda iudici committitur.

XLII. Repeti teſtes ex officio iudicis, non etiam requirentibus litigantibus poſſũt.

XLIII. Regiis conſtitutionibus ſancitũ eſt, vt apud omnes curias publicatio teſtimoniorum fiat, vt deliberare litigantes poſſint an cedere liti debeant.

XLIIII. *Teſtimonia, niſi falſi arguantur, reijci non poſſunt. — * Felin. in c. in cauſa & c. cauſam no. 27. de prob. Iudicio communiter Pictauenſium dato 19. Octob. 1551.

XLV. Cùm lis inficialiter eſt conſtituta, vel teſtes producti ſunt, iudex vel definire cſuſam principalem, vel de teſtium reprobatione inquiri præcipere debet, prout res poſtulare videbitur.

TIT. VIII.

De Confeſſis.

I. [a]COnfeſſus pro iudicato eſt: quia quodam modo ſentẽtiâ ſuâ damnatur. — a l. 1. D. h. t.

II. [b]Non fatetur qui errat, niſi ius ignorauit. — b l. 2. ibid.

III. [c]Iulianus ait, confeſſum, certum ſe debere legatum, omnimodo damnandum, etiãſi in rerum natura non fuiſſet: aut ſi iam à natura receſſit, ita tamen vt in æſtimationẽ eius dãnetur: quia confeſſus pro iudicato habetur. — c l. 3. ibid.

IIII. [d]Si is, cũ quo lege Aquilia agitur, cõfeſſus ſit equũ ſe occidiſſe, licèt nõ occiderit, tamen occiſus ſit equus; pro cõfeſſo tenetur. — d l. ſi is cum quo. ibid.

V. [e]Qui Bucephalum equum debere ſe cõfeſſus eſt, ſiue mortuus iam Bucephalus erit, ſiue poſt litem conteſtatam, condemnandus eſt. — e l. qui Stichũ. ibid.

VI. [f]Certum confeſſus, pro iudicato erit; incertum, non erit. — f l. Certum. ibid.

VII. [g]Si quis incertum confiteatur, veluti ſi corpus ſit confeſſus, Bucephalum equum vel fundum ſe dare oportere, vrgeri debet vt certum confiteatur. Item eum, qui rem confeſſus eſt, vt certam quantitatem confiteatur. — g d. l. §. 1.

VIII. [h]Sed & ſi fundum vindicem meũ eſſe: — h d. l. §. ſed ſi fundum.

túque

A túque confeſſus ſis: perinde haberis, atque ſi dominij mei eſſe fundum pronuntiatum ſit: & ſi alia quacunque actione ciuili, vel honoraria, vel interdicto exhibitorio, vel reſtitutorio, vel prohibitorio, dum quis conuenitur, confiteatur: dici poteſt, in his omnibus ſubſequi, Prætorem voluntatẽ orationis Marci Imperatoris debere: & omne omninò, quod quis confeſſus eſt, pro iudicato haberi. Dabitur igitur ex his actionibus, ex quibus

B dies datur ad reſtituendã rem confeſſo, tempus ad reſtitutionem: & , ſi non reſtituat, lis æſtimabitur.

i d.l.§ vlt. IX. [i] Confeſſi vtique, poſt confeſſionem, tempora quaſi ex cauſa iudicati habebunt.

k d l §. ſi quis abſente. X. [k] Si quis, abſente aduerſario, confeſſus ſit, videndũ, numquid non debeat pro iudicato haberi; quia nec qui iurat de operis, obligatur, nec ſoleat quis abſenti condemnari.

C Certè procuratorẽ, tutorẽ, curatorémve præſentes eſſe ſufficit. Sed an & ipſos procuratores, vel tutores, vel curatores fateri ſufficiat, videamus. Et non puto ſufficere.

l l. vlt. ibid. XI. [l] Non omnimodo confeſſus condemnari debet eius rei nomine, quæ an in rerum natura eſſet, incertum ſit.

m L. Arrianus. D de oblig. & act. XII. [m] Si quis ſolutum ſibi fuiſſe confeſſus ſit, accepto tuliſſe videtur.

XIII. Geminata confeſſio liberationem

D inducit.

XIV. Confeſſio in fraudem legis facta nõ admittitur. Nempe; Qui teſtamentum faciebat, ei, qui vſque ad certum modum capere poterat, legauit licitam quantitatẽ: deinde ita locutus eſt: [Titio centum do lego, quæ mihi pertulit: quæ ideò ei non caui, quòd omnem fortunam & ſubſtantiam, quam à matre ſuſceperat, in ſinu meo habui ſine vlla cautione. Item, eidem Titio reddi & ſolui volo de

E ſubſtantia mea quinquaginta, quæ ego ex reditibus prædiorum eius, percepi & diſtraxi. Item de Calendario, ſi qua à matre receperat Titius, in rem meam conuerti, quæro an Titius ea exigere poteſt.

TIT. IX.

De fide inſtrumentorum.

a l. Cenſus D h. t. l. in exercendis. C de fide inſtr. & ad miſſ. vor. I. [a] Cenſus & monumenta publica, potiora eſſe teſtibus, ſenatus cenſuit.

b Plus valere quod agitur quàm quod ſimulate concipitur. II. [b] In cõtractibus rei veritas potius quàm ſcriptura perſpici debet.

c l. Scriptura. C h. t. III. [c] Scripturæ diuerſæ fidem ſibi inuicem derogantes, in vna eadémque parte prolatæ, nihil firmitatis habere poterunt.

Imper. Iuſtinianus Mennæ P.P.

d l Cõtractus. ibid. IV. [d] Contractus venditionũ, vel permutationum, quæ intimari non eſt neceſſarium; dationis etiã arrharũ, vel alterius cuiuſcun-

G que cauſæ, quas tamẽ in ſcriptis fieri placuit; tranſactionũ etiã, quas in inſtrumento recipi cõuenit; non aliter vires habere ſancimus, niſi inſtrumenta in mundum recepta, ſubſcriptionibúſq; partium confirmata: & ſi per tabellionẽ conſcribantur, etiã ab ipſo completa, & poſtremò à partibus abſoluta ſint; vt

A nulli liceat priùs quàm hæc ita præceſſerint, vel à ſcheda cõſcripta (licèt literas vnius partis vel ambarum habeat) vel ab ipſo mundo, quod necdum eſt impletũ, vel abſolutum, aliquod ius ſibi ex eodem cõtractu vel tranſactione vindicare: adeò vt nec illud in huiuſmodi venditionibus liceat dicere, quòd pretio ſtatuto neceſſitas venditori imponatur, vel contractum venditionis perficere, vel quod emptoris intereſt, ei perſoluere.

B V. [e] Illud etiam adiicientes, vt in poſterum, ſi quæ arrhæ ſuper facienda emptione cuiuſcunque rei datæ ſunt, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis: licèt non ſit ſpecialiter adiectũ quid ſuper iiſdem arrhis, non procedente contractu, fieri oporteat; tamen & qui emere pollicitus eſt, venditionem recuſans, in duplum eas reddere cogatur: & qui emere pactus eſt, ab emptione recedens, datis à ſe arrhis cadat repetitione ei deneganda. *e d.l.*

C VI. [f] Commemoratio in chirographo pecuniarum quæ ex alia cauſa deberi dicuntur, vires obligationis non habet. *f l. vlt. D. h. t.*

Imp. Antoninus Septimiæ Martiæ.

VII. [g] Debitores tuos, quibuſcunq; rationibus debere tibi pecuniã ſi probaueris, ad ſolutionẽ cõpellet Præſes prouinciæ: nec quicquam oberit tibi amiſſio inſtrumẽti, ſi modò manifeſtis probationibus eos debitores eſſe *g l. 1. C de fide inſtrumẽtorum & admiſſionem eorum &c.*

D appareat.

Imp. Gord. Priſco & Marco militibus.

VIII. [h] Sicut iniquum eſt inſtrumentis vi ignis conſumptis, debitores quantitatũ debitarum renuere ſolutionẽ; ita nõ ſtatim caſum cõquerentibus facilè credendum eſt. Intelligere igitur debetis non exiſtentibus inſtrumentis, vel aliis argumentis, probare debere fidem precibus veſtris adeſſe. *h l. ſicut ibid.*

E

Imp. Alexander Mabiliano.

IX. [i] Si vteris inſtrumento, de quo alius accuſatus falſi victus eſt: & paratus eſt (ſi ita viſum fuerit) à quo pecuniam petis, eiuſdẽ criminis te reũ facere: & diſcrimẽ periculi pœnæ legis Corneliæ ſubire non oberit ſentẽtia, à qua nec is contra quem data eſt, appellauit, nec tu, qui tunc crimini non eras ſubiectus, appellare debuiſti. *i l. Si vteris ibid.*

F X. Qui renuntiat vſui inſtrumenti ſuſpecti, videtur fateri inſtrumentum falſum: nec denuò poteſt illud producere. *Bal. Idem Imp. Alex. Æliano.* Si aduerſarius tuus apud acta Præſidis prouinciæ; cùm fides inſtrumenti quod proferebat, in dubium reuocaretur, nõ vſurum ſe conteſtatus eſt: vereri non debes, ne ea ſcriptura, quã non eſſe veram etiã profeſſione eius cõſtitit, negotiũ denuò repetatur.

XI. [k] [l] Inſtrumẽtum, cuius fides ſemel eſt approbata, debet iterum produci, ſi aduerſarius *k l l. plu. ibid.*

G dicit ſe velle & poſſe illud falſi arguere. *Bal.*

XII. [m] Sicut creditor tenetur dare debitori ſoluendi apocham ſolutionis: ita cõtrà debitor creditori vnam antapocham, in qua contineatur ſe ſoluiſſe debitum creditori. *Bal.* *m l plures. poſtea ibid.*

XIII. [n] Ex ſcriptura priuata priùs approbata, item ex ſcriptura forenſi, id eſt facta *n l Compenſationis ibid.*

A coram iudice, & ex ſcriptura publica fit comparatio literarum. *Bal.*

o Auth. Ad hæc. d. t.

XIIII. [o] Adhæc, ex his literis quibus aduerſarius tuus vtitur, & profert; rectè petis examinationē fieri. Itē & carta quæ profertur ex archiuo publico, teſtimoniū publicū habet.

p Auth. At ſi contractus.

XV. [p] At ſi contractus fiat in ciuitate, & vnam libram auri excellerit, omnimodo collationi adſit argumentum quodlibet: nec credatur ei ſoli.

q Maſuerius Gallicus. t. de probat. l. Exemplo. l. Rationes. C eo. t. Bart. in l. admonēdi. D. de iureiu.

B XVI. [q] Iure ciuili Romano, rationes mercatorum, ephemerides ſeu Calendaria fidem non faciunt, niſi aduerſus ipſos mercatores: tamen moribus Gallicis aliud receptum eſt, ſi mercatores locupletes & inculpatæ vitæ fuerint.

XVII. Inſtrumento, niſi falſi arguatur, moribus Gallicis ſtari omnino debet.

TIT. X.

De iureiurando.

Hic titulus quinq; capitibus continetur, quorum primum eſt, Qui deferre iuſiurandum poſſint. Secundum, Quibus deferri iuſiurandum poſſit. Tertium, De forma iuriſiurandi. Quartum, De effectu iuriſiurandi. Quintum, De iureiurādo deferendo à iudice deficiente plena probatione.

CAP: I.

Qui deferre iuſiurandum poſſunt.

a l. Qui iuraſſe. D. h. t.

I. [a] QVi iuraſſe dicitur, nihil refert cuius ſexus, ætatiſve ſit. Omni enim modo cuſtodiri debet iuſiurandū aduerſus eum qui contentus eo, cùm defert, fuit: quamuis pupillus non videatur peierare; quia ſciens fallere non videatur.

b l. Iuſiurandū quod ex conuentione. §. 1. D. h. t.

II. [b] Pupillus tutore auctore iuſiurandum deferre debet. Quòd ſi ſine tutore auctore detulerit, exceptio quidem obſtabit; ſed replicabitur: quia rerum adminiſtrandarum ius ei non competit.

c d. l. §. ſi tutor.

III. [c] Si tutor, qui tutelam gerit, aut curator furioſi, prodigive iuſiurandum detulerit, ratum id haberi debet. Nam & alienare res & ſolui eis poteſt; & agēdo, rem in iudicium deducunt.

d d. l. §. vlt.

IV. [d] Procurator quoque quod detulit, ratum habendum eſt: ſcilicet, ſi aut vniuerſorū bonorum adminiſtrationem ſuſtinet: aut ſi id ipſum nominatim mandatū ſit, ne poſtea reus qui ſemel iurauit, à domino conueniatur. Nec multùm ei proficiet, ſi fuerit ei de rato cautum. Siue enim dominus petat, cogetur docere reus liquidò ſe iuraſſe, poſita ſcilicet exceptione: ſiue ex ſtipulatione de rato agit, neceſſe habebit de periurio ſuo docere. [e] Si itaque mandatum fuit procuratori vt petat, ille iuſiurādum detulit, aliud fecit, quàm quod mandatum eſt.

e l. Si itaque. ibid.

x l. Tutor pupillo. §. 1. ibid.

V. [x] Prodigus, ſi deferat iuſiurandum, audiēdus non eſt: idémque de cæteris ſimilibus eis dicendum eſt. Nam ſine pro pacto cōuento, ſiue pro iudicio hoc iuſiurandum cedit, non ab alius delatum probari debet, quàm qui ad hoc habiles ſunt.

A

CAP. II.

Quibus deferri iuſiurandum poſſit: aut non.

f l. Nam poſtea. §. iuſiurandum. ibid.

VI. [f] IVſiurandum defenſoris aut procuratoris ei ab aduerſario delatū prodeſſe, exceptionémque domino parere, Iulianus ſcribit. Idem ergo dicendum erit, & ſi datus ad petendum procurator, reo deferente, iurauerit, dari mihi oportere: nam actionem mihi parit: quæ ſententia habet rationem.

B

g d. l. §. vlt.

VII. [g] Si petitor iurauit, poſſeſſore deferēte rē ſuam eſſe, actori dabitur actio: ſed hoc duntaxat aduerſus eum, qui iuſiurandū detulit, eóſq; qui in eius locū ſucceſſerunt. Cęterùm ſi aduerſus aliū, ſi velit prærogatiua iuriſiurandi vti, nihil ei proderit: [h] Quia nō debet alij nocere quod inter alios actum eſt.

h l. Quia d. t.

i l. Si duo. §. 1. ibid.

VIII. [i] Iulianus ait, eum, qui iurauit fundū ſuum eſſe, poſt longi temporis præſcriptionem etiam vtilem actionem habere debere.

C

k l. 3. §. quacunque. ibid.

IX. [k] Quacunq; actione quis cōueniatur, ſi iurauerit, proficiet ei iuſiurandū, ſiue in perſonā, ſiue in rem, ſiue in factū, ſiue pœnali actione, vel quauis alia agatur, ſiue interdicto.

l l. Nam poſtea. §. ſi minor. ibid.

X. [l] Si minor viginti quinque annis detulerit, & hoc ipſo captū ſe ducat, aduerſus exceptionē iuriſiurādi replicari debebit: vt Pomponius ait. ego autem puto, hanc replicationem non ſemper eſſe dandam: ſed plerunque ipſum Prætorem debere cognoſcere, an captus ſit: & ſic in integrū reſtituere. Nec enim vtique qui minor eſt, ſtatim & ſe circumſcriptum eſſe docuit. Præterea exceptio iſta, ſiue cognitio ſtatutum tempus non debet egredi.

D

m d. l. §. ſed & ſi quis. ibid.

XI. [m] Sed & ſi quis in fraudem creditorum detulerit debitori, aduerſus exceptionem iuriſiurandi replicatio fraudis creditoribus debet dari. Prætetea ſi fraudator iuſiurandū detulerit creditori, vt iuret, ſibi dari decem oportere: mox, bonis eius vēditis, experiri volet, aut denegari debet actio, aut exceptio opponitur fraudandorum creditorum.

E

n Iuſiurādum. & ad pecuniam ibid.

XII. [n] Pupillo non defertur iuſiurandum.

o d. l. §. procurator.

XIII. [o] Procurator non compellitur iurare, nec defenſor: & ita Iulianus ſcribit, defenſorem iurare non cōpelli: ſufficeréq; ad plenā defenſionē, ſi paratus ſit iudiciū accipere.

CAP. III.

F

De forma iuriſiurandi.

p l. 3. d. t.

XIV. [p] AIt Prætor: [Si is cum quo agetur, conditione delata iurauerit.] Nam ſi reus iurauit, nemine ei iuſiurandum deferente, Prætor id iuſiurandum non tuebitur, ſibi enim iurauit: alioquin facillimus quiſque ad iuſiurandum decurrens, nemine ſibi deſerēte iuſiurandum, oneribus actionum ſe liberabit.

G

q d. l. Iuſiurandum & ad pecuniam. §. qui iuſiurandum.

XV. [q] Qui iuſiurandum deſert, prior de calumnia debet iurare, ſi hoc exigatur, deinde ſic ei iurabitur: nec hoc iuramentum parentibus remittitur.

r l. Ad perſonas ibid.

XVI. [r] Ad perſonas egregias, eóſque qui

valetudine

valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad iuſiurandum.

f d.l. iuſiurandum & ad pecuniam. §.1. XVII. f Ait Prætor: [Eum à quo iuſiurandum petetur, ſoluere aut iurare cogam.] Alterum ergo eligat reus, aut ſoluat, aut iuret. Si non iurat, ſoluere cogendus erit à Prętore.

t d.l. §. datur. XVIII. t Datur autem & alia facultas reo, vt, ſi malit, referat iuſiurandum. & ſi is, qui petet, conditione iuriſiurandi non vtetur, iudicium ei Prætor non dabit. Æquiſſimum enim fuit, cùm non deberet diſplicere conditio iuriſiurandi ei qui detulit. Sed nec iuſiurandum de calumnia referenti dabitur: quia non eſt ferendus actor, ſi conditionis nomine, quā ipſe detulit, calũnia velit ſibi iurari.

u d.l. §. vlt. XIX. u Cum res in iudicium demiſſa ſit, iudex iurantem abſoluit, referentem audiet: &, ſi actor iuret, condemnabit reum: nolentem iurare reum, ſi ſoluat, abſoluit: non ſoluentem condemnat; vel ex relatione, non iurante actore, abſoluit reum.

CAP. IV.

De effectu iuriſiurandi.

x l.1. D.h.t. XX. x MAximum remedium expediendarum litium in vſum venit iuriſiurandi religio, qua vel ex pactione ipſorum litigatorum, vel ex auctoritate iudicis deciduntur controuerſiæ.

y l.2. ibid. XXI. y Iuſiurandum ſpeciem tranſactionis habet; maioremq; habet auctoritatem, quàm res iudicata.

z l. Qui iuraſſe. §. vlt. ibid. XXII. z Iuriſiurādi conditio ex numero eſſe poteſt videri nouandi, delegandive, quia proficiſcitur ex conuentione, quamuis habeat & inſtar iudicij.

a l. iuſiurandū etiam. ibid. XXIII. a Iuſiurandum etiam loco ſolutionis cedit.

b l. In duobus. ibid. XXIV. b In duobus reis ſtipulandi ab altero delatum iuſiurādum etiam alteri nocebit.

c l. Creditore. §. ſi fideiuſſor. ibid. XXV. c Si fideiuſſor iurauerit ſe dare nō oportere, exceptione iuriſiurādi reus promittendi tutus eſt. Atquin ſi, quaſi omnino idem non fideiuſſiſſet, iurauit: non debet hoc iuſiurandum reo promittendi prodeſſe.

d d.l. §. vlt. XXVI. d Sed & ſi, actore deferente, defenſor abſentis, vel pręſentis iurauit, eum, quem defendit, dare non oportere; exceptio iuriſiurandi ei, cuius nomine iuratum fuerit, dari debebit.

e Ibid. XXVII. e Eadē ratio eſt, & ſi fideiuſſoris defenſor iurauerit. Reo enim datur exceptio.

e Ibid. XXVIII. f Item ſi reus iurauit, fideiuſſor tutus ſit: quia & res iudicata ſecundùm alterutrum eorum proficiet.

g l. Ait Prætor. d.t. XXIX. g Ait Prætor [Eius rei, de qua iuſiurandum delatum fuerit, neque in ipſum, neque in eum, ad quem ea res pertinet, actionem dabo.] ſic erit accipiendum; ſiue de tota re, ſiue de parte ſit iuratum. Nam de eo, quod iuratum eſt, pollicetur ſe actionem non daturum, neque in eum qui iurauit, neque in eos qui in locum eius, cui iuſiurandum delatum eſt, ſuccedunt; h vel ſi in rem ſucceſſerint. i Nam poſteaquàm iuratum eſt, denegatur actio: aut, ſi controuerſia erit, an iuſiurandum datum ſit, exceptioni locus eſt.

h l. Vel ſi in rem. ibid. i l. Nam poſtea quam.

k d.l. XXX. k Iureiurando dato, vel remiſſo, reus quidem acquirit exceptionem ſibi, aliiſque: alter verò actionem acquirit, in qua ſolùm quæritur, an iurauerit ſibi dari oportere: vel cùm iurare paratus eſſet, iuſiurandum ei remiſſum ſit.

l d.l. §. 2. XXXI. l Si damnetur quis poſt iuſiurandum, ex famoſo iudicio, famoſum eſſe magis eſt.

CAP. V.

De iureiurando à iudice deferendo ex officio deficiente plena probatione.

m l. Admonendi. ibid. XXXII. m SOlent ſæpe iudices in dubiis cauſis, exacto iureiurando, ſecundùm eum iudicare, qui iurauerit.

IVRIS CIVILIS ROMANI GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER XXX.

TIT. I.

De ſententia, & re iudicata, & earum executione.

Hic titulus tribus capitibus continetur, quorum primum eſt, De pronuntiatione ſententia, & quando, & quomodo ferenda. Secundum, De pœna temerè litigantium. Tertium, De condemnatione eius quod intereſt: & fructuum, & expenſarum in litem.

CAPVT I.

De pronuntiatione ſententiæ : & quando, & quomodo ferenda.

I. [a] DE vno quoq; negotio, præſentibus omnib[*], quos cauſa contingit, iudicari oportet. Aliter enim tantùm iudicatum inter partes tenet.

II. [b] Si conuenerit inter litigatores, quid pronuntietur, non abs te erit, iudicem huiuſmodi ſententiam proferre.

III. Si alteruter litigantium deceſſerit, poſtquam partes apud acta litis inſtrumenta faciendi iudicij cauſâ depoſuerint, ferre ſententiam iudex poteſt, hæredibus defuncti ad eam rem non conuocatis.

IV. [c] *Ludouicus X I I. Rex.* Hac præſenti lege ſancimus, ne vlli iudices probatione reprobationis teſtium litigantes onerent, niſi viſis litis inſtrumentis actiſque cauſæ id faciendum neceſſariò eſſe perſpiciant: nec reprobationum, quæ admitti nõ debeant, probationes fieri iubeant; aut earum, ſine quibus decidi cauſæ poterunt.

V. [d] Dicta teſtium refutari à litigantibus non poſſunt : ſed ea res diſcutienda iudici committitur.

VI. Publicari ac oſtendi litigantibus teſtimonia debent, antequam feratur ſentẽtia: vt deliberare poſſint, cederéne liti ſponte debeant.

VII. [e] Teſtimoniis à litigãtibus viſis, poſtulare ipſi nequeunt vt teſtes repetãtur, ac denuò interrogentur : ſed id fieri ex iudicis officio poteſt.

VIII. [f] Quæ deſunt aduocatis, ſupplere iudex debet. De quo Diocletianus & Maximianus Impp. [Non dubitandum eſt, iudicem, ſi quid à litigatoribus, vel ab his, qui negotiis adſiſtunt, minus fuerit dictum, id ſupplere & proferre quod ſciat legibus & iuri publico conuenire.]

IX. [g] Curare debet iudex, vt omnino quantum poſſibile ei ſit, certę pecuniæ vel rei ſententiam ferat, etiamſi de incerta quantitate apud eum actum eſt.

Imppp. Valens, Valentinianus, & Gratianus, AAA. ad Probum P.P.

X. [h] Hac lege perpetuò credimus ordinandum, vt iudices, quos cognoſcendi & pronuntiandi neceſſitas tenet, nõ ſubitas, ſed deliberatione habita poſt negotium ſententias ponderatas ante forment; & emendatas ſtatim in libellũ ſecuta fidelitate confirmẽt: ſcriptáſq; ex libello partibus legant. [i] Quod noſtris moribus per actuarium fieri ſolet. [k] Sed hęc breuibus in litibus ac vilibus remittitur.

CAP. II.

De pœna temerè litigantium.

XI. [l] POEnarum iure Romano introductarũ, vt dupli, tripli & quadrupli; veluti in furto: in eo quod metus causâ geſtũ eſt, vſus in Gallia obſoleuit; niſi quod ad Quę-

a *l. De vnoquoque. D. de re iudicata. & effectu ſententiarum & de interlocutionibus.*
b *l. Si conuenerit. ibid.*
c *Conſtit. anni 1510. verſ. 39. Franciſci I. Conſtit. anni 1535. Carol. 8. verſ. 20.*
d *Coſtit. Frãciſci I. 1539.*
e *Iudicio curiæ Pariſ. anni 1390. Curiæ Gratianop. die 25. Iunij 1469. c. Per tuas de teſtib. & ibi Innoc.*
f *l. vnica C. vt quæ deſunt aduocatis, iudex ſuppleat.*
g *§ curare. Inſtit. de actio.*
h *l. 2. C. de ſententijs ex breuiculo recitandis.*
i *l. ſecundum. 2. ibid.*
k *Auth. Niſi breuiores. ibid.*
l *Maſuerius Gallicus. t. de probat.*

A ſtores coactoréſque rerum fiſcalium attinet; ſed ferè pro arbitrio iudicis calumniantibus pœna imponitur. Pecuniariæ tamen pœnæ conuentæ ſeruari poſſunt, niſi modum excedant, quæ tum moderari & temperari à iudice poſſunt.

XII. [m] Comminationes, epiſtolę, programmata, rei iudicatæ auctoritatem non habent.

XIII. [n] Ij qui ſigna, ac chirographa ſuis promiſſionibus adiecta negauerint, regia etiã

B conſtitutione in duplum condemnari debẽt, eámq; pœnã moderari iudices prohibentur.

XIV. [o] Si quod factum calumnioſè ſit negatum; id viginti Francicis nummis vindicari debet, quòd ad quodcunque attinet.

XV. [p] Si plus petitũ ſit, quàm deberi conſtiterit; moribus Gallicis reus in expenſas litis condemnatur, niſi quod debitum fuerit, obtulerit.

XVI. [q] Oblata partę pecunię, currunt vſu-

C ræ totius ſortis. Nempe, Lucius Titius cùm centum, & vſuras aliquanti temporis deberet, minorem pecuniam, quàm debebat, obſignauit. Quæro, an Titius pecuniæ, quam obſignauit, vſuras præſtare non debeat, Modeſtinus reſpondit, Si non hac lege mutua pecunia data eſt; vti liceret & particulatim quod acceptum eſt, exſoluere; non retardari totius debiti vſurarum præſtationem; ſi, cùm

D creditor paratus eſſet totum ſuſcipere, debitor, qui in exſolutione totius ceſſabat, ſolam partem depoſuit.

CAP. III.

De condemnatione eius quod intereſt, & fructuum & expenſarum in litem.

XVI. [r] COndẽnati certam pecuniæ ſummam ſoluere, in id quod aduer-

E ſarij intereſt, condemnantur; ſi mercator ſit, in duodecimã ſummæ partem annuam; aliis perſonis, in quintamdecimã partem annuã: ſed ſi agricolis aut vinitoribus; duplum debiti præſtare compellentur.

Franciſcus I. Rex.

XVII. [t] In omnibus cauſis, tam in rem, quàm in perſonam, ſi in fructus aliqui condemnentur, non ſolùm à litis conteſtatę tem-

F pore adiudicari debebũt, ſed à tempore moræ malæque fidei, quæ etiam ante litem conteſtatam interceſſerint, idque ſecundùm cõmunem æſtimationem eius anni, quo ſolui fructus iubebuntur, quæ æſtimatio ex actis publicis, quæ fieri ea de re mercatuum diebus omnibus iubentur, à mercatoribus fieri debebit.

Idem Rex.

XVIII. [u] Condemnati fructus reſtituere,

G quo primùm die conuocati eam ob rem in iudicium fuerint, proferre tabulas perceptorum à ſe fructuum debent, eáſque iureiurando comprobare : [f] licebit tamen ei, cui condemnatus is fuerit, ampliores fuiſſe fructus, comprobare: quod ſi fecerit, mendax graui pœna coercebitur : vt & is qui iuſtos fructus

m *in toto t. Comminationes, epiſtolas, programmata rei iudicatæ auctoritatem nõ habere.*
n *Conſtit. Molinenſi Caroli 1 x. Regis.*
o *Conſtit.*
p *Maſuerius Gallicus. t. de probat. arg. quòd qui totum petit, etiam partem petere videtur Bar. in l. Qui ſolidũ. D. de lega. 3. Contra t. vlt. de plus petit.*
q *l. Tutor condemnatus. D. de vſuris & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſſionibus, & mora.*
r *l. Caroli IX. Conſtit. mercantibus Aurelianis.*
t *Conſtit. eiuſdem Regis anni 1539. verſ. 94.*
u *verſ. d. Conſtit.*

accipere renuerit per calumniam, ac illatam ea in re aduerſario ignominiam, pecunia ſarcire cogetur.

XIX. [f] Id quod intereſt in caſibus certis, duplum excedere non debet: in aliis autem qui incerti eſſe videntur, quod re vera intereſt, præſtatur. Illud autem locum habet, non ſolùm in damno, ſed etiã in lucro. *Charond.* De quo Imp. Iuſtin. A. Ioanni P. P. [Cùm pro eo quod intereſt, dubitationes antiquæ in infinitum productæ ſint, melius nobis viſum eſt, huiuſmodi prolixitatem, prout poſſibile eſt, in anguſtum coartare. Sancimus itaque in omnibus caſibus, qui certam habent quantitatem, vel naturam, veluti in venditionibus, & locationibus, & omnibus contractibus, hoc quod intereſt, dupli quãtitatem minimè excedere. In aliis autem caſibus, qui incerti eſſe videntur, iudices, qui cauſas dirimendas ſuſcipiunt, per ſuam ſubtilitatem requirere, vt hoc quod re vere inducitur damnũ, hoc reddatur, & non ex quibuſdã machinationibus, & immodicis perverſionibus in circuitus inextricabiles redigatur: ne dum in infinitum cõputatio reducitur, pro ſua impoſſibilitate cadat: cùm ſciamus naturæ eſſe congruũ, eas tantummodò pœnas exigi, quę vel cum competẽti moderamine proferũtur, vel à legibus certo fine concluſæ ſtatuũtur. Et hoc non ſolùm in damno, ſed etiam in lucro noſtra amplectitur conſtitutio: quia & ex eo veteres id quod intereſt, ſtatuerunt. Et ſic omnibus, ſecundùm quod dictum eſt, finis antiquæ prolixitatis, huius conſtitutionis recitatio.]

XX. [g] Id quod intereſt dicitur quod mihi abeſt: quantùmque lucrari potui.

XXI. [h] Pretia rerum, non ex effectione ſingulorum, ſed communiter funguntur.

XXII. [i] Sententiæ contra auctorem lata, contra eum & principalẽ litigatorem executioni mãdatur quoad principalẽ cauſam pertinet, ſed auctor in expẽſes litis condẽnetur: qui tamen ſi ſoluendo nõ ſit, regreſſus earum cauſâ in principalem litigatorem conceditur.

XXIII. [k] Cùm iudicio bonæ fidei diſceptatur, arbitrio iudicis, vſurarum modus ex more regionis, vbi contractum eſt, conſtituitur, ita tamen vt legem non offendat.

XXIV. [l] Socius, ſi ideò condẽnandus erit, quòd pecuniam cõmunem inueſerit, vel in ſuos vſus conuerterit, omnimodo etiã mora non interueniente, pręſtabũtur vſuræ: nec tamẽ iudex bonæ fidei rectè iubebit interponi cautiones, vt, ſi tardiùs ſententiæ condemnatus paruerit, futuri tẽporis pendantur vſuræ, cùm in poteſtate ſit actoris iudicatũ exigere. *Paulus notat;* Quid enim pertinet ad officium iudicis, poſt condemnationem, futuri temporis tractatus?

XXV. [m] Debitor vſurarius creditori pecuniã obtulit: & eã, cùm accipere noluiſſet, obſignauit ac depoſuit. Ex eo die ratio non habebitur vſurarum: quòd ſi poſtea conuentus, vt ſolueret, moram fecerit, nummi ſteriles ex eo tempore non erunt.

XXVI. [n] Equis per fideicommiſſum relictis, poſt moram fœtus quoque præſtabitur, vt fructus: ſed fœtus ſecundus, vt cauſa.

XXVII. [o] Ex locato qui conuenitur, niſi cõuenerit, vt tardiùs pecuniæ illatæ vſuras deberet, nõ niſi ex mora vſuras præſtare debet.

XXVIII. [p] Eos, qui ex adminiſtratione rerũ ciuitatis conueniuntur, vſuris eſſe obnoxios, ſatis notũ eſt. Idẽ obſeruatur in operũ curatoribus; ſi pecunia apud eos remanſit. Sed in ea, quam redẽptoribus cõmiſerunt, etiamſi negligẽter dederint, vſura eis remittitur. Hęc autem ita ſunt, ſi nulla fraus arguitur.

XXIX. [q] Videamus, an in omnibus rebus petitis, in fructus quoque condemnetur poſſeſſor. Quid enim, ſi argentum, aut veſtimentum, aliamve ſimilẽ rem; quid præterea, ſi vſumfructum, aut nudam proprietatem, cùm alienus fructus ſit, petierit? Neq; enim nudæ proprietatis, quod ad proprietatis nomẽ attinet, fructus vllus intelligi poteſt, neq; vſusfructus rurſus elegãter cõputabitur. Quid igitur, ſi nuda proprietas petita ſit? Ex quo perdiderit fructuarius vſumfructum, æſtimabũtur in petitione fructus. Item ſi vſusfructus petitus ſit, Proculus ait, in fructus perceptos condemnari. Præterea Gallus Ælius putat, ſi veſtimenta, aut ſcyphus petita ſint, in fructu hæc numeranda eſſe, quòd locata ea re, mercedis nomine capi potuerit.

XXX. [r] Iter quoque & actus ſi petitus ſit: vix eſt, vt fructus vlli poſſint æſtimari, niſi quis cõmodum in fructibus numeraret, quod habiturus eſſet petitor, ſi ſtatim eo tempore, quo petiſſet, ire agere non prohiberetur: quod admittendum eſt.

XXXI. [ſ] Vſuras illicitas ſorti mixtas, ipſas tantummodò non deberi conſtat: cæterùm ſortem non vitiare.

XXXII. [t] Sciendum eſt, nõ omne quod differendi cauſâ optima ratione fit, moræ adnumerandum. Quid enim, ſi amicos adhibẽdos debitor requirat, vel expediendo debito, vel fideiuſſoribus rogandis, vel exceptio aliqua allegetur? mora facta nõ videtur, [u] ſi modò id ipſum non fraudandi cauſâ ſimuletur. [x] Sed & ſi reipublicæ cauſâ ſubitò abeſſe coactus ſit, vt defenſionem ſui mandare non poſſit, moram facere non videbitur: ſiue in vinculis, ſiue in hoſtium poteſtate eſſe cœperit. Aliquando etiam in rem mora diſcerni ſolet, ſi fortè non exiſtat qui conueniatur.

XXXIII. [y] Si quis ſolutioni quidem moram fecit, iudicium autem accipere paratus fuit, non videtur feciſſe moram: vtique ſi iuſtè ad iudicium prouocauit.

XXXIV. [z] Cùm reus moram facit; & fideiuſſor tenetur.

XXXV. [a] In alieno fundo, quẽ Titius bona fide mercatus fuerat, frumentum ſeui, an Titius bonæ fidei emptor perceptos fruct⁹ ſuos faciat? Iulianus reſpondit, In percipiẽdis fructibus, magis corporis ius, ex quo percipiuntur, quàm ſeminis, ex quo oriũtur, aſpicitur. Et ideò nemo vnquam dubitauit, quin ſi in meo fundo frumentum tuum ſeueris, ſegetes, & quod ex meſſibus collectum fuerit,

f l. vnic. C. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt proferuntur.
g l. Si commiſſa. D. rem ratam haberi.
h l. Si ſeruum. D. ad leg. Aquil.
i Maſuerius Gallicus. t. de re iud. Conſtit. Franciſci I. Regis anno 1539. verſ. 20.
k l. 1. D. de vſuris, fructibus & cauſis, & omnibus acceſſionibus, & mora.
l d. l. § 1.
m l. Debitor. ibid.
n l. Equis. ibid.
o l. Cùm quidam § ex locato ibid.
p d. l. § eos.
q l. Videamus ibid.
r d. l. § 1.
ſ l. vſuras. ibid.
t l. Sciendum ibid.
u l ſeq.
x l. Sed & ſi ibid.
y l. Si quis ſolutioni. ibid.
z d. l. § 1.
a l. Qui ſi fundum. §. ibid.

præſcriptiones aduerſus minores cõceſſerũt, per in integrũ reſtitutionem eis ſubueniebãt, eas ipſo iure nõ currere: melius etenim intacta eorum iura ſeruari, q̃ poſt cauſam vulneratam remediũ quærere; videlicet ex ceptionibus triginta vel quadsaginta annorum in ſuu ſtatu manentibus.

o l. 1. C. ſi ſæpius reſtitutio in integrũ fuerit poſtulata.

XIV. o Ex noua cauſa poteſt peti reſtitutio quæ aliâs fuit denegara. De quo Imp. Alexander Iuſto militi [Quanquam curatures pupillæ victi ſunt, cùm in integrum reſtitui pupillam deſiderahant, cùm tamen nouis defenſionibus cauſam inſtrui poſſe dicas, adeant curatores vxoris tuæ iudicem, & petant vt cauſas reſtitutionis agant.]

CAP. II.

Quando, & quibus ex cauſis quis in integrum non reſtituitur.

p l. Quod ſi minor §. 1. D. de minor. 25. ann.

XV. p Non ſemper ea, quæ cum minoribus geſta ſunt, reſcindenda ſunt; ſed ad bonũ & æquum reducenda; ne magno incõmodo huius ætatis homines afficiantur, nemine cum eis contrahente, & quodãmodo cõmercio eis interdicatur. Itaque, niſi manifeſta circumſcriptio ſit, aut negligenter in ea cauſa verſati ſunt, Prætor interponere ſe non debet.

q d. l. §. Scæuola.

XVI. q Scęuola aiebat, ſi quis iuuenili leuitate ductus, omiſerit, vel repudiauerit hęreditatẽ, vel bonorũ poſſeſſionẽ; ſi quidẽ omnia in integro ſunt, omninò audiẽdus eſt. Si verò, iam diſtracta hæreditate, & negotiis finitis, ad paratã pecuniam laboribus ſubſtituti veniat, repellendus eſt: multóque parciùs ex hac cauſa hæres minoris reſtituendus eſt.

r l. vnica C. ſi in communi eadémque cauſa reſtitutio in integ.

XVII. r Pactũ ſororis non præiudicat: item reſtitutio ſororis non patrocinatur fratri. *Bald.* De quo Diocleti. & Maxim. Impp. Aphorbio & aliis ita reſcripſerũt. [Nec ſi minor viginti quinq; annis ſoror veſtra, vobis nõ mandãtibus, nec ratã tranſactionẽ habentibus, de iure veſtro quicquã minuere potuit. Nã ſi cognitis, quę geſſit, his conſenſũ poſt viginti quinq; annos ætatis cõmodaſtis, quamuis illa minor pro portione ſua reſtitutionis auxiliũ implorare poſſit; vobis tamen ad communicandum edicti perpetui beneficium patrocinari non poteſt.]

Noua conſtitutio Federici Imperatoris.

ſ §. ſi aduerſus venditionẽ.

XVIII. ſ Sacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis inuiolabiliter cuſtodiantur. Per vim autem vel iuſtum metum extorta etiam à maioribus (maximè ne querimoniam maleficiorum commiſſorum faciant) nullius momenti eſſe iubemus. Sed in Gallia ſacramenti eiuſmodi venia impetrari facilè ſolet.

t l. prime C. ſi cau. §. & aduerſ. quos in integr. reſtitui non poſſ.

XIX. t Vbi minor ſemiplenè docuit de læſione, recurritur ad veriſimilia: vbi de læſione conſtat, veriſimilia non attenduntur. De quo Imperator Alexander Conomidi reſcripſit [In conſilio quidem cognoſcẽtes de reſtitutione in integrũ, eſſe oportet, num is, qui ſe minorem annis læſiſſe dicit, diligens paterfamiliâs fuerit, actibúſque publicis induſtrium ſe docuerit, vt lapſũ eum per ætatẽ veriſimile non ſit. Verùm ſi cauſâ cognitâ circumentus deprehendatur, propter hoc ſolũ, velut præſcriptione à ſolito auxilio remoueri nõ debet, quòd vrgentibus patriæ neceſſitatibus decurio minor annis creatus ſit, vel propagandæ ſoboli liberorum educatione proſpexerit.]

u l. poſtur. ib.

XX. u Contra parentes vel patronos nõ datur reſtitutio in integrũ ratione minoris ætatis. De quo Imp. Iuſtinianus [Cùm apud veteres dubitabatur, an liberi parẽtes, vt liberi patronos ſuos, in querimoniã deducere poſſint, quaſi non ritè in eos verſatos: quidã exiſtimabant, nullã eſſe contra huiuſmodi perſonas in integrum reſtitutionem, põdere naturali vel patronali reuerentia huiuſmodi petulantiæ refragãte; niſi vel ex magna cauſa, vel aduerſus turpem eorum perſonam: alij autem perſonarum quidem, vel cauſæ diſtinctionẽ reſpuendã eſſe cenſuerunt; tunc autem tantummodò dandã eſſe reſtitutionẽ putauerũt, cùm minor ex ſua ſimplicitate ſe deceptum, non ex dolo patris vel patroni circumſcriptũ eſſe diceret. Sed vt maneat in omnibus honor parẽtibus & patrono vel patronę illibatus, atq; intactus; ſancimus, nullo modo neque aduerſus parẽtes vtriuſque ſexus, neque aduerſus patronum vel patronam dari reſtitutionem. Nam perſonarum reuerentia omnem eis excludit reſtitutionem, cum proculdubio ſit etiã ipſas perſonas cernere, ne quid ſuæ opinioni contrarium exiſtat.]

x l. 2. C. ſi minor maiorẽ ſe dixerit, vel maior probatus fuerit.

XXI. x Errantibus, non decipientibus iura ſubueniunt. De quo Impp. Diocletianus & Maximia. Vitaliano. [Si quis minorẽ nunc ſe eſſe aſſeuerat, & fallaci maiores ætatis mẽdacio deceperit, cùm iuxta ſtatuta iuris errantibus non etiã fallentibus minoribus publica iura ſubueniãt, in integrũ reſtitui nõ debet.]

y l. vl. C. de in integrum reſtitutione minorũ 25. an.

XXII. y Non videtur circumſcriptus eſſe minor, qui iure ſit vſus communi.

z Oldẽdorpius tract. de ſententia & re iudicata. l. & eleganter. § vlt. ibi Bar. D. de dolo malo.

XXIII. z Admonẽdi ſumus quòd etiãſi dãnatus ex falſa ſuggeſtione aduerſarij ſui, non petierit in integrũ reſtitutionẽ, habet tamẽ actionẽ de dolo, vel in factũ cõtra eũ qui admiſit falſitatẽ in id quod ſua intereſt.

CAP. III.

De reſtitutionibus militum, & eorum qui reipublicæ cauſa abſunt.

a l. ſi quid de bonis. C. de reſtitutionibus militum, & eorum qui republicæ cauſa abſunt.

XXIV. a Ad actionẽ præſcriptã reſtituitur abſẽs reipu. cauſâ.

Imp. Iuſtin. *Menæ præfecto prætorio.*

b l. vlt. ibid.

XXV. b Sancimus, his ſolis, qui in expeditionibus ea tantummodo tempora, quæ in eadem expeditione percurrunt, tam in exceptionibus declinandis, quàm in petendis in integrum reſtitutionibus, eis opitulari: illis temporibus, per quæ citra expeditionis neceſſitatem in aliis locis, vel in ſuis ædibus degunt, minimè eis ad vindicanda

memo-

memorata priuilegia adiuuantibus.

CAP. IV.

Quo modo fieri in integrum reſtitutio debeat.

Imp. Antoninus Tatiano.

x 1 de reputationibus quæ fiunt in iudicio in integrum reſtitutionis.

XXVI.[a] QVi reſtituitur io integrũ, ſicut in dãoo morari non debet, ita nec in lucro. Et ideò quicquid ad eum peruenit, vel ex emptiooe, vel ex vẽditione, vel ex alio contractu, hoc debet. reſtituere. Sed & ſi interceſſor minor viginti quinq; annis interuenerit, in vẽtrẽ debitorẽ debet reſtitui actio, Sed & cùm minor adiit hæreditatem, & reſtituitur: mox quicquid ad eum ex hæreditate peruenit, debet præſtare: verùm & ſi quid dolo eius factum eſt, hoc eum præſtare cõuenit.

Imp. Gordianus Secundino militi.

a l. vnica C. in integrum reſtitutione poſtulata ne quid noui fiat.

XXVII. [a]Poſtulata in integrum reſtitutione, omnia in ſuo ſtatu eſſe debere, donec res finiatur, perſpicui iuris eſt: idque curabitis, ad cuius partes ea res pertinet.

TIT. IV.

De Iuris & facti ignorantia.

Imp. Conſtantinus.

a l. Quamuis. C. d. t.

I.[a] QVamuis in lucro nec fœminis ius ignorãtibus ſubueniri ſoleat, attamen contra ætatem adhuc imperfectam, locũ hoc non habere retrò, Principum ſtatuta declarant.

Imppp. Valent. Theod. & Arcadius.

b l. Conſtitutiones ibid.

II. [b] Conſtitutiones Principum nec ignorare quenquam, nec diſſimulare permittimus.

TIT. V.

De probationibus.

a l. 2. D. h. t.

I.[a] EI incumbit probatio, qui dicit, non qui negat.

b l. Quoties. §. 1. ibid.

II. [b] Qui dolo dicit factum aliquid, licèt in exceptione, docère admiſſum debet.

c l. in exceptionibus ibid.

III. [c] In exceptionibus dicendum eſt, reum partibus actoris fungi oportere: ipſúmq; exceptionẽ, velut intentionem implere: vt puta ſi pacti conuenti exceptione vtatur; docere debet, pactum conuentum factum eſſe.

d l. Verius. ib.

IV. [d]Verius eſſe exiſtimo, ipſum, qui agit, id eſt legatarium, non hæredem, probare oportere; ſciſſe alienam rem vel obligatam legare defunctum; non hæredem probare oportere, ignoraſſe alienam vel obligatã: quia ſemper neceſſitas probandi incumbit illi qui agit.

e l. eum qui. ib.

V. [e] Eum, qui voluntatem mutatam dicit, probare hoc debere.

f l. ante omnia. ibid.

VI.[f] Ante omnia probandum eſt, quòd inter agentem & debitorem cõuenit, vt res pignori, hypothecæ ve ſit: ſed & ſi hoc probet actor, illud quoque implere debet, rẽ pertinere ad debitorem eo tempore, quo conuenit de pignore, aut eius voluntate hypotheca data ſit.

g l. ſi chirographum. ibid.

VII. [g]Si chirographum cancellatũ fuerit, licèt præſumptione debitor liberatus eſſe videtur, in eam tamen quantitatem quam maniſeſtiſſimis probationibus creditor adhuc ſibi deberi oſtẽderit, rectè debitor cõuenitur.

h l. Imperatores. ibid. l. Non epiſtolis C. eo. t.

VIII. [h] Filiũ eſſe aliquẽ quo modo probetur, imperatores Antonin⁹ & Verus, Auguſti, Claudio Apolinari reſcripſerũt in hęc verba: [Probationes quæ de filiis dantur, non in ſola adfirmatione teſtium cõſiſtunt: ſed & epiſtolas, quæ vxoribus miſſæ allegarẽtur, ſi de fide eorum conſtitit, nonnullam vicem obtinere inſtrumentorum, decretum eſt.]

i d. l. ſi. 1.

IX. [i]Mulier grauida repudiata, filium enixa abſente marito, vt ſpurium in actis profeſſa eſt: quæſitum eſt, an is in poteſtate patris ſit: &, matre inteſtata mortua, iuſſu eius, matris hereditatem adire poſſit: nec obſit profeſſio à matre irata facta. Scæuola reſpondit, veritati locum ſuperfore.

k l. ſi arbiter. ibid.

X. [k]Memoriã extare, quo modo probetur. Si arbiter animaduertere debet an operis facti memoria extet, hoc ei quærendum eſt, an aliquis meminerit, quo die, aut quo Conſule factum ſit: ſed cùm hoc aliquo modo probari poſſit, quã pridẽ hoc opus factũ ſit, & hoc ita; quod Gręci dicere ſolent: ἐκ παλαιοῦ enim poteſt hoc memoria non teneri, intra annum (puta) factum: cùm interim nemo ſit eorum qui meminerit, quibus Conſulibus id videtur: ſed cũ omniũ hæc eſt opinio, nec audiſſe, nec vidiſſe, cùm id opus fieret: neque ex iis audiſſe, qui vidiſſent, aut audiſſent: & hoc infinitè ſimiliter ſurſũ verſũ accidet, cùm memoria facti operis non extaret.

l l. Non eſt neceſſe. ibid.

XI. [l]Non eſt neceſſe pupillo probare fideiuſſores pro tutore datos, cùm accipiebãtur, idoneos non fuiſſe. Nam probatio exigenda eſt ab his, quorum officij fuit prouidere vt pupillo caueretur.

m l. Circa ibi. n l. Fruſtrà. C. eo. t.

XII. [m] Mos geritur reo ſi velit probationẽ ſuſcipere. [n] Alioqui ab eo qui lite pulſatur, probatio non exigitur.

o l. Actor. ib.

XIII. [o]Actor, quòd adſeuerat probare ſe nõ poſſe, profitendo, reum neceſſitate monſtrãdi contrariũ non adſtringit: cùm per rerũ naturam factum negantis probatio nulla ſit.

TIT. VI.

De præſumptionibus.

a V. ſemb. h. t.

I. [a]TRiplex ſtatuitur præſũptionis gen⁹. Prima, & quidem firmiſſima præſũptio eſt, quã Iuris & de iure vulgo vocãt. quia ſcilicet iure introducta eſt, & lex ex ea inducit firmum ius, & eam habet pro veritate, ita vt non admittat probationem in cõtrarium.

b ibid.

II. [b] Secũda præſũptio eſt, quæ non eſt res præiudicata, reſpuens probationẽ in contrarium, vt illa ſuperior: nec propriè appellatur probatio; ſed ab onere probandi releuat: eóque conſiderato effectu, dicitur liquidiſſima probatio: ita & hæc præſumptio, quæ probationis loco eſt, contrariis documentis poteſt dilui & euerti; iuxta regulam, *In certis, non eſt opus coniecturis.*

c ibid.

III. [c] Tertia præſũptio appellatur modica, quã veriùs dixerunt, Opinionẽ hominis, qua

Præſumptionem legis. Eſt enim veriſimilis aliqua coniectura; ſed quæ ſine aliis adminiculis fidem ſola non facit. Sufficit tamen quandoque ad iuriſiurandi delationem, [d] vel in ſupplementum probationis: [e] vel ad ſuſpicionis purgationem.

IIII. [f] Signa aut indicia ſunt neceſſaria, quæ aliter ſe habere non poſſunt; vt non eſſe virginem, quę peperit: aut ſunt non neceſſaria, ſed veriſimilia; vt non eſſe pudicam, quæ cum viris vagatur.

V. [g] Qualitas quæ naturaliter ineſt homini, ſemper adeſſe præſumitur: verbi gratiâ; pater ex omni affectióne amat liberos, iiſque opitulatur & conſulit: [h] in minore præſumitur inconſulta ignorantia: [i] in ſenibus prudentia: in mulieribus imbecillitas; timiditas; auaritia: in quolibet homine ſenſus communis; religio; potentia generandi; diligentia curandi res proprias, [k] vitæ ad centum vſque ętatis annos.

VI. [l] Eadem ratione præſumitur quodlibet accidens in eodē in quo ſemel ſtatu fuit, perſiſtere, [m] niſi contrà probetur mutatio: [n] Vt coniectura probabilis eſt, durare patriam poteſtatem, malitiam, bonitatem; diuitias, fortunam, prout antea fuit: atque ita in ſimilibus, exceptis his quæ naturaliter ex curſu temporis mutantur.

VII. [o] Item præſumitur ſemper in benigniorem partem, in quam ipſa naturæ ratio & affectio nos ducit; [p] vt viam aliquid agentibus eſſe licitam, [q] & per quam actus ſuſtineatur; [r] vnumquemque eſſe bonum, [s] idoneum, innocentem; [t] bonæ fidei; [u] iuſtum; diligentem; [x] donec contrarium probetur.

VIII. [y] Pari ratione ex factis, quæ communiter ita ſe habent, ſumitur opinio, quòd ſcilicet eiuſmodi ſint, qualia communiter eſſe conſueuerunt, [z] vt inter nudum & nudam repertos, interueniſſe copulam; [a] quodlibet illicitum factum malo deluſorióque animo fuiſſe perpetratum: etiamſi aliâs debitum non præſumitur, niſi probetur. [b] Sed his caſibus præſumptio ita generalis tollitur per præſumptiones ſpeciales in contrarium vrgentes. [c] Sic qui dilationibus variis fruſtratur iudicia, creditur iniuſtā fouere cauſam. [d] Qui vicinus eſt, conditionem, facta, & ſtatum vicini noſſe. [e] neminem vires patrimonij ſui vel coniugis ignorare; & ſi qua ſunt ſimilia.

IX. [f] Cùm eadem quantitas relinquitur in codicillis; quæ fuit in teſtamento; videtur animo duplicandi relicta, niſi probetur contrarium: Nempe, Quingenta teſtamento tibi legata ſunt: idem ſcriptum eſt in codicillis poſtea ſcriptis; refert, duplicare legatum voluerit, an repetere: & oblitus ſe in teſtamento legaſſe, id fecerit: ab vtro ergo probatio eius rei exigenda eſt? Prima facie æquius videtur, vt petitor probet quod intendit: ſed nimirum probationes quædam à reo exiguntur. Nam ſi creditum petam, ille reſpondeat ſolutam eſſe pecuniam, ipſe hoc probare cogendus eſt. Et hîc igitur cùm petitor duas ſcripturas oſtendit; hæres poſteriorem inanem eſſe; ipſe hæres id probare iudici debet.

X. [f] Si pactum factum ſit, in quo hæredis mentio non fiat; quæritur, an id actum ſit, vt ipſius duntaxat perſona eo arctaretur. Sed quamuis verum eſt, quòd, qui excipit, probare debeat quod excipitur: attamen de ipſo duntaxat, ac non de herede eius conueniſſe, petitor, non qui excipit, probare debet: quia plerunque tam heredibus noſtris, quàm nobis ipſis cauemus.

XI. [g] Confeſſiones teſtatorum in vltima voluntate, ſi in fraudem videantur adiectæ, nihil proſunt eis ad releuandam probationem pro quibus adiiciuntur: fraus autem potiſſimum detegitur, cùm incapaces ſunt relictorum, ad quos huiuſmodi confeſſiones pertinent.

TIT. VII.

De teſtibus.

Hic titulus quatuor capitibus continetur, quorum primum eſt, Qui & aduerſus quos teſtimonium dicere non cogantur: vel contrà. Secundum, de teſtibus producendis. Tertium, vt lite non conteſtata non procedatur ad teſtium examinationem. Quartum, de reprobatione teſtium. Quintum de dictis teſtium.

CAP. I.

Qui, & aduerſus quos teſtimonium dicere non cogantur: vel contrà.

I. [a] TEſtimoniorū vſus frequens ac neceſſarius eſt: & ab iis exigendus, quorum fides non vacillat.

II. [b] Adhiberi teſtes poſſunt, non ſolùm in criminalibus cauſis, ſed & in pecuniariis litibus, ſicubi res poſtulat, & hi quibus non interdicitur teſtimonium, nec vlla lege à dicendo teſtimonio excuſantur.

III. [c] Inuiti teſtimonium iure Romano nō dicunt publicani: item is qui non detrectandi teſtimonij cauſâ aberit. Item is qui quid exercitui præbendum conduxerit: ſed nec pupillis teſtimonium denuntiari poteſt.

IIII. [d] Teſtes non temerè euocandi ſunt per longum iter: & multò minus milites auocandi ſunt à ſignis vel muneribus perhibendi teſtimonij cauſâ; atque Hadrianus imperator reſcripſit.

V. [e] Lege Iulia iudiciorum publicorum cauetur, ne inuito alicui denuntietur vt teſtimonium dicat aduerſus ſocerū, generum, vitricum, priuignum, ſobrinum, ſobrinam, ſobrino natum: eóſve qui priore gradu ſunt.

d Bal. in rubr. C. de probat.
e extra tito. de purgatione canonica. l. Non omnes. §. vlt. D. de re mil.
f Vaſ d. t. de prob.
g Ibid glo in c. ſi forte. de elect. in 6.
h l. ſi quis pa tronuſ. D. ad mun. l. 1. & toto t. D. de mino.
i l. Semper. D. de vere mil. §. ſi verò in auth. d. quaſi
k l. vlt. D. de ſucceſſ. Ecd. l. An vſusfructus. D. de vſuſſ.
l Vaſ. d. loco l. Semel. de reg. iur. in 6
m c. 3. mandata de praſ.
n l. ſi ſiplus h. t.
o Vaſ. d. loco c. Eſtote. de reg. iur. l. quoties. 21. D. eo. t. l. Semper. 52 ib.
p l. Nepolum. §. ... probat. D. de op. nou. nunc.
q l. 3. D. de mil. teſta. Bal. in rubr. de fide inſtr.
s Dudum h. t. l. vlt. C. ad leg. Iul. repet.
ſ can. Dudum. can ſunt 2. q. 1. l. Abſentem D. de pæn. l. qui accuſare. C. de eden.
t l. pen. C. de euict. glo. & DD. in c. ſi diligēti h. t. d. l. 2. C. de off. eius. Ind. l. ſi quis Decurio. C. de falſ. c. ad audientiam. de praſ.
u Fel. in c. ſi autem. de praſ. per c. Paſtoralis. de praſ.
Lanfr. in c. quoniam verò tam de prob.
x Vaſ d. loco.
y c. literas h. t.
z c. 1. ib. l. 1. C. de ſita.

a l. in toto. D. de reg. iur. l. Non omne l. § à barbaris. D. de re mil.
b c. nullus h. t.
c Lanfrancus in c. Quoniam. in verb. teſtium. de prob. Socinus Conſ. 181. vol. 12.
d l. Quiſquam. C. de teſt. vind.
e Cornelius Conſ. 167. nu. 34. vol. 3.
f l. Quingenta. D. h. t. de probat. & præſ.

f l. ſi pactū. §.
g Oldr. tract. de probat. l. quidam teſtamentum. D. de prob. l. legari Titio. D. de lib. lega.
a l. 1. D. de teſtibus.
b d. l. §. 1.
c l. inuiti. ibid.
d l. 3. §. vlt. ib.
e l. Lege. ibid.

f l. in legibus. ibid.

VI. [f] In legibus, quibus excipitur ne gener, aut ſocer inuitus teſtimonium dicere cogeretur, generi appellatione ſponſum quoque filię contineri placet, item ſoceri ſponſę patrem.

g l. Pater & fi.

VII. [g] Pater, & filius, qui in poteſtate eſt: item duo fratres, qui in eiuſdem poteſtate ſunt, teſtes vtrique in eodem teſtamento, vel eodẽ negotio fieri poſſunt: quoniã nihil nocet, ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi.

h l. Ex eo. ibi.

VIII. [h] Ex eo, quod prohibet lex Iuliæ de adulteriis teſtimonium dicere cõdemnatam mulierem, colligitur, etiã mulieres teſtimonij in iudicio dicendi ius habere.

i l. Parentes. ibid.

IX. [i] Parentes & liberi inuicem aduerſus ſe, nec volentes, ad teſtimonium admittendi ſunt.

CAP. II.

De Teſtibus producendis.

IX. Citatio aduerſarij vt adſit teſtiũ productioni, eorúmque iuriiurando, procuratori fieri non debet.

k l. 1. § quanquam D. h. t.

X. [k] Quanquam quibuſdam legibus ampliſſimus numerus teſtium definitus ſit, tamen ex conſtitutionibus Principum hæc licentia ad ſufficientẽ numerum coartatur, vt iudices moderentur, & eum ſolum numerum teſtiũ, quẽ neceſſarium eſſe putauerint, euocari patiantur: ne effrænata poteſtate ad vexandos homines, ſuperflua multitudo teſtium producatur. Ac Regię conſtitutione Gallicę ſancitum habemus, ne de eodem facto, amplius denis teſtibus producere liceat.

XI. Poſt dilationem, quæ ſemper peremptorie intelligitur, produci amplius teſtes non poſſunt.

m n Conſt. Molinenſi.

XII. [m] [n] Conſtitutione regia, de his quæ centum Francicos nummos excedunt, confici inſtrumenta à tabellionibus debent: alioqui teſtibus probari eæ res non poſſunt.

o DD. in d. l. 1. de off. deleg. Petrus de ferriis §. 2. § quod ſi nunc.

XIII. [o] Teſtes diebus feriatis interrogari non debent.

XIV. Teſtes in cauſis leuioribus, tres vel quatuor de plano interrogari debent.

Impp. Honorius & Theod. Cæciliano.

p q l. Quoniã. C. h. t.

XV. [p] [q] Quoniam liberi teſtes ad cauſas poſtulantur alienas, ſi ſocij & participes criminis non dicantur; ſed fides ab his notitiæ poſtuletur, in exhibitione neceſſariarum perſonarum, hoc eſt teſtium, talis debet eſſe cautio iudicantis, vt his venturis ad iudicium, per accuſatorem, vel ab his, per quos fuerint poſtulati, ſumptus competentes dari præcipiat. Idẽ iuris eſt, & ſi in pecuniaria cauſa teſtes ab alterutra parte producendi ſunt.

r l. Teſtium. D. h. t.

XVI. [r] Quando debitum eſt contractum in ſcriptis, eius ſolutio probanda eſt per ſcripturam, vel quinque teſtes.

ſ l. ſi quando. C. eod.

XVII. [ſ] Teſtes abſentes poſſunt cogi venire ad teſtificandum, etiam in cauſa pecuniaria.

t l. vlt. ibid.

XVIII. [t] Teſtibus examinatis coram arbitris, non tenetur quis ſtare: ſed poteſt petere eos iterum interrogari.

CAP. III.

Vt lite non conteſtata non procedatur ad teſtium examinationem.

u c. Quoniam frequenter. vt lite non. c. ſignificauit. & ibi glo. & Alber. cas. h. t. l. 3. § duæ ipſæ D. ad SC. Carbo. glo. in l. leg. Aquilia. D. ad leg. Aquil. Cyn. in auth. Sed & ſi quid. C. h. t.

XIX. [u] Si teſtes ſunt valetudinarij, vel de eorum abſentia metuatur; reſcriptum à Rege impetrari ſolet, quo ſi, vltas eorum interrogandorum, etiam ante litẽ conteſtatam vt in cauſa, vel ea conteſtata ſit, principali iis teſtimoniis, qui huiuſmodi reſcriptum impetrauit, vti poſſit. Et ſi teſtes deceſſerint, eorum teſtimonium recipitur: alioqui iterum interrogari debebunt.

CAP. IIII.

De reprobatione teſtium.

x l. 3. § lege D. h. t.

XX. [x] Lege Iulia de vi cauetur, ne hac lege in reũ teſtimoniũ dicere liceat, qui ſe ab eo, parẽte eius liberauerit: quiq; impuberes erunt: quive impuberes erunt, quiq; iudicio publico damnatus erit; qui eorum in integrũ reſtitutus non erit, quiq; in vinculis cuſtodiáve publica erit: quive ad beſties vt depugnaret, ſe locauerit: quęve palã quæſtũ fecerit: quive, ob teſtimonium dicendum, vel non dicẽdum pecuniam accepiſſe iudicatus, vel conuictus erit. Nam quidam propter reuerentiam perſonarum; quidam propter lubricum conſilij ſui: alij verò propter notã & infamiam vitæ ſuæ, admittendi non ſunt ad teſtimonij fidem.

y l. Eos C. h. t. z l. 3. ibid. a l. Parentes. ibid. Io. Faber. & Inſt. de teſt. DD. in c. informatione. de offic. deleg. b Maſu. § de probat. auth. de teſtibus. §. 1. & §. ſancimus. c arg. l. Quę omnia. D. de proc. Bart. in l. 2. nov. § quo ſilio. D. ad leg. Corn. de falſ. l. intra. & ibi gl. D. h. t. Maſu. d. t.

XXI. [y] Eos teſtes ad veritatem iuuandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ & potentatui fidem religioni iudiciariæ debitam poſſint præponere.

XXII. [z] Etiam iure ciuili domeſtici teſtimonij fides improbatur: eorúmque qui domeſtici fuerunt parentibus.

XXIII. [a] Domeſticũ attamen teſtimoniũ ad probanda ea quæ domi ſecretò geſta fuerint, admittitur.

XXIIII. [b] Teſtis medicus reprobari poteſt.

XXV. [c] Teſtis qui ſe ingerit, ſuſpectus eſt.

d Maſu. d. t. e l. Etiam. C. h. t. glo. in c. in litteris eo. t. c. vlt. de verb. ſig. c licet. de prin. Bar. in l. 1. §. ſi ſeruus. D. de quæſt. f l. Producti teſtes. D. h. t. g Maſuer. d. t. c cauſam quæ. l. 2. D. de iud. h Maſuer. d. t. i ibid. c cùm in iure. in fi. de purg. can. k Veſemb. h. t. D. l l. ſi quis teſtibus. C. h. t.

XXVI. [d] Teſtes qui operas ſuas locauerint, & quibus alimenta ab aliquo ſunt præbita, reprobari ab eius aduerſario poſſunt, [e] ſi tempore teſtimonij eius qualitatis fuerint.

XXVII. [f] Produci teſtis non poteſt.

XXVIII. [g] Teſtimoniũ eius qui parẽ cauſam habet, ei in qua producitur, reprobari poteſt.

XXIX. [h] Qui opẽ in cauſa tulerit, aut aduocatus, vel procurator in ea fuerit, reprobari poteſt.

XXX. [i] Teſtis, qui litem intenderit, aduerſus quem productus fuerit, reprobari poteſt.

XXX. [k] Teſtimonium dicere lege prohibentur impuberes ob lubricum conſilium: & quia ætas illa ad mentiendum eſt facilis: adeóque nec iuſiurandum, ſine quo teſti non creditur, præſtare poteſt, nẽ furioſi, muti, cæci.

Imp. Iuſtinianus.

XXXII. [l] Si quis teſtib⁹ vſ⁹ fuerit, iidẽq; teſtes

aduerſus eum in alia lite producantur, non licebit ei perſonas eorum excipere; niſi oſtenderit, inimicitias inter ſe & illos poſtea emerſiſſe, ex quibus teſtes repelli leges præcipiunt: non admittenda ſcilicet ei licentia, ex ipſis depoſitionibus teſtimonium eorum arguere. Sed ſi liquidis probationibus, datione, vel promiſſione pecuniarum eos corruptos eſſe oſtenderit, etiam eam allegationem integram ei ſeruari præcipimus.

l l. Ex eo. D. h.t. XXXIII. [l]Ex eo quòd prohibet lex Iulia de adulteriis, teſtimonium dicere condénatam mulierem, colligitur, etiam mulieres teſtimonij in iudicio dicendi ius habere.

CAP. V.

De dictis teſtium.

m l. 3. ibid. XXXIV. [m]TEſtium fides diligenter examinanda eſt: ideóque in perſona eorum exploranda erunt in primis conditio cuiuſque: vtrùm quis decurio, an plebeius ſit: & an honeſtæ, an inculpatæ vitæ: an verò notatus quis, & reprehéſibilis: an locuples, an egens ſit: vel lucri cauſa facilè quid admittat: vel an inimicus ei ſit aduerſus quem teſtimonium fert: vel amicus ſit ei pro quo teſtimonium dat. Nam ſi careat ſuſpicione teſtimonium, vel propter perſonam, à qua fertur: vel propter cauſam, quòd neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ cauſa ſit, admittendum eſt. Ideóque Hadrianus Imperator Iunio Varo legato Ciliciæ reſcripſit, eum, qui iudicat, magis poſſe ſcire, quanta fides adhibenda ſit teſtibus. Verba epiſtolæ hæc ſunt: Tu magis ſcire potes quanta fides habenda ſit teſtibus, qui, & cuius dignitatis, & æſtimationis ſunt: & qui ſimpliciter viſi ſunt dicere, vtrùm vnum, eundémque meditatum ſermonem attulerint.

n d. l. 3. §. 1. XXXIV. [n]Eiuſdem quoque Principis extat reſcriptum ad Valerium Varum, de excutienda fide teſtium, in hæc verba: quæ argumenta, ad quem modum probandæ cuique rei ſufficiant, nullo certo modo ſatis definiri poteſt. Sicut non ſemper, ita ſæpe ſine publicis monumentis cuiuſque rei veritas deprehenditur. Aliâs numerus teſtium, aliâs dignitas & auctoritas; aliâs veluti conſentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Hoc ergo ſolùm tibi reſcribere poſſum ſummatim, non vtique ad vnam probationis ſpeciem cognitionem ſtatim alligari debere: ſed ex ſententia animi tui te æſtimare oportere, quid aut credas, aut probatum tibi arbitraris.

o d. l. 3. §. Idem Diuus. XXXV. [o]Idem Hadrianus Imperator Iunio Rufino Proconſuli Macedoniæ reſcripſit, teſtibus ſe, non teſtimoniis crediturum. Verba epiſtolæ ad hanc partem pertinentia, hæc ſunt: quòd crimina obiiciebat apud me Alexander Apro; & quia non probabat, nec teſtes producebat, ſed teſtimoniis vti volebat, quibus apud me locus non eſt, nam ipſos interrogare ſoleo, ipſum remiſi ad prouinciæ Præſidem, vt is de fide teſtium quæreret; & niſi impleſſet, quod intendebat; relegaretur.

p d. l. §. Gabinio. 2. XXXVI. [p]Gabinio quoque maximo idē Princeps in hæc verba reſcripſit: Alia eſt auctoritas præſentium teſtium; alia teſtimoniorum quæ recitari ſolent: Tecum ergo delibera, vt, ſi detinere eos velis, des eis impendia.

q l. Solam. C. h. t. XXXVII. [q]Solam teſtationem prolatā, nec aliis legitimis adminiculis adprobatam, nullius eſſe momenti certum eſt.

r Maſuer. d. t. DD. in c. cum cauſam. de teſtib. Cyn. in auth. at qui ſemel. de prob. Bar. in l. ſi poſtulauerit. §. qui ſi negauerit. D. de adul. XXXVIII. [r]Teſtis in re præſente & incontinente corrigere quod prius dixerat, poteſt; idque mandari ſcripto ita ab eo factum debet.

s l. Eos qui. D. de falſ. XXXIX. [s]Qui falsò vel variè teſtimonia dixerūt, à iudicibus cōpetēter puniuntur; ac regia cōſtitutione capitis eis pœna indicitur.

t l. qui falsò. D. h. t. XL. [t]Periurus teſtis delinquens in officio teſtificationis, efficitur de foro iudicis, coram quo teſtificatur, nec habet aliquod priuilegium aut immunitatem propter quod poſſit euitare pœnam.

u l. nullā. C. h. t. XLI. Regia conſtitutione vetatur ne à litigantibus refutari dicta teſtium poſſint, ſed ea res examinanda iudici committitur.

XLII. Repeti teſtes ex officio iudicis, non etiam requirentibus litigantibus poſſūt.

XLIII. Regiis conſtitutionibus ſancitū eſt, vt apud omnes curias publicatio teſtimoniorum fiat, vt deliberare litigantes poſſint an cedere liti debeant.

* Felin. in c. in cauſa. & c. cauſam no. 17. de prob. Iudicat. commentarium Pictauienſium dies 19 Octob. 1532. XLIIII. [*]Teſtimonia, niſi falſi arguantur, retici non poſſunt.

XLV. Cùm lis inficialiter eſt conſtituta, vel teſtes producti ſunt, iudex vel definire cauſam principalem, vel de teſtium reprobatione inquiri præcipere debet, prout res poſtulare videbitur.

TIT. VIII.

De Confeſſis.

a l. 1. D. h. t. I. [a]COnfeſſus pro iudicato eſt: quia quodam modo ſentētiâ ſuâ damnatur.

b l. 2. ibid. II. [b]Non fatetur qui errat, niſi ius ignorauit.

c l. 3. ibid. III. [c]Iulianus ait, confeſſum, certum ſe debere legatum, omnimodo damnandum, etiāſi in rerum natura non fuiſſet: aut ſi iam à natura receſſit, ita tamen vt in æſtimationē eius dānetur: quia confeſſus pro iudicato habetur.

d l. ſi is cum quo. ibid. IIII. [d]Si is, cū quo lege Aquilia agitur, cōfeſſus ſit equū ſe occidiſſe, licèt nō occiderit, tamen occiſus ſit equus, pro cōfeſſo tenetur.

e l. qui Stichū. ibid. V. [e]Qui Bucephalum equum debere ſe cōfeſſus eſt, ſiue mortuus iam Bucephalus erit, ſiue poſt litem conteſtatam, condemnandus eſt.

f l. Certum. ibid. VI. [f]Certum confeſſus, pro iudicato erit; incertum, non erit.

g d. l. §. 1. VII. [g]Si quis incertum confiteatur, veluti ſi corpus ſit confeſſus, Bucephalum equum vel fundum ſe dare oportere, vrgeri debet vt certum confiteatur. Item eum, qui rem confeſſus eſt, vt certam quantitatem confiteatur.

h d. l. §. ſed ſi fundum. VIII. [h]Sed & ſi fundum vindicem meū eſſe:

túque confeſſus ſis: perinde haberis, atque ſi dominij mei eſſe fundum pronuntiatum ſit: & ſi alia quacunque actione ciuili, vel honoraria, vel interdicto exhibitorio, vel teſtitutorio, vel prohibitorio, dum quis conuenitur, confiteatur: dici poteſt, in his omnibus ſubſequi, Prętorem voluntatē orationis Marci Imperatoris debere: & omne omninò, quod quis confeſſus eſt, pro iudicato haberi. Dabitur igitur ex his actionibus, ex quibus dies datur ad reſtituendā rem confeſſo, tempus ad reſtitutionem: & ſi non reſtituat, lis ęſtimabitur.

IX. [i] Confeſſi vtique, poſt confeſſionem, tempora quaſi ex cauſa iudicati habebunt.

X. [k] Si quis, abſente aduerſario, confeſſus ſit, videndū, numquid non debeat pro iudicato haberi; quia nec qui iurat de operis, obligatur, nec ſoleat quis abſenti condemnari. Certè procuratorē, tutorē, curatorémve pręſentes eſſe ſufficit. Sed an & ipſos procuratores, vel tutores, vel curatores fateri ſufficiat, videamus. Et non puto ſufficere.

XI. [l] Non omnimodo confeſſus condemnari debet eius rei nomine, quæ an in rerum natura eſſet, incertum ſit.

XII. [m] Si quis ſolutum ſibi fuiſſe confeſſus ſit, accepto tuliſſe videtur.

XIII. Geminata confeſſio liberationem inducit.

XIV. Confeſſio in fraudem legis facta nō admittitur. Nempe; Qui teſtamentum faciebat, ei, qui vſque ad certum modum capere poterat, legauit licitam quantitatē: deinde ita locutus eſt: [Titio centum do lego, quæ mihi pertulit: quæ ideò ei non caui, quòd omnem fortunam & ſubſtantiam, quam à matre ſuſceperat, in ſinu meo habui ſine vlla cautione. Item, eidem Titio reddi & ſolui volo de ſubſtantia mea quinquaginta, quæ ego ex reditibus prædiorum eius, percepi & diſtraxi. Item de Calendario, ſi qua à matre receperat Titius, in rem meam conuerti, quæro an Titius ea exigere poteſt.

i d. l. § vlt.
k d. l. § ſi quis abſente.
l l. vlt. ibid.
m L. Arrianus. D. de oblig. & act.

TIT. IX.

De fide inſtrumentorum.

I. [a] Cenſus & monumenta publica, potiora eſſe teſtibus ſenatus cenſuit.

II. [b] In cōtractibus rei veritas potiùs quàm ſcriptura perſpici debet.

III. [c] Scripturę diuerſæ fidem ſibi inuicem derogantes, in vna eadémque parte prolatæ, nihil firmitatis habere poterunt.

Imper. Iuſtinianus Mennæ P.P.

IV. [d] Contractus venditionū, vel permutationum, quæ intimari non eſt neceſſarium: dationis etiā arrharū, vel alterius cuiuſcunque cauſæ, quas tamē in ſcriptis fieri placuit: tranſactionū etiā, quas in inſtrumento recipi cōuenit; non aliter vires habere ſancimus, niſi inſtrumenta in mundum recepta, ſubſcriptionibúſq; partium confirmata: & ſi per tabellionē conſcribantur, etiā ab ipſo completa, & poſtremò à partibus abſoluta ſint; vt

a l. Cenſus D. h. t. l. in exercendis. C de fide inſtr. & ad miſſ. cor.
b Plus valere quod agitur quàm quod ſimulate concipitur.
c l. Scripturæ. C h. t.
d l Cōtractus. ibid.

A nulli liceat priùs quàm hæc ita præceſſerint, vel à ſcheda cōſcripta (licèt literas vnius partis vel ambarum habeat) vel ab ipſo mundo, quod necdum eſt impletū, vel abſolutum, aliquod ius ſibi ex eodem cōtractu vel tranſactione vindicare: adeò vt nec illud in huiuſmodi venditionibus liceat dicere, quòd pretio ſtatuto neceſſitas venditori imponatur, vel contractum venditionis perficere, vel quod emptoris intereſt, ei perſoluere.

B V. [e] Illud etiam adiicientes, vt in poſterum, ſi quæ arrhæ ſuper facienda emptione cuiuſcunque rei datæ ſunt, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis: licèt non ſit ſpecialiter adiectū quid ſuper iiſdem arrhis, non procedente contractu, fieri oporteat; tamen & qui emere pollicitus eſt, venditionem recuſans, in duplum eas reddere cogatur: & qui emere pactus eſt, ab emptione recedens, datis à ſe arrhis cadat repetitione ei deneganda.

C VI. [f] Commemoratio in chirographo pecuniarum quæ ex alia cauſa deberi dicuntur, vires obligationis non habet.

Imp. Antoninus Septimiæ Martiæ.

VII. [g] Debitores tuos, quibuſcūq; rationibus debere tibi pecuniā ſi probaueris, ad ſolutionē cōpellet Præſes prouinciæ: nec quicquam oberit tibi amiſſio inſtrumēti, ſi modò manifeſtis probationibus eos debitores eſſe

D appareat.

Imp. Gord. Priſco & Marco militibus.

VIII. [h] Sicut iniquum eſt inſtrumentis vi ignis conſumptis, debitores quantitatū debitarum renuere ſolutionē; ita nō ſtatim caſum cōquerentibus facilè credendum eſt. Intelligere igitur debetis non exiſtentibus inſtrumentis, vel aliis argumentis, probare debere fidem precibus veſtris adeſſe.

E *Imp. Alexander Mabiliano.*

IX. [i] Si veteris inſtrumento, de quo alius accuſatus falſi victus eſt: & paratus eſt (ſi ita viſum fuerit) à quo pecuniam petis, eiuſdē criminis te reū facere: & diſcrimē periculi pœnæ legis Corneliæ ſubire non oberit ſentētia, à qua nec is contra quem data eſt, appellauit: nec tu, qui tunc crimini non eras ſubiectus, appellare debuiſti.

F X. Qui renuntiat vſui inſtrumenti ſuſpecti, videtur fateri inſtrumentum falſum: nec denuò poteſt illud producere. *Bal.* *Idem Imp. Alex. Æliano.* Si aduerſarius tuus apud acta Præſidis prouinciæ, cùm fides inſtrumenti quod proferebat, in dubium reuocaretur, nō vſurum ſe conteſtatus eſt: vereri non debes, ne ea ſcriptura, quā non eſſe veram etiā profeſſione eius cōſiſtit, negotiū denuò repetatur.

XI. [k] [l] Inſtrumētum, cuius fides ſemel eſt approbata, debet iterum produci, ſi aduerſarius

G dicit ſe velle & poſſe illud falſi arguere. *Bal.*

XII. [m] Sicut creditor tenetur dare debitori ſoluendi apocham ſolutionis: ita cōtrà debitor creditori vnam antapocham, in qua continetur ſe ſoluiſſe debitum creditori. *Bal.*

XIII. [n] Ex ſcriptura priuata priùs approbata, item ex ſcriptura furentis, id eſt facta

e d. l.
f l. vlt. D. h. t.
g l. 1 C. de fide inſtrumentorum & admiſſione eorum &c.
h l. ſicut. ibid.
i l. Si veteris. ibid.
k l l. plur. ibid.
m l plures à ... ibid.
n l Comparationis ibid.

A coram iudice, & ex ſcriptura publica fit comparatio literarum. *Bal.*

o Auth. Ad hæc. d. t.

XIIII. [o] Adhæc, ex his literis quibus aduerſarius tuus vtitur, & profert; rectè petis examinationē fieri. Itē & carta quæ profertur ex archiuo publico, teſtimoniū publicū habet.

p Auth. At ſi contractus.

XV. [p] At ſi contractus fiat in ciuitate, & vnam libram auri exceſſerit, omnimodo collationi adſit argumentum quodlibet: nec credatur ei ſoli.

q Maſuerius Gallicus. t. de probat. l. Exemplo. l. Rationes. C eo. t. Bart. in l. admonēdi. D. de iure.

B XVI. [q] Iure ciuili Romano, rationes mercatorum, ephemerides ſeu Calendaria fidem non faciunt, niſi aduerſus ipſos mercatores: tamen moribus Gallicis aliud receptum eſt, ſi mercatores locupletes & inculpatæ vitæ fuerint.

XVII. Inſtrumento, niſi falſi arguatur, moribus Gallicis ſtari omnino debet.

TIT. X.

De iureiurando.

Hic titulus quinq; capitibus continetur, quorum primum eſt, Qui deferre iuſiurandum poſſint. Secundum, Quibus deferri iuſiurandum poſſit. Tertium, De forma iuriſiurandi. Quartum, De effectu iuriſiurandi. Quintum, De iureiurãdo deferendo à iudice deficiente plena probatione.

CAP: I.

Qui deferre iuſiurandum poſſunt.

a l. Qui iuraſſe. D. h. t.

I. [a] QVi iuraſſe dicitur, nihil refert cuius ſexus, ætatiſve ſit. Omni enim modo cuſtodiri debet iuſiurandū aduerſus eum qui contentus eo, cùm defert, fuit: quamuis pupillus non videatur peierare; quia ſciens fallere non videatur.

b l. Iuſiurandū quod ex conuentione. §. 1. D. h. t.

II. [b] Pupillus tutore auctore iuſiurandum deferre debet. Quòd ſi ſine tutore auctore detulerit, exceptio quidem obſtabit; ſed replicabitur: quia rerum adminiſtrandarum ius ei non competit.

c d. l. § ſi tutor.

III. [c] Si tutor, qui tutelam gerit, aut curator furioſi, prodigive iuſiurandum detulerit, ratum id haberi debet. Nam & alienare res & ſolui eis poteſt; & agēdo, rem in iudicium deducunt.

d d. l. §. vlt.

IV. [d] Procurator quoque quod detulit, ratum habendum eſt: ſcilicet, ſi aut vniuerſorū bonorum adminiſtrationem ſuſtinet: aut ſi id ipſum nominatim mandatū ſit, ne poſtea reus qui ſemel iurauit, à domino cōueniatur. Nec multùm ei proficiet, ſi fuerit ei de rato cautum. Siue enim dominus petat, cogetur docere reus liquidò ſe iuraſſe, poſita ſcilicet exceptione: ſiue ex ſtipulatione de rato agat, neceſſe habebit de periurio ſuo docere. [e] Si itaque mandatum fuit procuratori vt petat, ille iuſiurādum detulit, aliud fecit, quàm quod mandatum eſt.

e l. Si itaque. ibid.

a l. Tutor pupillo. §. 1. ibid.

V. [a] Prodigus, ſi deferat iuſiurandum, audiēdus non eſt: idémque de cæteris ſimilibus eis dicendum eſt. Nam ſiue pro pacto cōuento, ſiue pro iudicio hoc iuſiurandum cedit, non ab aliis delatum probari debet, quàm qui ad hoc habiles ſunt.

CAP. II.

Quibus deferri iuſiurandum poſſit: aut non.

f l. Nam poſtea. §. iuſiurandum. ibid.

VI. [f] IVſiurandum defenſoris aut procuratoris ei ab aduerſario delatū prodeſſe, exceptionémque domino parere, Iulianus ſcribit. Idem ergo dicendum erit, & ſi datus ad petendum procurator, reo deferente, iurauerit, dari mihi oportere: nam actionem mihi parit: quæ ſententia habet rationem.

g d. l. §. vlt.

VII. [g] Si petitor iurauit, poſſeſſore deferēte rē ſuam eſſe, actori dabitur actio: ſed hoc duntaxat aduerſus eum, qui iuſiurandū detulit, eóſq;, qui in eius locū ſucceſſerunt. Cæterùm ſi aduerſus aliū, ſi velit prærogatiua iuriſiurandi vti, nihil ei proderit: [h] Quia nō debet alij nocere quod inter alios actum eſt.

h l. Quia d. t.

i l. Si duo. §. 1. ibid.

VIII. [i] Iulianus ait, eum, qui iurauit fundū ſuum eſſe, poſt longi temporis præſcriptionem etiam vtilem actionem habere debere.

k l. 3. §. quacunque. ibid.

IX. [k] Quacunq; actione quis cōuenitur, ſi iurauerit, proficiet ei iuſiurandū, ſiue in perſonā, ſiue in rem, ſiue in factū, ſiue pœnali actione, vel quauis alia agatur, ſiue interdicto.

l l. Nam poſtea. §. ſi minor. ibid.

X. [l] Si minor viginti quinque annis detulerit, & hoc ipſo captū ſe dicat, aduerſus exceptionē iuriſiurādi replicari debebit: vt Pomponius ait. ego autem puto, hanc replicationem non ſemper eſſe dandam: ſed plerunque ipſum Prætorem debere cognoſcere, an captus ſit: & ſic in integrū reſtituere. Nec enim vtique qui minor eſt, ſtatim & ſe circumſcriptum eſſe docuit. Præterea exceptio iſta, ſiue cognitio ſtatutum tempus non debet egredi.

m d. l. §. ſed & ſi quis. ibid.

XI. [m] Sed & ſi quis in fraudem creditorum detulerit debitori, aduerſus exceptionem iuriſiurandi replicatio fraudis creditoribus debet dari. Præterea ſi fraudator iuſiurandū detulerit creditori, vt iuret, ſibi dari decem oportere: mox, bonis eius vēditis, experiri volet; aut denegari debet actio; aut exceptio opponitur fraudandorum creditorum.

n Iuſiurādum. & ad pecuniam ibid.

XII. [n] Pupillo non defertur iuſiurandum.

o d. l. §. procurator.

XIII. [o] Procurator non compellitur iurare, nec defenſor: & ita Iulianus ſcribit, defenſorem iurare non cōpelli: ſufficereq; ad plenā defenſionē, ſi paratus ſit iudiciū accipere.

CAP. III.

De forma iuriſiurandi.

p l. 3. d. t.

XIV. [p] AIt Prætor: [Si is cum quo agetur, conditione delata iurauerit.] Nam ſi reus iurauit, nemine ei iuſiurandum deferente, Prætor id iuſiurandum non tuebitur, ſibi enim iurauit: alioquin facillimus quiſque ad iuſiurandum decurrens, nemine ſibi deferēte iuſiurandum, oneribus actionum ſe liberabit.

q d. l. Iuſiurandum & ad pecuniam. §. qui iuſiurandum.

XV. [q] Qui iuſiurandum defert, prior de calumnia debet iurare, ſi hoc exigatur; deinde ſic ei iurabitur: nec hoc iuramentum parentibus remittitur.

r l. Ad perſonas. ibid.

XVI. [r] Ad perſonas egregias, eóſque qui

valetudine

valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad iuſiurandum.

f d.l. iuſiurandum & ad pecuniam §.1. XVII. f Ait Prætor: [Eum à quo iuſiurandum petetur, ſoluere aut iurare cogam.] Alterum ergo eligat reus, aut ſoluat, aut iuret. Si non iurat, ſoluere cogendus erit à Prętore.

t d.l. §. datur. XVIII. t Datur autem & alia facultas reo, vt, ſi malit, referat iuſiurandum. & ſi is, qui petet, conditione iuriſiurandi non vtetur, iudicium ei Prætor non dabit. Æquiſſimum enim fuit, eũm non deberet diſplicere conditio iuriſiurandi ei qui detulit. Sed nec iuſiurandum de calumnia referenti dabitur: quia non eſt ferendus actor, ſi conditionis nomine, quã ipſe detulit, calũnia velit ſibi iurari.

u d.l. §. vlt. XIX. u Cum res in iudicium demiſſa ſit, iudex iurantem abſoluit, referentem audiet: &, ſi actor iuret, condemnabit reum: nolentem iurare reum, ſi ſoluat, abſoluit: non ſoluentem condemnat; vel ex relatione, non iurante actore, abſoluit reum.

CAP. IV.

De effectu iuriſiurandi.

x l.1. D. h.t. XX. x MAximum remedium expediendarum litium in vſum venit iuriſiurandi religio, qua vel ex pactione ipſorum litigatorum, vel ex auctoritate iudicis decidūtur controuerſiæ.

y l.2. ibid. XXI. y Iuſiurandum ſpeciem tranſactionis habet, maioremq; habet auctoritatem, quàm res iudicata.

z l. Qui iuraſſe. §. vlt. ibid. XXII. z Iuriſiurãdi conditio ex numero eſſe poteſt videri nouandi, delegandive, quia proficiſcitur ex conuentione, quamuis habeat & inſtar iudicij.

a l. iuſiurandũ etiam. ibid. XXIII. a Iuſiurandum etiam loco ſolutionis cedit.

b l. In duobus. ibid. XXIV. b In duobus reis ſtipulandi ab altero delatum iuſiurãdum etiam alteri nocebit.

c l. Creditore. §. ſi fideiuſſor. ibid. XXV. c Si fideiuſſor iurauerit ſe dare nõ oportere, exceptione iuriſiurãdi reus promittendi tutus eſt. Atquin ſi, quaſi omnino idem

A non fidaiuſſiſſet, iurauit: non debet hoc iuſiurandum reo promittendi prodeſſe.

XXVI. d Sed & ſi, actore deferente, defenſor abſentis, vel pręſentis iurauit, eum, quem defendit, dare non oportere; exceptio iuriſiurandi ei, cuius nomine iuratũ fuerit, dari debebit. d d.l. §. vlt.

XXVII. e Eadẽ ratio eſt, & ſi fideiuſſoris defenſor iurauerit. Reo enim datur exceptio. e Ibid.

XXVIII. f Item ſi reus iurauit, fideiuſſor
B tutus ſit quia & res iudicata ſecundũm alterutrum eorum proficiet. f Ibid.

XXIX. g Ait Prætor [Eius rei, de qua iuſiurandum delatum fuerit, neque in ipſum, neque in eum, ad quem ea res pertinet, actionem dabo.] ſic erit accipiendum; ſiue de tota re, ſiue de parte ſit iuratum. Nam de eo, quod iuratum eſt, pollicetur ſe actionem non daturum, neque in eum qui iurauit, neque in eos qui in locum eius, cui iuſiuran-
C dum delatum eſt, ſuccedunt; h vel ſi in rem ſucceſſerint. i Nam poſteaquàm iuratum eſt, denegatur actio: aut, ſi controuerſia erit, an iuſiurandum datum ſit, exceptioni locus eſt. g l. Ait Prætor. d.t. h l. Vel ſi in rem. ibid. i l. Nã poſteaquam.

XXX. k Iureiurando dato, vel remiſſo, reus quidem acquirit exceptionem ſibi, aliiſque: alter verò actionem acquirit, in qua ſolùm quæritur, an iurauerit ſibi dari oportere: vel cùm iurare paratus eſſet, iuſiurandum ei re-
D miſſum ſit. k d.l.

XXXI. l Si damnetur quis poſt iuſiurandum, ex famoſo iudicio, famoſum eſſe magis eſt. l d.l. §.1.

CAP. V.

De iureiurando à iudice deferendo ex officio deficiente plena probatione.

E XXXII. m SOlent ſæpe iudices in dubiis cauſis, exacto iureiurando, ſecundùm eum iudicare, qui iurauerit. m l. Admonendi. ibid.

IVRIS CIVILIS ROMANI GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER XXX.

TIT. I.

De ſententia, & re iudicata, & earum executione.

Hic titulus tribus capitibus continetur, quorum primum eſt, De pronuntiatione ſententiæ, & quando, & quomodo ferenda. Secundum, De pœna temerè litigantium. Tertium, De condemnatione eius quod intereſt: & fructuum, & expenſarum in litem.

accipere renuerit per calumniam, ac illatam ea in re aduerſario ignominiam, pecunia ſarcire cogetur.

f l. vnica. C. de ſententijs quæ pro eo quod intereſt proferuntur.

XIX. [f] Id quod intereſt in caſibus certis, duplum excedere non debet: in alijs autem q incerti eſſe vidētur, quod re vera intereſt, præſtatur. Illud autem locum habet, non ſolùm in damno, ſed etiā in lucro. *Charond.* De quo Imp. Iuſtin. A. Ioanni P. P. [Cùm pro eo quod intereſt, dubitationes antiquæ in infinitum productæ ſint, melius nobis viſum eſt, huiuſmodi prolixitatem, prout poſſibile eſt in anguſtum coartare. Sancimus itaque in omnibus caſibus, qui certam habent quantitatem, vel naturam, veluti in venditionibus, & locationibus, & omnibus contractibus, hoc quod intereſt, dupli quātitatem minimè excedere. In alijs autem caſibus, qui incerti eſſe videntur, iudices, qui cauſas dirimendas ſuſcipiunt, per ſuam ſubtilitatem requirere, vt hoc quod re vera inducitur damnū, hoc reddatur, & non ex quibuſdā machinationibus, & immodicis peruerſionibus in circuitus inextricabiles redigatur: ne dum in infinitum cōputatio reducitur, pro ſua impoſſibilitate cadat: cùm ſciamus naturæ eſſe congruū, eas tantummodò pœnas exigi, quę vel cum competēti moderamine proferūtur, vel à legibus certo fine concluſæ ſtatuūtur. Et hoc non ſolùm in damno, ſed etiam in lucro noſtra amplectitur conſtitutio: quia & ex eo veteres id quod intereſt, ſtatuerunt. Et ſic omnibus, ſecundùm quod dictum eſt, finis antiquæ prolixitatis, huius conſtitutionis recitatio.]

g l. Si commiſſa. D. rem ratam haberi.

XX. [g] Id quod intereſt dicitur quod mihi abeſt: quantúmque lucrari potui.

h l. Si ſeruum. D. ad leg. Aquil.

XXI. [h] Pretia rerum, non ex affectione ſingulorum, ſed communiter funguntur.

i Maſuerius Gallicus t. de re iud. Conſtit. Franciſci I. Regis anno 1539. verſ. 20.

XXII. [i] Sententia contra auctorem lata, contra eum & principalē litigatorem executioni mādatur quoad principalē cauſam pertinet, ſed auctor in expēſas litis condēnatur: qui tamen ſi ſoluendo nō ſit, regreſſus earum cauſa in principalem litigatorem conceditur.

k l. 1. D. de vſuris, fructibus & cauſis, & omnibus acceſſionibus, & mora.

XXIII. [k] Cùm iudicio bonæ fidei diſceptatur, arbitrio iudicis, vſurarum modus ex more regionis, vbi contractum eſt, conſtituitur, ita tamen vt legem non offendat.

l d. l. §. 1.

XXIV. [l] Socius, ſi ideò condēnandus erit, quòd pecuniam cōmunem inuaſerit, vel in ſuos vſus conuerterit, omnimodo etiā mora non interueniente, prę́ſtabūtur vſuræ: nec tamē iudex bonæ fidei rectè iubebit interponi cautiones, vt, ſi tardiùs ſententiæ condemnatus paruerit, futuri tēporis pendantur vſuræ, cùm in poteſtate ſit actoris iudicatū exigere. *Paulus notat;* Quid enim pertinet ad officium iudicis, poſt condemnationem, futuri temporis tractatus?

m l. Debitor. ibid.

XXV. [m] Debitor vſurarius creditori pecuniā obtulit: & eā, cùm accipere noluiſſet, obſignauit ac depoſuit. Ex eo die ratio non habebitur vſurarum: quòd ſi poſtea conuentus, vt ſolueret, moram fecerit, nummi ſteriles ex eo tempore non erunt.

n l. Equis. ibid.

XXVI. [n] Equis per fideicommiſſum relictis, poſt moram fœtus quoque præſtabitur, vt fructus: ſed fœtus ſecundus, vt cauſa.

o l. Cum quidam § ex locato ibid.

XXVII. [o] Ex locato qui conuenitur, niſi cōuenerit, vt tardiùs pecuniæ illatæ vſuras deberet, nō niſi ex mora vſuras præſtare debet.

p d. l. § an.

XXVIII. [p] Eos, qui ex adminiſtratione rerū ciuitatis conueniuntur, vſuris eſſe obnoxios, ſatis notū eſt. Idē obſeruatur in operū curatoribus; ſi pecunia apud eos remanſit. Sed in ea, quam redēptoribus cōmiſerunt, etiamſi negligēter dederint, vſura eia remittitur. Hęc autem ita ſunt, ſi nulla fraus arguitur.

q l. Videamus. ibid.

XXIX. [q] Videamus, an in omnibus rebus petitis, in fructus quoque condemnetur poſſeſſor. Quid enim, ſi argentum, aut veſtimentum, aliamve ſimilē rem; quid præterea, ſi vſumfructum, aut nudam proprietatem, cùm alienus fructus ſit, petierit? Neq; enim nudæ proprietatis, quod ad proprietatis nomē attinet, fructus vllus intelligi poteſt, neq; vſusfructus rurſus elegāter cōputabitur. Quid igitur, ſi nuda proprietas petita ſit? Ex quo perdiderit fructuarius vſumfructum, æſtimabitur in petitione fructus. Item ſi vſusfructus petitus ſit, Proculus ait, in fructus perceptos condemnari. Præterea Gallus Ælius putat, ſi veſtimenta, aut ſcyphus petita ſint, in fructu hæc numeranda eſſe, quòd locata ea re, mercedis nomine capi potuerit.

r d. l. § 1.

XXX. [r] Iter quoque & actus ſi petitus ſit: vix eſt, vt fructus vlli poſſint æſtimari, niſi quia cōmodum in fructibus numeraret, quod habiturus eſſet petitor, ſi ſtatim eo tempore, quo petiſſet, ire agere non prohiberetur: quod admittendum eſt.

ſ l. vſuras. ibid.

XXXI. [ſ] Vſuras illicitas ſorti mixtas, ipſas tantummodò non deberi conſtat: cæterùm ſortem non vitiare.

t l. Sciendum. ibid.

XXXII. [t] Sciendum eſt, nō omne quod differendi causâ optima ratione ſit, moræ adnumerandum. Quid enim, ſi amicos adhibēdus debitor requirat, vel expediendo debito, vel fideiuſſoribus rogandis, vel exceptio aliqua allegetur? mora facta nō videtur, [u] ſi modò id ipſum non fraudandi causâ ſimuletur. [x] Sed & ſi reipublicæ causâ ſubitò abeſſe coactus ſit, vt defenſionem ſui mandare non poſſit; moram facere non videbitur: ſiue in vinculis, ſiue in hoſtium poteſtate eſſe cœperit. Aliquando etiam in rem mora diſcerni ſolet, ſi fortè non exiſtat qui conueniatur.

u l ſeq.

x l. Sed & ſi. ibid.

y l. Si quis ſolutioni. ibid.

XXXIII. [y] Si quis ſolutioni quidem moram fecit, iudicium autem accipere paratus fuit, non videtur feciſſe moram: vtique ſi iuſtè ad iudicium prouocauit.

z d. l. § 1.

XXXIV. [z] Cùm reus moram facit; & fideiuſſor tenetur.

a l. Qui ſcit fundum. § 1. ibid.

XXXV. [a] In alieno fundo, quē Titius bona fide mercatus fuerat, frumentum ſeui, an Titius bonæ fidei emptor perceptos fruct⁹ ſuos faciat? Iulianus reſpondit, In percipiēdis fructibus, magis corporis ius, ex quo percipiuntur, quàm ſeminis, ex quo oriūtur, aſpicitur. Et ideò nemo vnquam dubitauit, quin ſi in meo fundo frumentum tuum ſeueris, ſegetes, & quod ex meſſibus collectum fuerit,

menum fieret. Porrò bonæ fidei poſſeſſor in A percipiendis fructibus idē iuris habet, quod dominis prædiorū tributū eſt. Præterea cùm ad fructuarium pertineant fructus à quolibet ſati, magis hoc in bonæ fidei poſſeſſorib⁹ recipiendū eſt, qui plus iuris in percipiēdis fructibus habeot: cùm fructuarij quidē nō fiant, antequā ab eo percipiantur: ad bonę fidei autem poſſeſſorem pertineant, quoquo modo à ſolo ſeparati fuerint: ſicut eius qui fundum B vectigalem habet, fructus fiont, ſimul atque à ſolo ſeparati ſunt.

b d.l.§.vlt. X X X V I. ᵇBonæ fidei emptor ſeuit, &, antequā fructus perciperet, cognouit fundum alienum eſſe: an perceptione fructus ſuos faciat, quæritor. Iulianus reſpondit, Bonæ fidei emptor, ad percipiendos fructus intelligi debet, quandiu euictus fundus non fuerit.

c l.mora ibid. XXXVII. ᶜ Mora fieri intelligitur nō ex re, ſed ex perſona, ſi interpellatus opportuno lo C co non ſoluerit: quod apud iudicē æſtimabitur. Nam, vt Pomponius ſcripſit, difficilis eſt huius rei definitio.

d d.l. XXXVIII. ᵈ Pius quoqoe Imperator Tullio Balbo reſcripſit, an morā factā, intelligatur neq; conſtitutione vlla, neque iuris auctorum quæſtione decidi poſſe; cùm ſit magis facti, qoàm iuris. Et non ſufficit ad probationē moræ, ſi ſeruo abſentis denuntiatū eſt à creditore, ꝓcuratoréve eius; cùm etiā ſi ipſi (inquit) D domino denuntiatū eſt: cæterùm poſtea, cùm is ſui poteſtatē faceret, omiſſa eſſet repetēdi debiti inſtantia; non protinus per debitorem mora facta intelligitur.

e l.Vſura.d.t. X X X I X. ᵉ Vſuræ, vicē fructuū obtinēt: & meritò noo debēt à fructibus ſeparari. Et ita iu legatis, & fideicōmiſſis; & in rutelæ actione: & in cęteris iudicius bonæ fidei ſeruator. Idē igitur in cæteris obuētionibus dicemus. E

f d.l. Mora. §.1. X L. ᶠ In bonæ fidei contractibus, ex mora vſuræ debentur.

g d.l. §.ſed ſi duo. XLI. ᵍ Si duo rei ꝓmittēdi ſint, alterius mora alteri nō nocet. Itē ſi fideiuſſor ſolus morā fecerit, nō renetur; ſicut ſi pecus ꝓmiſſū occiderit: ſed vtilis actio in factū io hūc dabitur.

h l.Lite ibid. **ex interpretatione Fran. Connani.* X L I I. ʰ Lite conteſtata vſuræ curront, *ac deberi non deſiount.

i d.l. Videamus §.1. X L I I I. ⁱ Si indebitum fundum ſoloi, & F repero; fructus qooque repetere debeo.

k d.l.§.idémque. X L I V. ᵏ Idémque eſt, ſi mortis cauſâ fundus ſit donatus, & reualoerit qui donaoit, atque ita condictio naſcitur.

l d.l. § ſi actionem. X L V. ˡ Si actionē habeá ad id conſequendum, qood meū non fuit; veloti ex ſtipulatu fructus oon conſequar, etiā ſi mora facta ſit. Quòd ſi acceptum eſt iodiciū, tūc Sabinus, & Caſſius ex æquitate fruct⁹ quoq; poſt acceptū iudiciū pręſtandos putāt, vt cauſa reſtituatur.

m d.l §. Item ſi vs. *n d.l §.ſed etiam.* X L V I. ᵐEx cauſa etiam emptionis, fructus G reſtituendi ſunt: ⁿ ſed etiam in ſocietatibus fructus communicandi ſunt.

o d.l.§.ſi poſſeſſionem. X L V I I. ᵒ Si poſſeſſionem naturalem reuocem, proprietas mea manet. Videamus de fructibus. Et quidem in depoſito, & commodato fructus quoque præſtandi ſunt.

XLVIII. ᵖ Io interdicto quuq; [Quod vi aut A clam] magis eſt, vt omnis cauſa, & fructus reſtituantur.

q d.l.§. ante matrimonium. X L I X. ᑫ Ante matrimonium quoque fructus percepti, dotis fiūt: & cum ea reſtituuntur. Eadem ratio eſt in fructibus vrbanorom prædiorum.

r d.l.§.Item ſi diuidere. L. ʳ Item ſi diuidere fundum tecum velim, & nolis, & colā; an fructus diuidi debeāt poſt deductionem expēſarom? Et puto diuidēdos.

ſ d.l.§.In cæteris. L I. ſ In cæteris quoque bonę fidei iudiciis, B fructus omoimodo præſtantur.

t l.Equis ibid. L II. ᵗ Equis per fideicōmiſſum legatis, poſt moram hæredis, fœtus qooque debentur. Equitio autem legato, etiamſi mora intercedat, incremento gregis fœtus accedunt.

u l. Herennius. ibid. L III. ᵘ Herennius Modeſtinus reſpōdit, fructus, qui poſt adquiſitū ex caoſa fideicōmiſſi dominiū ex terra percipiuntur, ad fideicōmiſſariom pertinere; licèt maior pars anni ante diem fideicōmiſſi cedentē pręteriiſſe dicatur. C

x l.Tutor.ibid. L I V. ˣ Tutor cōdemnatus per appellatioœ traxerat executionē ſentētię. Herennius Modeſtinus reſpōdit, eū, qui de appellatione cognouit, potuiſſe, ſi fruſtratoriā morādi causâ appellationē interpoſitā animaduerteret, etiā de vſuris medij temporis eum condemnare.

y Maſuerius Gallicus. t de expenſis litis damnis, & eo quod intereſt. L V. ʸ Denontiator calomnioſus in expenſas reo condemnari debet, ac ignominiam ei factā ſarcire iudicantis arbitrio compellitor.

z Ibid. c. vlt. de calumni. l. vnica. C. de ſumpt. recuper. lib. 10. l. non eſt ignotum. C. de adm. tut. LVI. ᶻ Turores & procoratores, qui calom D nioſam litem intenderint, ſuo nomioe in litis expenſas condemnantur.

L V I I. Victus victori in expenſas litis condemnari debet.

Impp. Honorius & Theod. Aſclepiodoro P.P.

a l.3.C.de fructibus, & litium expenſis. LVIII. ᵃTerminato, trāſactóq; negotio, poſthac nulli actio, neque ex reſcripto ſuper ſum E ptoū præſtatione præſtetur: niſi iudex, qui de principali oegotio ſentētiā promulgauit, cōminus partibus cōſtitutis, iuridica pronūtiatione ſignificauerit victori cauſæ reſtitui debere expenſas; aut ſuper his qoerelam iure procedere. Poſt abſolutum enim dimiſſúmque iodiciom, nefas eſt litem alienam conſurgere ex litis primæ materia.

Impp. Valens & Valentinianus Olybrio Præfecto Prætorio. F

b l.2.ibid. L I X. ᵇ Litigator victus, qui poſt conuentionem rei incumbit alienæ; nō in ſola rei redhibitione teneatur; nec tantùm fructuom præſtarionem eorum quos ipſe percepit, agooſcat, ſed etiam eos, quos percipere potuiſſet, non quos eum redegiſſe conſtat, exſoloat ex eo tempore, ex quo, re in iudicium deducta, ſciétiam malæ fidei poſſeſſionis accepit: hæredis quoque ſuccedentis in vitium par habenda fortuna eſt.

c d.l.2.ibid. L X. ᶜ Hoc fructuum nomine continetur, quod iuſtis ſumptibus deductis ſupereſt.

d l.3.C.de executione rei iudicatæ. LXI. ᵈ Si pignora capta io cauſam rei iudicatæ, non reperiunt emptorem factis auctionibus, dantur creditori in ſolutū. De quo Impp. Seuerus & Anton. Agrippæ [Ordo rei

geſtæ,

A geſtæ, & mora ſolutionis quę interceſſit, conſtantius deſiderat remedium. Si itaque Præſidem prouinciæ, qui rem iudicatam exequi debet, adieris, & allegaueris res ſoli quæ pignori datæ ſũt, diu ſubhaſtatas, ex cõpacto, ſiue ambitione aduerſæ partis emptoré inuenire non potuiſſe, in poſſeſſionem eorum te mittet, vt vel hoc remedio res tandiu protracta ad effectum perducatur.]

f l. Etiam. ib.

B LXII. [f] Etiam nomé debitoris in cauſa iudicati capi poſſe, ignotum non eſt.

g l. ſi longi. ib.

LXIII. [g] Si longis apertiſque fruſtrationibus partis aduerſæ reſtitutio remorata eſt, animalibus mortuis, à fruſtratore æſtimatio eorum reſtituenda eſt: fœtus quoque eorum tibi reputabuntur.

h l. Stipendia. ibid.

LXIV. [h] Publica ſtipẽdia nõ vẽduntur, nec in ſolutũ adiudicatur, niſi in ſubſidiũ. De quo Impp. Seuerus & Antoninus Marcello militi: C [Stipẽdia retineri propterea quòd condẽnatus es, nõ patietur Præſes prouincię, cũ iudicatum poſſit aliis rationibus exequi.

Imp. Iuſtinianus Memnæ præfecto prætorio.

i l. 2. C. de vſuris rei iudicatæ.

LXV. [i] Eos, qui condẽnati ſolutionem pecuniarũ, quas dependere iuſſi ſunt, vltra quatuor menſes à die condemnationis, vel ſi prouocatio fuerit porrecta, à die confirmationis D ſententiæ cõmunerandos diſtulerint; cẽteſimas vſuras exigi pręcipimus: nec priſcis legibus, quę duas centeſimas eis inferebant; nec noſtra ſanctione, quæ dimidiam centeſimæ ſtatuit, locum in eorũ perſonã habentibus.

k Continet ex Carolo Molinæo.

LXVI. [k] Hæ inducię nunquam in Francorum regno vſitatæ fuerunt.

l Cuiacius per § 1. Inſt. de offic. iudic.

LXVII. [l] Hæ etiam induciæ non dantur, ne iure Romano quidem, in actionibus in rem.

m Imb lib. 1. Inſt. For. c. 8.

LXVIII. [m] Vbi condemnatus mobilia adſeruat E domi, obſeruatis quidem foribus, executor id ipſum iudici renuntiabit, qui præſente illo, aut cũ peremptorio vocato, poſtulãte quidem victore, executioni poteſtatem faciet condemnati domum ingrediendi, modò teſtes interſint.

n Imbert lib. 1. Inſt. For. c. 6. Pyrrhus inſtit. Aurelia. t. de executione inſtrumentorum.

LXIX. [n] Inſtrumentum à Pontificio tabellione confectũ, executioni mandari non poteſt, niſi iudicis regij permiſſu.

o Idem Imb. Enchiridio iuris Galliæ.

LXX. [o] Abſenti & præſenti facta cõceſſio F ex cauſa oneroſa valet in ſolidum, præſertim ſi alterutrius interſit contrahentium: [p] vt puta, ſi mihi & Titio emã, perſona Titij pro ſuperuacua accipiẽda eſt; ideóque totius fundi emptio ad me pertinet: [q] quoniam emptoris intereſt rem ſolidam emi, ne quem nolit, cogatur ſocium admittere.

p l. fundus ille. D. de contrah. empt.

q l. ſi non ſortem. §. ſi centũ. D. de condict. ind.

r Imb. d. loco.

LXXI. [r] Si ius conceſſum ſit, indiuiduum ius accreſcendi in cõtractibus admittitur: veluti ſi proprium fundum vendam: & mihi G vicinóque ſeruitutem recipiam, adiectio vicini ſuperuacua habetur, ita vt tota ſeruitus ad me pertineat, cùm ſeruitutem niſi ſibi excipere poſſit nemo: præterea non iure accreſcendi, ſed non decreſcendi, vt aiunt, alteri acquiritur per alterius repudiationem.

A

TIT. II.

De in litem iurando.

Hic titulus tribus capitibus continetur, quorum primum eſt, Quando iuretur in litem. Secundum, Qui cogantur aut poſſint iurare in litem, aut non. cuius prima pars eſt, Qui cogantur aut poſſint iurare in litem. Secunda, Qui non B *cogantur, aut non poſſint iurare in litem. Tertium caput eſt, De forma & effectu iuriſiurandi in litem.*

CAP. I.

Quando iuretur in litem.

a l. in actionibus. D. h. t.

I. [a] IN actionibus in rem, & ad exhibendum, & in bonæ fidei iudicijs in litem iuratur. Sed poteſt iudex præfinire certam C ſummam vſque ad quam iuretur. licuit enim ei à principio nec deferre. Item, & ſi iuratum fuerit, licet iudici vel abſoluere, vel minoris condemnare. Sed in his omnibus ob dolum ſolum in litem iuratur; non etiam ob culpam. Hæc enim iudex æſtimat. Planè interdum & in actione ſtricti iuris in litem iurandum eſt: veluti ſi promiſſor Bucephali equi moram fecerit; & equus mortuus ſit: quia iudex æſtimare, ſine relatione iuriſiurandi, D non poteſt rem, quæ non extat. [a] Aliâs, ſi ex ſtipulatu vel ex teſtamento agatur, non ſolet in litem iurari.

a l. aliâs. ibid.

b l. Tutor. ibi.

II. [b] Tutor rem adulti, quam poſſidet, ei reſtituere non vult. quæro, vtrũ quãti res eſt, an quãti in lité iuratũm fuerit, condẽnari debet. Marcel. reſpondit, non eſt æquũ, pretio (id eſt quãti res eſt) lité æſtimari: cùm & cõtumacia punienda ſit; & arbitrio potiùs domini pretium ſtatuendum ſit, poteſtate petitori in litem iurandi conceſſa.

c l. cum furti. ibid.

E III. [c] Cùm furti agitur, iurare ita oportet, tanti rem fuiſſe, cùm furtum factum ſit: non adijci, *eo pluriſve*: quia quòd res pluris ſit, vtique tanti eſt.

d l. pen. ibid.

IV. [d] In inſtrumentis, quæ quis non exhibet: actori permittitur in litem iurare quanti ſua intereſt ea proferri; vt tanti condemnetur reus; idque etiam Diuus Commodus reſcripſit.

e l. vlt. ibid.

F V. [e] De periurio eius, qui ex neceſſitate iuris in litem iurauit, quęri facilè non ſolet.

f l. ſi rem trad. & l. ſi fundum præſtari. D. de verb. obl.

VI. [f] Illud generaliter in omnium actionũ ordine notandum eſt, quòd iuſiurandum in litem maximè habet locum, vbi de reſtituenda re exhibenda, vel tradenda tractatur, vel etiam de præſtanda, cùm idem effectus ſit.

g l. 3. D. h. t.

VII. [g] Nummis depoſitis, iudicem non oportet in litem iuſiurandum deferre, vt iuret G quis, quanti ſua interſit nummos ſua die non reddi; cùm certa ſit nummorum æſtimatio: niſi fortè quis de eo iuret; quod ſua interfuit, nummos ſibi ſua die redditos non eſſe. Quid enim, ſi ſub pœna pecuniam debuit; aut ſub pignora, quod, quia depoſita ei pecunia abnegata eſt, diſtracta eſt?

CAP. II.

Qui cogantur aut poſſint iurare, aut non.

Prima pars.

Qui cogantur, aut poſſint iurare in litem.

h l. vulgò ib. VIII. [h] VVlgò præſumitur, alium non debere in litem iurare, quàm dominum litis. Denique Papinianus ait, aliũ non poſſe in litẽ iurare, quàm eum, qui litem ſuo nomine conteſtatus ſit.

Secunda pars.

Qui non cogantur, aut non poſſint in litem iurare.

i l. Videamus. ibid. IX. [i] Videamus in tutelari cauſa quis iurare, & aduerſus quem poſſit. Et quidem ipſe pupillus, ſi impubes eſt, non poteſt: hoc enim ſæpiſſime reſcriptũ eſt. Sed nec tutorem cogendum, vel matrem pupilli admittendam, etſi parata ſit iurare, fratres imperatores reſcripſerunt. Graue enim videbatur, & ignorantes, & inuitos tutores ſob alieni compendij emolumento etiam periurium anceps ſubire.

k d. l. §. 1. X. [k] Curatores quoque pupilli vel adoleſcentis non eſſe cogendos in litem iurare, reſcriptis Imperatoris noſtri, & patris eius, inquit Vlpianus, continetur. Si tamen tantam affectionem pupillo ſuo, vel adoleſcenti, tutores vel curatores præſtare volunt, auctoritas iuris non refragabitur, quin iudicio, quod inter ipſos acceptũ eſt, finis huiuſmodi poſſit adhiberi. Non enim ad ſuã vtilitatem iuriſiurandi æſtimatio referenda eſt; ſed ad domini, cuius nomine tutelæ ratio poſtuletur. Adoleſcens verò, iurare ſi velit, poteſt.

CAP. III.

De forma & effectu iuriſiurandi in litem.

m l. 1. D. h. t. XI. [m] Rem in iudicio deductam non idcirco pluris eſſe opinamur, quia creſcere æſtimatio poteſt, ex contumacia nõ reſtituẽtis, per iuſiurandũ in litem. Nõ enim res pluris fit per hoc, ſed ex contumacia æſtimatur vltra rei pretium;* ſiue noſtrum petimus, ſiue ad exhibendum agatur.

l ſeq.

n d. l. §. 1. XII. [n] Interdũ quod intereſt agentis, ſolùm æſtimatur: veluti cùm culpa non reſtituentis, vel non exhibẽtis punitur: cùm verò dolus, & contumacia non reſtituentis vel non exhibentis; quanti in litem iurauerit actor.

o d. l. videamus. §. deferre. XIII [o] Deferre iuſiurandum iudicem oportet. Ceterùm ſi alius detulerit iuſiurandum, vel eo delato, iuratum ſit, nulla erit religio, nec vllum iuſiurandum: & ita conſtitutionibus Imperatorum expreſſum eſt.

p l. 5. XIV. [p] Iurare in infinitum licet. Sed, an iudex iuſiurandũ ſtatuere poſſit, vt intra certã quãtitatem iuretur, ne, accepta occaſione in immẽſum iuretur, quæro. Et quidem in arbitrio eſſe iudicis deferre iuſiurandum, necne velit, conſtat. An igitur quis poſſit iuſiurandũ non deferre, & taxationem iuriiurando adijcere, quæritur. Arbitrio ſanè bonæ fidei iudicis etiam hoc congruit.

q d. l. 5. item videndum. XV. [q] Item videndum, an poſſit iudex, qui detulit iuſiurandum, non ſequi: vel etiam minoris condemnare, quàm iuratum eſt. Et magis eſt, vt ex magna cauſa, & poſtea repertis probationibus poſſit.

XVI. Ex culpa autem non eſſe deferẽdum iuſiurandum, conſtat: ſed æſtimationem à iudice faciendam.

TIT. III.

De exceptionibus aduerſus rem iudicatam.

Hic titulus ſex capitibus continetur; quorum primum eſt, De ceſſione bonorum. Secundum, De dilationibus moratoriis ſolutionis rei debitæ. Tertium, De errore calculi. Quartum, De ſupplicatione retractandi iudicij a ſuprema curia lati per præcipitationem litigatoris. Quintum, De propoſitione erroris qui in cognitione facti interuenerit in ſupremo iudicio retractandi ipſius cauſâ. Sextum, Quæ exceptiones non admittantur contra executionem rei iudicatæ.

CAP. I.

De ceſſione bonorum.

a l. vlt. D. de ceſſione bonorum. I. [a] BOnis cedi, non tantùm in iure, ſed etiam extra ius poteſt; & ſufficit per nuntium vel per epiſtolam id declarari moribus noſtris: ceſſio fieri in iure ſolet, cingulo ab eo qui bonis cedit, in humum proiecto, ac interpoſito ab eo qui cedit iureiurando, ſoluturum ſe creditoribus, ſi ad meliorem fortunam perueniat.

b l. 3. & l. qui pæniteat ibid. II. [b] Is qui bonis ceſſit ante rerum venditionem, vtique bonis ſuis non caret: quare ſi paratus ſit ſe defendere, bona eius non væneũt.

c l. qui bonis. ibid. III. [c] Is qui bonis ceſſit, ſi quid poſtea acquiſierit, in quantum facere poteſt, conuenitur.

d d. l. IV. [d] Sabinus & Caſſius putabant, eum qui bonis ceſſit, ne quidem ab aliis quibus debet poſſe inquietari.

e l. Qui bonis. d. t. V. [e] Qui bonis ſuis ceſſit, ſi modicum aliquid poſt bona ſua vendita adquiſiuit, iterũ bona eius non væneunt. Vnde ergo modum hunc æſtimabimus? vtrùm ex quantitate eius quod adquiſitũ eſt, an verò ex qualitate? Et putem, ex quantitate æſtimandum eſſe eius quod quæſiit: dũmodo illud ſciamus, ſi quid miſericordiæ cauſâ ei fuerit relictum, puta mẽſtruum vel annuum, alimentorũ nomine, non oportere propter hoc bona eius iteratò venundari. Nec enim fraudandus eſt alimentis cottidianis. Idem, & ſi vſuſfructus ei ſit cõceſſus vel legatus, ex quo tantum percipitur, quantum alimentorum nomine ſatis eſt.

f l. ſi debitores ibid. VI. [f] Si debitoris bona væniêrint, poſtulãtibus creditoribus permittitur, rurſum eiuſdẽ debitoris bona diſtrahi, donec ſuũ cõſequantur, ſi tales tamẽ facultates acquiſitę ſint debi

tori,

tori,quibus Prætor moueri poſſit.

VII. Qui fruſtrandorum creditorum cauſâ bona diſtraxerunt, vel concelarunt; extra ordinem,ac quidem in corpus pro rei qualitate puniuntur.

VIII. [h] Non poteſt quis paciſci,ne ei ceſſione bonorum vti liceat, quæ vitandi etiam carceris cauſâ introducta eſt, ac vxoris & liberorum etiam fauore.

h *Maſuerius Gallicus. t.de obligationibus & renunciationibus. Bart. tract. de carcere. Felin, in c. Diligenti. de foro comp.*

IX. [i] Pecuniæ fiſco debitæ cauſâ,ceſſio bonorum fieri non poteſt.

i *Conſt. regia*

X. [k] Penſionis ex locato prædio debitæ cauſâ,cedere bonis non permittitur.

k *Maſu.d.t. Iudicio curiæ Par. dies 25. Maij 1576.*

Imp. Alexander, Irenæo.

XI. [l] Qui bonis ceſſerint,niſi in ſolidũ creditor receperit,non ſunt liberati. In eo enim tantummodo hoc beneficium prodeſt, ne iudicati detrudantur in carcerem.

l *l.1.C.qui bonis cedere poſſunt.*

XII. [m] Is qui bellorum,incẽdij,naufragij calamitate,vel ſimili,bonis exutus eſt; ſi denuò aliquid adquiſierit in ſolidũ nõ tenebitur. Nã cùm cedenti bonis ſubuentatur, cur nõ æquè miſereri oporteat oppreſſis inopinato caſu?

m *Io.Faber in § vlt. Inſt.de actio.*

XII. Qui conueniantur,in quantum facere poſſunt,ſuprà relatum eſt.

XIV.[n] [o] Expenſarum litis cauſâ, etiã ſi de his tranſactum fuerit,cedi bonis poteſt.

n o *Iudicio curiæ Parſ. dies 4 Dec. 1576.*

CAP. II.

De dilationibus moratoriis ſolutionis rei debitæ.

Imp. Conſtantinus.

XV.[p] QVoties reſcripto noſtro moratoria præſcriptio permittitur;aditus ſupplicanti pandentur. Quod autẽ totius negotij cognitionẽ tollit,& vires principalis negotij exhaurit, ſine graui partis alterius diſpendio conuelli non poteſt. Nec præſcriptionis igitur peremptoriæ relaxatio petatur.

p *l.1.C.de precibus Imperatori offerendis & c.*

CAP. III.

De errore calculi.

XVI.[q] ERror calculi non nocet, etiamſi ſæpe ſit erratum: & etiamſi ſtipulatio interuenerit,niſi ſit iudicatum vel tranſactum. De quo Impp. Dioclet.& Maxim. Aureliano.[Errorem calculi, ſiue ex vno contractu, ſiue ex pluribus emerſerit; veritati non adſerre præiudicium, ſæpe conſtitutum eſt. Vnde rationes ſæpe computatas denuo tractari poſſe,ſi res iudicatæ non ſint,vel tranſactio non interuenit,explorati iuris eſt. Sed & ſi per errorem calculi,velut debitam quantitatem,cùm eſſet indebita, promiſiſti, condictio liberationis tibi competit.

q *C.h.t.*

XVII.[r] Sententia lata ex falſis inſtrumẽtis vel teſtimoniis reuocatur,falſo probato,& quòd iudex motꝰ fuerit ex illis, etiã præter appellationẽ iudicarit. De quo Impp. Seuerus & Antoninus ad Baſſianum reſcripſerunt [Si tabulas teſtamẽti, quas ſequutus Procõſul vir clariſſimus, ſententiam dixit, falſas dicere vis, præbebit notionem ſuam, non obſtante præſcriptione rei iudicatæ: quia nondum de falſo quæſitum eſt.]

r *l.1.C.ſi ex falſis inſtrumentis vel teſtimoniis iudicatum ſit.*

Imp. Alexander Optato.

XVIII. [ſ] Et qui non prouocauerunt,ſi inſtrumentis falſis ſe victos eſſe probare poſſunt;cùm de crimine docuerint; ex integro de cauſa audiuntur.

ſ *l.2.ibid.*

Idem Imp. Clementi.

XIX. [t] Falſam quidẽ teſtationẽ,qua diuerſa pars in iudicio aduerſus te vſa eſt, ſolito more arguere non prohiberis: ſed cauſa iudicati in irritum non deuocatur, niſi probare poteris eum qui iudicauerat, ſecutum eius inſtrumenti fidem;quod falſum eſſe conſtiterit,aduerſus te pronuntiaſſe.

t *l.Falſam. ib.*

CAP. IV.

De ſupplicatione retractandi iudicii à ſuprema curia lati per præcipitationem litigatoris.

XX. [u] HViuſmodi ſupplicationes poſt ſextum menſem à iudicio lato impetrari non poſſunt, niſi ob minorem ætatem ſupplicantis.

u *Declaratione priore Carolo 9. Regis Conſt. Molinenſis v.15.*

XXI. [x] Cùm hæ ſupplicationes impetratæ fuerint,eæ in iudicio non diſceptabuntur,ſed ad interim conſilium eius claſſis, vbi iudicata res fuerit,cognitum referetur, niſi culpa priorum iudicum arguatur. Tum enim ad aliam claſſem ſupplicatio judicanda remittetur.

x *Declaratione euſd.*

XXII. [y] Franciſci I. Regis cõſtitutione ſancitur,vt qui huiuſmodi ſupplicatione exciderint,aut reſtitutione in integrum aduerſus ſuprema iudicia,in mulctam arbitrio iudicis æſtimandam condemnentur: quæ minor eſſe non debet ea, quæ temere appellantibus infligi ſolet, & in dimidiam eius ſummæ partẽ aduerſario, aut maiorem etiam mulctam, pro rei qualitate & ſupplicantium calumnia.

y *anni 1539. verſ.127.*

XXIII. [z] Hæ ſupplicationes iudicij antè lati executionem non remorantur.

XXIV. Aduerſus ſententiam à Præſidialibus iudicibus,in cauſis, de quibus iudicare ſine appellatione poſſunt, ſupplicari libello ſine regio reſcripto poteſt:& qui ea ſupplicatione exciderint, decem Franciſcis nummis mulctabuntur.

z *Bald in l. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imp offer. Iudicio curiæ Par. dies 11. Decem. 1540. Bodinus in conſt. regias anni 1539. ver. 127 & 135.*

CAP. V.

De propoſitione erroris qui in cognitione facti interuenerit in ſupremo iudicio,retractandi ipſius cauſa.

XXV. [a] CAuſæ erroris à ſupplicum libellorum in regia præfectis approbari debent, viſis litis principalis inſtrumentis, antequam reſcriptum de iis regium impetretur.

a *Conſt Franciſci I Reg.an. 1539.v.135.*

XXVI. [b] Qui proponere errorem volent, deponere ducentos & quadraginta Franciſcos nummos Pariſienſes apud acta debent victori aduerſario ac fiſco applicandos.

b *Conſt eiuſd. Reg.v.136.*

XXVII. Duplicari iudicum numerus in iudicio propoſiti erroris debet, qui in priore iudicio interuenerit.

a Iudicio curiæ Pariſ. die 22. Decemb. 1538. & alio 13. April. 1539.
f Conſt. Henrici 3. conuentuum Blæſenſiũ anni 1579. verſ. 246.
g Caroli 9. cõſtit. Molinenſi verſ. 18.

XXVIII. e Ex iiſdẽ actis quæ producta in principali cauſa fuerint, de errore hoc iudicari debet.

XXIX. f Qui ſupplicatione, quam ciuilẽ vocant, exciderit; proponere errorẽ contra iudicium principale, nec contra eandem ſupplicationem, poteſt.

XXX. g Noua conſtitutione proponi error contra ſuprema Præſidialium iudicum iudicia nõ poteſt; licèt antea permiſſum id fuerit.

CAP. IV.

Quæ exceptiones non admittantur contra executionem rei iudicatæ.

XXXI. EXceptio peremptoria poteſt opponi ante ſententiam, nõ poſtea, niſi ope reſtitutionis in integrum ratione minoris ætatis. *Saly.* Peremptorias exceptiones omiſſas in initio, antequam ſententia feratur, C opponi poſſe, perpetuum edictum manifeſtè declarat. Quòd ſi aliter actum fuerit, in integrũ reſtitutio permittatur. Nam iudicatum contra maiores annis viginti quinque, nõ oppoſitæ præſcriptionis velamento, citra remedium appellationis reſcindi non poteſt.

Impp. Diocl. & Maximianus, Vlpiæ.

h l. vlt. C. de errore aduocatorum.
i l. d. ibid.

XXXII. h Sententiis, finita negotia, reſcriptis reuocari nõ oportet. Nec enim quæ cõſtituta ſunt, id eſt, vt aduocatorũ error litigatoribus D non noceat, tibi etiã opitulari poſſunt, cùm te præſente, neq; cauſæ palàm ex continenti, id eſt triduo proximo, contradixiſſe: neque poſt ſententiam appellationis remedio (ſi tibi hæc diſplicebant) vſam eſſe proponas. i Ea enim, quæ aduocati præſentibus his, quorum cauſæ aguntur, allegant, perinde habenda ſunt, ac ſi ab ipſis dominis litium proferantur.

TIT. III.

E Quarum ſententiarum executionem non remoretur appellatio.

a Cõſt. Caroli 8. v. 51.

I. a SEntentiæ fiduciariæ de alimẽtis, medicamentis quæ vulneratis conceduntur, à regiis iudicibus latæ executioni mandantur, non obſtantibus interceſſionibus, abſque tamen earum præiudicio.

b d. Conſt.

II. b Statuimus, vt ſententiæ fiduciariæ quæ à iudicibus regiis de dotibus promiſſis, aut repetitione earũ ferentur, datione tutorum, F inuentarij bonorũ confectione, bonorũ interdictione prodigis aut dementibus factæ, refectione pontium & viarum, ſalario famulorum, quod tres annos non excedat, fiduciarij executioni mandentur; tametſi ab iis appellatũ fuerit, aut interceſſio interuenerit; abſq; tamen controuerſiæ principalis iudicio, cautione à famulis, qualem præſtare poterũt, interponenda.

c Iudicio curiæ Pariſ. dies 4. Martij & 13. Maij 1578.
d Conſt. Henrici 2. anni 1552.

G III. c Sententiæ fiduciariæ ſeparatim à definitiua ſententia ferri debet. Quidã iudices cumulare has ſententias ſolent, quo fiduciariæ ſententiæ executioni interim mãdẽtur, donec de principali à ſupremis iudicib9 cognitũ fuerit.

IV. d Iudicia Præſidialium iudicũ, quæ quingẽtos Frãcicos nummos non excedent, aut de reA ditu annuo non excedẽte decẽ Frãcicos nummos, executioni mandari tam quod ad principalem cauſam attinet, quàm litis expenſas, cautione tamen à victore interponenda, de reddendis quæ acceperit, ſi à ſupremis Curiis eæ ſententiæ infirmatæ fuerint.

e Conſt. Caroli 9. Regis Ianuario menſe lata verſ. 9 1563.

V. e Quibus ſolutio fiduciaria indicta fuerit, cautione à victore interponenda, deponere pecunias apud acta vel locupletes mercatoB res, aliósve idoneos ciues cogentur, ſi de cautione iuſtáne ſit ac ſufficiens cõtrouerſia ſit.

VI. Sententiæ à regiis iudicibus, quorum appellationes rectà ad ſupremas curias deuoluũtur, nõ excedentes viginti quinq; Francicos in ciuilibus cauſis: & in criminalibus, quadraginta; executioni mandantur, non obſtante appellatione.

f g Conſt. Henrici 3. anni 1559. in conuentibus Blæſenſibus v. 62.
h Conſt. Caroli 9. Regis Mol. v. 52.
i Prima declaratione. v. 71.
k l Conſt. Caroli 7. anni 1453. Franciſ. 1. 1529. v. 4. & anni 1535. c. 16. v. 13. & 14. & anni 1540. v. 43.

VII. f g Sẽtentiæ Pontificiorũ iudicũ fiduciariæ, quæ 25. Frãcicos nũmos nõ excedũt, executioni mandantur, cautione interpoſita.

IX. h Hypothecæ ius in bonis condemnati cõpetit à die pronũtiationis iudicij à ſuprema Curia lati: Item à die ſentẽtiæ cõfirmatæ ſupremo iudicio in Normania, à tempore in ius vocationis, litíſque conteſtatæ.

X. k l Iure ciuili Romano, ante definitiuã ſententiam prouocare nõ permittitur. Iure Gallico, ſi ſentẽtia interlocutoria præiudicium principali cauſæ non afferat, aut reparari per deD finitiuam ſentẽtiam interlocutio poſſit, procedere ad vlteriora iudex poteſt, nec cõmemorati reſcripta de appellatione proſequẽda debent, niſi curia, partibus auditis aliter ſtatuerit.

m Conſt. Frãciſci 1. Regis anni 1539.

XI. m Sententiæ de fiduciaria rei immobilis poſſeſſione latæ à iudicibus, (quorũ appellationes ad ſupremas curias rectà deuoluuntur) ac de reſtitutione rei controuerſæ, executioni mandantur, non obſtante appellatione, ſi E de conſilio ſex Aduocatorum ferantur.

n Conſt. Ludouici 12. Regis anni 1519. verſ. 72.

XII. n Sententiæ, quibus mulcta viginti Francicos nummos non excedens, cuiquam irrogata fuerit, executioni mãdantur, tametſi prouocatum ab eis fuerit cautione à victore interponenda, non etiam à regio Quæſtore.

o Conſt. Frãciſci 1. Regis anni 1539. v. 20.

XIII. o Sentẽtiæ in cõtumaces latæ, cõprobata ab actore petitione, executioni mãdantur, non obſtante appellatione, & abſque eius præiudicio.

F

TIT. IV.

De auctione rerum immobilium debitoris.

a Conſt. Franciſci 1. Regis anni 1539. v. 76.

I. a TRitici debiti, leguminorũq; cauſâ ex cõtractu, vel re iudicata, auctio prædiorũ fieri poteſt, tametſi æſtimatio earũ tentũ facta nõdũ fuerit, quæ ab actis ea de re ab actuario confectis, ex relatione mercatorũ, G qui per ſingulas hebdomadas renuntiare debent, petenda eſt.

b Conſt. Franciſci 1. Regis anni 1539. ver. 77.
c Conſt. Henrici 2. 1552. art. 1.

II. b Cum res immobiles auctioni ſubiiciuntur, apparitor venire in rem præſentẽ debet. Itémq; regiæ manui ſubiectã declarare c rerũ prehenſarum facta particulatim in libello mentione contractus, reive iudicatæ,

cuius

cuius cauſâ executio fiat: teſtéſque conuocate, réſque penes ſequeſtrũ deponere: túncq; moribus ei rei cõtrariis derogatur;* ac debet apparitor libellum, ac renuntiationem de eo quod geſſit ad templi veſtibulum illius loci, vbi ſitæ res quæque fuerint, proponere.

d. conſtit. v.

d. conſt. verſ. 2. III. [d] Sequeſtri res depoſitas locare publicè & per auctionem debent, partibus ad eam rem conuocatis, ac conductores perferre in eorum domos penſiones tenentur; & res in ſuo ſtato conſeruare: iidémque ſequeſtri expenſas à ſe factas debent curare à iudice taxari.

d conſt. IV. [e] Cum auctio fit, & creditorum debita examinantur, iudicium ferri definitiuum vel fiduciarium de his debet.

V. Factis ſubhaſtationibus, curare creditor debet, vt à iudicibus ac cauſidicis eius fori vbi fiunt comprobetur; ac ritè factæ pronuntientur; eiúſque rei literæ appendi iudicio ſubhaſtationis debent.

f g Iudicio curiæ Par. die 14. Martij 1554. l. ſi ob cauſam iudicati C. de euict. VI. [f g] Is qui res auctioni ſubiici poſtulauit, ſolemniter auctionem factam & ſubhaſtationes ritè factas defendere tenetur.

h Conſt. 85. VII. [h] Actis rei per auctionẽ adiudicatæ ſubhaſtationes inſeri integræ nõ debent: ſed breuiter commemorari: vt aliis in cauſis fieri aſſolet.

i d. conſt. v. 6. VIII. [i] Si quis alius, quàm cuius nomine res auctioni ſubiicitur, ei intercedat, de ea re ante omnia cognoſci ac iudicari debet: ac de reditibus, quibus res captæ & ſubiectæ auctioni ſunt obnoxiæ.

CAP. II.

De auctione rerum immobilium ſecundùm legem municipalem Normaniæ.

k l. municipali Normaniæ v. 546. IX. [k] In vim chirographi à debitore agniti, rei iudicatæ ſentẽtia, quæ condemnationẽ cõtinuerit; contractus à Tabellione notario ve confecti, prædia, reditus & res immobiles debitoris, vel quæ eius fuerunt, prehendi poſſunt earũ auctionandarũ cauſâ poſt interpellatum debitorẽ præſentẽ, vel ad eius ædes, aut ipſius hæredem, de ſoluenda re debita.

l d. l. mun. ver. ſeq. X. [l] Libellus apparitoris de renuntiatione cõtinere debet fines, ac viciniam prædiorum prehẽſorũ, ſi ea ſint clientelaria, & nõ mobilia: & ea prędia publicè poſſideri quadraginta dies debent, poſtquam pręhenſa ea fuerint.

m verſ. 548. XI. [m] Cum in prædia manus regia iniicitur, creditor pretium offerre debet, aut reditum pecunia redimibilem in quodcunque prædium.

n verſ. 549. XII. [n] Apparitor manum prædio iniiciẽs, ſequeſtris locupletibus committere debet, ac eorum reſponſum libello ſuæ renuntiationis inſerere, ſigno ipſorum comprobatum.

o verſ. 550. XIII. [o] Sequeſtri autem locare per auctionem prædia debent apud eum iudicem propinquiorem prædiis ſubhaſtationi ſubiectis: ac curare ſuarum expenſarum ab eo fieri taxationem.

p verſ. 551. XIV. [p] Et ſi ij qui prædia priòs conduxerint, ſequeſtri deligantur, tenebuntur in penſionẽ, quaſi res depoſita apud eos, auctore iudice, fuiſſet.

XV. [q] Tertius eorum prædiorum emptor poſſeſſione non eiicitur, dum auctio perficitur, ſi ſe reſtituturum fructus caueat, quando de hypothecis pronuntiabitur. q verſ. 552.

XVI. De fructibus ab iniecta manu in prædia ſtatui debet antequam de pretio principali prædiorum agatur. r verſ. 553.

XVII. [ſ] Poſtquam quadraginta dies à tempore iniectæ in prædia manus effluxerint, tribus diebus Dominicis continuis proclamari auctio debet poſt Miſſæ ſolennia eius loci, vbi prædia ſita fuerint, cõuocatis tribus teſtib⁹ ab apparitore, & aliis quàm iis quibus vti in renũciationibus ſuis ſit ſolitus, qui teſtes ſingulas proclamationes comprobare ſigno ſuo appoſito debent. ſ verſ. 554.

XVIII. [t] Quod ſi templa ſint extra Normaniam, proclamationes prædictæ apud mercatum propiorem prædiis præhenſis, fieri debebunt. t verſ. 555.

XIX. [u] In ſingulis proclamationibus apparitor obligationes, contract⁹, res iudicatas, quorũ cauſa auctio fiat, publicè recitare debet, ac prædiorũ fines deſignare: & pretiũ, quo creditor emere ſingula prædia velit, edicere. u verſ. 556.

XX. Apparitor renuntiationem prædiorum auctioni ſubiectorum affigere debet ad portas templi, ad quod prædia ſita fuerint, vel ad poſtes maiores fori venalium rerum, mercatúſve propiorum.

XXI. [x y] Proclamationes commemoratas adferri ad iudicia ordinaria debent, ac eædem ab apparitore ac teſtibus approbari, ac recitata iniecta manu, inſtrumentis ac cæteris ſolemnibus, ritè perfecta omnia declarari à iudice debent, de ſeptem ad minimum cauſidicorum conſilio, commemorato iudice: eáque atteſtatio referri in actum publicum ſeparatim debet. xy verſ. 558.

XXII. [z] Subſequente die ordinario iuridico huius atteſtationis, adiudicanda prædia licitatori maioris pretij pronũtiabuntur in dãnum debitoris, ac abſentium omnium, & eorum qui non interceſſerint auctioni, diéſque licitationi poſtremæ facienda ad proximiorem diem iuridicum ſtatuetur. z verſ. 559.

XXIII. [a] Auctiones & ſubhaſtationes fieri debẽt diebus iuridicis continuis, ac ſeſe inuicẽ ſubſequentibus: & ſi dies iuridicus quiſquam intercedat, creditor, qui prædia auctioni ſubiecerit, totam rem retexere, ac auſpicari denuò debebit: nec expenſas pecunias in id quod antè geſſerit, conſequetur. a verſ. 562.

XXIV. [b] Prædia nobilia ſeu patronalia auctioni ſubiici poſſunt debitæ rei cauſâ, ex obligatione, re iudicata, cõtractu authentico & inſtrumentis executoriis, cuiuſcunque ſummæ debitum extiterit. b verſ. 561.

XXV. [c] Poſtquã ritè debitor de ſolutione interpellatus fuerit, aut eius ſucceſſores; aut mobilia proferre executionis in ea faciendæ cauſâ, prædium nobile ſeu patronale manui regiæ ſubiicietur ad tres vſque menſes ab iniecta manu, cùm quadraginta dies c verſ. 562.

ei res olim ſufficerent, & ſequeſtris ea prædia eodem modo quo ignobilia committentur.

d verſ. 563. XXVI. [d] Creditor qui prædinm patronale ſubiicit auctioni, vnicū pretium imponere ei prædio debet; cùm olim æſtimatio à nobilib⁹ ac architectis prædiis huius conditionis fieri ſoleret: cuius loco pretium prædictum ſurrogatum eſt, ac æſtimatio prædicta de conſenſu legatorum populi abrogata.

e verſ. 549. XXVII. [e] Cum prædio patronali manus iniicitur, creditor prædij fines, ac numerū, ædificia, ſyluas, reditus, ac cætera iura in iudicio proferre debet; & quibus in paroechiis ſita quæque ſint.

f verſ. 563. XXVIII. [f] Prædij prehenſi debitor aut poſſeſſor fieri certior debet, aut tutores ei dati, ſi minor is fuerit, atque euocari ad eam rem in iudicium debent.

g verſ. 566. XXIX. [g] Iidémqæ intra qoadraginta dies proximos declarare debent, an quid in dicta renuntiatione ſit omiſſum, vel error aliquis interuenerit, vt quod amplius vero renuntiatū fuerit, tollatur; vel quod defuerit, adiiciator. Quod niſi intra dictos quadraginta factū erit, renuntiatio prædicta rata erit, nec impugnari ab eo, cuius prædium auctioni ſubiectum fuerit, vllo modo poterit; ne per appellationem quidem.

h verſ. 567. XXX. [h] Quod ſi licitatori maius pretinm offereoti addicta res fuerit, ac poſtea ſolarium patrono debitum comperiatur omiſſum, aut res alia, quæ prædij ſit patronalis, aut ei connumeretur; eius proprietas penes debitorem manebit, aliúmve poſſeſſorem: ſed ea res in clientela patronalis prædij remanebit, iis rebus obnoxia aſtrictáqne, quibus priùs fuerat.

i verſ. 568. XXXI. [i] Etſi ea pars omiſſa per auctionē, alióve modo poſtea veneat, patronalis prædij dominus redhibere eam poteſt; ac omnibus hæredibus ac cognatis & gentilibus præferetur; nec laudimia ex prima illa venditione percipiet.

k verſ. 569. XXXII. [k] Tribus exactis menſibus, apparitor ordinarius diebus tribus Dominicis continuis, ac ſeſe inuicem ſubſequentibus, in exitu Miſſarum ſolennium paroechiarū eorum locorum, qnouſqne prædium illud patronale extenditur, tribus proclamationibus vtetur connocatis ad id, ac præſentibus tribus ad minimum teſtibus, aliis quàm quibus in ſuis renuntiationibus vti ſolet, qui ſigno appoſito, ſingnlas eas proclamationes comprobabunt, eáſque cum deſignatione prædij, rerúmque ad id pertinētium, & pretij quo creditor licitatus illnd fuerit, ad poſtes templorū vbi prædium ſimm fuerit, apponet; aut ad poſtes proximioris mercatus.

verſ. 570. XXXIII. [l] Quod ſi paroechiæ tanto inter ſe ſpatio diſtent, vt idē apparitor trinis illis proclamationibus ac denuntiationibus eodē die ſufficere non poſſit: ex confici ab aliis apparitoribus poterunt, ac ſofficiet ſingulas eſſe factas tribus dictis diebus Dominicis, ac in vltima denunciatione euocentur ad iudi- A cium ij qui rem ad ſe pertinere exiſtimabūt, ad vnum eúmque diem iuridicū proximiorē iis denunciationibus. Et apparitores qui iis denunciationibus intererunt, aliis in paroechiis, quàm vbi prætorium ædéſve patronales ſitæ fuerint, deſcribere contractus, obligationes, réſque iudicatas, quo iure auctio fiet, titè debebunt, præſente ad eam rem notario, ſeu Tabellione.

XXXIV. Confectis prædictis denun- B tiationibus, apparitor eorum rennntiationē in conuentus iuridicos, (quos Seſſiones ſeu Aſſiſias vocant) quæ in ſingolos quadraginta dies cōuocari ſolēt, adferet, cōuocatis, ac pręſentibus teſtib⁹ quibus vſus fuerit; ac ſolemnia auctionis comprobari à cauſidicis eius fori debebunt, ad ſex numero, iudice in iis adnumerato, cuius atteſtationis ſeparatim ab actuario actum dabitur.

m n verſ. 572. C XXXV. [m n] Proximis iuridicis conuentibus prædium licitatoti, qui maius pretium offeret, addicetur, in damnum eius, in cuius prædiū iniecta manus fuerit, & abſentium quotumcunque, ac item eorum qui auctioni non interceſſerint.

o verſ. 573. XXXVI. [o] Si vnà cum prædio patronali in fundos clientelares iniecta manus fuerit, eorum auctio eodem fieri modo poterit: nec infirmari ea res poterit.

p verſ. 574. D XXXVII. [p] Ei, qui maius pretium obtulerit fundi, addicetur fundus ptimis conuentibus iuridicis, ſi prædium nobile auctioni ſubiectum fuerit; aut iuridicis diebus ſecundis iudicis inferioris (quem Vicecomitem vocitant) ſi prædium ignobile fuerit; & proferre pretinm qnò addictum ei prædium fuerit, in iudicium debebit, vt id creditoribus diſtribuatur: ac omninò id pretium repręſentati debebit, nec cā rem remittere licitatori E iudex poterit, etiamſi creditores, & qui auctioni interceſſere, id fieri concedant; alioqui licitator prędictus, reditus annuos, qui effluxerint, ac quod intereſt perſoluet ſuo nomine ad æſtimationem decimę partis annuę totius ſortis, donec dictum pretium repręſentatum fuerit.

q verſ. 575. XXXVIII. [q] Pecuniæ expēſæ à creditore in auctionem, laudimia patrono debita, & F ſolaria patronalia cæteris debitis præferuntur.

r verſ. 576. XXXIX. [r] Iniici manus in prędia, in quæ priùs iniecta fuerit, non poteſt.

ſ verſ. 577. XL. [ſ] Si creditor, qui rem auctioni ſubiecerit, ſit cæteris creditoribus anterior, eiúſque crediton non fuerit interceſſum, pretium proferre in iudiciū non tenetur, ſed eius obligationes pro conſignato pretio habebuntur.

t 578. XLI. [t] Addictio prædij per auctionem ſolaria patronalia antiquáque non extinguit, ta- G metſi ij quibus debentur non interceſſerint auctioni, ſed penſiones annuas tantūmodò domini eorum ſolariorum amittunt in eam vſque diem, quo petita ea fuerint: ac poſtremus licitator ea repetere à poſtremis creditoribus, quibus adiudicata pecunia fuerit, poterit.

XLII. [u] Æſti-

Digitized by Google

a 579. XLII. [a] Æſtimatio ſolariotum pattonalium, quæ pretiũ imminuit rei ſubiectæ auctionis, fit vicies teditu annuo duplicato, ſi is pecuniarius fuetit: at ſi aliis in ſpeciebus, veluti tritici aut leguminum; ad æſtimationem pretij cõmunioris quinquennij præcedentis.

b verſ. 580. XLIII. [b] Munera apparitorum, ſi prædia annexa habeant, vel non, eodem modo iiſdémque ſolemnibus auctioni ſubiici debét, quo prædia oobilia, in territorio, in quo ea præcipoè exercentur: eadémque ratio eſt in cætetis publicis munetibus, quæ vendi conceditur.

c verſ. 585. XLIV. [c] Ij quibus addicta prædia in auctione fuetint, ipſas denuntiationes auctionis, ac ſolemnia auctionis retinere poterunt, relicto apud actuarium deſcripto earum rerum.

XLIV. Iudex qui pecunias cteditotibus diſtribuit, ſolutionem iis factam inſerete obligationis margini, aut dorſo contractus debet ſigno ſuo appoſito, eámque ſolutionem curare comprobati à creditore ſuo ſigno: quo facto obligationes infirmabuntut, ac delebuntut in Notariotum actis, & ſolutio earum facta ſcribetur.

d verſ. 590. XLV. [d] Si debitores hæredes non ſe offerant, hac forma ſunt cõuocandi. Nempe apparitor domum defuncti debitoris adire debet, quam tempore quo deceſſit incolebat: ac à vicinis die Dominica inquirere an quis pro hærede defuncti ſe getat: & ſi quis ſit, ad diem certam ac competentem in iudicium eum euocabit. Et ſi nullus reperiatut qui pro hærede ſe gerat, appatitot indefinitè ac generalitet hæredes defuncti ad iudicium euocabit; idque deounciabit iis qui domũ, quam defunctus incolebat, inhabitabũt, ſi qui reperiãtut: alioqui viciniseius domus, & in Miſſæ maioris exitu die Dominico: eóſque hæredes quadrageſimo die iuridico inſequenti, ſiſtete ſe in iudicio ptæcipiet, & aliis iuridicis diebus ordinariis ac extraotdinatiis cum eremodicij comminatione: idque omne in libellum ſuæ tenuntiationis referet, teſtéſque, qui hia rebus adfuerint, ei libello inſeret, quem libellum deſcriptum affiget poſtibus prædictæ domus, necnon templi eius parrœchiæ. Et daobus edictis conuocari, eo modo quo dictum eſt, hæredes prædicti debent, & ſecundo edicto tribus hebdomadibus à priore conuocari; quibus ita petactis, prædia defuncti maius ptetium offerenti addicentur, & omnis auctio perficietur.

e verſ. 591. XLVI. [e] Si is qui euocari in iudicium debet, extra Normaniam moretur, euocari in loco tei controuerſæ debebit in actionibus in rem, aut eius qualitatem ptæferentibus. Idque ita factum, die Dominico in exitu miſſæ patrœchiæ publicè ab apparitore denuotiari. Quod cùm fit, intetuallum inter diem denuntiationis, & quo ſiſtere ſe abſens iubebitur, obſeruati quadraginta dierum debebit, eo non annumerato die, quo ad iudicem euocabitur, quibus quadraginta diebus exactis, eremodicium conttahetur.

XLVII. [f] Si litigator euocatus in iudiciũ fuerit, ac per Aduocatum & procutatorem iudicio adfuetit, ſufficiet eos aduocatos & procuratores ad omnia acta conuocare, niſi cùm teſtes conuocantur; qua in re ipſi litigantes conuocari debent, aut ea tes ad eorum domum denuntiari. f verſ. 592.

XLVIII. [g] Et ſi litigator domicilium in Notmania non habeat, aduocatum vel procutatorem conuocare ſufficiet, dilatione ei conceſſa certiorem ea de re litigatotem faciendi. g verſ. 593.

XLIX. [h] Quòd ſi debitor minor annis fuerit, ſufficiet cteditori tutotem interpellare, vt mobiles tes profetat executionis faciendæ causâ: nec perquiſitio earum rerum erit neceſſaria: aliâs tutor intra diem quindecimũ, quo intetpellatus fuerit, tenebitur ſummatim tationes accepti impenſiq; in res minoris edere, cum comminatione periculi ac damnorum quæ ex ea re cootingere poterunt, eóque tempore elapſo, iniici manus in ptædia minoris poterit, auctióque eorum perfici ſine alia vlla interpellatiooe tutori facienda. h verſ. 594.

L. [i] Quod ſi tutot debitot minori reperiatur, intra quindecimum diem repræſentate quod minori debebit, tenebitur; alioqui eo tempore exacto, ſine alia interpellatione creditor ſubiicete minoris ptædia auctioni potetit. Idémq; ei licebit, ſi tutor per editas ab eo tationes nihil debete minori reperiatut, indemnitate minori reſetuata, ſi tutot concelaſſe minoris pecunias conuincatur, aot ſua die debita non exſoluiſſe. Quod obtinebit in auctionibus quæ inſequenti fieot tempore. i verſ. 595.

LI. [k] In diſcuſſione bonorum mobilium, pecuniæ, quæ ex eotum venditione redactæ fuerint, creditoribus antiquioribus diſtribuentur, ſed qui ea vendenda per auctionem curaoerit, expenſas in eam tem pecunias aufetet, cæteriſque creditoribus præfetetur. k verſ. 596.

TIT. V.

De appellationibus.

I. [a] Appellationum teſcripta, vel literæ dirigi ad eos iudices debent, qui de appellatione cognoſcere primò debent. a Conſtit. Caroli VIII. 1490. verſ. 12. & 13.

II. [b] Sententiarũ tamen appellationes quibus infligi reo criminis quæſtio decernitur, rectà ad Curias diriguntur ſuptemas. b Conſtit. Caroli V. anni 1538.

III. [c] Qui appellant à decreto quo ſeſe ſiſtete iudicio dicendæ cauſæ de crimine causâ, eorũ appellationes non tecipiuntur priuſquàm præſentes ſeſe ſtiterint. c Conſtit. Fräciſci I. Reg. anno 1539. verſ. 5.

IV. [d] In litibus & controuerſiis quæ ſcriptis ſunt diſceptatæ, litigantes, cùm ius ſibi de appellatione dici vtrique poſtulant, appellantes, deſignare qua in re læſos ſeſe conqueruntur à iudicibus, à quibus appellant, debent. d d. Conſtit. c. 7. verſ. 9 & cap. 16. verſ. 18.

V. [e] Appellationes verorum contumarium e d. Conſtit. verſ. 37.

non recipiuntur niſi de contumacia dubitatio intercedat.

Cōſt.1.d. Reg.

V I. ᶠ Appellare tanquam ab abuſu licet, ſi Sacerdotia cootra conſtitutiones, & Canonica decreta, Conciliáve Eccleſiaſtica collata fuerint.

A V I I. ᵍ Qui tanquam ab abuſu appellarunt, etiamſi ab appellatione deſiſtāt; in mulctam tamen condemnantur.

g Cōſtit. Henrici III. 1579. verſ. 2.

Quarum ſententiarum executionem non remoretur appellatio, ſuprà relatum eſt.

IVRIS CIVILIS ROMANI GALLICIQVE CERTO ORDINE ARTIFICIOSE DIGESTI,

LIBER XXXI.

TIT. I.

De publicis iudiciis; & qui accuſare, vel accuſari poſſunt, aut non; & apud quos.

Hic titulus tribus conſtat capitibus; quorum primum eſt, Qui accuſare poſſunt, aut non. Secundum, Qui accuſari non poſſunt.

CAP. I.

Qui accuſare poſſunt, aut non.

a l. 1. D. de accuſationibus & inſcriptionibus.

I. ᵃ NON eſt permiſſum mulieri publico iudicio quenquam reum facere, niſi ſcilicet parentum, liberorúmve mortem perſequantur.

b l. iniuriarū. D. de iniurijs & famoſis libellis.

c Imbertus lib. 3. Inſtit. Forēſ. cap. 1.

d l. Vxor. C. Qui accuſ. poſſ.

e l. Qui crimē. ibid.

f Iudicio curiæ Pariſ. dies 3 Iun. 1536.

II. ᵇ Iniuriarum actio neque hæredi, neque in hæredem datur.

III. ᶜ Etſi ſecundùm ius commune ᵈ mulier admittatur ad vindicandam conſobrioi ſui necem; ᵉ ac vnuſquiſque ſuam iniuriam poſſit perſequi: ᶠ tamen apud nos, ſi quia de cuiuſdam nece cum eius vxore tranſegerit, ipſius defuncti conſanguineus aut cognatus in remotiore gradu, non admittitur ad inſtituendam de eo crimine accuſatiooem, eo ſcilicet nomine, vt tanquam legitimus habeatur aduerſarius, atque quicquam ei ex cauſa, quòd eius interſit, adiudicetur: ſed recipitur ſolummodo ad denuntiandum, vt quilibet extraneus: eique, ſi vincat, ſola litis præſtantur impendia. Nam etſi contumelia illata cuidam è conſanguineis, omnes eos contingat, adeò vt in cauſa de ea mota non ſint idooei teſtes, ᵍ tamen ciuilis iniuriatum actio nulli eorum competit, niſi offenſo.

g Bar. in l. lex Cornelia D de iniur. & Felin in c. literas de præſumpt.

h Imbert. d. c. D. in Auth Itaque. C. Communia. de ſucceſſ.

i Imbert. d. c.

IV. ʰ Hæc autem actio in defuncti eſt hæreditate, quæ ad coniunctos ex vtroque latere, non etiam ad eos qui ex vno tantùm contingunt, defertur.

V. ⁱ Atqui ex ſtatuto, vbi mobilia, réſque ſoli à defuncto fratre acquiſitę obueniūt fratribua conſanguineis, iiſdémque vterinis; iis

A ſolummodo competit hæc actio, aliíque fratrea, ſiue conſanguinei, ſiue vterini duntaxat ſint, ea ſubmouētur, ſi cum aliis ſit tranſactum. Nam cùm hæc actio ad vindictam pecuniariam ſpectet, perinde quaſi pecunia computatur inter mobilia: * iudicatur ſi quidem actio ſecundùm eius naturam, ad quod datur.

** glo. & Pal. Caſtr. in l. 1. C. ſi aduerſ. trāſ.*

k l. vni. C. Quādo ciuilis actio criminali præiudicet: & an vtraque ab eodē exerceri poſſit.

** l. Neganda. C. Qui accuſare non poſſunt.*

B VI. ᵏ In criminalibus publicis & in priuatis delictis ciuilis actio intentata de re familiari, non tollit criminalem; nec contrà.

VII. * Neganda eſt accuſatis, quis non ſuas ſuorúmq; iniurias proſequuntur, licētia criminandi in pari vel minori crimine, priuſquàm ſe crimine, quo premuntur, exuerint, ſecundùm ſcita veterum iuris conditorum.

CAP. II.

Qui accuſari non poſſunt.

l l. Si pœna. D. de pœn.

C VIII. ˡ SI pœna alicui irrogatur, receptum eſt commentitio iure, ne ad hæredes tranſeat; cuius rei illa ratio videtur, quòd pœna conſtituitur in emendationem hominum: quę mortuo eo, in quem conſtitui videtur, deſinit.

m l. Ex iudiciorum. D. de accuſ. & inſcr.

IX. ᵐ Ex iudiciorum poblicorum admiſſia, non aliàs tranſeunt aduerſus hæredes pœnæ D bonorum ademptionia, quàm ſi lis conteſtata, & condemnatio fuerit ſecuta; excepto repetundatum & maieſtatis iudicio: quæ etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum eſt, adhuc exerceri placuit, vt bona eorum fiſco vindicentur: adeò vt Diuus Seuerus & Antoninus reſcripſerint, ex quo quis aliquod ex his cauſia crimen contraxit, nihil ex bo-

nis ſuis alienare eum poſſe. Ex cæteris verò delictis, pœna incipere ab hęrede ita demùm poteſt, ſi viuo reo accuſatio mota eſt, licèt non fuerit ſecuta condemnatio.

n l. 1. D. de priu.del.

X. [n] Ciuilis conſtitutio eſt, pœnalibus actionibus hæredes non teneri, nec cæteros quidem ſucceſſores: idcircò nec furti conueniri poſſunt. Sed quamuis furti actione non teneantur, attamen ad exhibendum actione teneri eos oportet, ſi poſſideant, aut dolo fecerint, quominus poſſideant. Sedenim & vindicatione tenebuntur, re exhibita. Item condictio aduerſus eos competit.

o p l. Iniuriarum D. de iniur.

XI. [o p] Iniuriarum actio neque hęredi, neque in hæredem competit: vt & ſupra relatum eſt.

q l. Querela C. ad leg. Corn. de Falſ.

XII. [q] Querela falſi temporalibus præſcriptionibus non excloditur, niſi viginti annorum præſcriptiooe, ſicut cætera ferè crimina.

r l. Crimen. D. de pœnis.

XIII. [r] Crimen, vel pœna paterna nullam pœnam filio infligere poteſt. Nam vnuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubiicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur.

Imperatores Arcad. & Honorius.

ſ l. Sancim us. C. de pœn.

XIIII. [ſ] Sancimus ibi eſſe pœnam vbi & noxia eſt. Propinquos, notos, familiares procul à calumnia ſubmouemus, quos reos ſceleris ſocietas non facit. Nec enim affinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur ſuos teneant auctores: nec vlteriùs progrediatur metus, quàm reperiatur delictum. Hoc ſingulis iudicibus intimetur.

t l. Eum qui nocentem. D. de iniur.

XV. [t] Eum, qui nocentem infamauit, non eſt bonum & æquum, ob eam rem condemnari. Peccata enim nocentium nota eſſe expedit. Sed eo iure Normani non vtuntur: nec cæteræ, vt exiſtimo, prouinciæ Galliæ: ſed ea res fidei Procuratoris regij committitur.

Imperatores Valentinianus & Valens.

u l. vn. C. de emẽdat. propinq.

XVI. [u] In corrigendis minoribos, pro qualitate delicti, ſenioribus propinquis tribuimus poteſtatem; vt quos ad vitæ decora domeſticæ laudis exempla non prouocant, ſaltem correctionis medicina compellat. Quòd ſi atrocitas facti ius domeſticæ emendationis excedat, placet enormis delicti reos dedi iodicum notioni.

x l. Impunitas. C. de pœn.

XVII. [x] Impunitas delicti propter ætatem non datur, ſi modò in ea quis ſit, vt in quam crimen quod inteoditur, cadere poteſt.

CAP. III.

De criminibus notioni regiorum iudicum attributis.

y Imbert. lib. 3. Inſtit. Forenſ. cap.

XVIII. [y] PRimùm ſi publica fides, tutelàque, in quam à regio iudice quis receptus ſit, violetur. Deinde ſi coactâ hominum turbâ vis præparata, datáque opera armis inferatur. Item ſi de quouis læſæ maieſtatis capite quæratur, aut de falſa moneta, aut de falſo inſtrumento à regiis tabellionibus confecto: itémque ſi quid aduerſus regias peccetur conſtitutiones; præterea ſi iuriſdictionis regiæ præfecti in commiſſo munere gerendo perperam verſati fuiſſe dicantur, vel ſi hi in exequenda ſua functione offendantur; vel ſi qui ab his iuſſi publicè poſſidere prohibeantur, ſiue probris tantùm laceſſantur, ſiue plagas aut colapha accipiant. Quod quidem ad eos quoque producitur, qui Regis iuſſu in aulam ad colloquium eius accerſuntur, ſi in itinere aut Principis comitatu contumeliam patiantur. Poſtremò vbi ex elogio vim armis factam indicante, poſſeſſionis recuperandæ interdictum inſtituitur, regij iudicis cognitioni id competit.

z Idẽ Imbert. d lib. c. 8.
* Ioan. Galli quæſt. 172. in 3. not.

XVIX. [z] De priuilegiariis criminibus non niſi apud regios iudices tractare licet: * hinc efficitur, vt quamuis ſacerdos, ſeu ſacris initiatus, quem clericum vocant, à delicto communi per iudicem Pontificium ſit abſolutus, poſſit tamen à regio iudice de priuilegiario crimine puniri. Duo enim crimina in ſcelere eodem ab his commiſſo numerantur, vnum quod ordinarium ſeu commune vocant, vt homicidium; alterum priuilegiarium, vt vis armis illata.

TIT. II.

De ratione & forma iudicij publici, ſeu quæſtionis criminalis.

I. IVdex ex officio, vel Regio procuratore poſtulante, aut accuſatore, de crimine inquirit, teſtéſque interrogat: & pro qualitate criminis reum cauſam dicere, atque ob eam rem ſeipſum iudicio ſiſtere decernit, vel in carcerem detrudit.

Carolus IX. *Rex.*

II. Vt faciliùs vis rebellium, & eorum qui iudicum decretis iuſsiſque non obediunt, compeſcatur; ſancimus vt ex ſimplici renunciatione libelli apparitoris comprehenſa, quæ pręſentibus facta ſit teſtibus, liceat iudicibus aduerſus huiuſmodi rebelles decernere, vt iudicio ſeſe ipſimet pręſentes ſiſtant, dicendæ proprio ore cauſę gratiâ: & cùm res poſtulare videbitur, eos interrogatos in vincula conijci iubere.

c Conſtit Caroli VII. Regis anno 1443.

III. [c] Decreta iudicum, quibos reos criminum ſiſtere ſeſe pręſentes apud ſe iubent, vel in carceres conijci, exequi apparitores debent, tametſi ab iis decretis appelletur.

d Conſtit Caroli VIII Regis anno 1493.

IV. [d] Qui decretis, proprio ore cauſam dicere iuſſi ſunt, eorum appellationes non recipiuntur, donec eiſdem decretis paruerint.

e Cõſtit. Henrici II. Reg. anno 1549. verſ. 10.

V. [e] Eorum item qui à decretis eiuſmodi appellant, quę à regiis iodicibus emanarũt, delictorum à ſui territorij incolis, vel in eodem territorio admiſſorum causâ, appellationes non recipiuntur, prętextu etiam incompetentię iudicum, ita tamen vt liceat

reis eiuſmodi, cùm ſe iudicio præſentes ſtiterint, poſtulare ad ſuos iudices remitti: neque iudicibus ſecretò reſeruare ſibi licet, vt cum prædicti ſeſe præſentes ſtiterunt, in vincula dedantur.

VI. [f] Quos reos criminis iudex ſiſtere ſe præſentes dicendæ cauſæ cauſâ decreuerit, ante in carcerem dedi, relaxari minimè poſſunt, niſi audito regio Procuratore.

VII. [g] Qui de crimine interrogantur, per ſe cauſam dicere compelluntur: nec eis aduocatorum aut procuratorum aliorúmve vti conſilio licet: ac Commentarienſes ad eos admittere vllos prohibentur, qui eos inſtruant aut doceant quid reſpondere eos oporteat.

VIII. [h] Si regius procurator rei reſponſa ad eius condemnationem ſufficere perſpiciat, ea communicari accuſatori debebit: qui ſi ius dici ex confeſſis poſtulet, aut accuſator, ſcripto poſtulatum mandabunt: quibus reus mittendi criminis rationes ſcriptis mandabit; quò ſententia detur quę æquo bonóque congruet.

IX. [i] Si iudicium ferri ex rei confeſſione non poſſe videatur, ſed teſtes reúmque inuicem componi debere, & audiri vtroſque præſentes neceſſe ſit; repeti teſtes priùs ſeparatim à reo debebunt, iureiurando ab eis exacto, ac tum præſentes vtrique ſiſti: poſtea reus interrogari debebit an reprobare teſtes velit: quo eodem momento, ac nulla ei conceſſa dilatione declarare debebit: ac ſi teſtes reprobentur, de reprobationis cauſis erunt interrogandi; tum demùm eorum reſponſa reo recitari, cùm priùs admonitus fuerit à iudice reprobationes illicò edendas, nec poſtea vllas admitti ad eas poſſe.

X. [k] His rebus confectis, iudex peritos iuris conuocabit: ac cum his diſpiciet num reus quicquam propoſuerit quod ad tuendam eius innocentiam, minuendúmve crimen pertineat: & an reprobationes teſtium admittendæ videantur: quòd ſi æquum iudicabitur, ea ſingula excerpet, ac reum impellet, vt teſtes, quibus contra probare velit, edat ac proferat: quos vbi nominauerit, eos iudex ex eius officio, vel procuratore regio poſtulante, conuocabit; ac de his quoſque interrogabit; [l] certâ pecuniæ ſummâ definita, quam reus accelerandæ rei cauſa deponere apud actuarium poterit.

XI. [m] Iudices contexere quæſtiones criminales poſſunt, ſi etiam procuratori regio non communicata.

XII. [n] Si quæſtione habita, teſtimonia non ſufficere ad condemnationem rei videantur, regij iudices ciuiliter de re agi decernent, ac litigantes in iudicio audient, præſentibus etiam eorum aduocatis & procuratoribus, & de iis quod æquum bonúmque videbitur, ſtatuent. Attamen ſi nouæ probationes ſuperueniant, ad quæſtionem extra ordinem habendam reuerti iudex poterit.

f Conſtit. Caroli VII. Reg. anni 1443. verſ. 16.

g Conſtit. Caroli VIII. Reg. verſ. 1436.

h Conſtit. Ludouici XII. Regis anni 1498. verſ. 108.

i Conſtit. Franciſci I. Regis anni 1536. verſ. 15. & 16. & conſtit. anni 1539. verſ. 17.

k d. Conſtit. d. Franciſci I. Reg. anni 1539. verſ. 158. & 159. & verſ. 20.

l Conſtit. Caroli IX. Regis Declaratione Conſtitutionis Molinſis verſ. 6.

m Conſtit. einſdem Caroli IX. edita in comitiis Aurelianenſ. verſ. 64.

n Conſtit. Ludouici XII. Regis anni 1498. verſ. 114.

TIT. III.

De quæſtionibus ſeu tormentis.

Ludouicus Rex Diuus nuncupatus.

I. [a] PErſonas honeſtas, vel bonæ famæ, etiamſi ſint pauperes, ex dicto vnius teſtis ſubiici tormentis vel quæſtionibus inhibemus: ne ob metum conſiteri falſum, vel ſuam vexationem redimere compellantur.

II. [b] Iudicium vnumquodque qualecunque ſit, per duos teſtes probari debet, vt ad inſligendam quæſtionem quicquam valeat: [c] nec iudicia ſufficiunt, niſi ſemiplenam probationem efficiant. Et plura iudicia per teſtes ſingulares probata non ſunt coniungenda.

III. [d] Tot quendi non ſunt innocentes, nec liberi homines propter teſtimonium vacillans: neque etiam quamuis nocentes, impuberes, prægnantes.

IV. [e] Moribus Franciæ reatus omnem dignitatem excludit, nec dignitas vllum quæſtione eximit.

V. [f] Sacerdotes etiam torqueri poſſe apud nos obtinuit, præſertim in iudicio apud Pôtifices moto.

VI. [g] Quæſtioni reus non ſubditur, niſi crimen ſupplicium mereatur capitale: [h] Pœnam tamen pecuniariam ex vehementiſſimis indiciis licet inferre.

VII. [i] Mulier in cauſa publica teſtis eſſe poteſt.

VIII. [k] Quęſtioni fidem non ſemper, nonnunquam tamen habendam, conſtitutionibus declaratur. Etenim res eſt fragilis, & periculoſa, & quæ veritatem fallat. Namque pleríque patientia, ſiue duritiâ tormenta ita contemnunt, vt exprimi ab iis veritas nullo modo poſſit: alij tanta ſunt impatientia, vt quoduis mentiri, quàm pati tormenta velint. Ita fit vt etiam vario modo fateantur, vt non tantùm ſe, ſed alios criminentur.

IX. [l] Prætetea inimicorum quæſtioni fides haberi non debet, quia facilè mentiuntur: nec tamen prætextu inimicitiarum detrahenda erit fides quæſtioni: cauſáque cognitâ, habenda fides, aut non habenda.

X. [m] Si qui vltrò de maleficio fateantur, non ſemper eis fides habenda eſt. Nonnunquam enim, aut metu, aut aliqua de cauſa in ſe confitentur.

XI. [n] De minore quatuordecim annis quęſtio habenda non eſt, vt & Pius Imperator reſcripſit.

XII. [o] Vnius facinoris plurimi rei ita audiendi ſunt, vt ab eo primùm incipiatur, qui timidior eſt, vel teneræ ætatis videtur.

XIII. [p] Quæſtioni modum imponere iudicum eſt arbitrari.

XIIII. [q] Poſtquam reus tormentis ſubditus fuerit, eius dicta confeſſiuneſque repeti ei extra locum tormentorum debent interuallo viginti quatuor horarum interpoſito,

a Conſtit. anni 1274. Bar. in l. 1. D. de quæſtionibus. l. ſi quis. C. ad leg. Iuliam maieſt. Maſuerius h. t. nu. 12. Papo. lib. 24. arreſt tit. 9. arr. 2. Imbertus lib. 3. Inſtit. Forenſ. c. 13. Contra Bartoli ſententiam in l. vlt. D. h. t. qui ex teſtimonio vnius citraſſum delictum aſſeuerantis reum ſubdi poſſe tormentis cenſet.

b Hippolitus Marcillus in l. Vnius. §. teſtes. nu. 2. & in l. de minore. §. plurib. D. h. t. glo. communiter approbata in l. vlt. D. Fa. erciſc.

c Bar. in l. ſi quis. nu. 2. C. Ad leg. Iul. maieſt.

d Veſembec. D. h. t.

e Tiraquellus h. t. Idem more lius Neapol. Math. Aflict. in c. ſi voluerit. t. de Capitaneo qui curiã vend. Bal. tract. de pœn. Cauſa 31. nu. 16.

f Imbert. Inſtit. Forenſ. lib. 3. c. 13. in ann. Contra opinionem Guidonis Suſani Mantuani, tract. de torment.

g Idẽ Imbert. d. cap.

h Paul. Caſtr. in l. vlt. C. de prob.

i Idẽ Imbert. d. c. Contra ius Pontificum in cap. Forus de verb. ſign.

k l. 1. D. h. t.

l Ibid.

m d. l. § ſi quis vltrò.

n l. De minore. D. h. t.

o l. Vnius. ibid.

p l. Quæſtioni. ibid.

q Io. Butrigar. in l. 2. C. de cuſto. reor.

ſ Nam

[e] Nam etſi confeſſio in tormentis ſacta, ad condemnationem non ſufficiat, quaſi meto extorta, tamen ea vis purgatur, quando extra tormentorum locum eiuſmodi confeſſio liberè renouatur.

XV. [f] Reus euidentioribus argumentis oppreſſus, repeti in quæſtionem poteſt ſi in tormẽta animum corpúſque obdurauerit, * ſed ſi noua indicia non emerſerint, repeti quæſtio nullomodo poterit.

Franciſcus I. Rex.

XVI. [g] Si per quæſtionem de crimine magis non liqueat, nec reus ſatis conuictus ſit criminis, volumus ac ſtatuimus ad eius abſolutionem procedi, quod attinet ad accuſatoris perſonam, & partes vtrinque in iudicio audiri ſuper ſarciende reo iniuria: & ſi res expoſcat, ciuiliter ae de re agi.

e l. in prin. D h. t.
f l. Vnius §. 1. ibid.
g Conſtit. Ludouici XII Regis anno 1498. verſ 114. Conſtit. anno 1539. ver. 164.

TIT. IV.
De pœnis.

I. [a] PErſpiciendum eſt iudicanti, ne quid aut duriùs, aut remiſſiùs conſtituat, quàm cauſa depoſcit. Nec enim aut ſeueritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt: ſed perpenſo iudicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Planè in leuioribus cauſis proniores ad lenitatẽ iudices eſſe debent: in grauioribus pœnis, ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi.

II. [b] Qui ſententiam laturus eſt, temperamentum hoc teneat, vt non priùs capitalem in quempiam, ſeuerámque ſententiam promat, quàm in adulterij, vel homicidij, aut maleficij crimine, aut ſua confeſſione, aut certè omnium qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in vnum conſpirante, concordantéque, rei finem conuictus ſit; vt vix etiam ipſe, quæ commiſerit, negare ſufficiat.

III. [c] Interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt potiùs quàm exaſperandæ.

IV. [d] De ſuſpicionibus non debere aliquẽ damnari, Traianus reſcripſit. Satius eſt enim impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari.

V. * Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius ſubleuande erit. Sic enim cõſtitutum eſt, non eodem modo puniẽdos eos, qui longo tempore in reatu agunt, quàm eos qui in recenti ſententiam accipiunt.

VI. [e] Delinquunt perſonæ, aut propoſito, aut impetu, aut caſu. Propoſito delinquunt latrones, qui factionem habent. Impetu autem, cùm per ebrietatem ad manus & ad ferrum venitur. Caſu verò, cum venando telo in feram miſſo hominem interfecit.

VII. [f] Eorum qui in reatu diem ſuum functi ſunt, ſi nõ perduellionis cauſam ſuſtinuerunt, nec ob metum criminis mortem ſibi conſciuerunt, bona ad ſucceſſores tranſmittuntur.

VIII. [g] Cogitationis pœnam nemo meretur; vt & ſuprà relatum eſt.

a l. Perſpiciendum. D. h. t.
b l. Qui ſententiam. ibid.
c l. pen. ibid.
d l. Abſentem. D. h. t.
* l. ſi diutino. ibid.
e d. l. Perſpiciendum.
f l. Poſtea C. de bon. eorũ qui mort. ſibi conſc.
g l. Cogitationis d. t.

IX. [h] Mandatis principalibus quæ Præſidibus dantur, cauetur, ne quis perpetuis vinculis damnetur: idque etiam Hadrianus Imperator reſcripſit. Pontificij tamen iudices in ſuos ea pœna quandoque vtuntur.

X. [i] Iudicium & ſententia lata in reũ ſummo ſupplicio damnatum, ſtatim eadémque die mandari executioni debent, ac res in acte ab actuario referri.

XI. Si quis fortè, ne ſupplicio afficiatur, dicat ſe habere quod Principi referet ſalutis ipſius cauſâ, an remittendus ſit ad eum, videndum eſt. Et ſunt plerique Præſidum tam timidi, vt etiam poſt ſententiam de eo dictam, pœnam ſuſtineant, nec quicquam audeant: alij omninò non patiuntur tale allegãtes: Nonnulli neque ſemper, neq; nunquam remittunt; ſed inquirunt quidnam ſit quod allegare Principi velint: quidque pro ſalute ipſius habeant dicere: poſt quæ aut ſuſtinent pœnã, aut non ſuſtinent; quod videtur habere mediam rationẽ. Ceterùm, mea fert opinio, prorſus eos non debuiſſe, poſteaquam ſemel damnati ſunt, audiri, quicquid allegent. Quis enim dubitat eos eludendæ pœnæ cauſâ ad hæc decurrere, magiſque eos eſſe puniendos qui tandiu conticuerunt? Nec enim rem tanti momenti tandiu reticere debuerunt.

XII. [k] [l] Iudex ſi reum obiecti criminis minimè compertum perſpiciat, re deliberata, non protinus eum abſoluet: at comperendinabit potiùs, cuſtodiáque ſoluet: ac rem ordinarie deinceps cognitione pronũtiabit tractandam. Quocirca litis ſtatum inficialiter conſtituet, iubebitque vt accuſator actionem ſuam; reus viciſſim depulſionem, exceptionémque oppoſitam tum teſtimoniis, tum tabolis oſtendet. Subinde in reliquo diſceptationis tractu eadem accommodabitur ſtructura, atque ſi de re actum eſſet pecuniaria.

XIII. [m] Apud inferiores tamen curias, ſi crimen probatum non ſit, relaxari à carcere reus ſolet. eique in expenſas litis condemnari aduerſarios, atque damnum acceptum ignominiámque ſarcire.

XIIII. [n] Prægnantis mulieris conſumẽdæ damnatæ pœne differtur, quoad pariat. Ego quidem, & ne de ea quæſtio habeatur, ſcio obſeruari quandiu prægnens eſt.

XV. [o] Generaliter placet in legibus publicorum iudiciorum, vel priuatorum criminũ, qui extra ordinem cognoſcunt, præfecti vel Præſides, vt eis qui pœnam pecuniariam egentes eludunt, coercitionem extraordinariã inducant.

Impp. Gratianus, Valentin. & Theod.

XVI. Si vindicari in aliquos ſeueriùs cõtra noſtram cõſuetudinem, pro criminis intuitu iuſſerimus, nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnam, aut excipere ſentẽtiam: ſed per dies triginta ſuper ſtatu eorũ ſors & fortuna ſuſpenſa ſit. Reos ſanè excipiat, vinciátq; cuſtodia, & excubiis ſolertibus vigilanter obſeruet.

XVII. [p] Supremæ Pariſienſis curiæ [q] iudicio pronuntiatum eſt, comperendinationem ſeu relaxationem, quę poſt litem criminalem

h l. Incredibile. C. h. t.
i Conſtit. Ludouici XII. Regis anno 1498. verſ. 118.
k l Imbert. Lib. 3. Inſtit. Forẽſ. cap. 14. Conſtit. Ludouici XII Reg. verſ. 103. & 104.
m Imbert. d. c.
n l. 3. D. h. t.
o l. 1. §. 1. ibid.
p Imbert. ibid. in annot. in fi.
q l. Dies 23. Aug. 1537.

perfectam ſit, etiam datis à reo vadibus, vim habere definitiuæ ſententiæ: nec alia opus eſſe abſolutionis definitiua ſententia, & accuſatum damna ex illa lite accepta poſtulare poſſe.

XVIII. [f] Fideiuſſores iudicio ſiſtendi cauſâ obligati, continuò lata definitiua ſententia liberantur: vel ſi ab eo fuerit appellatum, niſi fideiuſſores promiſerint, toties quoties ſtatutum fuerit, accuſatum repræſentare, [t] quia tum poſt ſententiam quoque repræſentare coguntur: [u] idcirco iudices noſtrates accuſatum ita ſemper reatu ſoluunt, vt fideiuſſores priùs det, qui toties, quoties ſtatutum erit, illum repræſentare teneantur: cuiuſmodi fideiuſſores non liberantur per ſententiam definitiuam.

f Imbert. d.c. in yſdem anno. Bal. in addit. ad Specul. t. de appell. l. pen. D. iudic ſolui. & in l. ſi à reo. §. illud. D. de fideiuſ.
t Felin. in c. in omni. de teſtib.
u Imbert. d.c. in ann.

XIX. [x] Obligatio huiuſmodi fideiuſſorum ad hæredes non tranſit niſi in certam quantitatem fideiuſſerint. [y] Quapropter iamdiu receptum eſt, vt nunquam reus comperendinetur, niſi fideiuſſoribus in certam pecuniam datis. Quanquam hi non ſolùm iudicio ſiſti, ſed etiam iudicatum ſolui cauere ſolent.

x Hippol. Marſilius ſing. 15.
y Imbert. in d. ann.

XX. [z] Si quis regium Procuratorem clam, vt plurimùm fit, inſtiget, quamuis apertè id non declarauerit, ſi accuſatus abſoluatur, perinde inſtigator & expenſarum & damnorum accuſatori obligatur, ac ſi principaliter litem mouiſſet. Verùm ea condemnatio non profertur ex iiſdem illis actis: ſed opus eſt aliam litem ea de re aduerſus inſtigatorem moueri: [ſ] vt in ſimili re de tutore qui calumnioſam litem pupilli nomine inſtituit, traditur.

z Idem Imber. d. lib. 3. Inſtit. For. cap. 1. Auferius Deciſ. Toloſana 7.
ſ Io. Faber in l. non eſt ignotũ. C. de adm. tut.

XXI. [t] Deportatorum in inſulam ab eo cui id faciendi ius erat, bona fiſco vindicantur: relegatorum autem non, niſi ſententiâ ſpecialiter adempta fuerint.

t l. Deportatorum. C. h. t.

TIT. V.

De furtis.

I. [a] FVrtum eſt contrectatio rei fraudulosa lucri faciendi cauſâ, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſioniſve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere.

a l.1. D. h. t.

II. Furtorum genera duo ſunt, manifeſti: nec manifeſti. Manifeſti pœna eſt in quadruplum, non manifeſti in duplum.

III. [b] [c] Cuius interfuit non ſurripi, is actionem furti habet. Sed [d] tum is cuius intereſt, furti habet actionem, ſi ex honeſta cauſa intereſt. [e] Itaque fullo qui curanda poliendáve veſtimenta accepit, ſemper agit: præſtare enim cuſtodiam debet. Si autem ſoluẽdo non eſt; ad dominum actio redit. Nam qui non habet quod perdat eius periculo, nihil eſt.

b c l. Cuius. ibid.
d l. Tum is. ibid.
e l. Itaque. ibid.

IV. [f] Sed furti actio malæ fidei poſſeſſori non datur, quamuis intereſt eius rem nõ ſurripi; quippe cùm periculo eius res ſit. Sed nemo de improbitate ſua conſequitur actionem: & ideo ſoli bonæ fidei poſſeſſori, non etiam malæ fidei furti actio datur.

f d. l.

V. [g] Hæredem furti agere poſſe conſtat. Executio enim quorundam criminum hæredibus data eſt.

g d. l. 1. §. 1.

VI. [h] Qui iumenta ſibi commodata longiùs duxerit, alióve modo iis vſus ſit, furtum facit.

h l. Qui iumenta d. t.

TIT. VI.

De termino moto.

I. [a] TErminorum auulſorum non mulcta pecuniaria eſt, ſed pro conditione admittentiũ coërcitione trãſigendum.

a l. 1. D. h. t.

TIT. VII.

Ad legem Iuliam de vi priuata.

I. [a] HAc lege tenetur, qui cõuocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberetur, pulſaretur: neque homo occiſus ſit.

a l. 2. D. h. t.

II. [b] Si quis aliquẽ deiecit ex agro ſuo, hominibus congregatis ſine armis, vis priuatæ poſtulari poſſit.

b l. Si quis aliquem. D. h. t.

III. [c] Creditores, ſi aduerſus debitores ſuos agant, per iudicem, id quod ſibi deberi putant, repoſcere debent. Alioqui ſi in rem debitoris ſui intrauerint, id nullo alio concedente, Diuus Marcus Imperator decreuit, ius crediti eos non habere. Verba decreti hæc ſunt: [Optimum eſt, vt, ſi quas putes te habere petitiones, actionibus experiaris. Interim ille in poſſeſſione debet morari, cùm petitor es. Et cùm Martianus diceret, Vim nullam feci: Cæſar dixit, Tu vim putas eſſe ſolùm, ſi homines vulnerentur? Vis eſt & tunc, quoties quis id, quod ſibi deberi putat, non per iudicem repoſcit. Non puto autem nec verecundiæ meæ, nec dignitati tuæ conuenire quicquam iure non facere. Quiſquis igitur mihi probatus fuerit, rem vllam debitoris, non ab ipſo ſibi traditam, ſine vllo iudice temerè poſſidere, eámque ſibi ius in eam rem dixiſſe; ius crediti non habebit.]

c l. vlt. ibid.

III. [d] Si creditor ſine auctoritate iudicis res occupet, hac lege tenetur: & tertia parte bonorum multatur, & infamis fit.

d l. vlt. ibid.

TIT. VIII.

Ad legem Iuliam de vi publica.

I. [a] HI qui ædes aut villas expilauerint, effregerint, ſi quidem in turba cum telo fecerint, capite puniuntur.

a l. pen. D. h. t.

TIT. IX.

De circulatoribus.

I. [a] IN circulatores qui ſerpentes circumferunt, ſi cui ob eorum metum damnũ datũ eſt, pro modo admiſſi actio dabitur.

a l. 1. D. de extraordinarys criminibus.

TIT. X.

De iniuriis & famoſis libellis.

Impp. Valentinianus & Valens.

I. SI quis famoſum libellum, ſiue domi, ſiue in publico, vel quocunq; loco ignarus repererit: aut corrumpat prius q̃ alter inueniat; aut nulli confiteatur inuentũ. Si verò

non ita-

non ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit,
vel igni conſumpſerit,ſed vim earum mani-
feſtauerit, ſciat ſe quaſi auctorem huiuſmodi
delicti capitali ſententiæ ſubiugandum.
II. [a] Regiis conſtitutionibus famoſos li-
bellos excudere vetatur: & eoſdem vendere
vel ſpargere,eiſque qui hoc fecerint, fuſtium
ſupplicium indicitur: ſi id denuò admiſerint,
capitale ;ac iubentur omnes qui hos libellos
babent corrumpere.

a Conſtit. Caroli 9. anni 1561. menſe Januar. verſ. 13. & Molinenſi 1566.

TIT. XI.

Si quis imperatori maledixerit.

Imppp. Theodoſius, Arcadius & Honorius Rufino præfecto prætorio.

I. [b] SI quis modeſtiæ neſcius,& pudoris
ignarus, improbo petulantiq; ma-
ledicto nomina noſtra crediderit laceſſenda:
ac temulentia turbulentus obtrectator tem-
porum noſtrorum fuerit,eum pœnę nolumus
ſubiugari: neque durum aliquid nec aſperum
volumus ſuſtinere: quoniam ſi id ex leuitate
proceſſit, contemnendum eſt; ſi ex inſania,
miſeratione digniſſimum; ſi ab iniuria, remit
tendum. Vnde integris omnibus ad noſtram
ſcientiam referatur, vt ex perſonis hominum
dicta penſemus:& verùm prætermitti,an re-
quiri debeant,cenſeamus.

b l. Vnica C. d.t.

TIT. XII.

Ad legem Iuliam peculatus:& de ſacrilegis,& reſiduis.

I. [c] LEge Iulia peculatus cauetur,ne quis
ex pecunia ſacra,religioſa,publicáve
auferat; néve intercipiat; néve in rē ſuā ver-
tat,niſi cui vtique licebit:néve quis in aurum,
argentum,æs publicum quid indet, néve im-
miſceat;néve quo quid indatur,immiſceatur,
faciat ſciens dolo malo,quo id peius fiat.
II. [d] Lege Iulia de reſiduis tenetur,qui pu-
blicam pecuniam delegatam in vſum ali-
quem retinuit,neque in eam conſumpſit.
III. [e] Peculatus pœna,aquę & ignis inter-
dictionem,in quam hodie ſucceſſit deporta-
tio,continet. Porrò qui in eum ſtatum dedu-
citur,ſicut omnia priſtina iura, ita & bona a-
mittit
IV. [f] Seuerus & Antoninus Imperatores
reſcripſerunt,res priuatorum, ſi in ædem ſa-
cram depoſitæ, ſurreptæ fuerint; furti actio-
nem,non ſacrilegij eſſe.
V. [g] Sacrilegi capite puniuntur.Sunt autem
ſacrilegi qui publica ſacra compilauerunt.
VI. [h] Publica iudicia peculatus, ac de reſi-
duis,& repetundarum,ſimiliter aduerſus he-
redem exercentur:nec immeritò,cùm in his
quæſtio principalis ablatæ pecuniæ moueа-
tur.

c l.1 D.h.t.
d l. 2. ibid.
e l.3 ibid.
f l. Diui. ibid.
g l. Sacrilegi ibid.
h l.Vlt.ibid.

TIT. XIII.

De annona.

I. [i] LEge Iulia de annona pœna ſtatuitur
in eum qui contra annonam fecerit,
A ſocietatémve coierit,quò annona carior fiat.
II. Conſtitutione regia ſegetes imma-
turæ, virides, ſolo cohærentes, & nondum
collectæ,emi prohibentur.

i l.1.D.h.t.

TIT. XIV.

De crimine ſimoniæ.

Henricus III. Rex.

B I. [k] ARchiepiſcopos & Epiſcopos iu-
bemus ſine vlla diſſimulatione
aduerſus quoſcunque Eccleſiaſticos ſimoniæ
crimen vindicare, ac pœnis indictis per ſa-
cros Canones Decretáque coercere. Itém-
que iudices noſtros Dioeceſum præfectos,in
reos & participes eiuſdem criminis iuſtas
pœnas decernere: ac curate vt Curiones ſa-
cris admonitionibus, ac diris imprecationi-
C bus,& communione ſactorum interdicendo
compellant eos qui quid de hoc crimine no-
uerint,indicare.

k Conſtit. anni 1579. in cōuentibus Bleſenſibus lata verſ.21.

TIT. XV.

Ad legem Corneliam de falſis.

I. [l] VBi falſi examen inciderit, tunc a-
cerrima fiat indago argumentis,
teſtibus,ſcripturarum collatione,aliiſque ve-
D ſtigiis veritatis;nec accuſatori tātùm quęſtio
incumbat, ſed inter vtramque perſonam ſit
iudex medius.

l l. Vbi falſi C.h.t.

Franciſcus I. Rex.

II. [m] Cùm falſi crimen aduerſus inſtru-
menta,vel literas obiicitur, ſi aduerſarius il-
lis ſe vti velle in iudicio profeſſus ſit, accuſa-
tor intra triduum rationes atque argumenta,
quibus falſa inſtrumenta aſtruat,apud actua-
E rium proferre debet, [n] vt iudicetur eáne ſuffi-
ciant, nec ne: ac ſi ſufficere videbuntur,
aut admitti debere, de his haberi quæſtio-
nem,decernet ac inquiret: & prout poſtulare
res videbitur, in vincula conlici reum iube-
bit,& per ſe ſuóque ore cauſam dicere: litém
que hanc inſtar aliorum publicorum iudi-
ciorum contexet.
III. [o] Quid ſit falſum quæritur. Et videtur
id eſſe, ſi quis alienum chirographum imite-
F tur,aut libellum,aut rationes intercidat, vel
deſcribat; non qui aliàs in computatione vel
ratione mentiuntur.
IV. [p] Qui duobus in ſolidum eandem rem
diuerſis cōtractibus vēdidit, pœna falſi coër-
cetur: & hoc Adrianus Imperator conſtituit.
V. [q] Is qui aperuerit viui teſtamentum, le-
gis Corneliæ pœnâ tenetur.
VI. [r] Is qui depoſita inſtrumenta apud a-
lium ab eo prodita eſſe aduerſariis ſuis dicit;
G accuſare eum falſi poteſt.
VII. [ſ] Si quis legatum ſibi adſcripſerit, te-
netur pœnâ legis Corneliæ, quamuis lega-
tum inutile ſit. [t] Conſtitutionibus tamen
principalibus cauetur, vt ſi teſtator ſpecia-
liter ſubſcriptione ſua declarauerit, dictaſſe

m Conſtit. d. Regis menſis Aug. 1539. ca. 1.verſ.7.
n d. cap.verſ. 8.
o l. Quid ſit falſum.D.h.t.
p l. Qui duobus ibid.
q l. 1. § Is qui aperuerit. ibid.
r d.l.§.Is qui depoſita.
ſ l. Si quis legatum.d.t.
t l. Diuus § 1. ibid.

ſeruo alicuius, vt domino eius legatum ab heredibus daretur, id valere: nec generalem ſubſcriptionem teſtatoris valere: aduerſus ſenatuſconſulti auctoritatem, & ideò legatum, pro non ſcripto habendum.

VIII. [a] Falſi pœna coercentur & qui ad litem inſtruendam aduocatione, teſtibúſve pecuniam acceperunt; obligationem, pactionem fecerunt, ſocietatem inierunt: & vt aliquid eorum fieret, curauerunt.

a l. Falſi pœna. ibid.

IX. [b] Si quis patris ſui teſtamentum aboleuerit, & quaſi inteſtatus deceſſiſſet, pro herede geſſerit; atque ita diem ſuum obierit; iuſtiſſimè tota hæreditas paterna heredi eius eripietur.

b l. ſi quis patris. ibid.

X. [c] Falſi nominis vel cognominis adſeueratio, pœna falſi coercetur.

c l. Falſi nominis. ibid.

XI. [d] Cum falſi reus ante crimen illatum, aut ſententia dictum vita decedit, ceſſante Cornelia, quod ſcelere quæſitum eſt, hæredi non relinquitur.

d l. Cum falſi. ibid.

XII. [e] Eum, qui celauit vel amouit teſtamentum, committere crimen falſi, publicè notum eſt

e l. Eum qui. C. h. t.

XIII. [f] Qui falſas tabulas dixerit, nec obtinuerit, ad defuncti iudiciū aſpirare nō poteſt.

f l. Qui falſas. ibid.

XIV. [g] Impulerem in hoc edictum incidere, dicendum non eſt: quoniam falſi crimine vix poſſit teneri cùm dolus malus in eam ætatem non cadit.

g l. Impuberem D. h. t.

XV. [h] Iure ciuili Romano pœna falſi, vel quaſi falſi, deportatio eſt, & omnium bonorum publicatio.

h l. 1. §. pœna ibid.

Franciſcus I. Rex.

XVI. [i] Sancimus, vt omnes qui falſa inſtrumēta cōfecerint, aut falſi teſtimonij in iudicio commiſſi, conuicti fuerint, ſummo ſupplicio afficiantur: tametſi non ita ſeuerè hactenus cum eis actum fuerit, ac legibus & Conſtitutionibus contrariis derogamus.

i Conſtit. anni 1531 Argēthami lata.

Idem Rex.

XVII. [k] Quæſtores omnes qui apochas falſas confecerint, recenſitorum militum rationes, ſuſpendio guláque fracta finire vitam iubemus.

k Cōſtit apud Caſtellū Briātianum lata 1532. Verſ. 5.

Imp. Alexander.

XVIII. [l] Satis apertè parentum meorum reſcriptis declaratum eſt, cùm morandæ ſolutionis gratiâ, à debitore falſi crimen obiicitur; nihilominus, ſalua executione criminis, debitorem ad ſolutionē compelli oportere.

l l. 2. C. h. t.

XIX. [m] Si falſos codicillos ab his, contra quos ſupplicas, factos eſſe contendis, non ideò accuſationem euadere poſſunt, quòd ſe illis negent vti. Nam illis prodeſt inſtrumenti vſu abſtinere, qui non ipſi falſi machinatores eſſe dicuntur, ſed quos periculo ſolus vſus aſtrinxerit. Qui autem compoſitis per ſcelus codicillis, in ſeueritatem legis Corneliæ inciderunt, non poſſunt, defenſiones eius recuſando, crimen euitare.

m l. Si falſos ibid.

TIT. XVI.

De falſa moneta.

I. [n] Lege Cornelia cauetur, vt qui in aurum vitij quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos conflauerit, falſi crimine teneri.

n l. lege. D. ad leg. Corn. de falſ.

II. [o] Iure ciuili Romano quicunque nummos aureus partim raſerint, tinxerint, vel finxerint; ſi quidem liberi ſint, ad beſtias dantur; ſi ſerui, ſummo ſupplicio adficiuntur.

o l. Quicūque ibid.

III. [p] Qui falſam monetam percuſſerint, ſi id totum efformare noluerunt, ſuffragio iuſtę pœnitentiæ abſoluuntur.

p l. qui falſam ibid.

TIT. XVII.

De crimine ſtellionatus.

I. [q] Diſſimulanter rem aliquam pignorans pluribus ſucceſſiuè, tenetur crimine ſtellionatus. De quo Imp. Alexander Alexandro. [Improbum quidem & criminoſum fateris, eaſdem res pluribus pignoraſſe, diſſimulādo in poſteriore obligatione, quòd eædem alij pignori tenerentur. Verùm ſecuritati tuæ cōſules, ſi oblato omnibus debito, criminis inſtituendi cauſam peremeris.

q l. 1. D. h. t.

II. [r] Stellionatus actio inter crimina publica non habetur.

r l. 3. ibid.

TIT. XVIII.

Ad legem Iuliam repetundarum.

I. [ſ] Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias quas quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, miniſteriόve publico cepit, vel ex cohorte eorum. Excipit lex à quibus licet accipere: à ſobrinis propioribus gradu, cognatis ſuis.

ſ l. 1. D. h. t.

II. [t] Eadem lege tenentur qui ob denuntiandum vel non denuntiandum teſtimonium pecuniam acceperit.

t l. eadem lege. ibid.

III. [u] Hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur: & plerunque vel exilio puniuntur: vel etiam duriùs prout admiſerint. Quid enim ſi ob hominem necandum pecuniam acceperint; vel licèt non acceperint, calore tamen inducti interfecerint, vel innocentem, vel quem punire non debuerunt? Capite plecti debent, vel certè in inſulam deportari, vt plerique puniti ſunt.

u d. l. §. ſolz.

TIT. XIX.

Arborum furtim cæſarum.

I. [x] Sciendum eſt eos qui arbores, & maximè vites cæciderint, etiam tanquam latrones puniri.

x l. 2. D. h. t.

TIT. XX.

De raptis in incendio: ruina naufragio: rate, naue expugnata.

II. [y] De incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata Prætor ait in eum qui ex incendio, ruina, naufragio rate, naue expugnata quid rapuiſſe, recepiſſe dolo malo, damnive quid in his rebus dediſſe, in quadruplum in anno, quo primùm de ea re experiundi poteſtas fuerit:

y l. 1. ibid.

poſt annum

poſt annum in ſimplum iudicium dabo.

TIT. XXI.
De Ebrioſorum coercitione.
Franciſcus I. Rex

I. [a] VT deſidiæ, blaſphemiæ, homicidia, aliáq; crimina & damna quæ naſci ex ebrietate ſolēt compeſcantur, ſancimus vt quicunque ebrij deprehendentur, in carcerem ſtatim coniiciantur, & certos dies omni cibo & potu, præter merum panem, ac aquam abſtinere: & ſi in idem vitium recidāt, virgis aut fuſtibus caſtigari. Et ſi eæ correctiones ad eiuſmodi emendandos eos homines non ſufficiant, aurem eis præſcindi; & infamia notati ac relegari.

a *Conſtit. anno 1536.*

TIT. XXII.
De erronibus, Boemis ſeu Ægyptiis coercendis.
Carolus IX. Rex.

IVridicis noſtris omnibus iubemus, vt errones, Boemos ſeu Ægyptios extrudi regno intra bimeſtre curent, eorúmque vxores, liberos & aſſeclas: quod ni faciant, aut ſi in noſtram Galliam redeant, viris quidem radi barbam, ac capillos decernant: idque de plano citra aliam cauſæ cognitionem, ac eos remis addicant in triennium.

TIT. XXIII.
De erronibus & vagabundis.
Carolus VIII. Rex.

I. [b] SAncimus, vt de erronibus & vagabūdis delinquentibus, à noſtris iudicibus quęſtiones habeātur: nec eos remoretur erronum appellatio, quin litem eorum definiant; de qua appellatione, ſi à definitiua ſententia appellatum fuerit, ſuperiores curiæ cognoſcent vnà cum principali iudicio: nec eiuſmodi errones ad ſupremas curias adduci debent, niſi cùm à ſententia, qua capite damnati fuerint, vel corporali alia poena, aut quęſtione appellabunt.

b *Conſtit. anno 1493.*

II. Si errones iam caſtigati in delicto iterum deprehendantur, eos fuſtibus cædi, quòd in delictum reciderint, iubeantur, eiuſmodi iudicium à præfectis dioeceſum latum executioni mandabitur, tametſi ab eo appellatum fuerit.

TIT. IV.
Ad legem Iuliam de adulteriis & ſtupro.

I. [c] STuprum committit, qui liberam mulierem conſuetudinis cauſâ, non matrimonij retinet, excepta videlicet concubina. Adulterium in nupta committitur. Stuprum in vidua, vel virgine, vel puero committitur.

c *l. Stuprum D. h. t.*

II. [d] Si minor annis adulterium commiſerit; lege Iulia tenetur: quia tale crimen poſt pubertatem incipit.

d *l. ſi minor. ibid.*

III. [e] Filiumfamiliâs publico iudicio adulterium in vxore, ſine voluntate patris arguere poſſe conſtitutum eſt. Vindictam enim proprij doloris conſequitur.

e *l. filiusfa. ibid.*

IV. [f] Publico iudicio non habere mulierem adulterij accuſationem, quamuis de matrimonio ſuo violato queri velit, lex Iulia declarat: quæ cum maſculis iure mariti accuſandi facultatem detuliſſet, non idem fœminis priuilegium detulit.

f *l. 1. C. h. t.*

V. [g] Legem Decalogi, qua adulteria ſtupráque prohibentur, nempe *Non mœchaberis*, diuinam & moralem eſſe conſtat; non minus quàm illam, *Non occides.* [h] Et diu laborauit Eccleſia noui teſtamenti, vt perſuaderet non minùs in hoc genere mares delinquere, nec minorem commereri animaduerſionem, quàm fœminas.

g *Veſembe. com. in hunc. t. D*

h *Ex Auguſtino, Hieronymo aliorumque eiuſdem temporis ſcriptorum ſententia.*

Impp. Seuerus & Antoninus.

VI. [i] Crimen lenocinij contrahunt qui deprehenſam in adulterio vxorem retinuerunt, non qui ſuſpectam adulterij habuerunt.

i *l. 2. C. h. t.*

VII. [k] Adulter, poſt quinquennium quàm commiſſum adulterium dicitur (quod continuum numeratur) accuſari non poteſt: eáſque præſcriptiones legibus reo datas auferri non oportet.

k *Adulter. ibid.*

VIII. [l] De crimine adulterij paciſci non licet: & par delictum eſt accuſatoris præuaricatoris, & defugiētis veritatis inquiſitionem. Qui autem pretium pro comperto ſtupro accepit, pœna legis Iuliæ de adulteriis tenetur.

l *l. De crimine. ibid.*

Imp. Iuſtinianus.

IX. [m] Sed hodie adultera verberata in monaſterium mittitur, quā intrà bienniū viro recipere licet. Biēnio tranſacto, vel viro, priuſquam reduceret reā, mortuo, adultera tonſa monaſticio habitu ſuſcepto, ibi dum viuit, permaneat, duabus partibus propriæ ſubſtātiæ, liberis, ſi habet, applicādis; tertia monaſterio. Sed ſi liberos non habet, parentibus extantibus, huiuſmodi iniquitati non conſentientibus tertia pars appplicabitur; duæ monaſterio; quibus prædictis non extantibus, omnis eius ſubſtantia monaſterio quæretur, pactis dotalium inſtrumentorum in omni caſu viro ſeruandis.

m *Authē. Sed hodie.*

X. [n] Adulteris verberatis, & tonſis nares abſcinduntur: nuntij verò, & impij huius ſceleris adminiſtri, verberati & tonſi in perpetuum relegantur.

n *ex Baſilicis, interprete Cuiacio.*

XI. [o] Saxones, apud quos monaſteria pauca repeririuntur, adulteras virgis publicè cęſas relegare ſolent, data marito aliam vxorem ducendi licentiâ.

o *Veſember. comm. in hunc t.*

Imp. Iuſtinianus.

XII. [p] Si quis ei, quem ſuſpectum habet de ſua vxore, ter in ſcriptis denuntiauerit ſub

p *Auth. Si quis C. h. t.*

præſentia trium teſtium fide dignorum: & poſt inuenerit eum conuenientem vxorem ſuam in domo ſua, vel vxoris, vel adulteri: vel in popinis, aut in ſoburbanis, ſine periculo eum perimat; ſi alibi inueniat, tribus teſtibus conuocatis, tradat eum iudici; qui nulla alia ratione quæſita puniendi habet licentiam. Si tamen in ſacro oratorio colloqui inueniantur, poſt tres, vt dictum eſt, denuntiationes; liceat marito vtraſque perſonas defenſori Eccleſiæ tradere; aut aliis clericis, vt ad eorum periculũ diuiſim iſti ſeruentur, donec Iudex cognoſcens hoc, mittat Epiſcopo ciuitatis, quatenus ei iſti tradantur, vt debeant ſubire tormentum; vt nuntietur per eum ad præſidem prouinciæ, qui ſecundùm leges pœnam imponet legitimam.

Imperator Marcus Antonius & Commodus filius reſcripſerunt.

[a] *l. ſi adulterium .. Imperator. D. h. t.*

XIII. [a] SI maritus vxorem in adulterio deprehenſam impetu tactus doloris interfecerit, non vtique legis Corneliæ de ſicariis pœnam excipiet. Nam & Pius Imperator in hæc verba reſcripſit Apollonio, Ei, qui vxorem ſuam in adulterio deprehenſam occidiſſe ſe non negat, vltimum ſupplicium remitti poteſt: cùm ſit difficillimum, iuſtum dolorem temperare: & quia plus fecerit, quàm quia vindicare ſe non debuerit, puniendum eſſe. Sufficiet igitur, ſi humilis loci ſit, in opus publicum perpetuum eum tradi; ſi qui honeſtior, in inſulam relegari.

Henricus III. Rex.

[b] *Conſtit. d. Regis anni 1579. conuentuum Blaſenſium. Verſ. 195.*

XIV. [b] SAncimus, mulieres quaſcunque conuictas vterum celaſſe, partúmque; aut etiam alterutrum; nec teſtimonia bis de rebus perquiſiuiſſe, ſcilicet de vita partúque ſui infantis, ſi is eam ob rem Baptiſmi ſacramento, ſepulturáque publica careat, huiuſmodi mulierem pro homicida haberi, ac vltimo ſupplicio puniri eiuſce generis quod res expoſcet.

TIT. XXV.
Ad legem Corneliam de ſicariis, & veneficiis.

[c] *l. 1. D. h. t.*

I. [c] LEge Cornelia de ſicariis & veneficiis tenetur qui hominẽ occiderit, cuiúſve dolo malo incendium factum erit: quíve hominis occidendi furtíve faciendi causâ cum telo ambulauerit; qui, cùm magiſtratus eſſet, publicóve iudicio præeſſet, operam dediſſet, quò quis falſum iudicium profiteretur, vt qui innocens conueniretur, condemnaretur.

[d] *d. l. §. 1.*

II. [d] Præterea tenetur, qui hominis necandi causâ venenum confecerit, dederit: quíve falſum teſtimonium dolo malo dixerit, quò quis puplico iudicio rei capitalis damnaretur: quíve magiſtratus, iudéxve quæſtionis ob capitalem cauſam pecuniam acceperit.

III. Et qui hominem occiderit, non habita differentia eius conditionis.

[e] *l. 3. ibid.*

IV. [e] Eiuſdem legis Corneliæ de ſicariis & veneficiis, capite quinto, qui venenum necandi hominis causâ fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plectitur.

[f] *d. l. §. 1.*

V. [f] Sed ex ſenatuſconſulto relegari iuſſa eſt ea, quæ non quidem malo animo, ſed malo exemplo medicamentum ad conceptionẽ dedit, ex quo ea, quæ acceperat, deceſſerit.

[g] *l. ſi mulierem. ibid.*

VI. [g] Si mulierem viſceribus ſuis vim intuliſſe, vt partum abigeret, conſtiterit; eam in exilium præſes prouinciæ exiget.

[h] *l. necare.*

VII. [h] Necare videtur infantem qui alimenta denegat: & qui publicis locis miſericordiæ causâ exponit, quam ipſe non habet.

[i] *l. nihil. D. h. t.*

VIII. [i] Nihil intereſt occidat quis, an mortis cauſam præbeat.

[k] *l. ſi quis dolo. ibid.*

IX. [k] Si quis dolo inſulam meam exuſſerit, capitis pœna plectitur, quaſi incẽdiarius.

[l] *l. Diuus. ibid.*

X. [l] Hadrianus Imperator reſcripſit; In maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus.

[m] *l. 6 §. Diuus. ibid.*

XI. [m] Idem Hadrianus reſcripſit, eum qui hominem occidit, ſi non occidendi animo hoc admiſit, abſolui poſſe. Et qui hominem non occidit, ſed vulnerauit, vt occidat; pro homicida damnandum: & ex re conſtituendum hoc. Nam ſi gladium ſtrixerit, & in eo percuſſerit; indubitatè occidendi animo id eum admiſiſſe. Sed ſi claui percuſſit, aut cucuma in rixa, quamuis ferro percuſſerit, tamen non occidendi animo; leniendam pœnam eius, qui caſu magis quàm voluntate homicidium admiſit.

[n] *l. Sed. ibid.*

XII. [n] Si in rixa percuſſus homo perierit, ictus vniuſcuiuſque in hoc collectorum contemplari oportet.

[o] *gloſ. & Bart. in l. Sed. D. h. t. Fel. in c. ſignificaſti 2. de homic. n. 12. cũ ſeqq. Alexan. conſ. 14. Vol. 3.*

XIII. [o] Quod ſi non poteſt iudicari certus percuſſor, tenentur omnes, niſi homicidam ex numero ſuo deſignent: quod & apud nos ſeruatur; ſcilicet vt ciuiliter teneantur omnes; aut etiam vt in criminali iudicio torqueãtur, nõ autem vt eapropter condemnari poſſint. Etſi enim præſumũtur homicidij rei, non tamen ex huiuſmodi præſumptione pœna capitali puniri debent, ſed aliqua ſcilicet leniore.

[p] *l. is qui cum telo. ibid.*

XIV. [p] Is qui cum telo ambulauerit hominis necandi causâ, ſicut is qui hominem occiderit, vel cuius dolo malo factum erit commiſſum, legis Corneliæ pœna coercetur.

[q] *l. 1. D. de maleficiis & mathematicis.*

XV. [q] Plus eſt extinguere veneno, quàm gladio.

Imp. Antonius Herculiano & aliis militibus.

[r] *l. 1. C. h. t.*

XVI. [r] FRater veſter rectiùs fecerit ſi ſe Præſidi prouinciæ obtulerit qui ſi probauerit, non occidendi animo hominem à ſe percuſſum eſſe, remiſſa homicidij pœnâ, ſecundùm diſciplinam militarem ſententiam proferet. Crimen enim contrahitur, ſi & volũtas nocendi intercedat. Ceterùm ea quæ ex improuiſo caſu potiùs quàm fraude accidunt, fato plerunque, non noxæ imputantur.

Imp. Gordianus.

a l. 2. ibid.

XVII. [a] IS, qui aggreſſorem, vel quen cunque alium in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet.

b l. 3. ibid.

XVIII. [b] Si quis percuſſorem ad ſe venientem gladio repulerit, non vt homicida punitur: quia defenſor propriæ ſalutis in nullo pecaſſe videtur.

Imp. Galienus Monatio.

c l. 4. Ibid.

XIX. [c] SI (vt allegas) latrocinantem peremiſti, dubium non eſt, eum, qui inferendæ cædis voluntate præceſſerat, iure cæſum videri.

d ex Baſilicis.

XX. [d] Liceat omnibus aggreſſorem vel nocturnum, vel obſidentem vias, atque inſidiantem prætereuntibus, impunè occidere, etiam ſi miles ſit. melius eſt enim his occurrere, & mederi, quàm iniuria accepta vindictam perquirere.

e l. pen. §. 1. D. ad leg. Iuli. de vi publica

XXI. [e] Qui telum tutandæ ſalutis ſuæ cauſâ gerunt, non videntur hominis occidendi cauſâ portare.

f l. in lege. D. h. t.

XXII. [f] In lege Cornelia dolus pro facto accipitur, nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur. Quare ſi quis alto ſe præcipitauerit, & ſuper alium venerit, eúmque occiderit: aut putator ex arbore cùm ramum deiiceret, non proclamauerit; & prætereuntem occiderit, ad huius legis coercitionem non pertinet.

g l. furem ibi.

XXIII. [g] Furem nocturnum ſi quis occiderit, ita demùm impunè feret, ſi parcere ei ſine ſuo periculo non poterit.

h l. infans ibid.

XXIV. [h] Infans vel furioſus, ſi hominem occiderint, lege Cornelia non tenentur; cum alterum innocentia, alterum fati neceſſitas excuſet.

TIT. XXVI.

Ad legem Pompeiam de parricidiis.

i l. 1. D h. t.

I. [i] POena parricidij, more maiorum hęc inſtituta eſt, vt parricida virgis ſanguineis verberatus; deinde culeo inſutus cum cane, gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia: deinde in mare profundum culeus iactatur; hoc ita ſi mare proximum ſit: alioqui beſtiis obiicitur ſecundùm Hadriani Imperatoris conſtitutionem.

Qui alias perſonas occiderint, præter matrem & patrem, auum aut auiam, quos more maiorum puniri ſupra diximus, capitis pœna plectuntur, aut vltimo ſupplicio mactantur.

Sanè ſi per furorem aliquis parentem occiderit, impunitus erit, vt Imperatores fratres reſcripſerunt ſuper eo, qui per furorem matrem necauerat. Nam ſufficere, furore ipſo eum puniri: diligentiúſque cuſtodiendum eſſe, aut etiam vinculis coercendum.

k l. Diuus. ibi

II. [k] Hadrianus Imperator fertur, cùm in venatione filium ſuum quidam necauerat, qui nouercam adulterabat, in inſulam eum deportaſſe: quòd latronis magis, quàm patris iure eum interfeciſſet. Nam patria poteſtas in pietate debet, non atrocitate conſiſtere.

TIT. XXVII.

De latrociniis & cæde per inſidias facta.

l Conſt. an 1534

I. [l] FRanciſci I. Regis Conſtitutione, omnes latrones, & viarum obſeſſores ritè conuicti huius criminis, hoc modo puniri debent: nempe brachia eis frangi duobus in locis: itémque coxas & pedes, duobus itidem in locis, tum rotæ affixæ palo humo inhærenti imponi, vultu in cœlum verſo: ac ita derelinqui, donec exſpirauerint: præterea ibidem permanere eorum cadauera, quâdiu iudices cenſuerint.

m anno 154 verſ. 2.

II. [m] Henrici itidem conſtitutione omnes cuiuſcunque generis, vel conditionis, ſiue nobiles, ſiue ignobiles qui per inſidias aliquem necauerint, impetu in eos violenter facto, vltimo ſupplicio eiuſmodi, quod ſuprà relatum eſt, affici debent, nec commutari hęc pœna poteſt

Henricus III. Rex.

III. SAncimus, vt qui operas locant necandorum hominum cauſâ, aut alia de cauſa ſe eos occiſuros pollicentur, vel vulnera eis illaturos, aut reos eripere vinculis conabuntur; & eos qui huiuſmodi ſceleratos homines ad ea facinora impulerint, vltimo affici ſupplicio: ac ſolam machinationem ac conatum puniri, tametſi effectum res non habuerit. Nec id crimen cuiquam remittere propoſitum nobis eſt: ac ſi importunitate quorundam à nobis fortè id ſit extortum diplomatum venalium indulgentia, eos à iudicibus repelli.

TIT. XXVIII.

De maleficis & mathematicis.

Imp. Conſtantius A. & Iulianus Cæſar ad populum.

n l. nemo C h. t.

I. [n] NEmo aruſpicem conſulat, aut mathematicum, nemo ariolum. Augurum & vatum praua confeſſio, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, ne ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnino diuinandi curioſitas. Etenim ſupplicio capitis ferietur gladio vltore proſtratus, quicunq; iuſſis noſtris obſequium denegauerit.

o l. pen. ibid.

II. [o] Culpa ſimilis eſt tam prohibita diſcere, quàm docere.

TIT. XXIX.

Ad legem Iuliam maieſtatis.

p l. 6. lib. Baſilicum t. 35. ex interpretatione Iacobi Cuiacij. l. pen. C. h. t.

I. [p] MAieſtatis rei etiam poſt mortem tenentur: & confiſcantur eorum

ſubſtantia: & poſt mortem hoc crimen moueri incipit; & memoria defuncti damnatur: & res eius hæredibus auferuntur. Nam ex eo tempore, quo hanc cognitionem ſubiit, propter cogitationem dignus eſt pœna. Qui verò incidit in hoc crimen, neque vendere poteſt, neq; alienare, nec rectè ſoluit ei debitor.

TIT. XXX.

De his qui iuris ac iudiciorum executioni reſiſtunt.

Franciſcus II. Rex.

I. QVi iuris executioni reſiſtunt, ac parere nolunt, iure eo quod in re controuerſa habere contendunt, cadere ac priuari volumus, ac exceptiones quibus vti velint, non admitti: ac prætereà in expenſas ſuorum aduerſariorum, & eorum damna, & quod intereſt, damnari; ac iuſiurandum in litem aduerſariis de iis rebus deferri intra eam ſummam, quam iudex definiet ei iureiurando, coniuncta communi fama; ac prætereà huiuſmodi rebelles pecuniaria pœna, vel corporali, prout res exiget, mulctari.

Carolus IX. Rex.

a Conſtit. Molinenſi anni 1559. Verſ. 29.

II. [a] Eorum qui [a] iuris executioni & iudicum decretis parere recuſabunt, freti domorum, arcium, caſtellorum quæ incolent, firmitate: & eorum poteſtatem facere nolent, domos, arces, caſtella publicari ſancimus: & nobis aut patronis merū imperium habentibus applicari, tam in iis prouinciis, in quibus bona damnatorum publicatur, quàm aliis: niſi certis, magniſque de cauſis eas domos, arces, caſtella dirui decernatur: ac iure patronali & iuriſdictione prædicti rebelles priuabuntur, illis nobis applicandis, vel ſuperioribus patronis.

TIT. XXXI.

De his qui latrones vel aliorum criminum reos occultauerint.

Imppp. Valentinianus, Valens & Gratianus AAA.

b l. 1. D. h. t.

I. [b] EOs qui ſecum alieni criminis reos, occultando eum, eámve ſociarunt, par ipſos & reos pœna expectet: & latrones quiſquis ſciens ſuſceperit, & eos offerre iudicibus ſuperſederit; ſupplicio corporali, aut diſpendio facultatum pro qualitate perſonæ & iudicis æſtimatione, plectetur.

Franciſcus I. Rex.

c Conſtit. d. Regis anni 1536. cap. 3. Verſ. 9.

II. [c] Sancimus, vt patres matréſque; aui & auiæ, conſobrini, cognati, ſiſtere delinquentes, alióſque, quos receperint in ſuas domos, iudicio teneantur, ſi eos ad cædem aliis inferendam induxerint: aut rem vel expreſſè vel tacitè comprobarint, ac prætereà in damna, & id quod offenſi intererit, condemnentur.

Idem Rex.

d Conſtit. anni 1540. Verſ. 37.

III. [d] Omnibus iudicibus, nobilibus viris, aliiſque quibuſcunque, ne vllos relegatos, exuléſque vel tribus publicis edictis in iudicium euocatos reos, vel in carcerem coniici iuſſos, recipere in domum audeant: alioqui ipſimet in damna, & id quod intereſt accuſatorum, damnabuntur.

Carolus IX. Rex.

e Conſtit. Molinēſi, Ver. 29.

IV. [e] Qui reos criminum, & euocatos ad iudicium edictis publicis occultarint, eiſdem pœnis, qua rei, ipſi ſubiugabuntur.

TIT. XXXII.

De cadaueribus punitorum.

f l. Vlt. D. h. t.

I. [f] COrpora animaduerſorum quibuſcunque petentibus ad ſepulturam danda ſunt.

g l. 1. ibid.

II. [g] Corpora eorum qui capite damnantur, cognatis ipſorum neganda non ſunt: & id ſe obſeruaſſe Auguſtus Imperator libro decimo de vita ſua ſcribit. Hodie autem eorum, in quos animaduertitur, corpora, non aliter ſepeliuntur quàm ſi fuerit petitum, & permiſſum, & nonnunquam non permittitur, maximè corporibus maieſtatis crimine damnatorum.

TIT. XXXIII.

De bonis damnatorum.

Iuſtinianus Imp.

h Auth. bona damnatorum C. de pæn.

I. [h] BOna damnatorum ſeu proſcriptorum non ſunt lucro iudicibus, aut eorum officiis, neque ſecundùm veteres leges, fiſco applicanda, ſed aſcendentibus & deſcēdentibus, & ex latere vſque ad tertium gradum, ſi ſuperſint. Vxores verò eorum, dotem & ante nuptias donationē accipiant. Si verò ſine dote ſint, de ſubſtantia mariti accipiant partē legibus definitam. Sed ſi neminem prędictorum habent, qui delinquunt, eorum bona fiſco ſociantur. In maieſtatis verò crimine cōdēnatis veteres leges ſeruari iubemus.

TIT. XXXIV.

De bonis eorum qui mortem ſibi conſciuerunt.

i l. priore C. h. t.

I. [i] EOrum demùm bona fiſco vindicātur, qui conſcientia delati, admiſſique criminis, metúque futuræ ſententiæ mortem ſibi conſciuerunt.

k l. poſteriore ibid.

II. [k] Eorum, qui in reatu diem ſuum functi ſunt, ſi non perduellionis cauſam ſuſtinuerunt, nec ob metum criminis mor-

tem ſibi conſciuerunt, bona ad ſucceſſores tranſmittuntur.

TIT. XXXV.

De his qui notantur infamia.

Quando, & quibus de cauſis quis notetur infamia.

I. [a] INfamia tribus modis irrogatur, videlicet ipſo iure; per ſententiam, aut genere pœnæ.

[b] Ipſo iure; vt cùm lex commiſſum aliquod ſtatim infamia dignum cenſet, ſententia non expectata: vt vſu venit in his qui intra tempus luctus aut alioqui bina ſponſalia, bináſve nuptias contrahunt: item in proſtrata pudicitia, [c] in deprehenſa in adulterio muliere, in exercitio improbi fœnoris.

Tertius modus irrogandæ infamiæ, eſt genus pœnæ, quæ etiam abſque ſententia quandoque imponitur extra ordinem officio iudicis nobili; aut decreto: quod genus nonnunquã infamat, preſertim cùm ex turpi cauſa pœna imponitur: [d] vt cùm quis ignominiæ cauſã exauctoratur militia: [e] mouetur ordine; [f] relegatur; in metallum damnatur; [g] fuſtibus cæditur.

II. [h] Notatur infamiã edicto prætoris, qui delictorum priuatorum actionibus, puta furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, ſuo nomine, non procuratorio pactus eſt. Confeſſus autem pro iudicato eſt. Pactum porrò accipimus, ſi pretio pactus ſit: non autem ſi precibus, aut interuentu amicorum reus impetrarit vt actione deſiſtatur.

III. [i] His porrò iudiciis pœnalibus conſimilia quędam ſunt ex contractu orta; ſed quę labem damnato inferant, propterea quòd in iis de fide rupta agatur; vt ſunt actio mandati; pro ſocio, [k] tutelæ [l] depoſiti: quod de directis actionibus accipiendum eſt; non de contrariis. Nam in his, non de fide rupta, ſed de impenſis agitur. Cæterùm, ſi & in his de perfidia quæratur, damnatum ſequitur infamia eadem ratione, quia ſcilicet de fide rupta actum eſt. Eſt enim grauius crimẽ fidem fallere illi qui fidem amici in contrahendo ſecutus eſt, quàm in ſimplici hærere dolo.

IV. [m] Mortuo marito, aut etiam, quantùm arbitror, diſſolutis per facinus, puta adulterium, mariti nuptiis; vidua intra annum luctus nubens, ſi quidem ſui iuris ſit; & is qui ſcienter cum ea contrahit, quamuis miles ſit, dedecus incurrunt. Sin autem mulier alieni iuris exiſtat, notatur pater vel auus cuius iuſſu matrimonium contractum eſt. Ac contrahens ipſo iure citra ſententiam notatur infamiã, quaſi flagitium turpe perpetrarit: quod propter turbationem ſanguinis inductum eſſe conſtat, ne ſtirpes confundantur, ſi ſtatim à morte primi mariti ad ſecũdas nuptias mulier properet. Nato enim filio, incertum fieret vtrius mariti eſſet partus, an demortui;

a Veſembecius commen. hunc t. D.
b glo in l. 1. ad Verb. quis eum d. t. D.
c l. Palam §. Vlt. ibid.
d l. 1. §. Ignominia. ibid.
e l. 3. C. h. t.
f l. Capitalium §. 1. D. de pœn.
g l. ad tempus C. h. t.
h Veſembec. in hunc t. l. 1. §. pactus. l. 4. & 5. D. h. t.
i Veſembec. d. loco.
k l. probrum 45. D. de Verb. ſign.
l furti §. Vlt. D. h. t. l. Vlt. C. eo. t. § pen. inſtit. de pœna tem. litig.
m Veſembec. in hunc t. l. conſenſu. Verb. nubendi poſt annum C. de repud. l. 2. C. de ſec. nupt. l. Decreto. C. h. t.

an verò ſecundò ſuperinducti: idque intelligi poteſt ex eo, [n] quòd neque marito hoc tẽpus pręſtitutum eſt: & mulier, quam aut certò conſtat eſſe grauidam, aut quæ peperit, intra annum impunè nubit; [o] & quòd nec ſponſi, nec ſponſæ hac lege teneãtur. Et hæc quidem iure ciuili Romano obtinẽt, [p] niſi mulier nubẽdi poteſtatem à Principe impetrarit. [q] Iure verò Canonico, quod hodie ſequimur hac in parte, mulier impune nubit, etiam intra annum luctus.

V. [r] Notantur etiam edicto prætoris, qui binas nuptias eodem tempore habent conſtitutas; [ſ] quanquam & adulterij teneantur. Eadémque eſt ſpõſaliorum quod ad hoc edictum attinet, non autem quoad pœnam adulterij cauſã; vt ſcilicet bina ſponſalia eodem tempore celebrans, plectatur. [t] Nam ſunt quoddam velut matrimonium, ſponſalia: & fidem frangit priori, qui cum altera ſponſalia contrahit. [u] Vbi autem de fide rupta agitur, ibi ſequitur infamia. [x] Qua in re, eadem eſt maris & fœminæ; [y] item patris, cuius iuſſu bina ſponſalia contrahuntur.

VI. [z] Lege porrò & Senatuſconſulto notãtur expilatores hęreditatũ; [aa] & ſepulchrorũ violatores; [bb] item exercẽtes improbum fœnus, videlicet vſuras centeſimas, aut vſuras vſurarum; [cc] periuri, & in publico lenocinio, aut ſtupro turpem vitam viuentes, [dd] aut mulier in adulterio deprehenſa.

VII. [ee] Notatur infamia, qui pupillam, aut adultam, cuius curam gérit, vxorem ſibi aut filio ducit; [ff] qui inceſtas nuptias prohibitáſq; contrahit, [gg] qui contra iuratam tranſactionem quid facit.

CAPVT. II.

Quibus ex cauſis non notentur infamia.

VIII. [hh] INcrepati à patre, vel iudice, vel ab alio, qui ius admonendi habet, non notantur infamia; quamuis contumelioſis verbis ſint onerati: quia ea res non damnationis, ſed caſtigationis & admonitionis priuatæ ſpeciem habet.

IX. [ii] Teſtes quoque, quorum fides & teſtimonia in iudicio reprobãtur, infames non ſunt; quia ſententia non in teſtes fertur, ſed ſuper principali. Neque verò etiam continuò falſi reus eſt, cuius teſtimonium reprobatur. Poteſt enim ob alium cauſam reiici, puta quia non iuratus dixit; [kk] quòd non ſufficientem teſtimonij rationem dederit.

X. [ll] Si quis tormenta aut fuſtes ſit perpeſſus, non notatur infamia. Non enim cruciatus, ſed cauſa facit infamem.

XI. [mm] Ob id ſolùm quòd quis vincula aut carcerem paſſus eſt, infamiæ detrimentum non patitur.

XII. [nn] Debitores, qui bonis cedũt, aut qui

n l. Vxores D. h. t. l. conſenſu. in Verb. Vxorémque ſi Velit ſtatim ducere. C. de repud.
o liberorum cum multis ll. ſeqq. D. h. t. D. l. Vxores.
p l. ſolet. ibid.
q Innoc. & DD. in c. pen. & Vlt. de ſec. nupt. glo. in d. l. liberorũ ad Verb. collocare. Vbi etiam Bar. n. 2. Bal. & alij in l. 1. C. de ſec. nupt.
r Veſembec. h. t. l. eum qui duas C. Ad leg. Iul. de adult.
ſ glo. in d. l. ordinatione imperij c. 121. Ang. in tract. maleſic. Verb. hac adulterata n. 15. Alex. Conſ. 165. Vol. 6.
t l. ſi Vxor. D. ad leg. Iul. de adulr. l. ſi ſponſa. D. de iur. dot. l. lex. Iulia D. de fundo dot.
v l. furti. §. Vlt. D. h. t.
x l. Quid ergo. §. 2. ibid.
y d. l. 6. §.
z Veſembec. h. t. l. ſi te. C. eo t.
aa l. 1. D. de ſepulc. Viol.
bb l. improbum C. h. t.
cc l. ſi quis maior. Vbi DD. C. de tranſ. Bal. in l. 1. nu. 5. C. de ſumma Trin. l. palam. D. ritu nup.
dd d. l. 6. Vlt.
ee Veſemb. h. t. l. ampliſſimi. l. licet. C. de excuſ. tut.
ff l. quis contra C. de inc. nupt.
gg l. ſi quis maior C. de tranſ.
hh Veſemb. h. t. l. ea quæ. l. Verbũ. l. interlocutio C. h. t.
ii Idem Veſemb. d. loco.

kk l. Lucius D. h. t. ll l. rutus. D. h. t. l. nullam C. eo. Alex. in l. mortuo. 109 D. de Verb. ſig. mm l. 1. d. t. nn Veſember. h. t. l. debitores C. eo. Vbi DD. & in l. decurionum ibid.

creditores effugiunt, probroſi non fiunt ipſo iure. Nam bonis cedere, etiam boni calamitate aliqua circumuenti, quandoque coguntur. Quare hæc cauſa non ſimpliciter turpis eſt.

a Veſemb. d. loco glo. in l. 1. ad verb. quę eam. cum ibi alleg.

XIII. [a] Non quęlibet actio, præſertim ex contractu orta, famoſa eſt; quamuis in ea de dolo quæratur: ſed tantùm illæ minuunt opinionem, in quibus de fide alteri rupta agitur. Nam exempli gratiâ, actio, Quod metus cauſa, legis Aquiliæ, rerum amotarum, condictio furtiua, & ſimiles, non infamant; quamuis in his ſaltem tacite & diſſimulanter de dolo quæratur. Sic in empti, locati, aliiſq; iudiciis ſimilibus, etſi de dolo ſæpe quæratur, non tamen damnatum infamia conſequitur.

b Veſemb. d. loco.

XIV. [b] Depectus non notatur infamia, ſi in pactione exprimatur cauſa aliqua quæ pręſumptionem confeſſionis excludat, vt quotidie fit, cùm in tranſigendo declarat reus hoc, non conſcientiâ alicuius delicti, ſed ad redimendam, vt loquuntur, vexationem. Ex quo, & illud in foro receptum, vt reus pœnam aut iure debitam, aut actione expreſſam offerẽs, infamiâ effugiat; ſi quidem proteſtetur offerre ſe, non conſcientiâ intentati criminis, ſed ad moleſtias euitandas: vt verbi gratiâ, in actione iniuriarum, & ſimilibus.

CAPVT III.

De effectu infamiæ.

c Ibid.

XV. [c] NOtati infamia, munera nõ quidem iudicialis; ſed priuata & extraiudicialia ſuſtinere poſſunt ne videlicet pœna liberet eos ab oneribus, [d] quæ etiam honeſti ſufferre coguntur: [e] cuiuſmodi ſunt, tutelam gerere, [f] arbitrum eſſe, [g] aut procuratorem.

d l. 3. §. 1. D. de muneribus.
e l. 1. §. aut prætor
f l. Pedius. D. de rec. arb.
g §. Vlt. Inſtit. de ſatiſd. glo. in l. 2. C de dignit. lib. 12.

TIT. XXXVI.

De diplomatibus venialibus: & de ſententiam paſſis, & reſtitutis.

Franciſcus I. Rex.

h Conſtit. d. Regis anni 1539. Verſ. 168.

I. [h] PRohibemus cuſtodibus noſtrorum ſigillorum in ſupremis curiis iuridicis conſtitutorum, ne diplomata vlla venialia concedant, niſi iis qui ſalutis ſuæ tutandæ cauſa homicidia admiſerint, aut alia delicta, quorum indulgentiam à Principe poſtulati ſtatutum eſt.

Idem Franciſcus Rex.

i d. Conſtit. Verſ. 172.

II. [i] Præterea prohibemus venialia diplo- A mata concedi eorum delictorum cauſâ, quæ corporali pœna non ſunt coercenda. Quod ſi aduerſus ea factum fuerit, iubemus ne iudices illorum diplomatum vllam habeant rationem, ſed eos impetrantes ſubmoueant, atque mulctent.

Henricus III. Rex.

k Conſt. anni 1579.

III. [k] Venalia diplomata ignobilium ad iudices præfecturæ regiæ dirigi debent, quorum appellationes rectè ad ſupremas curias B deuoluuntur: nobilium verò & magiſtratuum, ad ipſas ſupremas curias, ſecundùm Ambſſianam conſtitutionem.

l Iudicio curiæ Pariſ. dato 5. Iuly 1416.
m Guenoiſius in conſt. regias b. t. l. 3 C. de abſ. c. 1. de homic.

IV. [l] Diplomatum venialium cognitio ad ſolos regios Iudices pertinet.

V. [m] Rei læſæ maieſtatis, falſæ monetæ, Sodomitæ, Parricidæ, latrones, qui per inſidias homicidia commiſerint, venalia diplomata impetrare non poſſunt.

Ludouicus XII. Rex.

n Conſtit. anni 1598. Verſ. 126.

C VI. [n] Si qui venialia diplomata criminum impetrarunt, tenebuntur ea publicè proferre in iudicio aperto capite, genibus flexis, pręſẽtibus Procuratore regio, & Aduocato: ac ad eam rem conuocatis aduerſariis, iiſque, quorum intereſt, ſi qui ſint. Tum à iudice reus interrogabitur, num diplomata veritate nitantur. Ac reus ſtatim in carcerem coniicietur, vt de crimine ampliùs latiúſque, ac ſpecialiùs D interrogetur. Et ſi iamteſtes fuerint inquiſiti, eorum teſtimonia aperientur: & ſi res poſtulet, extra ordinem quæſtio habebitur: & de ſurreptione ac obreptione diplomatis cognoſcetur.

Henricus III. Rex.

VII. Nobis certò propoſitum eſt, exulare iuſſis à noſtris ſupremis curiis iuridicis, vel in remos condemnatis, reſtitutionem in integrum non concedere. Et ſi per importuni- E tatem aliquorum, vel alio modo id ſit extortum, vetamus iudices diplomatum noſtrorum habere rationẽ. Et præfectis triremium iubemus, ne vltra tempus iudiciis ſupremarum curiarum, aut ſententiis aliorum iudicum definitum condemnatos retineant, pœna à nobis, iis qui contra facient, præfecturæ ſuæ abrogatione indicta.

o Conſt. Franciſci I. Reg. anni 1539. Ver. 30.

VIII. [o] Qui per contumaciam, & quòd præſentiam ſui non facerent, condemnati cri- F minis cauſâ, in integrum reſtitui poſtulabũt; ad id non admittentur, niſi depoſita pecuniæ ſumma, in quam fiſco noſtro, & aduerſariis condemnati fuerint: ea reddenda ipſis, ſi reſtitutio proceſſerit; quam ad rem aduerſarij cautionem interponere debebunt.

FINIS.

INDEX RERVM NOTATV DIGNISSIMARVM IN HOC CODICE IVRIS CIVILIS ROMANI

Gallicíque comprehenſarum, ſecundùm ſeriem alphabeti.

Numerus columnam, litera verò ſequens locum è regione citatum deſignat.

A

Abeſſe Reipublicæ cauſa intelliguntur, qui non cōmodi ſui cauſa, ſed coacti abſunt 85.C. vt & milites 85 B

de Abnegati patroni cauſa commiſſis 215 G

Abnegatio viri nocet vxori 215.E

Abnegatio patroni 215.C.D.E

Abſens contrahere ſtipulationem non poteſt 488.B

Abſentis loco habetur furioſus 26.F

Abſentis negotia gerens, præſtare debet & culpam & dolum 583.E

Abſentis qui negotia gerere inchoauit, non impunè peritura deſeret 583.A

Abſenti donari rectè poteſt 613.C facta donatio valet 609.E

Abſentes conſtituere poſſumus 573.C defendi à quibuſcūque poſſunt 390.C ex cauſa iuſta metus, vt mortis vel cruciatus reſtituuntur aduerſus præſcriptionem 84.F contrahere poſſunt nuptias 5.B vt & ſocietatem ibid.

Abſente parte fieri poteſt ratihabitio 587.B

Academias inſtituere Regium munus eſt 158 C

Accedere nemo prohibetur ad littus maris piſcandi cauſa 41 C

Acceptilatio quid 735.E eſt imaginaria ſolutio 264 F quibus modis fieri poſſit aut non poſſit 736.a b.738 fieri poteſt in parte debiti 265.A quibus proſit aut nō 740.F G.742.A

Acceptilatio ciuilis ſolutio eſt 704 F

Acceptilationis effectus 739.C

Acceptum ferre poteſt vnus ex argentariis vel reis ſtipulandi 538.D facere qui poſſint, aut non 738 g. 739.A.B

Acceſſione acquiritur rerum dominiū 47.D

Accreſcendi ius Vide Ius.

Accuſare matrimoniū qui poſſunt 10.C

Acquirere poſſumus per procuratores noſtros 55.F ſed non poſſumus per noſmetipſos errantes & ignorantes ibid.

Acquirere poſſeſſionem qui poſſint, aut non 54.F.55.G hæreditatem qui poſſint, aut non 1032.G ſeruitutem inuito fructuario poteſt proprietarius 99.F

Acquiri liberalitas nolenti non poteſt 621.C ſeruitus certo genere agrorum poteſt 131.C.148.G alicui ſolo non poteſt 116.D non poteſt pro parte dominorum 148.F

Acquiri nobis nihil poteſt per extraneam perſonam 49.D

Acquiritur rerum dominium ædificatione 47.F confuſione 47.C acceſſione D plantatione 48.E ſpecificatione quadam 46.G

Acquiritur nobis iure gētium quod per alluuionem agro noſtro flumen adiecit 46.B

Acquiritur cōdictio, ſi nummos meos tuo nomine dederis velut tuos 50.A

Acquiratur poſſeſſio quibus modis 53.A aut non 54.D per quas perſonas 55.C à quibus perſonis non acquiratur 56.A

de Acquirenda poſſeſſione 53.A

Actio in id quod intereſt non datur ex contractu ſponſalitio 3.C aquæ pluuiæ arcendæ, quando quibuſque ex cauſis competat 140.C aut non 141.E quibus competat 143.F aduerſus quos 144.A aut non. eſt perſonalis 144.B ceſſat ſi aqua naturaliter decurrat 143.B Æſtimatoria quibus rebus competat 291.C commodati quibus competat 420.F aduerſus quos 420 G quibus de cauſis competat 417.B aut non 419.A quibus competat 420.F ex conducto datur conductori 343 D confeſſoria competit aduerſus poſſeſſorem fundi, de quo inter duos quæſtio eſt 102.D contraria tutelæ vel negotiorum geſtorum curæ cauſa in quos competat 40.D depoſiti directa vel non, quibus ex cauſis & ad quid competat 409.G.413.C quibus competat 414 C aduerſus quos vel non 415.B quibus ex cauſis, & ad quid competat actio depoſiti directa vel non 409.G.411.C duplicatur inficiatione 413 B directa pigneratitia quæ 483.B de dolo dari non debet, niſi ea magna & euidenti calliditate 542.B non datur aduerſus eum qui affirmauit idoneum eſſe eū cui mutua pecunia dabatur 541.B ex empto quarum rerum cauſa competat emptori, vel non 181.A quibus ex cauſis non competat 290.B exercitoria cuiuſmodi ſit 593.G familiæ erciſcundæ cuiuſmodi ſit 1038.C furti remitti poteſt donationis cauſa 625.C hypothecaria aduerſus quos competat, vel non 464.F 465.D quid veniat in ea 465.G de inofficioſo teſtamento quib. & aduerſus quos competat 963.A.G iniuriarum præſcribitur annuo tempore 78 C vendi ante litem conteſtatam non poteſt 279 E inſtitoria cuiuſmodi ſit 589.E quando in inſtitorem competat iis qui cum eo contraxerunt, & quando non, & quatenus 592.G de in rem verſo 18 B C.D legis Aquiliæ, quibus ex cauſis ſeu in factum ex primo capite legis Aquiliæ detur 688.F quibus ex cauſis ex tertio capite detur, vel nō 689.691.F quibus ex cauſis actiones vtiles ex tertio capite legis Aquiliæ competāt 694.A mandati contraria non cōpetit, ei qui fideiubet pro alio non cogatus 581.F quando, quibúſque ex cauſis ex fideiuſſione, vel à creditore mandata detur aduerſus reum principalē, vel confideiuſſores 566.F aduerſus quos detur 570.E quid veniat in eam, vel non 571.D directa quibus ex cauſis competat 376.A vt puta ſi non ſit expletum mandatū 376.E ſi fines mandati non ſunt diligenter cuſtoditi 377.C vt res ab eo qui mandatum ſuſcepit reſtituantur 378.C quibus & aduerſus quos detur vel non 379.D competit fideiuſſori 567.D negotiorum geſtorum cui detur 579.G non datur ei qui aliena negotia geſſit, eorum negotiorum cauſa quæ geſſit, poſtquā ei dominus interdixit ne gereret 588.F quibus ex cauſis, & quibus, & aduerſus quos competat 579 G venit ea re 586.D de pauperie quibus ex cauſis detur vel non 697 E.698.G quibus ex cauſis detur 698.D quibus & in quos cōpetat 698.E quibus ex cauſis non ſit noxalis, ſed in ſolidum detur, aut alia actio competat 699.C de peculio tenet etiamſi nihil ſit in peculio cùm agitur 19 B perpetua eſt quandiu filius in poteſtate eſt 19 C pro ſocio competit in hæredem 365.A pro tutelæ in quem detur 38.E quaſi Seruiana 462.D redhibitoria quæ 310.E eſt perſonalis in rem ſcripta 327.G non competit venditæ nauis cauſa 321.C cui detur 317.A quibus detur, vel nō 310.F.314.C aduerſus quos 317 A Seruiana quæ 462.D ex vendito cōpetit venditori 299.A de vſufructu amittitur capitis diminutione 103.D

Actio naſcitur interdum ex pacto 246.A ſed non naſcitur ex pacto nudo 249 G

Actione æſtimatoria intra quod tempus agi poſſit 291.F cōmodati contraria 421.E directa, ſeu quibus

de eauſis actio commodati competat, ſeu quid præſtare debeat is cui commodatum eſt 417.E conducti 343.D confeſſoria ſeruitutum cauſa 145.B cuiuſmodi ſit, & quibus detur ibid. aduerſus quos 146.B confeſſoria vſusfructus cauſa 101.D contraria tutelæ 40.D & negotiorum geſtorum ibid. depoſiti contraria 416.B exempto 297.A hypothecaria ſeu quaſi Seruiana & Seruiana actione 462.D quid & cuiuſmodi ſit ibid. quando quibúſque ea cauſis competat creditori, vel non 462.E.463.B quibus competat vel non 463.D.464.D locati, & quarum rerum cauſa competat 339.D mercedis cauſa ibid. mandati 376.A contraria 379 G.586 E directa, quæ domino competit aduerſus procuratorem 399 G & negatoria vſusfructus cauſa 101.A ſeruitutum cauſa 145 B cuiuſmodi ſit, & quibus detur ibid.146.F aduerſus quos competat 147.E quid veniat in eam ibid. negotiorum geſtorum agi poteſt cum curatoribus 37.C pigneratitia contraria 486 A quibus ex cauſis detur 486.A aut non detur contraria pigneratitia actione 486.F redhibitoria intra quod tempus agi poſſit 295.F Seruiana 462.D vendita 305.C

Actione diſtrahitur ſocietas 365.G

de Actione quæ ex permutationis cauſa datur 597.E

Actiones ædilitiæ ceſſant ſi poſt venditionem vitium morbúſq; acciderit 295.B competunt & hæredi & in hæredem 294 D in quem & cui competant 294.C reſtitutoriæ quæ & à quibus dentur 590 B legatorum cauſa aduerſus quos competant 93.F noxales diuiſionem non recipiunt 699.B

Actiones redhibitoriæ non dantur iis qui perpetuò extorres eſſe regno iuſſi ſunt 314.D non dantur filiis adoptiuis ibid. non dantur rerum immobilium cauſa 311.C de ſeruitutibus competunt nobis 145.C

Actiones negantur poſt annale ſpatium damni à pecudibus alienis illati 78.C quæ competant domino rerum ab inſtitore geſtarum cauſa 593.D

Actiones legis Aquiliæ quibus & in quos competant, vel non 695.C.D

Actiones quæ exercitori dentur 596.D

de Actionibus ædilitiis 290 B

Actionibus redhibitoriis vti poſſunt fœminæ 311.B

Actor quis 38[illegible]C pro ſyndico appellatur. 401.E

Actor dari poteſt filiusfamiliâs 402.A

Actuarij exigere non poſſunt ſalaria poſt triennium 79.A

Actus & itineris differentia 131.G

Actu accedi pluribus ſimul & ſeparatim poteſt 528 G

Actus eſt ius agendi, vel iumentum, vel vehiculum 131.A eſt vbi & armenta trahere, & vehiculum ducere licet ibid.

Actus ſui rationem reddere debet aliena negotia gerens 582.C

Actus ſeruitus 131.G

Actu vno fieri debet ſolemne teſtamẽtum 754.D

Addictio in diem quomodo fiat 301.A

Addictione in diem ibid.

Adeundæ hæreditatis ius præſcribitur triginta annis 82.A

Adiici per alluuionem id videtur quod ita paulatim adiicitur, vt intelligere non poſſimus, quantumquoque momento temporis adiiciatur 46.C

Adimi pro parte non poteſt via 114.E

Adire hereditatem non poteſt pupillus ſine tutoris authoritate 35.A

Adiutor tutelæ 33.D

Adminiſtrare tutelam, officium virile eſt 29.E

Adminiſtratio bonorum interdicitur prodigo 28 C

de Adminiſtratione regni 154 D tutorum & curatorum 33.F

Adoleſcentibus datur cura iure Romano 37 B

Adoptiuis filiis non dantur actiones redhibitoriæ 304.D

Adulterium non committitur ſine dolo 21.B

Adultus educari vbi & quomodo debeat 34.C

Aduocati officium exercere non prohibentur clientes contra patronos 218.B

Ædificare moletrinam quis poſſit 227.A

Ædificans in alieno ſolo perdit materiæ dominium 48.B

Ædificatione acquiritur rerum dominium 47.F

Ædificatum in mari fit priuatum 41.A

Ædificij pars eſt area 149.C

Ædificij domino cui ſeruitus ſtillicidij debetur quæ liceant 123 G aut non liceant 124.C

Ædificij ſunt ea quæ perpetui vſus cauſa in ædificiis ſunt 289.A & ea quæ ex ædificio detracta vt reponantur 289.A

Ædificia vrbana prædia appellamus 120.D

Ædes communes habenti quæ liceant 127 C aut non 128.A quæ liberæ dicantur 128.F

Ædes liberas habenti quæ liceant 129.A aut non liceant 159 B

Ædium vſus nullus eſt ſine acceſſu 118 A

de Ædibus communibus 127.B liberis 128 F

Ædilitiæ actiones quibus ex cauſis competant 290.B & de quibus rebus 295.C de quibus rebus competant ibid. in quem & cui competant 294.C quibus ex cauſis competant 290.B de ædilitiis actionibus ibid.

Æs alienum deducitur legato vſufructu 101.B

Æſtimatio litis ſimilis eſt emptioni 61.G

Æſtimatio nulla fit cicatricum iure ciuili 703 B

Æſtimatio nulla fieri poteſt corporum liberorum 680.A

Æſtimatio pecuniæ vna & certa eſt 511.G

Æſtimationem non recipit liberum corpus 677.F

Æſtimatoria actione intra quod tempus agi poſſit 292 F

Æſtiua aqua 135.E

Æſtiua aqua quæ 135.F

Ætas ad contrahendas nuptias eſt neceſſaria 6.B

Ætas præſtat excuſationem à tutela 30.A

Ætatis venia impetratur à principe 158 A

Affinis culpæ eſt imperitia 690.E

Affinitates impedimentum nuptiis afferunt 8.D

Agere ſine mandato qui poſſint 389.B

Agere omnia poteſt pupillus tutore authore 492.D

Agere poſſunt mulieres actione negotiorum geſtorum 579.G

Agnoſcere debitam penſionem tenetur emphyteuta, cuiúſque rei gratia ei ſit obnoxius 602.E

Agri natura mutari à ſeipſa poteſt 143.A

Agrum ſuum meliorem quis facere non debet ne vicini deteriorem faciat 142.C

Alienare bona aduentitia filij, patri non permittitur 17.E prohibitus, pignori tamen obligare rem poteſt 457.B

Alienare nullam rem poteſt pupillus ſine tutore 56.B

Alienare nihil poteſt pupillus ſine tutoris authoritate 34.G nec vxor ſine marito in cuius poteſtate eſt 619.G

Alienari emphyteuſis poteſt abſque domini voluntate 606.A

Alienari patrimonium regium non poteſt 173.C

Alieni facti pacta quatenus inutilia 253.G

Alimenta debentur natis è quouis illicito complexu 625.G à matre filiis præſtita pietate materna repetere non poteſt 588 B pupillo qui negant puniendi grauiter ſunt 34.D

Alluuionis vſusfructus pertinet ad fructuarium 94.G

Alueus nouus cuius ſit 46.D

Ambiguitates oriuntur vel imperitia, vel deſidia teſtatorum 752.B reſecandæ ſunt 752.D

Ambiguum chirographum donari nõ poteſt 615 G

Amittere ſeruitutem non poteſt proprietarius 99.F

Amittimus poſſeſſionem rerum nobis ſurreptarum vel vi ereptarum 56.F

de Amittenda poſſeſſione 56.D

Amittitur poſſeſſio ſolo animo ibidem

Amittitur vſusfructus morte fructuarij 103.B

Amittitur vſusfructus rei interitu 104.B

Amittitur poſſeſſio, quibus modis 56.D aut non 57.A

Animal iniuriã facere non poteſt quòd ſenſu careat 697.D

Animalium venditor cauere debet ea ſana præſtari 290.D

Animo non admittitur furtum 57.A

Animo ſolo amittitur poſſeſſio 56.D

Animo non acquiritur poſſeſſio 57.B retinetur ibid.

de Annali præſcriptione 78.B

de Annuis legatis 864.C

Anulo alieno ſignare licet teſtamẽtum 750.D

Anſeres

Anſeres non fiunt occupantium 45.A
Annona 1232 pœna in eum ſtatuitur qui contra annonam fecerit ibid.
Appellationes & earum reſcripta ad quos Iudices dirigi debeant 1220. 1221
Apium dominium non acquirimus niſi alueo concluſerimus 45. B
Appellari non poteſt à ſententia inter alios dicta 558. E
Aqua aut eſt quotidiana aut æſtiua 135 F æſtiua 135.C cũ æſtate ſola vti expedit 135. F Pluuia arcenda 140.E Pluuia eſt quæ de cœlo cadit atque imbre excreſcit 140.E quotidiana 135 C
Aqua duci nulla alia poteſt niſi quæ eſt perennis 135.G
Aqua quotidiana eſt ea qua quis quotidie poteſt vti ſi volet 135. F
Aqua creſcit imbre, quæ colorem mutat vel increſcit 142.B
Aquæ caput eſt vnde aqua naſcitur 134.C
Aquæ ductus quid ſit 133.D eſt ius aquæ ducendæ per fundum alienum 133.D habetur loco conſtituti iure 133.E ſeruitus 133.D quibus modis conſtituatur 133.E
Aquæ hauſtus ſeruitus 136.C
In vrbano prædio ſeruitus 126.F
Aquæ pluuiæ arcendæ actio eſt perſonalis 124 B quibus competat 143.F quando locum habeat 142.B quando, quibus ea cauſis competat actio 140 E
Aquarum genera duo 135 F
Aquilia lex, vide Lex
Arbiter admittere debet exceptionem præſcriptionis 87.A
Arbitrorum genera duo 355.G
Arbor aliena quæ in vicini ædes impendit, ſuccidenda 48.F Nata in ripa fluminis quę ſecundùm agrum meũ eſt, mea eſt 48 F
Arbor luminibus officit 122.C
Arboris appellatione vites continentur 128.C
Arbitri qui eligendi & qui non eligẽdi 1173.1174
Arbores furtim cæſæ 1234
Area eſt in ſubſtantia bonorum 104.C pars eſt ædificii 124. C 149.C pars inſulæ 267.A
Area communis 127.G
Arena fodiendæ ſeruitus conſtitui poteſt 138.G
Argentariam exercere in Gallia nemo poteſt ſine principis authoritate 158.D
Argumẽtis probatur fœneratitius contractus 458.B
Armorum vſus interdictus inſcio rege 159 A
Arrha argumentum eſt emptionis vel venditionis 284.B
de arrhis 5 C
Artifex locat operam ſuam 335.A
Aſia obuenit per teſtamentum populo Romano 759.G
Aſſis diſtributio fit in duodecim vncias 781.G
Auctio rerum immobilium debitoris 1214
Auctio rerum immobilium ſecundùm legem municipalem Normaniæ 1215 vſque ad 1251
Auiæ tutela 25.C
Authoritas tutoris quomodo neceſſaria ſit pupillis 34.F
Authoritas tutorum 34.C
Auxiliaria honoraria quibus patronis debeantur 207.E
de Auxiliaribus honorariis clientelaribus 207.E
Auxilium diuiſionis quando non detur 566.C

B

BAronia tribui à ſolo rege poteſt 240.B
Beneficium non datur inuito 612.C
Bona fides neceſſaria eſt in præſcriptione ſeruitutis qua ſeruitus acquiritur 150.E Spectamus non tantùm initio contractus, ſed per ſingula momenta 49.B
Bona ſi les poſſidentis 65.A
Bona deportatorum non publicantur extantibus liberis vel parentibus 747. donata omnia præſentia tantùm intelliguntur 624.B eorum qui in cuſtodia deceſſerint non auferuntur hæredibus 167.E exterorũ in Gallia decedẽtium fiſco applicantur 169.E peregrinorum acquiruntur fiſco poſt eorum mortem 746.G omnia pignori hypothecæve dari poſſunt 450.D
Bona ſua adminiſtrare poteſt in reatu conſtitutus 167.F
Bonorum omnium præſentium donatio iure ciuili Romanorum valet 624.B ſocietate 357.C ſeparatio à quibus & quomodo impetretur 476.C
Bonorum ceſſio 1210
Bona eorum qui ſibi mortem conſciuerunt, fiſco vandicanda 1242
Bona eorum quæ ob crimen fiſco committuntur 167.B. eorum qui ſine hærede excesſêre è viuis 210
Bos inuicem commodatus 1090.B

C

CAdauera punitorum quibuſcũque petentibus ad ſepulturam danda ſunt 1242
Calculi error retractari poteſt vſque ad trigeſimum annum 80.D
Cancellatio teſtamenti 960. cancellatum chirographum præſumitur ſolutum 219
Calculi error 1211
Calix argenteus in profundum proiectus 1089.C
Canonis ſolutio ab alio facta quàm emphyteuta, tametſi non eius nomini commiſſum, non impedit 604.A
Capientium fiunt quæ ab hoſtibus capiuntur 46.A quæ animalia fiant 44.F
Caput aquæ eſt vnde aqua naſcitur 134.C
capitis diminutione amittitur vſusfructus 103.D
non pereunt iura prædiorum 148.D
perimit demum fructus, qui iam conſtitutus eſt 103 E
capite minuuntur qui deficiunt 170.B
capite damnatorum bona non publicantur extantibus liberis vel parentibus 747.B
capere hæreditatem non poteſt collegium 760.D
captatoriæ inſtitutiones quæ 762.C 772.G
carcere continendus eſt furioſus 28.B
caro vel corium mortui pecoris in fructu non eſt 96.B
caſtratus hæredem inſtituere non poteſt 759.A
Caſtrenſe peculium quid 29.F
de caſtrenſi peculio, vel quaſi ibid.
caſus fortuitus præuidere nulla hominum diligentia poteſt 343 B non præſtantur à tutore vel curatore 38 B
caſum præſtare debet abſentis negotia gerens 583.E
caſum fortuitum præſtare non compelluntur negotium alienum gerentes 583 G
Catoniana regula 906.B
cauſa falſa non obeſt ſtipulationi 490. D adiecta legato 878.F
cauſæ iuſtæ diuortij 11.D.E Variæ poſſidendi 73.A cognitione in danda bonorum poſſeſſione Carboniana 1005.B
cauſæ propriæ Iudicum regiorum inferiorum 1167
cauſæ communes ſuperioribus & inferioribus iudicibus 1167.1168
cautio fructuaria quando & quibus remittatur, & quatenus 92.B
cautio remittitur patri in bonis filij quorum vſumfructum habet 92 C non remittitur vxori 92.D
cedere quotidie intelliguntur fructus ciuiles 288.B
cedi pluribus ſimul & ſeparatim poteſt actus, iter & via 128.G
cedunt Domino frumenta in alieno ſolo ſata 48.G
certum quid ſit 508.E F
ceſſio bonorum 1210
chirographum ambiguum donari non poteſt 625.G
cancellatum præſumitur ſolutum 19. C
ciuitas Gallica exteris donata 172 C ſdonare exteris ſeu peregrinis ad regem ſolum pertinet 172.C
cicatricum in corpore ciuili nulla fit æſtimatio 703.C
ciuilis Interruptio 71.C
ciuilis interpellatio prodeſt ſoli interpellanti 72 E interruptio quatenus ſit efficax 72.C
ciuitas obligari poteſt mutui datione 425 E 457.A
ciuitatis ratiocinatio, ne in numerum quidem annus tutelæ procedit 32 G res donari non poſſunt 625.F
clauibus traditis acquiritur poſſeſſió 53.G
cliens clientis mei, meus cliens non dicitur 192.C
cliens liberari nullomodo poteſt à fidei clientelaris ſacramento 197 E manum attuliſſe patrono conuictus, prædium ei committit 216.C Vigilat patrono dormiente 208.F
